



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>











# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,  
**OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,**

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

*QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS  
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :*

### RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA  
ECCLESIE SÆCULA,

SUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DOCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTEM SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

### SERIES LATINA PRIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE LATINÆ  
A TERTULLIANO AD INNOCENTIUM III.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

*Bibliothecæ Cleri universæ,*

SIVE CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

### PATROLOGIÆ TOMUS CLVI.

VEN. GUIBERTUS ABBAS S. MARIE DE NOVIGENTO.

TOMUS UNICUS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES  
IN VIA DICTA : AVENUE DU MAINE, 189, OLIM CHAUSSÉE DU MAINE, 127.

1880

BR  
60  
.M4  
t. 156

---

Ex typis societatis dictæ Societas anonyma impressionis et librariæ administrationum viarumque ferratarum. —  
PAULO DUPONT, Directore. — Parisiis, in via dicta Jean-Jacques-Rousseau, 41 (Cl.). 7.2.80.

---

ANPLDIAJH9  
JGONOS YTHIVM



SÆCULUM XII

VENERABILIS

# GUIBERTI

ABBATIS S. MARIÆ DE NOVIGENTO

OPERA OMNIA

JUXTA EDITIONEM DOMNI LUCÆ D'ACHERY AD PRELUM REVOCATA ET CURA  
QUA PAR ERAT EMENDATA.

ACCURANTE J.-P. MIGNE

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ

SIVE

CORSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

TOMUS UNICUS

---

PARISIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,  
IN VIA DICTA : AVENUE DU MAINE, 189, OLIM CHAUSSÉE DU MAINE, 127.

—  
1880

# ELENCHUS

## AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO CLVI CONTINENTI

VEN. GUIBERTUS ABBAS S. MARIÆ DE NOVIGENTO.

Liber quo ordine sermo fieri debeat . . . . .	<i>Col.</i>	21
Moralia in Genesin. . . . .		31
Tropologiæ in Osee, Amos et Jeremiam. . . . .		337
De Incarnatione, . . . . .		489
De buccella Judæ data et de veritate Dominici corporis . . . . .		527
De laude sanctæ Mariæ . . . . .		537
De virginitate . . . . .		579
De pignoribus sanctorum . . . . .		607
Gesta Dei per Francos . . . . .		675
De vita sua . . . . .		837
Domni Lucæ d'Achery notæ . . . . .		1017

APPLICA IIN  
JOHNS YTBVIV

ANNO DOMINI MCIV.

# VEN. GUIBERTUS

## ABBAS SANCTÆ MariÆ DE NOVIGENTO.

### GUIBERTI OPERA

Prodeunt nunc primum in lucem una cum appendice ad librum tertium De Vita ipsius nimirum Hermanni monachi libri tres, De miraculis S. Mariæ, sive De reparatione Laudunensis ecclesiæ; De Gestis Bartholomæi episcopi; ac De origine et incremento Præmonstratensis ordinis. Item Notæ et observationes vetustis monumentis refertæ ad quosdam V. Guiberti libros. — His accedunt additamenta in quibus Vitæ S. Geremari, B. Simonis comitis Crespeiensis, et S. Salabergæ abbatissæ; nec non Hugonis Rothomagensis archiepiscopi libri tres Dogmatum Christianæ fidei contra hæreticos sui temporis; et Roberti de Monte Accessiones atque Appendix germana ad Sigibertum.

*Omnia studio et opera domni Lucæ d' Achery, monachi Benedictini congregationis S. Mauri.*

(Lutetiæ Parisiorum, sumptibus Joannis Billaine, via Jacobæa, sub signo S. Augustini, MDCLI.)

### PROLEGOMENA.

AMPLISSIMO

## DD. MATTHÆO MOLÉ

SENATUS PARISENSIS PRINCIPI.

Quo tandem animo, protopræses amplissime, Guibertus hic noster orbem denuo lustrare gestiat, non satis mihi compertum minime diffitebor. Jam per multa temporum curricula in bibliothecæ tranquilla statione positus dormierat inter mortuos liber Guibertus; quis suscitavit eum? Certe quidem non odit lucem qui summo labore et cura permaxima tot pestiferas ævi sui errorum hæreseonque tenebras e mentibus hominum et coram et scriptis propulsare, atque divini verbi ac theologicæ veritatis præconibus facem præferre non destitit: ut cœvis verbo, sic et posteris nunc scripto, novo quasi exortu affulgeat sapientissimus abbas; memor sapientissimi regis effati, imo Sapientiæ increatæ: *Sapientia abscondita, et thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque* (1) Attamen meminit *doctus* iste *Scriba*, qui *profert de thesauro suo nova et vetera* (2), quod veritas odium pariat, quod et omni sæculo non desint *qui maledicunt diei* (3), quique fugientes lucem, privata ne arguantur opera, aliorum insultant operibus. Quo pacto itaque tam diuturnæ quieti valedicere non timet? Quare nedum lucentem, sed argumentem audet hisce temporibus aperire veritatem? Quantum capio, protopræses illustrissime, idem quo usus est dum in vivis ageret, nunc etiam adhibere consilium ducit opportunum. Dum etenim operi cuiquam extremam manum imposuisset, velletque juris facere publici, nihil habuit antiquius quam ut procerum animos sibi devinciret, patronosque omni fide majores suæ compararet doctrinæ, quæ (licet SS. Patrum scriptis omnino consentiens, quod altis hærentes radicibus errores, mores perversos ac nefarios usus impeteret) passa esset periculum, ni prodeuntem sublimior tutata fuisset auctoritas. Quid ergo mirum si nostra hac ipsa tempestate nonnisi cujusdam vindicis acerrimi sapientissimique fretus auspiciis in publicum prodire detrectat? Verum enimvero quem

(1) *Eccli.* xli, 17.

(2) *Matth.* xiii.

(3) *Job* iii, 8

amabo strenuorem te sapientioreque desideret solertissimus abbas? Neque porro in hac gravissimorum temporum procella, ubi anxiferas Amplitudinis Tuæ curas advertit, quibus non modo reciprocati juris controversias clientumque res geris, sed universi quoque regni prospicis saluti, suspensus hæret tuis sistere se liminibus; neque lasso negotium facessere veretur; si quidem quo pollet ingenii lumine te novit omni et animi et virium contentione superiorem evasisse: scivit tantorum negotiorum mole recreari, nunquam vero deprimi invictissimum MOLE.

Nactus igitur heroem clarissimum, virum Themidis in throno residentem, atque adeo præidentem; cum ingenii sui fetu multiplici liberius redit ad vitam tua tutela sibi superstes Guibertus; et sibi suisque operibus, te supremo Judice lucem reddita magnopere gratulatur. Qua in re profecto haud est *Guibertus* vulgari prudentia præditus, qui sub hujus æquissimi præsidis infulis solummodo se tutum existimat, in cujus patrocinio, si viveret, versaretur; imo singulari sapientia illustratus, qui ob quorundam livorem de causa nam

*stant belli causæ* [4])

nonnihil deprecaturus apud Molæum causam collocat ne cadat. Quis enim judici supremo, eidemque justissimo audeat refragari? Si *Guibertum* nullius reum arbitreris, insons erit; si tuæ acceptus fuerit æquitati, æmula virtutis invidia vel proderit vel nocebit nihil, quippe id ratum suisque absolutum numeris facile cuique videbitur, ubi acerrimi præses iudicii suo dignum assensu et nomine comprobabit. Felix utique quod talem patronum compererit, qui totus regis publicisque rebus addictus maximam autumat felicitatem, si totum se in tuendis eruditus viris, et maxime arctiorem vitam profitentibus, libentissime offerat, impendat. Sic mortuum laudibus effero antistitem, qui se suaque avet offerre bene beateque viventi, omniumque jura videnti, legum antistiti.

Vides igitur, princeps senatus oculatissime, cur in tuum, quin et justitiæ sinum, se recipiat abbas Novigentinus. Vide cur se tibi unice, cur in purpura tua decus ambiat, cur auctoritatem in tua sapientia quærat, cur tuum nomen in operum suorum fronte deposcat. *Rursus cur suo cultu orbi universo reviviscere conatur, et rescindere sepulturam suam, tenebras* (5). Quidni se ad solem orbis Gallici illico convertat? Solem dixerit, qui tot augustæ senatorum coronæ sidera oculat (6); quem tot etiam purpurati Patres demirantur:

*Solemque suum, sua sidera norunt* (7);

sicque te judicante, te jubente, oritur ut Lucifer nunquam passurus eclipsim, nedum occasum.

Sin vero (quamvis plene suis in scriptis causam peroraverit suam) sciolorum censuram pertimescat, in quibus plurimum malitiæ, sapientiæ parum (8); ecquid mirum si te appellat scientiarum omnium officinam, intellectus humani finem, perfectionem et terminum (9), et quod res postulat, judicem reos severissime punientem?

Hæc ad votivum munus Guiberto plus satis esse videbantur, protopræses amplissime, licet illum causæ permultæ moverint æque graves. Movit imprimis tua in Deum religio singularis, mira justitia, cælestis temperantia. Religio, qua Deo obstrictus, religatus, ipsum intima mente veneraris, sequeris; et qua, utpote primus supremæ curiæ præses, ipsi cultum tanquam primo rerum omnium principio, excelso animo haudquaquam desinis exhibere. Justitia, qua summum jus in teipsum exercens, summo Judici te tuaque omnia refers. Temperantia, qua summo rerum Domino, dominium, quo sub rege polles, demittis, parum est, submittis.

Quamobrem non mihi, non Guiberto, sed virtutibus tuis debes quod abbas se tibi devoveat, qui te Deo totum devovisti; debes quod supplex Nongentinus ad justitiæ tuæ oracula recurat, qui justis Judicis auctoritati omnia debere, vicesque gerere profiteris; debes quod mortuus iterum per te reviviscat, qui animum tuum vitæ et necis auctori Deo jam pridem consecrasti.

Movit tua in regem et patriam pietas eximia, quam *religionem secundæ majestatis* appellavit Tertullianus (10): ut verum sit quod nihil hacce tua pietate præcellentius dici aut excogitari queat; ipsa est enim qua rerum labantem statum inter tot necis discrimina erexisti, succolasti, roborasti; ipsa est qua inflexibili humero tantam rerum sustinens molem, immotum Galliæ regnum reddidisti, utpote constantissime suffultum hujus tuæ pietatis partu triplici, fide nimirum, constantia prudentiaque velut solidissimis columnis. Inde fit ut non tuam duntaxat, sed immortalis memoriæ Ludovici Justi prudentiam demiretur: hanc, te cum summum senatus principem elegerit; illam, cum cuncta solerter egeris. Te rex in dicendo

(4) *Æneid.* vii.

(5) Tertul. De resurrect. carn., c. 12.

(6) Trebel. in Claud.; Plin. lib. xxxiv

(7) *Æneid.* vi.

(8) S. Bernardus.

(9) Averroes, De Arist. iii e anima.

(10) Apologet., c. 35.

jure quantus es effecit; tu in regem natumque ejus optimum Ludovicum feliciter regnantem, exsulato feroci discrimine, potestatem refudisti. Sicque per te qui nequaquam esse desierat, quodammodo tutius rex fuit, quando, metropoli Franciæ suo conciliata principi, a quo minime exciderat, throno melius asseri visus est.

At aliunde si Guibertum foveas, si fulgeat in ortu suo, te jubente, quia noster est, non magis qua sis in abbatem istum benevolentia, quam incredibilem erga me universosque congregationis S. Mauri Benedictinos humanitatem declarabis. Et vero quam liquido jam dudum declaraveris, non est quem fugiat. Accipimus, præses humanissime, quæ fuerint familiæ nostræ per Galliam initia, inspicimus quæ sint incrementa, suspicimus utrumque beneficium congregationi nostræ ab Amplitudine Tua studiis assiduis impensum: utrumque ex tua benignitate velut ex fonte uberrimo scaturire, perennare, nobis gratulantur benevoli nec invidi negant. Tu namque cum procuratoris regii munere fungereris, cura nascentem excepisti: inde ubi ad summum justitiæ tribunal tua te virtus extulit, ne tum quidem curatoris pro ea partes exuisti; ast majori auctoritate sufficiens, adolescentem juvisti præsidio, obfirmasti opera, jure protexisti.

Insuper placere sibi mirifice venerandam veterum scriptorum doctrinam pro sua erga omnes urbanitate mihi significavit Amplitudo Tua; dum enim epistolam S. Barnabæ a Menardo nostro elucidatam, tuo dicatam nomini, obtulisses, scrutandis bibliothecis, antiquioris ævi doctoribus e pulvere excitandis, ac suo restituendis nitori, tua præluxit, quæ mihi summa est, auctoritas. Proinde placebit et opella, quam in edendis observationibus quantulumcunque collocavi; non quod Guiberto lucem afferre queam, verum quod nimium splendorem, qui debiles forsitan oculos perstringeret, moderari utcunque nitor. Placebit, inquam, utpote in tuo Benedictino congregationis S. Mauri solo sata nataque, ad te pleno ac solido jure refunditur; nimirum fundi dominum sequuntur fructus. Placebit tandem non quia edidi, sed quia judicasti, imperasti. *Tibi enim dedit Deus summum rerum judicium, mihi obsequii gloria relicta est* (11). Relicta est et cunctis congregationis nostræ alumnis, quod omnium votis defert ac proficitur.

*Amplitudinis Tuæ deditissimus.*

F. LUCAS D'ACHERY.

(11) Tacit. lib. vi, post initium.

## LECTORI.

Cum multa quæ hic præfari oporteret, in observationibus attexui, non est quod prolixo te proloquio, Lector erudite, distineam. Hæc pauca te duntaxat præmonebo. Sæpe et multum apud me dubius et anceps fui, num studium et operam in edendis venerabilis Guiberti de Novigento Operibus collocarem, necne, erant enim et præ manibus vetustiora; adfuere interim viri doctrina, sapientia et pietate clarissimi, quibuscum de antiquis auctoribus tenebris hactenus obvolutis confabulando, incidissem in præfatum abbatem, magni Anselmi discipulum; deque illius recondita litteratura, doctrina, verborum venustate et eloquentia, nec semel sermones ultro citroque habuissemus, me sæpiuscule compellarunt et aliqui sunt obstati, quatenus Benedictini Operum prelo committendorum, provinciam ego Benedictinus susciperem. Quorum suasionibus impulsus ad opus actutum me libenter accinxi, persolvi schedulas diligentissime, curiosos antiquitatum exploratores conveni, omnes bibliothecarum (ad quas patuit aditus) forulos pluteosque partim ipse perlustravi, partim perlustrandos curavi; et quidquid menti, quod rem hanc illustrare posset, occurrit, conquisi.

Ac primo quidem libellum, *Quomodo sermo fieri debeat*:

Commentarios, seu *Moralium Genescos lib. X*, supeditavit Bibliotheca Regia.

*Tropologiarum in Osee, Amos et Lamentationes Jeremiæ*, apographum perantiquum (monasterii quondam Valcellensis cong. Cisterciensis in diocesi Cameracensi) a decennio germanus meus Eustachius d'Achery.

*Tractatum de Incarnatione contra Judæos;*

*Lib. de laude B. Mariæ;*

*Opusculum de virginitate*, e codice ms. collegii Parisiensis S. J. indicio R. P. Jacobi Sirmondi exprompsi.

*Epistolam de buccella Judæ data* primum in bibliotheca V. C. Joannis Bigot in Rothomag. vectigal. curia senatoris, exscribi curavi; deinde ad bina mss., alterum Bibliothecæ Regiæ, collegii Parisiensis S. J. alterum, contuli.

*De pignoribus sanctorum libros tres* mutavit Bibliotheca Regia.

Cæterum præfatos ejusdem bibliothecæ, velut et collegii Parisiensis codices (si conjecturis indulgere liceat) juris olim exstitisse Novigentini cænobii, atque adeo Guiberti (quippe ferunt ipsius ætatem) initium ejusque voluminis præmonstrat.

Historiam Jerosolymitanam, sive Gesta Dei per Francos, primus evulgavit Jacobus Bongarsius una



cum aliis ejusdem historię scriptoribus an. 1614, cui A collectioni titulum fecit, ab Guiberto mutuatum, *Gesta Dei per Francos*. Nos vero in hac editione repetita libros in capita digessimus. Sancti Remigii Remens. codex, manu peroptima exaratus, suppetias eorum quę in fine libri noni, alio ab auctore editi, desiderabantur, ivit. Usi quoque sumus altero Corbeię antiquę ms., quo plerisque in locis nęvos qui librarii forsā vitio, sive typographorum oscitantia, irreptarant, abstersimus. Versus ordinatim poetico more disposuimus; adornavimus oras diversis passim adnotationibus.

Postremo abbatis nostri *Librorum de vita sua* apographum tantummodo invenire fas fuit, graphice quidem ac recentiori manu scriptum, sed mendis scatens quampluribus, inversa verba, sententię interdum aut mutatę aut prorsus sublatę, ut nonnulla penitius inspicienti mihi fuerint vix non divinanda; cętera vero quę me pręteriere verba, eorum loco puncta supplevi, seu margini ascripsi quędam alia. Audiveram sane et multoties repetitum agnoveram, autographum ad nostra tempora inter Ecclesię Laudunensis vetustos codices asservatum, ac postmodum antiquę rei perito viro D. Dey, Doctori Parisiensi (qui pridem obiit), collatum; quas autem in manus posthac devolutum fuerit, omnem movi lapidem quatenus comperire valerem, sed frustra.

Et cum Guibertus tertio libro De vita sua potissimum referat qui cives Laudunenses immanissimorum grassatorum more bacchati fuerint, dum non sexui, non ordini, non ætati ulli parcerent, cęde ac sanguini complentes omnia; qui pastorem suum necesse affecerint quam acerbissima; qui episcopale templum incenderint, et alia id genus crudelitatum patravērunt, *Libros tres Hermanni monachi de miraculis S. Marię Laudunensis* instar appendicis adjiciendos censui peropportunum; utpote qui prolixam non modo continent reparatę et urbis et ecclesię Laudunensis historiam, verum etiam cętaneum Guiberto scriptorem agnoscunt.

Pręter superius enumeratos Guiberti fetus, edidisse et *Capitularem libellum de diversis evangeliorum et prophetiarum voluminum sententiis*, notat ipsemet lib. I De vita sua, cap. 16. Ast alicubi haud dubie in pulvere et situ latere nunc usque dierum; D vel potius dixerim ab ipso parente suppressum, quod minime perpolitum, his ex verbis indidem subodorari libet: *Cui (libello) huc usque finem dare differo, quia his explicitis quę in pręsentiarum teneo, in similibus exerceri aliquoties, Deo suggerente, delibero*. Etenim ubicunque libellum delitescere suspicabar, nisu inutili perquisivi.

Observationibus et notis quędam auctoris opuscula, non tam mea sponte, quam nutu eorum et auctoritate, quibus votiva obedientia obstrictus non obtemperare mihi religio est, illustravi. In iis porro quid pręstiterim, paucis id absolvam.

Prę manibus esse ubi advertissem plurima anti-quitatis monumenta, medię et auctoris nostri ætatis maxime (auctores enim nondum editos sæpius, alios perraro ad testimonium cito), mentem induxi data occasione identidem ea internectere, ea de re nimirum, ut ejusmodi mercium appetentibus, aliquotusque, dum majora parant nostri, facerem satis. In iis animo proposui nihil non discussum, nihil non fidei optimę eventulare. Scio nihilosecius ego, et probe teneo, *neminem esse tam felicem, qui non subjectus sit errori, et hoc non dementis esse proprium, sed hominis*. Itaque, Lector benevole, æquanimitatis tuę erit si quę errata, leniter et amice castiges; si quę chartarum, diplomatum, aliorumve similium displiceant, quęso illa ne facessant negotium: equis enim hominum votis omnium respondere quibit?

Quoniam haud ad solitam magnitudinem volumen excrescere animadverteram, quędam ad illustrandos Guiberti libros De vita sua observationibus additamenta subjunxi; nempe, *Vitam S. Geremari abbatis*, ex monasterio Conchensi; *Vitam B. Simonis comitis Crespeiensis*, quę ex codice ms. Cænobio Ursicampi ad me transmissa est: *Vitam S. Salbergę S. Joannis Laudunensis proto-antistitę*, cujus quidem erat exemplar, sed adeo mendosum, uti spem ejus evulgandę prorsus abjecissem, ni pręsto adfuisset noster D. Placidus Bertheau, eamque ipsam ope codicis ms. Ursicampensis mendis prope innumeris velut in marginibus cernere est, correxisset, emendasset. Quod meum fuerit consilium illas publicam in lucem Vitas emittendi, habes paginis 596, 602, 652 (12).

Deinde, insigne *Hugonis Rothomagensis opusculum*, tribus libellis distinctum, *contra hæreticos sui temporis*. Istud cum abbatis ac tineis rixans huc usque, e codice ms. S. Martini Parisiensis exscripsimus, ac publici facimus juris. Hugonis elogia et epistolas videbis pag. 687 et seq.

Pręterea, *Roberti de Torinneio* (Torigny), vulgo *de Monte abbatis*, (hoc est monasterii S. Michaelis de Monte Tumba, sive in *Periculo maris*) vocitati, *Accessiones, et Appendix Germana ad Sigebertum*, nec non *Tractatus de immutationibus monachorum, de abbatibus et abbatibus Northmannorum, et ædificatoribus earum*. Appendicis duplici ditatus sum exemplari, primigenio altero S. Michaelis de Monte (quod infra pag. 715 pręnotavi), altero Gemeticensis asceterii: nonnulla ex parte posterius priori contractius, quę vero in Montensi non exstabant caractere Italico, atque asterisco, notatiunculaque margini adjecta demonstratur. Verum pretium operę est, Lector, animadvertas, puta initio codicis ms. nec non in prologi, atque in ipsius Appendicis, qua de agitur, titulo pręnotatum, quod ad annum 1184 Appendicem Robertus protraxerit; qui tamen ad an. 1182 duntaxat illo Appendicis prologo concinnasse profite-

## PROLEGOMENA. — TESTIMONIA DE GUIBERTO.

unde subdubitari datur vel Robertum postea-  
n prologum confecisset, fuisse ultra progressum;  
alium quempiam duorum annorum seriem una  
ntinuationem texuisse.

id me tandem causæ moverit ad isthæc evul-  
la quæris? nosces anteloquio inibi præfixo,  
715.

terum qui mihi fuerunt auxilio, eorum nomina,  
er laudatos in hocce proloquio, suis locis non  
i; tum ut fidem liberarem, tum maxime uti  
os labores, beneficia, grato animo commemo-  
n. At sunt haudquaquam prætereundi, impi-  
VV. CC. Puteani fratres, multiplici eruditione  
res; quotquot opus fuere codices et Regiæ et

A suæ Bibliothecæ ipsi solita comitate, proque inna  
non vulgari erga litteratos affectu, commodarun  
Franciscus Duchesne, rei historicæ non ignaru  
inter alia Historiam cononici Laudunensis, propr  
parentis Andreae Duchesne manu exaratam, ult  
concessit. Et noster Philippus de Romagny, ser  
et sine ambitione doctus, qui multum operæ ac li  
boris insumpsit, qua describendis diversis in h  
volumine contentis operibus, qua denique locis d  
vinæ Scripturæ adnotandis.

Tu, Lector, vale, et juvantem, aut certe volentem  
ama.

### VENERABILIS GUIBERTI ABBATIS VITÆ

## SYNOPSIS.

ucula in antecessum dum integros De vita sua libros revolvas, gestorum Guiberti summatim ocul  
objicienda censui.)

ibertus, ex oppido Belvacensi oriundus, splen-  
natalium posthabito, monachale collobium in  
iacensi, sive S. Geremari cœnobio, diœcesi,  
n Belvacensis, induit; ubi apprime cum pietate.  
litteris est excultus; sed et se potissimum a S.  
lmo Cantuariensi, tunc Beccensis asceterii  
e (qui Guibertum amoris erga sæpius invisibat)  
uctum qua ratione intelligendæ aperiendæque  
t divinæ paginæ, gloriatur lib. 1 De vita sua.  
ibertus religionis, prudentiæ, doctrinæ fama  
lateque pervulgata, tandem a monachis B.  
æ de Novigento, in territorio Laudunensi sito,

B prope Couciacum, anno Dominicæ Incarnationis 1116  
eligitur in abbatem: quo in munere per annos v  
ginti, tam elucubrandis variis operibus, quam salu  
animarum suis concionibus (quidquid sacræ Scr  
pturæ est interpretatus, in gratiam concionatoru  
id egisse declarat) nec non confutandis hæreticis  
coram et scriptis invigilans, allaboransque, præ  
clare, sapienter prudenterque sese gessit. P  
admodum in Dei Matrem affectum fuisse passiu  
prædicant sua scripta. Naturæ concessit anno re  
paratæ salutis 1121.

## TESTIMONIA DE GUIBERTO ABBATE.

masses, episcopus Suessionensis, in charta infra C  
posita pag. 625,

ærat siquidem illi monasterio (Novigentino)  
aus Wibertus abbas, qui sapientia in innocentia  
nos sibi valde conglutinavit. Et post pauca:  
i enim abbas religioso quo pollebat consi-  
etc.

artyrologium vetus ms. Laudunensis Ecclesiæ.

æc et alia quamplurima ad tam immane scelus  
inuentia memoratus abbas (Guibertus) qui his  
us præsens aderat, plena fide et veritate con-  
psit, etc. Videsis in observationibus pag. 652.

onicus Laudunensis in Chronico ms., de quo nos  
inferius pag. 646.

ic (Galdricus) dum aliquando a dedicatione ec-  
iæ redisset, etc., dicentes vulgariter quod abbas  
ærtus poetice sic exposuit, etc.

nes Halgrinus cardinalis, de Abbatis-villa nuncu-  
tus, Summæ ms. quam asservat bibliotheca S.  
ichaelis de Monte, Guibertum diversis sparsim  
cis citat ad hunc modum:

uibertus in Moralibus super Genesim, etc.

Jacobus Bongarsius in præfatione.

uibertus, abbas monasterii B. Mariæ Novigenti,  
d situm est sub castro Codiciaco, in pago Lau-

D dunensi: ipse titulo operis et fine præfationis. Vix  
illa ipsa ætate cujus Historiæ partem describit;  
scripsit Balduino, fratre Godefridi regnante: lib. 1  
cap. 12, et lib. vii, cap. 21. Boemundo marito Cor  
stantiæ regis Francorum filiiæ: extremo lib. 1. Bier  
nio, post Manassis Remorum Archiepiscopi mo  
tem: extremo lib. vi. Finem scriptioni imposu  
mortuo jam Boemundo: lib. ult., cap. 38. Anno pu  
Gervasii egregii militis martyrium: lib. eod., cap. 4  
Interpretem se profitetur alienæ historiæ: lib.  
cap. 10 et 13. Et ipsa epistola ad Lysiardum, et qu  
eam sequitur præfatione: quod ipsum in eodem a  
gumento factum Roberto monacho, et Baldric  
supra. Supplementum, ut et illi, quæ deerant, ex eoru  
qui viderant relatione: lib. ii, cap. 3. lib. iii, ca  
13, et lib. vii, cap. 24, et ult., etc. Scribendi rati  
nem subobscuram secutus est, rudium et impoli  
dictorum fugitans, ut ipse loquitur, princ. lib.  
Operosam verborum elegantiam vocal, sine episto  
ad Lysiardum.

Nobili loco natum inde apparet, quod lib. iv, ca  
ult., hominem narrat militarem, equestri officio i  
signem, parentum suorum beneficia tenuisse, usq  
hominum debuisse. Et lib. v, cap. 15, Guillelmi  
Alberici fratrum ex municipio agnomen exprime  
prohibetur pudori ipsorum parcens, generis eoru  
amica ille consanguinitate devictus. Exprimit aut  
quod ille supprimit nomen Baldricus, et Guillelmi

de *Grantemaisnil* nominat; pag. 114, 28, *Non enim* A Christianorum Occidentis principum, per epistolam

eorum, inquit, *parcere debemus infamæ, qui suæ, nimis formidolosi, non pepererunt famæ.* Græcis etiam notus. Annæ Comnenæ, Alexiade, est γελτιμος ὁ σπάρταυαν. Tyrius lib. vi, cap. 5. Virum inclytum dicit, de Apulia, qui sororem Boemundi habebat uxorem. Gallici interpretes plenius: *Magnum virum in Normannia natum, qui in Apulia multa loca tenebat.* De quibus plura in indicibus, si absolvere Deus dederit. Fulcherii Carnotensis. historiam non lectam ex auditu carpit. lib. ult. cap. 29, 30, 31, 38 et 39. Fine operis excusat si quid minus a se diligenter sit explicatum, quod et alia professione detineatur, et non visa timidius descripserit. Sed alia scripsisse testatur ipse initio lib. v, et epistola ad Lisiardum. *Expositiones Geneseos, et alia opuscula tractatoria commemorat.*

Titulum quem operi suo Guibertus cætera vere Scholasticus, nos huic Collectioni imposuimus: *Gesta Dei per Francos*; quo excogitari aliud, nec aptius potest, nec verius. Ut Deum in cælis dicimus, non quod non et alibi, qui ubique; ita hæc *Gesta Dei* vocamus, non quod non alia omnia, maxima, minima, moveat, regat et moderetur Deus: Sed quod his tam manifestus hac præsens interfuisse videatur, quam cælum ac sidera insidet, etc.

Per Francos autem gesta dicimus, quoniam cum in regno Francorum captum expeditionis hujus consilium; et principum militumque longe maxima pars a regno Francorum isset, Francorum ita seu virtus seu numerus excelluit, etc.

Sed Guibertus Historiam incipit a successibus in Oriente orientis Mahometicæ perfidiæ, et auxilio

Constantinopolitani imperatoris ad Robertum Flandriæ comitem, petito: quod concilium Claromontanum præcessit: et deducit ad Balduini I regnum, etc.

*Aubertus Miræus in Auctario de Scriptoribus ecclesiasticis.*

Guibertus abbas monasterii B. Mariæ Novigenti, quod situm est prope castrum Codiciacum seu Cociacum in pago Laudunensi; vixit illa ipsa ætate cujus historiæ partem descripsit, etc. *Refert eadem quæ Bongarsius ubi supra, sed contractius.*

*Joannis de Launoy doctoris Parisiensis notatio, libris Guiberti de pignoribus sanctorum, qui manu exarati in Bibliotheca Regia asservantur, præfixa.*

Guibertus abbas de Novigento, pag. 129. Nominat se Dei Genitricis ministrum ac servum; pag. 1. Regere cœpit anno 1104, quo decessor ejus Godofridus in Ambianensem episcopum consecratus est, pag. 29. Æqualis Radulpho Remensi et Bartholomæo Laudunensi episcopis, quos constat aliunde ad ecclesiasticæ dignitatis apicem conscendisse an. 1114. Significat se scribere Ludovico VI. Philippi I filio rege, qui an. 1139 Kalend. Aug. decessit.

*Gerardus Joan. Vossius De historicis Latinis, lib. III, pag. 705.*

Guibertus, nobilis Gallus, abbas monasterii B. Mariæ Novigenti, quod in Laudunensi pago sub Couciaco situm est, an. 1110 claruit, ac reliquit opus quod inscripsit *Gesta Dei per Francos*, etc. Præterea autem ait commentatum se esse in Genesim, sed simpliciore quam hic utatur stylo, etc.

## VEN. GUIBERTI

S. GEREMARI FLAVIACENSIS MONACHI, POST ABBATIS BEATÆ MARÆ DE NOVIGENTO,

### AD COMMENTARIOS IN GENESIM

#### PROŒMIUM.

¶ Patri et domino sanctæ Laudunensis Ecclesiæ C ut plures veros suis probetur documentis fecisse episcopo BARTHOLOMÆO, GUIBERTUS id fieri quod prætendit in nomine.

Dum cujus præsens opusculum dedicare debeam, quaquaversum considero nusquam convenientius quam tibi coaptari posse conjicio. Cui enim genus ex omnimoda constat vetustate, non sine sanguinum regionum contiguitate clarissimum, cui nomen ubique loci ex ingenita dignoscitur liberalitate, cui cum pontificii sacramento gloriam Deus purissimi contulit cœlibatus, et non sine humilitate profunda copiosæ devotionis instinctum, illi plane cui pro tanta sui familiaritate indulta me fateor prorsus obnoxium, decrevi apponere, si quid exercere potuero dignum, ut ex ejus magnanimitate præmineat, quod ex mea aliquos lentitudine minus juvat. Indidit tanto Deus capiti duos oculos sideribus clariore, dum a dextris habes Anselmum, totius Latini orbis magisterio prædicatum, cujus tam sincera est in Scripturarum ac fidei assertionem severitas,

ut plures veros suis probetur documentis fecisse Catholicos, quam instituisse potuerit erroneus quispiam temporis hujus hæreticos: altrinsecus Radulphum, cujus ingenii ac doctrinæ sicut a præfato fratre non discrepavit alacritas, ita totius eum bonæ habitudinis æmulatur honestas. Si igitur indigno dignanter actore auctor es, hos precor post te potissimum schedæ hujus instituas despectores, quorum iudiciis tanto animo securiore subsidam, quanto eos comperi partem claudicatos in neutram.

Fuere qui objecerint quare ad litteram Exameron facta, librive sequentia primo non dixerim; quibus esset attendendum quia beato Augustino aut dissona aut paria texere insani capitis notam verens jure supersederim. Et quomodo assequeretur tantæ majestatis historiam, cum doctoris prædicti quæ dicuntur explanationes, imo opiniones, raro intelligam? Ad mores ergo me contuli, in quorum ratiocinatione tanto tutius fuit licitum diversari, quanto ab exem-

plari interno contemplationis subtilitas hæc eliciens, sine perfidiæ aut falsitatis incursu potuit commentari.

Porro sub allegoricis sensibus non pauca pariter addidissem, nisi modum operis prætergredi timuissem. Plane petente quodam amico meo primum

A exinde libellum edideram, quod sibi fieri ad sermonis materiam faciendi ille poposcerat, unde et laciniosiori quam cætera oratione tractavi et pauca qualiter fieri debeat sermo prætexui; reliqua autem ex eorum quæ cœperam experientia sola spe divina præsumpsi.

## • INCIPIT LIBER

# QUO ORDINE SERMO FIERI DEBEAT.

Valde illi periculosum est a doctrina cessare cui officium pertinet prædicandi; sicut enim damnabile est exempla pravitatis ostendere, ita etiam damnationi proximum esse constat eum qui peccantes non vult docendo sanare.

Sunt autem super hac re diversæ hominum quorundam intentiones. Aliqui enim id facere nolunt victi superbia, alii fastidio, alii invidia. Respuunt, inquam, prædicare præ superbia, et quod multi ambienter facere gestiunt, et pro sola jactantia: hoc isti ne sermocinatores vocentur, quod infame genus hominum esse solet, quia pro suo ventre loquuntur, unde a Gregorio Nazianzeno (*Apolog. orat. 1*): *ventri loqui appellantur*, ex typo nimio dedignantur.

Inter quos si comparatio fiat, multo utilior invenitur qui sibi soli noxius jactanter prædicat, et aliis quibus instruantur documenta ministrat, quam is qui quod intelligit utiliter tumide celat, nec sibi bonus est, nec alios juvat.

Invidia quidam dupliciter a sacra prædicatione retrahuntur, quia aliorum bonis moribus invidentes, unde meliorentur dicere nolunt, Scripturarum etiam scientiam quam habent, se habere dissimulant, nec disserere eas avidis et intelligibilibus auditoribus curant, verentes ne sua doctrina in tantum proficiant, ut sibi discendo cœquari valeant, aut forte præcedant.

Est et tertius invidiæ modus, quo dum aliis bene prædicationi insistentibus invidere quispiam incipit, ardentius ad loquendum se accendit, Scripturarum obscuritates enucleat, alia quælibet et minus usitata exponit, gravesque sententias depingere composito sermone contendit, non ut ad bene agendum audientes ædificet, sed ut gloriolæ cupidus scire super alios suum demonstrat. Sed licet bona male dispenset, et seipsum alios quærendo perdat, tamen quocumque pacto Christus annuntietur gaudendum est (*Philipp. 1, 18*), et nemo sane de fidei verbo tractans rejiciendus, quia in multis utilis est mercenarius.

Sunt etiam qui bona loqui fastidiunt, quorum dum ab omni pia actione manus cessat, non est mirum si a sanctæ locutionis studio lingua torpescat. Qui enim nil boni proponit agere, unde, quæso, diu valeat in

B animo bona versare? Attamen sunt qui bene ac continenter vivunt, sed quia pastoralem non habent in Ecclesia locum, æstimant se non debere fratribus sanctæ prædicationis verbum; quod valde absurdum est: si enim per subjugale mutum, id est per asinam, juxta illud beati Petri (*II Petr. II, 16*), Deus corripit voluit prophetæ insipientiam, quam multum et pene absque comparatione dignior est humana natura ad docendum et dandam cœqualibus disciplinam?

Loquamur itaque quicumque sacræ paginæ notitiam adepti sumus, sicut ex Deo, hoc est Deum totius nostri tractatus habentes originem, et coram Deo nulli præter Deo soli ex nostris sermonis contextione placere quærentes. Si enim quidquid ad exhortationem pertinet animarum, non aliud debet sonare quam Deum, vel aliunde quam ex ipso quasi ex proprio suo fonte prodire, quid sacrilegii facit qui de divinis rebus in quibus Dei sola quærenda laus est, suam præsumit quærere? Si furtum inter humana negotia probrosissimum est, quid criminis esse putamus sua subtrahere Deo et sibi arrogare?

Fugiamus etiam connumerari duobus illis pessimis et inordinatissimis, ut sic dicam, ordinibus, quos in Ecclesia non habemus ut fratres, sed toleramus ut hostes, quorum alter est male facientium, alter vero bene facere nolentium. Hi designantur per duos Judæ filios, Her et Onan, quorum primus nequam in conspectu Domini, et ab ipso percussus, vitam iniquorum qui a Deo pro sceleribus puniuntur, designat; secundus, qui semen fratris nomine suscitare noluit, et divinitus interimi meruit, eos qui verbi Dei semine in cordibus fidelium ad honorem Christi fructum boni operis procreare respuunt, significat, qui non minus damnationi succumbunt quam hi qui mala ipsa efficiunt.

Nam si, juxta beatum Ambrosium (*De offic. lib. 1, cap. 36*), qui non repellit a socio injuriam si potest, tanto est in vitio quam ille qui fecit, quid obstat dicere quod similem prorsus reatum incurrat qui peccantem attendit, et corrigere recusat? Juxta Apostolum sane non solum qui faciunt, sed et qui facientibus consentiunt, digni morte dicuntur (*Rom. 1, 32*).

Licet ergo non sit episcopus, aut abbas, seu quilibet potestate præmineat, agat tamen juxta beatum Augustinum pro persona quam portat. Christianus est; si Christiane vivere vult, sicut in se, ita quoque in aliis Christianum nomen clarificet.

In Deuteronomio etiam ita legitur (xxiii, 3): Moabites et Ammanites [Ammonites] non intrabunt in Ecclesiam Domini etiam post decimam generationem usque in æternum. Et de singulis causas subjiciens, de Moabite quidem ait, quia Israelitis cum pane et aqua egressis ex Ægypto non occurrerit; de Ammanite vero, quia Balaam hariolum ad maledicendum eisdem conduxerit (*ibid.* v, 4).

Quid per Moabitem et Ammanitem, nisi supra memoratum duplex hominum genus, scilicet prodesse nolentium, et male agentium? Ubi enim dicitur quia cum pane et aqua non occurrerit, culpatur, quia prodesse noluerit. Ubi autem dicitur quia Balaam adversus Israel conduxerit, arguitur quia nocuerit. Hi non intrant in Ecclesiam Dei, quia corpori Christi, quod est Ecclesia, nunquam sociantur, non solum qui in malis operibus exerceantur, sed etiam qui spiritualibus epulis ac poculis alios pascere pigritantur.

Absit enim ut in tanto corpore, non dico membra mortua, sed saltem minima ungula inutilis aut otiosa habeatur. Licet autem decimam generationem attigerint, id est in baptismo Trinitatis fidem se habituros sponderint; et septiformis Spiritus sub pontificali dextera munus exceperint, certum est quod pro animi nequitia in Domini corpore esse non possint. Denarius numerus ex tribus et septem constat, et ideo Trinitatem cum septem charismatibus signat. Quamvis ergo ecclesiastica sacramenta cum vere fidelibus accipiant, extra fidelium tamen chorum pro sua inutilitate uti mortua membra jacent. Qui quidem Israelitis non nocerent nisi Balaam mercede conducerent, quia fratribus molesti non essent nisi primum diabolo seipsum darent, et cum ipso postmodum facti unanimes contra bonos bella miscerent.

In quo plane notandum est quia quidquid mysticum in Ecclesia fit, non minus reprobis quam electis secundum dispensationem commune sit; et Baptismus, et Eucharistia, et Spiritus datio non melius quantum ad utilitatem suscipientium, administratur a reprobis quam datur a reprobis. Etsi enim Spiritus sanctus effugere dicatur fictum (*Sap.* i, 5), notandum tamen quod interponitur *disciplinæ*. Effugit autem quantum ad suam ipsorum salutem qui vivunt indigne, adest vero quantum per ipsos omni miseria squalentes, aliis largissima ministrat suæ dona gratiæ. Canalis aquas accipit, sed ad hoc solum ut alias transmittat; et hi non dissimiliter habent alteri, sed non habent sibi. Spiritum vero disciplinæ non habent, quia in labore hominum non sunt, et cum hominibus flagellari non merentur (*Psal.* lxxii, 5); et cum extra disciplinam sint, secundum Apostolum (*Hebr.* xii, 8) adulteri, et non filii sunt.

Ipse est Spiritus qui, cum sit bonus, docet bonitatem; in bono scilicet ac simplici nos al constituit, et sic nos deinde disciplinam doce non fatigemur, cum a Deo arguimur, quia cui ipso judicatur, corruptio est, ut non cum m damnemur; et per hoc multa jam scientia et cretio acquiritur, ut sciamus temporales gl æternos subsequi luctus, et flagella moment bonis compensari perennibus. Spiritum discipl non habuerunt Herodes et Antiochus, qui spir eos in aliquo amore inter flagella tetigerit, a Deo eos aliquid (quia a discendo disciplina disci discere fecerit, sed duplici contritione hic futuro conterendus in sua obstinatione dimisit.

Hæc per excessum diximus, ut discrepat inter bonos et malos in solo tantum animi monstrarem. Is habitus nihil est aliud quam voluntas, et pius affectus, simplexque conscientia qua nihil felicius esse Christiani docuere aut (*AMBROS.* in *psal.* xxviii, v. 1, et lib. ii, *Off.*) In hoc, si volumus, a perversis dividimur, hacialiter re ab eorum sorte discernimur. Hæc e vestis nuptialis, qua qui non induitur, a mensæ consortio emittitur.

Cæterum alia omnia quæ exterius exhibe sicut boni ita et mali dant et accipiunt; iisd sacramentis imbuuntur et imbuunt, eadem mir faciunt. Simus igitur sanctæ Ecclesiæ membra mortua, sed congruum Dominico corpori offerredentia, ut sicut in sacrosanctis mysteriis rius peragendis sumus bonis consimiles, etiam introrsum, affectu, et effectu totius pi æquales. Sit liber noster ex quo nostræ pre textus orationis, pura conscientia, ne dum l aliis bona annuntiat, peccati memoria nos mordeat, quæ locutionis impetum occulta conf præpediat. Sermonem præcedat oratio, ut a fervens amore divino ardentem, quæ de Deo enuntiet, ut sicut apud se intrinsecus ardet, s ditorum corda inflammet. Sermo namque languideque prolatus, cum nec ipsi qui placeat, mire mirum esset si cuiquam placere ab eliso et jacente dictus alios erigere posset procul dubio experti simus hujusmodi verba animos audientium sedare solere, sed opp fastidio, et ad iram graviter irritare. Cum rationis acumen minus in nobis vigere sentit et loquela nostra obtunditur, et quod dici non abundat, et mens in arcto posita def patitur, ut æstimo ad nullius utilitatem ex sermo porrigitur.

Nam si quando verbi copia exuberat, et ad placitum lingua progreditur, longum nimie fieri non debet, quanto minus cum nec memoria petit dicendorum, et locutio præpeditur, et a torpet. Apud beatum Ambrosium (*De officiis*, c. 22) legitur quia sermo tædiosus iram excil cum eadem sæpius replicantur, vel ultra r diversa dicendo tenduntur, fieri inde solet ut



omnia pariter, prima, media et ultima aufe-  
r, et quæ prodesse pauca poterant, nimia et  
rete effusa, in fastidium et pene quodammodo  
um vertantur.

n sicut victualia sobrie sumpta ad corporis nu-  
ritum in corpore permanent, immoderate vero  
i in detrimentum vergunt, et vomitum provo-  
et qui semine legitimo et parce modesteque  
conjugi miscetur, prolem creat, qui vero se-  
fluit, nihil utile efficit, sed carnem fœdat : ita  
imie verbum profert, et id quod auditorum  
us insitum erat, et prolificere poterat, aufert.  
et ergo grandis animi fervor prædicanti adest,  
multiplex tractandorum materia memoriæ non  
facundiæ quoque possibilitas et ornatus neces-  
superest, penset eorum qui tacite audiunt  
illam vires, meliusque fore ut pauca et grate  
iantur, quam innumera ex quibus nulla reti-  
ar, finemque facere non differat, ut rursum  
ermonem faeturus est, alacres eos non fasti-  
inveniat.

terea et aliud intinandum est, ut scilicet dum  
atis levia et plana prædicat, literatis etiam  
ibi convenienti sublimiora aliqua intermiscere  
it, et dum his quæ capacitati suæ placeant  
iat, ita explicet, et ut ita dicam quadam cir-  
cutionis mola conterendo exponat, et quod  
n ac difficile etiam doctis prius videbatur, ita  
um et apertum reddat, ut idiotis ac simplicibus  
cum quod dicitur esse queat. Sicut enim  
lis lactis alimentum familiare est et valde ne-  
ium, ut sine lacte non posse vivere credatur  
es, nec soli tamen eo utantur infantes, sed  
tis panum crustis etiam quibuslibet grandævus  
et cibum, sic plerumque cum vulgo simplex  
na proponitur, et aliquid tamen propter intel-  
iores, ubi eorum exerceantur ingenia, ibidem  
eritur ita pascere consuevit hebetes, ut etiam  
oris additamentum victus, id est interjecta pon-  
ori sententia delectare soleat sapientes. Solent  
n in tractatibus evangeliorum sententiæ de  
i Testamento adhibitæ auditores reddere magis  
os, quia dum quidpiam eorum auditui novum  
at, animos quasi ex quadam voluptuosa sono-  
innovat. Hoc his contingere solet qui Scri-  
: secreta libenter inquirunt et semper discere  
unt. Placere etiam nonnullis comperimus sim-  
historias, et veterum gesta sermoni inducere,  
omnibus quasi ex diversis picturam coloribus  
iare.

endum etiam nobis est quis tractatus doctori  
pue habendus sit. Quatuor sunt regulæ Scri-  
rum, quibus quasi quibusdam rotis volvitur  
: sacra pagina : hoc est historia, quæ res ge-  
oquitur ; allegoria, in qua ex alio aliud intelli-  
; tropologia, id est moralis locutio, in qua de  
us componendis ordinandisque tractatur ;  
oge, spiritualis scilicet intellectus, per quem de  
is et cœlestibus tractaturi ad superiora duci-

mur. Verbi gratia Hierusalem, secundum historiam,  
civilis est quædam ; secundum allegoriam, sanctam  
Ecclesiam significans ; secundum tropologiam, id est  
moralitatem, anima fidelis cujuslibet qui ad visio-  
nem pacis æternæ anhelat ; secundum anagogen,  
cœlestium civium vitam, qui Deum deorum facie  
revelata in Sion vident, signat. Ex his igitur qua-  
tuor modis, licet omnis fieri possit, aut certe ex  
singulis, tamen si quid utilius ad curam interioris  
hominis pensetur, magis commoda ac intelligibilis  
in tractando moralitas esse videtur.

Allegoria sane dum in propheticis apostolicisque  
libris disquiritur, pene nihil aliud quam fidem ædi-  
cat ; quia scilicet, dum multifariam multisque mo-  
dis olim Deum loquentem in prophetis attente legi-  
mus, Christiani temporis sacramenta indubie præ-  
nuntiata ibidem comperimus. Dei vero gratia jam  
fides omnium cordibus innotuit, quam etsi inculcare  
sæpius ac retractare auditoribus oportuit, non mi-  
nus tamen, imo multo crebrius ea quæ mores eorum  
instituere possint, dicere convenit. Facilius enim et  
securius de virtutum natura disserimus quam de  
fidei sacramentis de quibus valde moderate aliqui-  
bus loquendum est, disputamus. Error namque  
minus intelligentibus ex nimis profunda prædicatione  
generari potest ; ex morali autem institutione ma-  
xime solet acquiri discretionis utilitas.

Quamvis itaque allegoricus sensus, si aliquando  
sermoni admisceatur, plurimum esse soleat gratio-  
sus, et si dicuntur, et vere aliquoties diei debent  
aliqua quæ ad fidem et intelligentiam Scripturæ  
sacræ nos imbuant, tamen tota verbi nostri vigi-  
lantia de  $\Sigma$  motibus interioris hominis, id est cog-  
itationibus habeatur, quarum passio tam omnibus  
communis est, ut tractatus hujusmodi nulli, ut  
arbitror, possit esse obscurus, præsertim cum unus-  
quisque intra seipsum quasi in libro scriptum atten-  
dat quidquid de diversis tentationibus prædicatoris  
lingua retractat.

Non magis autem de origine aut custodia virtu-  
tum, quam de concatenatione et fuga vitiorum fieri  
admonitio debet ; ubi doctor quæ sint naturalia et  
quæ extra naturam vitia, quæ etiam ex aliis gene-  
rentur, et quam perniciosa ex seipsis et ex eis quæ  
ab ipsis propagantur, sint, dum diligenter ac distin-  
cte docet, fructum immodicæ utilitatis exhibet. Cum  
enim Scripturarum abdita simplicibus ac idiotis  
exponuntur, cito suis elabuntur memoriis, quia qui  
assueti sunt solis rebus corporeis, mirum non est  
si in spiritualibus, quæ non vident, cum etiam in  
corporalibus, quæ sentiri a se ac videri possunt, non  
habent vires recordationis. Sunt sane aliqui ita ani-  
males ut vix aliqua nisi materialia et quæ bestiis  
etiam sunt conspicua comprehendant, et motus etiam  
nec non et vitia corporum ac animorum suorum,  
quæ indesinenter in semetipsis patiuntur, omnino  
nesciant, donec ab aliis audiant, quæ cum audierint  
utinam firma relectione contineant.

Dixi sane verumque dixi non minus prodesse ali-

quoties, si fiat tractatus de natura vitiorum, quam A si fiat de natura virtutum. Si enim vitium non cognovero, quomodo sinceritatem virtutis amabo? Et vitium quomodo fugiam, nisi bonum, sanum et integrum aliquid, cujus adipiscendi ac fruendi gratia ipsum vitium fugiendum sit, sciam? Sunt olera sunt et cicuta: unum utile est, alterum mortiferum; si ergo sit aliquis qui olera quidem libenter comedat, sed inter olera et cicutas distantiam nesciens, cicutas sicut olera comedendas credat, quid sibi prodest aliquandiu usum oleribus fuisse, si postmodum per ignaviam suam cicutas comedendo contigerit sibi amentiam et mortem incurrere?

Debet itaque uniuscujusque vitii origo diligenter discuti, ut dum quid sit vitium aperte cognoscitur, contrarium ejus, quod est virtus, quasi granum distinctum a palea evidentius, agnoscat; et tanto studiosius vita, quod est virtus, ametur, quanto cautius vitium, quod est mors, evitatur, Nulla enim prædicatio salubrior mihi videtur quam illa quæ hominem sibi ostendat, et foras extra se sparsum in interiori suo, hoc est in mente, restituat atque eum coarguens quodammodo depictum ante faciem suam statuat.

Sed forte quis interrogat quomodo hæc scire valeat, de quibus secundum interiorem hominem tractare debeat; cui respondeo quod, exceptis beati Gregorii Moralibus et libro illo qui De institutis et collationibus Patrum a quodam Cassiano, qui et Joannes dicitur, scriptus est, quorum lectio utilitatis C immensæ studiosis lectoribus fructum præstat, cæterisque sanctis auctoribus qui de hujusmodi nos instruunt, illud præcipue omnibus sui custodiam habentibus et contra vitia resistentibus valere ad cognitionem discretionemque vitiorum existimo, ut sollicite contra cogitatum et actuum suorum fluxa desideria se accingant; in quibus si fideliter certant, nihil est ubi tantum de morum qualitatibus discere queant. Qui enim per solas voluminum quorumlibet lectiones exterius institui de his quærit, tanto citius obliviscitur, quanto per experientiam ea quæ legit aut audit intra seipsum non relegit. Experientia autem nihil menti humanæ utilius est, quia in sua conflictatione dum instanter perseverat animus, et aliquoties de victoriæ suæ felicitate lætatur; dum quoque D rursus animi mutato statu contra cordis aut carnis suæ testamenta lassatur, et qui contra pravos appetitus cor impenetrabile se habere gaudebat, jam emollito rigore illo vitiorum æstus se posse tolerare diffidit, dum inter spem et metum mens nutabunda vacillat, Deo occasiones subministrante resurgit; et de lacu illo instabili, in quo cæca et quasi ebria lerebatur, ad soliditatem tandem cogitationis diu circumacta revertitur.

Occasiones autem resurgendi, dum in lucta tentationis aut in torpore mentis positi sumus, Deus nobis administrat, cum aut rationi nostræ spirituum compunctionis suggerit, scilicet pensare nos faciens iniseriam nostræ voluntatis, aut, Deo ipso dispen-

sante, cum laudari ab aliquo nos audimus, aut sermonem exhortationis ad alios facere cogimur, ac per hæc ad nosmetipsos videndos qui simus, ubi jaceamus, reducti ingemiscimus; seu certe cum per alterius sermonem facientis vivum eloquium, sive per divinæ paginæ lectionem a languore animi excitamur, seu quibuscunque aliis modis innumerabilibus et omnino insperatis ad bene agendum revocamur.

Conflendum igitur est Domino, his maxime qui descendunt mare, id est humiliantur tempestate tentationis, sed tamen sunt in navibus, hoc est in directione piæ intentionis, quia, etsi fluctuant, tamen non merguntur, *facientes operationem in aquis multis* (Psal. cvi, 23), id est inter collisiones atque concursus quos carnales ac spirituales impetus adversum se acerrimos faciunt, in hoc bonæ operationi & inserviunt, quod nec studium repugnandi deserunt, nec malis oppressi foveam desperationis incidunt, sed rationis intuitu in Deum, qui potens est eruere, sese projiciunt: isti *opera Domini et mirabilia ejus in profundo* (Ibid. v, 24), id est in dejectione animi, in obscuro fluctuationis, in timore peccandi viderunt, id est experti sunt. Magnifice enim tentati magnificentius sunt erepti, gratias magnificentissimas debent.

Cum ergo hæc evadentes pericula secum pensant, quid de bono statu in quo erant positi; aut per nimiam securitatem, qua se sine magno timore et cautela posse putant integram religionem tenere; aut per ineptam lætitiā, qua de suis bonis et bonorum perseverantia plus justo lætantur; aut per contemptum, quo aliis quasi infra se longe pro sua torpida vita jacentibus indignantur; aut in tentationem, aut in desidiam et torporem delabi meruerint, et nunc succumbendo, nunc superando passionum, id est desideriorum suorum fornacem evaserunt, multa mira valdeque utilia sunt, quæ in istis rebus sibi contrariis comprehendi ab eo qui tolerat possunt, quæ etiam intelligibilem animum vehementer etiam sine litteris atque libro instruunt.

His ac similibus quilibet docendi habens officium, subtiliter si velit institui, in seipso primum potest, et postmodum quod bellorum internorum experientia docuit, multo copiosius quam dici a nobis valet, secundum quod sibi eventuum suorum commoda et incommoda memoriter tenenda impresserunt, erudire salubriter et alios potest. Potest quilibet iners, et qui militiam nunquam exercere vel cœperit, quia bellantes viderit, vel bella narrari audierit, de bellis multa dicere, sed longe dissimiliter ille bella memorat, qui in bello pugnavit et impugnatus est, qui militaria fecit et passus est.

Sic fit et in spiritualibus, dum aliquos, quæ in libris legerint vel ab aliis audierint, audimus satis facunde eloqui; sed longe altera auctoritate de congressu spirituali ille tractat, et quasi digito condicit ostentat, cui testis eorum quæ ore pronuntiat conscientia astat. Et quidem valde proficit litteratis,

iam quæ ipsi norunt eloquenter sibi dicantur; A minus accurate, fastidium et contemptum iunt: unde cum litteratis atque illitteratis positis commonitorium facimus, aliqua minus, attamen intelligibilia, utriusque parti proferre us, unde eorum lædia qui ea quæ dicimus iunt, removeere possimus. Quod sit cum sancti elii lectiones exponendo, quippiam aliter quam expositiones habent, moraliter inducimus, nisi quodammodo de veteri maceria superlo novam reddimus.

plane quædam evangeliorum capitula, sodo a Patribus allegorice tractata, et ad Judæoentiumque personam exposita, quæ tamen si perspicax et Scripturarum studiosus secularium regulas interpretationum scrutari velit, B ut nunquam alicubi intellectus deerit, sed neque legenti spiritus et voluntas ierit, illuc et rota, id est Scriptura sacra, præsto aded tamen, licet eis qui valenter sacræ paginæ am habent, summopere hoc genus exercitii præsumendum nulli est, nisi ad plenum variis locutionum, sub una eademque re, diversitagnificationum longo usu didicerit allegorias componi.

sumendum, inquam, nulli nisi litteris sagacibuto, et sub eisdem, ut dixi, rebus ac nomimultiplicia sentire prorsus instructo: verbi petra fundamentum: aqua et cælum, herba um, sol et luna, et innumera alia, cum multa C ipturis significant, attendendum est ei qui in sententia obscura exercetur, cum aliquod nominum occurrerit, quot modis in Scripturæ soleat, ut puta, aurum divinitatem, aurum tiam, aurum vitæ claritatem significat; et, eratis omnibus, quod magis viderit congruere li quem retractat, securus apponat. Ita pauladies sumpta fiducia, cum per significantiarum iones viderit sibi sanctam Scripturam arriam ad majora progrediens, quæ quondam se am attentaturum præsumere posset, spe etiam r meliorum provocatus aggreditur, ad quæ anda testimoniis sacri eloqui catervatim sibi entibus non minimum confortatur. Duobus

hoc fieri solet, exemplo scilicet atque ratione: D olo Scripturarum, ut dixi, præcedentium; et e, videlicet cum exempla minus adsunt, et per erationem naturæ illius rei de qua agitur, l allegoriæ vel moralitati conveniens invenitur, le lapidibus gemmariis, de avibus, de bestiis, bus quidquid figurate dicitur, non nisi propter rum significantiam profertur; in quibus etiamsi agina aliquoties attestetur, per naturæ tamen tionem licenter conjicitur.

porius Nazianzenus, vir mirabiliter eruditus dam suo libro testatur se id habuisse consuetuut quidquid videret, ad instructionem animi rizare studeret. Quod acumine rationis si assuescat aliquis, non modo in voluminibus

divinis, sed etiam pene in his omnibus quæ subjacent oculis, comparationes satis idoneas in exemplum et significantias utiles illarum quas ex usu assiduo nihili pendimus rerum uberrime invenit, quæ tanto utilius cogitantur quo benevolentia illis ampliore dicuntur, tantoque sunt gratiosiora quanto minus auditoribus usitata.

Possent et de his quæ ratione adveniuntur plurima tractari, sed vereor ne, si de hac re loqui inciperem, verba supra modum extenderem, et nescio si ea tam lucide possem explicare ut cuperem.

Proficere præterea præcipue audientibus solot ejus qui loquitur sincera et absque ulla laudis cupiditate intentio, ubi sola eorum qui auscultant in divinis rebus eruditio quæri intelligitur et salus, ubi peculiaris gloriæ de grandi eloquentia non avertit eos, nec potest notari typus. Nihil enim magis offendere consuevit auditorem, quam quod causa pecuniæ aut ostentationis scit suum seu æstimat disputare prædicatorem.

Irritat qui talis agnoscitur, non prædicat, quia quo dicta sua venustiore ornare conatur eloquio, tanto acriore astantium pectora ad contemptum (proh dolor!) etiam eorum quæ bene ab eo dicuntur, et maxime sui ipsius vexat fastidio; quæ tamen quovis fastu enuntiarentur, supplicii deberent uti divina excipi animo.

Hæc qualiter tractare debeas, vir amantissime, juxta locutionem meam citatam, nunc deinceps de quibus aliquando sumere possis loquendi materiam, Deo aspirante, scribo exordiar.

Omni homini in confusione vitiorum submerso satis quidem utile est supplicia inferni quam sint horrenda edicere, et cum illo ineffabili suo horrore quam sint infinita narrare. Sicut enim in cœlesti regno positus nihil beatitudinis deerit, sic e contrario in æternum damnatis nihil miseræ, nihil quod ad penam pertineat deesse poterit. Et cum sine ullo vel momentaneo remedio crucientur, illud præcipue et incomprehensibiliter cruciat animos perditorum, quod nec saltem post mille millia annorum spem habent tormentorum evadendorum, sed mortem immortalem passuros se sciunt in sæcula sæculorum. Spes enim et sane aliquoties falsa refovet mentes in adversis constitutas, sed ibi nec vera, nec falsa erit, quæ eos consolari possit. Sed hominem animale, id est bestialiter viventem, cujus sensus in his quæ corporaliter videt toti inhærent, quia non capit quæ Dei sunt, ita terrenæ voluptatis consuetudo excæcat, ut nihil eum, quod de futuro sæculo sibi dicatur, detertere queat, et si aliquando deterreat, quia quod dicitur adhuc non sentit, cito a mente excidat.

Objicienda ergo ei sunt quæ in præsentiarum inter male faciendum et pro male faciendo tormenta anxietatum ac timorum patitur, et quod nihil inde nisi laborem et dolorem turpissimum consequatur. Verbi gratia, furto quis assuetus est, cupiditate

itaque cujuslibet rei victus, non dico a timore nocturno, unde ego satis exstimescerem, sed ne a membrorum quidem amissione, vel ab ipso exterrius suspensio, quod se non evasurum scit, si deprehendatur, vadit furatum: timet sane, et truci tremore concutitur, sed vi cupiditatis evincitur. Convictus itaque talis furcis appenditur.

Dicam et de incestu, sed verbo nobilis illius Boetii commodius dicam: « Quid ait, de voluptatibus loquar, quarum quidem appetentia plena anxietatis est, satiety vero pœnitentiæ? (Boet. *De consol. Philos.*, lib. III, prosa 7.) Quid hoc verius dicto, Torquetur in concupiscentia flagitii positus, æstuat cogitans qualiter pravum affectum ad nequiores ducat effectum; et dum cognosci quod agit timet, diro et intolerabili cruciatu uritur; et dum æstus sui impatiens expedire se nititur, velit, nolit, usu proprio superatur. Dum fervet desideris, queritur adversum se graviter de bello quod tolerat, et se miserimum clamat, ita ut seipsum fastidiat et vivere tædeat. Et expleto quod cupiit, quæ torturæ qui gemitus, quam sera pœnitentia tunc infelicem hominem sequitur! »

De quo sine dubio dixerim qui si tantum veracis tristitiæ et fructuosæ pœnitentis post perpetratiōnem peccati haberet, quantum post effectum libidinis aut alicujus criminis, et in ipsa etiam excoitatione, antequam perpetret, primum angustis, quomodo scilicet efficiat, de hinc moreris quo ex satietate peccati ad horam donec scilicet solutus fervor redeat, fastidium consuevit pati, maximum et omni acceptione dignum. Deo fructum suæ contritionis offerret. Sed verum est propterea quia filii sæculi prudentiores et, ut sic dicam, vivaciores sunt filiis lucis in generatione sua (Luc. XVI, 8). Dicitur enim apostolis, vel Judam non videtis quomodo non dormit, non quod melior foret Judæ vigilia apostolorum somno, sed quod illius in malo sagacitas apostolis adesse deberet in bono. Et Paulus humanum dicens (Rom. VI, 19), propter infirmitatem carnis nostræ, sicut nostra exhibuimus membra servire iniquitati, si non amplius, sic saltem exhibere non vult ad serviendum sanctitati.

Noverat acrimoniam et sagacitatem humanæ

mentis ad malum, qui si tantumdem bonorum diosi essent, magnæ laudis titulo digni forent jiciatur ergo talibus sub quibus aculeis et toribus miseris transigant voluptates; objiciatur opinio qua sola seu apertis sive non apertis tibus infelicitum sordidatur honestas. Si itaque futura, quia non ante oculos aut a lateribus ebent, adhuc timere non dignantur, timeant s pro tantilla voluptate tam rabidis cruciatibus tari, de quibus nihil sibi contingat nisi hone periculum perditionemque lucrari: quæ, involuptas ad apis similitudinem, ut præfatus ait (Boet. *ubi sup.*, metro 7), mel in ore, id suggestu ipsius delectatiunculæ, gerit, sed leum in cauda, quia postmodum quidquid dulnis infimæ hausit, sævæ suspitionis acerbiter solvit.

Dicit sanctus Gregorius (*Moral. in Job*, lib. cap. 21), quia nihil simplici mente feliciter. C quod quidam ait quia mens male conscia pr semper agitur stimulis, dum malefacere gesti aut malefacta timendo, intestinis creberrime matur incendiis. Si igitur consulit æternæ tioni, vel [pro et] præsentis consulat verecundi conversus ad cor discat resistere consuetudi pravis, sollicitè videlicet inquirens quid distet carnem et spiritum, imo quid sit caro et spi Frustra enim miles armis instruitur, nisi an aciem habeat quo hostibus reluctetur. Et prædest virtutes carnalibus adversas lasciviis: scere, si ratio iners et torpida ad impugnanda non velit assurgere?

Supra itaque quiddam veracis historiæ in plium, cujus dum secreta discutimus, plurimæ tutionis nobis instrumenta aperimus. Nec n novas moliri in hoc quisquam existimet, sciens si secundum poetam,

*Licuit semperque licebit*

*Signatum præsentis nota producere nomen,*

multo magis liceat omnibus sacræ paginæ se doctis salva fide, et juxta veterum regulas intutum, Scripturarum per sensus varios disqu ubertatem. Dicamus igitur.

EXPLICIT PROCEMIUM.

## INCIPIIT MORALIUM GENESEOS

### LIBER PRIMUS.

#### ● CAPUT PRIMUM.

Vers 1. *In principio creavit Deus cælum et terram.* in principio conversionis nostræ intra nosmetipsos in duo quædam sibi valde contraria dividimur, quæ in nullo bene vivente pacem vel momentaneam

inter se, ut puto reperiri, possunt habere. autem caro, et spiritus. Caro autem hoc in k sæpe alias cum pro vitis carnis ponitur, in accipitur. Homo namque a Deo ita conditus e munis ab omni superfluo et inordinato animi e

o motu, cum tanta harum duarum partium A  
lia creatus est, ut nil in se prorsus molestiæ  
ur, donec divinum imperium, serpenti ob-  
ans, transgrederetur : quo pacto illico contra-  
dominio mentis sensit carnem. Et justum  
fuit, ut quandiu ipse Deo obedienter subji-  
; nullam repugnantiam sui adversus se pate-  
nec minus justum fuit quod cum Deo subji-  
nec seipsum sub suo jure haberet. Unde et  
vetito comedissent, ambo sibi dicuntur pe-  
ta (*Gen* III, 7), id est circumcinctoria texuisse,  
idelicet hi, qui prius nihil concupiscendo  
it, jam æquo judicio turpiter stimulari in  
rum sentiebant.

inc ergo in nobis concupiscentialis inobedi-  
nat, quæ etiam nolentes ad motus nos inde-  
vitat. In his igitur qui chaos vitiorum devi-  
principia conversionis benevolendo fecerunt,  
ælum et terram creat, quia Spiritum, id est  
m, et terram, id est carnalem affectum quæ  
onfuso in corde fidelium commista ferebantur  
discernit et suscitatur, et cælum quidem supe-  
atuens, cujusdam ei principatus dignitatem  
de cujus nutu terra cum suis omnibus spe-  
beat. Sicut enim de cælo lumen infunditur  
liscursu nubium ubique terrarum pluvix mit-  
tur, ex quatuor quoque ventis cæli terra per-  
ita de ratione, quæ summa nostri pars est,  
entiæ, rectæ intentionis discretionisque cla-  
rocedit, in ea Patrum antiquorum cœlestes  
ntur, servantur et aliis tradendæ sententiæ,  
us cum compluti, et alii fuerint, sui etiam  
s terram, id est omnes sensuum suorum par-  
c spiritualis scientiæ plenitudine ad bonis  
is fructificandum irrigat, et quatuor spiritua-  
principalibusque virtutibus, prudentia scilicet,  
, fortitudine, temperantia quidquid vitiosi est  
is, quasi cujusdam auræ potentis impulsu abs-  
st siccatur. Sicut enim, si bene attendas, terra  
ne est, nisi de cælo quidquid boni gignit ac-  
ita corpus nostrum omni sterilitate boni et  
peccati squalidum remanet, nisi ratione re-  
Ratio vero nihil aliud est quam intellectus,  
Dei et angelorum similes efficiuntur, quo ea  
si sunt sapimus, quo etiam solo in vita hac a  
differimus, hoc animalitatem nostram, id est  
tatem, quam cum bestiis habemus commu-  
egere et ordinare debemus.

mus igitur cælum in nobis, quo in cœlestia  
mus; habemus e contrario terram, qua ad  
ida infima pecorum more demergimur. Hæc  
ecundum Apostolum, invicem adversantur,  
bona cupimus facere, sæpius non possimus  
, 17). Cum itaque ad Deum convertimur, ra-  
, quæ sub affectu carnali quasi ancilla ordine-  
tero, et valde perverso jacebat, erigimus, et  
eam, qui servili audacia dominæ suæ insur-  
t, perpetuum certamen exercere proponimus.  
ergo primum in nobis cælum ac terra crea-

tur, cum duorum istorum intelligentia et ordinata  
secundum justitiam differentia in animo haberi  
incipit. Sed ipsam terram qualiter explicet sequentia  
videamus.

VERS. 2. — *Terra autem erat inanis et vacua.* Ter-  
ram, ut dixi, vel corpus nostrum, seu affectum 10  
carnalem debemus istuc accipere. Carnalis vero  
affectus inanis vere dicitur, quia nihil solidum, sta-  
bile, vel constans, quantum ad se pertinet, habet;  
sed, sicut caro subtractis ossibus tota concidit, per  
se stare non valens, ita pars nostri inferior, scilicet  
animalitas, nisi adsit ratio quæ regat, nil pondero-  
sum, nil utile, sed totum vanum, turpe et incommo-  
dum agere novit. Quæ inanitas præcipue ad interio-  
rem pertinet hominem, ad deterioris videlicet affe-  
ctus ipsius partem, cum longe a Deo cogitatio ejus  
et cura versatur, et aut otiosum prorsus est, aut  
noxium quod meditatur. Cum ergo sit in vagabundo  
cordis appetitu inanitas, et a divino, ut ita dicam  
semine miseranda sterilitas, restat ut sequatur ne-  
cessario in operum bonorum exhibitione vacuitas,  
quia valde mirum esset, si vitalem succum arbor a  
radicibus perdidisset, et arefacta introrsum folia  
fructusque produceret. *Terra* ergo primo *inanis* inter-  
ius, et *vacua* ab utilitate exterioris. Qui de terra  
est, ait, de terra habet esse, et ideo habet de terra  
loqui (*Joan.* III, 31), quia si conderet homo quid a  
se habeat, nil prorsus invenit, nisi quod absente Dei  
gratia asinum juvat. Quid enim est homo, non dico  
sine ratione, sed sine Deo, qui clarificat rationem,  
nisi pecus? Ratio namque nisi amoris divino adjuncta,  
versutia potius sæcularis et diabolica dicenda est  
quam ad aliquid boni valens prudentia. Hæc cum,  
Deo inspirante, legem juxta Apostolum spiritualem  
scit et amplectitur, carnalem tamen affectum pati-  
tur, vanitati subjecta non volens (*I Cor.* VII, 15);  
unde et quod operatur non intelligit, id est non ap-  
probat, non diligit. Per spiritum enim, id est ratio-  
nem, quæ cum Deo sentit, et ex Deo, et cum  
Deo videt, attendit bonum, quod fieri convenit, desi-  
derat facere, sed caro renititur, et venundatur, id  
est alienatus homo a potestate sui per consuetudi-  
nem peccandi, quod non vellet per spiritum facit  
per affectum, et ex eo quod invitatus facit, ex hoc  
ipso legi Dei quoniam bona est, consentit.

Et, ut probetur magis hæc terræ inanitas, addit  
ibidem Apostolus. Nam cum dixisset: *Nunc autem  
non operor ego illud, sed quod habitat in me peccatum*  
(*Rom.* VII, 17, id est non ex mea rationali volun-  
tate procedit, ut malum faciam, sed ex necessitate  
pravæ consuetudinis, adjecit: *Scio enim quia non  
habitat in me, hoc est in carne mea, bonum* (*Ibid.* 18).  
Omnis enim creatura sine Deo, in quantum ad ve-  
rum esse pertinet, nihil est, et, si expers sit summi  
boni, per se nunquam bona est. Omnis autem na-  
tura quia a Deo fit, bona est; diabolus enim, secun-  
dum hoc, bonus est, sed ex suo pessimus est. Unde  
verum est quia terra, quantum ex se habet, inanis  
est, nulla utilia cogitans; vacua est, nihil idoneum



usui fructificans. Inanis ergo interius, et vacua exte-  
rius.

Dicunt auctores nostri quod in veteri translatione non dicitur *inanis et vacua* (*Gen.* 1, 2), sed *invisibilis et composita*. Quod optime moralitati consonat. Mens enim hominis in peccati profunditate constituti, cum per consuetudinem peccandi ad reprobum sensum pervenit, ita amore vitiorum quibus assuetus est, prægravatur, ut omnino seipsum attendere nesciat, et in qua corporis dehonestatione et animæ perditione jaceat prorsus non videat. Talis est enim reprobus sensus, ut in tantum mentes periturorum excæcet ut, cum sint in fetore miseriaque et omnium se videntium despectu ac[horrore] positi, beatos se solos et vere ab aliis honorandos pro sua prosperitate et bonis proventibus, quibus super alios felices fore se gloriantur, æstimare audeant. Hi sunt de quibus Salomon ait : *Lætantur, cum male fecerint, et exsultant in rebus pessimis* (*Prov.* 11, 14). Quod maxime sensus reprobi proprium est.

Antequam itaque Deus inter cælum, ut supra diximus, distinguat et terram, *terra erat invisibilis*, quia antequam in corde cujuscumque criminosa discretionis gratiam daret, affectus carnalis quam sordidus, quam execrabilis esset, non Deo, quem nil latet, sed sibi ipsi, qui patitur, penitus invisibilis est; quia sicut ebrius quod patitur nescit, ita vitii plenus quid sit honestum, quid non honestum discernere nequit. Sicut namque vivus et mortuus, si aliquo in loco sint positi, vivus quidem mortuum videre potest, sed mortuus vivum non potest; ita homo quisquam, cujus rationaliter animum viget, vitia quam detestabilia videre potest; qui vero in profundum malorum jam venit, et jam contemnit atque desperat, quid sit virtus, quid modestia, quid bona cætera non considerat; furor enim est illis, scilicet peccatoribus, *secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ et obturantis aures suas* (*Psal.* LVII, 5). Furor est reprobis sensus, qui in amentiam versos irrationabiliter et, ut ita dicam, porcine vivere miseros cogit. Qui secundum similitudinem serpentis, videlicet aspidis, est, quia sicut aspis, cum præ-senserit incantatorem, alteram aurium terræ affligit, alteram vero cauda obdurat, ne incantantis carmen obaudiat; sic isti cum verba sacri eloquii, aut cujuslibet prædicatoris audiunt, quæ de contemptu voluptatum proferunt, mox ad memoriam pristina sua delectamenta reducunt, quibus quasi cauda aurem cordis obducunt, et præsentia quibus fervent et inhiant pariter attendunt, quibus totum suum intellectum in terrena deprimentes, contra Deum se vocantem obstruunt.

■ Hi terra invisibilis sunt, quia seipsos in qua peste sunt pensare non norunt : repleti namque iniquitatum obscurati sunt terræ domibus (*Psal.* LXXIII, 20), id est proni ad proprias libidines, nil scire nisi quod carni dulce sit quærunt, et ad divina videnda oculos animi perdiderunt. Et quia nondum nec seipsos aspiciere prævalent, jure terra quæ invisibilis

præmittitur, incomposita subinfertur. Nisi enim intuitum suæ internæ considerationis aliquis amittat, nunquam ad exteriora mala, et incomposita, et inordinata opera procedit. Sicut namque cæcus ea quæ corpori suo adhærent, vestes scilicet suas et cætera disponere nitide ac decenter, et sordes appositas evitare nescit, ita is qui mentis per vitia cæcitatem incurrit, actus turpes et indignos, quorum studio flagrat, interius moderari penitus nequit. Legitur apud Salomonem : *Homo apostata, vir inutilis graditur ore perverso* (*Prov.* VI, 12). Nisi enim introrsum a Deo apostatasset, ad incongruos ac reprobos gestus exterioris hominis non venisset. Caveatur igitur primum cæcitatibus occasio, ne forte superveniat obscenorum operum effusio.

Sed unde hæc prodeant, vigilanter, sermo divinus intimat. *Et tenebræ erant super faciem abyssi*. Potest ad litteram dupliciter ita dici; *Et tenebræ erant super faciem abyssi*, id est super profunditatem aquarum quæ proprie vocatur abyssus : vel *super faciem abyssi*, id est plusquam in abyssu. *Abyssus* allegorice mens humana dicitur, quæ quantæ sit quamque incomprehensibilis profunditatis, omnis homo novit, cui inscrutabilem altitudinem, instabilitatem fluctus, perturbationem sui cordis experiri contigit. Evenit enim etiam in honorum cordibus, cum caro adversus spiritum, et spiritus adversus carnem confligit (*Gal.* v, 17), ut in tanta densitate cogitationis sit animus, ut ipse vix in seipso deprehendere possit, in quo sit statu, utrum sequatur impetum carnis, an impetum spiritus.

Legat qui vult plenius id nosse beati Augustini tractatum super *abyssus abyssum invocat* (*Psal.* XLII, 8). Et in cordibus iniquorum quod putamus est *hathrum*, quæ tenebrarum immensitas, si mentibus electorum tanta inest obscuritas? Si *super humum populi Dei juxta prophetam ascendunt spinæ curarum sæcularium, et vepres desideriorum carnalium, quanto magis super domum gaudii civitatis exsultantis?* (*Isai.* XXIII, 13.) Quod est dicere : si hi, qui nil aliud in hoc mundo charius habent quam suam a Domino flere peregrinationem, flere sæculi præsentis ærumnam, molestias et tumultus, nebulasque animorum patiuntur, quanto gravius illi qui totis præcordiis flagitia sitiunt, avaritia anhelant, libidibus sordent, invidia tabescunt, superbia turgent? Ex his itaque tenebris illa, de qua supra tractavimus, invisibilitas et incompositio oriuntur. Sed sunt quidam, qui licet Babyloniam hanc, id est mentis confusionem per scelera multa inciderint, tamen quiddam rationis residuum, quasi ex grandi igne scintillam retinent, ex qua miseriæ illius pavendam nimium voraginem, in qua demersi sunt, considerare valent. Et cum sint aliqui prorsus extincti, qui, ut dicitur in psalmo : *Dormiunt in sepulcris* (*Psal.* LXXXVII, 5), id est prava consuetudine sunt depressi, quorum Deus non est memor amplius (*Psal.* LXXXVII, 6), quos profecto ad propriæ revocando lumen cognitionis nunquam revisit; sunt tamen hi

ædiximus, oculo etsi multum turbato, non A penitus excæcato, qui caput de abyſſo eleclamare, soleant: *De profundis clamavi ad l. cxxxix, 1*, et cætera. His convenit quod r.

*irritus Dei ferebatur super aquas.* Aquæ in sacra aliquoties voluptates carnis significant. Unde vangelio spiritus de homine exiens per loca sa ire dicitur (*Luc. xi, 24*). In diluvio igitur n multarum (*Psal. xxxi, 6*), id est in fluxu am carnalium desideriorum constitutis mentis Spiritus superfertur, quia adhuc igniculo onis vivente considerat infelix animus quas miserias; et sicut de rege Babylonis legitur ram Sedechia rege Juda filios ejus occiderit r, 10), ita, dum quisque attendit a diabolo B orum immissionem opera sua bona interfici ui, cum quanto rugitu hæc aspiciat dici non quia se videt omnino perire. dolet malletque t tamen contra insitas medullis concupiscenconsuetudines non valet ullo modo resistere. ssona horum multa in suis lamentationibus is propheta deplorat. Sunt qui ollis carnium nntur in Ægypto, et exerceri sponte sua opeanti et lateris; sed sunt rursus alii qui coacti entes ab exactoribus urgentur ad sordida et opera, quæ signantur per lutum et laterem, raoni, id est diabolo, famulantur inviti, qui t cum Psalmista ad Deum: *Miserere mei, Do-* *gnum inveteravi inter omnes inimicos meos C* r, 7). Quorum Deus interiorum gemitum auducit victos (*Psal. lxxvii, 7*) funibus crimid hoc ut sint in fortitudine pravis suis motisistendi; similiter eos qui exasperant (*Ibid.*) erigit, ut cum David audire debeant: *Inveni* *æundum cor meum (Act. xiii, 22)*, quorum facit memoriam iniquitatis cum sonitu blaaram, quibus adversus Deum solebant pere, qui vertit impios, et jam non sunt impii, itantibus in sepulcris oblivionis exclamat: *veni foras (Joan. xi, 42)*. Id est pestilentem eccati temulentiam digerens ■ æstu acerænitentiæ edormisce, et qui quasi mortuus, et elinguis in barathro vitiorum jacebas o*veni*, id est accede ad eum qui te vocat inter D er peccati deplorationem; ut *foras*, id est in jam prodeas per bonorum operum exhibitio*pse* namque videt afflictionem populi sui, et lit, id est compatitur ad miserendum eis, et s:

3. — *Fiat lux et facta est lux.* Quod ergo s debere intelligi per lucem, nisi illud primum, quod his qui convertuntur ad cor (*Psal. 9*) datur. Quid est autem primum bonum, or Dei, qui dicitur *initium sapientiæ?* (*Psal.* Sapientiam vero lucem appellari non uno, ltis Scripturarum locis advertimus. Quod si x est, et initium ejus timor Dei est, timor o, quia pars ejus est, idem quod totum est,

lux scilicet est. Sapiens enim: *Proposui, inquit, pro luce habere illam (Sap. vii, 40)*. Et alter: *Miserere nostri, ait, Deus omnium, et respice nos et ostende nobis lucem miserationum tuarum (Eccli xxxvi, 1)*. Et exponens quam lucem adjecit: *Et, id est, immitte timorem tuum super gentes, quæ non exquisierunt te (Ibid.), 2*, id est super vitia nostra, quæ non permittunt a nobis exquiri te. *Ut cognoscant (Ibid.), id est ut cognoscere nos faciant, cum evicta ac depressa, te opitulante, fuerint a nobis, quia non est Deus, nisi tu? (Ibid.)* Sed videndum est, cum superius dixerimus, eos qui vitiis opprimuntur, timore suæ perditionis urgeri, unde iste timor sit melior qui a nobis appellatur lux.

Sunt qui timent, ne in suis deprehendantur flagitiis, qui timor magis ad male agendum incitat, quam retrahit. Sicut enim poeta de talibus ait:

*Quoque magis legitur, tectus magis æstuat ignis.*

Sic et nos secundum eundem sensum possumus dicere, quia quo occultius peccatum committitur, eo vehementius in animo committentis desiderium excitatur. Nam, quod latenter fit et quod prohibetur ne fiat, libentius perpetratur, *Nam concupiscentiam, ait Apostolus, nesciebam, id est non adeo gravem expertus eram, nisi lex diceret: Non concupisces (Rom. vii, 7)*. Dicit etiam quidam Sapiens: *Timor nihil est nisi præsumptionis adjutorium (Sap. xvii, 14)*, scilicet quia cum in animo timore quis æstuat, æstus ipse; qui de servili totus timore constat plus ad effectum sceleris provocat quam retardat; et est proditio cogitationis auxiliorem id est ostendit, quod ipsis perversis cogitationibus ad malum anhelantibus timor ipse auxilietur, scilicet vires præbeat. Timent itaque deprehendi, timent proditioni etiam suæ aliqui, sed quia ex gratia Dei non est, quia ex amore non constat, vitiorum ardorem non superat. Filii Israel pœnas quas lex minabatur timentes, nec metu pœnarum, nec carnalium præmio promissarum a legis prævaricatione teneri poterant, quia nullo Dei amore ad bene agendum animos applicabant, sed totum coacti serviliter non spiritu adoptionis agebant. Timor ergo ille quem dicimus lux est, qui et tenebras obscenæ cogitationis discutit, et pariter ad amorem virtutis accendit.

Qui igitur primo sine fructu de suo torpore dolebat, de quo se excutere non poterat, quia sine luce gratia cœlestis erat, jam dolet, nec dolor vacuus est, quia unctio sancti Spiritus, quæ eum docet de omnibus et roborat, adest. Antiqui quando exercebantur ad palæstram, ungi consueverant, ideo videlicet ut per nuda, et ex unctione madefacta corpora labentibus ejus, qui colluctabatur, manibus minus teneri luctator posset. Nudi autem, id est a sæcularium rerum amore præpediti [*f.*, expediti] et uncti, id est divinæ dilectionis dulci suavitate delibuti, diabolo duellum indicere jubemur, cujus tanto minor est fragiliorque in pugnando constantia, quanto fervidior in corde pœnitentis invenitur compunctionis gratia.

**Vers. 4.** — Facta autem luce, *Vidit Deus quod A* *esset bona*. Quid est *vidit Deus*, nisi quia videri fecit? Dicitur et de Centurione: *Audiens Jesus miratus est (Luc. vii, 9)*. Unde miratus est, per quem omne mirum creatum est, præter quem nihil mirum est, nisi quod mirum voluit nobis ostendere, quod ad commune exemplum a fideli homine dictum est, *Vidit ergo lucem quod esset bona*, id est videri fecit, quam bonum esset, timori et amori mentem mancipare divino. In deliciis et voluptatibus educati quid sit miseria nesciunt, et in squaloribus ac spurcitiis enutriti, quid sint deliciæ ac felicitas nesciunt. Quid boni habeat sanitas, languor ostendit, ait quidam; cognoscimus quid habuimus, postquam habere desinimus. Cum igitur post innumera flagitia ad Deum revertimur, et vitia in virtutes commutamus, tunc primum animadvertimus, in quo pestilentia barathro jacuimus, et quo vehementius de perpetrato facinore erubescimus, tanto copiosius ad priorem vitam boni operis novitate contegendam aestuamus. Et non modo timor est, ne deprehendamus in vitiis, sed etiam si impune peccare liceret, amore justitiæ semel prægustatæ jam peccare nolumus, quæ ad præsens in tantum nos remunerat, ut etiam metu jam perditionis abjecto securitatem gloriæ consequendæ tribuat. Sequitur:

*Et divisit inter lucem, et tenebras* [al., *Et divisit lucem a tenebris*]. Quid est *divisit* nisi discretionem habere inter vitia virtutesque docuit? Quanto enim arctius in virtutum custodia persistimus, tanto perspicacius his contraria quælibet cognoscimus, **B** Sed alia est quædam valde notanda discretio, qua scilicet acute et indesinenter attendere debemus, quid ex nobis, et quid ex Deo habeamus (*II Cor. iii, 5*). Quod mirabili arte pietas nobis divina sæpe insinuat. Nam in nostræ conversionis initio tantam lacrymarum ubertatem, tantam orationis nobis Deus plerumque largitur instantiam, ut jam humanam nobis videamur transgredi naturam, et imitari contemplando angelicam. Quod cum aliquandiu nobiscum agit, de nostro profectu supra quam justum est gaudere intra nos præsumimus. Sed Deus nostram mira dispensatione retundit superbiam, et nos qui erraveramus in solitudine, id est sine Deo irrationabiliter, et bestialiter vixeramus, ad viam quærendæ civitatis, cujus artifex est Deus (*Hebr. xi, 10*), postquam sua gratia reducit dicens: *Non habetis* [al., juxta. Vulg. *habemus*] *hic manentem civitatem, futuram inquirete* [*inquirimus*] (*Hebr. xiii, 14*). Et aliquid supernæ dulcedinis prægustare facit, subtrahere solet gratiæ ubertatem, et esurire, et sitire interiori siti ac fame, et in malis permittit tabescere, sed totum eruditioni nostræ, ut ostendat nobis quod ipse ait: *Quia sine me nihil potestis facere?* (*Joan. xv, 5*.) Et tamen non nos derelinquens usquequaque (*Psal. cxviii, 8*), cum ad se quærendum, sicut sponsa in Canticis per noctes dilectum quærere dicitur in lectulo (*Cant. iii, 4*), intentos et vigilantes viderit, animas tandem inanes

et esurientes bonis exsatiat, et vincula tentationum, quæ Deo ad horam secedente ingruere solent, sui Spiritus redeuntis igne dissolvit. Quid illud, quod anima nostra omnem sacræ lectionis escam, de qua vires compunctionis hauriebat, ita aliquando abominatur, ut *usque ad portas mortis (Psal. cvi, 18)*, id est vitia per quæ itur ad mortem appropinquare videatur. Sed ille qui tentat nos, non ut perdat, neque ut sciat, sed ut scire nos faciat si diligimus eum, mittit verbum, id est saporem verbi sui in nos, et sanat, cripitque de interitu (*Psal. cvi, 20*). Hæc Deus in nobis agit, ut bona ex ipso, mala ex nobis nos habere noverimus, et sic inter lucem et tenebras dividimus.

**Vers. 5.** — *Appellavitque lucem diem: et tenebras noctem*. Est quædam summa lux, quæ illuminat omnem hominem (*Joan. i, 9*), rationem scilicet cuique dando. Appellat itaque, id est eligit lucem, cujusque scilicet hominis rationem, eam faciendo diem. Quomodo *diem*? Dies, ut ait quidam, est sol super terram, sol sub terra nox est. Ratio igitur nostra si velit esse lux, sicut esse debet, solem sibi præponat, id est terrena desideria amore et exemplo Christi deprimat, ut dies etiam dici queat; nox enim iniqui non essent, nisi Christum atque rationem suam infimis cupiditatibus supponerent. Appellare sicut vocare accipi in Scripturis bifarie potest. In bono: *Vocavi ex nomine Beseleel (Exod. xxxi, 2)*. In malo: *Vocavit fumem super terram (Psal. civ, 21)*, et affatim alias. Vocat *tenebras noctem*, quando eos, qui præpostere vivunt, et voluntarie peccant, tradit in noctem, id est in reprobum sensum (*Rom. i, 28*). Vocat autem in quantum venire permittit, ut est: *Et ne nos inducas in tentationem*. Rectus vero vitæ modus est, ut carnis motus subjiciantur rationi, at ipsa ratio primum subdatur Deo.

*Et factus* [al., juxta Vulg. *Factumque*] *est vespere, et mane dies unus*. Quid est *vespere* nisi adversitas, quid *mane* nisi prosperitas? *Exitus*, inquit *matutini in vesperam, et vespere in matutinum delectabis* [al., juxta Vulg., *Exitus matutine et vespere delectabis*] (*Psal. lxxiv, 8*); id est delectabiles facies, quia diligentibus Deum Spiritus omnia cooperatur in bonum, sive scilicet in adversis, sive in prosperis. *Vespere* igitur et *mane* sit dies unus, quia sancti sive malis premantur, sive honoribus cumulentur, idem sunt, et semper in eis perseverat idem splendor divinus.

Potest et aliter dici. *Factum est vespere et mane dies unus*. Vesperum habemus in præsentia, quia, etsi bene vivere contendimus, nihil tamen perfectæ claritatis habemus: *ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus (I Cor. xiii, 9)*; in quibusdam enim et humana ignorantia, et tentationum violentia caligamus, in aliquibus vero et divina cognitione, et usu experientiæ quasi quodam lumine suffundimur. *Vespere* ergo nunc habemus, *mane* in futuro, unde licet incongrue ad litteram, ad sensum tamen optime primo *vespere*, dehinc *mane* ponitur, quia

recitium corporis, quod corruptibile aggravamam (*Sap. ix, 15*), pervenimus ad matutiperne intelligentiæ claritatem. Dicitur namque: *Dies super dies regis adjicies?* (*Psal. lx, 7*) Odo nobis in hujus sæculi vespere sunt, in Deo servimus, sed his superadjiciuntur alii, jam indefectibili luce innovati ipsi nostro famulemur, et hi tamen *unus dies* sunt, cum efficiunt, uni videlicet obsequium Deo.

Et rursus idem *dies unus* timor intelligi, qui, ut supra diximus, initium sapientiæ (*Eccli. i, 1*) sit, et ex amore constet, in adversis ac in idem nos semper illustrat, et primus quo entiam perveniatur gradus esse dignoscitur. Item idem dicitur quia primus est.

6. — *Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum aquarum, et dividat aquas ab aquis.* Aquæ in sacris litteris scientias significant, ut *venite ad aquas* (*Isai. lv, 1*); hoc in et: *Aquæ furtivæ dulciores sunt* (*Prov. ix, 1*), oc in malo. Geminum enim esse scientiam quæ, alteram divinam, sæcularem alteram. rem quidem definit apostolus Jacobus terre. (*1 Pet. iii, 15*), id est terrenis inhiantem, anima est ea sola, quæ bruta animalia appetentem. Diabolicam (*Ibid.*) vero dicit, hoc solum vacat, hoc triumphum, hocque deputat, ut alios decipere valeat, ex aliorum sua lucra efficiat, ex pauperum lacrymis ingerat, ad ultionem sui caute alteri malum, et, quod pejus est, gratis mala perpetrat, adacter perpetrare exultat. Hæc sapientiæ in Scripturis valde abusive appellatur, sicut ad iudicium, quæ cum bona semper esse delinquendo tamen dicuntur lex mala, iudicium. *Sapientia autem quæ desursum est* (*Jac. i, 17*), primo, ut idem ait, *prudens est* (*Ibid.*), quia pulchritudine nulli præter Deo soli placere adulterino desiderat, cui vitio tota sapientia, rectius appellem astutia, vel versutia humana. *Deinde pacifica* (*Ibid.*), quia non verbo-repitui vel litibus instat; sed, se tranquille aliorum sibi benevole corda conglutinat. (*Ibid.*) est etiam, quæ nihil nos indiscrete sinat. *Suadibilis* (*Ibid.*) quoque dicitur, ut ionem penitus fugiat, et facile rationi ob-ns nulla credenda discredat, quæ tantæ est, ut absque ea nemo quidquam virtutis

us autem modis accipimus sapientiam. Sa-1 Dei dicimus Christum (*1 Cor. i, 24*), qui mdam ait sapientem: *Ego ex ore altissimi* (*Eccli. xxiv, 5*). Sapientiam etiam rationa-n ac intellectualitatem a Deo in angelis et us creatam, quæ dicit: *Ab initio et ante creata sum* (*Ibid.*, 14). Hanc in nobis illa ex prodiens sapientia creat, quæ nostro adjun-no vires ad veritatem cognoscendum, et ho-

PATROL. CLVI.

A nesta gerendum subministrat, et in nostra faciens infirmitate virtutem, quidquid in nobis fragile ac vetus est, solidat et confirmat. Huic, inquam, annexa mens nostra sumpto ex ea adipe interiori, et exteriori pinguedine fit ratio. Ratio autem ab eo quod est ratum, id est, firmum dicitur, quia nil eo firmius, quod cum ratione fit. Ratio vero, nisi supernæ illi sapientiæ innixa, tota versipellis, noxia ac perversa est, nec etiam ratio dici potest. *Firmamentum* itaque fit, quoties divinæ prudentiæ se adiungit, quia ex ipsa vires sumit, quibus superiores aquas sitiendo sustineat, et inferiores sub dominio rationis deponat. Superius namque spiritualis scientiæ mysteria non tam localiter, quam, ut sic dicam, mentaliter habemus, ad quæ bibenda, imo totis surgenda desiderii inhiare debemus, quæ cœlesti nos institutione informent, mores ædificent, vitia sedent, augeant exercitia, fastidiis obstant, invitent præmiis, supplicia suggerant, et contemplationis acumine in omnis veritatis educant altitudinem. Superius, inquam, non per localitatem, sed per dignitatem. Unde Apostolus: *Quæ sursum sunt querite et sapite* (*Coloss. iii, 1*). Subterhabemus vitæ sæcularis astutiam quæ bona corporis exquirere, animæ negligere, fraudes jurgiaque amara, et quidquid salutis contrarium est appetere prædicat ac tenere. Horum duum media ratio currit, quæ a superiori armata contra inferius tam fideliter ei quod sibi præest, et a quo sufficientiam constantiæ accipit, adhærere contendit, quantum sub sui juris arbitrio animalitatem, id est corpus suum, et ea quæ *prudencia carnis*, quæ ab Apostolo *mors* (*Rom. viii, 6*) dicitur, a se exigit, habere subdita cupit.

Per hoc itaque *firmamentum* aquæ supercœlestes, id est, ut ita dicam, superrationales et inferiores, ad infima videlicet nos devolventes dividuntur, quia ex Dei amore firmatum nostræ mentis ingenium, et superno intellectui se subjiciendo aspirat, ut decet, et indignis affectibus se præfert, ut dominum auctoritate qua debet. Talis ejus esse debet vigor atque integritas, ut quidquid ad divinam sapientiam attinet in verbo, aut opere pro nulla spe commodi alicujus temporalis ab eo fiat, et si aliquid, etiam pro corporis sola necessitate, aut etiam non necessitate, sed prava voluntate fit, id se inepte ac fallaciter pro divini obsequii studio facere cæcus sui ipsius arbiter non credat. Ita mihi inter aquas *firmamentum* consistere debere ac posse videtur; sed idem *firmamentum* a Deo vocatur cælum, In cœlo mysteria multa clauduntur, quod menti non immerito nostræ assimilatur, ubi quidquid animæ salutis, remedio atque consolationi aptum est, quasi in thesauro usque ad tempus opportunum, quo res exhiberi illud exigit, custoditur, quod plenius supradiximus, cum de cœlo ac terra ageremus.

VERS. 8. — *Factum est ergo vespere, et mane dies secundus.* Primordia nostra secundum beatum Gregorium mista sunt malis; et licet mane nos illu-

minet piæ erga Deum devotionis, creberrime tamen A involvit obscuritas pristinæ, imo naturalis, consuetudinis. Obtenebrascit animus ex vitio terrenæ molis, ne superbiam ex gratia, Deo id dispensante pro nobis, sed rursus irradiatur ardore compunctionis, ne defluat in barathrum desperationis aut criminis. Sicque, dum alternatim ascendendo usque ad cælos et descendendo usque ad abyssos, manu superna remigante deducimur, fit ut per hæc discrimina ad hoc, ut simus sine discrimine et timore etiam discriminis, ad vitam scilicet cælibem veniamus. Et is *dies secundus* est, quia a timore, qui primus gradus est, pietas secundus est. Pietas autem ad Dei cultum pertinet, ut est illud Apostoli: *Sobrie, iuste, et pie vivamus* (Tit. II, 1). Quod sic exponitur: *Sobrie* in nobis, *iuste* ad proximum, *pie* ad Deum. Unde et impii proprie dicuntur alieni a fide. Quæ vero major pietas, quis ex nobis ad Deum major affectus esse potest, quam totam mentis intentionem in divinæ sapientiæ sinum reclinare, et nos in hujus mundi negotiis, in quibus se quidam plurimum valere et sapere gloriantur, imbecilles et fatuos facere? Is post Dei timorem idoneus et competens valde gradus est.

Sed quæstio gravis hic oritur, cur cum pridie et reliquis sequentibus diebus dicatur: *Vidit Deus quod esset bonum, hodie prætermittatur*. Sed scimus quod de diabolo dicitur quia in veritate non stetit; qui quandiu summæ veritati inhæsit, in quantum illi conjunctus est, veritas et ipse fuit. *Qui enim adhæret Domino, unus est Spiritus* (I Cor. VI, 17). Et de eo in Job scribitur: *Habitent in tabernaculo ejus, scilicet impii socii ejus, qui non est* (Job. XVIII, 15). Quis est *qui non est* nisi diabolus, qui in quantum a vero esse decidit, jam esse etiam destitit. Quomodo enim est, qui tam infelicitè est, imo qui æternaliter in morte sine morte est. Quod idem et de nobis sentimus, quia a Dei visione in primis parentibus lapsi sumus, de veritate in vanitatem devenimus, et veraciter esse perdidimus, nisi quod Dei sola gratia nostro tamen sudore durissimo ac conflictu restitui credimus. Hinc dum ad glutendam salivam capitis nostri, ad prægustandam videlicet sapientiam Conditoris nostri magnis suspiriis elaboramus, nosmetipsos nobis valde contrarios positos experimur, D et in salutis opere neminem viciniorem, infestio-remque hostem quam nos patimur. Conqueritur inde Psalmista: *Quantas ostendisti mihi tribulationes, multas et malas* (Psal. LXX, 22). Et alibi sub spe futuri boni lætatur: *Pro diebus, quibus humiliatus est, annis quibus vidit* (Psal. LXXXIX, 17), id est expertus est mala. Cum ergo dies mali sint (Ephes. V, 16), et mundus in maligno positus (I Joan. V, 19), et hunc conflictum inferiorum aquarum, in quibus est superbia adversus superiores, quibus constat humilitas et sanctitas in valle lacrymarum, in lacu miseræ, sæculo scilicet præsentis toleremus, prophetica apostolicaque lingua hoc non vitam ac patriam, sed exsilium mortemque denuntiet, quo-

modo videat, id est videri faciat Deus bonum, vitari et credi a nobis vult deceptorium m. Apostolus clamat: *Miser ergo homo, quis me hinc de corpore mortis hujus?* (Rom. VII, 24) et notationes quas ferimus, pugnæ carnis in spiritu spiritus in carnem (Gal. V, 17) bonum putare. Et si bona utcumque agimus, quia in fluxu peccati periculo semper sumus, ut illa Noe col quia hic requiem non habemus, ad Noe, Christum, qui requiescere nos faciat, suspirat. Et recte die secundo quia bonum sit non videtur quia postquam primi diei in paradiso habi protoplasto perdidit gloriam amisimus istuc de dolores, non bona reperimus. Quod satis apte in Sabbato paschali post *Alleluia* tractus qui solet, qui laborem sæculi hujus post lætitiã disideri nos incurrisse docet.

VERS. 9. — *Dixit vero Deus: Congregentur quæ sub cælo sunt in locum unum, et appareat Aquæ, quæ sub cælo, sunt sæcularis versutia in solis negotiis forensibus et ad decipiendam maxime callet, et sub jugo tamen intelligentiæ nostræ restringitur. Hæ congregantur in unum, quia totæ Deo, qui locus noster est, vivimus, movemur et sumus* (Act. XVII, 28), nolint, sollicitudines nostræ, quæ vagæ et insensate antea diffluebant, servire coguntur. Loca Deo loca fideles quique in Scripturis dici solent multo magis proprie Deus, extra quem nec nihil aliquid est, locus noster vocatur. Qui quicquid excipit sibi vivificat, unus recte dicitur. Tota nostra, quam de sæculo possidemus, prout tunc plene ad Deum convertitur, cum ad aquam ecclesiarum causas, et extrinsecas curas, litterati viri minus scire solent, zelo et desiderio deserviendi his qui contemplationi inserviunt liberius Deo vacent, sæculares quique accinguntur. Hi non ad decipiendos pauperes suo jam ingenio, sed aurum et argentum quod de A extulerunt, ad exstruendum Dei tabernaculum similitudine, id est, extra turbas vitiorum devotè expendunt. Hi sunt cilicia domus Dei, qui serium curarum pulveres tolerant, ut hyacinthi purpura sanctarum mentium nihil exteriorum quietudinis ferant, sed suo indesinenter prestant. *Et appareat arida*, inquit; per hoc nunc quod conscientia pridem fluida ad Deum corrigitur, terra cordis nostri a cogitationum superum ingurgitatione scicata jam ferendis boni frugibus apparet apta.

VERS. 10. — *Et vocavit Deus aridam terram gregationes aquarum vero appellavit maria*. Terrenum humore carnalis petulantia avaritiæque leviter apta quidem cultui ac fructui est divino, se gregationes aquarum sub jure rationis non se vitarie cohibentes, amarissimos tentationum fons in nobis exsuscitant. Unde et *maria* vocabulo congruo appellatur. *Maria* enim amaritudo pretatur. Inde atrocium irarum, libidinum et al-

in tempestates, quæ dum animi imperio coer-  
 quasi freti cujusdam fervor subbulliens  
 e nituntur. Sed Dei pietas hujus pugnae exer-  
 on irremunerata relinquens, videt, id est vi-  
 sit a nobis, quam bona salubriaque sunt quæ  
 3, et ex eorum consideratione ad meliora ge-  
 na, ipso aspirante, excandescit animus. Unde  
 visibili nutu dicit, id est prosperum effectum  
 affectibus tribuit.

11. — *Germinet, inquit, terra herbam vi-  
 et facientem semen. Terra germinat herbam,  
 or cujusque fidelis ab omni lascivia mundi  
 , verbi Dei semine conversationis initia emit-  
 æ herba virens est, quia succo spei æternæ  
 Quidquid enim pro favore humano fit, marci-  
 c sterile est.*

*icientem, inquit, semen. Semen facit quisquis  
 ziosi propositi, quod aggreditur, opere efficaci-  
 titur. Aut certe herba virens, semen facit  
 nisque id boni quod agere apud se inchoat,  
 iam ex benevolentia ut se æmulentur prædi-  
 on cessat.*

*gnum pomiferum faciens fructum juxta genus  
 Quid per lignum pomiferum, nisi arduum vitæ  
 tum de piis initiis ad sanctiora progressum.  
 id agit sanctitas, si de sua aliis nulla est  
 te utilitas? Per hoc enim quod in teneritu-  
 xordii nostri bona, quæ gustare cepimus,  
 r aliis propinamus, fit pia Dei largitate, ut  
 e ad meliora provehi mereamur; unde dici-  
 ructum faciens juxta genus suum, id est Deo  
 ciens proximum. Genus nostrum natura hu-  
 est. Juxta genus ergo nostrum fructificamus,  
 jus, quæ in nobis est donationis, docendo et  
 participare et proximos facimus. Dicitur enim  
 : *Et visitans speciem tuam non peccabis (Job v,  
 nod idem est ac si dicat : Facies fructum juxta  
 uum. Sequitur:**

*s semen in semetipso sit super terram. Semen  
 m opera nostra, quæ pro fructu cœlestis  
 hic jacimus, sunt. Quod semen in nobismet-  
 abere jubemur, ne bona gerendo cum adula-  
 fabulis unguimur, quasi palea exterioris inventa  
 : vento rapiamur. Sit itaque virtus nostra  
 n, non exeat cordis horreum. Sed non ita  
 s fructus noster contegatur, ut ad exemplum  
 ii non prodatur : *Sit super terram, id est,  
 ad corporalis operis evidentiam. Potest enim  
 um fieri, et laus oblata contemni. Quæ sequun-  
 cedentium repetitio sunt.**

13. — *Et factum est vespere, et mane dies  
 . Quid tertius dies nisi scientia, quæ post  
 m pietatemque ad sapientiam tendentibus  
 gradus est? Nihil enim spirituali scientiæ  
 competit quam sæculi astutiam reprimere, et  
 one egerit, alios ad sanctitatis studium pro-  
 . Scientia enim, juxta beatum Gregorium,  
 x ad doctrinam, sapientia vero ad vitam, cui  
 espere et mane convenit, quia rarus omnino*

est, qui intelligentiæ lumen ubique Scripturarum  
 habere queat : habent namque sacra eloquia corpus,  
 et quasi vesperam in integumento litteræ, habent  
 animam et quasi mane in splendore moralitatis ac  
 allegoriæ.

VERS. 14. — *Dixit quoque Deus : Fiant luminaria  
 in firmamento cœli, et dividant diem ac noctem. Duo  
 ista luminaria Christum in Ecclesiam interpretari  
 satis idoneum est, secundum illud : *Dies diei eructat  
 verbum (Psal. xviii, 2), etc. Christum quidem pro-  
 positum exemplo et imitationi fortium dicimus ;  
 Ecclesiam vero in suis mediocribus membris junio-  
 rum minusque potentium exemplar positam non  
 absurde sentimus. Tolerabilius sane oculis infirmis  
 est lucernam sub laterna attendere, quam solis  
 jubar in suæ spheræ virtute videre. Solem namque  
 in potestate diei tradit Deus, cum viris intellectua-  
 litate præditis contemplationis dona largitur. Vide-  
 mus sane quosdam in utroque sexu virginitate pro-  
 fessa, mundanarum rerum possessionibus pauperiem  
 Christi præponere, Deo vacare. Porro sunt aliqui,  
 qui nec mundum deserere, nec cœlibes vivere, ne-  
 que ad plenum Deo vacare possunt Unde et lunam  
 ac stellas in potestate noctis dat. Dat enim nobis  
 qui summa præsumere non audemus, nec Noe, id  
 est rectores, nec Daniel, id est cœlibes, imitari  
 possumus; ut Job bene operantem, misericordiæ  
 studentem sectemur, et qui ad reclinatorium au-  
 reum, id est ad beatam requiem per ascensum  
 purpureum, scilicet per martyrium pervenire non  
 speramus, per media saltem propter filias Hierusa-  
 lem charitate constrata attingere valeamus. Qui  
 igitur Agnum illuminantem a montibus æternis  
 quocumque ierit sequi (Apoc. xiv, 5) non audet,  
 montes ab eo illuminatos attendat, et si non in  
 omnibus, vel in aliquo eos ut membrum Ecclesiæ  
 censi debeat, prosequi contendat. Post hæc autem  
 cum fiunt, videlicet cum hi ardua perfecta que eli-  
 gunt, illi leviora proponunt, dies noxque dividitur,  
 quia in studiis quæ quisque appetit, vitæ qualitas  
 declaratur.**

*Ut sint in signa, et tempora, et dies et annos, et  
 illuminent terram. Signa et tempora quod dicitur,  
 nil amplius valet quam si diceret, ut sint in signa  
 temporum, ut est illud : *Pateris libabat et auro, hoc  
 est, aureis pateris. Christus et Ecclesia signa sunt tem-  
 porum, quia quidquid egere vel agitur, aliud videtur  
 in re, aliud portenditur. Christus, et qui sunt ejus  
 in præsentem dum vivunt, 17 mundi tolerant oppro-  
 bria ac ærumnas, et si ab his qui sæculi pascuntur  
 gloria requiratur, cur ista ferant, quia, inquit,  
 tempus nostrum nondum advenit, tempus autem ve-  
 strum semper est paratum (Joan. vii, 6). Tempus  
 glorificationis sanctorum impræsentiarum non est,  
 quia non habent hic manentem civitatem (Hebr. xiii,  
 14), sed locum, quo ipsi qui aurum esse delegere  
 conflentur, et ubi pressuris contendantur, ut in  
 templum Regis sine securi et malleo exstruantur  
 (III Reg. vi, 7). Tempus vero perversorum, dum**

hic agunt, semper in promptu est, quia nec deest A unde transitorie honorari possunt, si fortuna arriserit, nec honoribus ipsi desunt. In malo autem et in bono nomen temporis poni solet, et vulgo etiam dici quibusque quibus sunt mala proventura felicitibus. Vos habebitis, inquit, tempus vestrum; unde in psalmo: *Et erit tempus eorum in sæcula* (Psal. LXXX, 16). Hic gloriæ, illic habituri sunt tempus miseræ. Tempus autem post finem sæculi hujus non est, juxta illud in Apocalysi: *Et tempus ultra non erit* (Apoc. LX, 16). Sed tempus et sæculum unimode solet poni pro eo quod est vita. Unde apostolus: *Ambulastis aliquando secundum sæculum mundi hujus* (Ephes. II, 2). In psalmo etiam dicitur: *Posuisti sæculum nostrum in illuminatione vultus tui* (Psal. LXXXIX, 8), id est vitam nostram. Usualiter B etiam de aliquo dicimus: *Malum sæculum ducit ille*. Per hoc igitur quod Christus in diebus carnis suæ probra potius appellat quam honores, et Ecclesia adhuc sponte paupertatem tolerat et labores, signum est quod in his temporalibus bonis noluit defigere mentes, sed ad futura se extendunt, quæ retro sunt obliviscentes (Philip. III, 13), quorum et fieri utpote æternorum delectantur et conantur hæredes.

*Et dies, et annos.* Dies sunt singulæ quæque virtutes quæ per manifestationem spiritus dantur ad utilitatem, non modo genera linguarum, vel interpretatio sermonum, sed, quod salubrius est, patientia, benignitas, misericordia, charitas, et castitas. Qui harum quamlibet attigit, diem habet; C qui vero omnium perfectionem habuerit, quod in apostolicis viris fuisse non discredimus, quandiu etiam præsens durabit sæculum, etsi raros admodum tales; tamen aliquos non defuturos speramus: aut ipse est annus, vel potius habet annum. Sicut namque ex multis diebus annus, ita ex multiplici virtutum lumine vir quilibet dignoscitur constare perfectus. Concinit huic sensui quod filia Job dies vocatur, et Job ipse plenus dierum obisse perhibetur.

VERS. 16. — *Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut præesset diei, et luminare minus ut præesset nocti, et stellas.* Facit itaque Deus *luminare majus*, quod illuminat *minus*, quia D Verbum caro factum sui cognitione illustrat Ecclesiam, et Ecclesia sui exemplo et doctrina illuminat terram, id est, terrenorum terram amantium conscientiam. *Et stellas.*

VERS. 17 et 18. — *Et posuit eas in firmamento cæli, ut præessent diei ac nocti.* Firmamento cæli, id est virtuti animi debent impressa non solum Christus, sed et Ecclesiæ universalis concordia, in qua sunt alteri alterorum membra; nec solum attendenda universalitatis sanctitas, sed et singulorum, qui per stellas figurantur pervidenda simplicitas. Quæ præsent *diei ac nocti*, quia et ad virtutum custodia nos muniunt, et de cautela vitiorum, doctrinæ ac operationis ipsorum consideratione nos

instruunt. Non enim sumus noctis neque terrarum, sed diei ac luminis (I Thess. V, 5).

VERS. 19. — *Et factum est vespere et mane quartus.* In eo quod præmittitur et sæpe dicitur *Vidit Deus quod esset bonum*, licet plura dixerit id præcipue notare debemus, quod dum suor nobis munerum Deus incrementa largitur nobis econtra quantos nos de quam nullis aspicitur, maxima in mentibus nostris hum summa generatur. Videt *Deus quod bonum* quando quid fuimus et quid simus, nos hui attendere facit. Et ex ipsa cœpti boni consider animum nostrum ad meliora succendit. Unde Apostolo nos cogit dicere: *Gratia Dei sum i sum* (I Cor. XV, 10). Dies quartus, grati spiritualium scilicet fortitudo gradus est quod Quid enim magis animum roborat, unde ad fortitudo nutritur quam cum ipsum Deum e que ejus attendimus prospera despiciere, et adversa nusquam formidare? Quod si extraplina sumus, et cum hominibus flagellari nol adulteri et non filii sumus. Fortitudo *vespere et mane* in adversis et jocundis pullulet de exemplis, et mentium nostrarum per hæc fortiter excitato fastidii omnis obscuritas.

Potest et per *luminare majus* ratio, per *luminus* voluntas, per terram carnalis affectus ligi. Sicut enim a sole luna illustratur, et a terra, sic voluntas nostra prorsus compa lunæ, quia nunquam in eodem statu permanere sæpe deficit, nisi a ratione forti moder regatur, ad consensum carnalis appetitus semper sordibus inhiat, creberrime deducitur quia sicut a patre filius a parasitarum so restringitur, ita illa spiritui parere compellit inde ut ipsum carnis motum et ipsa con quatenus sibi famuletur. Hæc itaque ordinata quo diximus, scilicet voluntate facta app rationis, et carnali affectu posito sub imperio voluntatis, necesse est ut hæc cum stellis, cum omnium nostrarum claritate ☉ vir affigantur firmamento cæli, et videlicet, Verbo, imo per quem Verbum ipsi facti et facti sunt cæli, et quorum virtus est Spiritu eji (Psal. XXXII, 6).

VERS. 20. — *Dixit quoque Deus: Producant reptile animæ viventis et volatile super terra firmamento cæli.* Quid per *reptile*, nisi salacritas animorum ad intelligendas et penetrat obscuritates divinarum librorum? Aqua divinæ scientiæ copia est: *Extendens, in cælum ut pellem, qui tegis aquis* (Psal. CIII, cætera; et illud in bono intelligi potest: *maris qui perambulant semitas maris* (Psal. V Producent aquæ reptilia, cum sacræ Scripturæ suo corda nostra reddunt ad repertiendum a sima, et ad exolvendum celerrima, in quibus procreamur, et in earum naturam convertim



ut sine his vivere, nil præter has gratum A  
possimus. Quid enim indignius, quid  
is animæ viventi, ut secundum textum lo-  
: de mortuis quos sæcularia pascunt taceam,  
divina lectione vacare, et diem sine studii  
transigere? Sunt igitur reptilia viventia, qui  
unctæ scientiæ quasi undæ purissimæ sua  
unt pectora. Scientia autem est de moribus,  
is quæ in usibus aguntur humanis qualiter  
deant honeste tractare, et eadem proximos

ile vero *super terram* eos qui sapientiæ  
et contemplationis excellentia terrenis om-  
pererminent intelligimus. Sapientiam autem  
as in cognitione æternorum, in intelligentia  
ntemplantationem vero bifariam dicimus, dum  
argute intendimus inter vera et falsa,  
ac vitia, utilia et inutilia, et in speculatione  
majestatis et civium supernorum gloriæ. Hi  
is, contemplationi videlicet ac sapientiæ,  
peram, sicut illi quos prælibavimus, qui  
m affectant, ex aquis, id est, Scripturis  
n sumunt, quia his innutriti discunt qualiter  
irtualium sensuum inquisitionibus exercere  
. Sed licet se *super terrena* penna sanctæ  
nis efferant, *sub firmamento* tamen necesse  
se deprimant. Firmamentum hoc in loco  
ntelligi virtus angelica, quæ aliis reuentibus  
tudinis sede perpetua firmitate consistit. Qui  
nper videant faciem Patris, juxta Evangelii  
(*Matth. xviii, 10*), tamen quia creatura  
Creatoris sui majestatem comprehendere  
us possunt. Et cum ne modicum quidem  
i affectum, vel carnis pondus habentes, quo  
ntur a Deo contuendo, ipsum aliquatenus  
sed nunquam pervidere sinantur. Quid homo  
, quid corruptibili mole depressus ibi  
ubi ex parte spiritualis etiam natura] cali-  
a enim cum ad Dei comparisonem corporea  
i circumscribi potest, quod Deus non potest,  
n est idipsum quod Deus, non valet compre-  
quod est Deus. Pensemus itaque, et si sit  
ideo sanctus, qui per speculum et ænigma  
t in illud supremum lumen, quam infra illam  
em angelicam jaceat, cujus natura, quamvis D  
ia, tamen creata, in Deum minus videat.  
amento igitur volemus, quia etsi de divinis  
us, quia longe ab eorum perspicacitate  
s, in omni contemplatione nostra pensemus,  
ad eorum comparisonem, imo æqualita-  
hac vita pervenire posse præsumamus.  
mus et per firmamentum humilitatem Sal-  
quæ immortalis et impassibilis ex resur-  
, et quasi firma jam facta est, intelligere,  
multo probabilius est et tutius imaginando  
intendere, et ad eam pii æstu desiderii  
e, quam illuc oculus et lippiens dirigatur,  
uid de Deo inconveniens cogitetur, et unde  
spiritualibus minus assueta, dum se ad

nimis ardua præsumptive erigit, ad phantasticam  
cogitationem devolvatur. Etenim non imaginationis  
grossitie, sed spirituali prorsus acie Deus videtur.  
Deus namque Spiritus est. Verbum ergo carnem  
factum contemplerur, per quam amando a terrenis  
elevemur.

VERS. 21. — *Creavit Deus cete grandia, et omnem  
animam viventem atque motabilem, quam produxe-  
rant aquæ juxta species suas, et volatile secundum  
genus suum.* Quid *cete grandia*, nisi doctores claris-  
simi, quorum capacissima plus omnibus miramur  
ingenia? Quid Augustinus, quid Hieronymus, quid  
denique Gregorius nisi monstra suo et nostro  
sæculo fuere ingentia? a quibus, ut breviter dicam,  
non dico tot et tanta inveniri et teneri, sed, quod  
mirabilius est, tam innumera potuere conscribi quæ  
vix media possint a nobis non dico capi, sed vel  
simpliciter legi? Quis gloriosi Origenis dicta in  
quinque librorum millibus relegat? Quis Areopagi-  
tæ Dionysii mysteria digne intelligat? Sed hæc  
divina spectacula lectoris animo rectius pensanda  
omittimus, quam pauca, imo nulla, quantum ad id  
quod se res habet proferamus. Facit Deus hujus-  
modi insignia, sed et *animam viventem*, id est eos  
qui ex fide vivunt, qui et si non operantur, fides  
tamen eis, juxta Apostolum, reputatur ad justitiam  
(*Rom. iv, 22*): facit et motabilem, eos scilicet qui  
non solum ad credendum vivere, sed ad bene  
agendum motus alacres dare noverunt. Sunt  
C ■ namque qui fidei solius sacramento salventur,  
ut infantes, quibus aliorum succurrit credulitas, et  
hi quos Christianismum excipere mortis urget  
necessitas: sunt et alii quos ad recte vivendi stu-  
dium instigat pura voluntas, et æterni præmii  
cupiditas. Illi igitur viventes, isti motabiles. Sed  
omnes ex aquis oriundi sunt, quia ex sacræ  
Scripturæ prædicationibus, et affectum bene cogi-  
tandi concipiunt, et ad effectum, quæ bene conce-  
perant, ducunt. Habent et reptilia hæc species suas,  
et volatilia genus suum, quia quique et bene cre-  
dentes, et juste viventes, et subtiliter contemplantes  
varia possident pro suo modo gratiarum chari-  
smata, quæ diversa in una intentione faciunt  
proposita.

VERS. 22. — *Benedixitque eis Deus dicens: Cres-  
cite et multiplicamini, et replete aquas maris,  
avesque multiplicentur super terram.* Ac si Deus at-  
tendens exercitia nostra, quibus de bonis meritis  
ad potiora merenda inardescimus, patenter dicat:  
*Crescite* intelligentia, et alter alterum sacris eloquiis  
inbuendo propagamini, *et aquas maris*, id est pleni-  
tudinem Scripturarum, allegoricis et moralibus  
commentando replete sensibus. et hi quos penna  
speculationis sublevat, et in discretionem spirituum,  
et contemplatione mysteriorum cœlestium spirituales  
anoris flagrantia sint *super terram*, id est, terrenæ  
cupiditatis illecebris abstrahantur. Maris autem  
aquæ sacra pagina non inconcinne confertur, quia  
ipsa est quæ Joannis in Apocalypsi amaricat ven-

trem (Apoc. x. 10), et accendit eo magis bibentis A sitim, quo amplius bibit; unde et sitientibus ut ad aquas veniant ab Isaia clamatur (Isai. lv, 1). Videt etiam Deus quod sit bonum, quia ex delectatione acceptorum munerum intuitum nostrum provocat ad appetitum meliorum.

VERS. 23. — *Et factum est vespere et mane dies quintus.* Et divinæ gratiæ gradus quintus, consilium. Et cui negotio magis est conveniens consilium, quam sacræ paginæ quæstionibus disquirendis? Nusquam enim periculosius erratur, quam si a regulis et sensibus Patrum veterum recedatur. Teneatur ergo eorum usquequaque sententia, qui de sacri eloquii obscuris qualiter essent inquirenda scripserunt, et ab eis a quibus quæritur, eodem Spiritus fervore quærat, quo ab illis qui eam B reperere quæsitæ cognoscitur. In omni nostra causa quasi laterales habeamus, qui nos suis tueantur consiliis, ne certam jaculemur sententiam in rebus dubiis, ne, cum intelligentia non suppetit, auctores arguere velimus quasi nimis obscuritatis aut rusticitatis, quod horrendi est criminis. In quibus scilicet tractatibus etsi vesper aliquando patimur defectio- nis, aut caliginis, crebra instantia meditandi, et æstu amoris divini comitante, mane poterimus adipisci intelligibilis lucis. Vix enim in vapido animi statu summum aliquid quis attingit, aut nusquam, quod expertus sum ex meipso, qui, quod tepidus non posse ab aliquo credidi, animatior solito facile irrupi.

VERS. 24. — *Dixit quoque Deus: Producat terra animam viventem in genere suo, jumenta, et reptilia, et bestias terræ secundum species suas.* Terra multis in locis, et specialiter mens cujusque fidelis, et generaliter omnis Ecclesia dicitur, ob fertilitatem scilicet, cultibilitatemque, quia divini præcepti lignibus colitur, et bonorum actuum ferax dignoscitur. Ecclesia quidem *animam viventem*, Deo jubente, producit, quia Salomon ille verus etsi sexaginta sint reginæ, tamen octoginta habet concubinas, et adolescentularum non est numerus (Cant. vi, 7). In populo enim Dei, etsi non omnes sua dimittunt, si virgines esse non possunt, mediocrem tamen Deus suis statuit locum, ex quo si recte vivatur, salus optata obtineatur. Ideo *in domo Patris mansiones D multæ sunt* (Joan. xiv, 2), ideo *stella a stella differt in claritate* (I Cor. xv, 41), quia in hac peregrinationis valle diversi valde inter nos sunt ordines vitæ. Sunt enim animæ quædam, scintillam quidem etsi non ardoris ad agiliter operandum, saltem ad bene volendum habentes eleemosynas libenter impendunt, ecclesiasticis officiis pie intersunt, et alia mediocria bona devote facientes, a capitalium se malorum sorde juxta posse continent. Vivunt ergo quantum ad Dei amorem vel fidem attinet. *Jumenta* autem sunt in quantum bonæ consolationis aut humanitatis cuilibet opem ferunt.

Sed notandum quod dicitur *in genere suo*, quia habemus *donationes secundum gratiam differentes*

(Rom. xii, 6), alius sic, alius vero sic, quas m- ties et vario modo locis pluribus retexit Apost- Unde et dicit quia, etsi membra nostra diversu corpore officium habent (*Ibid.* 4.), tamen officio concordia et vicarij suffragio unitatem serv- Quod ibi dicit membra, hic dicitur genus vel ge- Ministeriis autem apta animalia jumenta vocat- quæ non incongrue quorundam sæcularium v- signant, qui, etsi in quibusdam terrenis acclines negotiis, a propria tamen valde libertate frenat- quantum aliorum misericordiis inservire conat- Quem sensum juvat, quod talia a terra pluri- suspenduntur.

Habet etiam Ecclesia *reptilia*, quia quosdam- continet qui ita mundanis curis ac volupta- injacent, ut nullo virtutis intervallo a tempora- distent. Attamen vivunt, et hoc sola fide, qua- tulante cum pedem ☉ non habeant operis, la- tur super terram industria intelligentiæ viv- sciunt se prava agere, transitoriis inhiare, sp- men in seipsis misericordiæ consequendæ- miscentes, saltus super ea quibus inhærent cor- verunt dare. Tradunt auctores quod *reptilia*, in hoc loco serpentes intelligimus, vitalem ani- principaliter in capite habeant, ita ut si, toto- quo abscisso corpore, quibusdam saltem p- mensura juxta caput de corpore ipso resederi- ipsa quæ capiti manet vivacitate mori non po- Cui valde simillimum est quod nostræ fidei- C menta tenent, quia peccator cuicumque erro- plicitus, etiamsi in ipso mortis momento ingemi- pœnituerit, salvandorum jam moriens parti pe- bit; sic enim scribitur: Peccator quacun- que ingemuerit, salvus erit (*Ezech.* xxxiii, 12); fide- salvi sunt, sicut Apostolus ait: *Ei vero qui non- ratur, credenti autem in eum, qui justificat im- reputatur fides ejus ad justitiam* (Rom. iv, 45), corpus, id est opera non habent, at vero capi- est fide viventes, ex ipsa unica, unde semper vi- operantur sibi. Cui astipulatur quod serpente- tuendo solo capite totum corpus periculis ob- solent. Sic isti contemptis temporalibus quæ- dent plerumque timore Dei, aliquando mo- suarum articulis, seu quibuslibet periculis capi- est Christum, vel Christi fidem sibi salvant, r- chum faciendo, seu alias bene vivendo.

Per *bestias terræ* quidam intra Ecclesiam fig- tur ferali animo et crudelitate insignes, qui, lic- potentatum sæcularem quem gerunt multa- perpetrent, tamen ad cor redeuntes sæpius- judicio valde extimescunt, et plurima beneficia- inde impendunt. Quæ si humiliter agunt, r- bono opere securitatem peccandi accipiunt, mundiali cura prorsus expediri non possun- metuunt, dicere non audeo quod hujusmodi- randi sint. Quis Nabuchodonosor nequior, propheta dicitur: *Redime misericordiis pau- peccata tua?* (*Dan.* iv, 24.) Et si idololatræ e- tili prædicare pœnitentiam Daniel non negle-

populo non solum infinitis sceleribus obruto, A  
 eri Dei prorsus ignaro idem alius propheta  
 t; ubi satis mirandum est, quod his qui  
 entiam non habebant poenitentia nuntiatur:  
 quam, his, quanto magis proderit Christia-  
 t quis desperet de fidelibus, si spes tanta  
 : impiis? Hos in Ecclesia Deus quemque se-  
 i propriæ vitæ gradum instituit, ut nobis  
 t quia, si ad summum ejus discipulatum, id  
 ationem, facultas niti non est, sciamus sal-  
 ia minus potentibus medius locus sit. Ipse  
 ii dixit, cum virginitatem sub eunuchorum  
 laudaret: *Qui potest capere capiat* (Matth.  
 19), idem dixit: *Si vis perfectus esse, vade,  
 ruz hæbes* (Ibid. 21), et cætera; non dixit:  
 adideris, non intrabis in regnum cælorum. B  
 amque dixit: *Qui non renuntiat omnibus quæ  
 , non potest meus esse discipulus* (Luc. xiv,  
 33) est ac si deceret: Non potest me perfecte  
 a quo constiterit terrenas divitias affectari.  
 m se discipulum cujuspiam profiteri consti-  
 facit intuitu, quod in eo unde magistrum  
 vult, cupit eidem conformari; et cum ma-  
 liquis sit, et multos circumquaque eundo  
 non tamen vocari consueverunt discipuli,  
 i ejus lateri specialiter obambulant, discendi  
 odo causa.

t ergo aqua quæ producit ex sapientiæ scien-  
 salutaris plenitudine volatilia, hoc est viros  
 les speculationis ala, habet terra, id est C  
 humanitas simplicium animos quasi *jumenta*  
 , et *bestias*, qui, si in lumine verbi oculum  
 equeunt, Christum tamen pro peccatoribus  
 tum redimendis, fidei ac spei contuitu con-  
 attendunt. Cum enim dici verbum eructare  
 it, nox nocti scientiam consequenter indicat  
 .viii, 2), habet Ecclesia hos in se viventium  
 qui pecora jure ad eorum comparisonem,  
 ionaliter se agunt, dici meruerunt; vel etiam  
 i pietatis ita dicuntur, quia hominum id est  
 pienterque viventium usibus quasi domestica  
 a famulantur. Nil enim est quod non in  
 tibus, et rebus etiam inanimatis in aliquo  
 bus utile sit. Sub qua specie dum montes  
 e suis superioribus irrigat, per eosdem potum D  
 et onagris administrat, et ex eisdem fenum  
 herbamque hominum servituti convectat  
 cXLVI, 8). Qui enim montes in quibus fena  
 ur ob fastum vocati sunt, iidem ibidem bestię  
 citatem dicti sunt.

t quoque fidelis anima etiam quæ ad summos  
 nerserit gradus, imo patitur in se hos acer-  
 motus. Insunt namque non modo nobis, qui  
 ia conversionis habemus, sed sanctis ac in-  
 tissimis, Paulo scilicet apostolo, sui que  
 us *jumenta*, id est oneriferæ hujus nostræ  
 itatis hebetudines, quibus interioris hominis  
 itur, et crebro gravatur alacritas, dum videt  
 legem in membris suis repugnantem legi

rationis, propter quæ innumera, quæ magis sen-  
 tiri, quam ab aliquo dici possunt, exclamat tota  
 spiritualis Ecclesiæ multitudo: *Miser ego homo,  
 quis me liberabit de corpore mortis hujus?* (Rom. vii,  
 24.) Insunt et *reptilia*, infimæ et prorsus carnales  
 quæ nos inclinare solent cupiditates, quibus ventre  
 repimus, id est affectu inhæremus terrenis volup-  
 tatibus, et titillationum frequentia lubrici ac molles  
 instar colubri attenuato animi rigore efflicimur.  
 Dum enim virtutum fastigia attingisse nos credimus,  
 ne nos gratiæ ubertas elevet, propitio Dei judicio  
 stimulus carnis ab angelo Satanæ nobis qui nos  
 colaphizet immittitur (II Cor. xii, 7), et sic dum de  
 supercœlesti cogitatione ad plusquam terrena, ut  
 sic dicam, meditanda delabimur, quid de nobis sine  
 opere Dei simus in nobis ipsis advertimus.

Nec desunt bestię, bestiales videlicet mores. in-  
 solentiæ, iræ et rancores, quæ etsi sanctos viros  
 usque ad perpetam impellere non possunt discor-  
 diam, magnas tamen ad tempus in eorum cordibus  
 generant turbas, et, dum vetant interioris ferociam  
 murmuris prodire in verbum, ardentissimos intra se  
 æstus cogitationum sibi invicem objicientium, et cum  
 grandi strepitu convicia referentium patiuntur. Vitia  
 autem pariter vix aut nunquam quempiam tentant,  
 sed vicissim nos pulsant: sopito scilicet voluptatis  
 incentivo defurit ira; ira ad tempus quiescente  
 effervet luxuria; his rursus quasi edomitis subrepat  
 inanis gloria, sive superbia.

Hæc autem tria, quæ præmisimus sub specie ju-  
 mentorum, reptilium, ac bestiarum, et in psalmo  
 satis congrue sub figura alia denotantur: *Holocausta*,  
 inquit, *medullata* offerimus tibi *cum incenso arie-  
 tum, offeram tibi boves cum hircis* (Psal. lxxv, 15):  
 Holocausta offerimus, cum quidquid ex nobis sumus,  
 in Dei amore consumimus; medullata eadem sunt,  
 cum sine charitatis interiori pinguedine virtutum  
 nostrarum ossa non sunt: aridus est enim ramus  
 bonæ actionis, non habet succum divinæ ac mu-  
 tuæ charitatis; cum incenso, id est incensione,  
 consumptione videlicet totius cervicositatis, quæ  
 supra per bestias, his per arietem designatam  
 scimus; holocausta offerre debemus, quia, si diabolus  
 rex est super omnes filios superbiz (Job. xli, 25), et  
 filius tanti monstri, servusque diaboli Deo munera  
 defert, quid ipsi Deo videri poterit ingratus, tur-  
 pius, indignius? Sic tamen dico, donec in ipsa  
 mortis profunditate jacere deliberat. Offerimus *boves*,  
 cum omne pondus, et circumstans nos peccatum,  
 quod nos aggravat, et animales hebetesque nos in  
 his quæ Dei sunt, reddit, fervore, acumine rationis,  
 et spirituali vivacitate mutamus, et mutando quan-  
 tum patitur natura consumimus. Hi per *jumenta* de-  
 signantur superius. Hircos in Dei placatione incen-  
 dimus, cum in carne nostra et intimis animæ affe-  
 ctibus petulantiz fluxa dispergimus, quæ, vel potius  
 qui hirci, scilicet sunt figurate *reptilia* quæ protu-  
 limus, quæ tota secundum cujusque animalis natu-  
 ram dicta sunt, quia aries superbum ac bellicosum

est animal; bos vero ponderosum et hebes; unde dicitur de stulto apud Salomonem: *Sequuntur eam quasi bos ductus ad victimam* (Prov. vii, 22): hircus autem petulcum et lascivum; unde Ovidius de Galatea: *Tenero lascivior hædo* (Met. xii, 790).

Hæc itaque hisque similia cum ab eis supra expositos virtutum dies habent, magnæ autoritatis calce premuntur, dum sive in dexteram declinare nesciunt, aut sinistram, id est, dum neque virtutum proventibus extolli, quod est dextera, nec vitiorum impulsibus destitui norunt, quod est sinistra. Deus qui nostris aggratulatur profectibus, augmenta semper exaggerat gratiarum, et illud tandem in nobis perficit, ad quod omnis noster agon et desiderium tendit. Quidquid enim boni arripimus, non ob aliud plane agimus, imo agere debemus, nisi ut divinæ imaginis quam amisimus conformitati reparemur. Deus igitur quos ut bene agere vellent gratiæ dono prævenit, et gratiam suis piis studiis subsequentes ad perficienda quæ voluerant, juvit, ad summa jam suæ similitudinis consortia evehit, dicens, ut ita dicam:

VERS. 26. — *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Imago et similitudo, cum ab aliquibus idem esse credatur, plurimum aliquando inter se distant. Imago proprie dicitur quod pingitur vel sculpiatur causa alicujus memoriam repræsentandi, etsi non simile illi pro quo fingitur sit. Similitudo autem indifferenter in cunctis quæ sibi similia quovis modo sint, dicitur, etsi altera alterorum causa facta non sint. Possem dici imago patris mei, etsi sibi specie non convenirem, quia pater meus causa ut essem mihi fuit. Unde et hoc modo imago pariter et similitudo de re una dici queunt, si propter eandem et facta sint similiaque sint. Virgilius tamen inducens Andromacham de Ascanio loquentem ait (*Æneid.* iii, 489):

*O mihi sola mei super Astyanactis imago!*

Quem revera pro similitudine imaginem dixit, et imaginem adhuc ideo forsitan, quia formam, licet illius filius non esset, ex ejus consanguinitate trahebat. Imaginem Dei Adam habui in anima, ex ea parte qua æterna est, quia ille naturaliter æternus est, ista collative. Imaginem namque determinant in æternitate similitudinem in moribus. Imaginem autem Dei nos in eo perspicere habere dicere possumus, quod sicut Deus omnem implens mundum sic omnibus generaliter adest, ut singulariter tamen rei cuiquæ totus proprie inesse sentiatur, ita anima nostra incorporata ipsum corpus quidem implet, moveri et vivere facit, ordinatissime regit, et sicut de Deo dignosci non potest unde cælo quam terræ præsentior æstimetur, sic ipsa nullatenus magis in capite sentitur quam in minimo pedis digito. Læsus quispiam in utrolibet non dissimiliter angitur; tota enim in singulis quibusque membris anima reperitur, quam graviter læsus in ungue doleas nosti; habet corpus ubique spiritum, uti mundus habet ubique Deum. Deus autem ratio universalis est, qua tota

machina miro ac incomprehensibili administratur ordine, ubi nihil extraordinarium sit, nil sine causa nil inconveniens recte sentientibus videatur. Et itidem et homini constat datum, dum suum exitum per interioris hominis intellectualitatem dispositum turpe valeat inveniri. Vivit Deus, et sapit, vit per se et vivificam in carnali massa indidit animum quæ pondus suum foris reddit vegetum, semet ex participio cœlestis luminis intro providam sidet. Imago ergo Dei sumus, ipsius gloriæ et honoris facti sumus, non nostri meriti aut utilitatis causa, utpote qui non nobis egebat, sed nos ut ipso beate frueremur. Causa nostrum, sic omnium creatorum fuit, ut scilicet glorificaretur nobis, non quo nostra glorificatione proficeret quo eum et ex sui consideratione, et ex mundi admiratione mirabili propter nos institutione glorificando gloriosior homo fieret. Nos itaque illi quo nos et murmuramus regi ordini confirmando, scilicet nostri ipsi existentes, vitis principando, et cum virtute nostra gerendo supernæ imagini comparemur. Similitudinem supra diximus in moribus debere potest qui sicut Deus est amor, justitia, pietas, munus et quidquid boni dici aut cogitari potest, ita omnia gratiæ et sanctitatis capacem hominis animam cit. Unde et summo nostro, quod nos videlicet habere conveniat, bono ab Joanne dicitur: *Sicut inquit, est, et nos sumus in hoc mundo* (Joan iv, 19). Deus naturaliter plus sic deitatis plenitudine repleta cum versans, misericordiæ viscera nulli nega-solem suum super bonos et malos aperiat (*Matt* 45), et non minus, imo multo satius impiis munera, licet corporea, tribuat quam his quos vivere constat. Sicut igitur Deus est, et nos sumus in hoc mundo, quia sicut nemini sibi etiam profuissent beneficio sui subtrahit largitatem, sic erga eos qui nos oderunt habere necesse est clementiam. Sicut multa præterea satis ardua, quæ hac Dei imagine disseri possent, sed ad alia pertinentes sufficere mediocribus ista putamus.

*Et præsit, inquit, piscibus maris, et volatilibus et bestiis, universæque terræ, et omni reptili movetur in terra.* Cum bene de se merentes ad sui qui nihil aliud quam virtus est, confortem elevat, ad hoc utique sit, ut illustratione supra qua quisque accepit subtilitatem ingenii, in Scriptis moderari discat, quod pisces maris significatione et volatilibus cœli præesse noverit, id est contentionis acumen cautissime librare in divina se nihil imaginarium, nil sensuale de Deo senserit cum post magnitudinem revelationum, tentatit acerbitas, quod pene semper consuevit accipere subsecuta fuerit, bestiarum irarum, superbiarum, renorumque motuum, id est cupiditatum, repugnantieque libidinum, rationalis memor imperii servi mox imponat corpori, et suæ vindicans libertatit gnitatem super hæc exerceat potestatis. Mare puram intellige, quæ sapientiæ sale salsa ad

spiritualem nos provocat, et commotionis magnæ strepitem in cordibus pœnitentium concitat, mentesque amaricat, ubi inter minarum moles timidus peccator ac si inter fletus exæstuat. Piscis autem hujus maris ingenium naturale, quod ejus abdita investigat.

VERS. 27. — *Creavit ergo Deus hominem: ad imaginem Dei creavit illum, masculum et feminam creavit eos.* Recte primo dicitur homo singulariter creatus, postmodum masculus et femina creati, quia ante prævaricationem idem in se, et nusquam diversus homo erat, uni suo Conditori vacabat, nil a se, nil a Deo extraneum cogitabat; postquam autem, contempto auctoris jûgo, sui juris esse voluit, et Dei visione, qua crebro reficiebatur, caruit, et seipsum non habuit, quia nunquam postea plene suis motibus dominari, etsi voluit, potuit; quia etsi spiritum, quod est masculus, ad fortiter sentiendum aut agendum penitus non perdidit; Eva tamen, rebelle et indomitum animal, nunquam voluntati spiritus voluntarie acquiescit, sed semper virtutis studio dura resistit. Eva autem est caro nostra, quæ suggerente diabolo lenocinatur rationi, et inflectit ad consensum appetitus inhonesti. *Adam enim, ut ait Apostolus, seductus non est, sed Eva, unde et virum seduxit (I Tim. II, 14).* Primo in homine quædam fuit identitas, sed ex peccatû pena accidit demum diversitas, ut in duo divideretur humanitas.

VERS. 28. — *Et benedixit eis: Crescite, ait, et multiplicamini, et replete terram.* Tunc crescimus et multiplicamur, cum replemus terram, id est, cum boni operis exhibitione exteriorem nostrum hominem usquam vacare permittimus. Aut certe crescimus, cum ex incremento sanctæ actionis spe meliorem ad superna porrigimur. Multiplicamur autem, cum virtutum numerositate fulcimur. Et ita repletur terra, cum sensuum nostrorum universitas secundum quod cuique competit ad pia occupatur exercitia. **¶** *E subjicite eam.* Subjicimus terram, cum nostræ ditioni obtemperare compellimus Evam, ut non ordini præpostero ancilla, id est, caro rationem præcedat dominam. *Et dominamini piscibus maris et volatilibus cœli, et universis animantibus quæ moventur super terram.* Pisces dici item possunt astutiæ sæculares, quibus hominum ingenia callent aut vestigandas semitas; maris, id est negotia sæculi. Vluces etiam accipi queunt elatæ superborum cogitationes, quibus tanto quisque sublimius evolat, quanto vanis inflatus eventibus de se gloriosiora cogtat. Animantia vero quid sunt nisi animositates, quarum millia infinita cordibus solent humanis oreperere? Cui consonat quod animus, unde animositas est, Græcam habens etymologiam, a nomine quod est ventus derivatur. Et quid animositates, que tot tamque varias ineptasque patimur, nisi vetositates congruentissime dici debent, quæ quidem inania nos appetere faciendo usque ad crepitem nos inflant, et nihil nisi peccatum explicant? *Hæc moventur super terram, hoc in est terra; super enim*

crebro ponitur in veteri pagina pro in, ut est: *Si memor fui tui super stratum meum (Psal. LXXII, 7).* hoc est in stratu meo. Moventur animantia in terra, quando ad illicitos motus fatuæ cogitationes illiciunt corpora nostra. *Super terram, id est, carnem nostram præcedere sane possunt, et in his quæ sibi sunt contigua, quasi quidam latrones prædas agere, sed regem imperiosum, rationem videlicet, absit ut ullatenus queant subigere.*

VERS. 29. *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, et universa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam, et cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli, et universis quæ moventur in terra, in quibus est anima vivens, ut habeant ad vescendum.*

B Primo ad litteram interjaciendum quod omnino ante diluvium illi primo tempore esus carniû in usu non fuit. Significative autem licet, secundum quod diximus in tractatu diei tertii, possint hæc intelligi, et juxta ea quæ in aliis exposita sunt diebus, quæ ad vescendum illi qui jam nova creatura est data dicuntur, id est ad imitandum intellectualia illa quæ ibi describuntur, quorum exemplis tanquam pabulo debeat sustentari, tamen et aliter forsitan, si elaboremus, exponere poterimus. Herba, quia brevis et ad manum contigua est, qualibet corporalia bona possumus accipere, ut est jejunare, hospitio inducere, elemosinam dare, nescios erudire, et cætera quæ humanitas habet egentibus exhibere; quæ quidem satis bona sunt, sed tamen sine adminiculo aliquarum spiritualium virtutum nulla. Possunt enim et bono et malo animo fieri, et ideo, si bene, id est non amore laudis, aut per invidiam ut scilicet alterius obnubiletur bonum, ista ac similia flant, valde utilia sunt. Sed tamen semen afferre debent, quæ victum boni exempli spirituali creaturæ præbent. Semen herba etiam moriente solet esse residuum, unde reparatur genus. Quid herba, nisi bonum opus; quid herbæ semen, nisi boni operis præmium, cujus intuitu et alii ad bene gerendum præcipue provocantur. Potest bonum opus aliquando videri, sed in Dei oculis præmio caret, quia agentis intentio etsi non pro laude, seu per invidiam, ut diximus, est, tamen bona quæ agit non desiderio æterni muneris exercet, sed ut a Deo sibi præsentis sæculi prosperitas uberius cumuletur. Unde dicitur: *Oratio ejus fiat in peccatum (Psal. CVIII, 6), id est pro solis temporalibus oret.* Et ibi: *Constabitur tibi, cum benefeceris ei (Psal. XLVIII, 19).* Et Judæis carnalibus nihil in lege nisi temporale promittitur. Hæc herba ut semen habeat, mutetur intentio, quatenus ex eo alii suscitentur; solent enim intentiones aliquorum judicio Dei justo aut apertis flagitiis, aut apostasia qualibet patescere etiam in præsentem, et ideo fructus inde nullus est. Nam vix adhibentur exemplo, quorum finis reprobus est.

Per ligna pomifera spirituales, quæ non nisi bono animo flunt, signantur virtutes; nec malis communes esse queunt, ut sunt charitas, humilitas, pa-

tientia, et aliæ, quæ et magnum in se robur habent A constantiæ, et gloriam excellentiæ, et utilitatem fructus de imitatione. Et quæque tamen harum *sementem* infra se habeat, ut non pro externis rebus, sed pro salute sui æterna, bonum ipsum quod agitur fiat. Volucris ergo, id est eminentia sanctitatis præditis, et *animantibus* quibusque, scilicet ex fide viventibus, qui motus habent bonæ actionis, in terra, id est, in exhibitione corporea dantur ad vescendum, ad mores videlicet, animumque suum piis exemplis talium roborandum.

Potest et per *herbam*, quæ res levis est, activa vita signari, quæ omni Dei populo patet; per *ligna* vero summa vitæ contemplativæ, in qua pauci litteratorum, illiteratorum vero nescio an quis mentis pedem affigere possit. Hoc in Deuteronomio intelligitur per id quod prohibetur, ne quis, vel in arbore sive terra posita ova seu pullos capiens, in nido matrem his incubantem pariter rapiat (*Deut. xxii, 6*), ut longo mereantur vivere tempore. Et est sententia: Nostra mens cum aut ova bonæ cogitationis et propositi fovet, aut bonæ sed teneræ adhuc operationis pullos usque ad congruum perfectionis robur nutrit; si quis ❧ experiendo pervideat, et piam voluntatem, et opus religiosum tenere imitando potest, sed matrem, id est conscientiam operantis a bono cæpto dimovere, aut dehortari non debet, si æternum feliciter vivere volet. Per terram autem actualis, per arborem vero vita contemplationis, quod istic per herbam et arborem diximus figurari.

VERS. 31. — *Et vidit Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona.* Videt, ut diximus supra, et sæpius est, videre nos facit. Videre autem nostrum sicut ipsius Dei approbare est, quia dum summam virtutis attingimus, ita in naturam vertitur boni amor, ut, si etiam impune peccare liceret, nunquam animus a recti tenore gradum deflecteret. Videmus ergo bona quæ Deus indidit nobis, id est intelligimus. Unde et sextus dies occurrit, et pariter e regione sexta gratia Spiritus intellectus illuxit. Cum Deus suæ hominem imagini configuratum, ut inter pisces et volatilia, rursumque reptilia discreturus intellectualem quamdam cathedram haberet, jura judicii possidere jussisset, quatenus quibus transitorie uti, quibusve æternaliter frui deberet, sciret; et quæ in se rapere, D quibus se informare, quæ sibi subigere quibusve dominari oporteret, agnosceret. Quid eminentius post dignitatem spiritualem dare ei potuit, nisi ut angelorum quodammodo suppres faceret? Si enim dicimus quod in hoc bestiis præeminemus quod loqui possumus, respondeo quidem ex parte verum fore, sed si advertimus, profecto invenimus quia vix nobis aliquid invicem disertius loquendo intimamus, quam illæ secundum suum [modum] gestu ac vocibus. Non ergo hæc differentia magne laudanda est, sed illa summopere, qua per intelligentiam Dei et bonorum angelis concordamus. Hæc est quæ ab Apostolo appellatur discretio spirituum, qua videlicet intellectuali palato sapimus (*I Cor. xii, 10*) quid a Deo

nobis supervenit, quid spiritus malignus suggerit, quid carnis petulantia ex se naturaliter parit. Operi itaque diei hujus nil omnino aptius competit, quando homo præficitur disponendis creaturis, quam quod lumen pariter adest clarissimum discretionis.

CAP. II, VERS. 1. *Igitur perfecti sunt cæli et terra, et omnis ornatus eorum.* Cæli perficiuntur, quando mentes fidelium totis rationis viribus divinæ sapientiæ applicantur. Terra perficitur, cum, totis sopitis perversis motibus, rationis voluntati caro subjicitur. Sed quis in carne mortali positus hæc ad perfectum expleat? Nemo Paulo melior, qui videt aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis (*Rom. vii, 23*), qui sequitur si comprehendat, qui a se non arbitratur comprehendisse (*Phil. iii, 12*). Et quis adeo socors Pauli perfectioni deroget? Ipse enim nihil sibi conscius est, sed non in hoc justificatus est (*I Cor. iv, 4*). Perfectos autem dicimus sanctos viros, in quantum patitur corporalis infirmitas, in qua quandiu sunt, fieri non potest ut ad eam animi, carnisque possint attingere pacem, quam aut habent angeli, aut habituri sunt post resurrectionem sancti. Ornatus autem eorum est quidquid ad virtutem animi aut honestatem corporis, aut per horum opera dierum innuitur, aut alias legendo reperitur.

VERS. 2. — *Complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat, et requievit die septimo ab omni opere quod patrarat.* Quando nos quidpiam operamur, ipsa die qua perficimus, ipsa potius quam sequenti nos complese opus dicimus. Et quid significat quod Deus non sexta, sed septima die opera explicat, nisi quod vitæ præsentis sancta quæ per nos efficit exercitia, non in hoc tempore, quæ sexta dicitur ætas, sed in septima, in qua sabbatismus animarum populo Dei restat, cum præmium reddiderit, tunc terminat? Nam quandiu in hoc degimus sæculo, a bene agendo requiem non possumus habere, nec debemus. In septima autem mundi ætatis a labore laxamur, quia juxta illud Job: *In septima non tanget nos malum* (*Job. v, 19*); ubi mensis, id est perfectio beatitudinis, erit perfecti laboris mense, et Sabbathum æternæ requiei nobis, qui requievimus a perverso opere. In hac ergo vita tempus est agonizand, illic nobis restat æternitas coronandi. Vanum enim nobis debet videri ante illud mane ultimum, quo Dei misericordiam cum Psalmista sumus audituri, quo Deus illuminabit abscondita cordium (*Psal. cxlii, 3*, in securitatem aliquam de bona nostra actione surgere, id est, erigi; sed postquam in hac convalb lacrymarum, quæ locus est auro Arabiæ, id est humilibus electis, in quo conflentur, et juxta Danielem dealbentur (*Dan. xi, 35*), sederimus, in humilitate scilicet nos depresserimus, tunc surgendum, id est ad gloriam aspirandum nobis est, qui in his quadraginta annis desertum Idumæe inhabitando, de quo clamat David: *Deus, Deus meus, ad te de uce vigilo* (*Psa. lxi, 2*); solo spiritualis mannae pabulo, Scripturis scilicet sacris delectamur, et panem tanen

doloris manducamus (*Psal. cxxvi, 2*), quia totus A noster lectus in nostra infirmitate versatur; et panis illo pro quo reprobis, juxta Jeremiam, *Pretiosa quæque dederunt* (*Thren. i, 11*), pro temporali videlicet voluptate insumenda suam ipsorum salutem vel animas vendiderunt, in vita nostra sit nobis abominabilis, heu nobis conclamantes, quia incolatus noster prolongatus est (*Psal. cxix, 20*), phrenesis gaudium sæculare putantes, et coronæ causam pressuras atque dolores. Ad hanc igitur 25 septimam diem, id est, perfectissimam lucem cum pervenerimus, in supremo gradu, qui est sapientiæ, pedem animi locabimus, quia irradiati sine fine, et ullius interpolatione spiritualis vesperi Deum sapiemus. Amen.

## INCIPIIT LIBER SECUNDUS

# MORALIUM IN GENESIN.

Superiori commento postquam Deus cælum terramque discreverat, quid diebus quibusque fecerit, cælo terraque procedere tractatum est. Sequitur ergo mystica narratio dicens:

VERS. 4. *Istæ generationes cæli et terræ, quando creatæ sunt in die quo fecit Deus cælum et terram.* In die, inquit, id est in illa mentis illustratione, per quam de obscuritate confusionis vitiorum cælum, quod est ratio, a terra, carnali scilicet suscitatur affectu, ista quæ septem diebus, septem utique sancti Spiritus charismatibus agi possunt, in interiori homine generari incipiunt. Quando creatæ sunt, id est quando horum bonorum semina per conceptum bonæ voluntatis menti renovandæ injecta sunt.

VERS. 5. — *Et omne virgultum agri antequam oriatur in terra, et omnem herbam regionis antequam germinaret.* Facit Deus virgultum, id est fortia virtutum opera, antequam oriantur in terra, id est, antequam exhibeantur per manifesta corporis exercitia, quando ad bene agendum in terra inspiratur fidelis anima, sed tamen, præpediente adhuc veteris hominis affectu vel usu, non prævalet animus ad opera. Fiunt ergo prius in proposito. Inde dicit Apostolus: *Velle mihi adjacet, perficere non invenio* (*Rom. vii, 18*). Facit et omnem regionis herbam, antequam germinet, quando minora et infirmiora bona Deo animante concipimus, quæ tamen ut cupinus patrare nequimus. Potest et per herbam viror desiderii superni accipi, in quo per pios actus vivitur hic spe, donec in regione vivorum germina proerant integræ visionis in re. Per virgultum etiam contemplativa vel spiritualia studia sentire possunus, ob robur scilicet sui ac altitudinem, quæ nunc nobis grandi labore coluntur, antequam in illa quam mites possidebunt terra, æterna videlicet et incorruptibili stabilitate sponte nunquam desitura oiantur. *Non enim pluerat Dominus Deus super terram.* Cum primum nobis pia voluntas immittitur, non tanta nostræ rationis gratiæ, id est pluvie spiritualis ubertas infunditur, ut terreni affectus duitia in nobis ad boni efficaciam usquequaque

B solvatur. Initia enim nostra mista sunt malis. Unde recte subditur: *Et homo non erat qui operaretur eam.* Quia enim differt Deus infusionis plénitudinem, fragilitas operum designat non esse hominem, qui corpus non subjugat et excolit per rationis auctoritatem. Non est enim dignus hominis nomine, qui vivere non didicit integra ratione.

VERS. 6. — *Sed fons egrediebatur de terra, irrigans universam superficiem terræ.* Mira subtilitate cuique pensandum est an vere bona sunt quæ bona habere se aestimat. Nam si pro sæculi honestate quid fiat, quod Dei respectu non sit bonum quis dicat? Merito Deus non pluerat, et homo qui terram operaretur non erat, quia fons humanæ calliditatis ex ima intentione scatenens, exterioris hominis habitum, universam scilicet superficiem terræ rigabat. Hæc est secularis honestas, qua dum quique quasi prudenter se contegunt sub colore magnæ religionis, nihil agunt. Unde dicitur: *Filii Agar qui exquirunt scientiam quæ de terra est* (*Baruch. iii, 23*). Huic sensui optime capitulum evangelicum (*Juan. ii, 6*), de sex hydiis moraliter coaptatur. Quia namque de terra fons erat, non interius, sed superficiem terræ rigabat. Sunt sane bona plurima quæ discernuntur, quia Dei sunt intentione sola, ut sunt pietas, largitas, castitas et cætera multa.

VERS. 7. — *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ.* Cum ergo humana scientia exterius se bonis componendo moribus sine Dei contuitu nihil efficiat, pius Auctor gratuito formaturus totum hominem, terram nostri 26 pectoris unda gratiæ necesse est ut infusa emolliat; tali enim limo nec aliter homo, qui Dei fert imaginem, vere constat: sed huic illa inesse facies debet, quam sibi Dominus contuendo lavare præcipit, et quam sibi Sponsus ostendi postulat. *Ostende, aiens, faciem tuam, quia facies tua decora* (*Cant. ii, 24*). Cui spiraculum vitæ adhibetur, ut spiritu suo deficiat, qua paupertate beatus fiat, et eo repleatur, qui se in terram rectam deducat, os emundandæ per confessionem conscientiæ aperiat, ut spiritum disci-



plinæ, qui fictum refugit, excipiat, os denique ad A bona docendum dilatare studeat, ut id cœlestis anheliitus placite illapsus adimpleat. Inspirando namque trahimus et emittimus spiritum. Unde dicitur: *Os meum aperui, et attraxi spiritum* (Psal. cxviii, 13). *Et factus est homo in animam viventem*. Sicut corpus sine anima vivere non prævalet, sic anima, si Deo inhabitare careat, deteriori pessumdata morte jacet; facto igitur limo, et dato in facie ejus spiraculo totus jam vividus constat homo. Sinceritas enim faciei illius, qua Deum cognoscimus, quaque a Deo cognoscimur, quo contra minus sinceris quibusdam clamantibus, *Domine, aperi*, dicitur, *nescio vos* (Matth. xxv, 12); ubi pallorem defectionis habeat quæ penes se vitalis spiritus arrhas portat.

VERS. 8. — *Plantaverat autem Dominus Deus paradisum voluptatis ab initio, in quo posuit hominem quem formaverat*. Paradisus voluptatis, serenitas est sanctæ conversationis, in qua cum virtutum undique surculi provehantur, et spei immarcessibilis gramina vernant, surgit inde aquilo et temperies accedit australis. Paradisus enim Græce, Latine dicitur hortus. Si autem securus mens quam turpis culpa non mordet, juxta Salomonem (Prov. xv, 15), quasi juge convivium est, nam male conscia sibi propriis semper agitur stimulis: quid simplicis animi testimonio gloriosius, amœnius? Sed is paradisus habetur a principio. A quo, nisi ab ipso primæ nostræ conditionis exemplo? Pensemus in quanta mentis requie, antequam peccaret homo, constitit; C et sciamus hunc esse paradisum intellectualem, terreno meliorem, quo nos Deus poni, si velimus, cupit.

VERS. 9. — *Produxitque Deus à humo omne lignum pulchrum visu, et ad vescendum suave*. In soliditate itaque illa homini constituto producitur omne lignum, fortitudo et eminentia quorumque rectorum operum. Pulchrum visu, dum lux lucet nostra coram hominibus, ut videant (Matth. v, 16), id est instruuntur ad vescendum suave, dum per operum imitationem Dei glorificatione pascuntur; fructu enim tuo vescitur quisquis ad bene agendum tui consideratione confortatur. Sed suave quomodo est, cum arcta sit via quæ ducit ad vitam (Matth. vii, 14), et omnis disciplina in præsentia sit mœroris? (Hebr. xii, 11.) D Revera imperfectis ac rudibus arcta, sed fructum pacatissimum justitiæ postea reddet exercitatis in ea. *Jugum enim meum suave est* (Matth. xi, 30), et cætera. At de qua humo hæc prodeant intendamus. Ab humo dicitur humilis Humilitas ergo humus habeatur, et satis constat quod hæc, quæ prætulimus, sine hac virtute fieri non posse credantur. *Superbis nempe Deus resistit, humilibus dat gratiam* (Jac. iv, 6). Ideo justus ut lignum quod plantatur secus decursus aquarum; impii ut pulvis, quem projicit ventus a facie terræ (Psal. i, 3, 4).

*Lignum etiam vitæ in medio paradisi*. Lignum vitæ sapientia est, sapientia autem tripliciter dicitur: sapientia hujus mundi, quæ et astutia est; sapientia

creatrix, quæ est Dei Filius. Hæc duo breviter perstringit Apostolus. *Non enim, cognovit mundus in sapientia Dei* (I Cor. i, 21); per sapientiam subaudis mundi Deum. Sapientia rursus vocatur in angelis ac sanctis hominibus divinitus illustrata ratio. Hæc est quæ loquitur: *In Jerusalem potestas mea* (Eccli. xxiv, 13), et cætera. Hæc robore, fructu et umbra suis vitæ ministrat alimentum, si tamen in medio consistat paradisi, ut non eam a regia sede, qua circumstantem disponit exercitum, carnalis tyrannice extrudat affectus, sed inedia internis currens uti medulla ossibus succos vitales attribuat.

*Lignum quoque scientiæ boni et mali*. Hæc est voluntas nostra. Voluntas autem est motus animi cogente nullo ad aliquid efficiendum vel appetendum. Si enim cogitur quis, voluntate non ducitur; diabolus vero neminem suggestionem compellit, sed potius quod desideretur obtendit, et sine molestia aut vi spontaneam mentem trahit. Sola ergo secundum hunc modum voluntate, non necessitate peccamus, et liberos nos servituti addicimus. Voluntas itaque cum ad bonum et ad malum circumferri valeat, hic et in sequentibus in malo accipitur: scientia enim, id est experientia boni et mali, permaxime in malo præstat. Aliud est namque scire quia fornicatio peccatum est, aliud experiri per opera qualitatem ejus, Porro in experientia mali multo magis bonum quam sit bonum quod habebatur, agnoscitur, quam in boni observantia ulla malum cogitatione sciaur. Quid namque boni sit sospitas, melius discitur languore magistro. Lignum est cujus robur stoliditas, fructus infectio, et umbra cæcitas. Voluntate igitur abuti, tangere est scientiæ lignum boni et mali.

VERS. 10. — *Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum*. Fluvius iste sacri eloquii copiosa scientia, rerumque moralium alta cognitio est. qui paradisum irrigat, quia per quotidianas institutionum doctrinas vires ad bene agendum piis animis subministrat; si enim sapientiæ studio attinet de Deo et cœlestibus agere et statum vitæ prætervolare commune quantum hominis est, scientiæ proprium est ea quæ inter nos actitantur justa moderatione disponere; vita virtutesque discernere, fideliterque eadem quibusque disserere. Unde subditur: *qui dividitur inde in quatuor capita*. Voluptatis nostræ quidam locus non localis Deus est, quem quidem generaliter omnia, sed illi tanto specialius, quanto spiritualius incolunt, qui solum in ipso delectantur, ex hoc ipso fluminis impetus egreditur, qui nequitas spirituales præcipitat, et dividitur in quatuor capita, quæ sunt principales quatuor virtutes, e quibus cæteræ omnes sumunt exordia.

VERS. 11. — *Nomen uni Phison: ipse est qui circumcivit omnem terram Evilath*. Phison interpretatur os pupillæ. Ore autem loquimur, pupilla videmus. Ier quod intelligitur prudentia, quæ et ipsa dicitur quod porro videat. Vera autem prudentia est, qua svi-



liter quæque conjicimus, ad quos possint devenire A proventus, unde nasus Ecclesiæ turri comparatur (Cant. vii, 4), dum imminens malum providendo declinatur, et virtutis studium sui merito successus amatur. Cujus fertilitas tunc penitus approbatur, cum quod bene prospicimus, et aliis insinuare satagimus, ut pupillæ officium, et oris agamus. *Evilath* interpretatur dolens vel parturiens. Dolet qui præsentis sæculi ærumnas et exsilium ægre fert, qui cum pauper fuerit, et coram Deo effuderit precem, dicit: *Percussus sum ut fenum* (Psal. ci, 5), et sequentia. Parturit qui, licet stellis coronetur duodecim, lunamque sub pedibus habeat, ac sole amicitur (Apoc. xii, 1), cruciatus tamen ait: *Quod operor non intelligo* (Rom. vii, 15), id est non approbo. *Video enim aliam legem in membris meis* (Ibid., 23), et cætera. Et alibi: *Omnis creatura ingemiscit, et parturit usque adhuc* (Rom. viii, 22), scilicet bona opera cum dolore operatur. Circuit autem Phison, id est munit, non pulverem, quem projicit superbæ ventus a facie terræ, id est Christi, sed terram, stabiles scilicet ac solidos, qui dolent se non habere hic manentem civitatem, et clamant parturientes puerum qui rapiatur ad Deum et ad ejus thronum. In hac terra, hoc clausa munimine, nascitur sanctorum animarum aurum, et hoc optimum; quia si bona est sancta rusticitas, quam dignior est docta sanctitas? Sic enim dicitur: *ubi nascitur aurum* (Gen. ii, 11).

Vers. 12. — *Et aurum terræ illius optimum est.* C Maximum est enim non sibi soli, sed omnibus studere prodesse. In auro enim et splendor est, et pretium; pretium ergo ex religione, splendorem habent in eruditione. *Ibi invenitur bdellium, et lapis onychinus.* Bdellium secundum quosdam arbor est aromatica, colore nigro, magnitudine olivæ, folio rubi, fructu caprifici similis. Sunt aliqui Physon, id est providi, sunt Evilath inter obstacula bene agendo validi, sunt terra perseveranter immoti, quorum aromata piæ fluunt opinionis, et licet sint elatæ palmarum, nigræ tamen quasi corvus, vel studio humilitatis, vel memoria veteris conversationis, eos exquirere nituntur, qui charitatis ac misericordiæ, quod signatur oliva, actibus eminent, et cum Paulo apostolo ad eam quam consecuti sunt gratiam, folio D rubi, id est verbo Dominicæ passionis, quæ pro peccatoribus facta est, et alios provocant. Lapis autem onyx ab unguis similitudine sic dicitur; unguem autem meum attendo, ea parte qua surgit, arcuato quodam primo albore suffundi, in medio cernens mistum candore ruborem, superius ubi carnem excedit sinceriter elucere. Primus candor noster ex baptismo est, qui tamen arcu divinæ Scripturæ divinique judicii quasi jugo restringitur, sed postmodum rubore miscetur, passionum scilicet evincendarum incursione turbatur, donec carnis carcere exemptus libera cœli luce fruatur, fructu vero caprifici est similis, qui ubi permaturit ater est, quia cum sancti viri ad perfectum charitatis attige-

rint, et vitia mortificant, vitamque, si suppetat occasio, sanguinis effusione consummant: fusus namque nigrescere solet sanguis.

Vers. 13. — *Et nomen secundo fluvio [al., fluvii secundi] Gehon: ipse est qui circuit omnem terram Æthiopiæ.* Gehon interpretatur pectus, vel præruptum; per pectus potest accipi fortitudo, quæ nullis quæ providerit prudentia terretur, aut cedit adversis. Quod enim brachiis non possumus, pectoribus aut impingere, aut trahere solemus. Unde et quibusdam animalibus major inibi vis est; et archiepiscopis sub hoc typo pallium isthic insidet, ut alios præcedendo fortiter trahant. Præruptum autem non abs re dicitur, quia si fortis in adversa fore desideras, prius opus est ut quæ tibi præ oculis temporaliter blandiuntur abrumpas. Per Æthiopiam vero, quæ nigros habet populos, contraria figurantur, uti prospera candidis et nunc et apud veteres signabantur. Circuit ergo Gehon illam, quia ambit et ampla sub sementis auctoritate constringit, quidquid exterius molestiæ ingruit, quidquid Æthiopiæ terrenitatis incurrit, copiosi fluente consilii circumgyrat et abluit.

Vers. 14. *Et nomen fluminis tertii Tygris: ipse vadit contra Assyrios.* Tygris interpretatur sagitta. Per 𐤔𐤃 sagittam temperantia non inconcinna ratione accipitur, temperantia autem contra voluptates carnis emittitur. Arcus namque, quod est stoliditas corporis, interiori virtute curvatus, contra nebulas concupiscentiæ sagittam temperantiæ si dirigat, quatenus videat quod feriat, penna virtutum non careat, interius intentionis directione præmineat, subtilis ingenii acumine quasi quodam ferro temperanda dividat, ne, dum sane providet, saniusque tolerat, minus sane fisus de se nimium actus suos discernendo componat. Nam est inepta abscidenda voluptas, non penitus subtrahenda necessitas, nec quis dum se valere existimat, aliorum mentes contemnat invalidas. Hæc nos temperantia, quæ et discretio quasi arcum sagitta prævolare debet, ne quid superveniat quod nos inconsultos offendat. Istud Dei flumen repletum aquis non circuit Assyrios, sed ut hostes vadit in ipsos. Recte enim Physon Evilath, Gehon Æthiopiam circumire dicitur, cum ille muniat, alter juri subiciat nostro, et circumcludat adversa, et specialiter voluptas ad unguem oppugnetur exclusa. Dicitur enim: *Fugite fornicationem* (I Cor. vi, 18), quod est dicere, Fugite lapsus opportunitatem; medullitus enim injacet nobis hoc vitium, ideo cautius insequendum; hoc est namque Assur, quod aula interpretatur. Aula, quia regum aut potentum domus est, voluptas sæculi intelligitur, nec immerito; in aulis enim totius obscenitatis videmus esse gurgustia. Unde est: *Qui molibus vestiuntur, in domibus regum sunt* (Matt. xi, 8), id est qui fluxa amplectuntur, domestici dæmonum sunt. Hi sunt Assyrii, id est aulici, quorum non minus persequenda sunt exempla quam ipsa in nobis vitia. Vitia etenim, quæ pudor sæpe reprimit,

exemplum nequam acrius exsuscitat et nutrit. *Fluvius vero quartus ipse est Euphrates*. Qui et interpretatur. In *frugiter* quo intelligitur justitia, qua Deus super omne diligitur, et proximo sua regula non negatur. Hæc est fomes, hæc est frugi tribus prælibatis, aliisque quibusque virtutibus, et spiritualibus, uti succus et medulla arboribus. Definitur autem, quia habitus est animi communi utilitate servata suam cuique tribuens dignitatem. Ubi perfectum quiddam insonat, sic erga quemque se habere frugaliter, ut generalis non deseratur utilitas. Quod non aliud est, nisi ut quisque sic honoretur, ut est, utque meretur, ne unius vel paucorum aspersione seu cultu omnibus scandalum generetur. Euphrates igitur frugem vitæ fert, quia justus in justitia sua, quam operatus est, vivet.

VERS. 15. — *Tulit ergo Dominus Deus hominem, et posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur, et custodiret illum*. Tollit Deus hominem, cum eum suæ propriæ adimit voluntati. Ponit in paradiso voluptatis, cum suam inspirans facere voluntatem insinuat, quia se nosse vivere, sibi servire regnare sit. Operamur vero paradisum, cum bonorum studiis operum regno cœlorum vim facimus, cum quærimus ipsum, et justitiam ejus custodimus, cum inani gloriæ inter bene agendum aditum obstruimus.

VERS. 16. — *Præcepitque ei Deus dicens: Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni et mali ne comedas*. Ex omni ligno paradisi comedimus, quando vitam omni refertam virtute transigimus. Ligno scientiæ boni et mali non vescimur, cum voluntate nostra in experientiam peccati, qua bonum quod habebamus plenius agnoscitur, non abutimur. Sed de his superius ac satis dictum est.

VERS. 17. — *In quacumque enim die ex eo comedis, morte morieris*. Comedimus, cum prævæ delectationis etiam sine actu extrinseco sapore excipere consentimus; sed quia virtus peccati mors, id est delectatio esse dignoscitur, morte morimur, cum a statu piæ intentionis divini desiderii exclusione dejicimur. Sed quare in die cum nox peccatum sit, dies aliquoties pro qualibet prosperitate assumitur, ut est: *In hac die quæ ad pacem tibi* (Luc. xix, 42). Et peccare volenti, cum prospere facultas arridet, dies quidam in obscurum rediturus elucet. Solet et per diem intelligontia, sicut et per noctem ignorantia accipi. Quidam vero quantitatem cujusque criminis ad plenum intelligentes peccant, de quibus est: *Descendunt in infernum viventes* (Psal. cxiii, 17). Aliqui id metiri nesciunt, cæci que ruunt, de quibus dicitur: *Sicut oves in inferno positi sunt* (Psal. xlviii, 15). Tantumdem itaque quis moritur, quantum quod admittit intellexisse probatur.

VERS. 18. — *Dixit quoque Dominus Deus: non est bonum esse hominem solum; faciamus ei adiutorium simile sui*. Hominem, qui suæ motibus carnis rationis imperio præsit, nec peculiariter evagatur, hic

sentimus. Inde super psalmum, canticum Moysi hominis Dei. Cum spiritus, et homines boni, et mali Dei sint. Homo hic ob sui integritatem ponitur, ob quod et Dei esse dicitur. Illic etiam: *In die illa nutrit homo vaccam boum* (Isai. vii, 21): Sed ista hominis puritas si jugiter, aut etiam aliquandiu ei insit, summum ejus periculum esse potest, teste Paulo, cui datur stimulus (I Cor. xii, 7), ne revelationibus extollatur. Etsi enim cœlum sancti vocantur, silentium tamen in cœlo vix media hora conceditur. Solus ergo homo foret, si hanc silentii quietem haberet. Non est autem bonum, ne pariat sibi arrogantiae typum. Denique fit a Deo sibi adiutorium similis sibi, dum fragilis originaliter ipse, non naturalium etiam fragilitatum immersione continua, ex peccati pœna ad sui notitiam revocatur. Cum sit enim passibili corpore ne de mentis aliquo statu superbiat patitur molestias passionis in mente; unde commonitorium circa se habet, quod se adjuvet sibi per fragilitatem simile. Porro Deus id facit, cum fieri justo judicio permittit.

VERS. 19. — *Formatis igitur Dominus de humo cunctis animantibus terræ et universis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea*. De humo Dominus volatilia cœli ac animantia terræ format, dum contemplationis, et actualis vitæ bona per humilitatem tentationum, nostrique cognitionem ad superceeste exemplar expressius nobis instaurat, sui que et angelici habitus imaginem format. Adducit autem ad Adam, cum hæc disponenda et curanda nostræ imperio rationis addicit. *Ut videret*, Adam scilicet ipse, id est discerneret, *quid vocaret ea*, id est quibus quasque virtutes qualitatum distributionibus insigniret. *Omne enim quod vocavit Adam, animæ viventis, ipsum est nomen ejus*. Nomina quibusque substantiis ex earumdem qualitate, et etiam aliis non substantiatis rebus imponi solent. *Nomen* vero pro opinione vel æstimatione sæpe ponitur, ut est: *Nomen bonum melius est quam divitiæ multæ* (Prov. xxii, 1). Vocat itaque Adam animas viventes, id est vitalia virtutum studia subtili ad intelligendum indagatione disternat. Sunt autem animæ quæ non vivunt, quia sunt opera exterius vitæ nomen habentia, sed introrsum per cenodoxiam mortua. Ita namque nos moderni de virtutum scientia cogitamus, uti ab his qui veri fuere Adam patribus accepimus. Sed quam subtiliter ipsum, quod est Adam nomen, hic inducatur attendendum. Adam secundum quod in sequentibus legitur, vir et mulier a Deo vocati sunt, et interpretatur homo. *Qui adhæret Domino, juxta Apostolum, unus spiritus est* (I Cor. vi, 17), et animalitas nostra plene subnixa intellectui, revera jam excocta fragilitatis mollitie homo est. Recte igitur, postquam in nostra facere Deus incipit infirmitate virtutem, postquam volatilia cœli, id est spirituales gratias, ac animantia terræ, scilicet eas, quibus humana illustratur actio honestatis sanctæ, scientias atque bestias terræ suis Adam

appellaverit nominibus, id est calliditates, vel ferocias dæmonum, seu vitiorum variis conjicere noverrit disquisitionibus; tunc, inquam, recte primo inducitur Adam, scientia videlicet ac opere noster iste perfectus. Sed in his gratiarum collationibus non est adjutor, qui suæ sibi humanitatis humilitatem præ oculis statuatur, sed virtutum hinc et inde ad votum exuberante copia mens sibi pene plusquam humana videtur. Ne itaque hæc se statio depellat in lapsum, dat ei providentia divina similem, cujus titillatione frequenti suam commemoretur attendere conditionem. Inde dicitur: *Adæ vero non inveniebatur adjutor similis ejus*. Et deinceps:

VERS. 21, 22. — *Immisit ergo Dominus soporem in Adam, et tulit unam de costis ejus, et ædificavit costam, in mulierem*. Sopor Adæ immittitur, quando ingens, Deo ordinante, calor defervescere, ac tepere aliquantisper permittitur. Ubi costa lateri ejus adimitur, cum dispensativæ tentationis ingruens, quasi quidam improvisus latro, virtutem aliquam, de cujus firmitate sivebat, evellit. Deus autem facit eo visu, quo fieri sinit; a latere minus cavemus, quia minus ibi videmus, et ideo costam illud boni de damno cujus minus sibi timet, accipimus. Solemus etiam et latera eos qui nos adjuvant vel muniant appellare, ut est: *Latera Aquilonis* (Psal. XLVII, 3); et: *Sedebo in lateribus Aquilonis* (Isai. XIV, 13), in psalmo scilicet, ac Isaia. Illud ergo magis hostis impetit, quo magis nos muniri conspiciat, et in quo minus nos circumspectos attendit. Unde sub optimo improvidæ mentis typo percutitur in carcere Petri latus ab angelo. Obdormiente ergo Adam, id est in nimia securitate constituto costa eripitur, quia incautus a virtute deseritur. Sed notandum quod additur: *Replevit carnem pro ea*. Per carnem, quæ mollis est, intelligatur remissio; solet namque hostis noster, cum quidpiam arduum cœperimus, quasi ratiocinando suggerere: si huic, quod aggressus es, proposito tam intense incubueris, tædio sane, vel imbecillitate victus ad hoc subsistere non poteris. Sic igitur modum operi tuo pone, ut, [per] intervalla pio ludo ac remissioni indulgens, ad id post tempus libentius alacriusque valeas redire. Cui sensui concinit quod dicitur, *pro ea*. Quasi enim pro quodam conservandæ religionis suffragio hæc dicere se simulat. Dum itaque grate venenata suscipitur ratio, quasi pro remedio fastidii non respuitur ruinæ causa remissio. Sic virtutis locum supplere dignoscitur caro. Denique *ædificatur costa, quam tulerat Dominus de Adam, in mulierem*, quia ex occasione virtutis ad tempus amissæ nascitur in animo moles tentationis immensæ; parumque putatur quidquid utilitatis pridem de habitu virtutis sensum est, quia internæ debilitatis impulsus, jam ultra vires totius rationis est: ædificatur itaque, id est ædificari permittit ex costa Deus mulierem; quia ex bono nostro diabolus tentandi nanciscendo materiam, quasi ex fundamentis imaginationum educens ad exteriora verborum, demumque ad summam

A operum, cujusdam fœde teneritudinis fabricam in animo fluctuantis erigit: *Deus qui non patitur nos tentari supra id quod possumus* (I Cor. x, 13), hanc ad nos adducit, quia sub jure nostro per redivivam rationis potentiam, omnem mentis fluxum quasi servum refugam redigit. At de ipsa revocata jam cautior Adam noster quid sentiat, audiamus.

VERS. 23. — *Hoc nunc os, inquit, ex ossibus meis, et caro de carne mea: hæc vocabitur virago, quæ* [al., juxta vulg., quoniam] *de viro sumpta est*. Quod est dicere, hoc quod de muliebri inconstantia ad regulam regressum. *Nunc os*, id est, virtutis robur *ex ossibus* quod est ex virtutum societate recepit; et, id est etiam *caro de carne mea* est, quia, concupiscentiæ fluxu animi fortitudinem in carnalem habitum transferente, de carne peccanti quæ aggravat animam (Sap. xi, 15), caro, id est debilitas, ac mollities pravi appetitus, qui nos tentat, exorta est, et quod fuit pridem ossis firmitas, improviso cordis motu fit carnalis affectus infirmitas. Inde jure est vocanda *virago*, quia *de viro*, id est intellectu vires, unde constanter agat, fragilitas nostra accipit, et tamen feminina segnitie statum virilem, nisi circumspiciatur, evertit. A meliori ergo parte *virago* vocetur, ut non rationis viribus femineæ abutatur, sed licet aliquoties ex virtutis occasione nascatur, non vir præpostere ipsam, sed ipsa eum irrefragabiliter subjecta sequatur.

VERS. 24. — *Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem suam et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una*. *Propter hoc*, inquit, *relinquet* is, qui a bestiali semotus est *vita patrem* diabolium, *matremque* concupiscentiam, *et adhærebit uxori*, id est, voluntati suæ rationabiliter regendæ, *et erunt duo*, intellectus videlicet ac voluntas, *in carne una*, id est in affectu uno: affectus etenim noster quia in eodem statu nunquam sæcularibus inhians figitur, mox ut Deo vacare incipit, velit nolit ad unum sistitur. Sunt itaque *duo in carne una*, cum præfata duo quasi regni sedem sibi ponunt in tertio, et ad idem duo gradiuntur concorditer affectione locata.

VERS. 25. — *Erat autem uterque nudus, Adam scilicet et uxor ejus, et non erubescabant*. Voluntas cum in sanctis viris spiritui est concors, cum ipso spiritu a rebus forinsecis sese exspoliatur a tunicis cupiditatum, maximeque ab ipsa intentione laudis exonerat. Sed cum hæc contemnunt, et nihil in mundo videri gestiunt, sæpe eos vilissimi quique despiciunt. At vero non erubescunt, quia quanto verius se pauperes factos gaudent, tanto si proinde vilipendantur etiam abs quolibet improbo acceptius habent.

### CAPUT III.

VERS. 1. — *Sed et serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Deus*. Quod ita continuandum est; abrupte enim positum videtur illud, sed nudi erant, et non solum pro sua nuditate

sperebantur exterius, *sed etiam serpens*. qui spiritu A ac voluntate in hono commanentibus per terrena fugax elabatur, carnalis scilicet affectus callidius duo illa circumvenire consuevit, quam aliæ passiones motuum terrenorum, quæ per animantia terræ signantur, facere perse queant. Quanto namque vicinior atque interior, tanto ad irrependum fallendumque effacior. Iste est qui serpit in membris ut repugnet legi mentis, cum velle adiaceat illi (*Rom. vii, 18*), et condelectetur legi Dei secundum interiorem hominem (*Ibid.*, 22), sed isto obnitate perficere non inveniat; sed multi voluntatem et affectum quidquam discrepare non putant; audiant ergo psalmum: *Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas (Psal. cxviii, 20)*; quod est ac si dicat; B Vellet anima mea affectare justificationes tuas: cum enim Apostolus diceret: *Voluntas mihi adjacet*, et adderet, *perficere non invenio (Rom. vii, 18)*, idem est ac si poneret, affectum non invenio, serpit enim hac illac. Vult infirmus comedere, sed non afficitur; afficitur sobrius nimis comedere, sed non vult: idem in multis probare facile est. Voluntas itaque, quasi filia matri, quanto rationi est propinquior, tanto pedissequa, id est affectu dignior. Hæc licet lubrica et magis labilis materno tenetur imperio, illa publicæ obscenitatis victima crebris [forte crebrius hanc quam juniorem seductibiliorem comperit, et ideo matris] hanc quam juniorem, et ideo seductibiliorem comperit, matris ratiocinantis divellere conatur a tergo. Et ideo primum hic C aggreditur mulierem, ipsam scilicet voluntatem.

VERS. 2. — *Cur*, inquit, *præcepit vobis Deus ne comederetis de omni ligno paradisi?* Consuetudo est personarum penitus obscurarum ut procaciter et tumide quælibet summa discutiant. Unde et Deum primus omnium creatorum serpens iste nominat, et Deo quod nunquam dixit, imputat. Non enim hominibus omne paradisi lignum vetuit Deus sed unum tantummodo, quod totum mira rabie dictum ita exprimitur: *Cur*, inquit, *Deus*, cum sit Deus, et divinitatis dignitate nec velit peccare nec possit. nobis terrenis, et corpore et animo passibilibus, tot præcepta mortali importabilia naturæ invexit? Dum enim experientiam nobis mali, ademit, simul omnia D vitæ ligna, virtutes scilicet, quibus uteremur, abstulit Si enim quid sit malum nesciero, bonum quod huic adversatur quomodo **31** amabo? Per experientiam sane morbi custoditur avidius integritas sanitatis. Malum ergo jubere nescire, bonumque facere, idem est ac si quis videns ac in tuto constitutus cæcum jubeat a sagittis cavere. Hanc carnalis ratiocinationem affectus sequitur satis tepida responsio voluntatis, qua sibi solam mali consensionem, id est tactum, comestionem, id est actum, quia saporum ingerit rei sensæ, perhibet interdictam.

VERS. 3. — *Præcepit*, inquit, *nobis Dominus ne comederemus et ne tangeremus illud*. Sane ubi a tactu et ab esu morticinorum lex prohibet, a mortuorum profecto operum favore ac effectu nos arcet-

sed hanc typicæ muliebritatis molliem ille subreptor inferens unda adhuc fortiore mollivit.

VERS. 4. 5. — *Nequaquam* inquit, *moriemini. Scit enim Deus quia in quacunque die comederitis, aperientur oculi vestri et critis sicut dii, scientes bonum et malum*. Cum inquit, cujuscunque experientia causa, quæ duntaxat cautelæ, et industria capessendæ sit, labem culpæ admiseritis; hoc enim quacunque die significat, quia plurimum quoquo modo indeptæ prudentiæ nos lumen insigniat, discretionum vestrarum aperientur obtutus ad deinceps præcavendum, ut dii demum ex boni per contractionem malorum integra scientia existentes, nequaquam morte æterna, quæ antonomastice mors dicitur, Dei amissione [moriemini, cum memores in peccando malignitatis expertæ ulterius jam non peccare velitis, et nec etiam quadam divina in vobis transfusa potestate possitis.

VERS. 6, 7. — *Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis aspectuque delectabile, tulitque de fructu illius, et comedit, deditque viro suo, qui comedit. Et aperti sunt oculi amborum*. Sed ne præterisse videar, *scit*, inquam, *Deus*, id est, approbat, *quia in quacunque die*, id est, in cujuscunque intelligentiæ nanciscendæ, non solius vitii gratia vitium subieritis, vos nihil mortale merituros, sed perspicaciores ad cautelam futuros. Affectus suggestionem lente susceptam delectatio approbat voluntatis, quia *vidit*, id est desideravit, imo concupivit *mulier*, stolidæ voluptatis, quod ex consensu cogitando induruerat *lignum, bonum*, id est, jam miseræ palato mentis saporum ad perpetrandum, exterioribus *oculis pulchrum, delectabile* juxta imaginationis aspectum, *tulitque*, id est audaciam sumpsit, diuturnis delectationum caloribus enutritum fructum executionis faucibus operis degustare. Post peccati enim tactum sapit diu in memoria quod fuerit delibatum, et dentibus extrinsecæ administrationis teritur, unde pereunti animæ pudibunda saturitas invehatur. *Mulier* prior *comedit*, quia prima voluntas suggerenti affectui ad consensum nequitia se inflectit, atque *viro* propinat idem, dum ejusdem venenosæ dulcedinis facit sedula instigatione participem rationem. Aperiuntur *amborum oculi*, dum cognoscunt unde lapsi sint, quoque devenerint; aperiuntur etiam, dum illud cujus notitiam vix, ut sic dicam, somniando attigerant, velint jam nolint quod semel gratanter ebiberint, præ oculis scriptum atque expressum portant, et pejori multo quam prius, et inviti aliquoties ruminatione retractant, et justo judicio fit ut se hinc volentes expedire non queant, qui sponte cecidere, cum stare facile poterant. *Cumque cognovissent se esse nudos, consuerunt folium ficus, et fecerunt sibi perizomata*. Se jam nudos esse comperiunt, quia justitiæ operibus se fraudatos et cœlesti protectione cognoscunt, et expositos se maligni spiritus vento conspiciunt. *Folia ficus* consuunt, quia ad contectionem nequitia verba religiosa prætexunt, sed

rus folia non sunt uti plerarumque rotunda, raris hiantibus anfractuosa, et quasi linguas a, et aspera, possumus per asperitatem con- m veterem, quas specie tenus post lapsum accipere; per folii tenuitatem hypocrisis atem, quæ tamen gravia contegere vitia uaque nequeunt, quia ipsa linguas habent,

*te superductum violat quandoque pudorem pietas contacta diu, nec passa recondi; It lux clara vitrum, sic penetrat faciem.*

. 8. — *Cumque deambulet Dominus in parad auram post meridiem abscondit se Adam, ejus a facie Domini Dei in medio ligni para- um audissent vocem ejus. Vox Domini deam- : in paradiso est increpatio, vel memoria tæ justitiæ jam non stantis; nil enim aliud in nobis quam Deus est, post perpetratio- ccati in mente, quia ipsa de se queritur ratio ad auram scilicet post meridiem, æstu tenta- per effectum suum jam defervescente, et hominis secundum Dei sensum pro sui de- ingula cordis loca lustrante, sed non est cre- um Deo sentiens spiritus ejus (Psal. LXXVII, rcondit, enim, se Adam, et uxor ejus in medio rradisi. Lignum paradisi affectus est animi, medio absconditur, quisquis in ejus prava udine, ne ad Dei respiret notitiam, libertate e egrediendi negata sepelitur; hunc enim vo- ostolus, peccatum (Rom., vii, 17), quia non in carne sua bonum. Sed non Adam totus ille qui quondam, sed Adam quod interpre- rrenus, vel terra rubra terrena, videlicet sac- t corporis addictus passionibus, et uxor ejus, oluntas, quæ olim sibi juncta individuo Dei agglutinante complexu, nunc adeo disparata nimi diabolo mediante discessu, quanto viro n jam supernæ rationi, sed terrenæ astutiæ poralium amore bonorum arctiori copulata u, divinæ voci post terga monenti obaudiunt, luratione qua diximus se mentis abscondunt. i accipimus ligni positum pro lignorum, sicut am et ranam pro ranis, et cænomyis sacræ ponunt (Psal. LXXVII, 45), profecto in me- iorum paradisi nudus se celat, quisquis male sanctorum virorum societate se palliat. Unde quibusdam dicitur: *Date nobis de oleo vestro, mpades nostræ extinguuntur (Matth. xxv, 8)*, uia ex nostro opere obtenebrascimus, vestra amiliaritatis impendite gratiam, ut si non ex saltem ex vestra luce fulgeamus.*

. 9, 10. — *Vocavitque Dominus Deus Adam, t ei: Adam, ubi es? Qui ait: Vocem tuam. , audiri in paradiso, et timui eo quod nudus et abscondi me. Vocat Dominus Adam, cum m ejuspian post casum interius conveniens ut ad pœnitentiam. Ubi es? inquit locum xas attende, qui non alius quam superbia i olim humilis stare didiceras? Vocem tuam,*

PATROI. CLVI.

A ait, *Domine, audivi in paradiso. Audio quid jubeas, pia scilicet studia repetere, paradisi virtutum anti- quarum damna delere, sed vereor austeritatem pœ- nitentiæ, et hanc nuditatis penuriam novis operum vestibus operire, et ideo interim per exterioris sub- ortionem habitus pudorem meum decrevi abscon- dere.*

VERS. 11. — *Quis enim indicavit tibi quod nudus esses, nisi quod de ligno, de quo tibi præceperam ne comederes, comedisti? Quod est Deum homini dicere: Quomodo scis te mea protectione desertum, nisi quod te nosti per tui me excessus offendisse reatum? Reus enim etiam absentem, et ignarum Dominum timere solet; sed spiritui cum Deo senti- enti quid humana pertinacia referat, audiendum.*

B VERS. 12. — *Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, et comedi.* Fragilis, inquit, nu- tabilisque voluntas, quam rationi indidisti humanæ hæc monuit, hæc intulit. Tu qui tot intoleranda homini præcepisti, providere debueras, ut statum voluntatis inflexibilem haberet ad passiones, quæ menti ingruerent, respuendas.

VERS. 13, 14. — *Et dixit Deus ad mulierem: Quare hoc fecisti? Convenitur eodem auctore volun- tas, sed humanitus in affectum derivat offensas. Tu, inquit, o Deus, cur tam labilem dedisti voluntati affectum, qui non solum non adjuvat a bono devios, sed etiam illicit; et exorbitare facit divina conver- satione perfectos? Quomodo frenatur ab improbo, qui non plene cohiberi prævalet etiam ab integre probo? Quod totum est: *Serpens decepit me.* Verum querimonias in se inepte fusas Deus intellectu cor- recto ad respectum causationemque non sui, sed prave affectionis intorquet. Dicit ergo Deus rationis instinctu per terrena serpenti. *Quia fecisti hoc ma- ledictus es inter cuncta animantia, et bestias terræ.* Quia, inquit, fidelium seductioni incubas, execra- tionis esse debes inter vitalia virtutum studia, quæ signantur per *animantia et bestias terræ*, ferocitas carnis, scilicet vitia. Tu bona enim dissipas, tu crimina instigas. *Super pectus tuum gradieris.* In pectore cor habemus, et in corde rationem. Affectus itaque super pectus ambulat, quando sibi imperium rationis usurpat. Unde quid faciat dextra, jubetur nescire sinistra (Matth. vi, 3). *Super pectus etiam vadit, dum appetitum quasi naturaliter ad ima de- primit.* Aliter benedictio in sacro eloquio, sicut pro multiplicatione ponitur, ita maledictio pro defectio- ne. *Inter omnia igitur animantia, vitia utique carnis mansuetiora, ut sunt in cibo, potu, somnoque ex- cessus, et bestias, crudelia scilicet, et horrenda, affectus iste, qui origo eorum est, habeat æternæ defectionis exitium. Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ: id est in omni prosperitatis, quæ per diem signatur, specie terrenis pascaris, quæ præcipue contra vitam fidelium vivis. Qui terram manducat, quantumcunque comederit, plus sibi comedendum quam potuerit comedere restat, sic his qui cupiunt quantumcunque obtineant cupienda restabunt.**

VERS. 15. — *Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius.* Hoc fit quoties voluntas nostra divinæ innititur rationi, et tunc appetitus carnis apud ipsam respectum non invenit, quia semen sancti quo fecundatur Spiritus, diabolicæ suggestioni prorsus infensum, infinitam inter utrumque discrepantiam facit. *Ipsa conteret caput tuum.* Caput, id est initium pravi appetitus fuit, communi utilitate relicta, videlicet Deo, quædam sibi propria velle. Unde Dominus eum, qui ad se venit, non eiecit foras perhibens, causas addit, quia non venerit facere voluntatem suam (*Joan. vi, 37, 38*). Recta voluntas hoc caput atterit, quando, in quantum prævalet, nil sibi turpiter proprium relinquit; dum enim a primo homine privatum quiddam petitur: a paradisi sereno demittitur, sequaces secundi Adæ totos se Dei placito contradentes in cælis admittuntur. *Et tu insidiaberis calcaneo ejus.* Calcaneum, quæ est finalis pars corporis, intentionem accipimus, quæ omnium actionum est finis. Dum igitur Dei voluntati nostram postponimus, dum clandestina **33** et aperta vitia abdicamus, in bonorum nostrorum intentione tendiculas præcipue ponit quæ gerimus, ut quos flagitio irretiri non valet, saltem affectualis improbitas popularis favoris aliqua respectu commaculet. At jam ipsa voluntas quid de se etiam sentire debeat, divinitus ratione magistra exaudiat; dicitur illi:

VERS. 16. — *Multiplicabo ærumnas tuas, et conceptus tuos.* Multiplices ærumnas patitur qui bonum quod fieri debere videt et facere volet, vanitati subjectus velit nolit, quod desiderat efficere, mortali obsessus conditione non valet. Unde unus: *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* (*Rom. vii, 24*.) Melius id experiendo dicitur, quam dicendo. Conceptus multiplicantur, sed in dolore filii pariuntur, quando ipsa tantilla bona sine magna cogitationum concertatione non proponimus, et destituta carnis impulsibus cum labore reponimus, sed etsi cum aliqua delectatiuncula spiritali incipimus, quis edicat, quo dolore et clamore parimus? Sed hæc si partui primumque conceptui sufficere cupit, *sub viri potestate*, id est rationis, utpote disciplinæ indigens, necesse est, ut sit, cujus damno juvenilis quædam lascivia voluntatum cohiberi possit: verum ne mentis ipsa principalitas, quæ obniti debuit cupiditatis excessibus, immunis abiret, Adam sub figura ejus arguitur.

VERS. 17, 18. — *Quia, inquit, audisti vocem uxoris tuæ: id est, quia qui subijci tibi debnerat pravus tuo cordi appetitus intinnit, et jura mea peccati admissione præterit, terra in opere tuo maledicitur quia mentis tuæ stabilitas, quæ Dei agricultura est juxta Apostolum ((*I Cor. iii, 9*), a bene operandi studii defectui notabilitatque subjecta præpeditur. Terra enim, quia cæteris solidius elementum est, pro stabilitate ponitur. In laboribus comedes eam cunctis diebus vitæ tuæ.* Terram cum labore comedimus, cum animo a sua mobilitate ad horam re-

stricto, Dei aliquantula inspiratione ad aliquid luminis sentiendum solidamur. Nam sicut eo statu pascimur, sic peregrinantes ex hoc deficimus, quia siliquis utendo, nobis non nisi pondus ingerimus, sed cum labore id agimus, quia cum Job (*cap. iii, 24*), antequam comedamus, suspiramus, et hoc cunctis vitæ nostræ diebus, id est quoties vitam nostram unicam Christum intelligimus; per dies enim intelligentiam signari supra diximus. Illum autem intelligimus, cum illi singulariter interno sapore inhiamus. Cum labore, inquam, comedes; nil enim sine labore restat mortalibus etiam in terrenis; quia *spinas et tribulos germinabit tibi.* Tu menti propriæ cultum impendes, sed illa inter colendum originario et actuali corrupta tabo spinas avaritiæ tribulosque libidinum feracius germinabit. Sicut namque densioribus horrent aculeis tribuli quam spinæ, ita animi plurimorum luxuria frequentius stimulantur, imo naturalius, quam cupiditate, et comedes herbas terræ, quia molles et lascivas cogitationes et desideria carnis tuæ patieris gratanter excipere, ipsis quasi pabulo te fovere.

VERS. 19. — *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Percutis poros ab internis sudor emanat. Vultus autem a voluntate dicitur, quia in vultu potissimum voluntas cogitantis apparet. In sudore itaque vultus panem comedimus, quando ab animæ occultis omnium voluntatum exhausta mollitie, et inde lota, qua Deum videamus facie, qui de cælo descendit, vescimur intrinsecus pane. *Donec revertaris in terram, de qua sumptus es.* Pani illi vescendo intendimus, dum in terram, stabilitatem scilicet ac impassibilitatem illam supercælestem, redeamus, de quo dolo diaboli ad luendas miserias sumpti sumus. Potest panis et alio accipi pro perfectionis modo. Pulvis triticus, qui farina dicitur, aqua conspergitur, multo versatu ad duritiam massa deducitur, admoto dehinc igni sudus ad integrum panis efficitur: ita nos quondam ad omnem dæmonis flatum cessibiles ut pulvis eramus, divini Spiritus unda infusi sumus, sed quia primordia nostra tenera ac fluida sunt, crebris tentationum revolutionibus indurimus, demum trituris passionum ad purum corda excoquentibus digni esu fidelium, id est exemplo tandem efficimur. Cum sudore ergo ad hunc pertingimus panem. *Pulvis es enim, et in pulverem reverteris.* Cum mobiles naturaliter in morem pulveris simus, si ad hunc consummationis panem, vel terram substantiæ redire satagimus, necesse est ut in pulverem revertamur, id est peccatores nos confiteamur. *Auferes, ait Psalmus, spiritum eorum, et in pulverem suum revertentur* (*Psal. ciii, 29*). Suda ergo facta ab omni vitii humore nostra voluntate, quasi sudore vultus ad hujus panis gustum vel existentiam deducimur; ad aquosa enim loca septemplex spiritus ingreditur.

VERS. 20. — *Et vocavit Adam nomen uxoris suæ Eva, eo quod esset mater omnium viventium.* Ad hunc itaque statum correptis moribus, jam noster Adam nomen uxoris Evam, id est certa discretionem, vitam,

tem scilicet justæ rationi subjectam, et boni operis jam ex ipsa subjectione fecundam; ita enim voluntate nulla bona quæ gerimus vitam. Ipsa namque nostris vitalibus studiis ministrat, et, ut ita dixerim, animam interpretatur *vita*, quæ si bene geritur a ratione, eadem primum ratione subnixâ spiritus vitæ actibus sequentibus ipsa.

VERS. 21. — *Fecit quoque Dominus Deus Adæ et eius tunicas pelliceas, et induit eos.* Dum igitur quem prætulimus in interioris hominis hæcque sectantur per vehemens sanctitatis am, non solum prioris gratiæ recipit gradum, sed et in idem peccati memoriam, et post lapsum : ne peccati experientia nil magis molestare solet, quam ejus memoria. Sed si hæc sine passione contigerit, non solum non officit, sed etiam ad compunctionem nimis cautelamque In tunica pellicea corium cum vellere esse videtur. In corio itaque memoria mortui operis, re insensibili virtus intelligitur impassibilitatis pro merito perseverantiæ intellectus multum secunda voluntate.

22. — *Et ait : Ecce Adam quasi unus ex electis est, sciens bonum et malum.* — *Qui ad hominem unus spiritus est,* juxta Apostolum (1 Cor. 12, 13). Licet igitur non nos debeamus similibi in malum, tamen de quo quomodo lapsus ante pœnituerimus, dicit Deus, ecce Adam dicitur unus, revera unus ex his qui mihi specialiter dicitur ac uniuntur, factus est, qui ad veram cognitionem per experientiam mali attigit; ut imodo nec velit, quantum in homine est, peccare possit. Solemus enim de re quam multum scire, dicere : Non possum hoc facere. Et tunc exempla satis fortiores aliquos fuisse usum quam ante fuerint. (VERS. 23.) — *Et cum ergo sumat de ligno vitæ et vivat in terra, emisit eum Dominus de paradiso volunt ut operaretur terram, de qua sumptus est.* In vitæ hic in malo positum accipimus multum sæcularis memoriæ, qua temporaliter aliqui fructu volentes, scriptis digna agere desiderant, sed in poesi et cæteris artibus sese nobilitant, per quæ memoriis mortalium vivat. Hoc religiosius que surrepit, ut elemosynis, novitate benevolentiam, exstructione ecclesiarum sibi famas in postulant. Ne ergo hoc præsumant stoliditatis quod per lignum non incongrue designatur, Deus eos de illa præcipua ac voluptuosa flora mentis, quæ nullius peccati patitur morsum, a stini contagii se jugiter compungente memoriam acri exercitio honorum terram, id est stabilem illum repetat statum, de quo sumptus diabolo scilicet detractus.

VERS. 24. — *Ejecitque Adam, et collocavit ante eum voluptatis Cherubim, et flammeum gladium versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ.*

A Ejecto itaque Adam ab illa innocentis sinceritate animi, ante paradisum, id est conscientiæ considerationem, Cherubim collocatur, quod *vermiculata pictura*, vel *quasi plures*, vel *multitudo scientiæ* interpretatur. Vermiculus et natura rubet, et quælibet rubricat. Pictura vero signum est, non veritas. Per vermiculum itaque, qui est colore sanguineo, peccatum figurari potest, quo infecti sumus, et alios infecimus. Cui Propheta concinit : *Si fuerint peccata vestra rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt* (Isa. 1, 18). Per picturam peccatorum repræsentationem, quæ memoriter, non veraciter nobis inesse debet, quod totum est malorum quæ egimus imaginationes, imo recordationes per humilitatis respectum nobis debere semper inesse. Et quasi de pluribus, imo quasi plures non tamen revera nos putemus; de his videlicet, qui multiplicati sunt super numerum, ut sic speremus, quatenus sine timore non simus. Ideo ponitur pictura, ideo quasi ut neutrum sine altero sit, ut timendo speremus, et sperando timeamus. Unde jam merito hæc sequitur multitudo scientiæ, id est discretionis, ut nos per virtutes a vitiis disparemus. Quod ita connectitur : criminum quæ commisimus semper memores, quibusque alios corrupimus, timere debemus ne non ad numerum electorum, quod est quasi plures, pertineamus, et idcirco ad discernendos a malis nos actibus invigilare debemus; unde et flammeum gladium atque versatile teneamus. Gladius cum recte ad feriendum tenetur, utrinque acumen habet in ferientem, et in eum qui feritur, per quod accipitur cura nostri ac proximi, ut cum aliena curare satagimus, nostra mordaciter feriamus. Sed in omni nostra actione obstinaciam fugiamus, quia versatilis esse debet gladius, flexibilis scilicet si ratio poscat et remissus. Flammeus vero, ut hæc quæ erga nos, et proximum gerimus, sincerus regat affectus : omnibus sane elementis purior ignis sua natura dignoscitur, cum ergo qui fuerimus olim sollicitè attenderimus, cum de futuro an electi simus non minus præcaverimus; cum denique in nostrorum temperantia operum multitudinem scientiæ obtinuerimus, cum curam non minus nobis quam proximis impendimus, et hoc conscientia pura exhibuerimus, cum, inquam, ista ante paradisum mentis nostræ constituerimus, omnem aditum ad viam ligni vitæ, id est ad cogitationem sæcularis famæ, qua in hominum memoriis superstitiose vivere delectamur, obstruemus.

### 35 CAPUT QUARTUM.

VERS. 1, 2. — *Et cognovit Adam Evam uxorem suam, quæ concepit, et peperit Cain dicens : Possedi hominem per Deum. Rursumque peperit fratrem ejus Abel; fuitque Abel pastor ovium, et Cain agricola.* Si Apostolus ubi dicit : *Absorpta est mors in victoria* (1 Cor. xv, 54), carnale desiderium mortem appellat, cur non Eva, quæ dicitur vita, bona voluntas vocetur? Cui Adam bene cognitæ, id est in hianter amate, quia amor ipse, ut ait quidam, notitia est semen Dei



verbi quo bene agere concipiat, suggerit ut pariat Cain, id est, *possessionem*; possessio autem rationalis nostræ voluntatis exterior homo noster est, cui regendo ac colendo præposita est, unde et sequitur: *Possedi*, inquit, *hominem*, non meis viribus, sed *per Deum*. Quo ad arbitrium animi edomito non humano nisu, sed Dei auxilio; *linguam enim nullus hominum domare potest* (Jac. III, 8), et si partem nequit, quomodo totum potest: gignitur Abel, qui dicitur *luctus*, vel *vanitas*, quia jam tunc amarescere incipit vita præsens, quæ vanitas tota est menti, quæ a Dei gaudio abest. Dicitur etiam Abel *vapor*, vel *miserabilis*; Abel namque interioris hominis dicimus virtutem sicut Cain exteriorem accipimus hominem. Ipse enim interior luget se vanitati subjectum, ipse licet corporali miseria coerceatur, vaporem virtutum multiplicem emittit ad Deum. Virgula enim fumi est ex aromatibus, celerius sane subest cuilibet, et exercere jejunia, vigiliæ, rerum distributiones, patientiam, humilitatem charitatem intrinsecus obtinere. Illa namque favor humanus plerumque sublevat; hæc vero teste Deo solummodo acta graviora sunt. Et ideo Cain ante Abel non incongrue nascitur. *Diligenter*, ait Salomon, *exerce agrum tuum, ut postea ædifices domum tuam* (Prov. XXIV, 27). *Abel pastor* est ovium, quia auctor ac nutritor est homo interior charitatis ac simplicitatis operum, quod in qualitatibus perspicue elucet ovium; mite enim ovis est animal, et fertile vellerum. *Cain est agricola*, quod evidenter significat corporis exercitia. Corporalis autem exercitatio, juxta Apostolum, ad modicum utilis est (I Tim. IV, 8).

VERS. 3, 4, 5. — *Factum est autem post dies multos, ut Cain offerret de fructibus terræ munera Domino. Abel autem de primogenitis gregis sui, et de adipibus eorum; et respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus. Ad Cain vero, et ad munera ejus non respexit. Post dies multos*, id est post illos æternos dies indefatigato animi æstu eundo, quos horum brevium dierum contemptu recte prosequimur, qui tanquam custodia in nocte habentur, de fructibus terræ, id est carnem terendo exterius efflicimus bonis; sacrificia Deo laudis offerimus, sed hæc extrinsecus facta, et humano favore infecta ut assolet non respicit, quia cor offerentis ea qua consuevit Deus gratia non tangit, nec honorum quorumque judicio sicut nec ipsi Deo gratum fidei. *Illumina*, inquit, *faciem tuam super servum tuum* (Psal. CXVIII, 135). Hilarem scilicet affectum super ea quæ operor te habere ostende, ut videantur, et glorificeris. Solent etiam putari inepte facta, quæ Deo non placent, ab idiotis hominibus. *Abel de primogenitis gregis sui* offert, quando primævis virtutibus interior homo redolet. Primus enim homo sine omni maceratione carnali plenus spiritualium bonorum a Deo est conditus, unde licet ob carnis postmodum culpam restringendam necessariis fuerit labor corporeus, tamen si patientia, humilitas, simplicitas illi postponatur, totum præposterum mox habetur, et vulgi laude surripitur. In grege autem ovium mansuetudo, in-

nocentia, et pietas pro largitione velleris accipitur. Hæc sunt primogenita, quæ Dei imaginem humanæ principaliter menti insculpunt; hæc cum offeruntur, quasi suæ propria similitudinis a Deo agnita respiciuntur; sed primo respicitur Abel, post munera ejus, quia prius a Deo pensatur agentis intentio, post ejus actus. At animus noster, cui magis ad efficiendum in promptu sunt corporea quam spiritualia, quia et viciniore sunt laudi, dum meliora ac probabiliora Deo, ac bonis quibuslibet; sed tamen difficiliora sibi interiora attendit quam exteriora: irascitur, carnali scilicet voluntate turbatur, et *vultus ejus concidit*, quia voluntas bona interna gendi, exterioris auræ appetitu obruitur: sibi namque commodiora putat, quia ad tempus et ad oculum

VERS. 7. — *Quare*, inquit, *Dominus* rationaliter scilicet nobis suggerendo, *iratus es*, id est quasi de spiritualium impossibilitate ad furorem desperationis permoveris: *et quare concidit facies tua?* id est in habitu mentis ut quid destitueris? *Nonne si bene egeris*, in occulto videlicet, *recipies* in futuro, etiamsi nulla laus humana tua opera subsequatur in hoc sæculo: *Sin autem male, statim in foribus peccatum aderit*, hoc est si intentionem opinionis causa perverteris, statim in ipsa animi prima suggestione peccati opportunitas diabolo administrante apparebit: sed ne diabolus illatæ violentiæ te excusando coarguas, *sub te erit appetitus* ipsius peccati, et tuo suberit arbitrio dominari illius. Verum ratio divinitus non illustrata quia inanis est Cain, id est corporale nostrum studium ad sacrilegium cenodoxiæ contrahit Abel, quidquid utique introrsum spiritualis pinguedinis est; sacrificium enim Abel de adipibus, id est de interna gratia constat, ut nil in hominis opere lateat, nisi quod carnis oculis placere ut laudetur queat. (VERS. 8.) — *Egrediamur* ergo ait Cain, *foras*. Quia durum nimis est tantis totque spiritualibus adipiscendis, quæ ad plenum nemo assequitur, insistere, saltem his aliquantisper omissis ea extrinsecus exerceamus, quæ interim nostro honori et commodo valeant prodesse. *Cumque essent in agro*, id est in exteriori exercitio, cordis intuitu, jam ad interna consideratione deducto, consuetudine favoris, animi rigore mollito, a superficie forensium operum quasi Abel a Cain opprimitur tota simplicitas internorum. Cumque Deus de intestina morte rationis voce conqueritur, humana respondet nequitia, (VERS. 9.) — *Nescio?* Quia de quibus non curamus, nescire nos, cum revera sciamus, respondere solemus. (VERS. 10.) — *Nunquid custos fratris mei sum ego?* Id est nunquid hæc quæ nemo observare sufficit, ego solus spiritualia prorsus custodire proposui? Hæc homicida animus, et carnalis gloriæ molæ obrutus refert. At contra ratio licet sibi cum Deo sententiæ nequaquam credatur, de apostasiæ immensitate conqueritur. *Pensa*, ait, *quam criminose egeris. Nam vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Vox* verbis præire solet, ut umbra veritatem. *Vocem* ergo accipiamus dolorem illum, qui de peccato



piam corde exoritur, quem tamen nulla A  
iæ efficaciam quasi verbi veritas subsequitur.  
In hæc apud Deum potius est irritationis  
cis. Quæ *clamat de terra*, quia de rationis,  
firmiter admodum terræ insita est, scientia  
fructibus feracissime pascimur, videt quam  
mittat. Ratio namque etsi ad nequam  
atur affectum, non tamen penitus quo bona  
liscernat amittit oculum, sed *scienti bonum*,  
*scienti peccatum est illi* (Jac. iv, 17) *Clam-*  
*,* quia Dei auribus horribile insonat, quod  
t sancta opera extrinsecus ostentat, et se  
elubrum scienter interius dedicat. Clamor  
ubi tota impuritas sine redargutione scient  
t ex industria peragitur. Hæc est *vox san-*  
*tratis*, scilicet ex eadem olim voluntate B  
, interni videlicet boni : sanguis autem  
est. *Vox ergo sanguinis clamat*, cum, peccati  
nia per mentis arrogantiam despecta, Dei  
m acriter inquietat.

11. — *Nunc ergo maledictus eris super ter-*  
*aperuit os suum, et suscepit sanguinem fra-*  
*te manu tua.* Ergo innitens terrenis, et in  
fficie per hypocrisim factis operibus male-  
ris; id est cognito tuæ vanitatis figmento  
oni habebis. *Quæ terra de manu tua san-*  
*re aperto suscipit*, quia terrenus affectus,  
is propriæ capacitate laxata, *de manu*, id  
rastici operis gloria gavisus mortem inte-  
minis, id est sanguinem inhianter suscipit. C

12. — *Cum operatus fueris eam*, id est cum cor-  
nio, vigiliis, aliasque *[forte, aliisque]* attri-  
m *dabit fructus suos*, terrenæ scilicet quam  
laudis, quia *vagus super terram eris*. Quod  
mnes tentationum impulsus etiam in evi-  
perum tuorum instabilis de vitio sane in  
lelaberis. *Profugus etiam eris*, dum, tetræ  
liæ exigente reatu, ad omnem nutum timori  
is : fuga namque animi timor est; solet  
qui fugit præcedere eum qui subsequitur,  
gat : insecutor noster diabolus est, qui nos  
r insectatui, dum aut nos tentat, aut ille-  
pportunitatum nostris cupiditatibus admi-  
tut præmia perpetratis iniquitatibus subscri-  
onnumerat. Accusatur autem plerumque D  
impulsionis, quia præcedit prava cogitantis  
io diaboli instantiam impellentis, unde cui-  
tur : *Mittam te sicut pilam in terram latam*  
a, 18), quia pila cum jacitur, plus currit  
s quam vellit is a quo mittitur, et alibi :  
iltus *nemine persequente* (Prov. xxviii, 1) ;  
s : *Abierunt absque fortitudine ante faciem*  
*etis* (Thren. i, 6). Hoc igitur modo quilibet  
a profugit, dum tentanti cedit, aut tentan-  
venit. Ista, dum mens ratiocinando quasi  
loquente simul prævidet, aut pedetentim  
do persentit, quia unctionem Spiritus non  
inter se ac Deum parietem desperationis

Vers. 13. — *Major est iniquitas mea, quam ut*  
*veniam merear.* Tanta est inquit, contextio vitiorum  
ut expediri a me nequeat ulla congestionem honorum.

Vers. 14. — *Ecce ejicis me hodie a facie terræ et a*  
*facie tua abscondar, et ero vagus et profugus in terra.*  
Frustra nempe niterer; *ejicis enim me a facie terræ*,  
id est a cognitione mei, fraudando me videlicet gratia  
tua, ut in reprobum lapsus sensum terram, id est  
peccatorem me diffitear; peccanti enim dictum est :  
*Terra es et in terram ibis* (Gen. iii, 19), peccata scili-  
cet mea non videam, et hoc hodie, id est quandiu  
intelligentia discretionis fruor. Quod est dicere :  
Cum me excæcando alienum a te, et a me ipso faci-  
cias, injustum valde videri potest, quod cum adhuc  
de meis indoleam erratibus, facis ut etiam *a facie*  
*tua abscondar*, id est a videnda gloria tua tanquam  
impius in futuro tollar, vagum et profugum me effi-  
ciendo *in terra*, labilem per vitia, ac totius boni refu-  
gam me fieri permittens per evidentia opera. *Omnis*  
*igitur qui invenerit me, occidet me.* Ille me invenit,  
qui esse meum id est vitam vestigando reperit, et  
occidit, si criminum meorum quantitate perterritus  
spem veniæ mihi 37 adimit. Sed notandum qualiter  
in Deum suas homo intorqueat nequitias. *Tu, ait, ejicis,*  
*me a facie terræ*, id est tu curam mei mihi auferes,  
et hoc ut a facie tua abscondar, quod est a tui vi-  
sione secludar, et ideo ab hominibus jam despera-  
tissimus dicar.

Vers. 15. — *Nequaquam, ait Dominus, ita fiet,*  
*sed quicumque occiderit Cain septuplum punietur.* Non  
qui te occiderit, sed qui *Cain occiderit*. In quantum  
nempe tui possessio es, in quantum te castigas, et in  
servitium corpus redigis, quia qua intentione id  
facias nesciens, te hypocrisis culpa damnaverit,  
*septuplum punietur*, exterioris et interioris scilicet  
operis tui peremptione reus habebitur. Septenarius  
quippe numerus in quatuor et tria dividitur. Qua-  
tuor elementis corpus, tribus principalibus motibus  
intellectu, memoria, voluntate anima constat. Qui  
ergo hominem, licet hypocritam licet vitiosum,  
quem tamen neque certo hypocritam, nec revera  
vitiosum comperit, præjudicio damnat, corporalium  
ac spiritualium ejus bonorum, etiamsi nulla sint,  
quantum sua interest, sese homicidio obligat; idem  
sane veraciter bono cuilibet facile irrogaret, qui illi  
incognito indiscrete convitium infert. *Posuitque*  
*Dominus Cain signum, ut non eum interficeret omnis*  
*qui invenisset eum.* Ponit Dominus signum in Cain,  
dum neque hominum signatas interim, id est con-  
tactas patitur esse nequitias, ut a nemine digna  
morte æterna eorum in hoc sæculo aliquoties judi-  
cari possit iniquitas. Si enim abrupte judicaremus,  
dignum vita multoties morti addiceremus.

Vers. 16. — *Egressusque Cain a facie Domini ha-*  
*bitavit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.*  
Quia itaque in sua Cain ad tempus latet conscientia,  
securus egreditur a facie Domini, id est favores per  
humanos sparsus non æstimat mala, quæ occulte  
agit, Deum habere in notitiam, aut hæc dissimulare

scientem pieque ignoscere, habitans in terra profugus, figens scilicet in terrenis animum, nec illam quærens civitatem, cujus opifex est Deus (*Hebr.* xi, 10), hærens infimis, sed ubique vitiorum diffugiens, quo seminat affectus, versatur circa orientalem plagam Eden, quod interpretatur *deliciarum*. Non igitur in oriente, ut de orientalibus esset, inter quos magnus erat Job, et veri Orientis lumine lustraretur, sed *ad orientalem plagam*, id est ad simulationem intentionis eorum, quorum conversatio in cœlis est (*Philip.* iii, 10), quibus vivere Christus est (*Philip.* i, 21). Deliciæ autem sanctorum sunt sacra eloquia, in quibus se potissimum delectari, seque ea tractare libenter ostentant, et inde hypocritæ spiritualibus se Scripturæ dictis, quasi quadam orientali luce clarificant. In his deliciis in Cantico amoris sponsa *charissima* vocatur (*Cant.* vii, 6). Unde idem cum terrena prorsus et opera totius obscuritatis affectent, de videndo Deo et contemplatione cœlestium subtiliter eloquendo, ac si cujusdam voluptuosæ claritudinis gloria circumfusi intima sua palliare solent, et verbo præferre libet quod mentibus atris nequaquam sapiendo patet.

VERS. 17. — *Cognovit autem Cain uxorem suam, quæ concepit, et peperit Henoch.* Licet ad orientalem deliciarum partem Cain habitari videatur, habet tamen uxorem, illam scilicet quæ ad cœnam Dei

A vocatos sui occasione devocare solet. *Uxorem*, ait, *duxi; et ideo non possum venire* (*Luc.* xiv, 20) : Uxor autem hæc est voluptas qua in transitoria possessione et laude convolvitur, licet alia simulet, et sinceriora affectare videatur. Unde et paulo subter ejusdem Cain generatione contexta Noema mulier extrema atexitur, quæ *voluptas* interpretatur, in qua finalis reprobatorum intentio denotatur. Hanc cognoscit quisquis pro dulcedine præsentium postponit beatitudinem futurorum, hanc cognoscit, misere utique experitur, qui si semper durare possit, nunquam aliud sæculum se velle fatetur. Inde concipit, et parit Henoch, id est, *dedicationem*, quia tantus, et tam pestilens mundi amor mentis in nobis efficit obstinationem; facimus enim *dedicationem*, cum ad sæculi oblectamenta perseveranter amanda animi ostendimus obfirmationem. *Et ædificavit civitatem: et vocavit nomen ejus ex nomine filii sui Henoch.* Civitas ædificatur, cum sibi similitum homini cuilibet nequam conventiculum aggregatur. *Ex nomine filii* vocat, cum ad eandem pessimi propositi destinationem impœnitens sequacium cor provocat. Multa super his et quibusdam quæ sequuntur dicerem, nisi beatum Augustinum et Patrum aliquos inde tractasse scirem. Hic autem et alias evitavi Hebræorum nominum congeriem.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS MORALIUM.

## INCIPIT LIBER TERTIUS MORALIUM IN GENESIN.

### CAPUT V.

30 VERS. 31. — *Noe cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, et Japheth.* Noe fuit filius Lamech. Lamech *disciplina* dicitur; Noe *requies*. Ex disciplina ergo requies oritur, quæ etsi in præsentem mœroris est, pacatissimum tamen fructum justitiæ reddet exercitatis in ea (*Hebr.* xii, 11). Intellectualis enim iste Lamech sic de Noe cum eum generat ait: *Iste consolabitur nos ab operibus, et laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus* (*Gen.* v, 29). Nam cum per exercitium certaminis devenitur etiam in hoc sæculo ad requiem aliquantulæ impassibilitatis, tunc revera Noe, quem complexu disciplinæ genuimus, consolatur nos a perperis laboribus, dum, non aerem verberantes, ad aliquid imperii, vel quietis pertigimus, et exuberantia gratiæ terræ maledictis, id est defectionibus corporeis superexcrevimus. Sed gradus quosdam habet hæc requies. Dicitur autem Lamech, quando per *ch* scribitur, Hebraice *percussum*, vel *percutientem* sonare; *disciplinam* vero tantum, cum pro ele-

C mento ponitur, et scribitur finaliter per *d*. Percussus autem rationalis est animus, qui in Job et psalmis sagittas sibi infixas passibilitatum queritur, et tentationum jaculis penetratur (*Job* vi, 4; *Psal.* xxxvii, 3). Isdem quoque percutit, cum ingruentibus fortiter earum molestiis repugnando resistit. Noe autem, quod est requies, gignit, cum ad victoriæ tranquillitatem pervenit. Habet, inquam, requies ista gradus; prius nempe exterius ab opere pravo quiescimus demum, sed valde difficiliter tamen a perversa cogitatione cessamus. Unde *quingentorum annorum Noe* perhibetur. Per quinarium numerum exterioritas ob quinque sensus accipitur, per centenarium perfectio figuratur, quod est exterioris beneficii plenitudine a nequam studiis cessare. Anni autem divinatorum lumina, et hilaritates officiorum sunt, quibus iste mentis status, qui in Canticis floridus dicitur Ecclesiæ lectus, impletur (*Cant.* i, 15).

In hoc itaque Sabbato gignitur Sem, Cham, et Japheth. Sem interpretatur *nominatus*; in quo intellegitur fides, ubi nomen quod benedicetur super

terram, et in quo solo oporteat nos salvos fieri accipimus (Act. iv, 12.) Hoc ex usuris et iniquitate redemptorum honorabile nomen coram ipso (Psal. LXXI, 14) : Si enim hi qui in Christo sunt resurgent primi (I Thess. iv, 15), ob dignitatem videlicet nominis Christiani, ut quid ambiguum habeatur, quod et ipsi quoddam potentius præmium in cœlis obtineant ex participio insignes tanti nominis? Unde in baptismo nomen quisque fidelis accipit, in quo ad exsequenda Christi signa spiritualis militiæ professione subscribit. Sed qui sic de ignominia Babylonis fugiens nominatur, sibi Cham opus est fœdere germanitatis addatur, qui *calidus* interpretatur ubi spes non inconcinne notatur. Si enim calor ab ignis natura trahitur, et ignis originaliter ad superna progreditur, per calorem ergo jure spes accipitur, quæ fervore charitatis ad Deum inhianter intenditur. Qui Japheth adjungitur, qui *latitudo* dicitur, per quod evidenter charitas intelligitur, quæ non minus per inimicos quam per amicos spatiat. Hæc itaque tria, quæ latitudo, longitudo, sublimitas ab Apostolo memorantur (Ephes. iii, 12), a nobis cum veri Noe esse cœperimus, id est cum boni exhibitione actus ab inutili conquieverimus; feriari enim a malo, nec tamen bonum aggredi, ipsum malum est, tunc vere prodeunt, quia nec absque bono opere, fides stat, nec sine fide spes, nec sine utroque charitas præstat.

#### CAPUT VI.

VERS. 1, 2. — *Cumque cœpissent homines multiplicari super terram, et filios procreassent, videntes filii Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant.* Virtutum igitur succrescente studio homines non modo multiplicantur in terra, sed super terram, quia densissima in animam humanorum motuum feruntur examina, nec talia, quæ facile rationis deprimantur potentia, sed quæ terram, id est mentis firmitatem subjugare possint ad vitia. ☉ Virtus namque non probatur, nisi hoste vicino. Sed iidem homines filias procreant, cum fragilium mollitiem cogitationum internis aspectibus frequenter objectant. Filii Dei has vident, cum intellectualium excellentia sensuum ad suggestionum illationem quasi ad meretriciam, lenocinantium speciem contemplationis declinat aciem. Quid namque sunt imaginationum delectationes, nisi quædam pulchræ, quæ nos illiciunt, facies? Has filias rex Pharaon fovere vult, cum jubet interficere mares (Exod. i, 17) Ex omnibus his, quas eligunt filii Dei sibi sortiuntur uxores, quia, juxta quod conspersioni aut libidini propriæ adjacet, rationales motus appositas animo petulanter agglutinant voluptas, de quibus infamis prodeat, obscena scilicet opera, proles; aliis enim avaritia, aliis superbia, plerisque luxuria ad manum magis est.

VERS. 3. — *Dixitque Deus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est.* Requiem nostram vitiorum turbante congressu, quam nos gladio, et arcu, id est discretionem, et providentia

A nostra obtinuisse putabamus, experientia mediatrice loquitur nobis introrsum Deus, non permanens videlicet spiritum suum in homine in æternum, id est vim rationis in humano corde non perseveraturam, nec enim expedire, *quia caro est*, id est fragilis, et de suo statu sibi pariens ex ingenua mutabilitate ruinam. Superbit enim si probe quidquam sibi egisse videatur, sicut pauper si subito ad inelaboratas pervenerit opes. Necessaria ergo est spiritus ista desertio, si tamen non sit omnino, juxta, quod David non se derelinqui usquequaque rogat in psalmo (Psal. cxviii, 8). *Eruntque dies illius centum viginti annorum.* Per centenarium supra diximus plenitudinem figurari, per vicenarium numerum duplicitas designatur, ut est: *Si possit cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad se* (Luc. xiv, 31). Et in Apocalypsi: *Vigies millies. dena millia* (Apoc. ix, 16). Duplicitas autem non hypocrisis hic a me accipitur, sed illa violenta impuritas, quæ per necessitatem peccandi ex malorum irruentium admistione contrahitur, secundum quam non habitura est in futuro Ecclesia maculam, aut rugam (Ephes. v, 27), non quod in præsentia rugam hypocrisis habeat, hæc enim sit penitus extorris ab ipsa, sed quod nunc occupatione tentationum et carnis, contractor, minusque libera videtur ad Deum. Centum ergo ad integritatem bonæ voluntatis, viginti habemus ad eam, quam prætulimus, impuritatem actionis, dum juxta Apostolum, quod nolumus malum hoc agimus, vel viginti etiam ob transgressionem divinæ legis, dum operamus, quod non approbamus, repugnante lege membrorum legi mentis (Rom. vii, 19-23). Et aliter: Octies quindenari centum viginti complent. Per octonarium, temporalitas, per quinarium corporalitas, per denarium, spiritualitas accipitur. Quandiu igitur temporaliter vivimus, spirituale studium nostrum forinseca sensualitate deprimitur, quasi denarius quinario superatur, quatenus quid sit dies, id est virtus humana ab homine agnoscat; quæ altitudo diei ob brevitatem gloriæ in psalmo vocatur (Psal. lv, 4).

VERS. 4. — *Gigantes autem erant super terram in diebus illis.* In his virtutum exercitiis, quas per dies intelligimus, *gigantes*, id est superbi motus animi, in mirabilibus super se ambulantes, *super terram erant*, quia in superficie corporis bona exhibentur, quæ menti inaniter elatæ typos de laudum suarum gratulationibus inferant. *Postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illæque genuerunt; isti sunt potentes a sæculo viri famosi.* Filii Dei ingrediuntur ad filias hominum, cum nostri intellectuales motus, quos Job vocat *robustos fortitudine* (Job xxxvi, 19), qui a Deo in nobis generantur, se immergunt ad experiendos fluxus carnalium desideriorum. Sed *isti sunt potentes a sæculo*, quia postquam spurcitiæ totius illapsi fuerint barathro, potissimum in eorum cordibus regnat sæcularis devotio, ut nulli videantur desperationes in mundo quam hi

qui aliquando visi sunt vixisse Deo. Tanto enim deterioribus vitiis se inserunt, quanto de arctiore proposito ad sæculi luxus avidius proruerunt; *isti sunt viri famosi*, quia humanam excedentes, diabolicamque imitantes nequitiam, et de crimine sumentes audaciam, unde et gigantes dicuntur, postquam lapsi in reprobum sensum fuerint, pravæ opinionis prius quam alii nequam fetore vulgantur.

VERS. 5, 6, 7. — *Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, et cuncta cogitatio cordis eorum intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum, quod fecisset hominem in terra* In hac desperatissima Babylone constitutis videt Deus, id est videre eos facit, quam nequiter carnalium effectibus operum instent exterius, quamque jugiter proponant nequiora interius. Videt itaque, id est discernit, demumque pœnitet Deus. Si enim pœnitentia bonum est, et idipsum bonum non a nobis, sed ex Deo est. Ergo non ab re dicitur: *Pœnituit eum*, cum non nisi nos pœniteat, *quod fecisset hominem super terram*; eum qui resipuit pœnituit, quia interius suum cum exteriori, quod est totus homo, dum his quæ superficie tenus videntur rebus applicuit, de exteriori ad interius, id est ad spiritum reversus ingemuit. *Et tactus dolore cordis intrinsecus*, præcavensque in futurum, *Delebo, inquit, hominem, quem creavi a facie terræ ab homine usque ad volucres cæli* [al., *ad animantia*], *a reptili usque ad animantem* [al., *volucres cæli*]. Tangi dolore, in futurum præcavere, et alia non Dei passiones, sed Dei in nobis sunt actiones. Qui itaque pœnituit, intrinsecus tangitur dolore cordis, ut non momentaneus vel ad oculum sit dolor compunctionis, sed penetret medullas animæ, abdita scilicet intentionis, et futuras præcaveat obligationes, ne verbum iteret orationis. Si enim fleat quis, nec quod flevit corrigat, se potius ludere quam dolere intrinsecus monstrat. Hominem pro carnalitate poni usus Scripturæ est. Delet ergo hominem, qui per imaginationes sibi insculptum carnalem affectum, quasi charaxatas tabulas obliterans deplet, quem creavit, id est quem ad robur explendarum passionum de carnis motibus excitavit. Creas enim, ut dicitur Græce, caro est, unde creare derivatur, et artocreae et creagrae vocantur. Sed hic, *a facie terræ*, id est ab intentione, et amore terrenorum abolendus est, *ab homine*, ab his scilicet animæ motibus, quæ sunt quasi rationem habentia, ut sunt honestas, et modestia non pro Deo sed sæculariter habita, *usque ad animantem*, usque ad extirpandam videlicet cupiditatem, quæ ad terram quidem inclinatur, sed causa necessitatum excusatur, et quasi suspenditur, *a reptili flagitiorum cæni fetoribus immersorum usque ad volucres cæli*, id est hypocrisis fastus, qui vanitate feruntur, pessummandos, in qua omnium extinctione comprobatur, quod sequitur: *Pœnitet enim me fecisse eos*.

VERS. 8. — *Noe vero invenit gratiam coram Deo*. His itaque malis cessantibus, cepta mentis requies,

a pristinis semota tumultibus, spirituali coram Domino, hoc est in intimis, ubi solus Deus videt, serenitate perfunditur. Ubi enim requiescit Spiritus Dei, nisi super quietum, cuius mens vitiorum strepitu non obscurdit, et humilem, qui de eorum victoria non superbit? (*Isa. LXVI, 2.*)

VERS. 9, 10, 11. — *Hæ generationes Noe: Noe vir justus, atque perfectus fuit in generationibus suis. Et genuit tres filios, Sem, Cham et Japheth*. Generationes nostræ sunt cogitationes, intentiones, et opera, et si qua sunt quæ intro oriuntur. In his justus est, qui sic secundum scientiam humanitus ad se, et ad proximum gerenda disponit, ut eorum, quæ ad Deum dignoscendum observandumque attinent, meminerit, quibus sapientiæ habitus congruit. Perfectus est, qui etsi universa complere non possit ad integrum, cor tamen benevolendo ad ea capessenda habet plenum, nullaque ex parte mutilatum; cum Deo ambulat, qui ab his quæ irradiata divinitus ratio agenda suggerit, nullo modo discordat; tunc demum tres filios generat, cum liber a forensi labore Deo per fidem, spem, charitatemque vocat. *Corrupta est autem terra coram Deo, et repleta est iniquitate*.

VERS. 12, 13. — *Cumque vidisset Deus corruptam terram; omnis quippe caro corruperat viam super terram, dixit ad Noe: Finis universæ carnis venit coram me; repleta est terra iniquitate a facie eorum; et ego disperdam eos cum terra*. Ab homine usque ad animantem, a reptili usque ad volucres cæli terra est corrupta, id est a propria stabilitate distracta mens ad voragines totius nequitie prostituta delabitur. *Omnis enim caro corruperat viam suam*, quia mollities carnalis appetitus dissiparat infeceratque illam ad cuius debet dirigi regulam, et quæ vera recte eundi via est, scilicet rationem, et hoc *super terram*, id est non solum inter mentis abdita, sed et usque ad evidentia, quæ per corpus. terram scilicet nostram, administrantur pravitatis exempla. Cum ergo hæc Deus vidisset, id est vivenda in quibus versaretur mala cæco peccatori proposuisset, per internæ aspirationis monitum illi suggerit quid facto opus esset, si Noe intellectualis fieri vellet; *Finis enim universæ carnis venit coram me*, consummatio utique omnigenæ corporis voluptatis fit, si veniatur *coram me*, hoc est in placito meo. Quod namque mihi animo sedet, hoc coram me, et præ oculis habere volo. Quo contra: *Quoniam, inquit, pones eos dorsum* (*Psal. xx, 13*). Cum itaque ad Dei placitum venit, quidquid carnis luxus expostulat extemplo respuitur. *A facie eorum*, animantium scilicet, hominum atque reptilium, id est intentione cupiditatum, atque libidinum, facie enim et intendimus, atque intendimus. Repletur terra iniquitate, quia dum homo interior desideriis turpibus innititur homo exterior terra videlicet operibus nefariis efficiendis indifferenter exponitur. [Disperdit autem eos cum terra, dum mansorem, scilicet animam, et corpus, terrenam procul dubio mansionem, quantum

orumque interest, a terrenis negotiis eli-

14. — *Fac tibi arcam de lignis lævigatis, nculus in arca facies et bitumine linies intrin-*  
*se extrinsecus.* Arca dicitur ab *arcendo*, sicut  
 arcis. Facimus igitur *arcam*, cum talem para-  
 onscientiam, quæ a se impuros appetitus  
 et piæ voluntatis operisve mysterium sub  
 igno retineat. Sed hæc de *lignis lævigatis*  
 tur, cum virtutibus terrenæ laudis amore,  
 sque affectionis mole exutis conscientia suf-  
 r. *Mansiunculus* in arca facimus, cum qua-  
 e sanctarum professionum proposita institui-  
 um namque in adversa præstruimus patienti-  
 a ad libidines sanctimoniam, sicque quibusque  
 rofecto invenimus intra nos ad singula, quæ  
 veat fugientes, domum factam. Notandum  
 iod et mansiuncula a *manendo*, et diminutive  
 ur. In mansione ergo certa stabilisque perse-  
 ia, in diminutione humilitas accipitur, in  
 ad omne ingruens periculum constant dis-  
 profugia. *Bitumine* linitur *intrinsecus*, et  
*ecus*, quia charitatis gratia etsi exterius be-  
 proximis impertitur, non tamen introrsum  
 harismate sanctorum animus exinanitur;  
 entia quippe, juxta Apostolum, exterius, in-  
 quantum ad unanimitatem attinet. (*Hebr.*  
 i), uti communione non obliviscuntur, alter-  
 namque sine altero, aut parum, aut nihil  
 tamen autem tenacis admodum naturæ est,  
 r aquas indissolubile; obsequium enim parit  
 rabit sibi amicos, et charitas cum terribilem  
 sanctorum mentem, ut ordinatam castrorum  
 nullo vitiorum impulsu, vel fluxu irrumpti-  
 ia vero et bitumen ex limo est, humilitatis  
 figuratur, qua omnia bene acta condiuntur.

15. — *Trecentorum cubitorum erit longitudo*  
*quinguentu cubitorum latitudo, triginta cubi-*  
*altitudo illius.* Per ternarium Trinitas; per  
 arium integritas; per cubitum operis firmitas;  
 ngitudinem intelligitur intentionis prolixitas.  
 rgo male agendo de Dei misericordia spere-  
 æd firmis integrisque operibus innixam ad  
 qui Trinitas est, intentionem animi porriga-  
 Possunt etiam per trecentos cubitos tres illi  
 ai perfectique processus accipi, quos Domi-  
 icit: *Petite, quærite, pulsate* (*Matth.* vii, 7);  
 scilicet orando; *quærite*, legendo; *pulsate*,  
 ido. Quæ dum continuo effectu exsequimur,  
 rofecto nostro ad eum pro id agitur juste  
 itur. Quinquagenarius numerus, septem  
 ductis, unoque addito cum constet, per se  
 requiem signare consuevit, ut est Jubilæus,  
 m quod quinquageni ad esum septem panum  
 iuntur. Per latitudinem autem contemplatio-  
 ecipimus, qua in Dei visione quantulacunque  
 nur. « Angusta est enim omnis creatura  
 i-*Creatorem* (*Gregor. Dial.* lib. ii, c. 35). »  
 ad hanc attingere cupimus, a pravo opus est

A opere quiescamus, et septem, id est corpus, et ani-  
 mam nostram septiformi gratiæ subigamus; corpus  
 enim, ut alias diximus, quatuor elementis, anima  
 tribus principalibus motibus constat, quæ faciunt  
 septem. Cum igitur nos intus, et extra spirituali  
 gratiæ addixerimus, tunc demum ad illum unam toto  
 amore contuendum magna cordis amplitudine, Deum  
 scilicet veniemus. Postquam itaque in Dei cognitione  
 laboraverimus, necessarium est, ut etiam triginta  
 altitudinis cubitos in nostri consideratione metia-  
 mur; sexies quini triginta sunt. Per senarium vero  
 numerum, perfectio accipitur, quia Deus sex diebus  
 sua perfecit opera; et hoc ipso homo signari potest,  
 qui die factus est sexta: per quinarium intelligitur  
 forense ingenium ob notitiam quinque sensuum;  
 B continetur autem ter in trigenario denarius. Quod  
 totum est nos debere exterioris hominis nostri  
 scientiam ad contuitum primæ nostræ originis, ac  
 dignitatis convertere et cogitationem, locutionem  
 operationemque divinæ legis præceptis, quæ decem  
 dicuntur, instituere. Altitudo ergo hæc summa  
 nostræ conditionis est, cui crebro debemus inten-  
 dere, quam perfecta a Deo facta sit.

VERS. 16. — *Fenestram in arca facies, et in cubito*  
*consummabis summitatem ejus.* Fenestra in domos  
 admitti et excludi solet lumen; per quod potest  
 discretio non absurde intelligi, qua et malum ratio-  
 cinando repellimus, bonumque digna electione reci-  
 pinus. Hac non solum tenebras, sed et lumen, cum  
 officit, arcemus, quia cum ex memoria honorum quæ  
 egimus inepta lætitia, seu fiducia nobis innascitur,  
 peccatorum veterum ad animum mentio quasi quæ-  
 dam umbra merito revocatur. *Pone*, ait Isaias, *quasi*  
*noctem umbram tuam* (*Isa.* xvi, 3). Creat etiam  
 super omnem locum montis Sion nubem per diem  
 Deus, in cubito summitas horum omnium consum-  
 matur, quia in requie sempiterna summitas, id est  
 finis elaboratæ perfectæque conscientiæ sperari jube-  
 tur; a cubito enim accubitare dicimus. Unde in  
 Canticis *reclinatorium aureum* (*Cant.* iii, 10), et in  
 Evangelio. *Faciet illos discumbere* dicitur (*Luc.*  
 xii, 37); ibi enim perficiendum sine labore est, quod  
 hic exercetur; in Hierusalem enim votum reddetur.  
*Ostium autem arcæ pones ex latere deorsum, cæna-*  
*cula et tristega facies in ea.* Ostium arcæ os nostrum  
 debemus accipere, quo panduntur secreta conscien-  
 tiæ; ostium namque ab *ostendendo* dicitur, unde  
 jubetur non poni sub modio lumen (*Matth.* v, 15),  
 ut qui ingrediuntur, qui scilicet confabulando ad  
 nostri notitiam admittuntur, videant, id est docean-  
 tur unde est: *Non omnem hominem inducas in do-*  
*rum tuam* (*Eccli.* xi, 31), quod est non omnibus  
 prodas mentem tuam. Hoc ostium *ex latere* poni-  
 mus, dum contra subripientes fallacias cauti unde-  
 cunque prospicimus, quæ tacere, quæ loqui debea-  
 mus; *deorsum* quoque ponimus, dum aut nimis alta  
 scrutari refugimus, aut quæ dicenda sunt, congrua  
 mentis et linguæ humilitate proferimus; *cænacula*  
 facimus, dum tota nostra desideria a terrena

delectatione suspendimus. *Tristega* vero a tribus videntur dici statibus; status autem nostri tres revera sunt. Primus in visione corporea; secundus imaginationum memoria; tertius intellectuali prudentia. Et habent proprias trinitates etiam, quas prosequi longum est, horum singula, quorum qualitibus quisque diligenter pensatis, duo prima pro sui utilitate postponat, et cum Paulo apostolo ad tertium cœlum, intellectualem scilicet mysterium sese proripiat (*II Cor. XII, 2*). Dicitur enim a plurimīs in tertia homines habitasse camera, nec id injuria; nam et visiones, et imaginationes corporum cum bestiis habemus communia, sed cum Deo et angelis participamus rationis gloria. Dicitur quoque prima statio fuisse stercorearia, quo simus scilicet inibi degentium animalium et hominum exponebatur; secunda apothecaria, quo victui utrisque apta servabantur; tertia mansionaria, quo soli homines versabantur. Primus etiam noster status in vocatione confessio peccati est; secundus, in justificatione exsecutio vitalium operum est; tertius in glorificatione, quando soli electi in regno erimus, est.

VERS. 17. — *Ecce ego adducam diluvii aquas super terram, ut interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitæ est subter cœlum; universa quæ in terra sunt consumerentur.* Aquæ diluvii cœlestis est scientia sacramenti, qua diluuntur super terram, id est in corpore nostro cujuslibet obscena peccati. *E fundam*, inquit, *super vos aquam mundam, et mundabitini* (*Ezech. xxxvi, 25*.) Hæc aqua, id est sapientia adducitur *super terram*, quando spiritualis dignitas tenore justitiæ exsuperat carnem; omnis caro, in qua spiritus vitæ est subter cœlum interficitur, cum membra nostra, quæ sunt super terram, et adhuc vivunt vigentque in nobis, mortificantur (*Col. III, 5*), ut dicere possimus cum Paulo apostolo: *Vivo autem jam non ego; vivit vero in me Christus* (*Gal. II, 20*). Hactenus autem ea mortificantur, non ut prorsus interimantur, quatenus in nullo regnare feruntur. *Subter cœlum* autem spiritus vivit, cum licet presus rationis imperio, quæ cœlum ob divina, quæ continet, mysteria vocatur, tentationis nos flatus impellit. Per hunc itaque saporem sapientiæ universa quæ in terra sunt consumuntur, dum mundialis fervor affectus superni amoris unda restinguitur, in quantum carni spiritus prævalere permittitur.

VERS. 18. — *Ponamque fœdus meum tecum, et ingredieris arcam, tu, et filii tui, uxor tua, et uxores filiorum tuorum tecum.* Fœdus suum nobiscum ponit, cum extincta oblectatione sæculi docet interior nos gustare, et videre, quia adhærere bonum est sibi (*Psal. LXXII, 28*); per fœderis hujus vim in quorundam sit sanctorum cordibus tanta constantia ut, si nulla essent inferni supplicia, nunquam tamen accepta desistere vellent justitia. Ingrederetur Noe noster, et filii ejus arcam, dum libera a vitiorum inquietudine mens cum suarum prole virtutum interiori contenta testimonio intra conscientiæ abdita se abscondit; cui miro concinit modo quod Maria cum

A duobus discipulis ad monumentum mane venisse describitur (*Joan. XX, 1-3*): uxor nostra voluntas est, quæ annexa fideliter rationi pietatis operibus fecundatur; uxores filiorum sunt illæ, quæ singulorum quarumque professionum destinationibus subjacent voluntates. Una est Ecclesia, licet multæ dicantur ob situm; ita plurimæ sunt dictæ voluntates, licet una sit ob differentiam, quas volumus rerum; distinctæ autem ponuntur per se Noe, et filii, scilicet uxor, et uxores filiorum, quia subtili omnino astu discernenda sunt spiritus noster, ac ejus opera, tunc demum voluntas ejus principalis ad Deum, promiscuarumque voluntatum examina; sunt enim in quibus confunduntur omnia; hæc omnia igitur, voluntates, videlicet executionum ac executiones voluntatum, intra mentem jam placidam reconduntur, quæ non inaniter foras spargitur, sed intrinsecus in Domino gloriatur.

VERS. 19. — *Et ex cunctis animantibus universæ carnis bina induces in arcam, ut vivant tecum masculini sexus, et femini.* Ex quibuslibet cupiditatum generibus, ex quacunque fragili affectualitate nascentibus bina in arcam inducimus, in quibus est femina et masculus, cum fluxos et quasi femineos carnis motus ex necessitate peccandi, velimus plerumque nolimus, animo admovemus, sed tamen illico juri illos masculi mancipemus, rationis videlicet, cujus vi ad regulam constringantur, ut vivere nobiscum, id est ut vitii virus non infundere, sed ad vitam pertinentia, et sentire nobiscum et agere cogantur. Sic enim Adam et Eva connectitur.

VERS. 20. — *De volucribus, juxta genus suum, id est de superbiæ motibus, quocunque modo, aut sæculariter, aut sub typo religionis superbiatur, de jumentis in genere suo, de cupiditatibus scilicet quacunque concupiscatur in causa, et ex omni reptili terræ secundum genus suum, id est ex omni flagitii genere, quo per carnis peccatur desideria; bina de omnibus ingrediuntur nobiscum. ut possint vivere, luxui profecto quælibet apta, et culpæ cum intra nos cogitando admissa fuerint, jugo statim deprimuntur virilis animi, ut ad vitam nobis valeant, dum bene utimur, tentatione prodesse. Hæc tria peccandi genera etiam Joannes apostolus memorat, ac si universorum criminum materiam, omne quod in mundo est asserens, aut concupiscentiam carnis, aut concupiscentiam oculorum, aut superbiam vitæ (*I Joan. II, 16*).*

VERS. 21, 22. — *Tolles igitur tecum ex omnibus escis quæ mandi possunt, et comportabis apud te, et erunt tam tibi quam illis in cibum. Ex omnibus escis quæ mandi possunt apud nos comportamus, cum multifariam multisque modis a Patribus dicta et facta ad exemplum vitæ institutionemque conferimus, quibus ac si pabulo nos fovemur, et illa quæ nos urgent pravitatis incentiva compescimus, et hæc veluti pascimus dum horum suggestionis vitalia sanctorum dicta factave rependimus. Fecit ergo Noe omnia quæ præceperat illi Deus.*

## CAPUT VII.

VERS. 1. — *Dixitque ad eum Dominus: Ingredere tu, et omnis domus tua in arcam; te enim vidi iustum coram me in generatione hac.* Postquam multo sudore thesaurum effoderimus, juxta illud Job, sepulcrum nos invenire gaudemus (*Job* III, 22), quia cum corpora omnimodo cruciatui ob Dei servitium exposuerimus, nil majus a Deo in hoc sæculo nos obtinere posse putamus quam ut ad aliquam mentis impassibilitatem pertingamus, ut scilicet quæ Deus fieri jubet, cum expleverimus, intra mentis requiem a forensi pugna liberi cum omni nostro spirituali peculio abscondamur. In hac enim spiritualium generatione filiorum, qua et mulierem salvari dicit Apostolus (*I Tim.* II, 15), non sola corporis maceratione videt, id est approbat Deus justitiam nostram.

VERS. 2. — *Ex omnibus animantibus mundis tolle septena et septena, masculum et feminam; de animantibus vero non mundis, duo et duo, masculum et feminam.* Septena et septena quatuordecim faciunt; septem autem pro spirituali gratia, aut pro toto, interiori scilicet et exteriori, homine poni solet; opera ergo nostra subdito corpore, et anima divino spiritui per Decalogi observantiam, evangelica attingunt fastigia, et animalia fiunt munda, sed tamen necesse est ut sint masculus et femina, quatenus, in quantum animantia et femininæ mollietati sunt ad ambienda temporalia, adsit præsto quasi quædam rationis auctoritas, quæ reprimat masculina. Bona itaque nostra quolibet modo acta, vix integra puritate nitent; et quid mirum, si immunda animantia multo magis hoc masculi regimine egent? quæ duo sunt, quia quæ in hoc mundo cupimus ab unitate Dei, et hominum nos dividunt, aut duo et duo, id est quatuor, quia temporalium amore desideria nostra carnalia animantia non munda defluunt, nisi ea ad lineam munditiæ, scilicet Deum intelligentiæ frena reflectunt.

VERS. 3. — *Sed et de volatilibus cæli septena et septena, masculum et feminam, ut salvetur semen super faciem universæ terræ.* Si per animantia actualis vitæ bona, per immunda vero motus illiciti, sed salubriter ratione correcti; per volatilia cæli non incongrue contemplativa signatur excellentia; quæ per gratiam evicta corporis lascivia Deo degustando libratur super æthera. At qua de causa hæc intellectuali dominio submittantur, additur, *ut salvetur semen super faciem omnis terræ*, quia nisi ille imperet voluntas, quæ semen et origo est boni operis, illico deperiens nullum præbabilem profert fructum in superficie terræ, id est exterioris hominis; seminis ergo salus ex imperio rationis.

VERS. 4. — *Adhuc enim et post dies septem ego pluviam super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus, et delebo omnem substantiam quam feci a facie terræ.* Septenarius pro plenitudine accipitur; quadragenarius, quia ex quatuor et decem conficitur, temporalem excursum, qui quatuor di-

A versatibus constat, quo anima sub Dei lege se exercet, significat; ipsa enim ob decem principalia mandata Decalogus appellatur. Post prælibatas itaque virtutum dationes, adhuc se Deus post septem dies, id est post spiritualium plenitudinem gratiarum, quadraginta diebus et noctibus spondet pluiturum super terram, in hac scilicet vita, qua Dei præceptis obeditur inter adversa et prospera, quæ diebus ac noctibus figurantur, nostri carnalis affectus divina infusione se molliturum duritiam; et in ipso delet omnem substantiam, quam fecit, de superficie terræ, dum animæ voluntatem carnalibus desideriis, quasi quibusdam accidentibus substantem, in quantum fluida, et talium capax est, a facie terræ, a cogitatione videlicet mentis jam solidæ obliterat. Hanc autem substantiam fecit, quia malo nostro merito fieri permisit.

VERS. 5, 6, 7. — *Fecit ergo Noe omnia quæcumque mandaverat ei Deus.* Postquam præsens sæculum ita viluerit, ut *sicut tenebræ ejus, ita et lumen ejus* (*Psal.* CXXXVIII, 11) sit, tunc Noe noster plene attingere incipit quæ Deus mandavit; quadraginta enim diebus et noctibus pluit, *Eratque sexcentorum annorum, quando diluvii aquæ inundaverunt super terram.* Concinit statibus nostris sacra historia, dum quos tentationum æstus post quingentos annos Noe iste passus sit enumerat, et quibus floruerit bonis jam non minus introrsum quam videtur extrinsecus integra requie perfectus, quod significat sexcentisimus notat; etsi enim quiescimus aliquando a pravo opere, bella tamen ~~et~~ gravia toleramus in mente; sed perfectus qui senario, et centenario satis astruitur plenus virtutum, quæ annorum collectione monstrantur; diluvii illustratur aquis, quia *in malevolam animam non introibit sapientia; nec habitat in corpore subdito peccatis* (*Sap.* I, 4); ait enim: *Concupisti sapientiam* (*Eccli.* I, 33), id est contemplationis excellentiam? *Serva mandata; bestia namque tangens montem obrui jubetur* (*Exod.* XIX, 13); ut ergo justificetur adhuc justus, aqua infunditur lustrationis, ut aliquatenus altitudinem divinæ attingat visionis, et subsidat spiritui terra carnalis affectionis. *Et ingressus est Noe, et filii ejus, uxor ejus, et uxores filiorum ejus cum eo in arcam propter aquas diluvii.* Si filios, id est bona opera procreamus, videndum nobis est ut uxores habeamus, id est voluntate bene agendi non careamus, ne cum multum seminaverimus, parum inferamus, hoc est cum pro Deo plurimum laboraverimus, parum mercedis obtineamus, quia non ex amore, sed serviliter timendo id egimus. Et volendo ergo operantes, et operando volentes intra conscientiam nos tegamus, ubi a strepitu inutili quiescimus, et aquis sapientiæ potemus, quibus et diluamur.

VERS. 8, 9, 10. — *De animantibus quoque mundis et immundis, et de volucribus et ex omni quod movetur super terram, duo, et duo ingressa sunt ad Noe in arcam, masculus et femina, sicut præceperat Do-*

minus Noe. Cumque transissent septem dies, inundaverunt aquæ diluvii super terram. Hæc superius tota tractata sunt, excepto eo quod dicitur, ex omni quod movetur super terram; quod in malo sic accipitur, ut motus nostri carnales, qui super terram, id est rationis statum progredi volunt, intelligantur, de quibus est: *Curo concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem, ut non quæcunque vultis illa faciatis* (Gal. v, 17); aut in bono, ut spiritualis alacritas nostra accipiatur, qua super terram, id est animalitatem nostram promovemur, quæ, in quantum coram Deo, minus plena sentiuntur, ad lineam correctæ intelligentiæ penes Deum recondita intra arcam servantur cordis; et sic post indulgentiam plenariam divinorum gratiam munerum venit ad gloriam contemplationum.

VERS. 11, 12. — Anno sexcentesimo vitæ, Noe, mense secundo, septimo decimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, et cataractæ cæli apertæ sunt, et factæ sunt pluviz super terram, quadraginta diebus et quadraginta noctibus. Tres isthic gradus sed non sine re positi sunt, dies, mensis et annus; a die ergo incipiamus. Denarius ad præcepta, septenarius, quia septem sæculum diebus volvitur, attinet ad temporalia. Septimum decimum diem habemus, cum desiderabilia super aurum Dei habentes mandata (Psal. xviii, 11), sæculi omnia per hæc transcendimus, et bonæ voluntatis die ad meliora contendimus. Mensis primus professio est evidens religionis; secundus, assecutio est, internæque habitu prætenditur virtutis; senarius, ut diximus, ad hominem; die enim sexta homo factus est; centenarius, qui transit in dexteram, pertinet ad contemplationem. Nisi enim transgrediamur hominem, non pertingimus ad divinæ speculationis subtilitatem. De die igitur ad mensem, de mense venit ad annum, quia post conversionis initium promovemur ad incrementa virtutum, ex quarum rursus collectione aggredimur finem omnium Deum contuendum. Ad quod cum devenire contigerit, magnæ fontes rumpuntur abyssi, quia recessus conversationis humanæ ad liquidum aperiuntur per donum scientiæ, et homo sibi pridem incognitus, dum vim discretionis accipit, quasi fontem de abyso altissima multiplicem invenit, dum naturas passionum et humanorum morum abdita discernere prudenter et perspicere novit; abyssus enim, juxta Psalmum, abyssum invocat (Psal. xli, 8), et Scriptura sæpe cor hominis ita significat. Fons itaque illi abyssi magnæ rumpitur, cui sui ipsius notitia per intelligentiam aperitur. Cataractæ, id est fenestræ cæli illi patent, cui ad capiendum spiritualis gratiæ lumen oculorum intellectualium acumina vigent. Ex his fontibus, id est scientiæ originibus, et cæli cataractis, lucifluis scilicet internæ sapientiæ rimis; super terram fit infusio pluviarum, supernarum scilicet ubertas gratiarum, quibus a denario legis Evangelii quaternarium attingentes, dies prosperi-

tatum tenebras æstimamus, lucemque arbitramur adversitatum noctes.

VERS. 13, 14, 15, 16. — In articulo diei illius ingressus est Noe, usque ad id ubi dicit, sicut præceperat ei Deus. In articulo diei illius, id est in subtili custodia bonæ voluntatis expertæ ac nutritæ antiquitus, Noe quietis cultor internæ, cum tribus principalibus ingreditur virtutibus conscientiam, cum sua et filiorum uxoris, id est cum suo et omnium suorum operum proficiendi appetitu; filius enim sine uxore est, cujus studium ad meliora intentum et cupidum non est. Animalia, jumenta et volatilia, uti in primo tractatu, et in isto expositum est. Et inclusit eum Dominus de foris, id est circumscript nos Scripturarum ubique dictis, ne pro aliquibus forsitan probe gestis feramur extra nos vento cujuspiam vanitatis; de foris autem, quia ab eorum omnium, quæ oculis materialiter subjacent, concupiscentia nos ardet.

VERS. 17, 18. — Factumque est diluvium quadraginta diebus, et quadraginta noctibus super terram, et multiplicatæ sunt aquæ, et elevaverunt arcam in sublime a terra; vehementer inundaverunt, et omnia repleverunt in superficie terræ. Cum in tantum mens nostra sapientiæ fluentis alluitur, ut a nobis compleatur:

Gaudia pelle.

[Pelle timorem, nec dolor adsit, spesque fugato.]

Quod sæpe diximus innui per quadraginta dies et noctes; multiplicantur inferiores ac superiores, quibus scimus et sapimus, aquæ; et ex sui ipsius notitia ad videnda divina progressam, quasi duabus alis, timore videlicet sui, et amore Dei, ad æterna quærenda omni posthabita terrenitate suspendunt animam; et in tantum usu cogitationis, et dilectionis exuberant, ut quidquid loquimur, quidquid denique in superficie terræ, id est sensualitatis efflicimus, nil aliud quam illum vitalem spiritualis prudentiæ succum, cujus amore fragramus redoleat.

VERS. 19. — Porro arca ferebatur super aquas. Et aquæ prævaluerunt nimis super terram: opertique sunt omnes montes excelsi sub universo cælo. Aquis superfertur arca, dum mens, pro fundamento sapientiæ innitens, ad instinctum ejus quasi ad normam dirigit opera sua; et aquæ prævalent super terram, quia ad nutum suæ inspirationis matrem operum quasi discipulam regunt, et constringunt sibi conscientiam. Opertique sunt omnes montes excelsi sub universo cælo, quia cum in illud lumen luminum, Deumque virtutum aliquantisper scintillare permittimur, quidquid in virtutibus celsitudinis habere nos putabamus, contuitu tantæ gloriæ, quasi lucerna in sole illico operitur; et quid dico de visione majestatis, cum dicat sub universo cælo? sub cælo montes operiuntur, cum ea, quæ sub Deo, qui cælum est, sunt, considerantur; et ex eorum prospectu quidquid sumus, vel esse possumus vile videtur. Quis enim, ut de aliis taceam, ex contuitu perminimi angelorum sibi ipsi non sordeat? Sed



notandum quod cum dicitur, *sub cælo*, additur *uni-verso*; aliquas enim Dei similitudines licet habere dicamur, in tantum tamen ipsam universum cælum eminet a comparatione creaturæ, ut in his iisdem rebus, super quibus [*f.*, quibus super] imaginem quasi ferimus ejus, proprietatum ejusdem consideratione non modo nil habere, sed omnino nil esse credamur.

VERS. 20. — *Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat.* Quindecim ex septem, et octo constant; septenarius ad spiritualitatem, id est scientiam; octonarius ad temporalitatem, id est scientiam, quæ tempori necessaria est, refertur. Quidquid itaque subtilitatis et discretionis, ac intelligentiæ humanitus elaborasse videbamur, contemplationis gratiam Deo infundente penitus opprimitur; et nec scientiam in administrandis temporalibus, nec sapientiam in cælestibus dignoscendis habuisse nos comperimus. *Quindecim cubitis aqua superexcellit montibus, quæ sciendo, sapiendoque exerceri possunt virtutibus, cubite porrectæ ad Deum intentionis eminet majestas speculationis.* brachio enim, cui inhæret cubitus, et operamur, idemque ad metiendum intendimus.

VERS. 21, 22, 23, 24. — *Consumptaque est omnis caro, quæ movebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum omniumque reptilium quæ reptant super terram; universi homines; et cuncta, in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt. Et deleuit omnem substantiam, quæ erat super terram, ab homine usque ad pecus, tam reptile quam volucres cæli; et deleta sunt de terra.* Deo interna nostra suæ visionis radiis illustrante, caro, quæ super terram movetur, id est carnales motus, qui terræ, rationis scilicet stabilitatem fluctuare cogebant, consumuntur, volucrum superbiæ, animantium cupiditatis, bestiarum ferociæ et furoris, reptilium libidinis, scilicet quæ nostris furtim cordibus irrepunt, homines, id est illa quæ pro sola sæculi honestate quasi rationabiliter gerebantur, et omnia quæ spiramen terreni desiderii intra nos proferre conantur, et omnis prava voluntas, quæ quasi fundamentum ineptis cogitationibus substat, et rationi, quæ ob firmitatem terra dicitur, indigne superstat, ab his quæ rationabiliter quasi defenduntur, usque ad ea quæ tam peculia sunt, ut defendi non possint, tam cœno repens luxuries, quam hypocrisis cælos petentis, rabies, a subito aquæ cælestis illapsu amittunt suas, nostras videlicet pectora sedes, non quod prorsus deficiant, sed quod ad tempus Deo nos invisente quiescant. *Remansit autem solus Noe, et qui cum eo erant in arca. Obtinueruntque aquæ diluvii terras centum quinquaginta diebus.* His ita extinctis, beata quadam solitudine cum suarum centuriis virtutum Noe noster jam placidus remanet. Aperuit enim dilecto pessulum (*Cant.* v. 6); cœnatque cum ipso (*Apoc.* iii, 20). Aquæ diluvii terras obtinent, cum membra nostra, quæ sunt super terram (*Col.* iii, 5), vel ipsas nostrorum sensuum par-

tes sapientiæ regimina possident: per centenarium perfectionem; per quinquagenarium diximus figurari requiem. Ad centum quinquaginta itaque pervenit dies cum cuilibet supernis imbuto respectibus perfecta licet ad modicum, tribuitur animi requies; ter etiam quinquaginta, centum quinquaginta sunt, nec vere unquam quiescimus, donec ad Trinitatis visionem veniamus, **16** quam dum in præsentī aliquantisper sæculo delibamus, sine quadam licet perfuntoria cordis requie, id attingere omnino nequimus.

#### CAPUT VIII.

VERS. 1, 2. — *Recordatus autem Deus Noe, cunctorumque animantium, et omnium jumentorum quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, et imminutæ sunt aquæ. Et clausi sunt fontes abyssi, et cataractæ cœli, et prohibiti sunt pluviz de cælo.* Diximus, cum non est bonum esse hominem solum exponeremus, quia non parvum animæ constet, esse periculum, si ad votum suum quietis, et contemplationis potiatur excellentia. Recordatur ergo Deus nostri, cum dispensative nobis subtrahit gratiam muneris, revera si aliquandiu nobiscum perseveraret nocituri. *Animantium ac jumentorum* meminit, cum spiritualium bonorum animæ nostræ insitorum et quæ corporaliter exhibemus beneficiorum, ad salubrem humilitatis memoriam nobis efficaciam subtrahit; jumenta exteriora, et quasi grossiora opera dicimus, nam jumenta pro corporibus poni solent, ut est: *Jumenta eorum in morte conclusit* (*Psal.* lxxvii, 50): animantia autem, quia ab anima dicuntur, interiora bona, ut est charitas, et cætera. Adducit Deus spiritum, tentationis scilicet motum, sed dum terra, caro videlicet, aut mens nostra, insperato flatu, quatitur, cataractæ, id est subtilis divinæ majestatis intuitus aquis superni illapsus imminutis obcluditur, quibus de immensitate illa cœli, de quo dicitur: *A summo cælo egressio ejus* (*Psal.* xviii, 7), parum quid attingebatur, quin etiam magnæ fons obturatur abyssi, dum ipsa in nobis deficit consideratio, et notitia nostri, et turbata quies animi nec se valet capere, neque mysteria Dei, nam passionum incursu avertitur divini placiditas stillicidii.

D VERS. 3. — *Reversæ sunt aquæ de terra euntes et redeuntes, et cæperunt minui post centum quinquaginta dies. Aquæ de terra revertuntur, cum de corde non jam cælestia, sed terrena versanti intellectuum origines cogitationum sublata ad statum veterem revolvuntur, sicut enim glacies, cum diversis ex causis congelascit et liquatur, semper tamen aqua est naturaliter, sic cogitatio nostra, licet contemplatio ex accidenti vocetur, semper cogitatio est. Aquæ igitur ad se de terra, id est ob terreni immersionem affectus revertuntur, dum quæ contemplativæ fuerant cogitationes relabuntur ad id quod humanitus esse solent; sed, ad solum mortalitatis usum relapsæ; et per ingruentia tentamenta in deterius semper euntes redeunt, quia ad memo-*

riam persensæ semel dulcedinis speculationisque dum sapor reducitur, sæpius ingemiscunt, unde cuidam dicitur: *Memor esto unde excideris* (Apoc. 11, 5), et post centum quinquaginta dies minui incipiunt, quia nisi aut indulta ad horam silentia contemplationis transierint, aut perfectio quietis ex incursumolestiæ alicujus exciderit, ubi se immergat, quæ nostram imminuat prudentiam, tentatio reperire non poterit.

VERS. 4. — *Requievitque arca mense septimo, vicesima et septima die mensis super montes Armeniæ.* Dum aquæ post dispensativam amissionem redivivæ nobis spiritum recogitationis, ac castigationis infundunt, mensis septimus agitur, quia divinarum memoria illustrationum, in quibus quondam sabbatizavimus, interimque dum recordamur, aliquantisper sabbatizamus, ad cor revocatur; mensis namque dierum collectio est, et septimus sabbatum est; sed si mensis septimus bonum quid insonat, vicesima et septima dies mensis quidquid boni præcinnimus turbat; per viginti enim duplicitas, per septimam identidem requies, per diem bona voluntas exprimitur; suppetit ergo bona ad sabbatizandum voluntas, dum quam sit bonum securam habere conscientiam recolimus, sed cum ad appetitum carnis respicimus, hoc illico dupliciter non sincere velle probamur; *Vult enim, ait Salomon, et non vult piger* (Prov. XIII, 4), dum bonum exsequi vellet, si sine ulla carnis continentia fieri posset, cum secundum hoc eum nolle penitus constet. *Super montes* autem *Armeniæ arca* requiescit, quia in sanctorum exemplis, qui vere pro excellentia et stabilitate montes dicuntur, et maxime in illorum qui post lapsum aliquid sanctitatis attigerunt, talium torpidorum conscientia se reflectit. In alia translatione *super montes Ararat* legitur; Ararat enim Hebraice *Armenia* vocatur, et hoc ipsum *mons vulsus* interpretatur; mons autem vulsus sanctitas est destituta. Cum itaque tentatur eujuspiam religiosi animus, occurrunt menti montium vulsiones, sanctorum scilicet lapsus, qui tamen ad hoc, ut montes vocarentur, redire studuerunt reparatis viribus; in his arca immoratur, quia horum casus, et postmodum resurrectiones, quasi ad imitandum possibile cogitare delectatur.

VERS 5. — *At vero aquæ ibant, et decrecebant usque ad decimum mensem.* Aquæ eunt et decrecunt, dum spiritualis a nobis prudentiæ cogitatus recedat, sed quia *spiritus valens* (Psal. LXXVII, 39) quidem per se sumus, sed per se non *rediens* (Ibid.), ad decimum mensem intendendo deficiunt. Mensis decimus, licet minus usitata hæc interpretatio habeatur, humanæ conditionis 4<sup>o</sup> ordo non absurde accipitur, qui novem creatis angelorum ordinibus decimus est creatus; cum ergo illecebræ animum carnales urgent, non modo eos, qui per Adæ prævaricationem facta necessitate peccandi grave quidpiam commiserunt, in exemplum admittendæ pravitatis adhibet, sed ipso principes genesis nostri

A Adam et Evam, qui Dei fruebantur alloquio, et nulla suæ carnis incentiva patiebantur, attendunt quam facile ruerint, et hæc damna excusatione digna pro naturali fragilitate prætendunt. Si illi, inquit, hoc, aut illud egerint, ego homuntio quo robore resisterem? Dum ergo mensem, id est numerum quasi dierum claritatem in decimo illo peccatore, Adam scilicet, considerant, sub tantis auctoribus se posse peccare, cum et ipsi peccaverint, excusabiliter putant. *Decimo enim mense, prima die mensis apparuerunt cacumina montium.* In ipso namque primo statu, quem decimum diximus mensem, prima die, id est in ipso felicitatis introitu, *apparuerunt cacumina montium*, id est superbi fastus illorum generis nostri principum; solent sane B aliqui sic dicere: Si illi in superbia ac avaritia, quæ naturalia non sunt vitia deliquerunt, nos qui in cibo, ac potu, corporis voluptate, quæ originaliter medu'lis nostris insita sunt, peccamus, quid mirum facimus? *cacumina igitur montium* sic attendunt, dum illorum vitii se defendunt.

VERS. 6, 7. — *Cumque transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arcæ dimisit corvum.* Qui egrediebatur, et non revertebatur, donec siccarentur aquæ super terram. *Quadraginta dies* transeunt, dum intelligentia, quam ex Decalogi Evangelique observantia habentes claruimus, superveniente nequitia nocte privamur. Et tunc *Noe fenestram arcæ* aperit, cum animus sensualitatem corporis pessima libertate ad haustum cujuslibet voluptatis quasi fenestras expandit. *Corvum* dimittit, cum appetitum ad quælibet turpia effrenem ire sinit. Iste egreditur, id est extraria concupiscendo vagatur, et non revertitur, *donec aquæ* siccantur id est nunquam si sibi liceat rationis jura colligitur, donec quidquid pietatis ac gratiæ constat interius, qui humor in nobis est divinus omnino exsiccat in terra, hoc est in mentibus.

VERS. 8, 9. — *Emisit quoque columbam post cum videre si jam cessassent aquæ super faciem terræ. Quæ cum non invenisset ubi requiesceret pes ejus reversa est ad Noe in arcam.* Licet carnalis affectus facile huc illucque labatur, ratio tamen gemebunda prosequitur et pensat, licet male implicita obniti D non valeat, per quæ affectio sua vitiorum volutabra distrahatur, et quantum cordis facies ab interna teneritudine quasi sine pluviis terra obduretur. Sed cum adhuc religionis fervente memoria, et pudoris humani obsistente repagulo, pes columbæ, id est affectus rationis peccandi opportunitatem, locum videlicet, quo requiescat non invenit intra conscientia *arcum*, quasi concupiscentiæ pœnitens se recipit, unde sequitur: *Aquæ enim erant super universam terram. Extenditque manum; et apprehensam intulit in arcam.* Spiritualis pondus prudentiæ solet reprimere diutius ineptos motus animæ. *Aquæ* ergo adhuc imminet terræ, quæ vetant sui reverentia hominem ad illicita exire. *Extendit manum*, exerit fortitudinem operum, et rationem

quadam animi novitate correctam intrudit, ut sola interna curet, in arcam, hoc est seipsam. Dum enim mentem pudet aliquoties evagationis suæ, instituit irata sibi arctioris propositum vitæ, hoc est quod dicit eum columbam apprehendisse.

VERS. 10. 11. — *Expectatis autem ultra septem aliis diebus, rursum dimisit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum olivæ virentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo Noe, quod cessassent aquæ super terram.* Pudor humanus non est extinctio criminis, sed dilatio. Etsi enim animositas ad horam videtur contrahi, intentio tamen præstolatur, imo ultra se providet opportunitates peccandi. *Septem diebus* præsens sæculum defluxit, quibus intelligere possumus fluxum mentis; septem dies expectantur; defectui scilicet, et alii quam illi quadraginta, quibus mores legaliter, et Novo et Veteri instruuntur, quia remissioris conscientiæ, cum memoria celestium intepuit, tempora providentur, ut ad patranda flagitia nullus Dei timor refragetur. Columba itaque, id est ratio, quæ revera sine felle nequitæ est, si ratio est, ab arca emittitur, cum irrationabiliter in affectum cordis transitur. Prima emissio delectatio est, secunda consensus, tertia peccati effectus. Quandiu enim mens in cogitatione fluctuat, pravos suos motus, aut Dei metu, aut humano pudore quadam rationis reductione reverberat, donec imaginationum illecta blanditiis cedat. Redit ergo, non ut errata corrigat, sed *ad vesperam*, ut Dei calore, ac luce sponte deficiat, et *ramum olivæ in ore suo* referat, id est sententiam divinæ misericordiæ cogitationis superficie, hoc est ore, non intentionis voto promittat, quod pœnitentibus plusquam nonaginta novem justis Deus aggaudeat (*Luc. xv, 7*). Cujus rami virent folia, quia cordis aspectibus hæc verba videntur superna pinguedine vivida, ubi lapsis si redeant major quam justis promittitur gratia; et quod quosdam permittat Deus cadere, ut gloriosius exemplo multorum faciat resurgere; redit igitur a dispersione sua, ut hæc animo cum fuerit consulta respondeat; et sub spe veniæ ad flagitia inflectat; intelligit ergo miser animus spirituales in se aruisse aquas, et tamen consilio, quod malum non dubitat, aures impendit infectas.

VERS. 12. — *Expectavit nihilominus septem alios dies, et emisit columbam, quæ non est ultra reversa ad eum.* Dies septem superiores ad defectionem mentis retulimus. Nec absurdum rursus est, si per hos septem tempus ipsum, id est temporis opportunitatem, quo conceptum facinus peragitur, intelligamus. Et hoc igitur, et illud Noe expectat, dum aut defluere se introrsum male patiens tolerat, nec obniti tentat, aut commodum tempus ad ea quæ concupiit exsequenda considerat. Sed columba corvum secuta non redit, quia ducem præpostere ratio adhibens sibi affectum, postquam in sceleris ruit effectum, ad illa jam amanda, quibus semel libens

A imbuta est, per se non reditura amplius cor depressit immersum.

VERS. 13, 14. — *Igitur sexcentesimo primo anno in primo mense, prima die mensis imminutæ sunt aquæ super terram.* Per annum, qui universitas quædam temporis est, communis sæcularium conversatio intelligitur; per mensem status, et habitus vitæ cujusque hominis exprimitur. Prima dies illa, quæ potissimum in mundo regnat intentio, voluptas scilicet corporis accipitur. Cum ergo a sexcentesimo, a perfecti videlicet operis proposito, in peccatum quis labitur, primum demigrat in annum, id est ad pristinæ conversationis ac cohabitationis ritum, quem primitus habuit, quo licite peccare licuit, postremoque primum decidit in mensem, priorem scilicet, unde quondam exierat, vivendi habitum et morem, contingitque diem, ut intendat carnis, non Dei facere voluntatem, et imminuuntur *aquæ super terram*, quia quo amplius insolentiæ carnis excrescunt, tanto minus animalis jam factus homo capit ea, quæ Dei sunt; non tamen omnino *aquæ*, etsi imminuuntur, cessant, quia socordiam iniqua gerentis per spiritus impetum aliquoties increpant. *Et aperient Noe tectum arcæ aspexit, viditque quod exsiccata est superficies terræ. Mense secundo, septima et vicesima die mensis arefacta est terra. Noe tectum arcæ aperit, cum quilibet per evidens pravitatis opus quid nequitæ intus gerat ostendit; aspicit, videtque quod exsiccata sit superficies terræ, dum videndum spectandumque præbet aperte quod nil divinæ dulcedinis resederit non modo in intentione, sed in ipsa, quæ rationis est superficies cogitatione.* Si vero mensis est primus, prioris nostræ in sæculo vitæ modus, mensis secundus habeatur, postquam per apostasiam ad id regressi fuerimus, cordis impœnitentia, et obduratio; septima referatur ad gratiam; vicesima ad hypocrisis duplicitatem; dies quoque ad industriam. Nam cum obstinationis hebetudinem incidimus, et cum Deo inimica nos agere noverimus, ex industria tamen secundum ejus nos gratiam vivere sub hypocrisis integumento simulaverimus, tunc reprobum sensum nos incurrisse sciamus; et dum spurcitiis pio habitu subornamus, nullo nostri ad pœnitentiam pudore provocati, nec inferius, nec superius irriguum jam habemus; *arefacta est enim terra* penitus; sed si miretur quis nos diem, mensem, et annum sub mali typo posuisse, agnoscat diem pro noxia in Scripturis sæpius aut scientia, vel prosperitate poni, et si dies ponitur, collectio talium, vel etiam summa dierum, quod est mensis, et annus, quare non itidem ponitur? Suppeterent de his exempla quam plurima.

VERS. 15, 16, 17, 18, 19. — *Locutus est autem Deus ad Noe dicens: Egredere de arca, tu et uxor tua, filii tui, et uxores filiorum tuorum tecum. Cumeta animantia quæ sunt apud te ex omni carne, tum in volatilibus quam in bestiis, et universis reptilibus quæ reptant super terram, educ tecum, et ingredimini super*

*terram : crescite, et multiplicamini super eam. Qui educit vincos in fortitudine, eosque qui exasperant, qui habitant in sepulcris (Psal. LVII, 7), quocumque modo peccemus piis semper exundat visceribus, lapsam igitur desperatumque jam interna allocutione cor visitat, et ut ad se redeat incitat ac si ei dicat : Qui in peccati apud te lates conscientia, egredere confessione facta viamque tuam mihi revela ; quæ enim arguuntur, manifestantur ab his, qui fiunt lumina (Ephes. v, 13). Tu, inquit, et uxor tua, non illa quæ arcam intransibilibus adest voluntas bona, sed concupiscentia, quæ ex ingestu, secundata diaboli peperit tibi peccata. Tu, inquit, et uxor tua, id est de scena vitiorum teipsum primo elimina, demum de ea, cui subjacuiستي confitere concupiscentia. Multi namque sua facile fatentur mala, sed ipsi non exeunt a consuetudine prava. Sic filios, id est opera nequam prode, ut nil in te residere patiaris de itinerandorum eorundem operum delectatione. Tu, inquit, et uxor, filii, ac uxores ; accedenti enim ad confessionis auroram, veteris concupiscentiæ se nubilum ingerit, et operis cujusque noxii consuetudo, ac si quædam importuna jugalis adjungit *Cuncta animantia*, id est cupiditatum desideria, quæ penes te latent ex quolibet affectionis modo progenita, tam in superbiæ sæcularis quam inanis religionis volatili quadam extollentia, et iræ furorisque bestialis sævitia, nec non luxuria, quæ præpostere cum subesse debeat super corda, est reptilis. *Educ tecum*, ut confessio non fiat peccatorum sine correctione nostrum, nec nostrum correctio, nisi prævenitur confessione malorum. *Et ingredimini super terram*, tu videlicet, tuæque studia jam prorsus in justitiam commutata. Postquam vos fœda exueritis conscientia, necesse est ut ingrediamini ad interiora, quæ projeceratis, ut scriptum est, in vita vestra, ut sola de internis gaudiis sit vobis cura, ad hoc scilicet, ut constabiliamini jam super terram, pro fundamento habeatis rationem, ut non circumferamini per aliquam tentationem (Ephes. iv, 14). *Crescite ergo super hanc radicati in contemplationis, quam amisistis reparantes vos altitudinem, et multiplicamini ad proximum per charitatis amplitudinem ; emittuntur igitur ab arca animantia, id est concupiscentiis, quibus animamur ad noxia, anima enim naturaliter concupisibilis est, et jumenta sensualitates videlicet, quæ motus animæ quodam incentu ad malum adjuvant, et cogitationes, quæ quasi angues indifferenter lubricæ per intima reptant, et cætera, ut supra exposita constant.**

VERS. 20, 21, 22. — *Edificavit autem Noe altare Domino, et tollens de cunctis pecoribus et volucribus mundis obtulit holocausta super altare : Odoratusque est Dominus odorem suavitatis. Altare illud nil congruentius mihi esse videtur quam humilitas : sicut enim nisi in altari hostia nulla valet, sic Deo virtus, nisi cum humilitate nulla placet : hanc ædificamus, cum a fundamento intentionis ad parietes*

A cogitationis pervenitur, et ad exhibitionem operis, quasi ad summam culminis ; non autem cuncta peccora, sed de cunctis tulit pecoribus ; pecora mihi videntur posse intelligi activa opera nostra quæ in dilectione fraterna exercemus, quæ quidem, non ut deberemus tota peragimus, sed tamen de omnimodo genere pietatis assumimus, quia desiderium si facultas suppeteret illa, ut jussa sunt explendi, omnia habemus. Per volucres quidquid spiritualis subtilitatis est in dispiciendis divinis, humanisque rebus exprimitur. Et hæc sunt munda, dum quidem illa sine favoris humani peraguntur aura ; hæc vero inquiruntur sine erroris macula. Nec mirum, si munda, quia holocausta, igne scilicet sinceræ orationis ac compunctionis excocta ; in fervore enim spiritus plene discernimus an pura sint, an recta, quæ agimus ; ibi ergo ea incendimus, id est probabilia reddimus ; unde et Dominus dicitur odoratus, quia a Domino nobis est discretionis, ac providentiæ virtus ; odores namque nare discernimus, resque porro positas olfactu præsentimus, unde et apud Terentium, quidam olfecisse dicitur, quod concijendo præviderat. Ex odoratu igitur utraque præfata virtus accipitur, quod Dominus dicitur fecisse, quia idem in nobis facit ipse, nempe cum per elationem ac securitatem in vitium lapsi, jam ad Deum redituri, humilitatis in nobis altare erigimus, et quidquid durum, quidquid male humidum in mentibus est timoris igne cremamus, quis edicat C quid discretionis, prudentiæ, ac sanctæ suavitatis ex virtutum suavitate intro haurimus ? ibi enim gustatur quam suavis est Dominus (Psal. xxxiii, 9). *Et ait ad eum : Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines ; sensus enim et humani cogitatio cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Non igitur ultra percutiam omnem animantem, sicut feci. Cunctis diebus terræ sementis, et messis, frigus et æstus, æstas et hiems, nox et dies non requiescent. Maledictionem pro defectu poni solere diximus, et constat, ac si diceret : Nequaquam maledicam, deficiere profecto ulterius non permittam terram, id est statum humani cordis, propter homines, propter quorumlibet utique exempla sanctorum, qui homines, rationabiliter scilicet sese regentes vocantur, ut est ; respiciet homines, et dicit : peccavi (Job xxxiii, 17). Dum enim super montes Ararat arca requiescit, per corvum suggestoriæ evagationis columba emittitur in delectationis excursum, operisque consensum. Deo itaque nobiscum aspiratorie loquente, post lapsum sentimus quadam interna calliditate de ruinæ experimento similem ulterius nos fortiter jam posse cavere defectum ; ex alterius namque, quamvis David, quamvis Salomonis casu facere suum esse dignoscimus ex damni summa dementiæ extremum ; est quædam pueritia nuper ad conversionem venientium, quos in suis Deus primordiis a bellis temperat vitiorum, ut filios quondam Israel, cum ex Ægypto exissent, noluit eis illico incutere molestias præliorum, pueriles enim*

secundum hunc typum animi eorum. At, cum quod virtutis robur venerimus et tentationum nos vexari cœperimus, adolescentiæ spiritualis ingredimur; unde dicitur: *Fili, accedens ritutem Dei, sta in justitia et timore, et præpara n tuam ad tentationem (Eccl. II, 1)*. Cavemus effectum, et defectionis exemplum, quia cum atione, quæ nos impugnat vitiorum insurgentis virtute quasi ex adolescentia deprimumus, dum sensum exteriorem et cogitationum ationem semper nisi ratione frenentur pronus ad malum; dumque propriæ metu atis anima suspecta tenetur, nunquam ad id enti deducitur, ut animantia omnia, vitalia studia, in se penitus perimantur. *Cunctis diebus terræ*, id est omnimodâ intelligentiatatis ac infirmitatis nostræ, dum scilicet eam ter attenderimus, *sementis*, id est nostræ sionis initia, *et messis*, quod est summa peris, aliquam a tentationum nunquam requiem intur habere molestia, sive in frigore torponegligentia desideramus, seu ab aquis nivium, illud Job, ad æstum (*Job xxiv, 19*), id est ad n religionis nimium veniamus, vel mentis titula instar ætatis serenitate pollentes, vel sa animi ægritudine ad modum hiemis cæcu-, aut nocte adversitatum pressi, aut die prosis effusi quocunque statu vixerimus, sine a, dum spiritus hos regit artus, titillatione on possumus, ut nunquam de peccati immugaudentes, iterare peccata velimus.

## CAPUT IX.

. 1, 2, 3. — *Benedixitque Deus Noe et filiis ejus, : Crescite, et multiplicamini, et replete terram, r vester, ac tremor sit super cuncta animantia et super omnes volucres cæli cum universis, quæ ur in terra. Omnes pisces maris manui vestræ sunt. Et omne quod movetur et vivit erit vocibum.* Ad obtinendam internam requiem Noe spiritu nostro, et filiis, operibus videlicet benedictionis, id est exuberantiæ consilium *crescite*, ait, spe, sed ne id inaniter faciatis, *licamini* hono prius opere, *et replete terram*, alibus scilicet officiis occupate sensualitatem *n, et terror vester, ac tremor sit super cuncta ia terræ*, id est super vitia, quæ ex animanascuntur, non quod ipsa substantiata sint, eri ac tremere queant, sed quod ad spiritus itatem vitiosa terreri conscientia usque ad em debeat corporis, *et super omnes volucres d est super omnem dæmonum superbiam, iversis, quæ fœde ac carnaliter moventur in e vestro.* Omnes pisces, qui perambulant semaris (*Psal. viii, 9*), omnis scilicet ingenii as, quæ discernat quasque mentis versutias, id est operi vestro quasi quidam adminicudjuncti sunt, qui quæ agenda sint suggerunt; ne quod pii operis habet motum, et ex fide

PATROL. CLVI.

A vivit, vobis proponitur imitandum. *Quasi olera virentia tradidi vobis omnia.*

VERS. 4, 5, 6, 7. — *Escepto quod carnem cum sanguine non comedis. Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, et de manu hominis. De manu viri et fratris ejus requiram animam hominis. Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus est homo. Olera virentia, id est cruda apud nos esni apta non sunt; quasi olera ergo virentia prædicta omnia a Deo nobis traduntur, cum non pro sæculari honestate, ac scientia peraguntur, nec humanæ delectationis aqua, et ambitionis igne cocta solvuntur, sed pro sola internæ spei viriditate tenentur. Sic igitur allegorice accipiatur. Carnem autem cum sanguine non comedimus, si carnalis cujuslibet culpam ad instituendæ exemplum vitæ non assumimus; sanguis enim peccatum est: non, inquam, debetis imitari perversa, cum de manu cunctarum bestiarum, id est de opere cunctorum dæmonum, qui ad peccandum vos impulere, constet a me exigi supplicia, et de homine qui ea perpetravit exigitur pœna; sanguis animarum mors est ipsarum; mors autem earum assensus delectationum. De manu viri id est pastoris, cui virilis inesse debet animus ad restringendam femineam in subditis molliem, unde et annulum quia sponsam habet gerit episcopus, quæritur anima hominis, ut cui præesse impræsentiarum consensit, illi C tam in corporis quam in animæ, tanquam cum in eo inde acturus, necessitatibus non desit; de manu fratris anima quæritur, si ea quæ proximo debetur juxta nos posito homini a nobis cura non impenditur; si enim negligentia nostra pereat, a nobis jure requiritur: sanguinem humanum effundit qui aliquem in conceptu peccati fluctuantem suasionibus ad perpetrationem cogit; fit autem id non solum suadendo, sed et exempla præbendo: penset ergo seductor quam Deo supplicii debeat ultionem, qui Dei in homine destruxit imaginem.*

Aliter sanguinem humanum effundit, qui alterius latens vitium detrahendo detegit; qui itaque utrumlibet egerit, sanguinem proprium fundendum noverit, quia qui vel alium seduxerit, vel crimen cujuspiam emiserit, idipsum infligendo patitur, quod alteri inflixit, nec id injuria, nam dignus est discriminis, qui judicium sibi divinæ usurpat et honorem invidie infirmat imaginis, quique nævum eidem irrogat corruptionis; ad imaginem namque *Dei factus est homo. Vos autem ab his extorres pestibus, crescite* piis operibus, *multiplicamini* intellectibus, *ingredimini* ad Dei oculos, ne mulceamini vulgi favoribus *super terram.* *Et id est Christum constabiliimini* funditus, *et implete eam*, ipsum scilicet sanctis pascite actibus, qui esurit salutem vestram.

VERS. 8, 9, 10, 11. — *Hæc quoque dixit Deus ad Noe, et ad filios ejus cum eo: Ecce ego statuum pa-*

ctum meum vobiscum, et cum semine vestro post vos, et ad omnem animam viventem, quæ est vobiscum tum in volucribus quam in jumentis, et pecudibus terræ cunctis, quæ egressa sunt de arca, et universis bestiis terræ. Statuam pactum meum vobiscum, et nequam ultra interficietur aquis diluvii, neque erit deinceps diluvium dissipans terram. Cum talibus, inquit, officiis vos applicueritis, ecce, nec mora, statuam pactum meum vobiscum, peculiari vos mihi in amore astringam, et post vos, id est postquam corporea morte defeceritis, cum semine, bono videlicet opere, vestro pactum beatæ perennitatis stabiliam; unde psalmus: *Et filii eorum usque in sæculum sedebunt super sedem tuam* (Psal. cxxxii, 12), habemus filios opera, filios filiorum operum præmia. Noe itaque, id est spiritus noster fœdus divinum suscipit, dum se arctius divinæ voluntati subjungit, cum operibus nostris post nos pactum stabilit, cum per remunerationis gratiam ea sibi placuisse in futuro ostendit. Ad omnem animam viventem, volucres scilicet, jumenta, et pecudes, et bestias pactum inquit, dum per arcæ egressionem, peccati videlicet confessionem; Lazaro enim dicitur: *Veni foras* (Joan. xi, 43), ea, quæ fuerant superba, cupida et lasciva, atque crudelia ad regulam modestiæ ducta, fiunt utilia; boni namque corruptio fit vitia [f., vitium]. Et hæc per confessionem lota fiunt iterum virtus, et superna concipiunt pacta quæ quidem præteriti lapsus semper animum deprimente memoria permanent indivulsa, ut non interficiatur omnis caro diluvii aqua, id est non tanta habeatur contemplationis excellentia, quæ universa ad plenum subruat carnis certamina, quatenus, dum crebris perurgetur motibus, semper seipsa humilior confligat sub Dei misericordiæ alas mens devota; diluvium enim dissipans terram est, virtus speculationis humilitatis respectum in mente destruens. Ne magnitudo sane revelationum extolleret Paulum, datur sibi stimulus (II Cor. xii, 7.)

VERS. 12, 13, 14, 15. — *Hoc signum fœderis, quod do inter me et vos, et ad omnem animam viventem quæ est vobiscum in generationes sempiternas. Arcum meum ponam in nubibus; et erit signum inter me, et inter terram. Cumque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus: et recordabor fœderis mei vobiscum, et cum omni anima, quæ carnem vegetat; et non erunt ultra aquæ diluvii ad delendam universam carnem.* Arcus colore rubeo, simulque viridi constare dignoscitur. Arcus sacra Scriptura est, de qua sagittas suas ardentibus efficit Deus (Psal. vii, 14). Per colorem igneum timor, qui nos discruciat, per virorem accipitur spes, quæ pascuæ supercælesti inhiat; quæ duo cum indesinenter nostra occupaverint corda ex arcu Dei procedentia, sit signum fœderis in nubibus, id est indicium divini amoris in cogitationibus, quo bene inter nos, ac Deum conveniamus, proficiendo in virtutum generationes, quæ nos ad beatas evehant sempiternitates; cum enim sic timetur, ut tamen

A non desperetur locus, ubi superbia, seu ignavia crescatur, non in animo reperitur. Dum itaque cælum, mens videlicet, nubibus, id est cogitationum nebulis obducitur, arcus iste per quem corda charitate videntur, quasi lucifer in tenebris apparens inducitur.

VERS. 16, 17. — *Et recordabor, inquit fœderis mei vobiscum, id est recordari vos faciam sponsonis vestræ, qua mihi vos pro vestrorum venia peccatorum, et præmio vitæ æternæ servituros obtulistis. Hoc fœdus inquit est etiam cum omni anima, non quam caro portat, sed quæ carnalitate regit, et cum paralytico grabatum bajulat, et dum spes timoris providentia temperatur, si qua supernæ aspirationis exuberantia aliquando suppetat, non valebit intantum ut tumor inde nascatur, quia carnalium memoria operum ab animo, Deo dispensante, nequaquam deletur; eritque arcus in nubibus, quia cor nostrum sacri eloquii est locus, et videbo eum, id est continua meditatione versantibus exponam illud clare vivendum, et recordabor fœderis, id est recordari faciam spiritualis eos, qua mihi annectantur, dulcedinis, fœderis dico sempiterni, quod interim dum vivimus nos Deumque constringat, sed in futuro specialiter uniat. Hoc pactum ad universam carnem, id est humanitatem, quæ est super terram, id est quæ supergreditur seipsam.*

VERS. 18. — *Erant igitur filii Noe, qui egressi sunt de arca, Sem, Cham, et Japheth. Porro Cham ipse est pater Chanaan.* Tres isti sunt filii Noe, et ab his disseminatum est omne hominum genus super universam terram. Ex nostro spiritu spiritualiter fides, spes, charitas procreantur, ut supra sub personis trium filiorum disseruntur est. Hi egrediuntur de arca, quando de potenti per confessionem egredi nos compellunt conscientia; talia dicta in Scripturis abundant, ut est: *Possedit agrum de mercede iniquitatis* (Act. i, 18), id est possideri fecit. Porro Cham ipse est pater et auctor Chanaan, qui interpretatur motus eorum. Deum enim multoties quam sit ardua nostri exsecutio propositi consideramus, et necessariam ceptorum honorum perseverantiam attendimus, ex desidia, et desperatione laboris fit motus, ac mutatio eorum, scilicet operum: nam fides cum exercetur per officia charitatis, et spes delectari nititur invisibilibus bonis, ab ipsorum conuitu, operis victa fastidio visibilibus, quæ magis in promptu sunt, amovetur illecebris. Cham itaque pater est Chanaan, quia spes proprio defectu, non quod bona æterna discredat, sed quod ea consequi præ laboris mole diffidat, potissimum mentis studia movet, ac mutat, Chanaan enim dicitur mutatus. Ab his tribus, nostris spiritualibus filiis omne hominum genus, id est omnis species rationabilitatis super terram humanæ conditionis infunditur.

VERS. 20, 21, 22. — *Cæpitque Noe vir agricola exercere terram, et plantavit vineam. Bibensque vinum inebriatus est, et nudatus jacuit in tabernaculo suo.*

cum vidisset Cham, pater Chanaan, verenda A in tabernaculis Sem, sit Chanaan servus ejus. Ex et patris sui esse nudata, nuntiavit duobus fra- vino, id est ex gratiæ dono Noe evigilat, cum ani- s suis foras. Spiritus noster requiei amator mus comperto suggestionis dolo contra ejus tenta- næ vir agricola est, cum vires ingenii ad exqui- menta restiturus se suscitatur. Minor autem filius recte dicitur, quia fides in aliquo difficile labitur; as sacræ paginæ agri videlicet spiritualis, fru- hæc vero perexcusationes impossibilitatum citissime xerit; terram exercet, cum corpori per exactio- congelascit, et per ipsam pariter charitas, nisi adsit aborum imminet; vineam plantat, cum corpo- ratio, refrigescit; congelascit, inquam, hæc enim r per se attendens exercitationem ad modicum est ovum evangelicum, quod materno charitatis calore fovetur, unde et Cham calidus dicitur, cui m, pietatem, spiritualia scilicet bona in Dei vrius scorpii adversatur. Maledictum pro defectu solere poni sæpe numero jam divimus; Chanaan lione fundat, unde palmites internæ virtutis ergo deficiat, id est motus instabilitatis absistat; dat : bibit vinum, cum degustat cæleste deside- servi fratrum sunt ratio, voluntas, et affectus, quæ B interius, vel exterius bona opera fiunt. His quidam oscitur; in tabernaculo ergo se nudat, qui stola militibus succenturiatus aiebat : Dico huic : vade : in ssibilitatis ac immortalitatis spoliatum se etiam exhibendum actuale officium, vadit; alii : Veni ad spiritualitatis studium, et venit; et servo, et id est so corpore, quod tabernaculum usitate in Scri- affectui vago : Fac hoc, et facit (Matth. viii, 9), ptidit, pensat, juxta Paulum, enim quandiu Articulatus iste, quod est hoc, de re, quæ præsens oc sumus tabernaculo ingeniscimus gravati (Il est, solet dici. Fac igitur hoc, id est, ea age quibus 5, 4), aut ex ipso gustu gloriæ, quam sit vir- tibi, id est, animæ tuæ præsens sis, et quia articulus regena mens cogitat. At dum sæpe et fragilitas demonstrativus est, hoc, ea age, inquit, quæ tibi a labores corporis et gravia ad expiandum pec- ratione agenda non extra te, sed intra te ipsum mon- occurunt menti, spesque minor ob sui in hac strantur. Si igitur servi sunt hi, quis dignius erit : remissionem frater appellatur, verenda animi horum servus quam Chanaan, id est mutabilitas atque motus, non imperet aut in ullo resistat, sed ad coronam serviat virtutibus.

VERS. 23. — At vero Sem et Jopheth pallium C 53 VERS. 26. — Benedictus Deus Sem; in fide utique, quæ per Sem accipitur, Dei benedictio, id est augmentum divinæ cognitionis emineat, et sub- serunt humeris, et incedentes retrorsum operue- jiciatur ei pravæ mutabilitatis motus. (VERS. 27.) Dilatet Deus Japhet, id est si charitas amicos attingit, usque ad ipsos etiam inimicos se Deo dilatante verenda patris sui; faciesque eorum aversæ propaget; tabernacula militantium ac peregrinantium proprie sunt : fides vero cum sit sperandarum et patris sui virilia non viderunt Sem, et Ja- interim substantia rerum, cum ad illas res ventum ius pallium imponunt humeris, quando fides et fuerit, prorsus deficiet. Militat itaque, et peregrina- itas sui ratione reviviscentes nimietatem vere- tur Sem, fides scilicet in præsentibus, sed iners ejus militia judicatur, si charitatis contubernio privetur. Si ergo volumus non mori fidem, habitet Japhet in tabernaculis Sem, ornemus scilicet dilectionis opere credulitatem, et subsit nobis spei nunquam labefa- tantum nimius est rejiciunt, tamen per memo- clandæ motus.

VERS. 24, 25, 26, 27. — Evigilans autem Noe ex D VERS. 29. — Vixit autem Noe post diluvium trecentis quinquaginta annis; et facti sunt omnes dies vitæ ejus nongentorum quinquaginta annorum, et mortuus est. Per annos conversatio sancta exprimitur, quæ ex virtutum, quasi ex dierum collectione conficitur; per trecentos fidei, spei, et charitatis, de quibus modo egimus, perfectio accipitur; per quinquaginta requies, in qua per harum exercitia virtutum ac si quadam jubilæi remissione a nequam studiis cessatur; et fiunt tamen omnia quæ gerimus, quacunque religionis luce fulgeamus, imperfecte a nobis, quod per nongentos annos, qui denarium minus habent, intelligitur, quia in conspectu Dei omnis vivens non justificabitur (Psalm. cxlii, 2),

licet humano iudicio videatur. Hinc est forsitan A in vinea; quod etiam hic intelligitur per quinquaginta quod auctor, nescio quis, in versu offertorii novies non jam in tempore, sed requies sempiterna, et repetit, ut videam bona, denarium illum quærens mortuus est, quantum ad mundi hujus vitia.

EXPLICIT LIBER TERTIUS.

## INCIPIT LIBER QUARTUS MORALIUM IN GENESIM.

### CAPUT XII.

VERS. 1. — *Locutus est Dominus ad Abram, dicens: Egrederere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram, quam monstravero tibi, benedicam tibi, et magnificabo nomen tuum.* Patri excelso, quod interpretatur Abram, id est spiritui paterna mentem auctoritate recturo, et a terrena vilitate levando, inspiratoria Deus locutione hæc suggerit: *Egrederere de terra tua*, il est excutere de terrenitate tua, vel qui apud te in peccato submersus es, exi confitendo de peccatrice conscientia, et de cognatione imaginationum, cogitationum, carnaliumque luxuum, quæ ex eadem exoritur terra; et *de domo patris tui*, de ipsa scilicet exteriori conversatione mundi, quam possidebat pater quondam noster diabolus præsidens atrio suo in modum fortis armati; non enim cohiberi potest mobilitas intimi hominis, nisi extra fugiatur cohabitatio mundi. *Veni ergo in terram quam monstravero tibi*, in eam videlicet corporis ac animi soliditatem quam tibi insinuabo aut per internam suggestionem, aut per sacræ Paginæ lectionem, *faciamque te in gentem magnam*, virtutum videlicet numerositate te instruam, ubi gratiæ spiritualis multiplicitate benedicaris, et nomine, id est eximia opinione ad cælestis Patris laudem magnificaberis.

VERS. 3. — *Benedicam benedictentes tibi*, multiplicabo utique hos, qui prædicando, exempla præbendo tuis adminiculantur augmentis, et cognationes terræ, non illus de qua juberis exire, sed a me tibi intellectualiter demonstrandæ spirituales cordis progenies non tantum famæ vulgaritate, sed in te benedictentur, in tui scilicet interni habitus, ac operis veritate. Est autem cognatio ipsa virtutum ex sese prodeuntium quadam concatenatione facta gradatio. *Maledicam maledicentibus tibi*, inquit ea profecto quæ damnium tibi defectionis incutiunt vitia carnis tuæ redigam in defectum.

VERS. 4. — *Egressus est itaque Abram, sicut præceperat ei Dominus; et ivit cum eo Loth.* Cum egreddente, ut expositum est, Abram it Loth, quia rationis

B auctoritatem justum est ut sequatur carnalis affectus, qui sæpius in nobis declinat a recto, naturalis vitii consuetudine vinctus: Loth enim interpretatur *declinans*, vel *vinctus*. *Septuaginta quinque annorum erat Abram, cum egrederetur de Aran.* Aran interpretatur *res cum arca*. Per arcam cupiditatis capacitas notatur, per rem ea quæ concupisci possunt figurantur: quidam dum convertuntur, res quidem abdicant, sed habendi appetitum, id est arcam non abnegant: *De Aran* ergo exit quisquis cupiditatem, et quæcunque possunt concupisci respuit. *Septuaginta quinque* cum egreditur *annorum* est, dum per septenarium gratiæ Decalogum legis implens, quinque corporis sensibus integra virtutum quasi annorum collectione præest.

C VERS. 5. — *Tulitque Sarai uxorem suam, et Loth filium fratris sui, universamque substantiam quam possederant, et animas quas fecerant in Aran; et egressi sunt, ut irent in terram Chanaan.* Sarai dicitur *princeps mea*, et significat voluntatem, quæ in morem conjugis unita Abram, id est marito spiritui, et Loth filio fratris sui, affectui utique, qui ex corporali semine, cui quædam cum anima naturalis germanitas inest, gignitur, recto ordine cum ita constituerit ducitur: cum his itaque Abram noster tollit *universam substantiam, quam pariter possederant*, dum omnia quæ intellectui nostro terrestria jure substant, in potestate habemus, nec ab eis regi nos serviliter patimur, sed nos ea quasi paralyticus grabatum regimus (Joan. v, 9) Unde Job: *Quia, inquit, non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longe sit a me* (Job xxi, 16). Quod enim ratio damnando possederit, profecto et voluntatis, et affectus statim imperio suberit. *In Aran* fiunt animæ, dum vitalia ac spiritualia bona peraguntur perfecta mundi abrenuntiatione, Egrediuntur *ad terram Chanaan*, dum morum quam professi sunt adipiscuntur solidam mutationem; Chanaan enim dicitur *mutatus*.

VERS. 6. — *Cumque venissent in eam, pertransiit Abram terram usque ad locum Sichem et usque ad convallem illustrem.* Attingentes igitur conversionis



aciam, pertransit spiritus noster terrenæ habitas, quæ se aggravat, molem, et venit ad locum suum, id est obedientiæ perseverantis stabilitatem; enim interpretatur *humerus*, et humero iue portamus, per quod obedientiam recte accipimus, cuius imperio humiliter ferendo curvatur: in autem animi immobilitatem dicimus; sed si sumus, ad convallem illustrem, id est humilitatis litalatem necesse est veniamus, ut non coacti prælatis, et etiam minoribus, sed ambientes taneum servitium impendamus.

VERS. 7. — *Chananæus autem tunc erat in terra. aruitque Dominus Abram, et dixit ei: Semini tuo terram hanc. Qui ædificavit ibi altare Domino, apparuerat ei.* Quo itaque Deo et sæculo illustrius sumus, tanto humiliores esse debemus. Sed *chananæus* est in terra, quia spiritus cenodoxiæ et tæ typus verecundiæ deserviunt in affectione sua. Chananæus enim dicitur *negotiator*, quod inanis gloriæ venalitas, quæ maxime bonis acti se ingerit, cum etiam quilibet ex ipsa sua humilitate superbit. Dicitur quoque Chananæus *erubescens*, pudor scilicet humanus ad viliora imperia menti incutiens. Hi tunc erant in terra, dum nostris præcordialibus bonis ferventer subcontia. Apparet ergo Dominus Abram, cum se desum, sed humilia tamen respicere evidenti tratione edocet rationem, et ad talibus resistendo de suis viribus diffidentem spe confortat victoridicens: *semini tuo*, id est operis tui merito, si istas, subijciam terreni affectus quam fateris onem. Ibi denique *altare* ædificamus, cum spe ista superandi spem quoque non in laude inani, præmio cœlesti cæterarum materie virtutum cta construimus. Nullum enim nostrum est bonum, si non sit spei divinæ innixum, sicut sine altasacrificium.

VERS. 8. — *Et inde transgrediens ad montem, qui contra Bethel, tendit ad tabernaculum suum, occidente habens Bethel, et ab oriente Hai.* Bethel est *domus Dei*. De loco altaris ad montem proemur, cum non solum de viliorum victoria non eramus, sed etiam quarumque virtutum excelliam appetimus. Is mons versus orientem domus situs est, quia quidquid virtutis habemus, ad isti conformitatem inhiat, Christi visione irra i hic, et in futuro desiderat, qui est verus us domus Dei, id est minister luminis mentibus lum, in quibus est habitatio Dei: tabernaculum ic tendimus, cum ad Deo militandum appetitum itus provehimus. *Ab occidente Bethel* habemus, i defectui nostro, qui aliquoties subrepat, vel m desperationi, domus Dei super cœlestis deco, vel præteritæ actionis puritatem opponimus: *Oriente vero habemus Hai*, vel etiam secundum m translationem *Gai*, cum virtutum, quasi ex ii gloria luminis lasciviente successu, quæstio i animo de inferni, vel peccatorum quorumlibet

A quæ in nobis fuerunt, aut esse possunt, confusione inducimus; Hai namque *quæstio*, Gai dicitur *confusio*: quod totum est: *In die bonorum ne immemor sis malorum, et in die malorum ne immemor sis bonorum* (Eccl. xi, 27). Ædificat etiam hic Abram *altare*, dum inter victorias circumspectus 55 ad Deum suæ mentis hospitio invocandum, spiritus noster firma jam post spei tenorem radicatur charitate. Hæc enim sunt altaria tua, Domine virtutum, in quibus turtur nidum reperit, passerque domum (Psal. LXXXIII, 4); unde et subjungitur.

VERS. 9. — *Perrexitque Abram vadens, et ultra progrediens ad meridiem. Ad meridiem pergimus cum ad plenarium devotionis fervorem obtinendum contendimus; vadimus, cum animi propositum opere exercemus; ultra vero progredimur, cum ad majora gerenda exardescimus pii desiderii ambitu, quam facere præpediente fragilitate sinamus.*

VERS. 10. — *Facta est autem fames in terra; descenditque Abram in Ægyptum, ut peregrinaretur ibi.* Post tantam gratiæ exuberantiam necesse est ut tentatio subsequatur, ne in superbiam gloriæ nimietas delabatur; sit ergo *fames in terra*, cum sit in mente divini saporis inopia; *descendit in Ægyptum*, cum spiritu noster tribulationis se coangustantis humiliter inspicit detrimentum; Ægyptus namque dicitur *tribulatio coangustans*; ibi peregrinaretur, cum in fervore tentationis, juxta apostolum qui ad probationem fit (I Petr. iv, 12), mens a se paulisper alienata vagatur; nec id injuria: *prævaluerat enim fames in terra*, id est, dominabatur divini egestas consilii in conscientia.

VERS. 11, 12, 13. — *Cumque prope esset ut ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai uxori suæ: Novi quod pulchra sis mulier, et cum viderint te Ægyptii dicturi sunt: Uxor illius est; et interficient me, et te reservabunt. Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis, ut bene sit mihi propter te, et vivat anima mea ob gratiam tuam.* Postquam igitur ad mentis caliginem, quod Ægyptus, quæ dicitur *tenebræ*, sonat, pervenerimus, in ipso adhuc tentationis incerto Sarai, nostræ scilicet voluntati adhuc ab imperio non divulsæ mariti rationis, dicimus: Certum est quod bona cupias, et habitu honestatis quasi quadam specie benevolendo non careas, licet opere exsequi nequeas, sed si Ægyptii, carnales videlicet, qui te contenebrant, motus, aciem tibi suæ impugnationis, quia eis contraria voles, intenderint, uxorem te meam, id est rationis meæ amore te ductam æstimantes, mihi spiritui acrius insistens, tentationibus obruent, et te sibi, ut jam non nisi carnalia velis, contrahent; non itaque resistere tot malorum impulsibus valeo; cedam ergo, unde et sororem te meam ut dicas obsecro, id est eadem sentias quæ et ego, ut obruta auctoritate mariti idem sapiant voluntas carnalis et ratio, ut bene sit mihi quantum ad tempestates animi, quas suggestioni consentiens evasero, et vivat anima mea, id est, sentiat vita mea

quid dulcedinis habeat sæculo inservire secundum A placitum arbitrii sui.

VERS. 14, 15. — *Cum itaque ingressus esset Abram Ægyptum, viderunt Ægyptii mulierem, quod esset pulchra nimis. Et nuntiaverunt principes Pharaoni; et laudaverunt eam apud illum, et sublata est mulier in domum Pharaonis.* Ingressimur Ægyptum, cum bonæ intentionis amisso lumine obscuritatem incidimus mentium: Ægyptii mulierem quod pulchra sit vident, cum corporales motus, qui aliquoties etiam sine cogitatione naturaliter et sponte citantur, pie voluntatis pulchritudini invident, et sollicitando urgent; etsi enim plerumque erramus, omnino tamen nos errare dolemus, quia, juxta Apostolum: Quod nolimus malum, hoc agimus (Rom. vii, 19). *Principes Pharaoni* nuntiant, cum hi quibus dicitur: Tollite portas, principes, vestras (Psal. xxiii, 7), sensus exteriores nostri affectui carnali de residuo pii desiderii conquesti intimant; per Pharaonem enim carnalis recte affectus accipitur, qui *dissipans*, vel *discooperiens eum*, haud dubium quin spiritum destruens interius, et detegens veste virtutum, interpretatur; illam autem laudant, cum sagacitatem ingenii, et habitum corporis ad sæculi captanda comoda adulatorie suggerendo prædicant. *In domum Pharaonis mulier* transfertur, cum mollis jam enervisque voluntas perseveranter actura cum affectu carnali inducitur; per domum enim diuturnitas intelligitur mansionis.

VERS. 16. — *Abram vero bene usus est propter illam; fueruntque ei oves et boves, asini et servi, et famulæ, et asinæ et cameli.* Oves fatuitatem, boves nequitiae ponderositatem, asini petulantiam, servi proterviam, *famulæ* seductibilem et ad oculos solum humanos timidam conscientiam, *asinæ* cogitationem continua pollutione fecundam, *cameli* pravum ac distortum appetitum, et ad motum totius pervertitatis acclinem; camelus namque a curvitate Græca derivatione vocatur. Bene autem exterius, non interius Pharao Abram utitur, dum non veris sed imaginariis, id est temporalibus bonis, pro voluntate corrupta ratio ab affectu delinitur.

VERS. 17, 18, 19. — *Flagellavit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, et domum ejus, propter Sarai uxorem Abram.* Vocavitque Pharao Abram, et dixit ei: *Quidnam est quod fecisti mihi? quare non indicasti quod uxor tua esset? Nunc igitur ecce conjux tua, accipe eam, et vade.* Pharaonem Dominus flagellat, dum quandoque a suarum effectum libidinum torpentem affectum præsentium futurorumque malorum Deus consideratione exterritat: *ejus* percutit domum, dum temporalis timore ultionis, vel æterni iudicii, perseverandi in malo quem proposuerat destruit appetitum; et hoc fit propter uxorem Abram Sarai scilicet donec voluntas quasi conjugii proprio reddatur rationi: vocat Pharao Abram, quando affectus jam humilis sibi applicat rationem. Cur, inquit, o intellectualis censura iudicii, volun-

tatis non cohibuisti lasciviam, et tibi jure subditam sivisti tam leviter distrahi a te per ineptæ meæ affectionis fraudulentiam? Pacatis itaque meæ irritationis cunctis incurribus *accipe eam*, id est, forti continentia a modo tibi restringe connexam, sed tamen postmodum quantocius *vade*, id est, in melius proficere stude, declina a malo, et deinde impiger facito bonum (Psal. xxxvi, 27).

VERS. 20. — *Præcepitque Pharao super Abram viris, et deduxerunt eum et uxorem ejus, et omnia quæ habebat.* — (CAP. XIII, VERS. 1). *Ascenditque Abram ex Ægypto, ipse et uxor ejus, et omnia quæ habebat, et Loth cum eo ad australem plagam.* Pharao super Abram viris præcipit, cum Dei timore compunctus carnalis appetitus virilibus rationis sensibus auctoritatem propriæ opitulationis adjungit; deducunt eum, et uxorem, et quæ habet, cum ad expediendam intellectualitatem, subjungendamque intellectui voluntatem, et residuam animæ bonitatem, quidquid est virium sibi animus exhibet: *ascendit Abram* cum suis, uxore, et Loth ex Ægypto, cum spiritus noster emigrat a mundi hujus desiderio, et voluntate ac affectu suo a pristina declinatione correcto ad australem concedit partem, ad spiritualis scilicet vitæ fervorem. *Surge, inquit, aquilo, et veni. auster* (Cant. iv, 16).

VERS. 2. — *Erat autem dives valde in possessione argenti et auri.* Postquam a peccati torpore ad ardentioris studii instituta consurgimus, argento scientiæ ditamur, quia discretionem spirituum, vitiorumque naturas, humanæ etiam conversationis varios status tanto altius cognoscimus, quanto et hæc aliquando passi, jam nunc Deo juvante nos evasisse gaudemus; auro sapientiæ locupletamur, cum jam Dei contemplatione satiamur, et virtutum seu quorumlibet mysteriorum intelligentia perlustramur. Potest et sapientia ad religionis excellentiam, scientia vero accipi secundum ecclesiastici documentum sagacitatem.

VERS. 3, 4. — *Reversusque est per iter, quo venerat, a meridie in Bethel, usque ad locum ubi prius fixerat tabernaculum inter Bethel et Hai: in loco altaris quod fecerat prius, et invocavit ibi nomen Domini.* A meridie in Bethel venimus, cum a calore bene operantis fidei ad solum domus Dei, quod est Bethel, decorem diligendum, exquirendumque attingimus: domus autem Dei, aut mens nostra, aut illa intelligitur, in qua multæ esse mansiones perhibentur (Joan. xiv, 2). Porro per idem iter quo venimus, de Ægypto revertimur, cum per eadem virtutum exercitia, a quibus defluximus in culpam, regredimur in gratiam, scilicet usque ad locum ubi fixeramus tabernaculum, id est usque ad sinceræ humilitatis stabilitatem, quæ sanctarum mentium in præsentem locum est, sicut pravæ superbia, ubi spiritualement nos acturos, dum spiritus hos regit artus, spondimus militiam, in loco altaris, quod inter Bethel et Hai prius fecimus, in fide videlicet Christi totum hoc agentes, in quo quasi fundamento spem

rum nostrorum præmii fixe locavimus, sine tanquam altari non offerimus. Hinc Bethel, id percaelestis domus Dei, contemplatione gaudis, illinc gaudia Hai, id est tartaræ confusio-intuitu moderantes, sicque nobis nomen Domiod est Jesus, id est Salvator, invocantes.

AS. 5, 6, 7. — *Sed et Loth, qui erat cum Abram. ut greges ovium, et armenta, et tabernacula. Nec ut eos cupere terra, ut habitarent simul. Erat e substantia eorum multa, et non quibant habi-communiter. Unde et facta est rixa inter pastores in Abram et Loth. Loth, id est affectui nostro, diu rationi quasi Abram inhæret, greces sunt, numerositas videlicet simplicium ad se, et icarum ad alios cogitationum; non enim sibi, sed et aliis vellera ferunt oves; sunt ita, fortia scilicet virtutum opera; adsunt deni-tabernacula, dum sciens hic se non habere ntem civitatem (Hebr. XIII, 14), cogitat in hoc o se versari ac si in quadam castrorum mili-sunt namque militantium vel peregrinantium nacula; non potest tamen eos terra capere, ut habitent, quia terrenitas, quæ aggravat ani-(Sup. IX, 15), non patitur intellectualitati agabiliter ac individue quandiu in hac carne is appetitum consentire carnalem: Caro enim piscit adversus spiritum, et spiritus adversus n (Gal. V, 17). Nam substantia, id est mo-, qui menti ure substant, infimorum discrea, non fert corpus et spiritum semper in Dei o sentire communia; hinc ergo fit indesinens pastores utrorumque gregum rixa, et utio rationabilis per virtutis pasci cupit studia, er sacræ paginæ dicta; carnalis vero temporali atur gloria: pascunt rationales motus lacrymæ rales quæque jocularia; multa igitur inter que discordia: Fuerunt, inquit, mihi lacrymæ anes (Psal. XLI, 4).*

AS. 8, 9. — *Eo autem tempore Chananæus, et Phe-s habitabant in terra illa. Dicit ergo Abram ad: Ne, quæso, sit jurgium inter me et te, 57 inter res meos, et tuos; fratres enim sumus. Ecce uni-terra coram te: si tu ad sinistram ieris, ego ram tenebo; si tu dexteram elegeris, ego ad ram pergam.* Eo tempore quo pastorum intra cælestium scilicet atque terrestrium jurgia runtur, Chananæus atque Pheræus in nostra ia affectione versantur. Chananæus interpre-reversus est, Pheræus superans, vel dissemi-dum enim neque noster appetitus post mo-aneam pacem quasi ad solita bella revertitur, utam, delectationumque semina animæ insper-ir, quibus ipsa multoties superatur, loquatur e Abram ad Loth, ne, inquit, ratio ad affe-tam contraria exercere ac monere studeas tati, cum ex una prodeutes mente quodam-nos vinciat germanæ ad invicem pietas condi-; et ubi tanta naturæ est unitas, sibi alter-

utrum invidere, subversionis dolos obtendere, quæ dementiæ extremitas? *Ecce universa terra coram te est, id est universæ terrenitatis appetitus in prom- ptu est; si tu sinistrorum per flagitiorum convexa processeris; virtutum modestiam, quod est dextra, ut dici solet, rostro et unguibus me defensuram noveris? quod si de ipsa dexteræ, scilicet virtutis custodia, per elationis impetum me tentare delegeris? ego ad sinistram peccatorum a me olim commissorum intuitu cordis pergens, conceptos reflabo tumores aculeo discretionis.*

VERS. 10. — *Elevatis itaque Loth oculis vidit omnem circa se regionem Jordanis, quæ universa irrigabatur, anlequam subverteret Deus Sodomam et Gomorrhham, sicut paradus Domini et sicut Ægyptus venientibus in Segor. Loth oculos erigit, cum carnalis appotitus ex ipsa rerum mundialium cupida consideratione superbit; videt non Jordanem, id est descensum eorum, scilicet iniquorum, quo per amorem visibilium in invisibilem labuntur inter- itum, sed omnem quæ circa est regionem, id est ipsius peccati circumstantiam, sæculi scilicet hujus jucunditatem; descensus sane peccatum est, regio circa descensum, gloria temporalis. Hæc universa irrigatur uti paradus Dei, quia fallax animi cupi-ditas ad utendum bonis transitoriis sine ullo crimi-nis incursu confingit sibi inesse gratiam honestatis, et his, quæ quasi quædam sunt paradus ob nimiam sui speciem Dei manu consita, licite men- tem, et usum debere attribui; hæc honestatis fiducia fons ille est, qui in initio hujus libri legitur totam terræ superficiem irrigasse; porro regionem irrigamus, utpote paradus Dei, quia mundum nos posse religiose, continenterque tenere pollice-mur, utpote tam pulchre satum verbo Dei; sed is qui paradus a nobis falso jactatur, processu tem- poris fit Ægyptus, id est tenebræ et obduratio cordis, non aliis tamen quam venientibus in Segor, per animi scilicet fluxum delabentibus in lasciviam; Segor enim dicitur vitula, vel meridiana; in quibus intelligitur pravus animi æstus, atque petulantia; dumque de bono, quod non est, confidimus, in vera, quæ nobis insunt, mala cernimus.*

VERS. 11, 12, 13. — *Elegitque sibi Loth regionem circa Jordanem, et recessit ab oriente; divisique sunt alterutrum a fratre suo. Abram vero habitavit in terra Chanaan. Loth moratus est in oppidis quæ erant juxta Jordanem, et habitavit in Sodomis. Homines autem Sodomitæ pessimi erant coram Domino nimis.* Hæc totæ igitur, quas prælibavimus, mentis fatuæ præsumptiones fiunt antequam Deus in nobis Gomorrhham, id est populi seditionem, quod non est aliud quam vitiorum turbulentiam subvertat, et Sodomam, cæcitatem, videlicet de vitiis orientem: hac namque utraque subversa mox mundi nobis displicent universa. Recedit Loth ab oriente, cum post aliquantulæ pacis quietem, quam in primordio conversionis aliquoties experimur, Deo bella per-

mittente salubriter nobis insurgere, affectus noster resilit ab ea, cui prius assenserat, rationis luce; regionem Jordanis eligit, quia per continuos appetitum motus gloriam qua destituatur attendit; adversus alterutrum dividuntur, dum contraria spiritui semper a carne quæruntur. Abram habitat in terra Chanaan, dum ratio cum Deo sentiens semper affectat morum quam professa est mutationem: Chanaan enim *mutatus* dicitur: Loth moratur in oppidis circa Jordanem, quia dum confidit in virtute suæ honestatis, quasi quibusdam fictilibus oppidis paulatim defluente propositi simulacro, ad hoc venit, ut habitat in Sodomis, in conformitate videlicet vitæ sæcularis: Sodoma plane dicitur similitudo eorum, id est malorum, et pessimus coram Domino, id est in interiori homine habitus ipsorum, licet coram hominibus æstimetur aliqua probitas eorum.

VERS. 14. — *Dixitque Dominus ad Abram, postquam divisus est ab eo Loth: Leva oculos tuos, et vide a loco in quo nunc es, ad aquilonem et ad meridiem, ad orientem et ad occidentem; omnem terram quam conspicias tibi dabo, et semini tuo in sempiternum, faciamque semen tuum sicut pulverem terræ.* Spiritui nostro vitiorum lenocinio resistenti, spem meliora merendi intima Deus allocutione attribuit. *Leva*, inquit, *oculos*, ab inferiorum utique concupiscentia specierum intentiones cogitationum dimove, et *vide*, a loco, id est a statu animi in quo nunc agis, *aquilonem* tentationum, ☿ quæ torpidam reddunt mentem; *meridiem* spiritualis gratiæ, quæ fidei parit in nobis per opera digna calorem; *orientem* divinæ contemplationis, quæ radios subtilium intellectuum recessibus tuæ suggerat mentis, et *occidentem* activæ procurationis, quæ sicut ortum oriens, ita occubitu suscipiat solis, finem scilicet, perfectionemque charitatis, quæ a divino amore initium accipit exercendæ ad hominem pietatis. Postquam itaque *aquilonem* obtinueris, tria sequentia mox habebis, et pariter *omnem terram*, id est terrenitatem, qua suspectus ne in eam incurras teneris, (Vers. 15) *tibi dabo*, imo *semini tuo*, id est quod tibi vitia subdam non tuæ naturæ ascribas privilegio, sed gratiæ meæ, et bonæ actionis, quam per gratiam meam assecutus es, merito, quod est *semini tuo*; opera enim bona semina sunt nostra, unde est: *Et semen servorum ejus possidebit eam* (Psal. LXVIII, 37).

VERS. 16, 17. — *Faciamque semen tuum sicut pulverem terræ.* Pulvis cum sit de terra, sine damno terræ a terra tollitur; bona nostra opera cum sint ad omnem ventum mobilia tentationis, sine aliquo Christi, qui terra nostra est, a quo pascimur, et sustinemur damno, vel commodo et adhæremus illi, et deficiamus ab ipso. Hoc ergo semen *sicut pulverem* facit, cum levitatem nostri totius boni nobis indicat, nisi humore spirituali respergatur, et quia non pro se, sed pro nobis ipsis laborare jubemur: juxta

A Evangelium sane dicere præcipitur, cum bona fecerimus: *Servi inutiles sumus, quod debuimus, facere, fecimus* (Luc. xvii, 10); hoc semen aliquis, etsi pulverem numerat, numerare non prævalet, quia etsi instabilitatem quam patitur plene metitur, tamen odio, vel amore apud Deum propter eadem opera ignorat omnino an dignus habeatur (Eccl. xi, 1), dum nescit quanti ab ipso pensentur; surge ergo ab omni inertia, terram conscientiæ, et corporis tui circumspiciendo, ac deprimendo perambula, secundum longitudinem perseverantiæ, et latitudinem charitatis, et sic, Deo dante, quæ vitii quondam erat, fiet nostri ad integrum hic, et in futuro juris.

VERS. 18. — *Movens igitur Abram tabernaculum venit, et habitavit in convalle Mambre, quod est in Ebron; ædificavitque ibi altare Domino.* Movet tabernaculum, cum spiritus noster in procinctu vitiorum positus, ad destinatæ Dei militiæ se promovet exercitium; habitat deinde in convalle Mambre, id est in humilitatis se deprimit vilitate, per quam relloreat ingenii perspicacitate, et exin bonarum et malarum rerum divisione. Mambre enim divisiones et perspicua sonat; nec immerito: Nam *superbis Deus resistit*, humilibus gratiam dat (Jac. iv, 6), et super humilem, ac quietum spiritum pausat (Isa. LXVI, 2); sed hæc convallis divisionum est in Ebron, quod *participatio mæroris*, aut *augmentum sempiternum* dicitur; nil enim eorum quæ prætulimus obtineri potest, nisi omnis terreni gaudii repulsione, et augmenti sempiterni desiderio in regni Dei, et justitiæ ejus quæstione. Dicitur etiam Ebron *visio sempiterna*, in quo intelligitur divina contemplatio, hic quidem incipiens, sed in futuro perficienda, ubi mentis nostræ altare spiritualibus victimis plenum constabillitur, coeuntibus omnium sanctarum artium partibus in modum ædificii ad intelligentiam usque divinitatis porrigitur.

#### CAPUT XIV.

VERS. 1, 2, 3. — *Factum est in tempore illo, ut Amraphel rex Sennaar, et Arioch rex Ponti, et Chodorlahomor rex Elamitarum, et Thadal rex Gentium, inirent bellum adversum Bara regem Sodomorum, et contra Ersa regem Gomorrhæ, et contra Sennaab regem Adamæ, et Semehar regem Seboin, et contra regem Balæ; ipsa est Segor.* Omnes hi convenerunt in vallem silvestrem, quæ nunc est mare salis. Per hos quatuor, qui adversus quinque bellum inierunt reges quatuor principalia mala, delectatio scilicet, consensus, ac operatio, nec non etiam consuetudo a nobis accipitur, quæ adversus exteriorem appetitum, qui recte signatur per quinarium, magna congressionis mole luctantur, et hoc illo fit tempore, quo Loth in oppida declinavit Sodomæ: per quinarium, inquam, ea, quæ sensualitati adjacent, figurantur; appetitus namque noster, cum sit naturaliter bonorum appetens factus, corruptibiliter interiorum negligens exteriora quærît; ab his itaque prædictis regibus ab usu reficiendæ necessitatis

litur ad libidines explendæ superflue volu-

Quinarius etiam ex quaternario constat, et e, quasi quodam superiori præside, unde et s noster temporalium gloriæ, quæ quaternarantur, præstare principali majestate debet. tur primus Amraphel, qui interpretatur *dixit eret*, quod præcipue ad delectationem, quasi us deliberationem attinet. Secundus, Arioch, citur *ebrius*, vel *ad solitudinem redigens*, in cepitur consensus dementia, consilii expers, Deo cultore repulso solum sibi hominem reliu-; tertius denique est Chodorlahomor, qui et omine quasi *decorum manipulum* sonat; mas fructus est operis, fructus autem pravi ipsa voluptatum suavitas est. Non ergo deco- d quasi decorus manipulus est, quia non vera B , sed fallax, et imaginaria dulcedo in talibus onibus est. Porro quartus, *rex gentium* est, eprobis sensus ex 59 criminum consuetust, et sicut rex exercitum, ita ipse sibi con- omnium flagitorum cœtum, quasi agmen um gentium.

nt nisi bellum adversus nostrum carnalem af-, ac si flammæ admoveant ventum, sub suo mperio attrahentes: primus itaque nostræ onis motus quasi quidam rex non regens, primens in Sodoma est; Sodoma vero muta : muta est mens nostra, cum nil dignum : respondet ad delectationis ludibria. Gomor- ditio populi, in quo intra mentis urbem con- num nequam effrenatio tumultuosa notatur. C interpretatur cruores; sanguis autem tunc solum usu Latino dicitur, cum a corpore ere videtur: cruores ergo sunt peccata, quæ is pravum ex interna seditione procedunt. i capra, vel damula, vel statio ejus in mari, o intelligitur ipse noster affectus, qui cum

ex Sodoma, seditiosus ex Gomorrha, fuerit ie transgressor ex Adama, jam quasi capra, rduorum est appetens, spe inani sublevatur æra, dehinc in morem damulæ, quæ pavidum imal, ne habita perdat, timore descendit ad ; sicque statio ejus fit in mari, dum nunquam o animi statu indesinentium impulsu motuum : fluctuare. Sequitur igitur jam Bale, quæ D retatur *absorbuit*, vel *præcipitavit*; nam his ad vitæ destitutionem præcipitata miseriis, m oblivionis absorbetur barathro, ut jam vix isse velit, in quo sit posita tempestatum Super his itaque omnibus reges sunt, dum motus cogitationum agmina sibi contrahunt, quatuor adversus quinque se erigunt, dum tæ defectiones animi alias in affectu nostro iones, et nequitas, aut etiam easdem ipsas rant, et accendunt. Unde sequitur: Quia hi convenerunt in vallem silvestrem, id est negligentia examina coierunt in mentem m; sed ab excellentia sanctitatis dejectam. vatico quodam horrore peccati, multimoda

A obscuritate, et incuria obtectam: inde fit mare salis, id est ex hoc innascitur animæ repulsa Dei sapientia, prudentia carnis: sal enim quia hoc loco maris dicitur, astutia accipitur; mare non incongrue sicut sæculum, ita et caro dicitur, quæ semper æstuat desideriis; prudentia autem carnis, quæ ab Apostolo mors vocatur (*Rom. viii, 6*), in solis voluptatibus exercendis ac exquirendis gloriatur.

VERS. 4. — *Duodecim annis servierunt Chodorlahomor, et tertio decimo anno recesserunt ab eo.* Per Chodorlahomor, quem diximus quasi decorum manipulum appellari, voluptatem, quæ fructus totius nequitia, et quasi quidam decor est, intelligimus figurari; tria vero quater duodecim faciunt; duodecim itaque annis illi servimus, cum trinitatem mentis, rationem scilicet, voluntatem, ac memoriam voluptati, quæ in regnis vitiorum præminet, quasi sub quaternario temporalitatis hujus addicimus. Duodecim etiam annis illi servimus, cum mentis, ut diximus, trinitatem, et corporis quantitatem eidem quadam annuali perfectione subjicimus; sed tertio decimo ab eo recedimus, cum Deum, qui unitas est, præsidem ac rectorem nobis in corpore ac anima instituimus.

VERS. 5, 6, 7. — *Igitur anno quarto decimo venit Chodorlahomor, et reges, qui cum eo erant, percusseruntque Raphaim in Astaroth. Carnaim, et Zuzim cum eis, Enim in Suve Cariathuim, et Chorræos in montibus Seir, usque ad campestria Pharan, quæ est in solitudine, et percusserunt omnem regionem Amalecitarum, et Amorrhæum, qui habitabat in Asasonthamar. Reversique sunt ad fontem Mispbat, ipsa est Cades.* Postquam in convalli Mambre Abram figit tabernaculum, dederamus regi nequissimo voluptati repudium; hæc enim præcellit in regibus, quia nil voluptate cordibus hominum dominatur tenacius. At animi rursus, ut assolet, tepescente statu, et denarium divinæ legis quaternario temporalitatis supponente, memoria voluptatis, delectationis, consensus, consuetudinisque pristinae accincta suffragiis, percutit *Raphaim in Astaroth*, id est imbelli sua teneritudine, qua nullis motibus obstat, excitat et commovet gigantes, quod interpretatur *Raphaim*, id est superbos dæmones, ad faciendam lapsuræ menti explorationem: *Astaroth* sane, faciunt exploratores, dicitur. Percussio autem ista non interemptio est, sed securæ ac nimium de se fidentis animæ concitatio; solent enim vasa percuti, ut muscæ, vel apes inibi quiete considerentes suscitentur, unde et percussum dicitur latus Petri in carcere. Post explorationem ergo infirma mentis, quæ ad omnem memoriam ad vitia concalescit, percutitur, id est movetur *Carnaim*, quod est cornua, in quibus signatur repugnandi contra memoriæ suggestionem confidentia: solent nempe secure aliqui in cogitatu delectari, de suis fisi viribus, quod pravo possint operi reluctari.

Percutiuntur ergo cornua, dum ad delectationis

venenum dulciter hauriendum fallax permittitur ad effectum sceleris repugnantia: cornibus enim se defendunt animalia; sed *Zuzim*, qui et *Zomzomim* a. ias dicuntur, cum eis pariter excitantur; vitiosa enim cum sit nostra natura, vitiorum semina in se porta; et hæc ipsa, donec excitet vis tentationis, se pati ignorat: *Zomzomim* autem dictio integra, *Zuzim* vero per concisionem est dicta; *Zomzomim* itaque dicitur, quæ est hæc aqua, vel præparati in acie. Dum namque cornua, id est fortitudinem repugnandi contra prava opera mens fallaciter erigit, et primæ delectationis mollitiem leviter ducit, repente concretescentibus cogitatuum corporaliumque motuum ventis, quasi quædam glaciei duritia admoto igne resolvitur, et dicere apud se jam relapsus ab illo tanto robore cogitur, quæ est hæc aqua, id est unde mihi ex insperato tot tamque fluxa desideria? Cum proprios enim motus sub suo habere se putaret jure, subito attendit contra se præparatos in acie. *Emim* etiam in *Sabe* commoventur, dum horrenda quælibet non modo naturalia mala a captiva mente jam proponuntur; *Sabe* captiva interpretatur, vel vepres; vepres autem desideriorum, quæ nos lacerant, carnalium multiplicitas sunt; in emendatioribus non *Sabe*, sed *Suve*, vel etiam *Savhe* habetur, quod digne vel elevatio interpretatur, sonans utique, quod digne hos incursum propter elationem suam anima patiatur; non solum vero in vepribus, id est in corporeis motibus sed etiam in *Cariathaim*, quod est in civitate silvarum, quo signatur inculta, et obsessa pravitate mens, horribilitas nequitiarum excitatur: *Chorræi* etiam in montibus *Seir* isto certamine irritantur, quia sensus exteriores, quos *Chorræi* significant, in altitudines superbæ de exuberantiis perpetratarum libidinum gloriose extolluntur; *Chorræi* nempe de foraminibus interpretantur, et corpus nostrum sensibus suis, uti quibusdam aperturis foraminum, rerum forensium tactibus permeatur.

*Seir* vero hircus dicitur, in quo fetor luxuriæ accipitur; usque ad campestria *Pharan* quæ est in solitudine, ab iisdem regibus itur, quia ipsa tumoris eorum rabies, qua de suis malefactis gloriantur, sub rediviva flagitiorum quorumlibet ferocitate, reflexa consternitur in campi morem, et quidquid divinæ memoriæ in mente resederat, redit in solitudinis horrorem; in solitudine plane est, quisquis sine Deo habitatore est; *Pharan* vero interpretatur ferocitas eorum, haud dubium quin vitiorum, quæ mentium munitiones campestri, quadam infirmitate compellant. Revertuntur ad fontem *Masphat*, quod est contemplationis, ex quo haurimus rorem totius divinæ et humanæ rationis; fons enim noster, ad quem recurrimus, et ex quo sensualitatem nostram ad carnalia deficientem, quasi fatiscentes agros perfundimus ratio est; *Masphat* autem contemplationem, vel iudicium sonat; ratio enim iudicat omnia, quia spiritus est, et a nemine iudicatur. Postquam igitur exterioris hominis per quælibet impro-

bitatum genera membra corruperint, rationem, quæ sola superstes plerumque miseriam suam videt, et ingemit, extinguere appetunt, ne ipsa mala pensando doleat quæ sibi insunt. Occisis namque filiis, *Sedechiæ* oculi eruantur; ipsa quoque ratio est *Cades*: *Cades* vero sancta vel mutata interpretatur: quæ enim sancta fuerat, carnali appetitui resistendo, et a *Loth* divortium faciendo, veræ perspicuitatis, id est contemplationis adempto sibi lumine commutata, regum pessimorum, qui post criminum revolutionem ad hanc redeunt obsidendam, substituit ad tempus arbitrio. Percutunt omnem terram *Amalecitarum*, quia affectum, voluntatem, intellectum, sensualitatemque Dei inimicorum juxta *Psalmistam* terram lingentium (*Psal.* LXXI, 9) non solum ad cupiendam, sed etiam adulationibus ad lambendam sæculi hujus commoda irritant, et accendunt. *Amalech* etenim populus lingens dicitur eos significans, qui quod vi nequeunt, hypocrisi, linguæque blandimento præripiunt.

Percutitur etiam *Amorrhæus*, qui habitabat in *Asasonthamar*, id est excitatur inanis gloria Deum absque dubio amaricans, quia perseveranter obtinere se simulat vitiorum quorumque præsidia, indesinenti potiundo victoria. *Amorrhæus* dicitur amaricans; *Asasonthamar* autem urbs palmarum, in palmis quoque victoriæ figurantur; honorem itaque Deo debitum de peccati victoria, cum sibi fallaciter mens arrogat, quadam idololatriæ ac sacrilegii profanitate Deum amaricat, et dum aliquibus vitis, a quibus ad horam minus impeditur, carere se simulat, de urbica quadam munitione sui, et victoria glorians peccati, quasi rex sese inhabitat: non enim omnia nos pariter vitia pulsant, sed cum nos malo capitali constringimur, ab aliis interim feriat, ipsorum quasi victores esse videmur, quibus tamen cum causa redierit, prompta mox voluntate subijcitur. Hæc igitur tota, etsi non simul animo ejus, qui tentatur se ingerunt, tamen pedetentim per tentationis moras, delectando, consentiendo, agendo, visitando erumpere consueverunt. Quinque ergo reges egrediuntur, et dirigunt contra quatuor aciem in valle silvestri, dum affectus noster, qui æternis debet intendere, quaternitatis, id est temporalitatis sææ motibus constipatus, delectari cogitando, ac videndo ista vult quidem, sed contra actum ipsius peccati quasi ad resistendum præparat rationis aciem, dum sibi etiam ipsi nomine necessitatis levigat rerum corporalium delectationem, quas tamen diligit non tam ad usum quam ad libidinem; quatuor vero adversus quinque consurgunt, dum id quod sub specie Dei creaturæ religiose videbatur amari, spurcissime hominem ostenditur delectari, unde contingat in pravitate consensum labi, et ab affectu in consuetudinem volvi, sicque paulatim affectum cum his a quibus regitur animi torporibus, prædictis malorum suborientium gradibus inclinari.

VENS., 10. — Vallis autem silvestris habebat puteos

*multos bituminis. Vallis non est aliud quam ad ima demersio mentis, silvestris, incuria cogitationis, quæ in profundo cum ruerit criminum, bitumen inextricabilis inveniet obligationis; qui enim facit peccatum, servus est peccati (Joan. viii, 34); spiritus namque vadens per se, sed per se non rediens sumus: ex nobis habemus cadere, et ex solo Deo resurgere. Itaque rex Sodomorum et rex Gomorrhæ terga verterunt; cecideruntque ibi; et qui remanserant ad montem. Rex Sodomorum et rex Gomorrhæ terga vertunt, cum conscientia ad peccati suggestionem imbellis, et muta, et quadam populari nequam carnalitatis suæ motuum seditione plena, quasi una duobus acta regibus provincia, aversa rationalitatis quam proposuerat acie, pessimæ patientiæ terga vertit, et clamantibus vitiis: Incurvare ut transeamus, totius rigorem inflectit rectitudinis, et incidunt puteos bituminis. Qui vero remanent ad montem fugiunt, quia dum cogitationes nostræ lapsus sui discrimen aspiciunt, ab his in quibus labi deinceps possunt, priori casu correctæ ad virtutis desideria profugiunt.*

**VERS. 11, 12.** — *Tulerunt omnem substantiam Sodomæ et Gomorrhæ, et universa quæ ad cibum pertinent, et abierunt: necnon et Loth, et substantiam ejus, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis.* Ab anima peculiariter silenti, hoc enim Sodomæ sonat, et secundum Gomorrhæ sensum constitutæ in turbulentia peccati substantia tollitur, cum post ruinam fundamentum etiam bonæ voluntatis, et affectus pœnitendi adimitur. Universa quæ ad cibum pertinent auferuntur, quando totius sacræ Scripturæ consilia, quibus reficimur, a mente tolluntur: postquam hæc fecerint, abeunt, quia sibi subdita prorsus infelici anima, ut pote obedientem dæmones impugnare desistunt. Unde autem Sodomæ restet pœnitudinis gerendæ substantia, cum Loth, id est affectus noster a bonis declinando distractus non habeat, cui bonæ voluntati innitatur, quæ sibi in modum naviculæ substet, in quo ipse subsilat. Unde sub cuspisiam voce lapsi dicitur: *Infusus sum in limo profundi, et non est substantia (Psal. lxxviii, 3): frater vero, cujus filius Loth est, corpus nostrum est, quod spiritui nostro, scilicet Abram, mira germanitate connexum, carnalem in anima imprimendo a foris generat affectum, qui versatur in Sodomis, quia perseverat si sibi liceat in negligentis.*

**VERS. 13.** — *Et ecce unus qui evaserat nuntiavit Abram Hebræo, qui habitabat in convalle Mambre Amorrhæi, fratris Eschol, et fratris Aner; hi enim pepigerant fœdus cum Abram.* Unus qui evadit Abram Hebræo nuntiat, quia memoria perpetrati facinoris, quæ sola interim non potuit, rationi se cum mordaci acerbitate ingerens, et sua conscientia malefacta proponens, suadet ut transeat, id est Hebræi, qui interpretatur transiens a vitiis, recedendo nomen impleat, qui quondam in convalle Mambre, id est humilitate discretionis matre com-

morari solebat, quæ convallis Mambre Amorrhæi est, fratris Eschol, et fratris Aner, quia humilitas, quæ nos inter bonum malumque perspicaciter dividere facit, amaricationis et pœnitentiæ ut jam sit necesse est, qui pœnitudinis motus igneam quamdam animi puritatem naturali germanitate sibi contrahit, unde et altera quasi necessitudine mox fratris, id est affectus corporalis lucerna fiat. Amorrhæus enim amaricans, Escholignis omnis, Aner lucerna dicitur: ab amaritudine profecto pœnitentiæ pervenitur ad integrum fervorem puritatemque animæ, quæ obtinetur appetitui restricto sub ducatu rationis luciferæ; cum his namque sanctæ statibus mentis perpigeramus fœdus in initio quondam conversionis, dum profiteremur tenorem religionis inter aquas baptismatis, ibi lampada accipimus, et mysterium candidæ vestis.

**VERS. 14, 15, 16.** — *Quod cum audisset Abram, captum videlicet Loth fratrem suum, numeravit expeditis vernaculos trecentos decem et octo, et persecutus est eos usque Dan. Et divisit sociis irruit super eos nocte, percussit eos et persecutus est usque Soba [al., Hobu], quæ est ad lævam Damasci, et usque Fenicem. Reduxitque omnem substantiam, et Loth fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque, et populum. Audit Abram captum Loth fratrem, cum spiritus noster multis malorum illecebris irretitus captivam intelligit trahi in voragines colluvionum afflictionem: per trecentos ob ternarium, atque centenarium perfectum accipimus Trinitatis amorem: per denarium Dei mandatorum custodiam: per octonarium de beatæ resurrectionis remuneratione, quæ nos ad bene agendum roborat, spem; his ergo administrantibus quasi indigenis animæ nostræ vernaculis, ab omni vitiorum debito expeditis, persequimur ea quibus quondam obnoxii fuimus peccata, usque Dan, id est iudicium, usque ad digum scilicet pœnitentiæ, quo peccata ulciscimur fructum; Si enim nosmetipsos dijudicarem, Apostolus ait, non utique iudicaremur (I Cor. xi, 13): dividimus socios, et irruimus super eos nocte, cum bona quæ agimus sicut recte offerimus, ita recte dividimus; hæc enim quasi commanipulares habemus, et super ea quæ nos oppresserunt vitia per confessionem peccati opprimenda, quasi per agnitionem noctis nostræ irruimus: ea percussimus, cum regnandi eis in nobis vires debilitando adimimus, et usque Soba persequimur, cum in ipsis bonis actionibus spem laudis transitorie nobis resecamus; Soba etenim secta dicitur a secando. Nemo sane a malis abstinere, nisi ipsius etiam abstinentiæ typam, cum emergerit, resecet; hæc est scilicet Soba ad lævam Damasci, quia etsi favoribus sanctorum vita ab aliquibus tollitur, sunt tamen plures quibus est oculus sanguinis, id est intentio peccati, et pios quosque ad lævam habent, id est adversitatibus urgent. Damascus autem oculus sanguinis dicitur; secta itaque sit a cupiditate favoris. Nam cum laudari viri sancti incipiunt,*

nequam homines exinde ad invidiam exardescunt : fiat quoque resectio erga hos ab omni subreptione rancoris. Soba etiam interpretatur mandatum; ad lævam ergo Damasci est Soba, quando principale charitatis mandatum extenditur usque ad diligendos eos qui irrogant adversa, huc usque enim perseguenda sunt vitia : usque Phœnicem deinceps agenda sunt, id est usque ad passionum omnium, quæ ex carnis corruptione nascuntur, subactionem. Per Phœnicem, quæ rubros gignit populos et a rubore nomen accepit, corporis intelligimus desideria, quæ ex sanguine oriuntur; unde et color ille sanguineus, qui vermiculus dicitur, Phœnicium a plerisque vocatur : ita Loth reducitur, id est affectus noster cum spirituali substantia, necnon et populus cogitationum, et mulieres desideriorum fluidorum ad rationis imperium rediguntur.

VERS. 17. — *Egressus est autem rex Sodomorum in occursum ejus, postquam reversus est a cæde Chodorlahomor et regum qui cum eo erant in valle Save, quæ est vallis Regis.* Postquam Chodorlahomor, id est voluptatis motum cum suis complicibus, qui ex carne spirituque prodeunt, evicerimus, cum de bello reversi fuerimus ad nostræ examinationis portam, occurrit rex Sodomorum, id est pecuale quoddam silentium, suggestio scilicet securitatis pro victoria vitiorum; suadet enim ut sileat a jejuniis, vigiliis, et animi custodia remissus jam quasi victor agat, id est ut iterum pecualiter muta contra peccati jurgium conscientia nostra vivat; Sodoma namque pecus silens dicitur; et hoc totum facit, ut in dejectione mentis, quod per vallem signatur nos detineat, quæ vallis regis est, quæ videlicet pessima, ac putens mentis humilitas rectori diabolo specialiter addicta est. Potest per vallem Save, quod est elevatio, superbia accipi, quæ cum in seipsa destituatur, regis est, quia diabolus filiis superbiæ principatur.

VERS. 18, 19, 20. — *At vero ex Salem Melchisedech proferens panem et vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei, et ait : Benedictus Abram Deo excelso, qui creavit cælum et terram; et benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt; et dedit ei decimas ex omnibus.* Melchisedech ipse est noster intellectus, qui quia nos juste regit, appellatur interpretando *rex justus*, juxta, quod Samaritanæ dicitur : *Voca virum tuum* (Joan. iv, 16); sed quia tepidum nil Deo placet, additur Salem, quod est perfecta et consummata, ut cum sit rex justitiæ ipsi studeat inhærere perfecte. Is Sodomorum rege remissa; et languida suadente, profert panem divini eloquii cor hominis confirmantem, et vinum spiritualis gratiæ a mundiali negotio perpetua oblivione nos debrians; tale est enim

sacerdotium intellectus, ut quidquid sine eo proferatur sit frivolum; profert vero panem et vinum per exhibitionem piorum operum; benedicit Abram, prosperos scilicet effectus suo ipsius merito sibi ipsi obtinet gratiam : per Melchisedech enim venit ad Abram, licet in unum coeant, quia per regnum justitiæ venit ad excellentiam vitæ : Proficiat, inquit, rationalitas divinæ celsitudini contuendæ, quæ creavit in ipsa cælum contemplativæ sapientiæ, et terram actualis scientiæ, et multiplex potentiæ Dei sublimitas laudetur, qui vitia, quæ rationi hostiliter præerant, juri ipsius defringenda resubdidit : hæc non tam verbo quam realiter dicta sunt. Dat Abram decimas Melchisedech ex omnibus, cum ipse intellectus sibi ipsi plenitudinem remunerationis acquirit, in nullo tepide agendo ex his quæ superavit omnibus, nec mirum sit cuique nos idem per Melchisedech quod per Abram voluisse accipere, cum innumera talia reperiantur in Scripturis, præsertim cum etymologia nominum arrideat loco, et Sodomæ regi præmisso, quod in Apocalypsi similiter agi constat per angelos, idem uno in loco significantes, quo contra eadem diversum signant, ut est : *Regnabunt*, inquit, *sancti cum Christo mille annis.* Et sub alio statim sensu : *Postquam, ait, consummati fuerint mille anni, solvetur Satan* (Apoc. xx, 6).

VERS. 21, 22, 23. — *Dixit autem rex Sodomorum ad Abraham : Da mihi animas, cætera tolle tibi.* Qui respondit ei : *Levo*, ait, *manuum meam*, opera mea referens ad Deum non pro temporalibus, sed propter ipsum excelsæ attingendum, qui cælum rationalitatis terramque affectualitatis meæ interioris aspirata possidet, quod a filo subtegmis, 63 opera ne effluent solidata constringimus : (VERS. 24.) *Ne*, inquit, *dicas : Ego ditavi Abram*, ne scilicet ex aliqua hypocrisis admissione, qua potissimum vitiatur intentio, induxisse te mihi gaudeas spiritus opulentiam, id est de peccati victoria superbiam : excipiuntur quæ juvenes comedunt, quia extra mercedis spem esse timendum est cuique, quod titillationes præsumptionis, aut lætitiæ de bono proventu subripiantis, sibi aliquoties latenter abripiunt : juvenus sane pro superbia et fatuitate poni solet : *Aner autem et Eschol, et Mambre*, qui nobiscum veniunt, partes habent, quia inter bona, quæ ex Deo accepimus, ex parte nostra quædam improba admiscemus; partem ergo nostri accipiunt, cum piæ nostræ mentes sua in se additamenta puiunt. Cum bona ex Deo sint, partes humanæ admisionis igne, et lumine divino lustrati accipimus, id est forti continentia corripimus; quidquid enim ex parte nostra est, peccatum est.



INCIPIT LIBER QUINTUS  
MORALIUM IN GENESIM.

Sico quosdam non æquis oculis ea quæ dictamus attendere, et de rerum novarum molitionibus coargutos, ad vitium quæ pie gerimus intorquendo, nos etsi latenter tamen mordacibus susurris impetere. Novum plane est quod cudimus, in nullo dissoni a veteribus, aut fide, aut sensibus, quia secundum novi mandati charitatem agimus, et si ab aliquibus rodimur, cum his quos veteres et antiquos vocitant, æquanimiter rodi nos patimur. Idem profecto suis toleravere temporibus, unde et nos scientes juxta Apostolum (*II Cor. I, 6*) eandem passionum tolerantiam ei, quæ in mundo est, nostræ fraternitati fieri. ex Deo tutiores cœpta prosequimur.

CAPUT XV.

VERS. 1. — *Factus est sermo Domini ad Abram per visionem dicens: Noli timere, Abram, ego protector tuus sum, et merces tua magna nimis.* Postquam paterne internam familiam, cogitationes scilicet suas, non timore servili religiosus quisque regere cœperit, excelsus jure dicitur, qui ad bene agendum non terreno damno, aut commodo, aut etiam gehenna, sed cœlesti præmio ducitur: isti ergo postquam temporalia, quæ quatuor signantur regibus, contra quinque nostros sensu alios videlicet reges bellantia percusserit, et decimas, id est victoriæ perfectionem regi pacis Melchisedech, non sibi attribuerit, huic, inquam, Patri vere excelso, per visionem, id est corde vigilantem, sed corpore a curis forensibus consopito inspirat Deus; Abram enim dicitur pater excelsus. Noli timere, inquit, quia tuus in omni ero tentatione protector, ne labaris, et magna merces in præmii largitione reponitur tibi. — (VERS. 2.) *Dixitque Abram: Domine Deus, quid dabis mihi? Quid præmii mihi polliceris, qui causas præmiorum, bona scilicet opera negas mihi? Sancti viri quo magis se attendunt, eo se in suis actibus vilipendunt. Ego vadam absque liberis,* id est nulla herili stabilitate mens mea consistit, sed servili evagatione discurrit, nec ad libertatem justitiæ seu regni liberos procreat, sed ad jugum diaboli ac sæculi opera, quæ sunt filii, servitura propagat.

VERS. 3. — *Filius procuratoris mei iste Damascus Eliezer hæres meus erit, vernaculus meus: mihi autem semen non dedisti.* Procurator dicitur, quod porro curet, id est exterius, cum Domino attineat grandia quæque curare interius, appetitus ergo carnis, qui exteriora procurat et filius ejus opus ejus est, qui

A hæritatem nostram, præmia scilicet quæ meremur, asportat: illius opes assumptæ per filium procuratoris, id est per opera appetitus fuerant, cui dictum est: *Recepisti bona in vita tua (Luc. XVI, 25);* Damascus namque sanguinem bibens vel sanguinis oculus dicitur. Iste est quem Dominus sinistram vocat (*Matth. VI, 3*), a quo cavere jubetur dextera, qui bibit iniquitatem, id est sanguinem, quasi aquam, et oculum, id est intentionem, habet ad peccata proclivem: Eliezer autem Deus meus adjutor, non quod Damascus in adjutorio Altissimi commoretur, ut in anima salvetur, sed quod Deum adjutorem in solis sibi corporalibus deprecetur, unde est: *Oratio ejus fiat in peccatum (Psal. CVIII),* id est oret pro temporalibus solum. Et: *Confitebitur tibi, cum benefeceris ei (Psal. XLVIII, 19).* Vernaculus quippe est, non domum expetens manentem, sed quantulumcunque temporaliter mercedem, nec Dominum, sed Domini munusculum amat; nihil autem non dedisti semen, quia, carnali meo appetitu terram lambente, dignam æterna mercede in me non reperio actionem.

VERS. 4, 5. — *Non erit, inquit Dominus, hic hæres tuus, sed qui egredietur de utero tuo ipsum habebis hæredem. Eduxitque eum foras et ait illi: Suscipe cælum et numera stellas, si potes. Sic erit semen tuum.* Per uterum secretiorem nostri interioris hominis partem, rationalitatem debemus accipere, quam provocat David: *Omnia, ait, interiora mea, benedicite Domino (Psal. CII, 1);* et alibi: *In vita sua projecit intima sua (Eccli. X, 10).* Qui ergo non de sensualitate vaga, sed de interiori ac superiori nostra essentia intellectualiter emittitur actus, is est hæres noster, si volumus, quia ad ipsum qui origo ipsius est, quodammodo boni, si caste fiat, spectat retributio boni; is enim fructus post mortem restat: educit nos Deus foras, cum speculando facit nos carnis excedere angustias: suscipimus cælum, cum etsi non pervidemus, aliquantisper tamen scintillamus in Deum: stellas attendimus, cum in ipso positas innumerabilium sanctorum retributiones pensamus. Cælum autem vocari Deum creber in psalmis usus est, ut est: *Cælum cæli Domino (Psal. CXII, 16).* In hoc itaque nostra fixa sunt præmia, quæ etsi a nobis procul inde jacentibus putantur, forsitan minima, uti parvissima creduntur, cum maxima sint sidera, nec numerari, nec comprehendi valent quam sint

præcipua : *sic erit semen tuum*, id est : *Etsi videas ad plenum quantum labores, videre nullo modo poteris in præsentī quid in futuro recipies. Et ut certo hæc teneas, recole quia — (VENS. 7) ego Dominus, qui educa te de Ur Chaldæorum, ut darem tibi terram istam, et possideres eam. Ur ignis, Chaldæi quasi ubera, quasi feri, quasi dæmones. De igne igitur, id est æstu libidinum, quibus rex Babylonis nostrum contra se decoquebat rigorem, primum quasi ubera suggestionis, demum feritatem delectationis, ad ultimum quasi, id est vere dæmonicam rabiem operis et consuetudinis inferens, nos Deus eruit, et terram, terrenam scilicet voluntatem nobis excolendam evangelico aratro injunxit, et ut cum mitibus in futuro impassibilem eam possideremus sperare etiam jussit.*

VERS. 8. — *At ille : Domine Deus, unde scire possum quod possessurus sim eam? Hoc est : Unde spem nunc habere queam quod cum mitibus possideam in futuro terram? — (VERS. 9, 10.) Et Dominus : Sume, inquit, mihi vaccam triennem, et capram trimam, et arietem annorum trium, turturem quoque et columbam. Qui tollens universa, hæc divisit per medium, et utrasque partes altrinsecus, et contra se posuit : aves autem non divisit. Per vaccam, quæ grave est animal, sensualitas, quæ aggravata nunquam aut vix levatur ab imis; per capram, quæ arduorum est appetens et perspicax atque calidæ naturæ, quod secundum physicam sapientibus attinet intellectualitas; per arietem, qui cervicosum est animal, imaginatio carnalis accipitur, quia cornibus superbix spiritui reluctatur; potest et per arietem ratio, quæ dux est et prævia nostri, per vaccam voluntas, quæ inter rationem posita et appetitum carnis, nisi ratione frenetur, seductibilis admodum vaccæ est : per capram obscenum animal appetitus nequam; hæc et in bonum et in malum ferri queunt, quia et ratio spiritualis contra humanam dividitur, et appetitus ac voluntas boni contra mala feruntur. Quid autem inter voluntatem et affectum distet, in tractatu secundo diximus. Trium autem annorum esse jubentur, ut Trinitatis amore imbuantur, aut oratione atque operatione, et tercia, quæ duo ista instruat, lectione perfecte firmentur. Per turturem, qui egregius magis est, Dei dilectio, quæ contemplativos facit. Per columbam, quæ gregaria est, dilectio proximi, quæ et activos nutrit. Natura igitur nostra, peccandi necessitate corrupta, adversum se necessario in tribus prædictis dividitur, virtutes vero hæc et in se naturaliter eadem sunt, et nos etiam uniunt; caro enim concupiscit in spiritum, et spiritus in carnem (Galat. v, 17) : Spiritus autem Dei, qui amor est, et in se indisjunctus est nosque sibi subjungit.*

VERS. 11. — *Descenderuntque volucres super cadavera, et abigebat eos Abram. Dæmones qui, quia in alia superbiendo feruntur, volucres vocantur, consternantur super mortificatione nostra, quæ nun-*

A quam melius fit quam divisione illa, nec tamen irritare desinunt, sed Abram abigente diffugiunt. Sed notandum in præmissis verbis quod dicitur, *sume mihi*. Qui in suis sive externis seu internis motibus laxus et fluidus est, hos opus est sumat, id est correctos potestate contineat, sed non pro favore vulgi, at Deo, id est ad honorem Dei. (VERS. 12.) *Cumque sol occumberet, sopor irruit super Abram, et horror magnus et tenebrosus invasit eum. Sol occumbit, cum justitiæ fervor in corde sanctorum ad tempus, Deo dispensante, tepescit: sopor super or irruit, cum inopinata repente segnitie animi oculos a sui ipsius providentia aliquantisper occludit : 65 horror magnus et tenebrosus invadit, cum comes inertie tentationis insolentia statum cordis concutit, et quadam caligine consilii pene lumen exstinguit, quia quorsum divertere debeat non invenit, et dicitur ei :*

VERS. 13. 14. — *Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, et subjicient eos servituti quadringentis annis. Verumtamen gentem cui servituri sunt ego judicabo, et post hæc egredientur cum magna substantia. Scintilla igitur rationis cœlitus illustratæ suggerit, quod bona sua opera extraneum quid, et valde peregrinum passura sint in collectationum molestiis, dum accedenti ad Deo serviendum cor ad tentationem parandum est (Eccl. ii, 1), et eorum in futuro differri mercedem; porta enim ferrea duxit Petrum ad civitatem (Act. xii, 10) : in terra itaque non sua ferant, ut in terra sua duplicia possideant. Subjicimur hic servituti, dum corpori nostro velimus nolimus sumus tributarii, et constringimur necessitate peccandi, affligimur quadringentis annis, omni excursu scilicet præsentis temporis, quod constat quatuor quaternitatibus nobis : quatuor enim venti, quatuor climata, quatuor elementa, quatuor etiam motus, de quibus sæpe agimus, insunt homini : attamen gentem, cujus jugo deprimimur, id est vitia, Deus judicat, dum potenti ea in nobis ratione discernit et temperat : sed dum æquanimiter aliquandiu patimur, cum magnis patientiæ copiis quasi aurum de camino ad coronam egredimur.*

VERS. 15, 16. — *Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. Generatione autem quarta revertentur huc : necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum usque ad præsens tempus. At antequam egrediamur, ad patres nostros imus, dum eorum quorum miramur exempla præsisse, conferimus nos merito, et in pace vitiorum jam statuti, et præsumptione juvenili deposita, nostram humiliter vetustatem confessi sepelimur, a sæcularium scilicet turbidine negotiorum intra mentis antra recondimur. Egredimur corporis morte ad præmia, sed huc, id est ad terram, quæ promittitur possidenda, revertimur generatione quarta, quod est resurrectione ultima; primo namque generamur ex carne, secundo ex baptisate, tertio transitu ad requiem animæ, quarto corporis resurrectione : sel-*

imabus primam stolam jam habentibus differtur a, patienter sustineant, scientes nondum com- s Amorrhæorum, id est amarificantium suis ne- is Deum iniquitates, et hi bonis, quorum nu- is exspectatur, ita necessarii sunt, ut ignis auro, argatis ad plenum per ipsos justis sistentur endi iudicio.

rs. 18, 19, 20, 21. — *In die illo pepigit Domi- cum Abram fœdus, dicens : Semini tuo dabo m hanc a fluvio Ægypti usque ad fluvium ma- : Euphratem, Cinæos, et Cenezæos, Cedmonæos, eos, et Pherezæos, Raphaim quoque et Amor- ti, et Chananæos, Gergesæos, et Jebusæos. Cum ritur divinæ, ut diximus, compunctioni ad ho- abesset, apparet clibanus fumans, id est æstus B ior tentationis aciem mentis obnubilans, et lam- gnis transiens, divinæ videlicet rationis radius, ranseunter illustrans, et divisionem inter lucem nebrās subtiliter docens, et ad tempus dese- ) quod ex se sit homo salubriter intimans; in die, in hac scilicet lampadis luce fœdus Deus cum pascitur, dum ex sui perseverantia amo- rem nobis in conflictu victoriæ aspirando pol- ir : semini nostro, non nobis utique sterilibus um hanc terram, hos profecto quos patimur nos motus, id est propter bona nostra opera nobis subditurum, a fluvio Ægypti, quod est lia, qua res Ægyptias, sæculares videlicet, tere novimus, incipient, et ad fluvium magnum ratem sapientiam scilicet, qua divina contempla- C inducens, qui interpretatur crescens, nam de latione proficit in rem : motus autem decem untur, per hunc numerum summam universa- igituram vitiorum. Cum ei dicuntur possiden- l caput malorum avaritiam pertinet, Cenezæi, ypi, et hoc ad filiam ejus invidiam : Cedmon, ua tristitia : hæc enim duo sunt quæ antiquum imis parentibus nobis inflixere mœrorem ; idvi- a nempe diaboli par avaritiam ruerunt : He- stupentes; sequitur enim hæc reprobi sensus itas : Pherezæi superantes, vel disseminati, et turpes ubique jam motus, et illiciti : Ra- a, gigantes; hæc est superbia, cum de crimi- quasi prosperis eventibus crescit peccatoribus ia ? Amorrhæi amaricantes, nam talibus ama- rit Deus; Chananæi, erubescences, vel negotia- : nam his imbuti erubescunt de pœnitentia co- , utpote quibus in exercendis vitiis diabolus scitur otia negare; negotium enim dicitur, neget otium; Gergesæi, colonum ejicientes, s sane primum, et ideo alios ab inhabitatione na ad quam vocati sunt ejicientes : Jebusæi ad ultimum dicuntur calcati, in illo videlicet qui calcabitur juxta Apocalypsim (Apoc. xvi, tra civitatem, ubi passuri sunt æternæ damna- pressuram.*

## CAPUT XVI.

rs. 1, 2. — *Igitur Sarai uxor Abram non ge- t liberos, sed habens ancillam Ægyptiam, no-*

*A mine Agar, dixit marito suo : Ecce conclusit me Do- minus, ne parerem, ingredi ad ancillam meam, si forte ex illa suscipiam liberos. Duas esse in homine voluntates, unam carnalem, spiritualem 66 alteram, experto novimus. Sarai autem dicitur princeps mea, et voluntas nostra, si reginæ innitatur rationi, princeps ejus efficitur; hæc ergo juncta Abram, id est spiritui, et cœlesti fecundata semine, dignos libertate, utpote quos veritas liberavit, liberos procreat; sed animo in fervore tentationum a dul- cedine superni peregrinante affectus, torpida jam voluntas dum videt ad votum sibi divina non suppe- tere, quodammodo sic loquitur rationi suæ: Deus, inquit, munus gratiæ ad bene agendum mihi subtra- xit, et dum ad spiritualia non prævaleam, quæ ratio B est ut a sæculari etiam honesta aliqua actione ces- sare debeam : si itaque interna non potes, quia non vult Deus, saltem utile aliquid exterius administra, unde juvetur proximus, ne a fructu inveniaris om- nino vacuus. Hæc est Ægyptia ancilla, sæcularis utique cura, quæ Agar dicitur, id est advena, quæ non in sanctis mentibus indigena est, sed adventitia, procaciter se ingerens, non grate suscepta.*

Vers. 3. — *Cumque illi acquiesceret deprecanti, tulit Agar Ægyptiam ancillam post annos decem quam habitare cæperant in terra Chanaan, et dedit eam viro suo uxorem. Qui ingressus est ad eam : at illa concepisse se videns, desepxit dominam suam. Multi cum ea quæ prætulimus sibi dicunt gratantius C se divinis officiis institutos inter agendas sæculi res sibi ipsis promittunt : post decem ergo annos acci- pitur Agar, quia, transgresso divinæ legis imperio, postquam in terra Chanaan, in soliditate videlicet morum mutationis conversari devoverant, totæ ra- tionis vires in ingressu ancillæ, id est in experientia mundialis concupiscentiæ sese debilitant; Chanaan enim mutatum sonat, et terram, quia stabile ele- mentum est, pro soliditate poni constat : quasi uxor ergo asciscitur, dum menti tenaciter agglu- tinatur, ast ubi aliqua cupiditate fetatur, quia utrum- que fieri non potest, et Deo servire, et sæculo incumbere, voluntas spiritualis a carnali primo contemnitur.*

Vers. 5, 6. — *Inique, ait Sarai ab Abram, agis contra me : Ego dedi ancillam meam in sinum tuum, quæ videns quod conceperit, despectui me habet : judi- cet Dominus inter me et te. Cui Abram : Ecce, ait, ancilla tua, utere ea ut libet. Affligente igitur eam Sarai fugam iniit. Ac si pia voluntas proprii meti- culosa lapsus rationi inferat, iniquitatis coargui debes, quæ ancillam, quæ meo suberat imperio, quasi quemdam intra sinum sub te ambiendam co- hibendamque susceperis, ut sic curaret forastica, quatenus intro non minuereris, et modo ab ea con- temptui me haberi non sine probro tuo pateris. Ju- dicet Dominus, id est discernat, quod est, discer- nere te faciat, quod mihi potius quam illi te inhæ- rere convenerat. Et ratio si tua, ut asseris, ancilla erat, eam mihi ingerere non debueras; ancillatui*

ergo eam tuo subijce, et si rationis uti libet imperio, ipsa uti ancilla utere: affligit itaque eam Sarai, quæ dicitur ideo princeps mea quia principium sumit omnis vigor rationis ab ipsa, quia crebris restrictionibus, et timoris Dei objectu coangastat, sed illa fugam inquit, quia sub auctoritate magistræ tam potentis timendo, a petulantia se contrahit.

VERS. 7, 8, 9. — *Cumque invenisset illam angelus Domini juxta fontem aquæ in solitudine, quæ est in deserto in via Sur, dixit ad illam: Agræ, ancilla Sarai, unde venis, et quo vadis? A facie Sarai dominæ meæ ego fugio. Revertere, ait, ad dominam tuam, et humiliare sub manu ipsius.* Angelus Domini, aut divina inspiratio est, aut divini monitio eloquii, quæ nos inveniant, cum nos in nostra nequitia, cum non quæruntur a nobis, deprehendunt. Juxta fontem autem aquæ sumus, dum illi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ ac scientiæ, inhærere appetimus; qui fons in solitudine reperitur, quia divinæ profunditas intelligentiæ, non nisi ab his qui de evagatione forastica redierint ad cor, attingitur: sed solitudo in deserto habetur, quia, non nisi cupiditatibus sæculi ad plenum desertis, hæc mentis quies et unitas perfecte sentitur; et hoc in via Sur: Sur interpretatur nigredo, vel, angustia vel fortitudo: per nigredinem cognitio peccati, comæ enim sponsæ nigræ quasi corvus (*Cant. v, 11*); per angustiam commissorum pœnitudo, et deinde contra adversorum molestias sequitur fortitudo. Dicit ergo Agar, quæ jam hic interpretaris conversa, et Sarai jam nosceris principis ancilla, attende quantum differat inter id unde venis, sæcularem scilicet excursum, et illud ad quod modo tendis, divini præsidii confugium; a facie, inquit, id est a consideratione spiritualis voluntatis mihi præsentis, et divina mihi judicicia opponentis pertimesco. Revertere, ait, ad illam, id est a qua immaturo adhuc timore diffugis, ad ejus exsequenda et amanda præcepta convertere, et operibus ejus in nullo suggruens humiliter quasi manus ejus subdita pare.

VERS. 10, 11, 12. — *Multiplicans, inquit multiplicabo semen tuum, et non numerabitur præ multitudine. Concepisti, et paries filium: vacabisque nomen ejus Ismael, eo quod audierit Dominus afflictionem tuam. Hic erit ferus homo, manus ejus contra omnes, et manus omnium contra eum; et e regione cunctorum fratrum suorum figet tabernacula.* Si ærumnæ, et conceptus juxta quod Evæ dictum est, tibi me permittente multiplicantur, ne extimescas, quia accedentibus ad Deum innumerabiles tentationum motus, quæ sunt semina carnis, exsurgunt: concepisti ego spem quarumlibet cupiditatum, sed tibi per confessionem est parandum, nomenque filii hujus, id est discretio boni primi hujus, quod est pœnitentia, Ismael, id est auditio Dei vocatur, eo quod audierit, id est audiri fecerit, quod non est aliud quam intelligi afflictionem tuam, supernæ scilicet indi-

gnationis incussum tibi a spirituali voluntate terrorem. Hic, inquit, primus conversionis tuæ status, homo quidem erit propter assiduos carnalium tentationum impulsus, sed ferus propter viriles earumdem non feminea lentitudine, sed regia quadam auctoritate repulsus, manus ejus, potentia utique contra omnes animi, vel carnis assultus, et omnium rursus eorum in eundem dirigetur incursum: et tabernacula, id est quemdam militiæ devotionem e regione fratrum suorum, motuum videlicet animalium ex eodem mentis gradu, qui vocatur appetitus secum progenitorum; ex hoc enim et bene et male appetimus: figet, scilicet fixa indictione proponet, ut sicut desiderium corporis militat adversus spiritum, sic spiritus super equitare contendit id ipsum.

VERS. 13, 14. — *Vocavit autem Agar nomen Domini, qui loquebatur ad eam: Tu Deus, qui vidisti me. Profecto hic vidi posteriora videntis me. Propterea appellavit puteum illum: Puteum viventis, et videntis me. Ipse est inter Cades et Burad.* Nomen Dei vocare est, secundum id quod introrsum discretionem nobis dando loquitur, de ejus benignitate qua nos videt, quia profecto nostrum in quo eramus errorem nobis insinuat, congrua gratiarum actione æstimare: anteriora Dei, visio gloriæ ejus est: *In reliquiis enim tuis* ait psalmus, *præparabis vultus eorum* (*Psal. xx, 13*): posteriora, æterna damnatio: percussit namque inimicos suos in posteriora (*Psal. LXXVII, 66*). Hic ergo, id est in nostri cognitione, videmus, scilicet intelligimus, quam triste est quæpiam poni dorsum, amittere utique Dei vultum, cum tam malum sit vivere quemlibet absque Dei et sui ipsius respectu secundum pravum animum suum. Puteus autem est profunda vitæ nostræ, et instantis et præteritæ consideratio, de qua sæpissime hauritur dulcissimæ compunctionis inundatio: hunc igitur appellamus, quod est animadvertendo discernimus quamdam vitalis intellectus originem, quo et nos ipsos cognoscimus, eumque a quo cognoscimur: hæc est enim vitæ æterna, ut cognoscant te, inquit (*Joan. xvii, 3*). Cades interpretatur *mutata*, vel *sancta*; Barad *benedictio*; dum namque hinc ad morum veterum mutationem per quam attingamus sanctitatem exercemur, et illinc ad consequendam regni superni benedictionem porrigimur, quasi in quodam meditullio positi hac illacque distrahimur, et neutrum adhuc perfecte apprehendimus: ex hoc autem puteo vires sumimus, unde ad utrumque tendamus: dicitur etiam Barad verius translatum, grando: quod innuit conscientiæ concussionem, quia mens hinc quidem per mutationem, sanctitatemque quasi defenditur, sed per frequentem peccatorum, et humanitatis incursionem accusata, ac si quodam hinc inde cogitationum juxta Apostolum accusantium, aut etiam defendentium (*Rom. II, 15*) grandine molestat.

VERS. 16. — *Octoginta et sex annorum erat Abram, quando peperit ei Agar Ismaelem.* Octonarius ex

quaternariis constans refertur ad temporalia, quorum patimur in nostris initiis appetitum : senarius ad honorum operum quæ agere desideramus profectum; etsi enim bene exterius agere videmur, tamen plerumque graviter intro cupiditatum stimulis compungimur. Ismaelem tunc parimus, quando audiente, id est intelligere nos faciente ineptiam nostram Deo, ad confessionem peccati perducimus fluxum carnalis affectus.

## CAPUT XVII.

*Totum caput promiscue explicatur.*

Quæ sequuntur a multis etiam tropologice sunt tractata doctoribus, et sunt quæ per se satis eluceant, sparsim ergo minus patentia usque ad eum locum, ubi, *Apparuit Abraham Dominus in convalle Mambre*, sunt discutienda succinctius.

VERS. 1. — *Nonaginta novem annorum esse cæperat*, cum ei nomen Deus immutat, quia ad centenarium divinæ contemplationis, qui transfertur in dexteram, necdum homo interior pervenerat, qui cum pater excelsus, quod est Abram, propter quasdam extrinsecas continentias, quas attigerat, sibi videretur. *Ambula coram me, et esto perfectus*, ei dicitur, ut non tam coram hominibus quam in interiori, quod est coram Deo proficere, et perfici studeas. Cadit ad hæc Abram in faciem, quia qui se meriti putabat habere celsitudinem, de interna illico indignitate reprehensus suam erubescit fœditatem, quod est in Scripturis cadere in faciem. (VERS. 4) *Ego*, inquit, *sum* id est, essentialiter immutabilis, et inde pactum meum tecum, si fortis et substantivus contra intima vitia sis : non ergo te frustra jam glorieris excelsum, sed patrem multarum procul dubio gentium scias te constitutum, ut paterna dispensatione regere noveris intestinæ insolentiæ populuum. Ponam te in gentibus, quia quo magis proveheris, tanto majores patieris strepitus, sed ad hos deprimendos reges, id est motus potentes rationis, qui hæc contineant ex te egredientur. Ero Deus seminis tui post te, provisor scilicet tui operis et remunerator, cum temporaliter esse desieris.

VERS. 12. — *Infans octo dierum circumcidetur in vobis*. Ille sane qui ex quatuor elementis constans, corpus proprium superaverit, [et temporalia hæc D totidem determinata nominibus virtutum, ac si dierum luce mutaverit, is, inquam, a pravavum admisionem incursibus usquequaque purgabitur. Nota discretionem Apostoli (*Philipp.* III, 2) inter ●● concisionem, et circumcisionem, nec illud excedat feminas Pharaonem jussisse servari, et masculos interfici, hic de feminis taceri, masculos circumcidi : et qui non fuerit de stirpe nostra jubetur circumcidi, quia sunt virtutes, ut ita dicam, plus quam naturales, ut sunt virginitas et voluntaria mendicitas, quarum prima adeo excellit, ut in carne præter carnem vivere ut vere angelica dicta sit, : horum in superfluis præputia circumquaque cæduntur; *Justitiæ enim nostræ quasi pannus menstruæ*

PATROL. CLVI.

A in conspectu tuo, dicit Isaias (*Isa.* LXIV, 6). In carne autem nostra hoc fœdus æternum est, quia in carnali nostro affectu, qui superius terra peregrinationis, et Chanaan, quod a statu recto per eum evagatur, et mutabilitati subijcitur, appellatur : tenor continentia, qua Deo connectimur, necesse observetur.

VERS. 14. — *Masculus, cujus caro circumcisa non fuerit, peribit anima illa de populo suo*. Quod est dicere : Fortis animus, nec feminea mollitie degener, qui carnales affectus non absciderit, ex nimia suborientium vulgaritate desideriorum, et propria animalitate peribit. Sarai autem, id est voluntatem spiritui ac si marito annexam conjugem, non vocabis specialiter extrinseci tui actus, quo excelsus tibi videris, et quem pro sæculi honestate exerces, principem meam, sed generaliter et absolute principem, totius scilicet piæ actionis magis tamen interioris quam exterioris ducem; proprie enim sibi principatur, quisquis bona non pro Deo, sed pro aliquo suo honore operans se cohibere videtur. Ex hoc spiritus et voluntatis conjugio Isaac, spes videlicet superni gaudii nascitur, cui cœlestis multiplicationis illapsu benedicitur. — (VERS. 17.) Ridet in corde suo Abraham, et in faciem cadit, quia quo magis spiritualiter imbuitur, eo magis de interna sua eruditione gratulatur et gratulans humiliatur : *Putasne*, inquit, *centenario nascetur filius, et Sara nonagenaria pariet?* Quod est recto ordine dicere : An sperabile mihi esse poterit quod voluntas, etsi adhuc in nonagenario posita, denarium perfectionis minus habet : velle enim sibi adjacet, perficere autem non inveniat (*Rom.* VI, ), ad effectum desiderii ac si ad partum perveniat, spiritus qui summam jam contemplationis attingit.

VERS. 18. — *Utinam Ismael vivat coram te*. Sed quid de virtutum excellentia loquor qui Ismaelem, id est affectum carnalem sibi metipsi non Deo obedire volentem, mori inter vitia adhuc vereor. — (VERS. 19.) *Sara*, ait Deus, *pariet tibi filium, et constituam pactum meum illi in fœdus æternum*. Non solum non morietur Ismael concupiscentiis assentiendo, sed Sara voluntas scilicet ipsa, interius exteriusque jam principans, ex puritate conscientia spei gaudiosæ fructum concipiet, ex quo amoris æterni soliditatem mens ipsa suscipiet. — (VERS. 20.) Super Ismael quoque, quem tu tentationum molibus obrui trepidas, exaudieris : duodecim duces generabit, fidem scilicet Trinitatis cum evangelici sermonis custodia ducatur suo interiori efficacia procreabit; quatuor enim ter, et tria quater duodecim faciunt : et fides in ternario, mortua est sine operibus, id est sine evangeliorum, seu quatuor virtutum principium quaternario : duodecim duces generat, si apostolicam doctrinam affectus præcordialiter concipit et affectat. (VERS. 21.) *Pactum meum erit ad Isaac, quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero*. Ad Isaac pactum stabilitur, cum spei nostræ ad amoris incentivum æterna Deus præmia pollice-

tur : quem Sara tempore isto in anno altero parit, dum voluntas hac ipsa animi temperie, cum scilicet Deus secum rationis illustratione loquitur, et in anno, non modo isto, ubi adhuc decertatur cum vitis per plenitudinem luminosæ actionis, sed in altero, ubi neque strepitibus consopitis perficitur annualis solemnitas sperandarum æternæ beatitudinum contemplationis, spem prosequitur usque ad exhibitionem et efficientiam digni et idonei operis; non enim est dicenda spes, si hanc ulla non commendat vivæ executionis res.

VERS. 22. — Finito sermone ascendit Deus ad Abraham, cum interdum sese dispensatorie subtrahendo ostendit humano spiritui nequaquam suo subesse arbitrio divinæ aspirationis gratiam, sed de supernis a Patre luminum hanc petendam. — (VERS. 24, 25.) Nonaginta ergo annorum et novem Abraham circumciditur, dum ad dexteram divinæ visionis, et gloriæ etiam in præsentī prægustandam quæ prælibatio quædam futuri denarii est, oculus spiritus expurgatur. Centenarius namque, ut dictum est, transit in dexteram, quam hic assequimur aliquando speculante beatitudinis nostræ Deum summam. Ismael quatuordecim annorum circumciscus dicitur, quia carnalis affectus per decalogi observantiam, et Evangeliorum custodiam ad puritatis virtutem adducitur.

VERS. 26, 27. In ipso die mares omnes domus ejus circumciduntur, quia in eadem quæ hæc Deus menti ratiocinando loquitur aspiratione, quidquid virtutis interius est, quas palmas, qui fert fructum, ut magis afferat, sedula eget emundatione; alienigenæ, et hi qui non sunt de nostra stirpe, eadem exponuntur sententia, quod præmisimus supra, de reliquis tractabimus infra.

#### CAPUT XVIII.

VERS. 1, 2. — Apparuit autem Dominus Abraham in convalle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui, in ipso fervore diei. Cumque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. Postquam Abraham, id est pater videns populum, discernens scilicet turbas cogitationum, Ismael, id est sibi non Deo obedientem, circumcidit affectum. Ismael, enim dicitur obediens sibi, et vernaculos ingenta sibi naturaliter bona, et emptios, labore quolibet acquisita, et alienigenas, vita undecunque contigua, illa examinans, ista prorsus abscidens, apparet ei Dominus in convalli Manbre. Convallis humilitas est : Manbre divisiones, vel perspicua sonat; in humilitate enim constituti perspicaciter dividimus, id est discernimus, et quid sumus et quid agere debeamus. Tabernaculum autem est obsequium, quo Deo militamus : in quo ostium est, quia ibi spes ex hoc egrediendi ad requiem est, in hoc sedemus, quia in hac spe perseveranter quiescimus, nam dormitur inter medios clericos (Psal. LXVII, 14), et sedere perseverare est, ut illud : *In cathedra pestilentiæ non sedit* (Psal. 14) : in ipso fervore diei, hoc est in eodem quo circumcisio prædicta acta est mentis

A spirituali intellectu. Elevat oculos, cum ad intellectualia sola contuenda erigit cordis obtutus ab omni infirma imaginatione seclusos. Tres viri sibi apparent stantes, cum sensualitas, imaginatio ac intellectualitas ad momentum dum mens tenditur in divina subsistunt, et propter nos, id est juxta nos, ab externa evagatione cessante, dum Deus ab humili mente persentitur, se deprimunt.

VERS. 3, 4. — Quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, et adoravit in terra. Et dixit : Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum : sed afferam pauxillum aquæ, et laventur pedes vestri, et requiescite sub arbore. Cum animales habitus nostros supervenienti gratiæ substare conspiciamus, in occursum eorum currimus, dum studium nostri liberi arbitrii ad excipiendum quod influit præparamus, et hoc de ostio, de spe scilicet, qua in superna mens inhiat tabernaculi, id est militiæ nostræ habemus : adorat ergo in terra, humiliatur conditionis vilitate cognita. Si, inquit, oculorum spiritualium scilicet donorum tuorum gratiâ me dignaris, ne momentanee ut aliquos soles me attingas, sed sic adesto ut immoreris, meque aliquandiu consoleris afferam pauxillum aquæ, id est elaborabo quippiam compunctioni aptum, et gratiæ, ut vobis, o sensualitas, imaginatio ac intellectualitas, pedes laventur, mobilitatis videlicet vestræ, qua per terrena labimini peccata, munden-  
C tur, a quo discursu saltem dum modo suppetit sub arbore quiescite, id est sub Spiritu sancti, quæ ab æstu vitiorum vos protegat, vosque alat, respirate virtute.

VERS. 5. — Ponam buccellam panis, et confortate cor vestrum, postea transibitis; idcirco enim declinastis ad servum vestrum : Fac, inquit, ut locutus es. Buccellam panis ponimus, cum sacræ Scripturæ aliquid, unde reddatur fervidior, animo ruminandum offerimus, ut inde vivacius fortiori facta ratione Deo vacemus. Postea transibitis, id est, cum cordis voto satisfeceritis, ad tempus ut assolet subtrahere oblata poteritis, ideo namque ad servum vestrum, Deo rigorem vestrum inflectente, declinastis : servi autem nostrorum omnium motuum sumus, quibus tam sedulo observandis inservimus : assentiunt igitur  
D divinæ rationi.

VERS. 6, 7. — Festinavit Abraham in tabernaculum ad Saram : dixitque ei : Accelera, tria sata similæ commisce, et fac subcinericios panes. Ipse vero ad armentum cucurrit, et tulit inde vitulum tenerrimum et optimum, deditque puero. Qui festinavit, et coxit illum. Cum ergo opportunitas, et habitudo animi ad Deo supplicandum arrident, festinet Abraham, quem pater videns populum interpretari diximus, quia paterna pietate ac legitima potestate populo videt, id est providet; festinet, inquam, spiritualis iste Abraham in tabernaculum ad Saram, quæ jam hic interpretatur virtus, ascita utique sibi voluntate bona sine qua quidquid agimus non est virtus, divinam aggrediatur militiam, dicatque ei secundum

rerum efficientiam. Sata, inquit, similæ tria, purum videlicet exteriorem hominem, puram interioris memoriam, subtilitatem contemplationis denique puram, ad unam Dei placiti intentionem commisce, et fac panes, nitidos scilicet vivendi institue mores, quos tamen ignis veteris, sed extincti cinere, quod est peccati, in te quondam regnantis memoria, contra insurgentem superbiam typum preme. Armenta Dei sunt, virtutum quarumque fortium proposita: armenta autem dicuntur ab armis, quia inde antiquitus arma, loricae, galeae fiebant et scuta: ad hoc armentum spiritualis quisque Abraham devotionis celeritate concurrat, et vitulum novum scilicet, attamen intentionis gravitate maturum, abjecta saeculari vetustate, atque obstinatione tenerrimum, et sine voluntaria carnalitate ac negligentiae admissione optimum arripit principalis cujuslibet virtutis institutum; sancti enim licet cunctis videantur florere virtutibus, gratiis tamen quibusdam innituntur specialibus; divisiones enim gratiarum sunt, prout cuique impertitur spiritus (I Cor. xii, 4). Hunc damus puero, quando illius novi hominis Christi bonum nostrum examinandum ac si ad veram regulam mancipamus exemplo: qui festinanter coquit, cum quidquid nobis ex nobis accidit dicitur spiritus sui flamma velocius molli.

VERS. 8, 9, 10. — *Tulit quoque butyrum et lac, et vitulum quem coxerat, et posuit coram eis. Ipse vero stabat juxta eos sub arbore. Cumque comedissent, dixerunt ad eum: Ubi est Sara uxor tua? Ecce, ait, in tabernaculo est. Cui dixit: Revertens veniam ad te tempore isto vita comite, et habebit filium Sara uxor tua. Quo audito Sara risit post ostium tabernaculi.* Butyrum tollimus cum beneficia charitatis aliis impendenda aggredimur: lac sumimus, cum innocenter in nobis ipsis vivimus; sunt enim qui sibi innoxie vivunt, sed aliis nihil pietatis impendunt: butyrum autem non solum esui suave est, sed et alia impinguat, unde et obsequium charitatis significat: idem in propheta sentimus, ubi legitur: *Butyrum et mel comedit* (Isa. vii, 15), et cætera. Cum igitur boni sumus in nobis, et bonitatem impendimus proximis, tunc recte vitulum sanctæ cuspium professionis, coctum igne puritatis inferimus: coram eis, ingenio scilicet, memoria et sensibus nostris, ut hæc sibi in viscerando ac si cibum reficiantur ex his: comedunt ergo, et tanto acrius de sui status humilitate queruntur: Ubi est, aiunt, Sara uxor tua? ac si diceretur: Si tu modo Deum tibi inclaruisse aliquatenus sentire cœpisti, pensa ubi Sara consistat, id est quænam insit firmitas tuæ nuper illuminatæ voluntati; quo enim altius reficimur, eo arctius quidnam simus contuemur. Ecce, ait, in tabernaculo est, quia se contra vitiorum examina militare, conscientiae proficere incipientis responsum est; ipsa namque infert, ipsa refert: *Cui dixit.*

Notandum est quod cum superius dictum sit quia comederunt et dixerunt: Ubi est Sara? nunc dicitur quia singulariter dixit: ubi intelligatur nos non ab-

A surde moraliter aliud accepisse Dominum apparentem, aliud tres viros stantes.

Dixit ergo Dominus: prima Dei apparitio homini in conversione. Qui tamen a nobis non nos deserens usquequaque digreditur, dum per experientiam nostri, peccatique victoriam nos erudit, tuncque ad nos gloria opulentiore revertitur: ne itaque de suo imbecilli statu interior homo quæretur, si vita comes fuerit, id est si in vitæ proposito perseveraverit, et tempus idem, id est temperies ut sic dicam eadem, habitudoque animi persisterit; in fervore enim diei Dominus ea locuturus apparuit, postquam inter tentationes conversationis unitatem tenuerit: Saræ filius datur, quia voluntati jam non novitiæ, sed viriliter militari quadam audacia contra vitia desudanti spes non ut prius timida, sed delectabilis, et certitudine plena, ratione cœlitus illustrata promittitur. Sara ad hæc risit, quia voluntas nostra etsi ad bona nitatur, ex propriæ tamen infirmitatis consideratione quasi subsannans quæ a spe sibi sunt destinata diffidit, unde et post ostium tabernaculi dicitur risisse, ut intelligatur sui laboris diffidentia ab spe paululum decidisse: filios autem nostros, spes nostras ob posteritatem scilicet solemus vocare. Sara itaque filium non habet, quandiu animus passionum nebulis obscuratus quanto inferius timet, minus superius amans, minus etiam sperat, in seipso adhuc fluctuabundus hæret; at Domino post tentationum nos invisente triumphum, cum plena hilaritas cordi infunditur, suscipit profecto Sara filium.

VERS. 11, 12. — *Erant autem ambo senes, proventæque ætatis, et desiderant Saræ muliebria. Quæ risit occulte dicens: Postquam consenui, et Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Ac si voluntas diceret: Ego inveteravi inter omnes inimicos meos in terra aliena (Psal. vi, 8; Baruch. iii, 11), et vir meus spiritualis, scilicet intellectus, non jam sapit nisi veteri homini congrua, incassum contemplationis divinæ acquirendæ voluptati a me impenderetur opera, cui prima deest compunctionis gratia: muliebria autem menstrua sunt, quæ cum fieri mulieribus desinunt, parere desistunt. Quid ergo per menstrua nisi internarum animæ sordium per confessionem vacuefactio? Cum namque voluntas nec perfecta sibi inesse conspicit in confitendis reatibus conversionis initia, postquam juxta propriæ considerationis humilitatem senectutis typicæ intra conscientiam provehitur inertia, non habet ex se, nec circa se invenit, unde sibi nascitura præsumere possit ejus, quæ per intimam a Deo aspirationem promittitur, sinceræ, et intrepidæ spei gaudia: qui enim nihil meretur, si præmia sperare jubetur, nisi respiciat ad gratiam, non tam de promisso gaudet, quam quia non meruit irrideri veretur.*

Sed Dominus ad Abraham loquitur dicens: — (VERS. 13, 14.) *Quare risit Sara uxor tua, dicens, Num vere paritura sum anus? Nunquid Deo est quidquam difficile? Juxta conditum revertar ad te hoc eodem tempore vita comite, et habebit Sara filium.*

Ac si Deus aperte diceret : Si de tua infirma homo voluntate dubitas, cui cum nec velle ad bene agendum adiaceat, perficere non dico, sed nec incipere invenias, Dei omnipotentiam cur desperando subsanas, cum præ oculis tot ejus in omni peccatorum genere misericordias habeas? Vita quam tibi inspirando contradidi, sit perseverantissima in omni boni operis exhibitione comes, et sic in hoc eodem tempore, hoc scilicet ipso interioris tui hominis fervore perdures, ut semper horum subsidio motus carnalis voluntatis studeas rationi subjugare rebelles, et tunc ad remunerandos me ad te revertente triumphos, clarissimæ tibi spei oriatur proles : prius exerce medicinam, qua febribus careas, post tibi virtutum suggeram dapes, quibus ab infirmitate, quæ febribus contracta est revalescas : si feceris **¶** pro salute tui quod condixi, quod et factu facile est, incrementa de quibus desperare videris tibi subministrare difficile mihi non est. Victa convenienti ratione voluntas, se quasi non desperasse dissimulat, et jam ad meliora gerendum pollicitationum majestate succensa, erubescit cogitando replicare quæ senserat, quam tamen verus testis ut ad pœnitentiam ipsius ineptæ desperationis provocet, intellectus improperator accusat : unde dicenti : — (VERS. 15.) *Non risi, risisti*, inquit.

VERS. 16. — *Cumque surrexissent inde viri, diræcerunt oculos suos contra Sodomam, et Abraham simul gradiebatur deducens eos.* Cum non nisi ab humilibus et divino timore contractis sensibus, et quodammodo sedentibus, superni convivii dulcedo gustetur, recte surrexisse dicuntur, cum ad externa studia sollicito animi rigore tenduntur. *Contra Sodomam* autem *oculos* dirigunt, cum ad similitudinem ac conformitatem carnalium motuum, vel hominum, intentiones figunt : Sodomam namque *similitudo eorum*, aut *cæcitas* aut *pecus silens* interpretatur ; post conformitatem sane vitii, aut sæcularium, incurrimus cæcitatem cordium, et distracta sensualitate cum imaginationibus in luxum, venit ad pecuale silentium, dum nulla rationis congressio fit contra carnis assultum, sed perniciose pace tenetur ad cuspis peccati dominium ; sileat enim, usu sacræ paginæ teritur pro quiescere, et non resistere, ut est : *Sileat omnis terra a facie Domini* (*Habac. II, 20*). Abraham autem hos deducens simul graditur, dum ratio visu, et cogitatu phantastico perpulsa ad proclivia facinorum ducitur, scit errorem suum, nec præ infirmitate renititur, hoc fieri solet, scire scilicet suos, ac ingemiscere lapsus, antequam cæcitas omnimoda inascatur mentibus.

VERS. 17. — *Dixitque Dominus : Num celare potero Abraham quæ gesturus sum?* Unde et Dominus non se posse celare Abraham quod gesturus est profiteatur, cum in gentem magnam, ac robustissimam futurus sit (*Gen. XII, 2*), quia ipsi nostro spiritui per vitia violenter acto, quædam plerumque infunditur suæ futuræ ruinæ ac resurrectionis providentia, et dum se videt spargi per crimina, spem tamen

A introgerit, Deo præstante, ad pristina bene agendi se rediturum exercitia. Propter Abraham enim adducit Dominus quæ locutus est omnia, dum propter interioriorem animi de sua quam attendit, nec evincere sufficit pravitate rugitum, quasi Israeli in Ægyptia servitute clamanti, victoriæ aliquando subministrat auxilium. Suscitatur enim viduæ Dominus filium, matris miseratus affectum (*III Reg. XVII, 22*).

VERS. 20, 21. — *Dixit itaque Dominus : Clamor Sodomorum et Gomorrhæorum multiplicatus est, et peccatum eorum aggravatum est nimis. Descendam, et videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint, an non est ita, ut sciam.* Gomorrha populi *seditio*, vel *timor* dicitur ; in mente namque eversa populi, carnalium utique tumultuum *seditio*, et ex pravæ conscientiæ objectu *timor* non Dei, sed hominum suspicio versatur. Ex Sodoma ergo et Gomorrha. cordis scilicet cæcitate, ac flagitiorum seditione clamor oboritur, cum pudore depulso quidquid nequam et impudicum est intra animum, ut etiam exterius exercetur ; is multipliciter aggravatur, dum diuturnitate consuetudinis induratur. Deus vero ad Abraham hæc loquitur, cum ab ipso nostri nobis peccati immanitas intimatur. Inde et descendit, id est ex superbiæ nostræ fastu descendere nos facit, et videt, nostra nos scilicet desideria an opere ad plenum expleverimus, videre nos facit ; ipsa namque clamor sunt in auribus Dei, *ut sciam*, inquit, ut scire profecto faciam, in quam destitutionem misera mens ruerit, quid appetierit. quid appetitum quoque peregerit.

C VERS. 22. — *Converteruntque se inde, et abierunt Sodomam ; Abraham vero adhuc stabat coram Domino.* Dum exterior homo noster jam cogitatione perversa sæculo conformari desiderat, inde, id est ex sui ipsius necesse est humili prius consideratione, quam Deo ad Abraham nostrum loquente concepit, ab ipsoque Deo se convertat, ut bestiali vitæ, id est Sodomæ intendendo cæcutiat. Sed adhuc *Abraham coram Domino* stat, quia intellectus divinitus sentiens intra seipsum in quæ mala properet gemebundus pensat ; iste Domino appropinquat, cum secundum Scripturas, status quosque mentis examinans, de singulis discutere apud se nititur, quid Deus sentiat. — (VERS. 23.) *Nunquid perdes*, inquit, *justum cum*

D *impio?* Ac si diceret : Nunquid etsi ex carnis imbecillitate in vitium labor, ego spiritus qui condecor legi Dei, et secundum interioriorem hominem vivere gratius habeo, ne videam, aut videns exequi cupiam quod justum est, etiam cæcitate damnator? — (VERS. 24.) *Si fuerint quinquaginta justi in civitate peribunt simul?* Per quinquagenarium numerum pœnitentia accipitur, quod ex psalmo quinquagesimo aperte probatur ; *quinquaginta ergo justi sunt in civitate*, cum digni pœnitentiæ motus versantur in mente. — (VERS. 26.) *Si invenero*, inquit, *quinquaginta justos in medio civitatis, dimittam omni loco propter eos.* In medio civitatis justi inveniuntur, cum compunctionis motus in ipso cordis meditullio non ad horam, aut ex latere, ut assolet, sed perseveranter



et cum integro vitia corrigendi voto nascuntur; A rio pedem animi ponimus; non igitur in hoc statu omni autem loco dimittitur, cum menti a sua dispersione collectæ, et 7 omnino jam factæ locali indulgetur, ne in deteriora labatur.

VERS. 27, 28. — *Loquar, ait, ad Dominum cum sim pulvis, et cinis. Quod si quinquaginta justis quinque minus fuerint inventi? Non, ait Dominus, delebo, si invenero quadraginta quinque. Ad Dominum loquimur, cum de nostra pravitate apud ipsum orando conquerimur; pulverem nos fatemur, cum aut nos peccatores, aut ad omnem tentationis statum instabiles nos esse cognoscimus; peccanti enim dictum est: Pulvis es (Gen. III, 19). Cinis vero ignis assumpti indicium est, quod significat præteritorum peccatorum memoriam, quæ sicut cinis ignem, sic fovet et refricat vitii cujusque calorem. Cinis itaque sumus, quoties pristina nostra mala voluptuosa recordatione nutrimus; sed non delemur, si quinquaginta justis quinque minus habentes invenimur, quia etsi perpetratores nos pœnitet, et imbecillitas interioris hominis ad integrum restringere quinque carnis sensus non valet, tamen divina clementia tantillum pœnitendi appetitum non renuet, nec residuum bonæ introrsum voluntatis delet, cum mens mius quam convenit sensualitatem non audacia, sed infirmitate coercescit. Quadraginta autem quinque in nobis reperiuntur, cum per gratiam Evangelii, quæ quaternario signatur, et ductu Decalogi, qui denario accipitur, sensualitas interior, id est imaginatio plene regitur; nisi enim sensus hi corporis arctius multo animæ inessent, nunquam eorum, quæ audivimus, tetigimus, olfecimus, tantæ se ei memoriter delectationes immergerent.*

VERS. 29. — *Sin autem quadraginta inventi fuerint, quid facies? Ait: Non percutiam propter quadraginta.* In quadragenario sumus, cum aut corpus nostrum quatuor subsistens elementis denario legis, addicimus, aut quia denarius ex septem et tribus, constat, septenarius vero ex quatuor et tribus, corpus nostrum quaternario figuratum, animamque ternario per quatuor Evangeliorum custodiam, aut quatuor principalium virtutum observantiam ad Trinitatis inducimus notitiam, quam nil aliud dicimus, nisi corpore, et anima Deo observandi diligentiam. Notandi autem sunt per numeros statuum gradus, in quibus a pœnitentia continentia proficit virtus, nec pia intentio perversi actus merito exigente concutitur. — (VERS. 30.) *Quid, inquit, si inveneris tibi triginta? Non, ait, interficiam propter triginta.* Trigenarius ex sexties quinis constat. Senarius autem, quia sex diebus sua Deus opera peregerit, pro perfectione accipitur; quinarius vero non solum ad exteriores et intrinsecos sensus, sed etiam ad opera ipsa refertur; quinquepartita enim est corporearum rerum divisio, in personam scilicet, quæ quippiam agit, materiam unde agit, motum per quem facit, occasionem quare fecit, effectum quod facit. Cum ergo ad perfectum sensualitatem, imaginationem, operumque ordinem, prout humanitati suppetit, producimus, in trigena-

rio pedem animi ponimus; non igitur in hoc statu interfectioni, sed salvationi locus est. — (VERS. 31.) Sequitur vicenarius numerus in quo adhuc non perit civitas; vicenarius ex septenariis duobus, et senario constat: per unum ergo septenarium temporalia, quæ septemvolvuntur diebus, per alterum nostrum corpus, et anima; per senarium spiritualis creaturæ accipitur gratia, cui quasi magistræ subijcitur restringendi nos, et quæque mundi concupiscibilia; homo enim factus est die sexta: sub qua cum nos, et exteriora nostra posuerimus, ad regulam primam charitatis videlicet unitatem pervenimus, in qua perire non possumus.

VERS. 32. — *Obsecro, inquit, ne irascaris, Domine, si loquar adhuc semel. Quid si inventi fuerint ibi decem?* Animadverti debet, quod semel se ad Dominum loqui cœpisse commemorat. Semel in Scripturis pro eo quod est incommutabiliter positum reperimus; incommutabiliter igitur ad Dominum loqui incipit quisquis vitæ perfectioris institutum precibus, et studio operum perseveranter a Deo expetit. Denarius ergo ad extremum ponitur, qui in vinea laborantibus promittitur (*Matt. xx, 2*); hæc est illa universalis perfectio, æterna scilicet, cui in futuro videntæ nunc insudatur, Dei visio, quæ est omnis plenaria felicitatis origo, sicut denarius quædam numeri constat certa perfectio, et sine quo aliorum qui sequuntur, non fit numerorum ulla collectio. — (VERS. 33.) *Abit Dominus, postquam cessavit loqui ad Abraham, et ille reversus est in locum suum.* Post hanc ergo conscientia illustrationem, qua quæ agenda nobis sunt in diversis vitæ statibus, quasi Deo per attackum rationis nos alloquente vigilanter attendimus: *Abit Dominus*, quia ostenso vitæ tramite relinquit nobis liberi arbitrii munus, et quasi secedens ad tempus experiendo nos permittit agere quæ volumus; præsidente itaque Deo menti nostræ supra nos sumus, recedente autem dispensative ipso, ad locum nostrum revertimur, quia ad eam animi torpidam habitudinem relabimur illico, quam ex pura humanitate habemus, si enim perpendamus quid ex nobis simus, mendacium verbi, et operis solummodo in nobis advertimus.

#### CAPUT XIX.

73 VERS. 1, 2. — *Veneruntque duo angeli Sodomam die vespere, sedente Lot in foribus civitatis. Qui cum vidisset eos, surrexit et ivit obviam eis, adoravitque pronus in terram, et dixit: Obsecro, domini, declinate in domum pueri vestri, et manete ibi: lavate pedes vestros, et mane proficiscemini in viam vestram.* Per duos angelos sensualitas et imaginatio accipitur quæ recte angeli, id est nuntii dicuntur, quia sensus exterior cogitationum nuntiat visioni, quæ foris senserit, rursusque imaginalitas refert intellectualitati, quæ sibi sensualitas forastica impresserit, hæc duo veniunt Sodomam, cum curarum mundanarum irruunt cæcitatem, et vespere, divinæ scilicet spei deficiente calore. Lot autem in foribus civitatis sedet, quia animus noster a linea justitiæ jam declinans, et delectationum retibus vinctus, flammisque

avari desiderii spirans, ad ingressus suggestionum A segnis, et languidus torpet; adversus hæc enim standum est, id est decertandum: cum enim dixisset Apostolus: *Stare in fide*, consequenter stationem illam exposuit dicens: *Viriliter agite* (I Cor. xxi, 13). Ille itaque qui prius Abraham propter a Deo illustratæ discretionis intelligentiam dictus est, postquam ad locum suum revertitur, Lot dicitur, qui juxta quod supra expositum est, *declinans*, vel *vinc-tus*, vel *utinam* interpretatur, in quo utinam illud apte notatur, quod legitur: *In desideriis est omnis otiosus* (Prov. xxi, 25); utinam enim optantis est verbum: sedere etiam judicantis est. Sedet igitur Lot in foribus civitatis, dum humano ratio a recto licet declinans, et vinculo concupiscentiæ tracta secundum sæculi honestatem, propriæ examina, introitum delectationis; dum enim sensus nostros ac cogitationes in pecuale videmus labi silentium, nec in Dei auribus vitalem cujuslibet bonæ actionis edere sonum, pudorem plerumque verentes humanum, restringimus petulantiam nostræ fluxum, sur-gimus, id est, erigimus desidem ad hæc reprimenda animum, et adoramus in terram proni, superbien-tem scilicet, ne pereffluat, in consideratione propriæ conditionis humiliamus affectum. *Obsecro*, inquit, *domini, declinate in domum pueri vestri*, id est, intra conscientiæ secretum a forinseca vos evagatione restringite, vobisque rationis servitium adhiberi permittite; *ibique manete*, sub ea scilicet vos perse-veranti instantia cohibete, *pedes vestros lavate*, sordes malitiæ, quas affectando terrena contraxistis, pœni-tendo diluite, *mane in viam vestram proficiscimini*, radio utique divinæ charitatis vestris sensibus infulgent, Christum, qui via ad se tendentibus est, desiderii sancti passibus aggrediemini. *Qui dixerunt: Minime, sed in platea manebimus*.

VERS. 3. *Compulit illos oppido, ut diverterent ad eum; ingressisque domum illius fecit convivium, coxit azymu, et comederunt. In platea manere gestiunt*, quia arctam et angustam viam, qua ad vitam tenditur, sensuum cogitationumque nostrarum volubilitates refugiunt; lata ergo ad manendum diligunt, dum palere nugis quibuslibet portas mentis corporisque nos metuunt, et vas omne sine operculo immundum esse secundum legem, suggerenti rationi non assentiunt. *Oppido* autem impellimur, cum timendo humanitus ne pedetentim tepescendo labamur præ oculis hominum in aliquod grave flagitium, carnis frenamus impulsus, aut divini etiam judicii nobis opponendo metum, sicque landem a publico incuriæ divertimus in rationis asylum; sed his conscientiæ munimine sese foventibus, orationis, lectionis, contemplationis convivium suggeritur, expurgato malitiæ fermento, azyma sinceritatis, et veritatis (I Cor. v, 7) sancti ad purum spiritus igne coquuntur, et hac refectionis voluptate intrinsecus, et extrinsecus sensualitas vagabunda tenetur.

VERS. 4, 5. — *Prius autem quam irent cubitum, viri civitatis vallaverunt domum ejus a puero usque*

*A ad senem omnis populus simul. Vocaveruntque Lot, et dixerunt ei: Ubi sunt viri, qui introierunt ad te nocte? Educ eos huc, ut cognoscamus eos. Imus cubitum*, quando in nobis quiescere incipit strepitus negotiorum forensium: prius autem quam ab his consopiat animus, *viri civitatis*, feroces videlicet motus corporis domum vallant, id est scientiam coangustant; per senes possumus intelligere originalia, per pueros actualia quæ super addimus, et adinvenimus etiam mala; verbi gratia cum libido naturaliter nobis insit, ut de cæteris taceam, novitates quotidie libidinum, et præter solidam coeundi regulam commentatas miramur, et mirando dolemus. Ex sensibus pueri in dies oriuntur, quia ex ingenita corruptione novus indesinenter vitii fetor egreditur; sunt quoque pueri quædam non naturalia crimina, sine quibus et ex parte fuisse traduntur ante diluvium tempora, ut sunt avaritia, cenodoxia, cultuumque externorum superbia, longo autem post tempore reperta, imo producta, acriore nunc fervent insania; senes vero gastrimargia, ira, tristitia, luxuria. Hi itaque cum omni cogitatum carnalium populo Lot evocant, quia delectationum præteritarum dulcedines, et earum rerum, quæ impræsentiarum tenentur, amores rationi objectant, et ad bona exteriora haurienda compellant. *Ubi sunt*, inquit, *viri qui introierunt ad te nocte*, tenera scilicet illa quondam interior exteriorque sensualitas tua, quam nunc sub virili robore constrinxeris, C attende in quo statu sit, an in eo perseverare tibi possibile sit, qui ad te noctu, id est improvise introierunt, quod totum est ab exterioribus quæ sibi pertinent rebus curandis, ad spiritualia quæ sui officii non sunt, nec ferri possunt 74, se intruserunt; *Educ eos huc*, exeres sensus ad exsequendum ordinem usumque temporalium cui fruendo facti sunt ut cognoscamus eos, ut nostri profecto notitiam jugi eis experientia voluptatis addamus.

VERS. 6, 7, 8. — *Egressus ad eos Lot post tergum accludens ostium ait: Nolite, fratres mei, malum hoc facere. Habeo duas filias, quæ nondum cognoverunt virum, educam eas ad vos, et abutimini eis, sicut placuerit vobis, dummodo viris istis nihil faciatis mali, quia ingressi sunt sub umbra culminis D mei. Lot ad eos ingreditur, dum ad discutiendam a quibus interpellatur vitiorum qualitatem vis rationis exeritur; post tergum ostium accludit, dum mentis aditum his quæ retro sunt, temporalibus scilicet anteriora petens, id est æterna, obstruit, et in ipsa discussione peccati ne voluptas furtive subripiat, sese munit; fratres autem nostri ipsi sunt motus corporei, ex eadem qua et virtutes prodeunt mente progeniti; eadem enim terra quæ segetem generat, spinas, et tribulos pariter procreat: Nolite, ait, hoc malum facere, ad evidens videlicet me flagitium provocare. Duæ filiæ mihi videntur posse accipi duo quædam, quæ magnam in bonis mentibus teneritudinem pariunt, habendi cupiditas, et opinionis amor, id est cenodoxia; vix enim aliquis in*

profectu positus tentatione quidpiam habendi caret, vix justus cenodoxiæ impulsu vacuus est, etiam quo justior est; hæc ergo sunt, quæ rationis robur effeminant, unde et filix sunt, quæ non cognoscunt virum, quia non experiuntur rationis dominium; dicitur enim cuidam: *Voca virum tuum* (Joan. IV, 16), id est intellectum; sunt namque innumeri, qui corporalia, et quæ vulgo probrosa sunt vitia magis vereri solent, ut sunt gulositas ac extraordinaria luxuries, quam spiritualia, ut avaritia et superbia sunt, exhorrent. Hæc itaque educuntur, dum ab illa adhuc divina nimis sapiente, et terrenis inhiante ratione voluntati dæmonicæ prostituuntur, quibus per eadem crimina abutitur. Hoc se facturum spondet, dum viris, id est sensibus sese viriliter agentibus nihil fiat mali, id est scandali, quia *ingressi sunt sub umbra culminis mei*, ab æstu scilicet carnalium appetituum, ad me rationem se contulerunt sancti Spiritus ibi protectionem habituri, qui tegmen capiti meo est in die belli.

VERS. 9. — *At illi dixerunt: Recede illuc; et rursus: Ingressus es, inquit, ut advena, nunquid ut iudices? Te ergo magis quam hoc affligemus; vimque faciebant Lot vehementissime.* Quod est totum ac si carnis appetitus sub speciè vitiorum diceret ironice rationi: *Recede ergo a bonorum temporalium usu, quibus licite inhærere poteras, ad intellectualitatis summam in qua perseverare non queas, ubi et corporis sensus ridicule nimis a suo officio abstinens occultare te putas? Ratio homini fateor data est, quæ sine ullis externæ rei cupiditatibus Deo vacare debeat.* Et hæc vernacula, et ut sic dicam indigena homini est; tu autem adventitia in conscientiæ aditum, quasi ancilla, dominatum imitans fallaciter ingrederis, quæ vitia spiritualia prosequeris, et corporalia pro solo pudore humano refugis, pensa quo animi robore sedem adversus nos iudicii tenere poteris; non ergo tam adversum tuos sensus machinas tentationis erigimus, quam contra reflandos tui tumoris novos fastus; inde igitur Lot isti typico internæ tempestatis turbo congeritur.

VERS. 10, 11. — *Jam prope erat, ut infringerent fores. Et ecce miserunt manum viri, et introduxerunt ad se Lot; clausuruntque ostium: et eos, qui erant foris, percusserunt cæcitate a minimo usque ad maximum, ita ut ostium invenire non possent.* Fores infringuntur, cum præcepta Dei, aut virtus animi, qua Deus admittitur, hostisque excluditur, in nobis diabolo pulsante læduntur; sed *manum viri* mittunt, et Lot ad se introducunt, cum sensualitas utraque rejecta naturali mollitie fortitudinem virilem exerit, et manu divini auxilii rationem sibi astringens interiora petit, et ostium, fenestras scilicet corporis, qua mors subintrat, obstruit, sicque temporalia cuncta quæ nos irritant a minimis ad maxima utpote contemnendo destituit, et cæca nullo, videlicet quod abs quolibet probro concupisci debeat, prosperitatis lumine fulgere ostendit; quæ cum fuerint iudicata omni cordis respectu ad tempus

A scilicet tentationis indigna, jam eis adulantibus ostium, qui subripiant non est in conscientia.

VERS. 12, 13. — *Dixerunt autem ad Lot: Habes hic tuorum quempiam? generum, aut filios, aut filias? omnes qui tui sunt educ de urbe hac. Delebimus enim locum istum, eo quod increverit clamor eorum coram Domino, qui misit nos, ut perdamus illos.* Dum ergo sensus nostri ejus, quæ præ oculis est, terrenæ gloriæ seduci blanditiis timent, ipsa sua passione rationem docent, succidendos a se universos mundi affectus, generos, pravos scilicet homines, qui *filias*, id est infirma adhuc, necdum plene ad Deum prona desideria nostra suis exemplis, monitis, aut familiaritate ad terrena prosternunt, *filios* etiam, spem videlicet nostram in futurum transferendam, aut sæcularem potentiam, aut fortia mundi opera, unde Job dicit mortem elegisse ossa sua (Job VII, 15), quæ masculorum solent signari persona, omnes eliminari monentur a conscientia; vident enim impossibile concupiscentiarum ignem interius enutrire; et admotas ab igne voluptatum paleas non abripi; exstinguatur cupiditas, nec nocebit peccandi opportunitas. Omnes de urbe educimus, qui nostri sunt, cum a carnis desideriis rationalitatis insignia separamus, quasi a paleis granum: *Exeamus*, Apostolus ait, *ad Jesum extra castra* (Hebr. XI, 34): sensus autem locum delent, cum mundanorum rerum imaginationes, exterisque visiones, quantum possunt, a se abolent 35: locus noster hic mundus est, in quo conflatur juxta Job aurum (Job XXVIII, 1), vallis lacrymarum locus quem posuit Deus. Missi sunt, ut perdant eum, quia creati, vel missi, a corporali scilicet voluptate emissi sunt, ut exterminent in seipsis mundi appetitum; pravi enim desiderii ululatus inde surgit ad Deum.

VERS. 14. — *Egressus itaque Lot locutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias ejus, et dixit: Surgite, et egredimini de loco isto, quia Dominus delebit civitatem istam; et visus est eis quasi ludens loqui.* Generi possunt altius intelligi: diximus duas filias, avaritiam, et cenodoxiam, quia cum aliqui proficere in alicujus boni operis exhibitione cœperint, ad ambitionem honoris, aut pecuniæ, seu humani favoris aspirant: hæc itaque filix fluxæ mentis fluidi sunt conceptus, harum vero mariti, imo constupratores concupitæ rei sunt, vel externæ laudis obtentus; obtentis enim quæ cupimus, quasi in quadam libidinis expletione jocundamur: generi ergo filias accepturi, fructus sunt cupiditatis et gloriæ inanis, qui exspectantur venturi. Hos a Sodomâ dehortamur, cum nil in sæculo sperare, et ab ejus similitudine deformari monemus; surgere vero, torporem repellere, egredi, mores exuere dicimus, quia sic delebit in affectu nostro mundi amorem Dominus: videtur tamen eis quasi ludens loqui, quia discretio rationis non ad plenum a Deo illuminatæ, nil serium, nil stabile, aut certum carnis valet motibus suadere; non enim tangitur spiritus unguine. Lot autem ad eos hæc locuturus egreditur,

quia spiritus carnis illecebras etsi non operis, tamen A cogitationis prævolatione ista tractando transgreditur.

VERS. 15. — *Cumque esset mane, cogebant eum angeli dicens: Surge, et tolle uxorem tuam, et duas filias quas habes, ne et tu pariter pereas in scelere civitatis.* Quamdiu turbam animi tentando patimur, nox est nobis, et moramur in Sodomis, in quadam scilicet cæcitate mentis. At Deo cordis irradiante sinum fit mane, et pristina illico nos pudet cogitationis; ab ipsis enim jam cogimur angelis, sensibus utique nostris, qui pridem cogebantur imperio Lot, id est rationis; coguntur namque ab angelis cum rationi jus ipsa suæ nuntiat necessitatis, non posse sensus cohiberi a concupiscentia in Sodomis, in cohabitatione videlicet sæcularis conversationis; non enim potest quisquam non æstuarè in flammis: Surge ergo, inquit, tu prævia ratio, id est ad vitiis resistendum erigere, uxorem, id est voluntatem tuam, quæ non hactenus jugo mariti, quod est intellectus, teneri se patiebatur, sed adulterinis passim amoribus distrahebatur, tolle, eam utique quæ te male tulerat, uti paralytico dicitur (*Luc. v, 24*), tollere jam, hoc est regere disce, et pariter duas filias, ut profecto jam non terrena in Sodomis, sed cœlestia in divinis cupias, et puritati potius quam inani foris gloriæ studeas ne et tu pariter cum pecore silenti pereas.

VERS. 16, 17. — *Dissimulante illo apprehenderunt manum ejus, et manum uxoris, ac duarum filiarum ejus, eo quod parceret illi Dominus. Posueruntque extra civitatem [al., ibi locuti sunt ad eum], ubi locutus est ad eum Dominus. Salva animam tuam, noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in monte salvum te fac.* Dissimulamus, cum bona quæ et sensuum ac imaginationum molestia nostro spiritui fieri convenire nuntiat, differimus: apprehendunt manus ejus, uxoris, ac filiarum, cum cogitationis, sensualitatisque dubia dese infirmitas auxilio rationis. bonæ voluntatis, piæ ad sancta opera aviditatis, cum spe gloriæ non inanitatis, sed æternitatis fortiter innituntur, sicque extra civitatem ponuntur, sicque a mundi desideriis alienantur. Salva, inquit Dominus rationi, quid facto opus sit insinuans, animam tuam, noli respicere post tergum, id est ne repetas ea, quibus intulisti [*f.*, indulgisti], contemnendo dorsum, nec sis vitiorum, quæ abdicasti, materiei contiguus, verbi gratia, noli esse affinis mulieribus, propter quod relabaris in pejus, sed in montem, in quantamcunque scilicet virtutis excellentiam altius eniti potes emigra, ne ex mali confinio tibi oboriatur occasio salutis contraria.

VERS. 18, 19, 20, 21. — *Non possum, inquit, Domine, salvari in monte, ne forte apprehendat me malum, et moriar. Est civitas hic juxta, ad quam possum fugere, parva, et salvabor in ea, nunquid non modica est, et vivet anima mea? Ecce, ait Dominus, etiam in hoc suscepti preces tuas, ut non subvertam urbem, pro qua locutus es? Non possum salvari in monte, in nimis arduo sanctitatis opere, ne apprehendat me elationis, aut*

apostasie malum, nedum onus super me levare molior, retroactus inveniam rasum: est civitas hic juxta, humilis penitentiae firmitas in promptu arbitrii est sita, quæ cum sit parva, non captui meo nimis austera, ibi salutaria captabo perfugia: nunquid non modica est? Ac si diceret: si ex superbia primæ perditionis origo processit, nonne per humilitatis depressionem ac modestiam salvari licebit? Vivat, inquit, anima mea, perseveret in statu alicujus boni operis vita mea. Suscepi, ait Dominus, etiam in hoc preces tuas, ut tam ardua vitæ instituta refugiens, modica, id est mediocria consectoris, licet justum videretur, si Deus districtè judicare disponderet, ut qui bona quæ potest agere dissimulat, illa etiam quæ agit perdere debeat; merito namque ipsa pœnitendi affectio in hominesubverteretur, qui in aliis quibus potest virtutibus non exercetur: cum ergo statui nostro Deus licet tepido condescendit, aperte innuit quia cum gratiam compunctionis nobis impendit, id parvum quod gerimus non respuit, sic urbem quam eligimus quamvis parvam non subvertit.

VERS. 22. — *Festina, et salvare ibi.* Id est si modica eligis, in his saltem exsequendis sedulus, et alacer esto, festine procurans in quo salveris. *Non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc.* Quamdiu enim vitiis acquiescere, bestialiter silere dulce habemus in Sodomis, non potest Deus quidquam operari virtutis in nobis, nam ut filiis Zebedæi dicitur: sedere ad dextram, vel sinistram (*Matth. xx, 23*), non est suum dare superbientibus nobis; prius enim secundum quod alias dicit: dæmonia ejicit, et sic demum sanitates perficit, quod nequaquam nisi ejectis dæmonibus fieri possit; non enim adest auditio, nisi primo surditas excludatur: ingrediamur igitur sanctæ modicitatis asylum, ut abdicata obstinatione peccati, valeat Deus, qui nil injustum facere prævalet, medicinam nobis adhibere virtutum; injustum namque esset, si diabolo hominem possidenti Deus pariter cohabitaret; impotens ergo ad hoc prorsus Deus est. *Idcirco vocatum est nomen urbis illius Segor: sol egressus super terram et Lot ingressus Segor.* Segor interpretatur meridiana, vel parva: parva ob humilitatem, meridiana propter in æstu vitiorum obumbrationem; virtus enim Altissimi, quæ nobis obumbrat, non nisi super humilem, et quietum illabatur, quo nomine spiritualis ista munitio ad quam confugimus, merito insignitur. — (*VERS. 23.*) Sol, fervor scilicet tentationis ex insita corpori corruptibilitate egreditur super terram, id est ad ipsam corporalium motuum velimus nolimus efficientiam, sed Lot, ratio videlicet nostra, subit quasi quoddam umbraculum Segor, id est humilitatem.

VERS. 24, 25, 26. — *Igitur Dominus pluit super Sodomam et Gomorrhham sulphur et ignem a Domino de cælo: et subvertit civitates has, et omnem circa regionem universos habitatores urbium, et cuncta terræ virentia. Respiciensque uxor ejus post se, versa est in statuum salis.* Pluit Dominus super Sodomam et Gomorrhham, cum per instillationem supernæ mo-

nis fetorem, qui signatur in sulphure, et crum qui in igne, cæcitati, et seditioni vitiorum onstrat nobis inesse. Bonum quantum in nobis quasi Deus nos habitans est : Dominus ergo, id onitas in nobis degens, a Domino haurit, quod s de cælo, ratione scilicet divinitus tacta ad vertendos dæmones habitatores urbium, sensuum ue nostrorum pluit : omnem circa regionem, di affinitatem, et cuncta terræ virentia, terrenæ quælibet delectabilia, hac Deus infusione cognis exstinguit, quantum puteant quantumque ient criminum curæ, patenter ostendit. Post se m uxor Lot respicit, cum bona voluntas primedullitus innixa rationi ad ea quæ spreverat, ili oblectamenta appetenda tepescit : post se icit, cum a cæpto statu deficiens infra se quip- i concupiscit : sed vertitur in statuam salis, hanc apostasiæ hebetudinem animadvertens in darguit sapientia salutaris; nam suam ad ple- stoliditatem, quam statua signat, dignoscere, maxima est scientiæ, quæ notatur in sale.

VERS. 27, 28. — *Abraham consurgens mane, ubi rat prius cum Domino, intuitus est Sodomam et orrham, et universam terram regionis illius; que ascendentem favillam de terra quasi fornacis im.* Abraham mane consurgit, cum Deo se il- ante ad altiora mens contemplanda se subrigit, amdem regressa statum, in quo de mentium bonarum per numerorum gradus altercabatur hominum, unde et nomen jam mens ipsa recipit abraham patris videntis populum, quæ nunc usque dicta est, ex quo ab integritate vincita cœperat inare : stat autem cum Domino, quando per ni rectitudinem non dissentit ab ipso intuetur mam et Gomorrhæ, atque regionis terram, flagitiorum turbulentiam, et sensus reprobri tatem, eorumque circumstantem materiam di- nus irradiata dispicit, videtque ascendentem de i favillam, ab intimis sane conscientiæ exsurgen- pœnitentiæ compunctionem sibi necessariam m jam intelligit, quasi, id est revera fornacis im, scilicet ardoris, et cruciatus interni signum. re, ait, montes, et fumigabunt (*Psal. CXLIII, 5*), st cordis dolorem per lacrymas evaporabunt. VERS. 29.) *Cum ergo subverteret Deus civitates re- is illius, id est cum vitia diaboli in homine tantis munimenta subrueret, recordatur Abraham, mem profecto facit suæ dignitatis meminisse, oth ipsam utique humanitus lapsam, ne in obum evertatur sensum per vitia quibus sub- it, dignatur liberare.*

VERS. 30. — *Ascenditque Loth de Segor, duæ quo- filix ejus cum eo; timuerat enim manere in r, et mansit in spelunca ipse, et duæ filix ejus eo.* Lot ascendit de Segor, cum humani ti- pudoris ne scilicet palam lapsus probro pateat anus intellectus in minoris vitæ proposito per- ere veretur, et ad excellentius conversationis tutum quasi ad montem promovetur : quæ in-

A digna, quam prætulimus, intentio, ex duarum filia- rum, quas exposuimus, cohabitatione funesta nota- tur : prædictis itaque ex causis in tepido quasi ti- mens persistere vivendi modo, hoc est in Segor, transit in montem, ibi tamen in spelunca victurus, qui ferarum et latronum est locus, quia cui tales comi- tiam præbent filix, crudeles nunquam deserit appe- titus. — VERS. 31.) *Dicit ergo major ad minorem: Pater noster senex est, et nullus virorum remansit in terra, qui possit ingredi ad nos juxta morem universæ terræ.* 77 Major cenodoxia omnino recte accipitur, quæ cum bona operetur, id non agit, ut Deus glorifice- tur, sed quasi quadam idololatria, ac sacrilegio, ut homo præpostere honoretur; loquitur ergo ceno- doxia ad cupiditatem, dum quod violenter rapi non potest, suggerit acquiri posse per sanctitatis simu- lationem. *Pater noster*, animus scilicet, qui malo suo tales genitrice carnali affectione genuit, *senex*, in- quit, est, ad vetera et temporalia pronus est, et nullus virorum intellectualium plane motuum, qui affectualem in nobis mollitiem regant, remansit in terra, in fructifera quondam, et cultibili conscientia, qui possit ingredi ad nos, irrumpere avidi cordis ad nos evertendos obstinationem, juxta morem univer- sæ terræ, id est in quantum, vel juxta quod necesse esset reparari morem scilicet pristinum universæ conscientiæ : posset sane ratio ingredi ad remor- dendam cujuslibet mentem, sed non facile ad inno- vandum vivendi morem. — (VERS. 32.) *Veni*, inquit, heus, tu cupiditas, quia vim inferre ad ea quæ cupis obtinenda non prævalet, age dum clam meis utere officiis. *Inebriemus eum vino*, id est, impleamus animum jucunditatis temporalis gaudio, dormia- musque cum eo, totius scilicet oblivionis et negligentia ejus opprimamus providentiam somno, *ut servare possimus semen ex patre nostro*, ut fructum utique cujuspiam temporalis commodi exigamus, vel delectationem alicujus peccati crebra in modum feminis propagatione iterandam eliciamus ex animo talium fetuum affectibus inclinato.

VERS. 33. — *Dederunt itaque patri suo bibere vi- num nocte illa.* Nox ista affectus conceptæ nequitia est. Ingreditur major, dormitque cum patre, cum inanis gloria toto rationis assensu sibi contracto sui penitus oblita abutitur mente : unde dicitur quia non sensit, reatum videlicet suum ægre ferendo, quando accubuit, cum scilicet cor ad nequitiam inflexit, et quando surrexit, id est cum in audaciam de criminis se perpetratione erexit. Impellit etiam major, quod est cenodoxia, juniorem procul dubio cupiditatem, ut cum patre dormiat : quia postquam per hypocrisis infelix quispiam prosperari se viderit, ad apertæ jam cupiditatis rabiem effrenari dissimulata simulatione incipit, et cæco pectore ab ea se involvi permittit. Secunda nox est ex inolita peccandi voluntate reprobri sensus obstinatio; ex imagine namque fictæ sanctitatis, citissime deveni- tur ad apertæ opprobrium perversitatis, quia vinum arridentis sibi insimulando gloriæ temporalis præ-

cupitat animam ad furorem publicæ temeritatis, ut A concubantes filias non sentiat, nec surgentes, spurcicias procul dubio nulla discretionem doleat sese fœdantes, nec animos reprimat de eadem sua pollutione lætantes. Concipiunt ergo *filiz Lot ex patre*, cum spem ingenua nobis vitia pravitatem quamlibet admittendi fovent susceptam ex animo jam labante.

*Major* parit *filium*, cum cenodoxia ad deteriorem male cœpta perducit effectum, vocatque Moab, quod est *ex patre*, non modo ex suo patre, sed absolute ex patre, id est diabolo totius iniquitatis auctore, qui præcipue perit, hominemque fefellit typo inanis gloriæ: dicitur etiam Moab exlex, quia hypocrita cum legaliter agere videatur, a divina vivit in semetipso alienus lege, et tanto nequius, quo

quantum ad humana spectat iudicia, nulla damari potest interim lege. *Minor*, quæ est cupiditas, generat *Ammon*, id est *populi mei filium*, illius videlicet, de quo dicitur: *Obliviscere populum tuum* (*Psal. XLIV, 11*), in quo utique concrevistis vitiorum tumultum. In filiis autem spem maxime propagationis habemus; propagatrix vero totius malignitatis quasi infiniti populi avaritia est, utpote quæ *radix omnium malorum est* (*I Tim. VI, 10*); sed quomodo avaritia, vel cenodoxia generat seipsam, absurdum videtur, si matres et filii pro eodem ponantur; hæc ergo ratio est: Filiz quæ masculos gignunt, teneræ sunt primo mentis nutabundæ affectiones, quæ audacissimos magnæ præsumptionis actus emittunt, et populos imitatorum exemplorum auctoritate sibi congerunt, sicut illæ Moabitas et Ammonitas egerunt.

EXPLICIT LIBER QUINTUS.

## INCIPIT LIBER SEXTUS MORALIUM IN GENESIM.

Fastidium laboris mei levat, quod a benevolis ac litteratis studium meum probari considero; nec minus suffragatur, quod intentionem ejus universæ, si fieri posset, Christianitatis lucrum scio. Præterea sive prosit, seu videatur inutile, aliquid me citra fidem ac morum honestatem dixisse æstimans, ex Dei auxilio prosequi cœpta destinabo.

### CAPUT XX.

**VERS. 1, 2.** — *Profectus inde Abraham in terram australem, habitavit inter Cades, et Sur, et peregrinatus est in Geraris. Dixitque de Sara uxore sua: Soror mea est. Misit ergo Abimelech, rex Geraræ, et tulit eam.* Superbas mentes tanto intima sua, juxta quod legitur, in vita sua certum est projicere, quanto eas constat per exteriorum volubilitates effluere. De convalli itaque Mambre, de humilitatis profecto depressione, in qua discretionis utpote intra se degens fruebatur lumine Abraham noster, jam sui oblitus numinis egreditur, et ad australem, cupiditatum solibus decoquendus, excedit terram, ut terram sapiat, et illic avaritiæ, ac libidinum aquis infusus, easdem iterum sitiatur, juxta quod Samaritanæ Dominus enuntiat. *Inter Cades et Sur habitat, dum hinc cogitatio intellectum, quasi quædam tinea eum a statu pio dimovens vastat, illinc memoria præteritæ qua exhibuit contra vitia fortitudinis coangustatur; Cades enim commotio tinea, Sur fortitudo, vel angustia dicitur; potest et per austrum tepor animi accipi, ex quo ingens consurgere solet fervor ad studia sæculi.* Unde in Job: *Considerate, inquit, semitas Theman, itinera Saba* (*Job. VI, 19.*) Peregrinatur denique Abraham in

*Geraris*, cum a cœlesti torpens desiderio spiritus noster evagatur motibus superbis; Gerara nempe dicitur Latine *colonom ejiciens*, in quo præcipue superbia notatur, per quam et angelica et humana natura a propria regione demittitur; subjugalit ergo illa Sara, voluntas scilicet rationi rite addicta in sororem admittitur, dum in parilitatem pestiferam contempto dominio evocatur; nec mirum, si respuitur a voluntate dominium, cum suum ipsa ratio deficiens abjurarit imperium. Abimelech interpretatur *pater meus rex*, rex autem Geraræ. Qui ergo rex, ipse pater hominem a Deo ejicientis superbiæ, diabolus scilicet, qui et pater mendacii appellatur (*Joan. VIII, 44*), meus autem, ad eos qui sibi superbia mendacioque pessima filiatione conveniunt, refertur.

Mittit ergo Abimelech, et tollit eam, cum post aliquantulæ religionis studium suggerit diabolus humanæ voluntati quasi jam sibi debitæ prælationis affectum; unde notari convenit inter captiones utrasque distantiam, qua spiritualis nostra voluntas instar Saræ primum a Pharaone in conversionis initio distrahitur ad pristinæ sæcularitatis Ægyptum, et postmodum ab Abimelech rege Geraræ non tam superatur quam ad horam agitata pulsatur, unde et ab hoc intacta perhibetur, de superiore tacetur; veteris namque consuetudinis nuper relictæ memoria nos atrociter irritat ad vitia, sed ecclesiastica utilitate provecis, quasi aliorum causa profectus adipiscendi pastoratus quodammodo ex latere se nobis ingerunt desideria, multa itaque inter utraque distantia. Sara denique tollitur, cum ad

hujusmodi ambitionem cum favore rationis voluntatis intentio transportatur.

VERS. 3, 4. — *Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, et ait ei: En morieris propter mulierem quam tulisti; habet enim virum. Abimelech vero non tetigerat eam. Per somnium Deus ad Abimelech venit, cum mentem a corruptibilium, forasticarumque rerum cura abstinemus, et sola invisibilium cogitatione tenemur, in quo tractatu, Deo præsente, quid sit Gerara, quid rex, quid paternitas illa, videtur. Fit vero nocte, dum in ipsa qua clarificari desiderat luce, obscuritas intellectualiter pervidetur superbiam. Morieris inquit, propter mulierem quam tulisti, mortis profecto supplicio addici mereberis, nisi a concepti fastus parturitione desieris, cum voluntatem rationis juri ex debito subjectam tibi o superba vanitas tuleris meretricia prostitutione ludendam; sed Sara a rege non tangitur, cum voluntas superbi appetitus effectum non experitur; finis enim notionis tactus est; nam a rege tanguntur, qui honorum culmina quæ ambiunt quoquomodo assequuntur.*

VERS. 5. — *Et ait: Domine, num gentem ignorantem et justam interficies? Nonne ipse dixit: Soror mea est, et ipsa ait: Frater meus est? Divino timore attacta nostra cervicositas, in seipsam refracta colligitur; colligitur, inquam, dum de mundi sapientia, quæ non nisi laudem quærit aut commodum, quaque extra se spargebatur, ad felicitis confessionem ignorantiam quam consequitur justitia restringitur. Cum, inquit, Domine, quidquid tumide sapiebam te aspirante reflaverim, et juxta Apostolum stultum me fieri propter Deum velim (I Cor. iv, 10), ut hujus ignorantiam cultu, quæ tamen sæcularium rerum est, esse particeps supernæ sapientiam quod justitiæ summa est possim; cum, inquam, hæc fecerim, nunquid ignorans hoc modo, sic denique justus, interfici a te, qui justitia es, meruerim? Nam si deliquerim, non diffiteor culpam, ex animi confusione mihi accidit, ubi nec intellectus præerat, nec voluntas parebat, sed potius rationi ipsa non modo indigna quadam germanitate parem se fecerat, sed etiam ratio eidem præpostere nimis obnoxia erat. In simplicitate cordis mei, et munditia manuum mearum feci hoc. Simplicitas pro fatuitate poni solet, etsi, inquit, in hebetudine cordis, id est rationis, incurri errorem, tamen mundam te servante manum habui, ne in nequam excurrerem operationem.*

VERS. 6, 7. — *Dixitque ad eum Dominus: Et ego scio quod simplici corde feceris, et ideo custodi vi te, ne peccares in me, et non dimisi, ut tangeres eam. Nunc igitur redde uxorem viro suo, quia propheta est, et orabit pro te, et vives. Si autem nolueris reddere, scito quod morte morieris, tu et omnia quæ tua sunt. Quia, inquit, carus infirmitate, et humana fatuitate peccasti, custodi vi te, ne in opus excederes; superbia enim peccantibus et scienter puteus ruinæ patet, sed marito intellectui voluntatis vagæ subde cervicem, quia propheta est, id est providendi internæ*

A et externæ utilitati princeps est, et cum a carnali liber affectu ad sibi prospiciendum ingenium exacerit, quidquid ager, quidquid meditabitur, oratione dignum, et vitali præmio erit; quod si distuleris, in obstinationis et impœnitentiæ insensibilitatem, quod est mors animæ, rues, et si quid tibi boni resedit, pariter amittes.

VERS. 8. — *Statimque de nocte consurgens Abimelech, vocavit omnes servos, et locutus est universa verba hæc in auribus eorum; timueruntque omnes viri valde. Abimelech de nocte consurgit cum superbiam motus, qui ex patre revera diabolo est, de concepta avaritiæ obscuritate se elevat, quæ mentes prudentium excæcat, servos suos, id est cogitationes quæ in suggerendis sibi vanitatibus deserviunt, ad rationaliter sapere convocat, et quæ sibi Deus inspirando innotuerit, intellectualiter narrat, ut divinum eis timorem incutiat.*

VERS. 9. — *Vocavit autem Abraham, et dixit ei: Quid fecistis nobis? Quid peccavimus in te, quia induxisti super me et super regnum meum peccatum grande? Qua non debuisti facere, fecisti nobis? Abraham vocat, cum totas intelligentiam sibi illustrandam vires acuminat: Pensa, ait quid egeris, cum ad te pertineat animalis corporalesque turbas ob ingentiam tibi ingenii vivacitatem restringere, non nos motibus his humanis excedentes tam in te peccavimus, quam tu in nos, qui tui auctoritate arbitrii debueras rexisse nos, ac si diceret: Si me, motum scilicet superbiam ad horum admittere non debueras, regnum quare ejus damnationis admittebas? Ex hoc ergo grande tibi peccatum incubuit, non tam quia me, sed quia regnum superbi consilii diuturnitate susceperas.*

VERS. 10. — *Quid, inquit, vidisti ut hoc faceres, id est quam hujus tui pravi assensus rationem affers. — (VERS. 11, 12.) Cogitavi, ait Abraham, mecum dicens: Forte non est timor Dei in loco isto, et interficient me propter uxorem meam. Alias autem et vere soror mea est, filia patris mei, et non filia matris meæ, et duxi eam uxorem. Locus timorem Dei non habens, cor nostrum est tepiditate marcidum, quod regere non audet nec defendere voluntatis conjugium, dum interfici se timet impetu tentationum, et tamen ait: Eam quodammodo sororem non diffiteor, dum ex diaboli patris propagatione quasi Belial, quod est absque jugo, liberam voluntatem abire patior, sed non filia matris meæ æternæ sapientiam est, ex qua suscepi uxorem, cujus utique originalia documenta tradunt me hanc non ut parem, aut dominam, sed habere maritali severitate debere ut conjugem. —*

(VERS. 13.) *Postquam autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam: Hanc facies mecum misericordiam, in omni loco ad quem ingrediemur, dices quod frater tuus sim. De domo patris nostri educimur, quando de conscientia, quæ patri diabolo conformabatur per confessionem egredimur; dicimus vero nostram voluntati ut nobiscum faciat misericordiam, cum quasi ratiocinando sibi suggerimus ut non nimis arduam arripiat vivendi regulam, unde ad locum*



dicitur ingredi, quia cum propositum tenuis alicujus vitæ mens languida cœperit aggredi, sine ullo meliorandi desiderio, ac si localiter intra idipsum vult contineri, et inde turpiter nolenti proficere contingit sæpe relabi: misericordiam itaque præbet, cum remissæ rationi voluntas favet.

VERS. 14, 15. — *Tulit igitur Abimelech oves et boves, servos et ancillas, et dedit Abraham: reddiditque ei Saram uxorem suam, et ait: Terra corum vobis est: ubicunque tibi placuerit habita.* Abimelech tollit cum rationi tollenti diabolus superbiæ inceptor, vel ipsa superbia non contradicit, unde est: *Et vinculis ejus non aperuit carcerem* (Isa. xiv, 17), quod est, clausit. Ratio autem oves tollit, cum ab intentione adipiscendi honoris impendendæ beneficia charitatis quæ operit multitudinem peccatorum (Jac. v, 20), quod per lanigeros congrue designatur greges, funditus abstrahit: boves vero exercitium prædicationis, servos et ancillas fortes dicimus et infirmas, et ad sæculum pronas sollicitudines cogitationis, aliud namque violentia possumus, aliud fragili adulationi inserviendo tractamus: hæc Abraham dat, cum habere volentem spiritum jam non impugnat; uxorem reddit, cum ab ipsius voluntatis irritatione quiescit: terra, inquit, est corum vobis, id est conscientiæ libertas vestris suppetit arbitrariis, in quo tibi placuerit sanctitatis proposito conversare, et habita.

VERS. 16, 17, 18. — *Saræ autem dixit: Ecce dedi mille argenteos fratri tuo, hoc sit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt, et quocunque perreueris. memento te esse deprehensam. Orante autem Abraham, sanavit Deus Abimelech, et uxorem, et ancillas ejus, et pepererunt. Concluserat enim Deus omnem vulvam domus Abimelech propter Saram uxorem Abraham.* Abimelech Saræ dixit, cum a suo impetu cessans, quæ subjecta sunt per effectus evidentiam videre permisit: Heus tu, inquit, voluntas, mille argenteos fratri tuo dedi, id est ab omni cupiditatis suggestionem quiescens, totius terrenæ facultatis abjiciendæ copiam non abnuī tibi germanitus juncto intellectui, quæ abrenuntiatio non tam modo rerum, quam cupiditatum in munimen erit tibi oculorum, intentionum scilicet tuarum, ut non graventur punita curarum, ut omnes qui tecum sunt, rationales utique tui motus, seu virtutum studia, quæ nobis ac si quidam familiares adsunt, hoc immunitatis contegantur asylo, ad quæcunque pietatis proposita appetendo processeris, et licet in multam sanctitatis eminentiam aliquando perveneris, tamen a mea regione, quam semel expertus es, te a modo dirimens superbiæ te voragine semper irruisse memineris. Mille argenteos pro plenitudine totius terrenæ substantiæ accipimus, ut est, *Vir affert pro fructu ejus mille argenteos* (Cant. viii, 11): Abimelech dat, cum non disturbat. Porro Abraham pro Abimelech orat, eumque Dominus cum uxore et ancillis sanat, cum spiritus noster pro incursu quem subiit superbiæ, Deo supplicat, ejus motum cum sua quæ sibi fœde ac infructuose substernebatur concupiscentia, et ancillari ac sordida

petulantia Deus sanat, cum appetitus et lascivitates animales ad potius in se delectandum convocariunt, dum amorem bene agendi concipiunt; quod diu namque voluntas per desideria adulterina delinquitur, vulva domus, id est conscientiæ aditu divini seminis tenendam obstruitur.

## CAPUT XXI.

VERS. 1, 2, 3, 4, 5. — *Visitavit autem Deus Saram sicut promiserat, et implevit quæ locutus est. Concepitque, et peperit filium in senectute sua, tempore prædixerat ei Deus. Vocavitque Abraham nomen sui, quem genuit ei Sara, Isaac, et circumcidit octavo die, cum centum esset annorum; hac quæ ætate patris natus est Isaac.* Tandem igitur post voluntatem victis undecumque vitiorum impulsus Deus visitat, qui vincenti se daturum ædere de vitæ sponderat (Apoc. ii, 7). Conceptum spiritus desiderio filium parit, cum certam spem ex mentis fervore resumit. Filios namque ob positam, et nostri cum senuerimus sustentatio spes nostras vocare solemus. Hanc certam sine jam peccati scrupulo spem beatus expertus Antonius, qui ait: « Ego jam non timeo Deum amo: » et hunc parit in senectute, id est ex omni juvenili præsumptione, et circumscisa die id est virtutum multimoda luce, et quo Deus prædixerat tempore, eadem scilicet qua spem perfectam obtinendæ assumpserat Dei contemplatione. In Abraham, ab ipso videlicet rationali contuitu vocatus id est discretive intelligitur Isaac, quod est risu gaudium, quod per spei donum hic jam intelligitur in pignore, ex quo nobis astruitur nos idem tamen ineffabiliter accepturos in re. Hunc denique circumcidimus octava die, quia intellectualiter ligimus nos ad integrum passibilitatum mixtu exuendos solummodo in resurrectione. Centum annorum id agimus, cum de sinistra præsentis sæculi expediti prævolare studemus ad amorem spem futuri, quod est in dexteram transpositio nostra. Hac ætate Abraham intellectualis nascitur magis gaudii spiritualis, ætas vero nil aliud quam provest sanctitatis.

VERS. 6, 7. — *Risum, inquit Sarai, mihi fecit I. Quicunque audierit, corridebit mihi. Rursumque Quis auditurum crederet Abraham, quod Sara lac filium, quem peperit ei jam seni? Jure, ait, ita caverim, cum in hac Ægypto mœroris, et angusti loco, æterni mei gaudii jam Deus fecerit habitus gustare futuros. Quicunque audierit, idem videbit palato cordis sapuerit, meis utique gaudiis non minus ipsum nequaquam aggaudere pigebit. Qui opinari posset rationem illam in peccati olim ludæ prostitutam, tam cœlestia sapere potuisse, et virtutem, quæ sensualitatis uberibus solita erat ministrare libidinis cujusque venenum, jam in virtutis candoribus ac si lacte purissimo conceptæ educare desiderium, quod jam spiritui suo ab terrenæ conceptu levitatis effeto protulit pietatis sola sancta volendo.*



RS. 8. — *Crevit itaque puer, et ablactatus est : A errabat in solitudine Bersabee. Surgit Abraham mane, cum spiritus noster ex divina luce ad cohibendos animi fluxus erigitur a proprio torpore : Panem, et aquæ utrem scapulæ ejus imponit, cum divinæ charitatis pabulo et scientiæ salutaris temperamento, mens mundanæ affectionis rigorem quasi jugo deprimit. Uter pro temperantia non absurde ponitur, unde et Deus quasi in utre statuisse dicitur baptismatis aquas, cujus gratiam pro suscipientium causis et fundit, et retinet; aqua scientiam, panis charitatem affatim signare solet. Puerum tradit, eamque dimittit, dum cum totis affectibus nequam spes etiam quasque repellit. Porro recedens a nobis in solitudine errat, quia in mente jam unica, et a negotiis secreta jam appetitus carnalis nutat, sedem scilicet cordis non habens in quo localiter requiescat. Unde per loca inaquosa, per fortes animi in quaque virtute status ambulare expulsus ab homine spiritus dicitur (Luc. xi, 24). Bersabee autem puteus saturitatis interpretatur; nam puteus, id est cupiditatum profunditas postquam ad saturitatem fastidii pervenerit, idque mens exhorruerit, tunc apud se jam solitaria fieri, Deoque vacare poterit.*

RS. 9, 10, 11. — *Cumque vidisset Sara filium Ægyptiæ ludentem cum Isaac, dixit ad Abraham : Ejice ancillam et filium ejus; non enim erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Dure accepit Abraham pro filio suo. Temporibus nostræ spiritus infantiae quandiu opus lacte habemus, Agar pietia nobis, id est affectio mundana obversatur, filium habet, quia spe aliqua mundiali non captem autem per filios accipit sæpe diximus. Is Isaac ludit, quia spiritualis nostri desiderii am ad ludicra inaniaque deflectit. Sed sanctæ voluntatis nolens spiritus gaudium annullationem sæculi cum spe sua rationis auctore, quod est Abraham, jubet excludi. Dure tamen accipit, quia etsi velle sibi adjacet, abjicere genuit levitatis facultatem non invenit; spe etsi falsa plerumque trahitur : sed filius anjure projicitur, quia cælestis regni, in quantum ancillaris descendit ab ejus amore, mercede miratur. Hunc ergo crucifigi juxta Apostolum mundo let (Gal. vi, 14), sed primitus ipse mundus ligatur eidem.*

RS. 12, 13. — *Non enim inquit Deus, tibi non videatur super puero, et super ancilla tua. Quia quæ tibi dixerit Sara, audi vocem ejus, quia Isaac vocabitur tibi semen. Sed et filium ancillæ in gentem magnam, quia semen tuum est. Etsi affectionis catena protraheris, et vana spe afficeris acide feras hæc tota rescindere vim spiritus ut te monuerit exsequere voluntatis, sciens exitatis desiderio fructum indefectibilis lætitiæ Isaac scilicet non aliunde vocari. Filius vero læ licet rudis adhuc aspiret in extra, postquam in tuum fuerit, id est fructui sempiterno idonea se exhibuerit, et carnalia seminare velle dedit in magnam cogitando, loquendo, agendo iorum proborum gentem erit. Notandum autem et semen, et fructus esse solet spes quæque prouidi fructus.*

RS. 14. — *Surrexit itaque Abraham mane, et posuit panem, et utrem aquæ imposuit scapulæ ejus; et dimisit puerum, et dimisit eam. Quæ cum abiisset*

*errabat in solitudine Bersabee. Surgit Abraham mane, cum spiritus noster ex divina luce ad cohibendos animi fluxus erigitur a proprio torpore : Panem, et aquæ utrem scapulæ ejus imponit, cum divinæ charitatis pabulo et scientiæ salutaris temperamento, mens mundanæ affectionis rigorem quasi jugo deprimit. Uter pro temperantia non absurde ponitur, unde et Deus quasi in utre statuisse dicitur baptismatis aquas, cujus gratiam pro suscipientium causis et fundit, et retinet; aqua scientiam, panis charitatem affatim signare solet. Puerum tradit, eamque dimittit, dum cum totis affectibus nequam spes etiam quasque repellit. Porro recedens a nobis in solitudine errat, quia in mente jam unica, et a negotiis secreta jam appetitus carnalis nutat, sedem scilicet cordis non habens in quo localiter requiescat. Unde per loca inaquosa, per fortes animi in quaque virtute status ambulare expulsus ab homine spiritus dicitur (Luc. xi, 24). Bersabee autem puteus saturitatis interpretatur; nam puteus, id est cupiditatum profunditas postquam ad saturitatem fastidii pervenerit, idque mens exhorruerit, tunc apud se jam solitaria fieri, Deoque vacare poterit.*

VERS. 15, 16. — *Cumque consumpta esset aqua in utre, abjecit puerum subter unam arborem, quæ ibi erat. Et abiit, seditque e regione procul, quantum potest arcus jacere. Consumitur aqua in utre, cum attenuatur vis scientiæ, et discretionis in mente; solet namque quidam motus quasi desperationis, et ex eadem desperatione defectus suboriri in animo, postquam cum spe sua repellere cœpit sæcularis affectio, Agar videlicet cum filio; attendit nempe difficultatem cælestium sequendorum, et veretur graviter penuriam terrenorum. Abjecit ergo puerum subter unam arborem, cum spem ponit in nitendo super potentis alicujus personam, imo, ut sequamur historiam, abjecit per apostasiam primæ bonæ voluntatis scilicet, ac si furibunda, et a Deo deficiens, homini cuiquam sese quasi melius juvanda supponit. Arbor singulariter personam signat, unde in Apocalypsi a quatuor angelis obsistitur, ne ventus in aliquam arborem flare debeat (Apoc. vii, 3): congrue ergo dicitur de arbore, quia ibi erat, ea enim quæ juxta sunt et præsentialiter teneri, moxque negotio nostro queunt adniti, magis solent quam æterna diligi. Abit itaque a boni cœpto propositi, sedet e regione procul, dum in exspectatione temporalis quæstus flectitur status conscientiæ; fit vero procul quantum potest arcus jacere, quia etsi fluxa sedeat, et cupida inspiciat, tamen et ex ratione ad Dei timorem se reprimens, ab ipso suo quo trahitur appetitu se abstinere, quantum ipsius rationis, quæ est signata per arcum, quia ad certum ac si sagittam id quod sentit emittat, potest exprimendo determinare sententia.*

VERS. 17. — *Dixit enim : Non videbo morientem puerum, et sedens contra levavit vocem suam, et flevit. Exaudivit autem Dominus vocem pueri : vocavit*

que angelus Domini Agar de cælo. Moritur puer, cum sæcularibus intenta prorsus a Deo interimitur spes; non vult itaque videre *orientem puerum*, cum carnalis affectio divini timoris non inscia, non patitur contemptis cœlestibus se omnimoda spe ad sui perniciem ambire mundum. Vox carnalis est appetitus, desiderium mundialis quæstus; hanc ergo *suam vocem* elevat, cum a temporali ad æternum affectum cupiditate exaltat; sed sedet contra, quia etsi secundum hominem inflecti quadam indigna se sessione videt ad infima, ubi pugnaciter stare decuerat, ex rationis tamen voto exclamat contra. Flet autem, cum interioris fluxus aquas, per animi juges a se emittit angustias. Notandum vero quod non vocem matris, sed pueri Deus dicitur exaudisse, quia non appetitum, qui ex carne movetur, sed spem, quæ paupertati spiritus intenta, et a præsentis sæculi gaudium jam destituenda est, exaudire Deus gratantissime consuevit. Oratio namque pauperis, *cum anxiatu* [al., *anxius*] fuerit, et coram Deo effuderit precem suam juxta psalmi titulum (*Psal.* c1), ad Deum quasi clamor pervenit (*Ibid.*, 2). Unde angelus Domini de cælo Agar vocat, quia sermo divinus bona quæque nuntians de sacræ Scripturæ excellenti mysterio ad ea quæ aguntur intra nos consonans, de nostro statu interrogat. Hoc cælum extenditur sicut pellis (*Psal.* c111, 3).

Quid agis, inquit, Agar? Noli timere. Ac si dicat: Pensa Deum spem suam in se ponentibus adiutorem fore, et ideo penuriæ cujuspiam motu noli ab eo deficere; quod igitur agis insiste: *Exaudivit enim Dominus vocem pueri de loco in quo est*. Exaudivit, cum nostræ desiderium voluntatis spem de profundis attollere cupientis, de situ bonæ intentionis, quæ locus noster est, et esse debet, in quo dum constituerimus, ad verum esse tendimus, a Deo benigne accipitur. — (VERS. 18.) *Surge ait, tolle puerum, et manum illius, quia in gentem magnam faciam eum. Surge* ab hæsitationis diffidentia, *tolle spem* ab imis ad supera, sit in ipsa supernæ spei manu, id est virtute continentie perseverantia, quia talibus officiis in sanctarum operationum propagines est dilatanda.

VERS. 19, 20, 21. — *Aperuitque oculos ejus Deus. Quæ videns puteum aquæ, abiit, et implevit utrem, deditque pucro bibere; et fuit cum eo; qui crevit, et moratus est in solitudine, factusque juvenis sagittarius. Habitavit in deserto Pharan, et accepit illi mater sua uxorem de terra Egypti*. Ad videndum puteum aquæ Deus ejus oculos aperit, cum ad eum persentiscendum sapiendumque qui fons est aquæ vivæ et origo sapientiæ ac scientiæ, Christum scilicet, qui nil aliud quam quod mitis est et humilis corde a se nos discere voluit, mentis velamen detegit; ambitu itaque votorum hunc adiens implet utrem, reparat videlicet vires scientiæ intra animum jam utique temperantem. Potat puerum, actualitate enim ad Deum versa, spei nostræ desiderio

æstuanti idem impenditur gratiæ donum; fuitque cum eo, quia cum ad pietatis amorem solum vergit affectio, individua spei mox comitatur devotio, quod enim te consequi posse desperas miror si diu concupiscere queas, et spes crescit a transitoriis ad æterna, et moratur in solitudine, dum removet a se ad Deo soli se porrigendam strepitus conscientiæ. Porro inde fit juvenis sagittarius cum talium experientia casuum ad spiritus discernendos efficitur intellectus spei nostræ subtilis et disertus. Lignum namque corporis, dum chorda rationis inflectitur, vis inde spiritualitatis acuitur, et quasi ad certum sententiæ sagitta dirigitur, attamen licet solitudinis jam quietem appetat, aliquoties in deserto Pharan habitat, horrorem utique ferocitatis vitiorum molestum valde tolerat; mater enim sua concupiscentia, quæ se quondam in peccatis genuit, uxorem illi de terra Egypti accepit, carnem scilicet ejus lenocinio molliatur animi rigor, quæ ob terrenitatis propriæ pondus omni tribulatione coangustatur admovet. Admoveret sane, quia indesinentibus stimulis ad malum urget. Pharan autem interpretatur ferocitas eorum, Egyptus, tribulatio coangustans.

VERS. 22, 23. — *Eodem tempore dixit Abimelech, et Phicol princeps exercitus ejus ad Abraham: Deus tecum est in universis quæ agis. Jura ergo mihi per Dominum, ne noceas mihi, et posteris meis, stirpique meæ, sed juxta misericordiam quam fecit tibi, facies mihi, et terræ in qua versatus es advena*. Gloria victoriæ semper est affinis superbiæ, et cum opinionis aura discurrerit, impetit animum vis cenodoxiæ; eodem ergo tempore, ipso videlicet statu victricis animæ quo se audacter adversus prælibata mala extulit, loquitur Abimelech, et Phicol, superbia scilicet, accenodoxia spirituali suggestionem ad Abraham. Deus, inquit, sive prospera, sive adversa tibi irruant, in bonum tibi cooperatur, nec ullius vitii impulsu scias tibi posse perniciosum aut desperabile discrimen accidere, quem in tot mentis incursibus contigit divinitus victoriam meruisse. *Jura ergo per Dominum*, quod est dicere: Quoniam tantam Dei erga te experiris clementiam, securus opinionis tuæ, quæ per omnium ora volitat, excipe gloriam, utpote qui certo nosse possis, quod non sine Dei voluntate lauderis, unde *per Dominum*, id est per eam qua Deo inniteris fiduciam, *mihi*, inquit Abimelech. quod est superbia, pollicere, quod nec mihi noceas, in tuis me operibus destruendo nec posteris, laudem scilicet, quæ opera sequitur, abjiciendo nec stirpi meæ, intentionem, quæ radix est operum, extinguendo. Abimelech interpretatur patris mei regnum, quod est superbia, cui regnat diabolus, unde est, et ipse est rex super omnes filios superbiæ (*Job* xli, 25). Phicol dicitur os omnium, in quo accipitur inanis gloria, quæ se omnium quærit celebrare per ora. Gloria etiam diffiniri solet, frequens de aliquo fama cum laude. Abimelech nobiscum misericorditer facit, cum temporalis exuberantiam gloriæ suggerit; idem sibi impendimus, cum ingestioni honorum

delectatione favemus. Porro terræ iniseremur  
 et versati sumus advenæ, cum corpori nostro  
 non indulgemus, in qua exhibenda temporibus  
 nostræ abstinentiæ non domestici, sed quasi  
 nei, et advenæ fuimus. Abraham itaque, intel-  
 ligit videlicet nostra, his quam simpliciter sug-  
 flectitur, et secundum ea se acturum pollicetur.  
 as. 24, 25, 26. — *Ego, ait, jurabo : increpuit ta-*  
*Abimelech propter puteum aquarum, quem vi abstul-*  
*isti servi illius. Nescivi, inquit Abimelech, quis*  
*est hanc rem? sed et tu non indicasti mihi, et ego*  
*judicavi præter hodie.* Puteus aquæ profunditas  
 iscretionis ac intelligentiæ: hunc servi regis  
 aut cum prava superbiæ opera, quæ ipsi quasi  
 leserviunt, cæcitatem nobis reprobi sensus im-  
 unt; sed cogitatio superba cum hæc suæ sug-  
 ni ac si increpando opponimus, se nescire quis  
 hoc respondet, quia non suo reatui ascribi  
 ur, sed nec illis argumentis sibi probari posse  
 ur, quod mentis perspicacitas per se obducatur.  
 r hodie non audisse se dicit, quia nil se sa-  
 nil intelligere nisi hodie, id est lumen falsa  
 catione divinæ in suis operibus glorificationis,  
 vandæ honestatis, cum vere superbiat, et ina-  
 gloriatur, perhibet. *Hodie* audit, quia quidquid  
 nest simpliciter totum ac lucide intelligere se  
 vere sine ulla reprobi sensus scientia, quæ ullis  
 is coargui possit, asserit.

as. 27, 28. — *Tulit itaque Abraham oves et*  
*et dedit Abimelech, percusseruntque ambo fæ-*  
*dit statuit Abraham septem agnas gregis seorsum.*  
*tam oves et boves Abimelech dat, cum intellectus*  
 : admissio in se superbiæ regno simplicitatem  
 , et charitatis beneficium, quod totum ob mi-  
 aturam, et velleris impensionem in ovibus ac-  
 r, et prædicationis laborem, quod in bobus no-  
 ipsi videlicet consumendum superbiæ prodit  
 : quam commodat. *Fædus* ambo percutiunt,  
 mundi arridente gloria ratio et superbia irre-  
 biliter consentiunt. Notandum quod Abimelech  
 icol, cum duo sint vitia, ita tamen sibi sunt  
 :a ut nunquam a cenodoxia possit dimoveri  
 bia, illud quam maxime quod Phicol princeps  
 itus Abimelech dicitur. Cenodoxia namque  
 superbiæ vires in se habere dignoscitur, dum  
 rabidius per sanctitatis simulationem elevari  
 r, quanto visibus hominum humiliter conversa-  
 plus sane sibi contrahit iniquæ valetudinis qui  
 quam qui superbit aperte. Per *septem* autem  
 intelligimus universales Spiritus sancti gratias;  
 orsum statuimus, cum effluente alias animo  
 iter superbiendum et vane gloriandum conser-  
 liscernendo censemus. Sed quid hæc agnarum  
 elit distinctio miratur Abimelech, quia constat  
 iæ typum indigne semper ferre bonæ inten-  
 consortium.

s. 29, 30, 31, 32. — *Quid tibi, inquit volunt*  
*as, quas stare fecisti seorsum? At ille : Septem,*  
*mas accipies de manu mea, ut sint in testimo-*

*nium mihi, quia ego fodi puteum istum. Idcirco voca-*  
*tus est locus ille Bersabee, quia ibi uterque juravit.*  
*Et inierunt fædus pro puteo juramenti.* Ac si diceret:  
 Sanctæ et spiritualis meæ intentionis propositum  
 quoad tuis deservire placebit nugis de manu mea,  
 id est de me a spontanea deliberatione non extor-  
 quebis, sed quasi depositum alieni juris conservan-  
 dum non consumendum accipies, solemus enim  
 sciens scienter quædam in nos mala admittere, et tamen  
 non deserere intentionem voluntatis bonæ, ut sit,  
 inquit, in testimonium mihi ipsa pietatis affectio, quia  
 quondam mihi discretionis ac scientiæ fontem car-  
 naliū ruderum quasi cujusdam obsoleti lacus com-  
 paraverim repurgio. Puteus ergo juramenti quod est  
 Bersabee locus ille dicitur, quia ibi uterque juravit.  
 dum et aliqua mala intra mentis sinum ex industria  
 recipiuntur; et tamen ne in reprobum ruere cogant  
 sensum, ex aliqua parte respuuntur, sponte conscien-  
 tiæ vitio se nullatenus extra regulam progres-  
 surum, conscientia respondente aditum sui gloriæ  
 temporalis occursui utpote honestæ rei non negan-  
 dum, tamen citra omnem infamiam culpæ reatum.  
 Sed attendendum esset quia modicum fermenti to-  
 tam massam corrumpit (*Gal. v. 9*): solemus enim  
 aspicere aliquos in quibus et quædam mala patent,  
 et bona tamen aliqua retinent, nec cogitamus quia  
 aliud est infirmitate aut ignorantia illos delinquere,  
 aliud nos superba deliberatione peccare, aliud etiam  
 naturalibus vitiis lædi, aliud non naturalibus, quod  
 est superbia et cenodoxia, sponte addici. *In malevo-*  
*lam animam non introibit sapientia* (*Sap. 1, 4*), cum  
 tamen peccatori per ipsam sapientiam inspiratur  
 penitentia.

Bersabee itaque vocatur locus, dum in hac nefaria  
 Dei, et diaboli intra unam animam participatione,  
 misera ratio figere nititur, quod fieri non potest,  
 quasi localem statum: sed non est participatio luci  
 ad tenebras, diffugit plane lux tenebras peccati.  
 Ineunt fædus pro puteo juramenti, dum quidam qui  
 nec carere vitiis volunt et tamen ad flagitia non pro  
 Dei metu, sed pro sæculi potius infamia devenire  
 metuunt, hos status intra se nunquam staturos sta-  
 biliunt, ut puteus non obruatur scientiæ, pro quo  
 irrita mox futura et mens et vitium sibimet jura-  
 menta dedere. (*Ex vers. 33.*) Sed surgit Abimelech, et  
 Phicol princeps militiæ ejus, et revertuntur in ter-  
 ram Philistinorum, quia peccati initium semel ad-  
 missum semper seipso potentius surgit animi jam  
 captivi usurpans imperium, et ad terrenitatem nos  
 cogit reverti Philistinorum, id est potione cadentium,  
 eorum scilicet qui vino gloriæ mundialis debriati a  
 recto deviantes sensu, in funesta malorum discrimina  
 cadunt.

*Vers. 33. — Abraham autem plantavit in Bersa-*  
*bee nemus, et vocavit ibi nomen Dei æterni, et fuit*  
*colonus terræ Philistinorum multis diebus.* Plantat  
*Abraham nemus, cum jam ad sæculi tractus animus*  
*voluptatem, incultas, inextricabili errore perplexas,*  
 et cæcas cogitationes fixa jam deliberatione gignit:

vocat tamen *tibi nomen Dei*, quia sæpius ad cor rediens apud Deum conqueritur de ruina, cui jam nunc invitatus subjacet sui: unde pulchre additur æterni; quia etsi ex suæ granditate nequitie difficilis sua sibi videtur laxatio, æternum tamen reminiscitur Deum, qui antiquitus mira in talibus egit, et nostris per talia temporibus non desinit. Unde est: *Jesus Christus heri et hodie, ipse et in sæcula* (Hebr. XIII, 8) hujusmodi victos solvere poterit: talium vox est: *De profundis clamavi ad te, Domine* (Psal. CXXIX, 1), et reliqua. Fit colonus terræ Philisthinorum multis diebus, quo enim multiplicior divinæ ad se dignoscendum illustrationis sibi increverit intellectus, eo gravior aperitur menti tristitia de diurnitate sui inter vitia incolatus. *Inveteravi*, ait quidam, *inter omnes inimicos meos* (Psal. VI, 8). Et: *Incolatus meus prolongatus est* (Psal. CXIX, 5). *Ego*, ait alter, *vir videns paupertatem meam* (Thren. III, 1).

## CAPUT XXII.

VERS. 1, 2. — *Quæ postquam gesta sunt, tentavit Deus Abraham, et dixit ad eum: Abraham. Adsum, inquit. Tolle, ait, unigenitum filium tuum, quem diligis, Isaac, et vade in terram visionis, atque offer eum tibi in holocaustum super unum montium quem monstravero tibi.* Ex hoc gestororum ordine venit ad hoc quod tentat Deus Abraham. Notissimum est hoc in loco tentationem non aliud quam probationem intelligi: itaque tentat, cum inter hæc omnia probando spiritum nostrum erudit, et examinat. Dicitur quodam in loco, quia septies cadit justus, et resurgit (Prov. XXIV, 16); quod juxta Hieronymum sic accipitur, justos videlicet diversis tentationum pulsibus cadere, sed tamen per affectum bonæ intentionis ad pœnitentiæ statum semper resurgere, et ideo justitiæ nomen non amittere, quia non desistunt peccata munire, per quæ eruditi discunt postmodum fortiter stare. Unde nemo miretur in his opusculis dum moralitatum interna disquirimus, quod præmissam virtutum quarumcunque gloriam, vitiorum adversa subnectimus, arridente opinioni nostræ ipsius materia textus. Non, inquam, miretur quis, sed ita agi præsentis vitæ penset ærumnam, ut nil pene sit virtutis in homine, quod non aliqua aliquando peccati labefactione lædatur. Tentans ergo eum Deus ex nomine vocat Abraham. Ac si diceret: Si ad probationis meritum ex tua cupis impactione proficere, pater multarum gentium, id est pastor cogitationum multarum, quæ sunt origines operum, necesse est primum studeas eminere.

*Adsum*, inquit, id est non mihi deero in tuorum executione dictorum. *Tolle*, ait, spem quam unico affectu te prosequi decet ab infimis inhæsuram Isaac, id est sibi æternis, et *vade* passibus desideriorum *in terram*, solidam scilicet certitudinem *visionis*, divinæ utique speculationis. Visiones, licet per corporum soleant fieri imagines, tamen in prophetico actu, quamvis per corporeas forsitan imo revera ostenderentur similitudines, tamen, quantum ad eos a quibus videbatur spectat, ipsæ imagines quæ

A aliis erant, ipsis ad plenum per imagines significata intelligentibus apertæ contemplationes erant. Unde est: *Tunc locutus es in visione sanctis tui* (Psal. LXXXVIII, 20). In hac autem visione quod est intelligentia contemplationis *terram* firmæ ejusdem cognitionis invenimus, quia unde tepidi dubitamus, ad hujus accedentes calorem certi illico reddimur. Filium *holocaustum* offerimus, cum spem a sæculari scoria igne desiderii cœlestis ad purum excoquentes, Deo soli votis, et actibus exquirendo nitidam exhibemus. Mons qui nobis unus, id est singularis a Deo monstratur, humilitas accipitur, sine qua et terra *visionis* exinanitur, et holocausti devotio tota cassatur; nec absurde mons intelligitur humilitas, cum qui se humiliat eum exaltandum Veritas perhibeat (Matth. XVIII, 4). Hunc nobis montem indicat, cum specialiter super hoc apostolis imperat: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde* (Matth. XI, 29). Quisque igitur rite immolat spem quæ bono surgit opere in excellentia humilitatis quasi fundamento stabiliat.

VERS. 3. — *Igitur Abraham, de nocte consurgens, stravit asinum suum, ducens secum duos juvenes, et Isaac filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum quem præceperat ei Deus. Abraham de nocte consurgit, cum cogitationum perplexitate, obscuritate ac incuria, quæ per nemus superius signata sunt, spiritus noster se sagaciter eruit. Asinum sternit, cum corporis lasciviam, quod si sibi liceat asinum viveret, contigua semper castigatione restringit. Duos juvenes cum Isaac lilio secum duxit, cum voluntatem et affectum sibi ratio conjungit, quibus duobus nisi rationis gravitate frenentur, levius in homine nil existit, unde jure nomine juvenum Scriptura eos exprimit; spem quoque, id est Isaac eodem pariter voto secum trahit. Ligna concidimus in holocaustum, cum Scripturarum exempla excerpimus, quibus acrius animi desiderium inflammamus. Ad locum quem Deus præcepit abimus, cum in dies proficiendo humilitatis culmen attingimus.*

VERS. 4, 5. — *Die autem tertio, elevatis oculis vidit locum procul; dixitque ad pueros suos: Expectate hic cum asino; ego et puer, illic usque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos.* Primus dies eorum qui revertuntur ad cor, bene operandi voluntas est; secundus certi destinatio propositi, sub qua professione videlicet vivat, solent namque talibus quædam ambages occurrere, aut eremi, seu reclusionis, sive monachatus, vel peregrinationis abripiendæ. Tertius dies, ubi ad certum proposuerint, destinata effectui mancipare; hac tertia die divina præcipue gratia solet conversorum animis illucere; hac enim fiunt nuptiæ in Cana Galilee, ubi transeunt mire moraliter in vinum aquæ (Joan. II, 9). In hac, inquam, cum pietas desiderii in fructum operationis dignæ proruperit, ab imis ad supera contuenda liberi jam sæculi pituita elevantur cordium oculi, locusque *procul* videtur, quia sapore

intimo post fluctus, et instabilitates præ-  
rumnæ, firmissima illa statio, quod est  
si universalis quidem, sed specialis sibi  
com locus est, et fide primo videtur, id est  
dehinc contemplando cognoscitur; *procul*  
; quia longe est, ab eo quod Deus est, quid-  
eo humana cogitatione sentitur; pueri qui-  
itur Abraham, sensualitas ac imaginatio  
nt, quæ et pueriliter se agunt, et sapiunt,  
alium vix unquam consideratione recedunt,  
*cum asino* exspectare illi jussi sunt; hi enim  
tio sui pondere ad alacritatem nunquam  
lationis accedunt. Ratio vero naturali qua-  
na sublimitium potens cum puero, spei vi-  
unctæ jugi incremento illuc properat, dum  
lestia quæ intelligit sperando desiderat.  
gressus animi ipsum est desiderium, spes  
sa dicitur quasi est pes, qua promovetur  
; signatur sane recte per puerum, quia si-  
rum per nutrimentorum curam speramus  
sic spem per bona opera nemo est qui  
d perfectam procedere securitatem gloriæ  
ndæ. *Postquam adoraverimus* revertimur  
i est ubi divinæ cognitionis, quidpiam at-  
t, ex summa ejus incomprehensibilitate  
l sumus in nobis humiliter contraxerimus,  
ana rursus sapienda et tractanda redi-

6. — *Tulit quoque ligna holocausti, et im-  
per Isaac filium suum; ipse vero portabat  
us ignem et gladium: Ligna holocausti* tol-  
um sanctæ Scripturæ dicta, quibus ac si  
s fomento devotionis nostræ flammam augeat-  
tante **66** excipimus. Isaac filio nostro ea  
us, eum spei nostræ ad superna gaudia in-  
; de cœlesti felicitate sacri eloquii verba  
um flammis ingerimus. Abraham *in mani-*  
m portat, cum ratio nostra fervorem interni  
sui per exhibitionem piorum operum pru-  
stentat. Portat *gladium*, dum discretionis  
non excedit ipsa administratione virtutum;  
recte offeras, et recte non dividas, pec-

7, 8. — *Cumque duo pergerent simul, dixit  
tri suo: Pater mi? At ille respondit: Quid  
mi? Ecce, inquit, ignis, et ligna, ubi est vi-  
locausti? Deus, ait, providebit sibi victimam  
ti, fili mi? Duo simul pergunt, cum indi-  
ret rationabile speramus, et sperabile rati-  
ur; hæcque unum expetentia idem gerunt.  
Item spei non absurde intellectus dicitur,  
de spes prodeat ex ratione colligitur, et ubere  
s admoto ab spiritus natura progreditur;  
illectum compellat, dum carnalibus deside-  
t ad cœlestium desperationem patrocinium  
advocat; intellectus ipsam filium nominat,  
i quadam naturali unione cohærere debere  
nis statum docendo determinat. Ecce, in-  
is, et ligna, ac si diceret: Ecce fervor bene*

A agendi mihi injacet, et Scripturarum promissio con-  
fluentibus hinc inde testimoniis si perseveravero  
grandis elucet, tot corporalium desideriorum ir-  
ruente gelu, ubi reperiri poterit omnimoda illa  
consumptio mundialis affectus, ubi calor qui incen-  
dat sancti Spiritus. Victima mens ipsa est, quæ tunc  
est holocausti, cum nil relinquit inconsumptum  
vitii; sed cum ratio relevat spem, et spes crebro  
consulit, et inter consulendum suscitare nititur rati-  
onem, utraque necesse est referantur ad Deum  
victimarum provisorem. Ex libero namque arbitrio  
nostro et plantamus, et plantata rigamus, sed nihil  
est quod inter nos agimus, nisi ex gratia incremen-  
tum det Deus (*I Cor. iii. 6*).

VERS. 9. — *Peregunt ergo pariter, veneruntque ad  
B locum quem ostenderit ei Deus, in quo ædificavit alt-  
ture, et desuper ligna composuit. Pariter* pergunt,  
cum eadem intentione cœlestia, Deumque ambiunt,  
dum nec spiritus sine rationabili spe est nec spes  
sine spirituali rectitudine est. *Ad locum* venimus,  
quem ostendit Deus, cum in Dei visione ad momen-  
tum quasi loco a nostra fluctuatione subsistimus,  
quod tamen non nisi prævia ipsius illustratione at-  
tingimus. *In quo alture* ædificamus, super quod  
*ligna* componimus, dum conscientiæ devotionem  
cæterarum cœtu virtutum adminiculante erigimus,  
sacrique eloquii undecumque dicta excerptimus, et  
cordis altari magis magisque incendendo congeri-  
mus. *Cumque colligasset Isaac filium suum, posuit  
C eum super struem lignorum.* (VERS. 10.) *Extenditque  
manum, et arripuit gladium, ut immolaret filium  
suum.* Isaac colligamus, cum spem in cœlestibus  
gaudiis positam soli Deo fixa charitate astringimus.  
In altari *super struem lignorum* ponimus, cum pie  
voluntatis, et Scripturarum auctoritatis omni altari  
sacratius, fundamentum ipsi substernimus; unde  
enim melius roboretur quam ut mentis puritati et  
divinæ veritati innitatur? *Extendere* dicimus *extra  
tendere.* *Extendi ergo manum,* quisquis superna  
aspiratione delectatus ultra vires proprias conatur  
in contemplationis exercitium. *Arripimus gladium,*  
ut immolemus *filium,* dum tanta constantia animi  
divinum amplectimur verbum ut præsentis mundi  
nos omnino quod fieri non potest interimere veli-  
mus ad usum. *Etsi enim dicitur; Vacate, et videte  
D quoniam ego sum (Psal. xlv, 11),* discernenda sunt  
sola utique noxia, a quibus vacare debemus; secun-  
dum namque passiones peccatorum, quæ in ipsis  
mortificanda sunt membra super terram, non ad  
utilium et naturalium negotiorum curam. Hanc ille  
Joannes abba parvulus, qui vivere conatus est, ut  
angelus extenderat manum, dum omnino exuere  
voluit vitæ humanæ; immolasset plane filium, si  
inflexibiliter Deo soli speculando spei intendisset  
intuitum; spes namque funditus eximi a mundo  
potest, sed spei nostræ contemplatio semper intendi  
non potest; secundum hoc sane revertuntur ani-  
malia, cum incedunt.

VERS. 11, 12. — *Et ecce angelus Domini de caelo*

clamavit dicens : Abraham, Abraham? Qui respon- A dit : Adsum. Ne extendas, ait, manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam. Nunc cognovi quod timeas Deum, et non pepercis filio tuo unigenito propter me. Angelus Domini de cælo clamat cum vox sacri eloquii bona nobis nuntians de Scripturæ mysterio ac si de cælo insonat. Scriptura sacra cælum appellatur ob secreta divina, quæ operit, ut est : Qui operit cælum nubibus, et parat terræ pluviam (Psal. cxlvi, 8). Abraham bis hic vocatur, cum paulo superius semel nominetur; quod non ab re creditur, illic namque per tentationem semel vocatur, ut a concepta superbia convertatur; hic vero geminatur, ut non modo sancta anima a suo torpore conversa credatur, sed ex **87** multo etiam pietatis cultu ad justificationis gloriam pervenisse monstretur, unde et vocanti respondet : Adsum, ut sanctæ paginæ dictis debitæ obedientiæ impendere se prodatur officium. Ne extendas manum tuam super puerum, id est ne citra virium possibilitatem imbecillium, quæ notantur per puerum, tuæ contemplationis exeras conatum. Neque facias illi quidquam; cum manum super extendimus, aliquid illi scilicet puero facimus, id est aliquid ex nobis, et ex virtute nostra addere humanæ nostræ infirmitati credimus cum sine Deo nil facere præter vitium valeamus. Manum ergo ne extenderis onus videlicet, juxta dictum sapientis : Super te ne levaveris (Deut. xii, 18), unde mox superbi aliquid tibi cum nil ex te facias agere videaris. Nunc cognovi, quod est, cognitum tibi feci, quia timeas Deum, dum parcere filio unigenito nolueris, dum scilicet de spe sæculari nil intra te residere protuleris, sed ipsam spem unigenitam feceris, dum nulli alii præter Deo soli eam intendere volueris; parcimus enim spei nostræ, cum aliquid mundanum humanitas in ea patimur remanere.

VERS. 13, 14. — Levavit Abraham oculos, viditque arietem inter vepres hærentem cornibus. Quem assumens obtulit holocaustum pro filio. Appellavitque nomen loci illius, Dominus videt. Unde usque hodie dicitur : In monte Dominus videbit. Levat Abraham oculos, cum ad Scripturæ intonantis montia a propriæ proposito nimietatis erigit spiritus noster sui intellectus acmina. Arietem denique inter vepres hærentem cornibus videt, cum sacro suggerente eloquio superbiæ cervicositatem inter vepres cupiditatum occulte in animo suborientium affectatæ potentiæ cornibus detentam subtiliter intelligit. Solet namque nimium subtiliter contemplari volentibus, quasi post tergum, ubi sibi minus attendunt, subripere superbia, quæ ita cupiditati honorum, aut laudis, ac si veprium stimulis implexa potentiæ desideriove luti cornibus pendet, cornibus enim potentia signari solet, ut vix Abraham intellectualis hæc distinguat, nisi respiciat ad seipsum et oculos levet, quid sibi videlicet irrepit, ex ipsa cui contemplandæ inhiat Dei contemplatione penset. Contemplatio autem, ut sæpe diximus, non solum in divina visione accipitur, sed etiam in consideratione spiritualium rerum, et omni discussione

veritatis, in qua cum animus sibi præminere videtur multa pro suæ scientiæ quasi reverentia, superbia et prælationis affectandæ cogitatione plerumque mordetur. Hunc ergo arietem tumoris et jactantiæ pro filio mactare debemus, dum non spei nostræ intuitum, quantum ad activam attinet vitam exstingui permittimus, sed vitium superbiæ cum sua ambitione omnimoda ambustione consumimus. Sic enim a Deo intelligentiam sperare debemus speculative, ut intentionem non diverberemus activæ. Sane occideretur filius, si spes nostra solis cælestibus rebus intenta deficeret ab actualis vitæ negotiis utilibus. Nam hunc locum, id est cordis statum Dominus videt; id est approbat, cum quidquid suboritur elationis, mactat, et inde his qui divinæ cognitionis hodie habent certa discretione constat, quod in monte Dominus videat, quia in summo humilitatis constitutos futuri sæculi gloria exaltat. Videt suos per juge hic adiutorium approbando, videbit æterno decore coronando. Unde est : Iterum autem videbo vos, et gaudet cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis (Joan. xvi, 22).

VERS. 15, 16, 17. — Vocavit autem angelus Domini Abraham secundo de cælo dicens : Per memetipsum juravi, dicit Dominus, quia fecisti rem hanc, et non pepercisti filio tuo unigenito : benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, et velut arenam quæ est in littore maris. Post primam angeli de cælo vocationem, quæ facta est post tentationem, in qua post conversionis ingressum evocati per divina eloquia processimus ad justificationem, secundo iisdem cælestibus Scripturæ monitis excitamur ad glorificationis spem. Per semetipsum Deus jurat, cum per veritatis tenorem jus in nobis rectitudinemque firmat. Ego, ait, sum via et veritas (Joan. xiv, 6); veritatem autem tenet quisquis a peccati fallacia se continet; omne bonum in summo bono esse habet peccati vere nulla est essentia, quia sine Deo factum est nihil, id est peccatum, et homines cum peccant fiunt nihil quantum ad esse verum. Quia ergo in nullo pepercisti carnali tuæ voluntati, ut spe boni mundialis eam gaudere permitteres, sed uni Deo eam unicornis more juxta psalmum, intendisti (Psal. xci, 11), quia rem, id est utilitatem non corporis, sed spiritus ad gignendum unius irreflexæ spei fructum, quod signatur per unigenitum, fecisti; benedicam tibi, id est proveham te omnimodæ virtutis effectu et multiplicabo semen tuum, merita videlicet operum tuorum, quæ hic juxta Psalmistam, seminantur in lacrymis præmio cumulabo centuplici (Psal. cxxv, 5), ut qui super pauca fidelis fueris, super multa constituaris (Matth. xxv, 21, 23).

Per stellas cæli, virtutes animæ accipimus, quæ in æterna beatitudine sicut a cælo nunquam dividuntur stellæ, sic nec separari poterunt a sanctorum mente. Per arenam **88** maris littoream, corporis intelligimus impassibilitatem, quæ erit post resurrectionem, quando jam securitatis littore constituti, a salo motuum liberi, sicut de arena salem fieri cognovimus,

am carnis gravitudinem, et corruptibilitatem A  
tia nos inhabitante condiendam credimus.  
ebil semen tuum portas inimicorum suorum.

18.) *Et benedicentur in semine tuo omnes  
terræ, quia obedisti voci meæ.* Possidet  
portas inimicorum, cum virtutes sub se obti-  
vilia, quæ sunt portæ, per quas intratur ad  
tium diabolorum, antonomastice, inimicorum.  
gentes benedicuntur in semine, cum bona  
in præcipuo omnium seminum augentur cha-  
Ipsa enim operit multitudinem peccatorum  
v, 20), et dicitur perfectionis vinculum (Col. III,

s. 19. — *Reversus est Abraham ad pueros  
abieruntque Bersabee simul, et habitavit ibi.*  
subtilitatem divinæ speculationis, fragili qua-  
ecessitate relabimur ad usum humanæ volun-  
et affectualitatis, quæ nobis pueritiam incul-  
levitatis. Bersabee puteus septimus dicitur.  
is ad puteum septimum, cum ad consuetudinem  
imur interiorum exteriorumque sensuum, de  
oragine cum crebro exhauriamus undas sub-  
ium cupiditatum, nunquam tamen quandiu  
ira subicitur vanitati nolens (Rom. VIII, 20),  
ritur ad purum. Septenarius enim ex quatuor,  
orpus signant, et tribus, quæ animam, constat,  
æ sub additamento putei interioris exterioris-  
cipitur sensualitatis incomprehensibilis instar  
profunditas. Hic habitamus, dum et in pro-  
concupiscentiarum diversamur, et tamen quasi  
i in domo serviles strepitus dominando deprimi-  
s. Habitare autem sæpe in Scripturis pro eo  
est dominari, ponitur, nec ab re quia habitare  
verbo, quod est *habere*, detortitium frequen-  
m est; his autem quæ habemus *dominari* nos  
as; sic ergo Bersabee puteo, videlicet septimo  
imorum carnis et animi sensuum, habitando  
amur, ut eorum evagationem cohibendo ali-  
isper fluxa desideria quasi aquas ex infimis  
temus.

#### CAPUT XXIII.

1s. 1, 2. — *Vixit autem Sara centum viginti  
s annos. Et mortua est in civitate Arbee, quæ  
bron in terra Chanaan.* Per Saram, quæ prin-  
terpretatur, voluntas superius a me intellecta D  
scitur, eo quod rationis imbuta consilio, totius  
principium inveniat esse actionis. Per cen-  
iginti septem annos perfectio scientiæ ac opera  
exprimitur. In centenario namque perfectio,  
enario, ubi Decalogi species geminatur, doctrina  
æcutio divinæ legis exprimitur; quæ rei utrius-  
perfectio ad septenarium, qui spiritualim est  
charismatum deducitur, quia centum viginti  
ntibus (Act. 1, 15), sancti Spiritus gratia illapsa  
scitur; requiescit enim super humilem, et trem-  
am sermones Dei (Isa. LXVI, 2); hos itaque qui  
t et faciunt Spiritus inhabitat, fictumque devi-  
Secundum quod itaque his innuitur numeris  
Sara, quia taliter se habens recte principatur

voluntas nostra. Sed postquam ad Bersabee reverti-  
tur, puerisque conjungitur, in civitatem Arbee  
moritura devolvitur. Civitas anima est, Arbee dici-  
tur quatuor. Ex animalitate autem, ex infima scilicet  
nostri parte, quatuor passionum miserias toleramus,  
id est metuere, cupere, gaudere, dolere. Quibus  
dum sæculariter occupamur, a divini omnino cultus  
cura distrahimur. Hebron vero, quæ et Chebron,  
incantator interpretatur; hæc nempe funesta qua-  
ternitas incantatoris gerit officium, dum prosequi  
persuadet animam cujuslibet horum desiderii cogi-  
tatum. Quæ omnia in terra Chanaan fiunt, quia  
in terrena mente continuæ inquietudinis negotium  
excitando, perpetuæ damnationis parari humilitati  
non metuunt. Chanaan sane negotiator, vel paratus  
humilitati dicitur. *Venitque Abraham ut plangeret et  
fletet eam. Venit Abraham,* cum ratio nostra a dis-  
persione sua regreditur ad sui ipsius curam; flet,  
cum fluxus interioris molliem quasi aquas ab in-  
tentionum oculis emittit; plangit, cum in exteriori  
habitudine ac si in voce exhibet cordis anxietatem,  
qua sincere intrinsecus pœnitet. Multos enim hoc  
agere palam pudet,

VERS. 3, 4. — *Cumque surrexisset ab officio fune-  
ris, locutus est ad filios Heth dicens: Advena sum et  
peregrinus apud vos, date mihi jus sepulcri vobiscum,  
ut sepeliam mortuum meum.* Surgimus ab officio fu-  
neris cum erigimur in spem veniæ post exhibitionem  
pœnitentis. Heth interpretatur *formido*, vel *stupor*.  
Ad filios Heth loquimur, dum cum nostris cogitatio-  
nibus, quæ veluti quidam fetus mentis nostræ sunt,  
postquam divina formidine non solum tanguntur  
introrsum, sed etiam dum terra Chanaan esse ve-  
rentur, id est externæ, et inutili humilitati parari  
refugiunt, usque ad stuporem corporis hoc timore  
feruntur, de nostræ salutis interna commoditate  
tractamus. **¶** *Advena,* inquit, *sum apud vos.* Adve-  
næ sumus, qui nuperrime ad cor redimus. Peregrini  
sumus, qui necdum intra conscientiæ sinum conse-  
dimus. Peregrinus autem a *peragrandō* dicitur. *Jus  
sepulcri* ab eis nobis exigimus, cum debitam requiem  
intra nos ipsos ab ipsarum cogitationum naturali  
turbulentia conquirimus. Qui thesaurum effodiunt,  
juxta Job, gaudent, cum invenerint sepulcrum  
(Job. III, 21, 22). Et juxta hunc typum, Maria foris  
plorat ad monumentum (Joan. XX, 11). Sepelimus  
mortuum, cum nil in hoc mundo sperantem jamque  
crucifixum intra mœnia rationis recondimus ani-  
mum.

VERS. 5, 6. — *Responderuntque filii Heth: Audi  
nos, Domine? Princeps Dei es apud nos, in electis  
sepulcris nostris sepeli mortuum, tuum nullusque te  
prohibere poterit, quin in monumento ejus sepelias  
mortuum tuum. Filii Heth* Abraham respondent, cum  
cogitationes timidæ consilio rationis aggaudent.  
*Audi,* inquit, *nos, Domine,* id est intellectualiter  
nos discerne. Principatus enim Dei vices in nostris  
interioribus agis, unde et in Apocalysi cum Deo in  
throno, id est judiciaria potestate, vincendo sedere



permitteris (Apoc. III, 21), dum utilia noxiaque dividis. Electa sepulera, quibus sepelimus *mortuum* activæ est et contemplativæ vitæ secretum, licet quæque alia virtus sepulcrum dici possit, qua se quisque a vitiorum tumultibus abscondit. Si, inquit, cum Deo sentiens principari legitime inter nos volueris, *nullus te prohibere poterit* motus carnis, quia sopitis cogitationum pestibus, necessario jam non erit perversi molestia actus, quæ præpediat in monumento *mortuum* ponere, id est intra memoriam ad incitamentum pœnitentiæ, non ad refractionem malitiæ peccati licentiam coercere. Monumentum autem a *monendo*, quasi monimentum dicitur. Peccatum vero *mortuum* dicimus, a cujus perpetracione delicimus.

VERS. 7, 8, 9. — Surrexit Abraham, et adoravit populum terræ, filios videlicet Heth, dixitque ad eos: Si placet animæ vestræ, ut sepeliam *mortuum meum*, audite me, et intercedite apud Ephron filium Seor, ut det mihi speluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui. Do ei pecuniam dignam, tradat [al., pecunia digna tradat] mihi eum coram vobis in possessionem sepulchri. Abraham surgit, cum de cogitationum assensu in spem arripiendæ sanctitatis intellectus se erigit. Adorat populum terræ, cum devotione humili excipit obedientiam cogitationis jam solidæ. Si, inquit, placet animæ vestræ, id est huic piæ animositati vestræ, qua desiderium sanctæ conversationis aspirastis, ut a presuris forensibus foveam animum, audite me, ad meum obtemperate imperium, et intercedite apud Ephron, id est agite cum affectu vestro, qui tanquam pulvis inutilis superbiæ vento a facie terræ projectur, quatenus det mihi speluncam duplicem, permittat scilicet obtinere sensualitatis, et imaginationis geminam caveam ferali quadam javiditate rebus corporeis inhiantem, nullius spiritualis scientiæ capacem. Ephron autem interpretatur pulvis inutilis, in quo affectus instabilis. Is est in extrema parte agri, in his utique quæ extrinsecus adjacent corpori. Ager autem corpus est excolendum cultro ingenii. Do ei pecuniam dignam, vinum scilicet illud, quod in Canticis dicitur, dulce dilecti labiis ad ruminandum, et gutturi ejus saporum (Cant. VII, 9), scientiam utique Scripturarum omni diligentia, et meditatione dignam ei administro. Huic spretis sæcularibus curis, multiplicibus interiorum negotiorum impensionibus augmentandæ, et huc illucque non continendo, sed erogando dilatandæ, intendere opportunum semper est et salubre affectui nostro. Coram vobis eam mihi tradat in possessionem sepulchri, videlicet cum sacræ paginæ pecuniam a me curandam pertractandamque susceperit, ut interioribus lucris studeat, cum ab exterioribus vacare cæperit, ipse appetitus quondam carnalis mihi eam tradat, mihi scilicet habere volenti speluncam duplicem nullatenus contradicat, coram vobis assentiente utique universo motu cogitationis, in possessionem sepulchri, ut liceat in tuto conservare

A intra septa conscientiæ statim animi jam sæculo crucifixi.

VERS. 10, 11. — Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth. Responditque Ephron ad Abraham, cunctis audientibus, qui ingrediebantur portam civitatis ejus dicens: Nequaquam ita fiat, Domine mi, sed magis ausculta quod loquor: Agrum tradam tibi, et speluncam quæ in eo est, præsentibus filiis populi mei, sepeli *mortuum tuum*. Inter filios Heth Ephron habitat, cum cogitationibus metu divino conterritis, affectus noster qui non ab re pulvis dicitur inutilis, quasi quodam spirituali humore, ipsa eadem formidine ad earum sententiam se stringit et solidat. Cogitationes autem filios posse dici ex sapientis verbo colligimus, qui vipereis cogitationes stultorum generationibus comparat, mentem, ait, comedunt, matrem suam. In medio vero Ephron habitat, quia rationi innitens noster affectus iisdem cogitationibus ac si dux aliquis militibus utiliter jam se munit, et constipat. Ephron Abraham respondit, cum affectus rationis monita grata accepit. Qui ingrediuntur portam civitatis audiunt, cum universi animales nostri impetus, qui timorem Dei, qui porta ad Deum, et ad **90** cordis civitatem redeuntibus est, experiuntur, proposito religionis obediunt. Nequaquam, ait, Domine, scientiæ operosius mihi commendandæ Scripturarum insistas, quia si nullus esset, qui me moneret, sermo divinus, nullo modo tamen tepidus reperiri possem erga Dei voluntates exsequendas. Talia cogitamus, cum ad tempus spirituali desiderio affectualiter inflammamur. Unde additur: Ausculta quod loquor, quia multo ampliora proponit aliquoties, dum ad horam novitia fervet affectio, quam velit aggredi spiritus hujus nimie alacritatis moderator. Agrum, inquit, corporis tuo irrefragabiliter juri subiciam, sensualitatis, ac imaginalitatis geminam capacitatem, speluncam utique duplicem attribuiam præsentibus filiis, id est cogitationibus, non jam ab interiori sua oberrando cura remotis, sed ad pium officium astantibus et devotis.

VERS. 12, 13, 14, 15. — Adoravit Abraham coram populo terræ, et locutus est ad Ephron circumstante plebe: Quæso ut audias me; dabo pecuniam pro agro, suscipe eam, et sic sepeliam *mortuum meum* in eo. Respondit Ephron: Domine mi, audi. Terra quam postulas quadringentis argenti siclis valet; istud est pretium inter me, et te, sed quantum est hoc? Sepeli *mortuum tuum*. Abraham coram populo terræ adorat, cum cogitationum turba a sua dispersione reversa, et ad unum coacta, et quodammodo sibi ipsi coram facta, penes Deum ratio sese humiliat. Unde et populus terræ dicitur, cum cogitatum nostrorum mobilitas ad modum terræ aliquandiu stabilitur, et hæc plebs circumstat, dum Abraham Ephron loquitur, quia cogitatio in suæ fervore devotionis constituta circumest, dum sua intima undique provide munit, nec se a rationis oraculo dividit, stat quoque, dum ad quoslibet vitiorum assultus spiri-



edire et certare parata consistit. Est enim, proprium stare certantis. *Quæso*, ait, ne tuo no calori nimium fidas, precor, *audias*, id cere ne renuas, velox ad audiendum existas, *Scripturæ* documento nil posse te facere credas, ergo pro agro excipias, ut non in agresti, ac corporis cultu, sed de spiritualis pecuniæ *ris* propectu. Siclus, juxta quod legitur, *violos* habet; obolus vero a similitudine obeli, quod est sagitta; siclus ergo viginti obolos *nis*, sacra pagina est, quæ Decalogum scientiæ *rium*, id est perfectionem nobis proponit opes bonæ, quibus quasi sagittis vitia feriuntur, hisque rursus mens tangitur vulneranda *te*. Vicenarius enim bis denarium habet. utem *quadringenti* quatercentum continent, tuor Evangelia mundo abrenunciare, quod *um* est, edocent, qui plenariæ scientiæ, et *s* integræ denarios, id est perfectiones ha- *x* *Scripturæ* legalis documento, perfectionis *rium* assequuntur ex quatuor Evangeliorum *seipsos* abnegando. Adolescenti namque, *em* a primævo custodierat, dicitur a Domi- *si* velit perfectus esse, quæ possidet vendat *xix*, 24). Decalogum exterioris observantiæ *rat*, et ideo intellectualis Decalogi cum sa- *on* vulnerat.

ergo *terra* corporis nostri *quadringentis* *sitia* nil stabile, constans, aut validum in se nisi sanctarum Scripturarum a vitiorum jure *tur* impendiis; hoc inter rationem, et af- *est* pretium, quia quoties carnalium lascivia *ipit* affectuum, et corporis indebite usurpat *dines* agrum, nil spiritus noster convenienter *od* appetitui carnis opponat habet ad manum, *Scripturæ* documentum. *Sed quantum est hoc?* *iceret*: Licet aliqua quantitas tibi videatur *is* corporis impetum Scripturarum testimo- *indare*, appetitu tamen ad rationis tuæ *ar-* *com*placato, nil magnum est. *Sepeli* ergo *n*, bonis utique operibus tege corpus cor- *um*, ne per vitæ remissionem prodeat in fe- *crim*inum. (VERS. 16.) Audit hoc Abraham, *ntientis* cum Deo affectualitatis suæ grate *benevolentiam*. *Appendit pecuniam, quam* *D* *postulaverat, audientibus filiis Heth*; quia *it* intellectus affectui Scripturæ divinæ justi- *ua* suam dirigere vitam debeat, et quam per *itiam* filiorum Heth, cogitatum videlicet *um* divino timore tactorum, sequi deliberat. *moneta* publica est, et probata, quia nulli *ano* in dubium veniunt sacræ paginæ insti- *udicia* enim *Domini vera justificata in semet-* *ual*. XVIII, 10). Moneta quædam est, lex divina, *nsura*, numero, et pondere omnia Deus insti- *umerum* quidem consiliorum universitatis, *am* omnium per singula, et per omnia sin- *n* *contemperabilitatis*, pondus quod a *pen-* *licitur* ad contemplationem illius quæ finis

A est omnium veritatis. Ad hanc tota Lex pendet, et prophetæ (*Matth.* xxii, 40); publica autem est, quia rudibus, et quasi publicis ingeniis naturaliter sinceritas justitiæ cognoscibilis esse potest, probata vero, quia sine externis argumentis elucet, ac præminet per seipsam ipsa Scripturæ sacræ puritas.

VERS. 17, 18, 19. — *Confirmatusque est ager quondam Ephornis, in quo erat spelunca duplex respiciens Manre, tam ipse quam spelunca, et omnes arbores ejus in cunctis terminis per circuitum, Abrahæ in possessionem videntibus filiis Heth, et cunctis qui intrabant portam civitatis. Atque ita sepelivit Abraham Saram uxorem suam in spelunca agri duplici, qui respiciebat Manre. Hæc est Hebron in terra Chanaan. Ager quondam Ephronis, corpus scilicet olim subditum appetitui carnis, in quo duplex spelunca sensualitatis ac imaginalitatis fervet ad insidias avaritiæ, ac rapacitatis, Abrahæ confirmatur in possessionem, dum quod in conversionis initio non sine molestia observabatur, transit in delectationem per irremissæ devotionis jugitatem. Porro per speluncam sensus et imagines non inconcine accepimus, quia uti leo, atque latro in spelæis latere didicit, ita affectus corporeis rebus inhians, intra et extra præfata duo illa ac si quasdam concavitates obsidet. Non enim alia quam corporalia norunt; hinc ille egreditur, ut concupiscat, per hæc ad illum corporalis libido ingreditur, ut suggerat. Postquam corporis fragilitas animi virtute firmatur, Manre quod interpretatur *divisiones*, vel *perspicua*, respicit, quia postquam mens a vitiorum se fluxu restringit, perspicuitatem divisionis, id est discretionis attingit; ipse ergo ager, et spelunca, ut præmissimus, interno vigore firman- tur, sed et *arbores in cunctis terminis*, universæ scilicet cogitationes fructum pii operis, et folia sanctæ locutionis emittentes, in omni sua intentione, quæ quasi quædam finalitatis provisio in cunctis quæ agimus dignoscitur esse, solidantur.*

Filii Heth vident, cum talibus negotiis cogitationum motus ulli non vident; cuncti etiam qui *portam civitatis* intrant, omnes utique rationales, imaginales sensuales quoque impetus, qui per *portam* divini timoris (initium enim sapientiæ est) et peccatorum confessionis, ad civitatem Dei se colligunt, his commerciis favent. Unde dicitur: *Populus ejus, et oves, introite portas ejus in confessione* (*Psal.* xcix, 4): *sepelivit itaque Abraham uxorem in spelunca agri, qui respicit Manre*, cum auctore intellectu sensualitas, ac imaginalitas corporalis ad discretionis virtutem tendens, et sub agro spiritualis exercitii se continens, a visibiliu delectatione rerum se cohibens, ipsam etiam interioris hominis voluntatem fovet, ac veluti intra duo septa munit. *Hæc est Hebron in terra Chanaan*: Hebron interpretatur *augmentum sempiternum*, vel *visio sempiterna* dicitur, Chanaan vero *mutationem* sonat; Manre ergo, id est *discretionis perspicuitas* ad hoc ut fiat visio sempiterna, et augeatur semper, attingit, cum sub-

tilitas dignoscendorum spirituum ad contemplationem usque Dei proficit, quæ quidem hic incipit, sed ab ænigmate et speculo ad sempiternitatis augmentum, quod complebitur, cum facie ad faciem videre cœperimus (*I Cor. xiii, 12*), surgit. Et hoc in terra Chanaan fit, ubi vera mutatio æternæ stabilitatis, terræ videlicet viventium nil jam inesse nobis mutabile sinit.

VERS. 20. — *Et confirmatus est, inquit, ager*

A corporis, diuturna jam contra passiones vigilantia sub dominio Abrahamæ, scilicet rationis *et antrum* conscientiæ contra imperium justitiæ nullatenus murmurantis, ut possideatur jure monumenti, ut jugiter scilicet mentis memoriam moneant professionis, quam de propriæ fecerit mortificatione carnis, et recommemorent propositi sui: monumentum nempe et mortuum tegit, et a *monendo* vocabulum sumpsit.

EXPLICIT LIBER SEXTUS.

## INCIPIT LIBER SEPTIMUS.

# MORALIUM IN GENESIM.

Septimum in Genesi aggrediens, Deo aspirante, tractatum, sancti Spiritus mihi deprecor adesse præsentiam, hoc deinde humiliter meum ex postulando lectorem ut, si qua minus quam competit dilucide posita, aut Scripturarum exemplis minus quam vellet fulcita, aut nimia brevitate contracta perviderit, indulgeat meæ misericorditer novitati, qui potius in hoc meo primo opusculo quidnam agere possem experiri volui, et meæ solius utilitatis causa cudere ista proposui, imo non cudere, sed ad memoriæ mihi reparationem, cum ea relegero, summatis tangere cupii. Plane multa testimoniiis roborare potui, sed moræ impatiens nolui. Septiformi igitur Spiritu accingamur ad cætera.

### CAPUT XXIV.

VERS. 1, 2, 3, 4. — *Erat autem Abraham senex, dierumque multorum, et Dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitque ad servum seniore domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat: Pone manum tuam subter femur meum, ut adjurem te, per Deum cæli et terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito; sed ad terram, et ad cognationem meam proficiscaris, et inde accipias uxorem filio meo Isaac.* Sepulta eo quo adnotavimus modo Sara, intellectualis noster Abraham morum gravitate senescit, multarumque virtutum diebus albescit, et ei omnem benedictionem, spiritualium videlicet charismatum profectionem, Dominus infundit. Si ergo per Abraham ex ejus conjectura nominis intellectus accipitur, quid per *seniorem domus*, qui præest suis omnibus, melius quam bene agendi appetitus exprimitur, qui postquam rationis maturitati sedula servitute connectitur, quasi prævius, et magister eorum, quæ pie gerimus invenitur. Per *femur Abrahamæ*, propagationem intelligimus spiritualis intelligentiæ, quæ divinis lectionibus, et diutina conversationis experientia dilatatur in mente. *Manum, inquit tuam femori meo suppone*, id est virtutem bonæ tuæ aviditatis, qua sanctis actibus

B inhias, sub intelligentia ingenii mei deprime, quia vim tuæ operationis ab origine debes rationalis expectare scientiæ, ut nulla tibi subripiat præsumptio alacritatis vanæ; femur sane fons quodammodo propaginis esse dignoscitur, per quod ipsa intelligentiæ sedes non indigne veritas a nobis accipitur, inde ergo adjuratur appetitus noster *per Deum cæli et terræ*, quia per humilem qua veritati summæ inflectitur depressionem ad jus rectitudinemque statuit, per ejus cognitionem, qui intellectum dat parvulis (*Psal. cxviii, 130*), qui est Deus cæli, intellectualitatis nostræ, sua scilicet eam illustratione clarificans, et per ipsum cælum pluvias voluntarias sacræ institutionis terræ, ipsi pio videlicet appetitui administrans, adjurat ne accipiat *uxorem filio suo de filiabus Chananæorum, inter quos habitat*, hoc est ne voluntatem fluxam secundum desideria sæcularium æternæ damnationis humilitati parandorum, spei semel in cœlesti gaudio fixæ, ac si filio Isaac admisceat, ut de filiabus Hierusalem ad Chananitidas oculos reflectat. Habet filius uxorem, quando spes cœlestium a terrenis elevat voluntatem, ut quod sperat non verbo, sed opere velit; filiam vero Chananitidem sibi adnectit, cum ad mollitiem, lasciviamque mundi superna alacritas se demittit. De cognatione Abrahamæ uxorem accepturi ad terram proficiscimur, cum ad impassibilitatem in quantum possibile est animi, quæ vera stabilitas est (hoc enim terra significat), contententes, spiritualiter ad conformitatem matris nostræ Hierusalem supercœlestis, cum qua quondam homo noster exterior, dum recte vivit, germanitatem habet, conversari gestimus; unde sicut in cœlo, ita et in terra fieri Dei voluntatem oramus (*Matth. vi, 12*), ex ea cognatione uxorem accipimus, cum moti desiderio beate vivendi, piæ voluntatis gratiam magis amplectimur.

VERS. 5, 6. — *Respondit servus: Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, num reducere*

*debeo filium tuum ad locum de quo egressus es? Cave* A inquit Abraham, *ne quando reducas illuc filium meum.* Loquitur Abraham ad servum, cum ratio de quibusque gerendis informat affectum. Respondet hoc loco servus Abrahæ, cum ad hæc quæ spiritus suggerit peragenda, 93 objicit desideratos effectus, quos putat non posse suppetere voluntati suæ; mulier enim tunc non vult venire secum in terram, cum mollis, et fluxa cogitatio magis eligit sæcularitatum turbine circumferri quam consopito passionum fluctu ad terræ similitudinem stabiliri. Reducitur filius ad locum de quo egressus est, quando spes nostra propter aliquam tentationis auram de cælestibus desperando post se relabitur ad statum veterem desiderii sæcularis, de qua olim egressa tempore conversionis est. Quare autem per filium spem accipimus, prædiximus, quia spem in ipsis et propaginis et solaminis ponimus, unde et vulgi usu spes eos vocamus. Unde psalmus: *Et videas filios filiorum tuorum* (Psal. cxxvii, 6), id est fructus sperationum tuarum. Ne, inquit, ad antiquarum voluptabra voluptatum spei meæ aciem detorqueas, quia (VERS. 7) *Dominus Deus cæli, qui tulit me de domo patris mei, et de terra nativitatis meæ, qui locutus est mihi et juravit dicens: Semini duo dabo terram hanc, ipse mittet angelum suum coram te, et accipies inde uxorem filio meo.* Ac si diceret: *Deus qui me intellectuali luce ædificat, qui tulit me de conscientia peccati, quam inhabitabat auctoritas diaboli, dum ei conformarer, ac si patri, sive de conversatione mundiali; dicitur enim atrium suum custodire princeps mundi* (Luc. xi, 21), et de terrenitate in qua, et ad quam sumus ex eodem diabolo patre nati, qui spei collatione introrsum *locutus est mihi, et juravit, id est in Christianitatis me jure constituit interna sponsione pollicens semini, id est bonæ tuæ actionis merito, quod in spe frugis æternæ seminaveris, terrenitatis hujus scilicet corporis tui pondus submittam, ut spiritualis alacritatis experietur gratiam, Deus, inquit, qui et hæc fecit, et facturam se promisit, ipse angelum divini sui eloquii, qui quæ agenda sunt nuntiet, coram te mittet, id est prævium tibi faciet, et inde, ex ejus videlicet documento videbis quam debeas eligere corporis, an animi voluntatem, spei utique tuæ ac si filio admissendam.* (VERS. 8.) *Sin autem mulier sequi te noluerit, non teneberis juramento, id est, si seductibilis, et lasciva cogitatio secundum appetitum justitiæ quam habes corrigi renuerit, jus regulamque veritatis excedens, non ultra teneberis, sed effrenis vagusque per vitia quæque laberis. Filium tantum meum ne reducas illuc.* Quod est dicere: et si habenis divinæ legis teneri refugis, spem saltem ne penitus de cælo devolvās, et sæculari labyrintho immergas.

VERS. 9 — *Posuit ergo servus manum sub femore Abraham domini sui, et juravit illi super sermone hoc. Servus manum sub femore domini ponit, cum pietatis affectus veritatis præsidio, quæ locus totius*

A divini est seminis, fortitudinem suæ bonæ operationis debita servitute subjungit; *super sermone hoc jurat, cum secundum intellectus sententiam affectus nostri infirmitas sese dirigit, et innormat.* (VERS. 10.) *Tulique decem camelos de gregibus domini sui, et abiit ex omnibus bonis ejus portans secum. Profectusque perrexit Mesopotamiam ad urbem Nachor.* Per camelum qui ruminat, sed unguam non dividit, et ab incurvitate sua, sicut caminus, et camera nomen accepit, vita quidem ex magna parte divinæ legis præminens observantia intelligitur, sed tamen ob indiscretionem suam, quia necdum plene inter vitia virtutisque dividit a perfectione distans, et ob hoc sese congrua humilitate propriæ indignitatis consideratione inclinans. Per *decem* itaque camelos, B divinæ legis, cujus summa Decalogus est, amor et retractatio crebra accipitur, quæ dum avido mentis ore gustatur, fideli ejus ruminatione animi robor erigitur, et carnis desiderium tenuatur et dum ad unguem se ut desiderat perfici carnis objectu non posse considerat, ex sua mox quod actu non prævalet humilitate reformat. Greges Domini, de quibus decem assumimus, cæterorum multitudines mandatorum sunt, de quibus perfectiora accipimus, cum Dei, et proximi charitatem, in quibus tota lex pendet et prophetæ, tenendam eligimus. Unde et *ex omnibus* Domini sui bonis portans dicitur abisse, quia cui dilectionis virtus inest; in quantum sibi adest, in tantum etsi non omnia adsunt, de bonis omnibus portat, cum charitas officio, quæ universitatis honorum materia est, corporis voluntatem subjugat. Abit, cum in meliora gerendi semper appetitum se extendit. Mesopotamia græce, *media inter flumina*; Hebraice, *elevata vocatio* interpretatur. Vocatur primo ad fidem, elevatur vero vocatio per mundi abrenuntiationem, ubi, inter fluctus tempestatum mentis et sæculi, necesse est commorari spiritu pauperem; per hanc Mesopotamiam ad urbem Nachor, quod interpretatur *requies luminis*, pergimus, quando ad perfectionem charitatis per passiones proficimus, quæ lumen juxta Joannem apostolum est (I Joan. ii, 10), qua vere quiescimus. vel ad civitatem supernam, ubi lumen in lumine verius quiescentes videamus.

D VERS. 11, 12. — *Cumque camelos fecisset accumbere extra oppidum juxta puteum aquæ vespere, eo tempore, quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam dixit: Domine Deus, etc.* Oppidum mundus est, cui fortis armatus principatur et regnat (Luc. ii, 21). Unde dicitur apostolis: *Ite in castellum quod contra vos est* (Matth. xxi, 2), et merito contra, quia in mundo pressuram habetis (Joan. xvi, 33). Extra oppidum camelos facimus accumbere, cum bona nostra opera, quibus divinæ legi 94 congruimus, a mundi carnali pariter et spirituali consortio separamus, dum vitia ejus et laudes refugimus. *Juxta puteum aquæ vespere accumbimus, cum defervescentibus in nobis vitiorum caloribus ac si quodam meridie ad fontem aquæ vivæ, de quo qui*

biberit, non sitiet ultra (*Joan.* vi, 35), Christum A scilicet bonis nostris operibus per sanctæ spei expectationem requiem invenimus. Nam de aqua oppidi qui bibit, sitiet iterum. *Dum superbit impius, incenditur pauper* (*Psal.* ix, 23) : dum mulieres egrediuntur ad hauriendam aquam, dum fragilia instar mulierum corda de prava sua, et occulta conceptione ad apertas exeunt malitias ut hauriant non Christi, sed oppidi aquas, id est impleant in malis, non in bonis desideria sua, eo, inquam, tempore, quo largito sibi pœnitendi spatio abutuntur in superbia, student sancti quique extra oppidum sua facere opera.

VERS. 12. — *Domine, ait, domini mei Abraham, occurre, obsecro, mihi, hodie, et fac misericordiam cum domino meo Abraham.* Quod est dicere, Domine, qui meæ dominaris rationi, quam mihi, te præside, desidero hodie inhabitatione utique tuæ lucis, qui dies ubique præsens, et semper es, opitulationis tuæ mihi præbe occursum, et eam quæ mihi præest non merito, sed misericordia clarifica rationem. (VERS. 13.) *Ecce sto propter fontem aquæ, et filiarum habitatorum civitatis hujus egredientur ad hauriendam aquam.* Stat propter fontem, quando noster affectus haustu fontis æterni roboratus certat jam viriliter contra diaboli et carnis impugnationem. Cameli accumbunt, et servus stat, quia virtutis studia in spe sui præmii requiescunt, quamvis pius appetitus pro religionis defensione pugnando se exercent; stando enim quisque certat; habitatores civitatis, motus sunt nostri rationales ad quos regimen pertinet mentis. Hi filias habent, quando ipsi motus, vel virtutes ex suo prospero eventu vanarum cogitationum lascivias generant. De civitate egrediuntur istæ ad hauriendam aquam, de interiori scilicet animi cura, excedunt ad horam ad affectanda laudis temporariæ gaudia.

VERS. 14. — *Igitur puellæ, cui dixero: Inclina hydriam ut bibam et illa responderit: Bibe, quin et camelis tuis dabo potum, ipsa est quam præparasti servo tuo Isaac, et per hoc intelligam quod feceris misericordiam cum Domino meo Isaac.* Per puellam paritas, et nitor novæ conscientiæ; huic ut inclinet hydriam ad bibendum dicimus, cum rationabiliter ad humiliandam sæculi cupiditatem in seipsa superbiam provocamus, ut eam bibamus, id est ex toto in nobis consumamus. Hoc modo Israelitæ vitulum comminutum biberunt, et draco datur esca populis Æthiopum (*Psal.* lxxiii, 14). Respondet illa; *Bibe, cum rationi bene suggerenti hilaris obedit benevolentia ad se castigandam conscientiæ.* Camelis potum pollicetur, cum virtutibus ex propriæ evagatione cupiditatis instaurat robur. Cum, inquit, tali modo mihi mens munditiæ amica arriserit, sciam procul dubio, et perpendam non meo exercitio, sed gratiæ tuæ dono hanc præparari in me voluntatem, quæ associari mereatur Isaac, risui scilicet sempiterno, qui nunc ridet in spe, sed tamen servit tuis, Domine, officiis militando.

VERS. 15, 16. — *Necdum intra se verba compleverat, et ecce egrediebatur Rebecca filia Bathuel filia Melchæ, uxoris Nachor, fratris Abraham; habens hydrium in scapula; puella decora nimis, virgoque pulcherrima et incognita viro.* Verba absolute aliquoties inania quælibet vocare solemus, quæ nil aliud quam sonum habent; unde est: « Verba dat omnis amor (Ov.). » Antequam verba compleamus, ecce Rebecca egreditur, quia priusquam nubila nugarum ad plenum a corde excludamus, repente ex nimio repulsionis labore, oboriente fastidio Rebecca, id est patientia (sic enim interpretatur) excedere deficienti nititur. Reatus enim qui suffert tentationem (*Jac.* i, 12); Bathuel virgo Dei dicitur, in quo incorruptæ fidei status exprimitur, de quo Bebecca gignitur, quia dum credimus his, quæ ex fide sola tenentur, patientia inter mala præsentia pro spe æternorum in nobis procreatur. Unde Bathuel filius Melchæ id est reginæ, vel regnaturæ dicitur, quia quod nunc in fide inter tentamenta persistitur, ex perfecta surgit gloria, quam credimus, supercœlestis Hierusalem matris nostræ, jam ex parte regnantis, et post iudicii diem ad integrum regnaturæ. Melcha est uxor Nachor fratris Abraham, quia illa quæ jam regnat sponsa est ejus, qui verum lumen est, in quo requiescunt, quicumque vera pace quiescunt; et ipse Nachor frater est Abraham, quia lumen quod illuminat mundum, dum caro fit, frater factus est omnium qui, per fidem, nomen et opera imitantur Abraham. Hydriam in scapula portat, quia pondus cupiditatum, quod talentum plumbi in Zacharia significat (*Zach.* v, 7), quæ se violenter ingerunt ægre tolerat; hydria cupiditatem, aqua significat voluntatem; gravatur ergo per voluptatum cupiditatem, decora in affectu, sine corruptione favoris, pulcherrima in effectu, incognita viro, quæ scilicet audaciæ diaboli patere velit in nullo. Dicimus autem non quod hæc omnia jam sit, sed quod ad hoc esse contendit, sicut Ecclesiam sine ruga et macula dicit Apostolus (*Ephes.* v, 27).

VERS. 17, 18. — *Descenderat autem ad fontem, et impleverat hydriam, ac revertebatur. Occurritque ei servus, et ait: Pauillum mihi præbe ad sorbendum aquæ de hydria tua. Quæ respondit: Bibe, Domine mi, celeriterque deposuit hydriam super ulnam suam, et dedit ei potum.* Ad fontem descendit conscientia, cum a cœlesti desiderio deflectitur ad sæculi hujus fluxa. Impiet hydriam, cum de infima ejus gloria satiare nititur avaritiam. Post quæ revertitur, quia qualibet expleta libidine aliquoties animus admissi pœnitens ad se reducit. Redeunti servus occurrit, cum resipiscenti conscientiæ virtutis appetitus alludit. Pauillum aquæ ad sorbendum postulat, quoties intellectualis affectus cupiditatum fluentis sinum mentis deplere desiderat. Celeriter ergo obtemperans hydriam super ulnam deponit, cum sibi scapulum iniqua patientia ad ima curvari carnalitatum mole respuit, sed debite fortitudinis brachio voluptatum lasciviam regendam suscipit, et rationis ore consu-

dam exponit. VERS. (19. 20). *Cumque ille bibisset, ait: Quin et camelis tuis hauriam aquam, donec ti bibant. Effundensque hydriam in canalibus, rrit ad puteum, ut hauriret quam, et haustam bus camelis dedit.* Mens tacta divinitus non so- in una qualibet re concupiscentiam vi rationa- is consumi gaudet, sedet omnibus camelis, id umilibus virtutum studiis datura et refocillatio- locum, aquis omnis molliciei noxiæ se haurire idet. Virtus enim non habet quo maneat, nisi humorem spiritus ignis sudum reddat. Aquam æ in canalibus effundimus, cum superfluitatem claritatis per humilitatem cogitationum exinan- . Canalis enim ob concavitatem suam humilita- mentis significat, unde dicitur in Canticis: *æ ejus sicut purpura regis vincla canalibus* (Cant. 6). Ad puteum vero recurrimus, ut aquam hau- us, haustamque camelis demus, cum ad conside- lam totius nostræ concupiscentiæ massam aciem ti reducimus, ut a nostris eam sinibus extruda- , et virtutum quarumque examina libidinum umptione pascamus.

ERS. 21, 22. — *Ille autem contemplabatur eam tu- , scire volens, utrum prosperum fecisset Dominus suum, an non. Postquam ergo biberunt cameli, illi vir in aures aureas appendentes siclos duos, et illis totidem pondo siclorum decem.* Virgineum i contemplamur, cum a strepitu forastico men- s consopitis, quam gloriosum sit a peccati morsu unem habere conscientiam, intra nos ipsos per- limus. In cujus pulchritudinis delectatione sicium quoddam accipimus, utrum prosperum lerii nostri cursum faciat Dominus, quia dum rarum speciei rerum soli quærendæ intendimus, profecto ac si in libro legimus, quid boni, quidve exsequamur, quid nunc, quid in futuro sorti- sumus, ex aliqua parte præsumamus. Postquam ur bibunt cameli, ubi scilicet a virtute humilita- onsumitur, quidquid intra nos est vitii profert is feminea jam exclusa mollitie intellectus inam Deo et hominibus quod per in aures signa- obedientiam, ut cum Deo obsequi nititur his qui paterne præsent, et fraterne adsunt, in auditu s ornamentum obsequii non negetur. Non solum a patribus, sed et omni humanæ creaturæ pro- Deum subdi debemus (I Petr. ii, 13). Obsequium , juxta poetam, parit, amicos (Ter. Andr.), unde stidem armillæ puellæ manibus adhibentur. Per illas, quæ manibus, quasi corona præminent, tus boni operis accipitur, quod est pax primo ad m, dehinc ad proximum; pax enim belli exacti ium, pax summa laborum est: manus vero a significat, quibus et Deo obsequimur, et pro o exempla præbemus. Præmium autem operum n in præsent, quasi quidam ornans nos, ac iens ambitus armillarum, amor noster ad m, Deique ad nos rursusque ex pio nascens e proximi ad nos, et noster ad proximum. In- s appendunt siclos duos, quia vera obedientia

A absque humilitate et patientia exhiberi non potest. Aureæ sunt, cum pro solo Deo imperia obedientiæ fiunt. Armillæ pondo siclorum decem sunt, cum corpus nostrum quatuor subsistens elementis, et anima tribus, intellectu scilicet, memoria, voluntate, prin- cipalibus donis pendent, ac prona sunt ad unius desiderium Trinitatis; pondus namque ac pondo a pendendo dicuntur, et quod pendet ad aliquid ten- dit, unde et amantes pendere feruntur.

VERS. 23, 24, 25. — *Dixitque ad eam: Cujus es filia? Est in domo patris tui locus ad manendum? Quæ respondit: Filia Bathuelis sum, filii Nachor, quem peperit ei Melcha. Palearum quoque et feni plurimum est apud nos et locus spatiosus ad manendum.* Dum conversationis nostræ rigorem ferventer attendimus, ipsam conversionis, vel etiam intentionis nostræ originem causamque solenter plerumque discutimus. Cujus ergo sit filia tam nitens conscientia, Deo scilicet, an diabolo propagante, sit edita disquirimus, cum ne bona ut assolet prava intentione cœperimus, caute prospicimus. Domus diaboli hic mundus dicitur. Porro hic domus patris, videlicet Dei, non aliud est quam mens ipsa quæ spiritualiter ipso inhabi- tante dirigitur. Et sicut apud diabolum dispergimur, ita ad curam interioris hominis apud Deum vere Patrem intra nos ipsos ac si domestici localiter cõmmanemus. Locus autem fidelium charitas est, non horaria, sed, ut ita dicam, mansionaria, unde et Spiritus sanctus die Pentecostes illabitur manenti- bus in eodem loco. Filia, inquit, Bathuelis, sum: Bathuel virgo Dei dicitur: virgo autem nil con- venientibus accipitur quam veritas, quæ quia ex Deo est, nil ea purius est; mens itaque pia Bathuelis est filia, qui ex castitate veritatis edita, nulla recipit, nisi sinceritatis monita. Omnis enim qui est ex veri- tate, audit vocem meum (Joan. xviii, 37). Bathuel Melchæ est filius, quia veritas non nisi per rationem in nobis exoritur, quæ Melcha, id est regina jure dicitur, quia divinitus illustrata nostris rectissime sensibus principatur, unde et peperisse hunc Nachor dicitur, qui requies luminis appellatur, quia quidquid veræ cognitionis intra nos per Melchan, rationem scilicet, gignitur, ad auctorem profecto Deum, in quo vero lumine a negotio, id est peccato, perambulante in tenebris (Psal. ix, 8) insipientiæ suaviter quiescimus, refertur. Per paleas quod a grano decutitur, ea quæ in nobis superfluum, culpas scilicet intelligimus. Per fenum humanitatis fragili- tas accipitur; paleas ergo, et feni plurimum habet quisquis et culparum et propriæ carnis jugi conside- ratione non caret. Sed et locus spatiosus ad manen- dum in domo est, quia etsi corporis pondus patimur, et circumstans nos peccatum, latum tamen penes nos conservamus charitatis mandatum, quod etiam complectitur inimicum, quodque operit multitudi- nem peccatorum, unde dicitur: Statuisti in loco spatioso pedes meos (Psal. xxx, 9). Ad manendum vero est scilicet ad perseverandum, ut non verbo et lingua, sed opere diligamus et veritate (I Joan.

III, 18), id est certa status nostri immutabilitate. A  
Quod enim mutatur, non est in veritate.

VERS. 26, 27. — *Inclinavit se homo, et adoravit Deum, dicens: Benedictus Domini Deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam et veritatem suam a domino meo, et recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei.* Quoties affectui nostro sentimus bene agendi ad votum respondere voluntatem, humiliare debemus ad Deum nostræ humanitatis rigorem, eumque benedicere, intellectualitatis nostræ præsidem, qui misericorditer suam cum operibus attribuit nobis fidem, et promissa complendo largitione præmii in fine exhibebit veritatem, et documentorum suorum tramite perducet in supercœlestem domum Christi Jesu, qui frater est omni- B  
um, rationabiliter et secundum mores fidelis Abraham viventium. Dominus autem dicitur, quia affectui ratio dominatur, et Christus frater hujus domini vocatur, quia his potissimum, qui suis pravis motibus præsumt tota germanitate connectitur.

VERS. 28, 29, 30. — *Cucurrit itaque puella, et nuntiavit in domum matris suæ omnia quæ audierat. Habebat autem Rebecca fratrem, nomine Laban, qui festinus egressus est ad hominem, ubi erat fons. Cumque vidisset inaures et armillas in manibus sororis suæ et audisset cuncta verba referentis: Hæc locutus est mihi homo, venit ad virum, qui stabat juxta camelos, et prope fontem aquæ.* Matris domus ipsa rationis est quæ nos protegit virtus. Ad hanc currens puella nuntiat quæ audit, dum conscientiæ puritas in cunctis suis affectibus ad rationis examen tota sedulitate recurrit, seseque illa judicante disponit. Rebecca dicitur *patientia*, Laban vero *candor* interpretatur. Patiens ergo conscientia candori æterno germane conjungitur; nisi enim spes eam supernæ claritatis attolleret, inter pressuras illico tolerantia femineæ lassaretur. Is festine egreditur *ad hominem, ubi erat fons*, quia contuitus sollicitæ cogitationis exprimit, intellectualiter coram nostris humanis affectibus, qui sæculi imminent cupiditatibus, quæ sit gloria lucis illius, cui nullus valet obesse defectus. Laban namque ad hominem egressio, nil aliud est quam adversus humanitatis motum ratiocinantis spiritus de sententia supernæ claritatis expressio. D  
Videt *inaures et armillas in manibus sororis suæ*, cum videndum proponit animæ patienti et geminæ obeditionis, Deo scilicet et homini, debitæ exercitium, et geminæ operationis fructum, quæ divino itidem honori, et fraternæ exhiberi debet ædificationi, et ex hoc perpendere monet quæ corona debeat tot laborum dispendia sustinenti. Inaures obedientiam significare testis est Job revalescens inauris data (Job XLII, 11). Audit *verba puellæ referentis*, cum intelligenter obaudire facit anima boni sui apparatus appetitus afferentem ad emerendam cœlestis gloriæ lucem. *Venit Laban ad virum, qui stat ejus juxta camelos prope fontem*, cum accedit cœlesti desiderium ad affectum jam viriliter decertan-

tem, ob humilium virtutum defensionem, contra mundi fluxum, id est puteum, imminentem. Reprehendit me quidam fontem in mala significatione accepisse, sed meminerit fontem in malo accipi ubi et unde loquitur Dominus Samaritanæ. Cameli qualiter intelligendi sunt, superius diximus.

VERS. 31, 32, 33. — *Ingrederere, benedicte Domini, cur foris stas? Præparavi domum et locum camelis. Et introduxit eum in hospitium, ac destravit camelos, deditque paleas, ac fenum, et aquam ad lavandos pedes camelorum et virorum qui venerant cum eo. Et appositus est in conspectu ejus panis.* Affectus noster a Domino benedicatur, cum ad religionis augmentum intenditur. Is ingredi monetur, cum a forastico strepitu ad mentis quietem secedere per interni gaudii candorem trahitur. Intellectualis enim iste Laban domum, ac locum camelis præparat, cum et a conscientiæ domo 97 peccatum eliminat, et totius virtutis consistorium, bonam scilicet voluntatem in eadem domo locat; inducit *in hospitium*, cum hujus peregrinationis tempore pietatis opera non desinit intra mentis celare secretum, propter transitoria laudis incursum. Cameli destrantur, cum quælibet sanctitatis integumenta, quibus sessuro in nobis Deo fideliter cingebamur humili a nobis æstimatione solvuntur, et ad futuræ beatitudinis emerendum candorem nulla putantur. Vel etiam eos Laban destravit, cum cœlestis amor ab omni peccati et inaniam cogitatum pondere virtutum studia sublevavit. Dat *paleas, et fenum* eis, cum et reprobationis miseriam, et divinæ electionis gloriam piis proponit exercitiis, ut sic de spe electionis lætetur cor suum, quatenus de casu reprobationis extimeat nomen divinum. Paleas reprobos, fenum dici electos, exempla dabimus. Paleas uret igni inextinguibili, in Evangelio (Luc. III, 17); et Behemoth fenum ut bos comedit, in Job (Job XL, 10). Inde ergo aquæ pedibus camelorum lavandis suggeruntur, quia de spe, et timore irriguum superius et irriguum inferius (Jos. V, 19) expiandis virtutum nostrarum superfluis affectibus ingeritur cœlitus. Sed et camelos istos viri regunt, quia intellectuales nostri motus, quos *robustos fortitudine* Job appellat (Job XXXVI, 19), virtutum in nobis acta dirigunt. Panis itaque sic illi apponitur, quia divinæ solius contemplationis affectui nostro, jam tunc a negotiis consopito, delectatio inesse dignoscitur; unde et in conspectu ejus panis appositus dicitur. Et notandum quod prius camelorum ac virorum pedes lavantur, postmodum panis apponitur, quia nisi compunctionis gratia mens, et virtus a superfluis suis tota lavetur, nunquam divina speculatione reficitur, quæ non nisi a mundicordibus prægustatur. *Antequam comedam, suspiro*, ait quidam (Job III, 24); sed pane hoc sibi apposito se comesurum servus negat, donec suos sermones exsolvat, quia ad illum qui angelos pascit edendum panem se sufficere non posse deputat, nisi conceptæ devotionis affectum appetitus noster effectu piæ operationis absolvat. Hos panes, imo propter uni-

Trinitas hunc panem amicus, de via rediens, A præteritis meis lapsibus pœnitendo compungar : nico improbe postulat (Luc. xi, 6).

ruit Laban, ut loquatur, quia cœleste desiderios præcipue juvat, ut quod probe conceptum ficiatur. Verba autem pro rebus in sacra pax maxime veteri selere poni, nulli dubium est.

. 34, 35.) *Servus, inquit, sum Abrahæ et Do-* *benedixit domino meo valde, in quantum sci-* *sum affectualitas me subjicio rationi, cujus* *no ubertatem Deus tribuit provectionis, ma-* *tusque est ad summam pertingendo virtutis,* *abens beneficentiæ ad proximum et in seipsa* *icitatis, boves, maturitatem morum et gratiam* *cationis, argentum scientiæ et eloquii, aurum* *itiæ aut sacræ religionis, servos corporalis con-* *sitiæ legitimo suo addicens imperio, ancillas,* *oris lasciviæ castitatis severitate reprimens,* *is ponderositatis, ac inertiae, et asinos stolidi-* *te ineptiæ, ad acumen divinæ subtilitatis eli-*

Quæ sequuntur usque ad eum locum, ubi

*Si facitis misericordiam, et veritatem cum* *o meo, indicato mihi, satis superius tractata* *t, nec replicanda sunt, cum tot discutienda* *t. Est tamen quod, etsi videatur esse disser-* *aliquem movere possit, scilicet quod dicitur:* *hodie ad fontem aquæ* Si enim fons aquæ, *quod hoc loco pene ubique sensimus, in cupi-* *typo accipitur, contrarium videtur, quod ad* *hodie, sed hodie, id est per illuminationem* *æ, ad fontem, puteum scilicet illum cæcæ con-* *sentitiæ venimus, dum, Deo illustrante, voraginem* *sionis ejus agnoscimus, unde et stare, id est* *nter decertare positus juxta puteum perhibetur* *s. Etsi quia in bonam partem fontis nomen* *solet intelligere diverse velimus, hodie ad* *t venimus, quia non nisi per diem divinæ con-* *nis, sapientiæ et vitæ fontem attingimus. Ipse* *Deus per seipsum quærendus est, Ego namque,* *um via (Joan. xiv, 6). Ad Bathuel ergo et* *t, ad gratiam videlicet Dei, qua nil castius, nil* *ius est, ex qua candor cœlestis desiderii nobis* *situr, utrum misericordiam et veritatem Do-* *nostro faciant dicitur. Ex gratia misericordiam* *orum veniæ accipimus; ex veritate, quod de-* *t nostra suspirant, supercœlestis candoris* *ssa recipimus. In quantum ergo et vim in nobis* *t, et superni desiderii fervere sentimus, de* *t nostra misericordia et veritate agi nobiscum* *us.*

. 49, 50. — *Sin aliud placet, et hoc dicite, ut* *t ad dexteram, sive ad sinistram. Responderunt* *. et Bathuel : A Domino egressus est sermo; non* *us extra placitum ejus quidquam aliud tecum* *Quod est dicere : Si peccatis emerentibus non* *n, et beatitudinis promissæ impletionem, quod* *atia et veritas, impendere mihi Deo per vos* *ite non libet, et hoc divinitus inspirando in-* *ite, ut aut ad dexteram tendens potiori studio* *is exercear, 95 aut sinistræ me credens, de*

habemus enim sinistram de contritione peccati, et dexteram de propectu boni. Ad hæc gratia Dei cum eo quod genuit cœlesti desiderio, Bathuel scilicet Laban intellectualiter inferunt. *A Domino egressus est sermo, ex occulti utique censura judicii, quasi sagitta ex pharetra per evidentis tuæ aspirationis munus Dei emicuit sententia, ex qua potes colligere quod ea qua interius per nos doceris unctio, ad certitudinem tuæ futuræ provectionis imo perfectionis tibi habenda sit quasi pro quodam cœlesti oraculo. Non enim aliud tibi suggerere per incertum possumus quam quod velit ipse, cum simus indubitanter ab ipso.*

B VERS. 51, 52, 53. — *En Rebecca coram te est, tolle eam, et proficiscere, et sit uxor filii domini tui, sicut locutus est Dominus. Quod cum audisset puer Abraham, adoravit in terra Dominum. Prolatisque vas argenteis et aureis, et vestibus, dedit ea Rebecca pro munere, fratribusque ejus, et matri munera obtulit.* Si, inquit, dexteram virtutis eligis, ecce Rebeccam, id est patientiam præ oculis mentis tibi habendam cognosce, ad tentationem enim præparare, et per tribulationes regnum Dei intrare te necesse est (Act. xiv, 21). Si ergo vis proficisci, bonis utique actibus promoveri, tolle ab infima intentione, sublevans eam, ne pro præsentis procul dubio retributione ferendam putes esse molestiam, sed filio Domini tui annecte eam, spei videlicet divinæ ex intellectu magistro progenitiæ, a quo inter ærumnas partuum osculum supernæ consolationis accipiat. Dominus hæc loquitur, dum ubique persecutionem patientibus cœlestia sola sperare monet. Audit hæc, in est intelligit affectus rationi deserviens, et in terra, hoc est in soliditate humilitatis sine qua patientia non est, Deum excelsum tanto vicinius quanto humiliter orat. Vasa argentea capacitas sunt sacri eloquii, et scientiæ. Aurea fecunditas, ne scientia inflet, charitatis; vestes sanctitatis opera, quibus mortificanda tegimus super terram membra. Proferimus ista, cum proximis reddimus utilia. *Rebecca pro munere* ea damus, cum laboranti exinde patientiæ aliquid consolationis interim facimus. *Fratribus, animi plane virtutibus desudanti spiritui viriliter adnitentibus, et matri charitati, quæ amat quod tolerat, eodem modo munera solatii offerimus.* (VERS. 54.) *Initoque convivio vescentes pariter, ac bibentes manserunt ibi.* Affectus noster postquam conceptum humanitus timorem, patientiam, ac humilitatem reflavit amando, convivium cum præfatis omnibus inquit, dum quod in initio conversionis ægre tulerat, hoc, id est adversa mundi sola virtutis dulcedine tractus amplectitur et desiderat. Vescimur ergo, cum quidquid noxie durum se menti obtulerit, dente rationis atterimus, et in usum traducentes spiritualiter roboramur. Bibimus, cum poculum gratiæ septiformis hauriendo eadem comesta condimus. *Pariter* manemus, cum a religione proposita, et ab his quæ præmissimus nullo modo

dirimi patimur. *Ibi*, quia locale verbum est, bonæ voluntatis statum significat, sine qua his cohabitare quis nequeat.

VERS. 55, 56. — *Surgens autem mane locutus est puer : Dimitte me, ut vadam ad dominum meum. Responderunt fratres ejus, et mater : Maneat puella saltem decem diebus apud nos, et postea proficietur. Nolite, ait, me retinere, quia direxit dominus viam meam. Puer mane surgit, cum debita sedulitate a mentis infantia in virile robur virtutis affectus efflax se proripit. Mane pro sedulitate poni testis est psalmus : Mane oratio mea præveniet te (Psal. LXXXVII, 14). Et : Castigatio mea in matutinis (Psal. LXXII, 14). Dimittite, ait ut vadam ad dominum, id est vestræ infusionis ubertate meas dilatate angustias, ut dominatrici omnium rationi conjungar. Sed matris charitatis, cæterorumque honorum respondet effectus, vel decem diebus apud se manere puellam, per universitatem utique hujus temporis, quod septem diebus agit, trium quæ præcipue molestant cum usu virtutum exercendam patientiam cogitationis scilicet, locutionis, et operis, ut cum hæc religionis jure defregerit, proficietur ad Isaac, gaudii æterni jubilum. Denarius autem ex septem et tribus constat. Quare, ait, a vestra parcitate cohabeor, qui jam futuræ directionis meæ gloriam speculando prægusto?*

VERS. 57, 58, 59, 60. — *Vocemus, inquit, puellam, et quæramus ipsius voluntatem. Cumque vocata venisset, sciscitanti sunt, dicentes : Vis ire cum homine isto? Quæ ait : Vadam. Dimiserunt eum, et nutricem ejus, servumque Abraham, et comites ejus, imprecantes prospera sorori suæ, atque dicentes : Soror nostra es, crescas in mille millia, et possideat semen tuum portus inimicorum suorum. Vocamus puellam, cum matris et fratrum, secundum quod dictum est, aspirati consilio nostram an perseverare velit in sanctitatis studio disquirimus conscientiam. Vocata advenit, cum rationis concionantis judicio tota assistit. Desideriis igitur cælestibus et Dei gratiæ, et charitatis affectui plene respondens fratri, scilicet Laban, Bathueli, et matri, servum, id est pietatis sequitur appetitum, et in amplitudine contemplationis dilatanda laxatur, cum nutrice sua, videlicet providentia, quæ ne quid nimis fiat procurare debeat, et ab excessu arceat; servumque Abraham, appetitum utique intellectui undecunque subactum cum spirituali virtutum comitia libere progredi gaudent, imprecantes, quod est imprecari facientes sibi ipsi animam, studium meliora gerendi, sibi jam germane conjunctam. Soror nostra es. Ac si dicerent : Ex divini communionis germinis habes esse virtus nobiscum; patientia enim nisi pro Deo stoliditas est, nobilitaberis fecunditate virtutum. Crescas in mille millia, promovearis scilicet perfectione omnimoda; hoc enim ista numerositas sonat, et semen bona procul dubio opera tua possideant, id est subjugent portus inimicorum suorum, vitia profecto per quæ intratur ad consortia diabolorum, qui etiam vulgo, antonomastice notantur nomine inimicorum;*

A hæc ipsa vitia et in psalmis et Evangelio, portæ mortis (Psal. cvi, 18) et portæ vocantur inferorum (Matth. xvi, 18).

VERS. 61. — *Igitur Rebecca, et puellæ ejus ascensis camelis secutæ sunt virum. Qui festinus revertebatur ad dominum suum. Rebecca puellas habet comites, quia patientiæ nec humilis verecundia, neque simplicis temperantiæ desunt cogitationes. Ascendunt camelos, et sequuntur virum, cum humilium fastigio virtutum pariter innituntur, et appetitum cælestis boni quasi ducem virumque, quo semper secudentur, sequuntur. Is festine ad dominum regreditur, quia ex natura virtutis, ac si ignis ad excelsa, sed eum a quo datur insatiabili appetitus amore, converitur.*

B VERS. 62, 63. — *Eo tempore Isaac deambulabat per viam quæ ducit ad puteum, cujus nomen Viventis et Videntis. Habitabat enim in terra australi : et egressus fuerat ad meditandum in agro inclinata jam die. Cumque levasset oculos suos, vidit camelos venientes procul. Hac animi tempestate votis ubique ferventibus Isaac per viam deambulabat quæ ducit ad puteum, dum spes superni gaudii per eum qui via ad se euntibus est, gradiendo proficit ad ejus ipsius cognitionem, qui et ipse puteus, id est profunditas, est sapientiæ totius et scientiæ thesaurorum, cujus non nomen Viventis, et cum sua et generalis omnium sit vita, nomen habet etiam Videntis, seipsum scilicet qui est vita videre et alios facientis. In australi namque terra, id est in spiritualis fervoris ac soliditatis gratia, habitabat, auster enim calidus est ventus quem sponsus in Canticis ad perflanda aromata sua sollicitat. (Cant. iv, 16). Sed post spiritualis excellentiam sensus ad meditandum in agro fuerat egressus, dum ad disceptationem passionum corporis, quod agri more nobis excolendum est, necessario sublimitas deducitur intellectus. Egreditur in agro ad meditandum, vel juxta quædam exemplaria, ad metandum, cum de thalamo internæ speculationis, ad meditationem cogitur mens supernis imbuta gaudiis curæ actualis, aut ad præfigendum, sibi metas corporeæ restrictionis compellit animum subitæ molestia tentationis. Quod fit inclinata jam die, id est subtracta paulisper divinæ contemplationis luce. Sed Isaac levat oculos, videtque procul camelos, dum rursus a propriæ sensu fragilitatis ad divinæ celsitudinem suscitatur visionis, ubi redivivæ contemplatur jam regredi robur virtutis. Camelos autem, virtutes dicimus, et quia ruminant, et quia a curvitate, id est humilitate vocantur, et si unquam quidem non findunt, discretionis tamen signum ex gibbi sui partitione præferunt.*

VERS. 64, 65, 66. — *Rebecca quoque, conspecto Isaac descendit de camelo, et ait ad puerum : Quis est ille homo, qui venit per agrum in occursum nobis? Ipse est, inquit, dominus meus. At ille tollens cito pallium operuit se. Servus autem cuncta quæ gesserat narravit Isaac. Rebecca conspiciens Isaac, descendit de camelo, dum patientia visione intima perpendens super cælestia, omne in se ipsa virtutis fastigium propria æstimatione deponit non esse condignas*



nes hujus temporis ad futuram judicans gloriæ revelabitur in nobis (Rom. viii, 18); pro-  
 1 itaque admirando compellat affectum. Quis  
 nquit, tantæ humanitatis in Deo motus? quam  
 ndo mentis intuitu attendendus, qui per agrum,  
 spirituale exercitium nobis ad se tendentibus  
 ito occurrit semper auxilio! Solet autem etiam  
 dum ipsam deitatem humanus dici Deus, spi-  
 quoque humanus et stabilis appellari, verbis  
 s necessario ad divina traductis per 'hominem  
 humanitas, id est pietas. Apparuit, inquit,  
 itas, et humanitas salvatoris (Tit. iii, 4). Hic  
 it, affectus, dominus meus, hunc utique non  
 rito prælegi dominatui, tantopere pium, qui  
 um nos agriculturam efficit, et nobis resistenti-  
 atque superbe aversis precaturus ut redeamus  
 rit. Ad hæc Rebecca cito pallium tollit, et se  
 , quia patientia licet sibi pro Deo multa pati-  
 tur, verecundiæ ornatum sumit, dum quæ agit  
 æstimat, et de præteritis erubescit, unde et  
 iter hac ipsa humilitate ante Dei oculos se-  
 l. Potest et per pallium quod inferius dilatatur  
 perius angustatur, actualis et contemplativa  
 accipi, quarum altera ad curam proximi lata  
 altera ad Dei visionem acuitur. Narrat affectus  
 noster quæ gessit Isaac, cum quidquid agendo,  
 contemplando efficere videtur ad emerendam  
 tis gaudii gratiam reportat.

RS. 67. — Qui introduxit eam in tabernaculum  
 matris suæ, et accepit uxorem, et in tantum  
 t ut dolorem qui ex morte matris acciderat tem-  
 et. Isaac Rebeccam in matris tabernaculum in-  
 , cum cælestis gaudii desiderium patientiam  
 piæ voluntatis ambitum, quæ totius boni mater  
 sibi commilitaturam, et a se sanctis operibus  
 dandam suscipit, et in tantum pro Deo jam se  
 lætatur, ut dolor pœnitentiæ, qui ex defectu  
 ejusdem bonæ voluntatis acciderat, nimii pro-  
 amoris certa spe veniæ jam penitus leniretur.

## CAPUT XXV.

RS. 1. — Abraham vero aliam duxit uxorem, no-  
 Cethuram. Cethura dicitur thimiana offerens,  
 pulata. Postquam Sara, voluntas scilicet, quæ  
 eps Abrahæ, id est rationis est, non quod rap-  
 principetur, sed quod ex ejus consortio princi-  
 totius probitatis sit, postquam, inquam, hæc  
 o occidit, fit Cethura, dum ita toto desiderio  
 e crematur, ut vita hominis, Deo per internum  
 idui amoris fœdus copulata, ad Deum omni  
 sanctitatis confecta feratur (Vers. 5.) Dat  
 iam cuncta quæ possidet Isaac, quia quidquid  
 æctus in spirituali substantia fœneratur, totum  
 cælestis lætitia lucra multiplicanda confertur.  
 . 6.) Filiis concubinarum largitur munera, dum  
 us rationabiliter quidem cœptis, sed minus  
 na humanæ affectionis admisione perfectis,  
 æterna, sed temporariæ prosperitatis ascribit  
 ia. Et separavit, inquit, eos ab Isaac filio suo,

A dum adhuc ipse viveret, ad plagam orientalem. Dum  
 vivimus enim ad orientalem plagam, separare ab  
 Isaac filio eos debemus, quia subtiliter discernendum  
 nobis est, dum veri Orientis vitali luce perfundimur,  
 ne opera humanitus facta ad intentionem mercedis  
 supernæ permiscere audeamus. Filios concubinarum,  
 opera affectualitatum corporalium, Isaac filium, spem  
 cælestis gaudii dicimus. Ordo autem est : Dum vive-  
 ret ad orientalem plagam, separavit eos.

VERS. 7, 8. — Fuerunt autem anni vitæ ejus cen-  
 tum septuaginta quinque annorum. Et deficiens mor-  
 tuus est in senectute bona, propectæque ætatis, et ple-  
 nus dierum. Per quinarium exterior homo noster, ob  
 quinque suos sensus accipitur. Septuagenarius septen-  
 narium et denarium evidentius præfert in septena-  
 rio, qui numerus spiritualis est, et ex quatuor tri-  
 busque constat, spiritus noster intelligi potest, qui  
 quatuor principalibus virtutibus, et ratione, volun-  
 tate affectuque præminet, et solus septiformi gratiæ  
 capessendæ idoneus est; hunc septenarium denario  
 adjicimus, dum animum sacræ documento legis  
 imbuimus. Inde ergo ad centenarium qui transit, in  
 dexteram ferimur, id est ad contemplationem Dei,  
 quæ initium perennis jam beatitudinis est, conscen-  
 dimus. Hunc usque centenarium Abraham intelle-  
 ctualis vivere quoque pacto sæculo potuit, sed in  
 hoc constitutus deficiens cupiditatibus earum negoti-  
 s obiit, cum plenus dierum, sacrarum scilicet luce  
 multiplici scientiarum, et propectæ ætatis, promotus  
 sane altis gradibus sanctitatis in senectute, non qua  
 inveteraverit inter inimicos in terra aliena (Psal. vi, 8;  
 Baruch. iii, 11), sed qua permaturuit religiosæ con-  
 versationis diuturnitate bona.

VERS. 9. — Congregatusque est ad populum suum,  
 et sepelierunt eum Isaac et Ismael, filii sui in spelunca  
 duplici, quæ sita est in agro Ephron, etc. Isaac, et  
 Ismael filii Abraham, sepeliunt in spelunca duplici,  
 cum et spes cælestis gaudii, et affectus jam Deo  
 obediens non sibi quietis internæ rationem gratia  
 contegunt, ut nec spelunca sensualitatis, nec etiam  
 ipsius, quæ molestior esse solet, imaginalitatis spi-  
 ritum Deo intentum prodant, sed eidem servire a  
 negotiis curarum parcendo, fovendo consentiant;  
 cætera superius tractata quærantur. Sed antequam  
 D sepeliat, ad populum suum congregatus ordinate satis  
 dicitur, nisi enim a sua dispersione intellectus ad  
 sibi uniendam cogitationum quasi vulgi multitudi-  
 nem sese collegerit, nunquam sepulcrum illud quietem  
 mentis attingit. (Vers. 11.) Et post obitum illius  
 benedixit Dominus Isaac filio ejus, qui habitabat juxta  
 puteum Viventis et Videntis. Benedicit Dominus  
 Isaac filio post obitum Abrahæ, dum spei nostræ  
 spiritualis lætitiæ exuberantiam multiplicat, post-  
 quam intellectus noster ex toto deficit in appetitu  
 mundialis gloriæ. Juxta puteum Viventis et Videntis  
 habitat, cum interioris hominis gloriatio eum in quo  
 est totius boni origo, et unde haurimus totius spi-  
 ritualitatis ac vitalitatis undas, observando omni  
 diligentia confrequentat. Illi enim rei assidere sole-

mus, quam custodire, quaque frui cupimus; sic ergo A juxta puteum habitat.

VERS. 17, 18. — *Anni vitæ Ismael centum triginta septem. Deficiens mortuus est, et appositus ad populum suum. Habitavit autem ab Hevila usque Sur, quæ respicit Ægyptum introeuntibus Assyrios; 1011 corum cunctis fratribus suis obiit.* Per septenarium temporalitas accipitur, quæ septem diebus evoluitur. Tricenarius ad Trinitatis pertinet dilectionem, per piorum operum executionem, sexies quini triginta complent. Sex diebus fecit opera sua Deus, sexta etiam creavit hominem. Operum ergo senarius innuit perfectionem, quæ quinarium exteriorum sensuum cohibeat inæquitatem. Centenarius vero insinuat, quia dexter est, Dei contemplationem. Quidquid itaque temporalitatis nobis inest, affectus noster verus Ismael expendat in Dei, non verbo, sed opere integro, dilectionem, si vult perfectum facere hominem, et Dei attingere visionis beatitudinem. Is numerus est annorum plenitudo, scilicet clara virtutum. Unde congrue postmodum dicitur *appositus ad populum suum*, dum post tot claritudines sanctitatis derelictis habitatoribus Cedar, solum patriæ revera jam suæ supercœlestis populo, concivibus suis apponi nunc desiderat, in re postea apponendus. *Habitavit autem ab Hevila usque Sur*, id est dominatus est motibus suis a principio conversionis, in quo omnis creatura ingemiscendo parturit usque adhuc et dolet (*Rom. viii, 22*); usque *Sur*, id est usque ad spiritualis fortitudinis contra omnia temperamenta robur. Quæ tamen fortitudo respicit Ægyptum, id est tribulationis coangustantis tenebras, introeuntibus carnis affectibus Assyrios, id est aulicos, scilicet, imitari volentibus quosque voluptati deditos. Aulas namque omnium esse novimus voluptatum volutabra. In domibus plane regum sunt qui mollihus induuntur (*Luc. vii, 25*): Hevila interpretatur *parturiens*, vel *dolens*; *Sur fortitudo*; Ægyptus *tribulatio coangustans*, vel *tenebræ*. *Habitare* vero, pro eo quod est, *dominari*, in Scriptura ponitur. Dum plane fortia quælibet agimus, et de mundi oblectatione quasi de aulæ introitu tentamur, ad Ægyptum mœroris et tenebrarum, quod totum mundus est, attendere debemus. Assur autem dicitur *aula*. *Coram cunctis fratribus obiit*, dum omnibus piis animi motibus a sua evagatione reversis, sibi que ad securandum præsentibus a forensi distractione atque negotio beate interit. Unde et superius primum defecisse, postmodum mortuus fuisse dicitur; nisi enim Ismael terrenæ ex toto affectualitati deficiat, peccati effectibus quomodo mori ad integrum queat?

Quæ sequuntur (VERS. 18-22), alias jam dicta sunt, excepto quod *quadraginta annorum* Isaac duxit Rebeccam, per Decalogi videlicet impletionem, summam Evangelii, quod quaternario signatur attingens ad patientiæ amplexus, quod est perfectionis fastigium devenit. *Deprecatusque est Isaac Dominum pro uxore sua, eo quod esset sterilis; qui exaudivit eum, et dedit conceptum Rebeccæ, sed collidebantur in utero ejus parvuli. Quæ ait: Si sic mihi futurum*

*erat, quid necesse fuit concipere? Perrexitque ut consuleret Dominum.* Postquam in conversionis primordio patientiæ leges amplectimur, ipsam sterilem reperimus, quia etsi adversarios tolerat, his tamen benigne obsequi arduum nimis putat. Necesse ergo est ut precemur Dominum quo tribuat *Rebeccæ conceptum*. Igitur exaudimur, et jam geminos fetus concepimus, scilicet, ut quos toleramus, sine scrupulo aliquo in gratiam admittamus, et cum aniaverimus benefacere his etiam cum perseveraverint in malo, ac deservire curemus; sed colliduntur *in utero parvuli*, quia immensa est congressio intra conscientiam ista facere molientis animi. Dum enim videt obsequium ingratis ab inimico suscipi, mens ipsa cur talem diligat, indignatur sibi. Amare ergo, et non amari, obsequium præbere, sed despici, utrumque graviter indignatur sibi, dum servitium non susceptum internum conturbat amorem, et amor ipse nimis ægre patitur officii impensionem. Quid, inquit, mihi proderit hujus bonæ actionis concepisse affectum, qui ad tam tristem conscientiæ vergit effectum? Sed petendum est intellectualitatis oraculum, ubi consulamus Dominum.

VERS. 23, 24, 25. — *Dux enim gentes in utero tuo sunt, et duo populi ex ventre tuo dividuntur, populusque populum superabit, et major serviet minori. Qui prior egressus est, rufus erat, et totus in morem pellis hispidus. Vocatumque est nomen ejus Esau. Protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu, et idcirco appellavit nomen ejus Jacob. Dux gentes patienti animæ in conscientiæ utero sunt, carnis scilicet cogitatus, et spirituales rationis motus, et ex ventre, id est, humana fragilitate, duo genera appetituum sibi invicem infensorum, conditione corruptibilitatis unitatis statum præpediente consurgent, sed populus populum superat, majorque minori servit, dum animalitas quæ primo in omni homine regnat; prius enim, juxta Apostolum, quod animale, demumque quod spirituale (*I Cor. xv, 46*), spiritualitatis ut dignum est imperio subjugatur. Noli ergo, inquit, penes te turbari, si patientiæ præmio vis coronari. Qui prior egreditur, rufus erat, quia is qui primitus in nobis apparet motus, ex passione desideriorum veniens, quasi ex carnis, et sanguinis origine est, concupiscentialiter flammeus. Is enim color et ignis, et sanguinis speciem habet, unde et æstum concupiscentiæ carnalis significat. *In morem pellis est hispidus*, dum asperitate influentium superfluarumve cogitationum 102 ac motuum semper est horridus. Per pellem vero memoriam possumus intelligere, quæ animalis jam mortui præsentatio est; memoria ergo nostra tot affluit incursibus suggestionum, quanta pellis quælibet densitate pilorum. Esau dicitur *acervus lapidum*; carnalitas itaque nostra acervus lapidum vocatur, dum pondus, et duritia spiritualium, corporaliumque pestium indesinenter in illam congeritur, ut jam vix ad superna quærenda levetur: sed *protinus alter egreditur, qui plantam fratris manu teneat dum**

spiritualis subsequitur zelus, qui plantam, id est intentionem pravi desiderii, quæ quasi quidam finis et cogitatus, et operis est, fortitudine rationis evertat. Jacob itaque, id est *supplantatorem* patientia hunc mater appellat, qui profecto quidquid mala præstolamur intentione subducat. Hoc est quod legitur, *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem* (Gal. v, 17). Tempus partus, quod superius nos præterierat, quo *gemi in utero* reperiuntur, nil aliud convenientius æstimo quam ipsa tentationis molestias, quæ quidem geminos edunt, dum primum carnaliter titillant, postmodum ad subversionem nequitiae spiritum quasi pugilem virtutis exsuscitant. Uterus autem, ipsa quo hæc celebrantur conscientiae invisibilitas est.

VERS. 26, 27, 28. — *Sexagenarius erat Isaac, quando nati sunt ei parvuli. Quibus adultis factus est Esau vir gnarus venandi, et homo agricola. Jacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis.*

Isaac amabat Esau, eo quod de venationibus ejus vesceretur, et Rebecca diligebat Jacob. Nascuntur nobis parvuli, cum ad plenum in præliis vitiorum exercitata carnalia ac spiritualia quæque patent discretioni nostræ. Isaac sexagenario nascuntur, cum spei nostræ per integra perfecti hominis opera, quod sexagenario signatur, supernis gaudiis jam intentæ utiliter hæc temperamenta ad probationis scilicet gloriam suboriuntur. Parvuli tunc adolent, cum tepor suggestionis ad calorem nimie prorumpit invectionis: sed tamen si carnalitas fervet, spiritualis necesse est impetus ut contra ardentius ardere nunquam cesset. Parvuli sane alter bonus, malus alter, et uterque, si velimus, bonus. Unde et Esau, vir licet gnarus venandi sit, homoque agricola, tamen ab Isaac diligitur, eo quod de ejus venationibus vesceretur; venator multo suo actu nil aliud quam carnem quærit. Agricola, cum terram exerceat, frugem tamen exigit. Esau itaque, id est carnis affectus sola corporis desideria quærit, sed tamen instar et ipse agricolæ cum carnis terram multis agat laboribus, magnos rationis nostræ ad superna respectanti et ad ista pugnanti magnæ saturitatis ingerit gustus ex victoriarum proventibus. Jacob vir simplex domi habitat, quem Rebecca vel ipsa amat, dum animus simplicitati, id est unitati mentis uni vacare, unum gaudens cogitare intendit, et domi habitans, conscientiae utique imperans, a patientia humanitus diligitur, quæ quasi muliebriter de propria quiete lætatur, dum Jacob simpliciter stabilito, nullo turbine interius propulsatus, dum minus providet quænam utilitas ex tentatione nascatur.

VERS. 29, 30, 31. — *Coxit autem Jacob pulmentum; ad quem cum venisset Esau de agro lassus, ait: Da mihi de coctione hac rufa, quia oppido lassus sum. Quam ob causam vocatum est nomen ejus Edom. Vende mihi primogenita tua, inquit. Cui Esau: En morior; quid mihi proderunt primogenita? Jacob pulmentum coquit, dum spiritualis vigor scientiæ aliquis, et divinæ foco charitatis quidquid apud se*

A duritiæ carnalis sentit emollit Esau de agro lassus venit, cum in terrenis fatigata negotiis animalitas nostra ad conscientiam spiritualia disquirentem se colligit. Coctio vero est rufa, ipse carnis, et sanguinis passionum coercitio fervida, rubor enim sanguineus, aut carnales æstus, aut peccatum significat. Da mihi, inquit, de coctione rufa, id est avara mihi excoque desideria, et in meis me cupiditatibus lassabundum, vel ipsa famis pestiferæ depulsione exsatura; ob hoc namque Edom noster vocatur affectus, quia terrenis indesinenter augustatur passionibus. Edom nempe dicitur terrenus, vel sanguineus. Vende, ait, mihi primogenita, ne scilicet ulterius in meis aliquem moribus primatum privata potestatis usurpa, sed regiae majestatis imperio cedens spiritualitatis te sequi profitere vestigia. Quid mihi, inquit, carnalis affectus, prodit contra rationem prava moliri ac indigna dominia, cum nil mihi ex hoc acquiram, nisi mortis æternæ dispendia? (VERS. 33, 34:) Ait Jacob: Jura ergo mihi. Juravit Esau, et vendidit primogenita. Et sic accepto pane et lentis edulio comedit, et bibit et abiit, parvipendens quod primogenita vendiderit. Jurat Esau vendendo primogenita, dum ad jus rectitudinemque se confert carnis appetitus, accepto spiritualis libertatis pretio, subter rationis sese mancipando regimina. Panem ergo tunc accipit, et lentis edulium, cum post avaritiæ famem pane charitatis reficitur, et passionum carnalium, quæ lentis rubore signantur, consumptione saginatur. Comedit itaque, id est forti quidquid in se noxie durum est discretionis atterit dente; bibit, poculo scilicet spiritualis gratiæ; abit, virtute utique proficit, et primetum nequitiae spirituali servitia postponit.

### 103 CAPUT XXVI.

VERS. 1, 2. — *Orta autem fame super terram, post eam sterilitatem quæ acciderat in diebus Abrahæ, abiit ad Abimelech regem Palæstinorum in Gerara. Apparuitque ei Dominus, et ait: Ne descendas in Ægyptum. Fames super terram [post sterilitatem diebus Abrahæ factam] oritur, cum divinæ sapor dulcedinis ad deprimendam terrenitatis nostræ superbiam ex victoria intumescentis vitiorum menti subtrahitur, post illam sterilitatem, quam primum ante concussionem conscientiae Abrahæ, hoc est intellectui privatim infecundus factus est insipibusque panis vitæ. Prius enim a Dei verbi gustu ratio torpet, postmodum ex ipsa inedia graviter conscientia languet; diebus, id est intellectibus Abrahæ, scilicet rationis hac nocte tabentibus. Isaac ad Abimelech regem in Gerara vadit, quia mens, superno quidem gaudio intenta, ad Patris sui regnum, quod est mundus, excedit, ubi dum gaudere nititur, diabolus qui pater mundi amatorum est, regem advenarum, scilicet peregrinationem hujus sæculi pro patria amantium, et per hoc ad se propinquantium reperit. Abimelech, patris mei regnum; Gerara dicitur advena appropinquans. Apparet ei Dominus, dum errorem animæ oculis detegit intellectus. Ne descen-*

*dat in Ægyptum, ne defluas videlicet ad conformitatem sæcularium sed quiesce in terra, quam dixero tibi; (VERS. 3.) et peregrinare in ea.* A labore et onere sæcularis negotii in solido humilitatis te deprimens consopire, nec habeas hic manentem civitatem, sed futuram peregrinus inquire (*Hebr. xiii*); oneratos sane et laborantes voco ut quiescant, et discant quia mitis sum, et humilis corde (*Matth. xi, 29*). *Tibi enim et semini tuo dabo universas regiones has, bonæ scilicet tuæ merito voluntatis, et operi tuo quod in spem frugis æternæ hic seminas, dabo cunctos corporis tui sensus possidendos, et rationis jure premendos.* Hæ sunt enim, quæ in Evangelio bene fenerantibus attribuantur civitates (*Luc. xix, 17, 19*), et in psalmo *latera domus* appellantur (*Psal. cxxvii, 3*), universæ videlicet corporis nostri partes.

**VERS. 4.** — *Complens juramentum quod sponendi Abraham patri tuo. Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, id est perficiam quidquid illud est scientiæ ac rectitudinis, quod certo certius inservit scientiæ intellectualitatis, quæ tibi patrocina- tur, et opera tua vel certe internam gratiam, de qua velut e semine prosorpunt eadem opera sicut, id est utpote, stellas, virtutes scilicet, quæ et cælo mentis tuæ infulgeant, et terræ, peccatoribus, videlicet quibusque lumen exempli præbeant. Daboque posteris tuis universas regiones has, hoc est impassibilitati, et incorruptibilitati tuæ quæ post id quod nunc est in regeneratione tibi nascitura sunt, dabo omnes beate obtinendas carnis et animæ distinctiones. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, in spirituali scilicet, qua interius ungeris gratia, multiplicabuntur quasi ex vero semine omnes corporeæ ad cultum pietatis actiones. (VERS. 5.) Eo quod obedierit Abraham, spiritus videlicet tuus, voci meæ, id est suggestioni internæ, et cæremonias legesque servaverit, per abstinentiam plane malorum, bonorum observantiam attigerit. Cæremoniæ nempe a cærendo quasi carimoniam dicitur, quod illicitis ad Dei legum custodiam carere æquanimitèr patiamur.*

**VERS. 6, 7, 8, 9.** — *Mansit itaque Isaac in Gerara. Qui cum interrogaretur a viris loci illius super uxore sua, respondit: Soror mea est. Timuerat enim confiteri quod sua esset conjux, ne forte interficerent eum propter illius pulchritudinem. Cumque pertransissent dies plurimi, ibidemque moraretur, prospiciens Abimelech per fenestram, vidit eum jocantem cum Rebecca uxore sua. Et accersito ait: Perpicuum est quod uxor tua sit. — Cur mentitus es eam sororem tuam esse? Timui, inquit, ne morerer propter eam.* Si Abimelech, patris mei regnum, diaboli videlicet, quod sunt omnes amatores mundi, unde et ipsum regnum Gerara, id est colonum ejiciens, dicitur, quia conformitas talium a cultu propriæ mentis in negligentia errorum hominem ejicit, Isaac ibi manet, dum in sæcularis gaudii contuitu mens pridem cælesti intenta torpida jacet. A viris loci illius interrogatur super uxore cum a quibuslibet

A virtutibus, vel ab ipsis rationis motibus, locum sibi intra eandem conscientiam viriliter adhuc vindicantibus. discutitur super statu voluntatis, suæ, sed sororem suam esse respondet, dum non intellectuali judicio, ac si maritali imperio, sed pro liberæ potestatis arbitrio voluntatem ipsam se agere effectu magis quam voce perhibet, dum tentationum moli- bus obrui veretur, si resistere prævæ cuiquam licentiæ paret: Sic mentis speciem aliquos inter molestias servare tædet. Ibidem moranti *dies plu- rimi* pertranseunt, cum cuiquam întepescenti mul- tarum intelligentiarum ratiocinationes, et virtutum recordationes, ac si quædam dierum se altera post alteram ingerunt (claritates Abimelech prospicit *per fenestram*, cum sæcularis quilibet ad patris diaboli attainens regnum, spiritualis ejuspiam statum rimatur *per fenestram*, id est per exteriorem sensuum habitudinem. *Jocantem cum uxore sua Rebecca* videt, cum voluntate ad jus uxorium rationi sub- jecta, non ad ~~104~~ sæculi lasciviam, sed inter ad- versa conjicit desiderafter velle gaudere ad pa- tientiam. Hunc talia molientem ille forsitan sæcu- laris aggreditur, et de re divina propriæ voluntatis infrenatione causatur: Si, inquit, rationabiliter tuis fluxis motibus principari decreveras, cur te quasi effrenem et liberum aperto operum tepore monstrabas? *Timui*, ait, ne molestiis impugna- tionum interimerer, si refragari cogitationum turbæ conarer: humanum ergo habeatur timuisse, sed divinum jam sit vires contra vanitatem sæculi re- sumpsisse. (VERS. 10.) *Quare, ait Abimelech, impo- suisti nobis? Potuit coire quispiam de populo cum uxore tua, et induxeras super nos grande peccatum.* Sunt aliqui sæculares, et pene omnes, qui, cum viros religiosos aliquantisper quibuslibet titubare collegerint signis, dure admodum reprehendant. Tu, inquit, qui sanctitatis speculum nobis fore debue- ras, offendiculi materias bene volentibus quare imponebas, dum voluntati tuæ, quam conjugis instar subesse decuerat, absque jugo abire sinens frena laxas, exemplo remissionis tuæ eandem qua volun- tas tua impudica jam ruit lasciviæ et erroris fo- veam, aliquis rudis et inscius præcipitari posset, et ex te tota peccati massa in nos rueret. *Præcepitque omnio populo: (VERS. 11.) Qui tetigerit, inquit, ho- minis istius uxorem, morte morietur.* Postquam quasi ex amore justitiæ correxisse justum peccator videbitur, idem ubique gentium, si poterit, divulgare sub eodem typo conabitur, ut ex hoc ejus nequitia pallietur. Ac si diceret; Vir iste apud vos pro sanctitatis simulacro celebratur, sed sciatis crimen maximum illum incurrere qui ejus malevolentia confederabitur.

**VERS. 12, 13, 14.** — *Sevit autem Isaac in illa terra, et invenit in ipso anno centuplum. Benedixitque ei Dominus. Et locupletatus est homo, et ibat proficiens atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est. Habuit quoque possessionem ovium, et armentorum, et familiæ plurimum. In illa sua terrenitate Isaac servit, dum, de sæculari ad gaudium*

anima respiciens, boni operis semine huius casum contegit. Annus cujuspiam bono intelligitur. Uti enim annus diebus, sic virtus cogitationum, locutionum, operum fulget adnibus; in hac itaque virtutem *centuplum invenit*, dum æternæ rationis summam jam mente præsa exam fideliter colligit. Benedicatur itaque spiritaliter substantia augmentatur, locupletatur, non, ut suæ semper fragilitatis meminerit, licetur. *Proficiens* ergo virtute, atque *succrescit* it, id est desiderio tenditur ad bravium nis supernæ (*Philip. III, 14*), donec infimas cupiditates sanctitatis magnitudine. Habet *omnem ovium et armentorum*, dum et actualiter contemplativorum bonorum sine laudis participatione obtinet multipliciter. Oves et simplices cum sint, humilem beneficiant actum. Armenta, fortia religionis quæ et contemplatores sublevant ad divina viros, accipimus. Familia a *famulando dicimur* itaque habet, *plurimum*, qui quantumculmen atigerit virtutum, turbam tamen velint nolint, rationi famulentur) patitur cogit.

. 15, 16, 17. — *Ob hoc invidentes Palæstini, puteos, quos foderant servi patris sui Abraham, obstruserunt, implentes humo in tantum Abimelech diceret ad Isaac: Recede a nobis, potentior nostri factus es valde. Et ille distulit venire ad torrentem Geraræ, habitaretque æstini, qui et Philisthæi, qui potione, id est non haustu superbiæ cadentes, scilicet dæmelliguntur, ob divinæ nobis gratiæ uberrimamente, puteos capacitatis ac intelligentiæ, memoria, voluntas, et affectus et cæteri intentus animæ servi profecto rationis detractis rudibus, paraverant, terrenæ cogitationis bruunt, et foramen, quo aquarum viventium litas attingitur, subtilitatem scilicet ingenium molibus obstruunt. In tantum livor dæmone: candescit, ut per Abimelech, iniquum videlicet ad diaboli patris malorum regnum ntem, religioso alicui aperte dicant: Recede, quia potentior nostri factus es valde, id est, lentia vitæ nos exsuperas, inter nos, qui adhuc deservimus, ne appareas, sed procul et egregie vive ut simulas. Torrens Geraræ, itas, et impetus est humanæ vitæ, scilicet quantis advenæ ad terminum peregrinationis ergo magis pius aliquis molestatur a cunctandialis gloriæ, eo amplius concitatur ad rationem labilitatis terrenæ, et in hoc profigit statum mentis suæ.*

. 18, 19. — *Rursumque fodit alios puteos, derant servi patris sui Abraham, et quos olim rtuo obstruserant Philisthim; appellavitque dem nominibus, quibus ante vocaverat. Foderunt in torrente, et repererunt aquam vivam.*

A Abraham moritur, cum intellectus a Deo dirimitur; alii putei, quos obstruos Isaac fodit, Dei cognitio scientiaque quarumque virtutum, e quibus vitalem sumimus undam, intelliguntur, qui per rationis defectum a dæmonibus obice terrenitatis opplentur, sed ad superna gaudia animo respirante, spiritualibus studiis, qui rationi, **105** vero scilicet Abraham, inserviunt, exhausti, discretionis sedulæ cura deplentur; hos *iisdem nominibus, quibus et ante pater appellat*, dum in tantum sanctitatis apud Deum et homines opinione sese insigniens magnificat, quantum subtilitas ipsius rationis fieri debere dictat. *In torrente autem fodimus, cum transibilitatem hujus temporalitatis discutimus, ibique aquam vitam invenimus, quia, mundi perpendendo excursus, fontem aquæ salientis in vitam æternam (Joan. IV, 14) sufficere nobis ad gloriam contemptum præsentium fluxu videmus.*

B **VERS. 20, 21, 22.** — *Sed et ibi jurgium fuit pastorum Geraræ adversum pastores Isaac, dicentium: Nostra est aqua. Quamobrem nomen putei, ex eo quod acciderat, vocavit Calumniam. Foderunt et alium, et pro illo quoque rixati sunt, appellavitque eum Inimicitias. Profectus inde fodit alium puteum pro quo non contenderunt.* Pastores Geraræ sensus accipimus carnis nostræ, qui nos sorbitiunculis sæcularis pascunt lasciviæ. Pastores Isaac, motus sunt contemplativi, qui defectiones spirituali alimento reficiunt animi. Carnalia ergo adversus spiritualia jurgant, dicunt quod *nostra est aqua*, dum suadet ab his quod sæcularis spirituali omnino præmineat scientia, cujus in promptu est gloria. Nomenque putei ex eventu vocat *Calumniam*, dum ex ea intelligentia, quæ ex torrente discussa colligitur, insignis contra pastores Geraræ calumnia interioris hominis nunquam desitura movetur. Alter, qui foditur puteus, sacræ prædicationis intelligitur virtus, quæ, vires ex torrentis defossione et potu vitalis aquæ sumens, tanto purius aliis propinat quanto fonti vicinior instat; pro hoc quoque rixantur, quia bene loquentibus propriæ actionis infirmitas si aliqua sit illico objicitur.

Appellat hunc *inimicitias*, nec incongrue, quia, juxta poetam, hoc tempore « odium parit veritas (*Tes. Andr. I, 41*). » Unde necesse est ut inde profisciscatur, id est, ad meliorem vitæ statum promoveatur, et puteum fodiat, egestis scilicet ab animo terrenis affectibus, non in superficie cogitationis, imaginationis, aut forasticæ visionis, sed in intimo intelligibilitatis purissimum vivendi fontem requirat. Ordo enim nostræ actionis ex internæ vena progreditur propositionis, unde exempla aliis profluunt eruditionis: prius ergo puteus doctrinæ, postmodum foditur operationis justæ, qui omnino jam caret contentione, quia tales præcipuam reverentiam solent habere, quibus nil homines possunt objicere; prius, inquam, *Anima namque laborantis, juxta Salomonem, laborat sibi, quia compulit eum os suum (Prov. XVI, 26)*. Propter officium sane prædicationis, ne prædicans reprobos veniatur, extendi admodum solet exer-

citium piæ operationis. Et contra: *Abcondit, inquit, piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam* (Prov. XIX, 24). Unde et vocavit nomen illius *Latitudo, dicens: Nunc dilatavit nos Dominus, et fecit crescere super terram*. Si latitudo charitas appellatur, charitas profecto maxima est et in verbo pro salute proximi laborare, et vitam, ut verbo competat, sagaciter ordinare, ut et aliis valeat exemplo prodesse. Aliter: Solet nempe in Evangelio desudantibus Deus mira gratia quo amplius insistent dilatate intellectum ad sacri eloquii dignoscenda ac eloquenter enubilanda mysteria. Non dicit: *Dilatavit me Dominus, sed nos pluraliter, quia quidquid vel in doctrina, vel in virtutis studio propagationis vir quisque pius assequitur, hoc non magis pro sua quam proximi utilitate a Deo sibi dari arbitratur. Facit nos Deus super terram crescere, cum aut super corporis desideria spiritu nos excellere, aut super terram, id est Christum, qui omnes alit fundatos, facit virtutibus eminere.*

VERS. 23, 24. — *Ascendit autem ex illo loco in Bersabee, ubi apparuit ei Dominus in ipsa nocte: Ego sum, inquit, Deus patris tui. Noli timere, quia tecum sum.* Bersabee dicitur puteus saturitatis, vel puteus quintus. Puteus autem saturitatis plenitudo est contemplativæ refectionis, et quintus est, quia quaternarium totius temporalitatis dignitate transcendit. Dicitur etiam a quibusdam quod verum est, non puteus quintus, sed septimus, et bene resonat, quia sapientia spiritualium donorum septimus gradus est, ubi plenitudo vitæ ac gloriæ est, quia Deus sapientia est. *Ex illo igitur loco, prædicta scilicet amplitudine charitatis, non nisi in quo recte statur ad Bersabee, id est haustum divinæ visionis ascenditur. Ibi in ipsa speculi, et ænigmatis obscuritate monet nos Deus non debere timere, ipse qui Abraham, intellectum scilicet nostrum, sua jam implevit cognitione, nobis aderit in seminis, id est gratiæ multiplicatione, ad se contuendum non in nubilo, sed aperte.* (VERS. 25.) *Itaque ædificavit ibi altare, et invocato ibi nomine Domini extendit tabernaculum, præcepitque servis suis ut foderent puteum. Altare ibi ædificamus, cum quanto magis Deum cognoscimus, tanto fortiolem bene agendi voluntatem semper meliorem avidi, sine qua omnis virtus angusta est, constabiliendo, hinc inde collatis virtutibus ad Deum erigimus: unde et invocato Dei nomine dicitur extendisse tabernaculum, dum non ad sui ipsius opinionem, sed ad Dei solius laudem operum effectibus bonæ exerit voluntatis appetitum ad Dei militiam exsequendum. Hoc enim signat tabernaculum, præcipit servis ut fodiant puteum, cum interioribus exterioribusque suis indicit motibus, ut scrutentur, quanti valeat gustare præsentialiter, si tanti valet ænigmata speculari Deum.*

VERS. 26, 27, 28. — *Ad quem locum venissent de Geraris Abimelech, et Ocozath amici ejus, et Phicol dux militum, locutus est eis Isaac: Quid venistis ad me hominem quem odistis, et expulistis a vobis?*

A *Vidimus, inquit, tecum esse Dominum.* Geraris dicitur, *cornupeta eorum*, in quo intelligitur nocendi appetitus, haud dubium quin dæmonum. Hinc ergo, ex impetu scilicet suæ malevolentiae ad altare quod principalis locus est, veniunt Abimelech, qui dicitur *pater meus rex, vel regnum patris mei*, in quo accipitur superbia, cui potissimum diabolus imperat, utpote rex super omnes filios superbiæ (Job XLI, 25), et Ocozath, de quo nescimus qui fuerit, attamen complicem ejus non dubitamus, in quo non absurde intelligitur invidia, superbiæ videlicet filia unde et *tenens, vel comprehensens* interpretatur, quia cor, quod comprehenderit, sic teneat ut difficile renitescat. Hinc in alia translatione *pronubus* Abimelech dicitur, quia superbia gaudiis luxuriante carnalibus, livor ejus intemperantis quasi quidam pronuba, id est supplementum nequitiae comitatur; et *Phicol dux militum*, inanis gloria, totius perversitatis firmamentum, qui interpretatur *os omnium*, quia in laudis humanæ præcipue delectetur aura; hæc, inquam, tria, id est superbia, invidia, inanis gloria homini terrena respicienti et amanti cœlestia, speciali insecutione se ingerunt, et tanto perniciosius quanto consulendi gratia sub amicorum nomine devotius. Respondet tamen Isaac, eosque prævenit, ac si diceret: Quis mihi conventus vobiscum, cum nil in vobis aliud quam lethale animæ meæ virus compererim, et sola vestra execrabilitas suo horrore ab ambitu sæculi me expulerit? *Vidimus tecum, inquit, ipsa operis evidentia Deum esse.* Et cum spirituali præcellas, omni temporali es dignus honore, quod multos obtinere cernis indebite, cum tuæ religionis favor diffundatur ubique. Attende ergo quod tibi prodesse cupimus, ne renuas impendere aures bene consulentibus, perpende quod tibi nunquam damno fuimus, nec tuas prosperitates imminuimus, imo multiplici laude pollentem nunc usque vigere permisimus. Fœdus itaque nostrum ne respuas, cum Deo multiplicante te augeri sentias, si monitis acquiescas; hæc æquipollentè dicta sensui eorum consonant.

VERS. 30, 31, 32, 33. — *Fecit ergo eis convivium, et, post cibum et potum, surgentes mane juraverunt sibi mutuo. Dimisitque eos pacifice Isaac in locum suum. Ecce autem venerunt in ipso die servi Isaac annuntiantes ei de puteo quem foderant, atque dicentes: Invenimus aquam. Unde appellavit eum, Abundantiam.* Tribus illis convivium Isaac facit, cum ipsas vitiorum adulationes ratiocinationibus quibusdam auget, et nutrit. Post cibum et potum surgunt, cum post fercula temporalis gloriæ, quæ potibus irrigantur consilii rationis humanæ, elevantur in spem ambitionis explendæ. Mane sibi mutuo jurant, dum in ipso prosperitatis arrisu sese fidelis anima et vitium confœderant. *Mane* sive aurora, et etiam dies pro secundis rebus ponuntur, ut est in Job: *Si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis* (Job XXIV, 17). In locum suum eos

dimittit, dum per affectus vanitatem eva-  
sine ulla spiritus objurgatione permittit, sed  
die, quæ ad pacem sibi, piæ cogitationis  
qui rationi inserviunt, interiori homini sug-  
se invenisse aquam, se Dei aliquam gustasse  
n. Unde et appellat *Abundantiam*, quia a  
alium appetitu se revocat ad divinæ perpe-  
exuberantiam. *Et nomen urbi impositum est,*  
*æ usque in præsentem diem.* Urbs ista super-  
Ecclesiæ frequentia est, quæ vitæ fonte  
r, ubi lumen in lumine, et dies de die videtur  
xxv, 10). Bersabee sibi nomen imponitur,  
candescens avaritiæ, vel cujuslibet vitii sitis  
sæculo per contemplationem hujus fontis  
saturitate extinguitur, in futuro tota salva-  
pars ejus sola infusione beata efficitur. Is  
autem Dei scilicet notitia, pertingit usque in  
liem indefectivam præsentialiter videndam,  
ia melior est in atriis suis, quam millia die-  
sal. LXXXIII, 14).

. 34, 35. — *Esau vero quadragenarius duxit*  
*Judith filiam Beeri Hethæi, et Basemath*  
*Elon ejusdem loci; quæ ambæ offenderant ani-*  
*isaac et Rebeccæ.* Esau qui interpretatur fru-  
nferiorem nostri partem, carnalem scilicet  
affectum, vanitati intentum. Qui *quadragena-*  
est temporalitati quæ quaternario signatur  
is, duxit uxores, lasciviæ, mundialis cupidi-  
udith *laudans* vel *confitens*; Beeri *putei*; He-  
dicitur *stupens*. Confessio, et laus, quæ Deo  
eculi prosperitate refertur, filia est, fluxa  
st, nil dignum virtute gorem, et filia puteo-  
l est concupiscentiarum carnalium, quia ex  
obscurissimæ delectationis emergit. Confitem-  
m pro nullo æternitatis amore, sed quia ad  
s beneficeris ei. Et talis confessio, dum  
evotos se Deo arbitrantur, in reprobi sensus  
tit stuporem, ut libere sibi videantur posse  
ritii exercere fetorem. Basemath, *in nominibus,*  
*linquens*, vel *deposita* interpretatur, in quo  
itur superbia, quæ valde gloriatur in 107  
um celebrationibus. Nomen enim in Scriptura  
pro fama ponitur. Quæ dum sese inaniter  
ido delinquit, ad æternæ depositionis casum  
Elom autem dicitur *regio campestris*, vel  
. Regio latitudinem vitæ sæcularis innuit;  
s incultibilitatem mentis ostendit. Quercus  
ructus porcos pascit, operarios nequitiae qui-  
emones aggratulantur portendit. Filia ergo  
superbia, ex malis pessima nata parentibus  
d est affectualitati jungitur, quæ et ejusdem  
l est pravæ secundum errores amplitudinis,  
s et inaccurati peccatoris, perversi et a dæ-  
is amati operis dicitur. Is affectus cum in  
ribus libere per ista diffuat in Isaac, id est  
na de supercœlesti gaudio cogitanti, rationem  
alia se paulisper flectit, graviter irritat, et  
am resistere motibus Rebeccam, id est pa-  
n acerrime vexat.

## CAPUT XXVII.

VERS. 1, 2, 3. — *Senuit autem Isaac, et caliga-*  
*verunt oculi ejus, et videre non poterat. Vocavitque*  
*Esau filium suum majorem, et dixit ei: Fili mi.*  
*Adsum, inquit. Cui pater. Vides quod senuerim, et*  
*ignorem diem mortis meæ. Sume arma tua, phare-*  
*tram et arcum, et egredere foras.* Isaac senectus,  
animæ est a spirituali robore defectus. *Oculi ejus*  
caligant, cum ejus mentis aciem a Deo desideria  
prava reverberant. Postquam ergo ingenium ab  
interna visione cessat, in affectum cordis, juxta  
psalmum, illico necesse est transeat (*Psal. LXXXII, 7*),  
unde et majorem non dignitate, sed quadam tem-  
poralis usus primævitate, *filium* ipsum, scilicet  
affectum advocat, *Fili mi?* Ac si dicat: Cum natu-  
raliter [ex me prodeas, non est absurdum, si meis  
votis inservias. Vides quod ab amore superno defe-  
cerim, et diem, id est intelligentiam hujus a Deo  
mihi illatæ defectionis ignorem. *Sume ergo phare-*  
*tram consilii, ubi sagittarum, id est sententiarum*  
copiam congeras, *et arcum callidæ et insidiosæ*  
operationis, quo conceptas dolositates excludas, et  
his armatus *egredere foras*, interiorum utique ne-  
gligens forenses exerce curas; secundum hoc peccato-  
res, in Psalmis: *Intenderunt arcum, paraverunt*  
*sagittas in pharetra* (*Psal. x, 2*), ut scilicet pravi  
motus directas perimant rationes. *Cumque venatu*  
*aliquid apprehenderis;* (VERS. 4) *fac mihi inde pul-*  
*mentum, sicut velle me nosti, et affer ut comedam, et*  
*benedicat tibi anima mea, antequam moriar.* Vena-  
tum vadens anima *aliquid* apprehendit, cum carna-  
lia bona quærens quidpiam sibi competens desiderii  
retibus astringit. *Inde pulmentum* facit, cum idem  
concupiscentiæ igne coquens in voluptatis totum  
mollitiem trahit; quidquid enim aut laboriose, aut  
suaviter exercetur in sæculo, finem suæ intentionis  
aliquam voluptatem habet. *Affer*, inquit, sicut velle  
me nosti, *ut comedam*, id est sicut humanum delectari  
conjicis quaque re affectum, sic mihi infer,  
unde meum nutrire debeam appetitum, *ut anima*  
*mea tibi benedicat, antequam moriar*, id est ut ani-  
malitas mea tibi multipliciter insistat augendo,  
priusquam superveniente aliqua pœnitentia sæculari  
gloriæ interimar.

VERS. 5, 6. — *Quod cum audisset Rebecca, et ille*  
*abisset in agrum, ut jussionem patris expleret, dixit*  
*Jacob filio suo.* Ratione igitur ad mundanum deflexa  
affectum, patientia scilicet Rebecca, quam amissio  
jam præteritorum exterret laborum, spiritualem  
revocat appetitum, qui in terrenum jam evagans  
quæstum, supplantet cupiditatis vitium. Intellexi,  
inquit, intellectum, qui tibi patrocinari debuerat,  
cum affectualitate agentem de carnalium commercio  
rerum, sed tuum ne respuas attribuere celestium  
spei desiderium ac studium. (VERS. 7.) *Perge ad*  
*gregem, affer mihi duos hædos optimos, ut faciam ex*  
*eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur. Ad gregem*  
*pergimus, cum virtutum multiplicitati intendimus;*  
*duos hædos optimos offerimus, cum et nostra, et*



eorum quos peccare facimus mala pœnitentia nimium Deo grata lugemus, eademque debita humilitate confitemur; hædus namque peccatorem significat. Nescio utrum alias in hoc opere dixerim, viderit prudens lector Isaianum illud a Domino dictum huic loco convenire : *Si fuerint*, inquit, *peccata vestra ut coccinum*, et rursum, *ut vermiculus* (Isai. 1, 18); et quod nix ad coccinum, et ad vermiculum lana, sub optima horum duum significatione refertur. Inde facit Rebecca *escas, quibus libenter pater vescitur*, cum patiens jam tentationum suarum ex materia pœnitentiæ, et alias virtutes conficit, quibus quasi condimentis rationis sibi patrociniū mutat et illicit. (VERS. 10.) *Quas cum intuleris*, inquit, *benedicat tibi, antequam moriatur*, id est cum vires ex virtute receperit, antequam defectum cujuspiam lapsus reincident, præveniet te acquirendo divinæ gratiam multiplicationis.

VERS. 11, 12, 13, 14. — *Nosti quod Esau frater meus homo pilosus sit, et ego lenis: Si attraxerit pater meus, et senserit, timeo ne putet sibi voluisse illudere, et inducat super me maledictionem pro benedictione. In me sit, ait, ista maledictio, fili mi, tantum audi vocem meam: Perge, affer quæ dixi. Abiit, et attulit, deditque matri. Esau, inquit, id est carnalis affectus, tot æstuum corporalium setis cum sit horridus, et hispidus, qui IOS dicitur frater meus, quia ex eadem mente sumus, et ego, utpote divinæ tranquillitati innixius, naturaliter lenis et placidus. Si intellectus, quem patrem prosequor, et cui bene gerendorum cura incumbit, tot passionum suborientium asperitatem præsensent, vereor ne ludibrio et levitati ascribat tam ardua voluisse appetere, et totum hoc mihi potius ad deteriores vergat defectum, quam ad aliquem vitæ profectum. Solet enim cœpti boni desperatio in deterius semper relabi. Ego, ait patientia mater, maledictionis, defectus scilicet hujus, si quæ sit, molestias fastidiumque feram, tantum perge pietatis studium aggrediendo, et affer quæ deliqueris confitendo, jimo confessionis oblatione purgando. Abiit proficiendo ab imis ad supera, attulit pœnitentiæ opera, quæ conficienda aliarum condimento virtutum excipit mater, quæ hæc anxie parturit patientia.*

VERS. 15, 16, 17. — *Paravit illa cibos, sicut noverrat velle patrem illius. Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum, pelliculasque hædorum circumdedit manibus, et colli nuda prætexit. Dedit pulmentum, et panes quos coxerat tradidit.* Rebecca cibos ad patris velle parat, cum patientia secundum quod ab intellectu sibi est insitum per passionum tolerantiam virtutum refectiones componit, et ordinat; nulla est enim virtus, quam tentationum tolerantia non commendat. Vestes Esau valde bonas penes nos habemus domi, cum ornamenta pii appetitus nobis naturaliter quasi mentis domui insita, sine quo bona quæque sunt nulla conservamus, et vacante totius carnalitatibus exclusoque affectu, his vitii supplantatorem animum,

A Jacob videlicet, circumdamus. *Hædorum pelliculis obvolvitur manus, cum perpetratorum malorum memoriis futurum a lapsu simili munit opus. Colli nuda protegit, cum verbi ac cogitationis propriæ immunita jugi humilitatis, et erroris pristini recordatione defendit. Ea namque quæ cogitamus per collum verba edimus, unde et pro utroque ponimus. Pulmentum dat, dum mentem ab omni sanguinis, id est peccati humore atque duritia igne desiderii spiritualis emollit et siccat. Consequenter postmodum panes tradit quos coxerat, cum infirmitatem conversionis ad soliditatem sanctæ conversationis, per charitatis divinæ ardorem quasi farinam, ad panis fortitudinem animo observandam proponit. Hæc omnia patientia facit, dum inter murmur carnalium motuum studio religionis insistit; his patrem illatis vocat, his enim virtutum operibus necesse est ut ratio paterne provideat. Quo obaudiente et affectum ac si in filios porrigente, dicit Jacob, spiritualis scilicet appetitus : (VERS. 19.) *Ego sum Esau primogenitus tuus; feci sicut præcepisti mihi*, id est, si quæras quem me profitear, me affectualiter et secundum corporis sensus vixisse protestor, quæ primæva hominis vita est, carnalitatem non diffiteor meam, uti te docere cognosco. Surge ergo ad defensionem teneritudinis meæ, sede ad exhibitionem discretionis judiciaræ, et de venatione mea comede, de omnimoda scilicet carnalitatum consumptione reficere, *ut benedicat mihi anima tua*, id est vita tua augmentum mihi spirituale attribuat. Anima plane pro vita poni solet, ut est : *Qui amat animam suam, perdet eam* (Joan. XII, 25). Vitam autem, vitæ dicimus qualitatem.*

VERS. 20. — *Quomodo, inquit Isaac, invenire tam cito potuisti? voluntas, ait, Dei fuit, ut cito mihi occurreret quod volebam.* Miratur aliquoties ipsa ratio tam subito spiritum ex tanta obduratione sibi compunctionis infundi, sed eadem per appetitum pietatis totum refert ad gratiam Dei. (VERS. 21, 22, 23.) *Accede huc, ait, ut tangam te, fili mi, et probem utrum tu sis filius meus Esau, an non. Accessit ille ad patrem, et palpato eo dixit Isaac: Vox quidem vox Jacob est, sed manus manus sunt Esau. Et non cognovit eum, quia pilosæ manus similitudinem fratris majoris expresserant.* Tangit Isaac accedentem Jacob, ut probet, si filius ejus Esau est, cum anima jam cœlestibus gaudiis inhians, convenientem jam sibi piam affectionem certo experiri nititur, an de carnalitatibus, cui olim vacavit, affectu, quod est Esau, vere pœniteat, id est si se Esau recognoscat. Tactus enim finis esse dignoscitur notionis; sicut autem ex patre filius, sic ex ratione vel humanitus seu divinitus inspirata, pius occasionem, ut ita aperitius, juxta Augustinum dicam, essendi accipit, vel mundialis affectus, verbi gratia, ut ex virtute inanis gloria, vel vitium securitatis ac si ex manna vermibus exoritur. Vera igitur supplantatoris confessione probata, vocem quidem Jacob asserit, sed Esau manus, quia etsi opera carnalitatibus antiquæ horret



robat, vocem tamen pœnitentis, imo justipplantandum vitia se in principio accusantis. In quantum ergo carnaliter vixit, jam non vitur, id est non approbatur, quia pilosæ mæst horridorum operum imaginationes affebimundialem velit nolit important. Majorem sum dici, pro eo quod in homine prima vigetas, intellige.

24. — *Tu es, inquit, filius meus Esau?* Contestialem in animo meo te exercuisse affe-  
 Confiteor, inquit; at ille: (VERS. 25.) *Offer*  
 r] *mihî de venatione tua cibos, fili mi*, id est,  
 te affectualiter errasse fateris, teque pœnitet  
 urnalnis quæstus desiderium, quod in cibos,  
 tis utique condimenta vertisti, ad me refe-  
 i offer. *Quos oblatos cum comedisset, obtulit*  
*vinum. Oblatos comedit, cum quidquid car-*  
 i sibi inerat, in usum virtutis vertit. Dat  
 inum, cum hæc omnia componit, et ordinat  
 ritualis gratiæ donum; hoc enim lætificat  
 do homines, ut legitur (*Psal. ciii, 15*), sed et  
 Deum. (VERS. 26.) *Quo hausto accedit, et*  
*reum*, quia mente per spiritum fecundata,  
 ccessu cogitationis, dum vere horrentium  
 pœnitet, ad Isaac osculum, ad superni sci-  
 idii gustum attingit. (VERS. 27.) *Statimque*  
*vestimentorum ejus fragrantiam, benedicens*  
*e odor filii mei sicut odor agri pleni, cui bene-*  
*ominus. Vestimentorum fragrantia sentitur,*  
 elis anima in appetitu suo piorum actuum  
 is, et ipsius sancti propositi dulcedinem  
 itiæ nare experitur, et *benedicens*, ea scili-  
 ii sagacitate multiplicans, *sicut odorem agri*  
 orem filii perhibet, quia sicut exulta disci-

A plinariter conscientia, virtutumque frugibus feraciter  
 adimpleta cœleste quiddam redolet, ita ipso appeti-  
 tus eodem sapore mox imbutus nil aliud fragrat, quam  
 quod mens ipsa renidet. Deus vero ei benedicit, cui  
 profectum inducit.

VERS. 28. — *Det tibi Deus de rore cœli*, ubertate  
 videlicet spirituali, *et de pinguedine terræ*, affectus  
 utique quæ inferior tui pars est, ad excipiendum  
 cœli rorem fortitudine, abundantiam frumenti  
 scientiæ, vini sapientiæ, id est cognitionis diviniæ,  
 quæ mala nos oblivisci facit hujus vitæ, et olei,  
 charitatis fraternæ, quæ ne inflemur ponit modum  
 scientiæ, illi scilicet consecutæ disciplinis forensi-  
 bus prudentiæ. (VERS. 29.) *Serviant populi vitiorum*  
 tuæ victoriæ, *Et adorent*, id est pie, exterius sol-  
 B licitent ad divinitatis amorem spirituales illæ, quæ  
 a trinitate sua dicuntur tribus, fides profecto, spes  
 et charitas. *Adorare autem, juxta orare* dicimus:  
 ad enim in compositis *propinquitatem* sonare solet.  
 Nil vero magis, *juxta*, quam quod menti inest;  
*juxta* ergo orant, cum mentem submonent. *Esto*  
*dominus, fratrum tuorum* eorum videlicet, qui ex  
 eadem mente generantur motuum: *Et incurventur*  
*ante te filii matris tuæ*, fortia utique opera tua, quæ  
 ex charitate quæ te Deo peperit, sunt edita, humi-  
 lientur in consideratione tua. *Qui maledixerit tibi,*  
 sit *maledictus*, quæcumque in defectum tuum mili-  
 tant, in te deficient, scilicet vitia: *Et qui benedi-*  
 xerit tibi, *benedictionibus repleatur*. Quæ profecto  
 C profectui tuo adsunt, semper augeant, haud du-  
 bium, quin virtutum studia. His ita Spiritu sancto-  
 prosperante tractatis, septimo super Genesim operi  
 nostro finis accedat.

EXPLICIT LIBER SEPTIMUS.

## INCIPIT LIBER OCTAVUS

# MORALIUM IN GENESIM.

Danielis libro comperimus pertransituros  
 s et multiplicem fore scientiam (*Dan.*

Quam multiplicem scientiæ nullomodo  
 cribentes, sed de fragmentis Dominicis qua-  
 D lie cophini nostri modicitatem implentes,  
 vibus ingeniis, sed æquævis et comparibus  
 tes, per medios indignantium cuneos cœpta  
 imur.

### SEQUITUR CAPUT XXVII.

30, 31. — *Vix Isaac sermonem impleverat,*  
 so *Jacob foras, venit Esau. Coctosque de ve-*  
*cibos intulit patri, dicens: Surge, pater mi,*  
*le, etc. Vix Isaac sermonem impleverat, vix*  
 a quæ cum pio superius agebantur affectu,  
 mandare cœperat, *et egresso Jacob foras,*

supplantata videlicet, ac eversa sæculari libidine ad  
 apertam sanctorum operum exhibitionem, de intimo  
 propositi procedente pio affectu, *venit Esau*, carna-  
 D lis scilicet voluntas, quæ dum fidelis anima bonam  
 sibi collocat voluntatem exterius ad carnalia appe-  
 tenda latenter, dum illi spiritualia tractant, vena-  
 batur, victa pii desiderii devotione in eandem sen-  
 tentiam convenit, et quæ carnaliter quæsiverat,  
 spiritus fervore excoquit, et in spirituales redacta  
 teneritudinem ■■■ animo justitiam esurienti obji-  
 cit. Quæ sequuntur superius acta sunt. (VERS. 32.)  
*Quis*, inquit, *es tu?* Duas esse in homine voluntates,  
 corporalem unam, spirituales alteram novimus,  
 quarum prima sic in corde, spiritualibus intentis,  
 abdita latet ut nisi occasio, quæ prodatur, suboriat,

penitus extincta putetur. Cum ergo vacanti cœlestibus terrena voluntas se subito repræsentat, profecto ac si de incognito quis sit interrogat. *Ego sum*, inquit, ille tuus carnalis affectus, cui primogenito, id est naturali, ac originaliter tibi ingenito potissimum, inhærrere debueras. (VERS. 33.) Expavescit animus *stupore vehementi*, qui paulo ante supercœlestis sibi videbatur, nunc aliqua vili motus materia plusquam terrena meditatur, et qui cibos pridem coxerat, jam in carnis duritiam recrudescere non veretur. Quis sit itaque, quis fuerit, utrobique miratur. Ascenderit usque ad cœlos, sed nunc descendit; usque ab abyssos. *Quis igitur ille est, qui dudum captam venationem attulit mihi?* Ac si diceret: Si tu carnalem, ut veres, tam aperte teipsum mihi ingeris, quis aut unde fuit, qui nuper mihi incidit, ille spiritualis affectus, qui carnali, ut putabam, ad purum cupiditate excocta, omni pene me desiderio cœlesti refecit? Huncque pro sui dignitate, et utilitate, et penes me multiplicandum duxi, et perpetuis, si potero, insuper ampliabo crementis, quod est: *Benedixique ei et erit benedictus.*

VERS. 34. — *Auditis Esau sermonibus patris, irrugit clamore magno, et consternatus ait:* Cum audit, id est intelligit animalis voluntas, et monita constantiamque rationis, bestiali motu intra conscientiam desævit; rugire enim ferarum est, et tamen fortiter animi se habente sententia, furor ille intra seipsum ac si flamma consumitur, et quiescit. Hinc est quod dæmonium, a Domino eminandum, pene puerum interimit exeundo (*Luc. ix, 42*). Versa itaque jam animalitas in religionem, et spiritui addicta, benedici etiam se, quod est divinis excrescere muniis optat, et postulat. (VERS. 35, 36.) *Venit*, inquit, *Isaac, germanus tuus fraudulentus, et accepit benedictionem tuam. Subiunxitque Esau: Juste vocatum est nomen ejus Jacob; supplantavit enim me in altera vice. Germanus fraudulentus venit, cum tempore conversionis pia voluntas affectionis fluxum multa ratiocinationum tergiversatione circumvenit. Benedictionem ejus accipit, cum desiderium terreni profectus in cœlestis commodi lucra convertit. Benedictionem pro multiplicatione poni sæpe diximus. Juste, ait, supplantator dicitur, qui me et in principio conversionis evertit, et post tentationum insurgente procella, victoria totius perversitatis dejecit. Duo enim sunt gradus; Primus, conversionis, quod est exitus ex Ægypto; secundus, evincendæ tentationis, quod sunt bella, antequam possideatur terra promissionis. De tertio non hic agit. Primogenita mea ante tulit, et nunc secundo subripuit benedictionem meam. Quod est dicere: Me, cui principaliter competebar, imo naturaliter motibus gaudere corporis, a se primum removit; demum cum in hoc sæculo proficere aliquantisper vellem, quod satis licitum esset, spem mihi totius profectus mundialis ademit. Sed quia spirituali appetitui secundum spiritus virtutem propugnanti contrarie non valeo, dic, ait, an mihi ad cor*

A tandem redeunti spem profectus spiritualis impendas.

VERS. 37. — *Dominum, ait Isaac, tuum illum constitui, ut scilicet dominio piæ voluntatis obedias, et omnes animi motus, qui ab unitate ejus dissentiunt, qui fratres dicuntur, quia ab eadem mente quoquomodo generantur, ei subjici debere decrevi. Frumento verbi Dei, et gratiæ septiformis vino stabilivi eum; Et tibi ultra, fili mi, quid faciam? Quod totum est: Si justo appetitui divinis honorato muneribus obtemperare refugis, quam tibi specialiter afferre potero medicinam? (VERS. 38.) An unam tantum benedictionem habes? Mihi obsecro ut benedicas. An ita, inquit, soli bonæ voluntati curandæ pronus es ut de his quæ prave et humanitus affectas, curam ferre recuses. Dic aliquid unde proficiam. (VERS. 39, 40.) Cumque ejulatu magno ferebat, motus Isaac dixit: In pinguedine terræ, et in rore cæli desuper erit benedictio tua. Vives gladio, et fratri tuo servies: tempusque veniet, cum excutias et solvas jugum ejus de cervicibus tuis. Non jam feraliter rugit Esau, sed humane ejulat, et ex piæ voluntatis instinctu suæ vanitati ingemens, ipsi etiam spiritui motum pietatis, et devotionis incutit. In pinguedine, ait, terræ benedici poteris, id est si terram te, peccatorem scilicet confiteris, sopitis nequam affectibus rore cæli pinguesce, id est gratia et infusione intellectualitatis, quæ tibi ac si cœlum præminere, lumen, ac pluvias documentorum prædere debet, ad boni operis frugem fecundare. Vives gladio, vitam utique boni ac mali discretionem conquiret fratri tuo, pio scilicet affectui, qui ex matre tecum ratione procedit, inservies, ad tempus tamen, nam postquam ad perfectum calorem dilectionis divinæ perveneris, non jam bonæ voluntati, aut ipsi etiam rationi subjiceris, sed in idipsum, quod bona voluntas est, aut ratio converteris, idem quod illa senties, idemque eris.*

VERS. 41. — *Oderat ergo semper Esau Jacob, pro benedictione qua benedixerat ei pater. Dixitque in corde suo: Venient dies luctus patris mei, ut occidam Jacob fratrem meum. Etsi ad horam pravus pio con-temperatur affectui, si potest tamen inesse diuturna concordia; caro enim ■■■ concupiscit adversus spiritum (Gal. v, 17). In quantum ergo patri, id est rationi convenire cognoscit, Esau Jacob odit. Cor Esau, mala affectualitatis intentio est. Ut ergo fidelis intellectus Isaac, scilicet materiam luctus inveniat, per amorem temporalium sese posse interimere pravus affectus bonam voluntatem putat. Dicit autem venturos dies, falsæ scilicet prosperitatis claritates quibus obruat Isaac gaudii, videlicet cœlestis in anima jucunditates. (VERS. 42.) Nuntiata sunt hæc Rebeccæ. Quæ mittens, et vocans filium suum Jacob, dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus minatur ut occidat te. Nunc ergo, fili mi, audi vocem meam, et consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran, habitabisque cum eo dies paucos, donec quiescat furor fratris tui, etc. Nuntiantur hæc Re-*

cum inter talium turbas jurgiorum desudanti  
um incutitur patientiæ. Quæ tamen præteritæ  
ntiæ damna verens, præmium cœleste pro  
et mittit, per hoc pium appetitum ad se con-  
et contra imminentis ferocitatem carnalita-  
mit. Obtempera, inquit, tolerantia cœlestia  
ntenti, et ab infimis consurgens desideriiis,  
ria *fuge*, tendens videlicet ad candorem, imo  
ndidatum Ecclesiæ cœlestis exercitum, qui  
tre Deo frater noster est, quem, dum advivis,  
et electe agendo, quasi in Aran degendo imi-  
decet, habitabisque cum eo, tuis ineptis uti-  
ominaberis motibus ad exemplum ejus, quia  
petit paucitas dierum sæculi hujus, ut pravi  
comprimatur affectus, et gratia rationis de-  
s, prioris lasciviæ qua fraudatus est obli-  
B Laban autem *candidus* dicitur; Haran, *electus*,  
am *irascens*, forsitan innuens quod fieri non  
electus, nisi corporalibus illecebris semper inve-  
iratus. *Irascimini, et nolite peccare* (Psal. iv, 5).  
s. 45. — *Postea mittam, et adducam te inde*  
ide post sopitum Esau furorem Jacob adduci-  
im de victoria passionum, ac si de Haran, et  
cœlestis contuitu, quod est de Laban, ad  
considerationem, quales aliquando fuerimus,  
is. Mittit vero Rebecca, ut Jacob reducat,  
ationis nuntio præeunte, patientia bonæ vo-  
ne quid magnum de se æstimet, ad se  
idum insinuat. *Cur utroque orbabor filio in*  
*?* Cur, inquit, momentaneis et quasi unius  
udiis, et fluxum appetitum brevibus illecebris  
lam, et quod mihi superest bonæ voluntatis in-  
m? (VERS. 46.) *Tædet me vitæ meæ propter filias*  
*dicit ad Isaac Rebecca.* Dum patientia, gaudiis  
bus innixa, cum his ac si cum suo Isaac de  
m difficultate tædioque conqueritur. *Filias*  
desideria, *Heth*, stuporem, reprobum scilicet  
i satis diximus. *Si acceperit Jacob uxorem*  
*pe hujus terræ, nolo vivere.* Si pia voluntas  
iis terrenis inhæserit, patentibus monstro-  
sime mortem æternam eligere. *Tædet* autem  
n vitæ suæ, dum cultus pietatis quæ vere vita  
lestia malorum irruentium ingruente patien-  
cipit ex humana imbecillitate tædere.

## CAPUT XXVIII.

s. 1, 2. — *Vocavit itaque Isaac Jacob, et*  
*vit ei. Præcepitque ei dicens: Noli accipere*  
*de genere Chanaan; sed vade, et proficiscere*  
*sopotamiam Syriæ ad domum Bathuel fratrem*  
*tuæ, et accipe tibi inde uxorem de filiabus*  
*avunculi tui. Isaac Jacob* advocat, cum cœle-  
spirans gaudium bonam ad se voluntatem  
anima concitat. *Benedicit ei*, cum virtutem  
tititur adaugere virtuti. Dictorum ejus is  
est. *Noli adhærere illecebris voluptatum de*  
*Chanaan, id est negotiatorum, in quo procul*  
*conformeris eis qui fidem ac bona opera pro*  
*itate exsequenda expendunt, sed ad hoc pro-*

A ficere stude, ut illis assimileris animabus, quæ  
nitore puritatis non fluxu libidinis filia sunt cando-  
ris æterni, ad cujus germanitatem per tolerantias  
suspiro. *Vade ergo in Mesopotamiam Syriæ*, elevatam  
scilicet ab imis cupiditatibus vocationem, quod est  
abrenuntiatio sæculi, aggredere, unde sublimis per  
contemplationem valeas eminere. Mesopotamia enim  
*elevata vocatio, Syria sublimis* dicitur. Dicitur etiam  
Græce Mesopotamia, quod sit *media inter flumina*,  
quod valde congruit animæ laboranti inter tentatio-  
num discrimina, hæc tamen nos evehunt ad Syriam,  
id est ad sublimia. In his sublimibus domus est  
Bathuel, scilicet virginis Dei, Ecclesiæ sane super-  
cœlestis rugam, et maculam prorsus jam non  
habentis (*Ephes. v, 27*), qua nil sincerius jam est.  
B Is Bathuel frater est matris nostræ, quia populus ille  
cœlestis germana affinitate conjungitur Ecclesiæ  
matri nostræ, quæ est in terris.

VERS. 3, 4. — *Multiplacet te*, inquit Dominus, *ut*  
*si in turbas populorum; et det tibi benedictiones*  
*Abrahæ, et semini tuo post te, ut possideas terram*  
*peregrinationis tuæ, quam pollicitus est avo tuo.*  
Quod est dicere: Tanta te Deus animi virtute con-  
solidet ut sis, id est subsistas valide inter turbu-  
lentas vitiorum, et *Abrahæ*, intellectui scilicet  
scientiæ munus amplificet, *et semini*, id est merito  
tuo post obitum veræ benedictionis dona repenset,  
*ut possideas terram* corporis in quo peregrinatus es  
I I I resurgendo feliciter, quod pollicitus est per pro-  
C phetas Christo, universalis matris Ecclesiæ patri et  
auctori, et inde *tu* filiorum videlicet ipsius Ec-  
clesiæ avo. (VERS. 5.) *Cumque dimisisset eum Isaac,*  
*profectus venit in Mesopotamiam, etc.*, quæ superius  
tractata sufficere queunt. Dimittere tamen *Isaac*  
nil aliud est quam ex cœlestis gaudii intentione  
bonæ voluntatis effectum dirigere. (VERS. 6.) *Vi-*  
*dens autem Esau, quod benedixisset pater suus*  
*Jacob, et misisset in Mesopotamiam Syriæ, ut inde*  
*uxorem duceret, et quod post benedictionem præcepis-*  
*set ei, dicens: Non accipies de filiabus Chanaan.* Hoc  
totum secundum quod superius disseruimus patet,  
a modo videamus. (VERS. 8.) *Probans Esau quod*  
*non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus,*  
postquam utique carnalis affectus ex bonæ volunta-  
D tis augmento, et executione virtutis concussus,  
adversus spiritum cœlestibus inhiantem gravis  
excandescit, ea mundi desideria, quæ ratio fortius  
horret crebrius objicit, (VERS 9), unde et *ad Isma-*  
*elem* it, ad sæculi profecto concupiscentias tendit,  
quibus non Deo, sed sibi quisque obedit. Ismael  
enim dicitur *obediens sibi*. Et exceptis his uxoribus,  
mundi utique curis ac necessitudinibus quibus illi  
astringebatur, *filiam Ismael*, lasciviam voluptatis  
corporeæ amplectitur. Sed notandum quod Ismael  
filius Abraham dicitur, quia ex magna rationis  
virtute ingens cupiditatis, aut cenodoxiæ, nec non et  
carnalis aliquoties concupiscentiæ, et etiam acrior  
exoritur motus, quasi quidam nequam ac degener  
filius; ipsa autem filia, voluntas videlicet fluxa,

Meleth [al., Maheleth], quod interpretatur *chorus*, appellatur. Chorus vero licet in bono pro concordia poni soleat, hic tamen quia colludentium feminarum esse dignoscitur, pro illo interno præcordialis lasciviæ concentu, qui nobis Sirenes usque in exitium dulces inducit, nosque lenocinando circumvallat, potitur. Hæc est soror Nabajoth, qui dicitur *prophetans*, quia carnalis concupiscentia quadam sibi germanitus adhærente gaudet prophetiæ, qua senectutis tempore cum deferberit juvenutis cura, spõndet sibi pœnitentiæ et cœlibatus studia.

VERS. 10, 11, 12, 13. — *Igitur egressus Jacob de Bersabee pergebat Haran. Cumque venisset ad quemdam locum, et vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus, qui jacebant, et supponens capiti suo, dormivit in eodem loco. Viditque scalam in somnis stantem super terram, et cacumen ejus tangens cœlum, angelos quoque Dei ascendentes et descendentes per eam. Et Dominum innixum scalæ. De Bersabee, id est puteo septimo, vel puteo saturitatis, de voragine procul dubio libidinum sæculi, quod septem diebus volvitur, quodque jam satutari, id est fastidio esse incipit cœlestis gaudii obtentu, Jacob, bona scilicet voluntas egreditur, et tendit Haran, quod interpretatur *res cum arca*, ut videlicet et arcam conscientiæ possideat, et quia arca ab arcendo dicitur, ab ea quidquid noxium est, arceat, in qua etiam res habeatur, id est veritas, quatenus solitum ac substantivum omne illud constet esse. quod intrinsecus continetur, et non per inania evagetur. Quidam locus ad quem venit, ipse est, in quo generalitas totius creaturæ, et præcipue totius benignitatis consistit, ac subsistit ad quem desiderio ac meritis cum quis accedit, non nisi *post solis occubitum*, sopito utique fervore corporalium æstuum in eo conquiescit, tunc tamen si primum *de lapidibus*, qui jacent, de sanctis scilicet qui in morem lapidum firmi sunt, et humiliter se habent, volvuntur enim, juxta Zachariam super terram (*Zach. ix, 16*), ad exemplum sibi tollat, et *capiti*, id est menti pro fulcimento supponat, ut ita *in loco*, qui semper idem est, haud dubium quin Deo, a sæculari strepitu consopiri queat. *In somnis* itaque, dum videlicet ab amore præsentium animi intuitum claudit, *scalam* humilitatis quæ non vacillat, sed *super terram*, Christum plane humilem, qui nos fructu suo alit, solide stat, conspicit, quia omnis terrenis intentus quid sit humilitas nescit. Terram autem vocari Christum, testatur Apocalypsis, *adjuvit*, inquit, *terra mulierem* (*Apoc. xii, 16*). In hac scala sunt plurimi gradus, non alii quam de visibiliu contempnitate proventus. Cujus perfectæ humilitatis *cacumen cœlum* divinæ contemplationis attingit, quia Deus quod parvulis revelat, sapientibus abscondit (*Matth. xi, 25*). Nos vero si angelice vivimus, per hanc ad nostri cognitionem descendimus, per hanc ad Dei visionem ascendimus, et Dominus scalæ isti innititur, quia principaliter virtus hæc specialiterque ipsius auctoritate ac præcepto robo-*

ratur. *Discite*, inquit *a me*, non vigiliis ac jejuniis, sed *quia mitis sum et humilis corde* (*Matth. xi, 29*). De gradibus autem ejus et moderni ac veteres subtilia multa loquuntur.

*Ego sum*, ait, *Deus Abraham patris tui*, utique rationis a qua paterne regeris, et *Deus Isaac*, qui tibi inspiro gaudium gloriæ cœlestis. *Terram in qua dormis tibi dabo, et semini tuo*, Christum in ejus conformitate a sæculi labore conquiescis, *tibi et semini*, id est imitatoribus tuis fovendum præbebo, *eritque germen operis quasi pulvis*, ab humore totius lasciviæ carnalis sudum, non quem projiciat ventus, sed talis pulvis qui inhæreat terræ, id est stabilitati æternæ. *Dilataberis* ad dignoscendum proprii defectus occidentem, ad prægustandum internæ lucis orientem, ad præcavendum desidii ac torporis septentrionem, et ad sancti Spiritus hauriendum meridiem.

VERS. 14. — *Et benedicentur in te, et in semine tuo cunctæ tribus terræ*, in tua fide, et fidei operibus, vel interna gratia, quæ operum bonorum semen est, multiplicabuntur universæ trinitates conscientiæ, ingenium scilicet voluntas ac memoria; vel initium, promotio, et finis tuus; fides etiam, spes, et charitas; vel cogitatio, locutio, ac operatio. (VERS. 15.) *Et ero custos tuus, quocumque perrexeris*, quocumque plane animum intenderis, *custos* ero tuæ actionis; *Et reducam te in terram hanc*, si quando sane humanitus evageris, in hunc mentis statum, quo nunc es ad modum terræ solidum per me reduceris: *Nec dimittam nisi complevero universa quæ dixi*; tibi cooperari non desistam, donec præmii largitione futuri dicta compleam.

(VERS. 16, 17.) — *Cumque evigilasset Jacob de somno, ait: Vere Dominus est in loco isto, et ego nesciebam. Pavensque: Quam terribilis, inquit, est locus iste! non est hic aliud nisi domus Dei et porta cœli.* Jacob de somno evigilat, cum animus a sua quiete paulisper exemptus, a divina dulcedine vacat, et tunc vere Dominum in loco esse clamat, cum in illa aliquantula stabilitate mentis quiddam inesse divinum, imo nonnisi diviniu illapsu fieri posse probat, sed hæc dum habemus, quam sint summa ac divina nescimus, sed ubi pristino torpori addicimur, profecto a Deo ea agi, et non a nobis experimur. Pavet autem et de loci terribilitate miratur, cum et de innovatione cogitatum intra se, et de diaboli terrificatione cogitat, qua concutitur pro nostræ mentis localitate, id est stabili veritate. *Terribilis* enim inde scribitur, aeriis spiritibus, *ut castrorum acies ordinata* (*Cant. vi, 3, 9*). Quæ etiam mens non aliud esse dicitur quam *domus Dei et porta cœli*, quæ et Deo inhabitante regitur, et ad spiritualia cœlestiaque contuenda Deo reserante aperitur.

(VERS. 18, 19.) *Surgens ergo mane tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, et erexit in titulum, fundens oleum desuper. Appellavitque nomen urbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur. Mane surgit, cum ad divinum lumen se erigit. Lapidem quem capiti suppo-*

*suerat* tollit, cum Christum singularem suorum firmitatem, quem pro fundamento cordi supposuerat, manu, hoc est operis imitatione apprehendit, huncque in *titulum* erigit, dum ad eum quasi ad propositum totius sanctitatis exemplar attendit. Oleum *desuper* fundit, cum excellentiorem, juxta Apostolum, viam charitatis ac misericordiæ sectando ipsum Christum piis operibus ungit (1 Cor. xii, 31). *Nomen urbis Bethel* appellat, cum animam solertis muro custodiæ munitam, divinæ gloria habitationis insignitam, evidentibus indiciis probat. Bethel dicitur *domus Dei*: Luza vero, Boia, quam *compedem* dicimus, appellatur. Prius igitur quæ *domus Dei* nunc est, Boia vocabatur, quia et in seipsa vitiorum miseria coangustabatur, et alios eadem illecebra comedire nitebatur.

Vovet ergo dicens: (VERS. 20, 21.) *Si fuerit Deus, mecum, et custodierit in via qua ambulo*, hoc est in actione proposita, qua promoveri ad meliora cupio, *et dederit mihi panem qui de cælo descendit, ad vescendum, et vestem charitatis ac innocentiam ad induendum, reversusque fuero ad domum patris mei, supercælestem, erit mihi Dominus in Deum*. Is utique, cui sub aliquantulo timore cœpi servire, erit mihi in Deum scilicet paterne diligendum, utpote meæ universitatis auctorem. (VERS. 22.) *Et lapis iste, Christus quem mihi proposui in signum, quem, dum capiti supposui, ipsum indui, domus Dei vocabitur, quia cum sit ipse inhabitans, ipse etiam inhabitatio est, quia ejus conformitas quam fecit in nobis inhabitabitur. Cunctorumque quæ dederis mihi, decimus offeram tibi*, scilicet eorum quæ fecero te favente honorum perfectiones tibi attribuiam. In perfectum [f., imperfectum] novenarii mihi, decimum integritatis ascribam tibi.

#### CAPUT XXIX.

VERS. 1, 2. — *Profectus ergo Jacob venit ad terram orientalem, et vidit puteum in agro tresque greges ovium accubantes juxta eum. Nam ex illo adaquabantur pecora, et os ejus grandi lapide claudabatur*. Proficiscitur, cum magnanimitate pro tenditur. *Ad terram orientalem Jacob venit*, cum ad soliditatem supernæ illustrationis anima fidelis attingit. Terram hic et sæpe alias pro firmitate ponimus, quia solidum elementum est. *Terra enim, juxta Ecclesiastem, in æternum stat* (Eccle. i, 4). *Videt puteum in agro*, cum fontem prudentiæ ac discretionis in spirituali attendit exercitio. *Tres greges ovium juxta eum accubant*, quia tres illi Ecclesiæ ordines, qui in pagina veteri sub triumphantis, Noe, Daniel et Job, et in nona sub agricolantis, molentium, et in lecto quiescentium typo signantur, a sæculi labore pausantes interdum, haustu salutifero ac contiguitate recreantur. Ex hoc adaquantur pecora; aqua enim sapientiæ salutaris nostra mitescit hebetudo et pecualis inscitia. Sed os ejus grandi lapide clauditur, quia sapientiæ ac scientiæ a Deo nobis datæ, et aditus et exitus ne quid indecens incedat aut excedat, necesse est

A maxima humilitatis gravitate cogitando ac loquendo servetur. Tales a Josue lapides ad os spelunçæ, in qua delituerant quinque reges, admoventur, ut fenestra sensuum corporis magna ut cuique competit ponderositate prematur.

VERS. 3. — *Morisque erat ut, cunctis ovibus congregatis, revolverent lapidem, et, reffectis gregibus, rursum super os putei ponerent*. Oves consuetæ congregantur, cum omnes animi simplices motus ad hauriendum rationis consilium congeruntur. Lapis ergo revolvitur, cum magnæ auctoritatis manu ad referenda internis querimoniis responsa judicii censura aperitur. Sunt enim apud quos nulla lapis, proferendæ scilicet sententiæ pondus, difficultate discutitur, sed omni palea volubilius præcipitatur. B *Rursum* adaquatis gregibus, *super os putei* ponitur, cum mente aut sua aut alterius reffecta per consilium, nulla de sui perspicuitate ingenii vanitate movetur, sed eadem gravitatis majestate deprimitur.

VERS. 4. — *Dixitque ad pastores: Fratres, unde estis? Dixerunt: De Haran*. Post visionem itaque putei, Jacob pastores unde sint interrogat, cum post intelligentiam discretionis animus, vitii supplantator, spirituales qui se regunt motus, vel virtutes unde sint, id est ex qua emergant intentione disquirat, sed illi non de appetitu laudis aut desiderio quæstus quidquam insibilant, sed de Haran, id est ex devotione assequendæ electionis se procedere tota affectus claritate respondent. Haran enim *electum* C sonat.

VERS. 5, 6, 7. — *Nostis, ait, Laban filium Nabor? Atunt: Novimus. Sanusne est, inquit? Valet, inquit. Et ecce Rachel filia ejus venit cum grege suo. Dixitque Jacob: Adhuc multum diei superest. Nostis, ait, experiendo cælestis vitæ candorem, qui ex Deo gignitur, quem constat esse luminis requiem? Id quoque se didicisse pia affectione respondent. Sanitas Laban, cælestis desiderii innuit integritatem. Valere itaque pastores perhibent, cum nulla nisi superna ab animo ambiri ipsarum virtutum testimonia clamant; sed in hoc ipso mentis statu ac vigore Rachel cum grege suo advenit, quia contemplationis divinæ gloriosa illa et virginea puritas cum largo gratiarum cæterarum munere opportune influit. D Hæc Laban filia dicitur, quia ex supernæ claritatis amore progreditur. Rachel autem *visum principium* interpretatur, illud scilicet quod loquitur, ergo principium, unde et loquor vobis (Joan. viii, 25). *Adhuc, inquit, multum diei superest*. Quod est dicere: Etsi aliquam divinæ scintillam speculationis attingo, ipsa divinæ excellentia lucis incomparabili ter præeminet, quæ nullo meo acumine penetrari valet. Vel aliter: Cum mens supra se aliquid sapere incipit divinum, attigisse se æstimat totius jam virtutis summum, sed intelligenter sibi infert, sibi *multum diei*, id est laboris in vinea agenti restare, *nec tempus esse ut ad caulas reducantur greges*, id est ut æterna jam requie donentur imperfectæ adhuc virtutes. *Date ante votum ovibus*, virtutibus scilicet*

in magno tentationum æstu constitutis spiritualis infusionem gratiæ provideat, et interno rore vigentes ad pastum sacre paginæ eas ex potu alacres congerite. Si enim mens interius non infunditur, lectionis utilitas tota cassatur. Hæc fidelis anima cogitationibus propriis loquitur, imo suis intellectibus quasi pastoribus. (VERS. 8.) *Non possumus, inquit, donec omnia pecora congregentur*, id est spiritualem eis impendere temperiem non possumus, donec cogitationum turbas a sua evagatione cohibeamus, et amoveamus lapidem, torporis et negligentiae durtiem, quæ os putei, id est oculum interneat discretionis, et sic virtutum gregibus refrigerium impendamus aquæ salutaris.

VERS. 9. — *Adhuc loquebantur, et ecce Rachel veniebat cum ovibus patris sui.* Plerumque sane dum adhuc cum interioris hominis sensibus de instituenda vita agitur, repente virtus contemplationis cum tota animi simplicitate illabitur, quæ tamen omnia a Patre luminum sibi dantur. Nam gregem totius piæ cogitationis ac operationis spirituali succo ipsa alebat. (VERS. 10, 11.) *Quam cum vidisset Jacob, et sciret consobrinam suam ovesque Laban avunculi, submovit lapidem quo puteus claudabatur, et, adaquato grege, osculatus est eam. Jacob eam videt, et consobrinam cognoscit, dum gloriam contemplationis intelligens, jus sibi penes eam naturalis propinquitatis attendit; ad Deum enim videndum fruentumque ab ipso se factum Deo perspicit. Videt Laban avunculi oves, dum eorum qui candorem præferunt, et qui vitæ ac morum affinitate supercælestis Ecclesiæ matris suæ fratres sunt, fidelis anima pie æmulatur virtutes, quæ propter simplicitatem et utilitatem sunt oves. Amovet lapidem Jacob, quo puteus clauditur, cum discutit sagax spiritus pondus inertæ, quo veritatis cognitio obturatur. Adaquato itaque supernæ unda dulcedinis cogitationum aut virtutum grege, eam osculatur, dum Verbi æterni et Spiritus sapientiæ suavitati uniconditer astringitur. In osculo namque hoc, et os divini eloqui intimo sapore discernimus, et anhelitu gratiæ septiformis imbuiamur, et per hoc sapientiæ salivis inungimur.*

VERS. 12. — *Elevataque voce flevit, et indicavit ei quod frater esset patris ejus et filius Rebeccæ.* Vocem elevat, cum desiderium pietatis amplificat: **115** flet vero, dum animum ac si caput purgat ab omni humore vitii noxio, et per hæc indicat se fratrem ejus, dum piis actibus innuit se Deo inhærere germanitus; et quia est Rebeccæ, id est patientiæ, filius, scilicet ex ipsa ac si ex matre præcipua processit tantus affectus. *At illa festinans nuntiavit patri suo.* Contemplatio Jacob præsentiam patri festina nuntiat, cum animæ obedire parantis instantiam per evidentis gratiæ effectum Deo, a quo est *omne donum perfectum* (Jac. I, 17), manifestam acceptamque sine spiritualis ulla dilatione augmenti insinuat. (VERS. 13.) *Qui cum audisset Jacob filium sororis venisse, cucurrit obviam ei. Audire in sacra*

A pagina pro intelligere ponitur, ut est: *Audi, filia, et vide* (Psal. XLIV, 11). Audit ergo, id est intelligit Laban, quod non est aliud quam intelligere facit animum nostrum, scilicet verum Jacob, qui supplantandis vitiis instat, ad se sui ipsius præsentiam sola Dei operatione factam, et currit ei obviam ipse Laban, quia cælestis gloriæ desiderium sponte menti infert quasi quemdam occursum, gratiæ supernæ copiam. *Complexusque eum, et in oscula ruens duxit in domum suam.* Laban Jacob complexit, cum devotio cælestis animo unice innectitur. *In oscula ruit, cum, sæculi abdicatis amoribus, divinæ quærendæ pulchritudini indivisibili fœdere se astringit. Et vere ruit, dum se ei funditus infundit. In domum suam ducit, dum ad hoc usque quatenus cordis conversatio in cœlum transferatur provehit.*

B VERS. 14. — *Auditis autem causis itineris, respondit: Os meum es, et caro mea.* Audit causas itineris, cum nos facit cælestis splendor intelligere intentiones totius nostræ actionis, spiritualis videlicet nostræ qua ad Deum tendimus perfectionis, unde respondet effectu, non verbo, nostræ bonæ voluntati. *Os, inquit, meum es, id est eam intellectualitatis, quam habes fortitudinem ex me habes, et caro mea es, quia quod carnis fragilitatem ratione regis, sicut osse reguntur carnes, ex me utique potes; caro enim tandiu constat, quandiu continetur ab ossibus.* (VERS. 15.) *Et postquam completi sunt dies mensis unius, dixit ei: Num quia frater meus es, gratis servies mihi? Dic quid mercedis accipies.* C *Dies mensis unius* complentur, cum virtutum claritates perfectæ meliora gerendi voluntatis quasi mensis integritate perficiuntur. *Quia, inquit, affinitate bonæ devotionis mihi annexus es, sine ulla tui spe augmenti mihi deservies? Dic ergo quid accipies.* (VERS. 16, 17.) *Habebat vero duas filias: Nomen majoris Lia; minor Rachel appellabatur. Sed Lia lippis erat oculis; Rachel decora facie, et venusto aspectu.* Duas has filias secundum quod nostri dixerere majores, accipimus actualem, quæ valde inter sæculi molestias lippit, vitam; per Rachel contemplativam quæ lota facie, et mundi cordis beatitudine Deo videndo perspicacem oculum intendit. Possumus et per Liam scientiam, quæ earum duntaxat rerum est, quæ inter nos actitantur, accipere, D verbi gratia, est de moribus humanis, et passivum quarumque naturis. Per Rachel sapientiam, quæ præcipua Dei fulget cognitione, et veritatis, falsitatisque acutissima discretionem. Scientiam autem, quia in imis exercetur, plurima constat involvi caligine. Lia, laboriosa; Rachel, ovis, vel videns principium dicitur, quæ singula his, quæ præmisimus, singulis bene conveniunt. Nam in ove simplicitas speculationi et sapientiæ uni Deo intentæ concinit; laboriositas et activæ, et morali, cuilibetve scientiæ congruit. Rachel etiam dilectionem Dei; Lia significare valet dilectionem proximi, has utraslibet dualitates, ac si duas filias Laban; id est candoris æterni amor gignit. Major dicitur

uam necesse est primum exerceri, ut ad se- A  
is speciem veniatur.

is. 18, 19. — *Rachel ergo diligens Jacob, ser-*  
*inquit, tibi pro Rachel septem annis Melius*  
*et Laban, ut tibi eam dem, quam viro alteri.* Ra-  
rgo Jacob diligit, cum speculationem, in qua  
us vivitur, animus magis appetit: *septem pro-*  
*nis servit, dum universitatem corporis, quod*  
*or elementis constat, et animæ quæ tribus,*  
*ctu scilicet, memoria et voluntate præeminet,*  
*nterna emerenda visione impendit. Septem*  
*annis servit, qui corporis, et animæ, ut dixi-*  
*septenarium, annis, id est virtutum tanquam*  
*n plenitudinibus addicit. Melius est, inquit*  
*rii cœlestis effectus, ut tibi divinæ venustatem*  
*nplationis indulgeam, qui unitati tenendæ in-*  
*quam viro alteri, id est quam alicui qui nunc*  
*olum, nunc ad Deum alternare consuevit.*  
*ergo apud me, id est persevera in studio cœ-*  
*vitæ. (VERS. 20.) Servivit igitur Jacob pro Ra-*  
*septem annis, et videbantur ei pauci dies præ-*  
*magnitudine, id est tota justitiæ humanæ*  
*is prava videtur et tenuis ei, qui diligenter*  
*t, et intelligenter amat speciem supernæ*  
*adinis. (VERS. 21.) Dicit itaque Jacob ad Laban.*  
*ad Laban dictum, non aliud sentio quam pe-*  
*ternæ gloriæ candorem interni desiderii appe-*  
*Da mihi uxorem meam, quia tempus expletum*  
*ingrediar ad illam, id est concedatur mihi*  
*speculationis cum facultate voluptas, quia*  
*corporis et animæ meæ impensione explevi, ut*  
*s admittar amplexus atque delicias.*

is. 22, 23. 24. — *Quis vocatis multis amicorum*  
*ad convivium fecit nuptias. Et vespere filiam*  
*Liam introduxit ad eum, dans ancillam*  
*Zelfam nomine.* Amicorum turbæ non aliud  
quam utilium cogitatum, locutionum, et ac-  
catervæ, quæ vera fidelitas, amicitiaque est  
B. Hos vocat Laban *ad convivium*, facitque  
C. cum æterni candoris amor ea contrahit  
r ad supernæ dulcedinis haustum, et divinæ  
ationis præbet amplexum. Sed *vespere*, id est  
Iato animi splendore filia Lia *ad eum* intro-  
ir, quia in activæ vitæ laborem mens quælibet  
relabitur, dum quies interna dissipatur.  
dicitur *os ambulans*. Habet itaque Lia ancil-  
lam, quæ ambulans os dicitur, activa enim  
humanæ, quæ per ora ancillariter adulantium  
it, et discurrit, obsequiis delinitur; patenter  
operatur. (VERS. 25, 26.) *Ad quam cum ex more*  
*fuisset ingressus, facto mane vidit Liam; di-*  
*ad socerum suum: Nonne pro Rachel servivi*  
*Quare Liam imposuisti mihi? Non est, inquit*  
*, in loco nostro consuetudinis, ut minores ante*  
*nus ad nuptias. Ex more Jacob ad sibi junctam*  
*litur, cum fidelis anima ob considerandam*  
*siti sui regulam ad cor discernendi causa re-*  
*ir. Sed mane divinæ illustrationis facto, dum*  
*oximorum cura conscientiæ labor inductus*

reperitur, adversus eam quam optabat quietis in-  
ternæ gratiam, ac si contra Laban conquiritur.  
Speciei, inquit, intimæ quærebam venustatem, cur  
tot negotiorum refluxo in laborem? *Non est*, ait ra-  
tiocinatio lucis internæ, *consuetudinis* apud eos qui  
localiter stabiliterque juxta jura nostra vivere deli-  
berant, *ut minores ante tradamus ad nuptias*, id est  
ut virtutibus quispiam copuletur, donec vitiorum  
bella evincere conetur, quæ minores ideo dicuntur,  
non quod sint dignitate juniores, sed quod post  
tentationum triumphos omni habeantur exercitio  
leviores, et sua quadam ineffabili novitate gratiores.  
Nil enim simplici mente dulcius. Eo igitur modo  
contemplatio minor est, qui laboribus curisve non  
interest, et de activo certamine ad contemplationis  
B. requiem proficiendum est.

VERS. 27. — *Imple hebdomadam dierum hujus*  
*copulæ, et hanc quoque dabo tibi pro opere quo ser-*  
*viturus es mihi, septem annis aliis.* Hebdomada die-  
rum copulæ impletur, cum plenaria bonorum ope-  
rum executione amori quis conditoris astringitur,  
et tunc alia pro opere septem aliorum annorum, quo  
serviturus est, datur cum speculatio quasi quod-  
dam præmium intimæ nostræ, qua a vitiis quiesci-  
mus, pacis additur. Septem anni priores in interi-  
ori exteriorique certamine sunt; postremi septem  
utrobique corpori scilicet et animæ ex peccati vi-  
ctoria quieti et placidi sunt. Hinc etenim et inde  
per septenarium sabbatizatur, primo exterioris in  
opere, postmodum interioris in cogitatione. Verba  
C. Laban nil aliud intelligas quam rationis illuminatæ  
sententiam. (VERS. 28, 29.) Acquiescit ergo Jacob:  
sed Racheli Bala ancilla subjungitur. Bala vero *in-*  
*veterata* interpretatur. Vetustas autem ista non  
mihi alia videtur quam corporearum rerum phan-  
tasia, quæ [semper contemplationi spiritualium in-  
fensa sentitur. Contemplationis itaque novitas in-  
veteratur, cum corruptibilibus imaginibus incuratur,  
ancillariter tamen subjicitur. (VERS. 30.) Verum  
his Jacob potitus nuptiis, amorem sequentis,  
id est contemplativæ, priori, id est activæ præ-  
tulit.

VERS. 31. — *Videns autem Deus, quod despiceret*  
*Liam, aperuit vulvam ejus, sorore sterili permanente.*  
D. Videt Dominus (id est, videre nos facit) quod non  
bene æstimemus de Lia, id est de actuali vita, dum  
quasi tutius putamus, nobis solis intendere, quam  
sub proximi cura desudare, aperitque *vulvam ejus*,  
id est ostendit utilitatem ac fructuositatem ejus,  
quia scilicet commune bonum privato debet præ-  
poni, *sorore permanente sterili*, id est dum ex fecun-  
ditate actualitatis perpenditur unica utilitas sui,  
nec intendatur abs quolibet proximarum profectui.  
(VERS. 32.) *Conceptum actualis generat filium*, id  
est propositum exhibet generaliter pii operis exer-  
citiū, et vocat *nomen ejus Ruben*, æstimat vide-  
licet apud se summam ejus operis quod penes Deum  
nominabile est, Ruben, id est [vide in medio, quod  
est, non suo simplici providere, sed communi po-



tius nono. Ruben enim videte in medio dicitur, Medium autem pro communi ponitur. Vidit, inquit, Deus humilitatem meam, id est dum meam attendere me facit necessitatem, in qua sæpe experior proximi humilitatem, cogor rependere eam, quam apud alios expertus sum benignitatem. Nunc amabit me vir meus. Intellectus ait, cui attinet interioris hominis ducatus, repulso laborum fastidio, in ipso dilectionis amore respirabit; et hoc faciet etiam nunc, id est in sæculo præsentis, cantando videlicet: Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum! (Psal. CXXXII, 1.)

VERS. 33. — Rursum concepit, et peperit filium, et ait: Quia audivit Dominus haberi me contemptui, dedit mihi etiam istum; vocavitque nomen ejus Simeon. Concipit, cum interius proponit; cum exterius administrat, parit. Audit ponitur pro intelligit, unde Apostolus cum diceret: Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei (I Cor. II, 14), addidit: Neque enim audit, id est intelligit. Audit autem Dominus, cum intelligere nos facit. Quia ergo, Deo inspirante, intelligimus haberi nos contemptui, si pro sola rehibitione ejus proximo impendamus munus beneficii; dat Deus et istum filium nobis, cui est nomen Simeon, quod interpretatur audivit Dominus vel audiens tristitiam, quia in omni quod agimus, non humanus, sed divinus pensandus est auditus, nec quid referat homo, sed cogitandum est quid placeat Deo. Et auditus, id est sensus tristitiæ, licet magna geramus, deesse non debet, quia nescimus utrum amore an odio digni simus (Eccle. IX, 1). Cor autem, juxta quod legitur, quod novit amaritudinem animæ suæ, in gaudio ejus non miscebitur alienus (Prov. XIV, 10.) (VERS. 34.) Concepit tertio, et genuit alium, dixitque: Nunc copulabitur mihi vir meus, eo quod genuerim ei tres filios, et idcirco appellavit nomen ejus Levi. Levi interpretatur additus. Post Ruben, ubi communiter omnium utilitati providetur, et Simeon, ubi Dei plusquam hominis auditus intenditur, recte additus tertio loco, qui Trinitatem significat, apponitur, quia quisque sola Dei intentione operans, electorum sorti, quod est Dei visio, indubie additur. Tres tunc filios gignit, post bonam enim actionem, piamque actuum intentionem, quasi post duos filios, tertium elaborando, proferimus bonæ actionis mercedem, et jam intellectus verus, scilicet maritus, qui divino animam impregnat semine memor ejus quod se manet præmii, ad piam se vivacius ingerit actionem.

VERS. 35. — Quarto concepit, et peperit filium, et ait: Modo confitebor Domino, et ob hoc vocavit nomen ejus Judam, cessavitque parere. Cum ad gloriam æternam venerimus, in quadro tunc positi, quod quarto signatur filio, id est inconcussa soliditate stabiliti, Judam, id est æternam glorificationem et corde concipimus, et effectu infinito parimus. Judas enim vel confitens, vel glorificans dicitur. Modo, inquit, id est in hac æternitate, quæ per præsens tempus congrue designatur, confitebor, id est sacrificium

laudis immolabo Domino (Psal. XLIX, 14). Cessat tunc parere, cum boni operis fructum ingemiscendo uti nunc, desinit agere.

### CAPUT XXX.

VERS. 1. — Cernens autem Rachel quod infecunda esset, invidit sorori; aitque marito: Da mihi liberos, alioquin moriar. Rachel quod infecunda sit sorori invidet, dum mens contemplativorum efficaciam activorum intuens, et opera aliquoties æmulatur, et laudis profusionem miratur. Tu, inquit, o intellectus, speculatione gaudes, sed nullo præcipuo opere per hanc evidenter emines unde nec opinionis indicio exempla sanctitatis præbes. (VERS. 2.)

Num, inquit, ratio vices Dei penes te ago, qui privavit te fructu ventris tui, id est qui tibi non indulsit solertiam corporalis exercitii, quæ quantum ad auras famæ attinet in modum ventris est fragilis, ut tibi mea cura conferat quod ipse Deus negat? Sunt enim quorum ingenia contemplationi convenient, sed corpora negotiis agendis non congruunt. Contemplatio igitur dum famæ desiderio pulsatur. (VERS. 3.) Habeo, inquit, famulam Balam, ingredi ad eam, id est habeo sæcularium rerum scientiam, quæ licet sapientiæ jugo subsideat, cui tu inhias, ingredi tamen immiscendo te ei, et condescende ad eam, quæ mundi dicitur sapientia, ut pariat super genua mea, id est ut inflexa status rectitudine aliquos mihi fructus afferat temporalis lætitiæ. Per Balam, quæ vetustatem sonat, sæcularia accipimus, quæ vetera in Scriptura appellantur (Col. 3, 9) (VERS. 4, 5.) Intellectus igitur in penetrabilia scientiæ, et intentionis sæcularis, et quasi ad ancillaria ingresso, concepit et peperit filium, proposuit scilicet, et exhibuit opus ineptum.

VERS. 6. — Dicit ergo Rachel: Judicavit mihi Dominus, et exaudivit vocem meam, dans mihi filium, et idcirco appellavit nomen ejus Dan. Dictum Rachel, depravatam cujuspiam contemplatoris intellige sensum. Judicavit mihi Deus, id est favorem præstitit operi meo Deus, dum, sicut mereor, populariter laudor. Vocem exaudivit, dum desiderium quod habeo aliis proficiendi, opera mea ac si filios exemplando famamque subjungendo complevit. Dan ergo, id est D judicium, filius appellatur, quia secundum quod opera sua sæculari æstimatione laudantur, putat quod sic a Deo accepta uti ab hominibus ejus judicio approbentur, et per hominum ora Deus ipse loquatur. (VERS. 7, 8.) Rursumque Bala concipiens peperit alterum, pro quo ait Rachel: Comparavit me Deus cum sorore mea, et invalui. Notandum quod cuique pene partui conceptio præponitur, quia perminimum est peccatum quod nulla deliberatione, solaque præcipitatione agitur; concipimus enim, cum disponimus. Bala alterum parit; et Nephthali a Rachel vocatur, cum sapientia mundi Dei sapientiam adulterine confundens, dilatari quærit in laudibus, et comparari laudatis, hæc omnia agens non vera affectione, sed nomine falso Rachel, id est contempla-



tionis. Nephthali namque dicitur, *dilatavit me*, vel *comparavit me*. Solent enim solitarie viventes ad publice prædicandum accedere, et exinde gloriolas exigere. Comparata itaque actualiter diffamatis invaluisse se dicit, dum quod valet, quodque potest efficaciter palam ostendit.

VERS. 9, 10, 11. — *Sentiens Lia quod parere desisset, Zelfam ancillam suam marito tradidit. Qua post conceptum edente 118 fetum dixit: Feliciter, vocavit quæ nomen ejus Gad.* Per utramque feminam demonstratur quod in utraque vita agitur. Actualis, id est Lia parere desinit, cum bona intentio, quæ quasi conceptus vis est, in mente deficit, qua desistente Zelfa, id est inanis gloria adhibetur; ipsa enim *os iens*, ut supra dictum est, interpretatur, et ingenuitas spiritus ancillari societate fœdatur. Concepta nequitia opus emittit pravum, transitoria videlicet prosperitatis eventum. Dicit ergo *feliciter*, cum honorum copia arriserit, sed non potest sinceriter, quia solam sæculi cariem quærit. Gad autem *fortuna* dicitur, et fortuna quam semper dubia sit et instabilis a nullo nescitur. Qui ergo filio fortunæ procreando et alendo instat, in salo interminabili fluctuat. (VERS. 12, 13.) Parit *Zelfa alterum* sub nomine *Lizæ*, et *Aser* vocat, cum humanæ laudis intentio sub actualitatis tegmine effectum gloriæ quasi filium assequitur, quod beatitudinis honore prædicat, in quo illud gloriæ genus intelligitur, quæ post mortem ad memoriam providetur, ut sunt ædificiorum insignia, pyramidum discrimina, nobilitas librorum, et carmina, quæ solent esse mortuorum monumenta, et hæc sunt *Aser*, id est beatitudo apud insanos maxima. *Aser* sane *beatus* dicitur; unde et Lia non vera, sed imaginaria beatam se gaudet dici non a viris, sed mulieribus, quia levium et indiscretorum hominum animatur favoribus.

VERS. 14. — *Egressus autem Ruben tempore messis triticeæ in agrum reperit mandragoras, quas matri Lizæ detulit.* Ruben ab eo quod videt in medio, id est communi providet bono vocatus, piæ scilicet procurationis affectus, tempore *messis triticeæ in agrum* egreditur, cum prævolutione mentis ad finem sæculi per conscientia exercitationem rapitur. Messis enim triticea sanctorum ad cœleste horreum collectionem significat (*Matth. XIII, 39*). Unde et in Apocalypsi angelus hac maturescente falcem mittere suadetur (*Apoc. XIV, 15*). Ager vero animus est, quem nunquam melius colimus, quam cum extremæ nostræ sortis reminiscimur, in quem egredimur, cum a pravis expediti negotiis ad ejus curam revertimur. Ubi *mandragoras* Ruben, id est prudens sollicitudo reperit, et *matri Lizæ* defert, cum divinæ inspirationis ab internis odorem contractum ad efficaciam sanctæ actualitatis, quæ totius pietatis genitrix est, transfert. Mandragora nempe pigmentaria herba est. *Dicitque Rachel: Da mihi partem de mandragoris filii tui.* Ac si rediviva jam vis contemplationis tactæ divinitus actioni inferat. Quem pii operis recepti instinctum, participa eum quem

A habes devotionis affectum ad contemplandi exercitium. Illa respondit: (VERS. 15.) *Parumne tibi videtur, quod præripueris maritum mihi, nisi etiam et mandragoras filii mei tuleris?* Quod est dicere: Intellectum, a quo maritali tenore regor, contemplandi egregieque vivendi gratia, dimovisti ab actuali officio. Quod mihi magis suppetit ac adjacet, hocque parum æstimas, nisi etiam hanc momentaneam superni odoratus visitationem, ad solius cogitationis exercitationem contrahas? *Dormiat tecum, inquit, hac nocte pro mandragoris filii tui,* id est conquiescat tecum in hac negotiorum turbulentia, quæ activæ est vitæ infesta, tantum ut ad internæ dulcedinis respirem, ad Deum quam dulcis est, gustandum fragrantias.

B VERS. 16. — *Redeuntique ad vesperam de agro Jacob, egressa est in occursum ejus Lia. Ad me, inquit, intrabis, quia mercede conduxi te pro mandragoris filii mei.* Ad vesperam redeunti de agro Jacob Lia in occursum egreditur, cum defervescente inanis gloriæ æstu de exercitio interiori, spiritui vero vitiorum supplantatori ad Dei intentionem redeunti Lia, id est opportunitas sancti laboris occurrit, et introitum conscientia patentem suggerit, quia odoramenta puræ dilectionis quæ pia sollicitudo actualitatis devotæ proles sibi intulit, Racheli, id est contemplationi ut ad Deum usque videndum amor ipse redundet, actualitatis dignæ gratia præstitit. *Dormivit cum ea nocte illa.* (VERS. 17, 18.) *Et exaudivit preces ejus Deus, concepitque, et peperit filium quintum, dicens: Dedit mercedem Deus mihi, quia dedi ancillam meam viro meo. Appellavitque eum Isachar.* Jacob cum Lia nocte dormit, cum spiritus noster in boni operis labore etiam inter obscuritates tentationum acquiescit; sic enim Deus preces suorum præcipue exaudit: *concepit* affectu, *peperit* opere filium, non quartum, id est per temporalia diffluentem; quatuor enim sunt tempora, sed *quintum*, id est animum singulari auctoritate hæc omnia transcendentem. Quinarius namque ex quatuor, et monade ac si præside constat. Is *merces* dicitur; sic enim Isachar interpretatur, ejus scilicet rei, quod ancillam totius spurcitia fetus parientem, viro, id est intellectui coercendam subjecerit. Cum enim Deo nos subdimus, tunc jam ac si ex debito nobis vitia subjicit Deus.

C D VERS. 19, 20. — *Rursum Lia concipiens peperit sextum filium, et ait: Ditavit me Dominus dote bona etiam hac vice. Mecum erit maritus meus eo quod genuerim ei sex filios; et ideo appellavit eum Zabulon.* Parit Lia sextum filium, cum integre ac perfecte assequitur operationis gradum. Sexta quippe die Deus perfecit opera sua (*Gen. II, 2*). Ditatam se dicit dote bona, non solum in conversione cum ad Dei pervenit timorem, sed etiam præcipue cum 119 ad neque morte, neque vita separabilem effertur amorem. Cum ad homini, inquit, possibilem deveni perfectionem, id est postquam sextam edidi prolem,

jam necessario mihi copulabitur maritus intellectus, quia plene evacuavi quæ sunt carnalis affectus. Zabulon dicitur *fluxus noctis*, vel *habitaculum fortitudinis*. Jam nunc itaque nobis impassibilibus viventibus fluit nox, id est ignorantiae sæcularitatis aduersitatum quæ fit in mente defectus, et incipit esse habitaculum fortitudinis contra omnia pericula interior homo reffectus. (VERS. 21.) *Post quem peperit filiam nomine Dinam*. Licet Dei habitaculum anima sit, licet contra incursus omnes fortiter obsit, Dinam opus est, feminam ad extremum semper pariat, ut scilicet post virtutes fragilitatem propriam sibi obijciat, ne intumescat. Dina vero interpretatur *judicium istud*, vel *causa*. Judicium sane istud, id est discretio habenda est, inter optima quæque causa videlicet subreptionis ineptæ.

VERS. 22, 23, 24. — *Rachelis quoque recordatus Dominus exaudivit eam, et aperuit vulvam ejus, quæ concepit, et peperit filium. Abstulit, inquit, Deus opprobrium meum. Et vocavit nomen ejus Joseph. Rachelis Deus recordatur, cum ad sui ipsius notitiam contemplativi cujuspiam mens Deo aspirante reducit. Exaudit, cum affectui effectum ingerere se ostendit. Vulvam aperit, cum semini divino per dilationem charitatis in mente locum facit. Parit ergo filium, ex quo suum dicit ablatum opprobrium, quia, postquam ad divinæ speculationis pertingit officium, id est desideratæ spei exprimit tandem filium, ancillariorum quod sibi incumbat adulterii Deus repellit opprobrium. Unde vocat nomen ejus Joseph, id est augmentum, quia hujus qua temporaliter adhuc et juxta posse Deum prægustamus speculationis initium, æternæ visionis præstolatur augmentum. Ad-dat, inquit, mihi Deus filium, in speculo scilicet, et ænigmate videntis conferat, et adaugeat veræ et apertæ cognitionis fructum. (VERS. 25.) Nato autem Joseph, dicit Jacob socio suo: Dimitte me in patriam, et ad terram meam, etc. Postquam perpetuæ visionis Dei augmentum per spem menti innascitur, Jacob, id est intellectus ad Laban, id est candorem æternum, cui lux vera præsidet, loquitur, qui socer dicitur, quia duabus pater est filiabus, activæ scilicet et contemplativæ, quæ ad formam supercælestis candoris illius instituuntur in gremio terrestris Ecclesiæ. Dimitte me ut revertar in patriam et terram meam, id est liberum me, et absolutum corporeo compede accipe volentem reverti in patriam, de qua devolutus sum, et in terram ubi immobilitatis statum obtineam. (VERS. 26.) Da mihi uxores, et liberos meos, pro quibus servivi tibi, ut abeam, id est ne protrahas mihi actualem, qua die et nocte, juxta Apocalypsim, requiem non habeam Deum laudando (Apoc. xiv, 11), et contemplativam nil aliud præter Deum cogitando, et fructus operum in cælis vere reges, verè liberos, pro his enim non pro terrenis tuæ servivi gloriæ, ut abeam, et amplius non ero in ærumnis. Tu nosti servitutem, qua servivi tibi. Ac si dicat: Tu Hierusalem superna mater nostra, conscia tibi es quibus carnis, et mundi tentationibus tuæ cla-*

ritati emerendæ militaverim, cum hæc et tu passa sis.

VERS. 27, 28. — *Ait Laban ei: Inveniam gratiam in conspectu tuo: Experimento didici quod benedixit mihi Deus propter te. Constitue mercedem tuam quam dem tibi*. Laban ad Jacob loquitur, cum candidatus cælestium exercitus, intellectu interprete et ad ipsum etiam intellectum dicere videtur: Si tibi aliquantisper labor præsens protrahitur, magna cum ad usum beatitudinis meæ veneris mea gratia apud interiorum oculum tuum inveniatur: certum enim experientia fecit, quod Deus incrementum gloriæ ac lætitiæ spiritibus beatis conferat, quoties ad cælestis regnum glorificandus accedat. Nam dicit magnus Origenes (in cap. x Levit. hom. l. 7, ante med.) non perfectam sanctos habere lætitiæ, quandiu viderint fratrum suorum sub temporali tempestate mœstiam, unde constat suum vehementer augeri de consortio ereptione triumphum, et gloriam. Dic ergo, id est providendo perpende mercedem quam a me tibi dari possis? Talia agimus cum sanctis spiritibus, quoties eorum patrocinia ad gloriæ obtentum exquirimus, et hoc ab eis intellectualiter sapientes audimus. (VERS. 29.) *Tu nosti, ait Jacob, qua molestia tibi animi carnisque servierim emerendæ, et quanta, o beatorum societas, in manibus meis fuerit possessio tua, id est quanti habuerim possessionem tuam, quæ Deus est, in exercitio manuum, id est operum meorum patuit. (VERS. 30.) Modicum habuisti antequam ventrem ad te*. Imminutus erat supercælestis numerus tuus, antequam humana natura consociaretur gloriæ tuæ; et nunc, o beate exercitus salvatorum, meo dives factus es collegio: *benedixitque tibi, id est multiplicavit te Dominus ad introitum meum. Justum est igitur ut et ego aliquando domui meæ provideam*. Quod totum est: Vos certa felicitate gaudetis, idemque in miseria constitutis postulare debetis, quod et facitis; obtinete igitur mihi quod justum est, ut sicut vobis, dum advixistis, providistis, sic et ego domum Patris in qua mansiones multæ sunt (Joan. xiv, 2) mihi provideam. Et domui certe providet, qui ut sit de quibus honestanda est domus studet.

VERS. 31, 32. — *Quid dabo tibi? Nil volo ait Jacob, sed si feceris quod postulo, iterum pascam, et custodiam pecora tua. Nil, ait ratio, a te, o sancta civitas, terreni emolumenti quæro, sed si gyraveris omnes greges tuos, id est si alio circumspectionis ambitu omnem virtutis utilitatem videre me obtentu tuo feceris, et separaveris omnes oves varias, et sparso vellere, in ipsis scilicet virtutibus vitii cujusque admistionem et operis, per favorum auras ac si velleris quo membra super terram teguntur sparsionem, discernere mihi impetraveris, quodcunque rufum fuerit passione desiderii vel cognitione peccati, hoc enim color iste significat, quodcunque maculosum incursione delicti, et varium subripiente hypocrisi, pro magno mihi munere patiar ascribi, nil sane mihi utilius quam cognitio mei. Dicitur enim: Judicium et deinde justitiam in Jacob tu*

*fecisit (Psal. xcviij, 4).* Si tu, inquam, o cœlestis mater pia interpres, id mihi impetres, qui hactenus sub timore pavi cœlesti pabulo quæque interiori nomini congrua, a modo iterum pascam, et custodiam, id est et alimoniam vitæ procurabo, et vitalibus studiis sollicitudinem custodiæ delegabo. *In ovibus vero et capris mercedem suam dicit, dum in beneficiis actualibus, quæ per oves signantur, quia fetu, fructu, et vellere prosunt, et in contemplativis, quæ per capras, quia pascuntur in arduis, in præsentia mercedis initium credit. (Vers. 33.) Respondebit mihi cras justitia mea, quando placiti tempus advenerit coram te, id est [concurrerit, et digna mercede conveniet ac consonabit mihi justitia, qua in principio mei accusator existam, cum Deo remunerante in conspectu sanctorum vita mea placuisse probabitur.*

VERS. 34. — *Gratum, inquit, Laban, habeo quod petis, Nil enim gratius spiritibus beatis, quam quod æternæ gratia geritur salutis. Hæc autem cum intellectualiter intra nos agimus, et nos dicimus, et quasi cœlitus nobis responderi sentimus. (Vers. 35.) Et separavit in die illo capras, et oves, hircos et arietes, varios et maculosos, id est in illa quæ hæc cogitat, spirituali luce discernere fecit Jacob, id est, rationem, inter contemplativa et actualia, inter lascivos et animales motus, et arietes rationalitatum, quæ nobis præbent ducatus, et in his omnibus pensare quid varietate hypocrisis, quid naturali fœditate peccatur. Cunctum autem gregem unicolorem, id est albi et nigri velleris tradidit in manus filiorum suorum. (Vers. 36.) Et posuit spatium itineris inter se et generum dierum trium, qui pascibat reliquos greges ejus, id est omnem virtutum frequentiam, quæ per innocentiam unicoloriter albet, tamen et nigredinem memoriæ peccatorum non passibiliter, sed ad Deum, qui de his eruit [ardentius prædicandum laudabiliter tenet, in manus filiorum, id est in potestate sanctorum, quibus certa jam Dei filiatio est, quia sibi jam glorificatis peccare nec libet, nec licet, custodiendum præbet, et ponit, id est æstimat differentiam inter proficientem intellectum hominis et cœlestem senatum, et active et contemplative magistrum duarum uxorum genitorem spiritualium, integerrimam Dei cognitionem, in quo est Trinitatis ac si trium dierum mysterium. Ipse intellectus reliquos pascit ejus greges, quia alterius modi minus scilicet perfectas in hoc sæculo nutrit virtutes.*

VERS. 37. — *Tollens ergo Jacob virgas populeas virides et amygdalinas, et ex platanis, ex parte decorticavit eas; detractisque corticibus, in his quæ exspoliata fuerant, candor apparuit. Illa vero quæ integra fuerant, viridia permanserunt, utque in hunc modum color effectus est varius. Per amygdalum quæ sola in tribus his fructifera est, intelligentiam accipimus, in quo est cuncta passionum carnis amaritudine, et humanitatis duritia, ac si cortice et testa Dei notitia nucleus. Per populum et platanum*

*imaginatio, et sensualitas innuitur, quibus dum media intelligentia dominatur, utraque per se solam infructuosa ejus vicino sapore conditur. Virgæ virides rectitudines internæ sunt charitatis succo mardentes, horum trium ordinales, et veluti ad regulam ductos mores, homo peccati subversor idem Jacob accipit, et ex parte superficiem corticis, id est extrariæ visionis abscindit; et mox interioris gratiæ candor apparet; et quia imaginationis sensualitas prorsus a vanitate visibilibus exui non prævalet, in his quæ exspoliari non possunt viror bonæ intentionis permanet; perficere enim inveniendi velle adjacet (Rom. viij, 18), et sic efficitur color varius, dum incipit dividi adversus carnem spiritus. Ubi enim hæc non est varietas, totus sibi complacet homo vetus.*

VERS. 38. — *Posuitque eas in canalibus. Has ponit in canalibus ubi aqua effundebatur, dum quidquid rectum habet fundat quodammodo et stabilit in humilitate, ac depressis interioris exteriorisque hominis sensibus, ubi illabi solet gratiæ supernæ unda cœlitus, scilicet ut cum venirent greges ad bibendum ante oculos haberent virgas, id est quoties accederent cogitationum, et cæterorum motuum turbæ, ad spiritualitas consilium, propositæ directionis regulas haberent ante cordis intuitum, et ad earum conciperent studia et charismata meliora conspectum, Bonorum sane suorum contuitu accenditur ad potiora probus quis.*

VERS. 39. — *Factumque est ut in ipso calore coitus, oves intuerentur virgas, ei parerent maculosa, ac varia, et diverso colore respersa. Calor est [coitus cum torpida nostra animalitas quæ per oves figuratur, spiritui quasi maris fervori conjungitur. In hoc calore oves intuentur virgas, dum simplices ac hebetes cogitatus nostri rectæ intelligentiæ sollicite intendunt sententias, et pariunt diverso colore respersa; quo enim subtilius sua inspicunt intima per divinam inspirationem, eo magis propriæ instabilitatis, ac vanitatis veritati adversantis inveniunt varietatem. (Vers. 40.) Divisitque gregem Jacob, et posuit virgas ante oculos arietum. Arietes namque, id est intellectus cogitationum, tanquam gregum duces, dum mysticas oves imprægnare nituntur, opus est ut a virgarum consideranda directione non avertantur. Erant autem alba quæque et nigra Laban; cætera vero, Jacob, separatis inter se gregibus. Hoc paulo supradictum est, nec repetam.*

VERS. 41. — *Igitur quando primo tempore ascendebantur oves, ponebat Jacob virgas ante oculos arietum, etc. Prima ascensio, sicut prima resurrectio, est, cum spiritualitas animalitatem ad bonis operibus fetandum subjugat. In canalibus ergo sensuum demissorum, et quasi cavatorum, ubi fluant undæ fidelium aquarum, ponendæ sunt virgæ gubernationum, ante considerationem scilicet intellectuum. Nota verborum singulorum sonos, et concordias; humilitas in canalibus, in aqua spiritus sanctus, qui proprie se infundit humilibus ex quo procedit*

virga, totius scilicet directionis ac justitiæ vis, quod A proponitur arietibus, id est intellectibus.

VERS. 42. — *Quando vero serotina admissura erat, et conceptus extremus, non ponebat eas. Serotina admissura* intelligitur, cœlestis perceptio regni in ultimo, non sicut hic particulariter, sed plenarie omnes impleturus (*Ephes.* 1, 23), et omnia in omnibus futurus Deus in omnium corda admittitur. Ibi *conceptus extremus*, id est Dei laudandi indeficiens propositum cui nullius alterius rei succedit affectus, cum fuerit, sententias, quibus propriam dirigat mentem, ponere ibi homini opus non erit, qui regentem omnia Deum in se habebit; *quæ enim primi temporis* sunt, *Jacob* sunt, id est ad supplantationem peccati attinent; *quæ serotina*, id est in mundi fine restantia secundum sinceritatem supernæ claritatis candent, hoc est ad Laban pertinent.

VERS. 43. — *Ditatusque est homo ultra modum, et habuit greges multos, ancillas, et servos, camelos et asinos.* Ditatur homo *ultra modum*, cum nimia justitia vertitur in indiscretionis vitium. Unde et habet *multos greges*, quia ex nimia sui fiducia multa incidit animi divisiones. *Ancillas et servos* habet, motus scilicet ancillariter ac sordide petulantes, et serviliter proterveque contra spiritum rebelles, *camelos* quoque pondere cupiditatis, ac si gibbi ad terrena proclives, et *asinos*, stupidos videlicet inertia, et segnes.

#### CAPUT XXXI.

VERS. 1. — *Postquam autem audivit verba filiorum Laban dicentium: Tulit Jacob omnia quæ fuerunt patris nostri, et de illius facultate ditatus, factus est inclytus.* Interior homo cum a recto deviat querelas cogitationum supernæ claritatis filiatione gaudentium intelligit. Arrogavit, inquit, sibi omnia quæ Deo patri cœlesti attribuere debuerat, et de opulentia interiori quæsitit exterius famosis haberi. Inclytus ab eo formatur nomine, quod est *clio*, quod Græce dicitur *fama*.

VERS. 2. — *Animadvertit Jacob faciem Laban, id est gratiam superni luminis, quod non esset erga se sicut heri et nudius tertius, id est eo modo quo cum præsentem gloriam quasi prætereuntia et diffua despiceret, sicut heri, quæ res jam præterita est. Nudius ex nunc et die* componitur. Non est *erga se Laban* ut *nudius tertius*, id est uti quando præsentem corde suo divinæ luci in contemplatione Trinitatis spatia batur, (VERS. 3.) *maxime dicente sibi per ora Scripturarum Domino: Reverte in terram*, id est in eam mentis stabilitatem, qua patres tui cœlici cives, quos imitari proposuisti, constitisse noscuntur, et ad *generationem tuam*, rectorum scilicet quæ benedicetur; et hæc te agente *ero tecum*.

VERS. 4, 5. — *Misit et vocavit Rachel et Liam in agrum, ubi pascebat greges, dixitque: Video faciem patris vestri quod non sit erga me. Mittit desiderium vocatque per præmium contemplationis, et actionis usum, ut redeant in spiritualis exercitii agrum*

ubi deficientes fame interna pascatur versus Jacob greges cogitationum. Intelligo, ait, serenitatis divinæ dignationem a me averti. Deus autem patris mei fuit mecum et gratiæ ejus dona recolo. (VERS. 6.) *Et ipsæ nostis quod totis viribus meis servierim patri vestro*, ei scilicet qui utriusque auctor vitæ est Deo. Hæc me egisse certum teneo. (VERS. 7.) *Sed pater vester circumvenit me*, id est oblata dulcedinis conversionis initio illexit me blanditiis, et mutavit mercedem meam decem vicibus, id est cum meruissem ~~100~~ jam diutino labore animi quietem, quinarium, qui in externis sensibus; itemque quinarium sensualitatis, qui etiam vivacius imaginaliter menti inest, quod utrumque pro decem vicibus intelligi potest, naturaliter quidem cum rationem impugnet, non in B pacem mihi sed in bella mutavit, sed non permisit eum Deus ut noceret mihi, id est cum sit essentialiter Deus propriumque Deo sit, ut sit pius, ipsa sua naturalis gratia non sivit eum, ut imminens tentationis prælium permetteret verti in exitum mei.

VERS. 8. — *Si quando dixit: Variæ erunt mercedes tuæ; pariebant omnes varios fetus. Quando autem e contrario ait: Alba quæque accipies pro mercede; omnes greges alba pepererunt.* Quod est dicere, sua originalis clementia eum vero cohibuit a nocendo, quia si intellectualiter aliquando in meipso per meipsum dixit, ut varietatis meæ instabilitati cognoscendæ instarem, hocque mihi datum pro mercede putarem; sic mea vota complevit. Si quando virtutis alborem ipso dictante quæsitivi, cogitationes et motus interni eodem opitulante beata ac læta studia conceperunt.

VERS. 9. — *Tulit Deus substantiam patris vestri, et dedit mihi*, id est a rationalitate sui cui quondam inserviebant, tulit intellectum, memoriam, ac voluntatem Deus, quæ vere substantia patris vestri haud dubium quin ipsius Deus est; et dedit mihi ea probe et utiliter frui. (VERS. 10.) *Postquam enim conceptus ovium tempus advenerat, levavi oculos meos, et vidi in somnis ascendentes mares super feminas, varios, et maculosos, et diversorum colorum*, id est cum ad hoc jam proficerem, ut sterilitas ineptorum cogitatum proponere quidpiam fructuose deberent, D erexi ab infimis intentiones meas, et dormiendo forensibus ac vigilando intrinsecis, vidi, quod est intellexi, rationalitatum vires mollibus desideriis ac si mares feminis præsidentes, et varias carnalium miseriarum, spiritualiumque maculas indicantes.

VERS. 11. — *Dixitque angelus Dei ad me, vel ratio scilicet, vel Scripturæ sermo, in somnis, clauso sane a visibilibus obtutu cordis: Jacob? inquit: Ac si dicat: Nominis tui memento, et vitia supplantato. Et ille, Adsum, ait, id est curæ interiori præsto sum. (VERS. 12.) Leva, inquit, oculos.* Quod superius expositum est. Et est sensus: Quod interna visione quasi in somnis videram, hoc Scripturarum nuntio de levatione oculorum, et de marium ascensione didici, certumque teneam. *Vidit enim omnia quæ*

in *Laban*, id est intelligere te feci quæ adversa propter claritatis æternæ gloriæ. *Laban* fecit, quorum causa fuit ut fierent. Non deo lascessere pro quo tibi contigit tanta ferre. 13.) *Ego sum Deus Bethel*, id est domus Dei, Deus qui te domum valeo facere meam, *ubi, lapidem*, id est ubi per me inhabitatorem, *um sum*, id est charitas, leniorem mitiorem-  
 asperitatem; *et votum votisti mihi*, perseve-  
 cillit intra ipsum disciplinæ rigorem. *Nunc irge*, quod est *quandiu nunc*, id est præsens habes, et, juxta Apostolum *quandiu, Hodie* (Hebr. III, 13), ab inertia excutere, de fu-  
 im incertus es; *et egredere moribus de terre-  
 ua revertens in terram*, veram scilicet solidi-  
 videntium regionem, *quæ nativitatibus tuæ est*,  
 riginaliter tibi debetur.

. 14. — *Dicunt Rachel et Lia*, cum quibus et  
 ritæ actus et intellectualiter iste tractatus :  
 d habemus residui quidquam in facultatibus  
 editate domus patris nostri? Quod est : Nos,  
 decem vicibus mutavit mercedem, quibus tot  
 tates iniecit, quid residere spei sperare nobis  
 us in regno et gloria Dei? (Vers. 15.) *Nonne  
 alienas reputat*, quasi male agentes periculo-  
 æstionibus gravat? Vendit, dum tentationi-  
 seri permittens nostræ nos libertati subducit.  
 ex venditione exigit, cum gratiarum actio-  
 t omne gaudium, cum in tentationes varias  
 imus a nobis quærit (Jac. I, 2). Hoc *pretium  
 nedit*, quia eum permaxime patientia nostra  
 (Vers. 16.) *Sed tulit Deus opes patris nostri*,  
 nobis ac filiis nostris, id est a diaboli cultu  
 us naturaliter substantiæ nostræ a se insitas  
 es, et fecit tam vitæ nostræ in præsentia,  
 filii, id est fructui mercedis nostræ profutu-  
 lit autem *Deus opes patris nostri*, ita dictum  
 si dicat opes suas, sicut est illud : Pluit Do-  
 a Domino, id est a seipso. In prophetis abun-  
 lia. Fac itaque omnia quæ præcepit tibi cum  
 itelligas in omni etiam adversitate tibi coope-

. 17, 18. — *Surrexit igitur Jacob, et impo-  
 beris et conjugibus suis super camelos, abiit.* D  
 e omnem substantiam, et greges, et quidquid  
 potamia acquisierat, pergens ad Isaac patrem  
 in terram Chanaan. Surgit cum se adversum  
 nus erigit. Conjuges et liberos camelis impo-  
 am utramque vitam, et opera ex eis pro sola  
 libertate procreata, 173 ponderositati car-  
 æponit, hisque ac si iugo deprimit. *Omnem sub-  
 n, naturalia dona, greges, accipe cogitatum  
 ntiam, quæ in Mesopotamia, id est, in elevata  
 ne, quod est superna dignatio. Cum ad con-  
 em venimus, conquisivimus; sicque ad pa-  
 a quo æterni risus gaudia sunt, in terram  
 scilicet stabilitatem; Chanaan quod est mu-  
 ; pergimus, ubi vere a corruptibilitate immu-*

A tabimur (Psal. CI, 28). Unde psalmus est : Pro his  
 qui commutabuntur (Psal. XLIV, 1).

Vers. 19, 20. — *Eo tempore Laban ierat ad ton-  
 dendas oves, et Rachel furata est idola patris sui.*  
*Noluitque Jacob confiteri socero suo quod fugeret.* *Eo  
 tempore*, id est ea animi temperie, qua ad Deum  
 tenditur, *Laban*, quod est charitatis internæ deside-  
 rium *ierat*, quod est, ire nos fecerat, *ad tendendas  
 oves*, exspoliandas videlicet superfluitatibus cogi-  
 tationes; sed incassum sæpe nitimur eas abscedere,  
 quia *Rachel* cum videndo omnium principio se  
 putat inhærere, furtim *idola*, id est formularum  
 phantasmata pro ipso Deo sibi contrahit in mente,  
 ad se enim relabitur ex humanitate. Non vult  
*Jacob confiteri socero quod fugiat*, quia homo etsi  
 videat quid cavere debeat, non vult tamen carnis  
 amore retractus operum exhibitione fugam culpæ  
 exprimere, licet culpam animi rationalitate diffu-  
 giat. Socer vero Deus est, cujus filiabus acti-  
 onibus, et contemplationi jungimur, cui opere potissimum  
 confitemur.

Vers. 21, 22. — *Cumque abisset tam ipse, quam  
 omnia, quæ juris ejus erant, et amne transmissio  
 pergeret contra acervum testimonii, sic enim inter-  
 pretatur Galaad, nuntiatum est Laban die tertio  
 quod fugeret Jacob.* Postquam intellectus et omnia  
 quæ ei subjici debent pio desiderio jam eunt, et  
 fluctus curarum sæculi transmittunt, ad acervum,  
 qui infra per amorem proximi dilatatur, et sursum  
 in Dei dilectione acuminatur, verus ipse Jacob per-  
 git, ibique mortem, qua nubila vallis hujus declinet,  
 invenit. *Die tertio*, id est per Trinitatis, quæ Deus  
 est, intelligentiam nuntiamus candidato sanctorum  
 exercitui fugæ nostræ, quæ peccata evitamus,  
 notitiam. A sanctis enim spiritibus, tanto magis  
 continentia nostra noscitur, quanto majore Dei  
 cognitione illustramur.

Vers. 23. — *Qui assumptis fratribus suis*, id est  
 spiritibus angelicis in nostrum auxilium precibus  
 veri *Laban* ascitis sub Deo Patre fratribus suis,  
*persecutus est eum septem diebus*, id est totius vitæ  
 spatio, quæ septem diebus volvitur, divinis prose-  
 quitur adminiculis, angelis ad eos venientibus, qui  
 hæreditatem capiunt salutis (Hebr. I, 14); vel per-  
 sequitur vitia Jacob impetratis ei muneribus gratiæ  
 septiformis, et in monte Galaad comprehendit, in  
 excellentia scilicet proximi et Dei charitatis, quod  
 speciale est testimonium nostræ Christianitatis, nos  
 plene superni candoris delectatio apprehendit. Acer-  
 vus autem, ut dixi, infra diffunditur, superius  
 angustatur, in quo est et amor proximi, et contem-  
 platio Dei. (Vers. 24.) *Viditque in somnis sibi  
 dicentem Deum : Cave ne quidquam aspere loquaris  
 contra Jacob.* *Laban*, id est candida illa civitas, jam  
 in divina quiete consopita, videt, id est intelligit  
 Deum sibi inspirantem non contra homines pro-  
 priæ naturæ participes, qualibet asperitate debere  
 moveri, sed suæ anterioris fragilitatis memoria eis  
 compati.

VERS. 25. — *Jamque Jacob extenderat in monte tabernaculum, cum ille consecutus eum fuisset cum fratribus suis. Tabernaculum Jacob extendit, cum exercitium divinæ militiæ fidelis quilibet amplificat, et producit. Ille consequitur cum fratribus suis, cum angelorum sane subsidio precum munit auxiliis. In eodem monte Galaad Laban fixit tentorium, quia in utriusque vitæ studio et eminentia statuit olim dum carne adviveret; felix illa civitas, intentionis desiderium. Intentio nempe et tentorium a tendendo dicuntur.*

VERS. 26, 27. — *Et dixit ad Jacob: Quare ita egisti, ut clam me abigeres filias meas quasi captivas gladio? Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi ut prosequeretur te cum gaudio et canticis et tympanis et cithara? Ac si dicat: Cum jam te videas constitutum in cacumine charitatis, unde inconsultis exemplis meis, quam regnare per malorum victoriam probas, quod est clam me, abigere elegisti a te diligentias vitæ utriusque quasi, id est revera, captivas gladio, id est abductas mortali desertionis et apostasiæ peccato. Cur, inquam, cœptum propositum ignorante me, id est indiscusso, ut prædictum est, me, expavescere, quod animo fugere est, voluisti, nec indicare retractatis triumphorum meorum consiliis, ut mox per eadem concepto vigore gaudia comparationis meæ tibi conferrem, cantico internæ lætitiæ fastidium dimoverem tympanum divinæ speculationis omni ære perennioris; hic enim incipitur, et in futuro nunquam finitur, et dulce mirum in arcanis Dei resonet, et citharam, quo magnis atque minoribus proximis congruus amor quasi sonus cordis infertur, admo-verem. Dum enim ultra modum ditaris, dum de circumventionem et mercedis imitationem conquereris, quasi ignorante me opere cœperis.*

VERS. 28. — *Non es passus ut oscularer filias meas, id est, ut ore et spiritu consiliorum meorum, et intentionum, quæ in meis vides actibus, imbuerem vitas tuas, quas ob conformitatem mei ac si matris, meas dico filias. Stulte operatus es, et nunc (VERS. 29) valet manus mea reddere tibi malum. Quod est: Potens est Deus, qui manus, id est fortitudo mea est, reddere tibi malum nunc, scilicet in æternis, quibus nil præterit, nec futurum est, sed semper præsens. At Deus patris vestri, Deus, videlicet Pater vester, heri dixit mihi, id est per memoriam præteritæ meæ passionis, quam in homine vivens expertus sum, innotuit mihi, ne hominibus compati dedignarer, licet jam in gloria detinerer.*

VERS. 30. — *Esto, inquit, ac si dicat: Ponamus modo te ubi pro certo ad tuos cives, videlicet cœlicos, et domum patris supercœlestem redire cupere, sed illud quomodo defendere poteris quod furatus es deos meos, id est quod non recte, dum ultra modum tibi dives videris, et in contemplando subtilis, et phantastice tibi Deum per innumeratas imagines fingis? Quod enim furtim fit, non recte fit. Deos ergo furatur, qui privatim quomodo*

A formas Deo attribuat, machinatur. (VERS. 31.) Sed Jacob, spiritus scilicet noster ac si ratiocinans, infert: *Quod inscio te profectus, scilicet quod inconsulte a tua conformitate paulo digredi conatus sum, timui ne violenter auferres filias tuas, id est ne nimietas aggressi propositi faceret me decidere ab utraque vita.*

VERS. 32. — *Quod autem furti me arguis apud quemcunque inveneris Deos tuos necetur coram fratribus suis [al., nostris.] Quod est si falsæ credulitatis me arguis in quocunque animi sensu quidpiam repereris de Deo fictitium, aliorum ejusdem mentis intellectuum aboleatur judicio. Scrutare, quidquid tuorum apud me inveneris aufer. Quod est scrutari, me doce, et quidquid tuorum, id est spiritualium quæ tibi magis competunt rerum apud me, scilicet apud sensualem imaginationem meam corrumpti videris, exemplo ac prece dimove. Hæc ex contemplatione claritatis sanctorum intellectualiter et inferri et referri solent. Hæc dicens ignorabat quod Rachel furata esset idola. Sunt sane qui magnum quid sese contemplatos putant, si aliquas gloriosas formas Deo ascribant. Ignorant enim quod Rachel quæ tota intellectualis esse debet furtum faciat, si imaginarium quidquam ad libitum de Deo confingat.*

VERS. 33. — *Ingressus ergo Laban tabernaculum Jacob et Liæ, et utriusque famulæ, non invenit. Jacob et Liæ tabernaculum, rationis est et actionis piæ exercitium; utraque vero famula, quælibet virtutum genera utriusque vitæ subsidia. In quibus totis Laban non invenit idola, quia in his quæ scientialiter secundum hominem administrantur, consulta supernæ claritatis spiritualitas, divinas quandiu de Deo non agitur non invenit formulas.*

VERS. 34. — *Cumque intrasset in tentorium Rachelis, illa festinans abscondit idola subter stramenta cameli, seditque desuper. Tentorium Rachelis intrat cum ea quæ in Deum usque tenditur contemplationem Laban, id est spiritualis splendor examinat. Spiritualis autem judicat omnia (I Cor. 11, 15). Unde, spiritu illustrante animum, Rachel, id est interna discretio festine abscondit, quidquid de Deo corporeum cogitabat, superponens virtutes animi, quæ sunt stramenta cameli, id est, munimenta et ornatus torpidæ carnis, in quibus disquirendis multo licentius potest quisque versari, quam sine imagine Deum contemplari; et desuper sedet dum fundata virtute substanti stultis phantasmatum discursibus deprimendo præsidet. Scrutantique tentorium, et nil inveniendi (VERS. 35) ait: Ne irascatur dominus meus quod coram te assurgere nequeo, quia juxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi. Ac si dicat: Ne indigneris, domine, cui uti Domino subest, quid, et cui voluerit dare, quod coram te, in interiori scilicet homine assurgere ad te, ut es, contemplandum nequeo, quia juxta morem humanæ mollitiei patior. Sic delusa sollicitudo quærentis est. Sollicitudo quærentis deluditur, cum, anticipante nos*

ratia, per correptionem a nostræ discretionis quod puniri debeat non invenitur.

s. 36, 37. — *Tumensque Jacob, cum jurgio huam ob culpam meam et ob quod peccatum sic sti post me, et scrutatus es omnem suppellectileam? Quid invenisti de cumcta substantia tua? Pone hic coram fratribus meis et tuis, icent inter me et te.* Cum humana mens tam te conscientiam oportere discuti pensat grande; apud se fastidium tolerat, unde *tumens*, et furibunda interius clamat. Quæ, ait, culpæ as exigit, ut tanto zelo me insequendo, ritualis diligentia, efferveas, et totos animi as rimeris et colligas? *Quid invenisti penes me stantia*, id est de his omnibus terrenitatibus, merito substare et subesse debent domui tuæ, tuorum scientiæ? Ponatur in iudicio: tuæ et humanæ rationis meæ, et profecto: a immunitate peccati.

s. 38. — *Viginti annis fui tecum*, id est et um plenitudinis legis in mente, et denarium um id est annorum perfectionis, Laban succandori servavi in opere, oves simpli-beneficiorum, et capræ contemplationum ste- fructu per hypocrisim non fuere, arietes, ales, scilicet motus, tanquam gregum cogita- a duces in memetipso per vitiorum admissio- non consumpsi (Vers. 39) nec captum a bestia,

direptum a diabolo interius bonum sanctis slibet non feci ostentui. Unde Psalmus: *Non dantur super me qui quærunt te, Deus Israel* (LXVIII, 8). *Ego damnum omne redderam, nsando videlicet peccata laboribus; quidquid peribat*, scilicet subreptione diaboli, a me as, subaudis restitui. (Vers. 40.) *Die* in his intelligebam: *Nocte* in his quæ ignorabam, in bonis et in malis, æstu cenodoxiæ urebar is, et ex ipso torpore meo ac si gelu coque- malis; *fugiebat somnus negligentia ab inten- us meis*, quod est oculis. Intelligentiam autem a bona pertinere scimus, quia nil scitur, nisi verum est, et si falsum scitur, in tantum scitur, intum falsum esse scitur; quidquid vero verum onum esse convincitur, in quantum verum est.

s. 41. — *Quatuordecim annis servivi tibi pro filia- sex pro gregibus tuis.* Per quaternarium Evan- per denarium Legem accipimus. Quæ primo t, post Evangelium cum impleverimus ad filias is matris Ecclesiæ, activam scilicet et contem- am, accedemus. Sex vero ad plenitudinem cum eant, quia sex diebus omnia Deus fecerit, annos um claritudinibus integros a nobis exigimus ie, ut cogitationum gregibus dominari possi- d similitudinem civitatis supernæ, quæ has jam et inconcussa penitus pace. *Immutasti quoque lem meam decem vicibus. Mercedem immutatam vicibus queritur*, dum corporis, quod quaterna- pter elementa signatur, et animæ, quæ ternario ia sua præcipua bona impassibilitatem sperans;

A et Deum, qui Trinitas est, medullitus nosse quærens carnalium tempestatum mole, etiam ab spe merce- dis in timorem pænæ convertitur.

Vers. 42. — *Nisi Deus patris mei Abraham*, id est Deus, qui præsidet rationi meæ cohibuisset. *Abra- ham enim, pater videns populum* dicitur, et intellec- tui paterne providere vulgo cogitationum pertinere proprie scitur; *et timor Isaac*, id est timor amissionis gaudii æterni. Isaac enim dicitur *risus* forsitan ob tot difficultates. O Laban, id est celestis claritas, quæ quo amplius a me quæritur, tanto magis differ- tur, nudum prorsus et impotem justitiæ dimisisses in libidines, quibus corpus afficitur. *Afflictionem et laborem manuum*, id est operum meorum, *respexit Deus*, sub qua malorum tribula hæc tantilla bona operer; *et arguit te heri*, id est argumentis eviden- tibus præteritæ humanitatis tibi ostendit quam ele- mentiam debeas his qui periclitantur, cum tu portu potiari salutis. Heri autem pro præterito ponitur. Hinc Isaias *præparata est ab heri Topheth*: (Isaia. xxx, 33). Hæc præcipue aguntur in conscientia, cum san- ctos ardentem expellimus, et tarde opitulari sentimus.

Vers. 43. — *Filiæ et filii*, ait Laban, *et greges tui, et omnia quæ cernis, mea sunt.* Ac si Jerusalem sup- perna loquatur. Infirmæ et fortes animæ in Eccle- sia seu rectores vel regendi motus in conscientia et cogitationum in imum coacta congeries, et si, qua sunt quæ penes te proba intenderis, ex meis ea exemplis habes et doctrinis. *Quid possum facere fi- liis et nepotibus meis?* Quod est: His quos ad fidem, vel opera genui, vel his qui ad idem geniti sunt per eos quos genui, quomodo nocere queam? Ne ergo tumeas, ne jurgia intrare concites, sed (Vers. 44) *Veni ad conformitatem mei*, et per hoc inibimus *fædus amoris debiti, ut sit testimonium amor ipse*, quod non avellaris a mea mutatione.

Vers. 45. — *Tulit itaque Jacob lapidem*, intelle- ctus scilicet arripuit sibi animi soliditatem, ne deinceps evolet in vanitatem, hancque in *titulum* erigit, quia ad eam concitatis quibusque intra vel extra motibus, quasi ad quoddam præsidium insigne recurrit. Soliditas autem, ipsa est sincera humilitas. (Vers. 46.) *Dixitque fratribus suis.* Fratres sunt vel robusti quique motus animi, seu virtutes, ac si filii D ex eadem mente geniti. *Afferte lapides*, scilicet proponite in omni actu vestro affectus solidos ac humi- les. *Qui congregantes fecerunt tumulum*, id est ad unitatem contendentes justo ordine dilataverunt se per charitatem inferius, ut subtiles fierent in contem- platione superius. Super hunc comedunt, dum in char- itate radicati, et fundati divina dulcedine (Ephes. III, 17), quæ diligentibus in promptu est, sese resciant.

Vers. 47. — *Vocat Laban Tumulum testis, et Jacob Acervum testimonii, unusquisque juxta proprietatem linguæ suæ.* Aliter sentit et loquitur Laban, aliter Ja- cob, quia alius intellectus est superne jam viventium, et alia efficacia, alius in carne degentium, et alia eorum desideria. Tumulus mortuorum usitate solet dici. Et plus est testis quam testimonium, quia ma-



gis testimonium eget teste quam testis testimonio. Laban ergo candidus ille senatus, qui mortem jam obiit explicito testimonio fidei, ac operis jam testis emeritus factus est. Jacob autem præsens fragilitas, acervum multo sudore congerit, dum professionis suæ testimonia gerit. (VERS. 48.) *Tumulus testis* est inter Laban et Jacob, dum et Jacob jam salvatorum inhiat sorti, et salvati jam condescendunt **126** adjuvando salvandorum passioni. Cum enim ad exemplum sanctorum reminiscimur, quasi ad tumulum respicimus, ipsi ad tumulum scilicet ad sui quales olim fuerint memoriam se referunt, cum nobis, qui eidem innatamus salo, miserescunt.

VERS. 49, 50. — *Intueatur Dominus et judicet inter nos, quando recesserimus a nobis, si afflixeris filias meas, et introduxeris uxores alias super eas; nullus sermone nostri testis est absque Deo, qui præsens respicit.* Recedit Laban a Jacob, cum sancti quilibet, et si exempla reliquerint, nostro tamen nos relinquunt arbitrio. Affligimus filias, et superinduximus uxores alias, cum dimoto utriusque vitæ consortio, libidini propriæ voluntates admovemus adulteras, super quibus Deum prospectorem, et internorum testem discretorem fore constat, qui solus intuetur conscientias.

VERS. 52. — *Si autem [al., aut] ego præteriero pergens ad te illuc, aut tu præterieris, malum mihi cogitans,* id est si ego dum me ad te perrecturum profiteor, illud testimonium præteriero peccans, aut tu præterieris quod fieri non potest, tibi soli cogitans tuæque gloriæ congaudens, ut scilicet pro me laboranti orare desinas, quod profecto si fiat malum mihi erit. (VERS. 53.) Discretor, et iudex erit horum *Deus Abraham*, id est, intellectualitatis tuæ, o Jacob, et idem rursus *Deus Nachor*, id est requies luminis, quod est Laban, æterni scilicet candoris, qui *Deus patris* est, eorum *Deus*, scilicet Christi secundum personam servi. Ipse enim ita cœlis dominatur, ut terræ. *Jurat* [al., *juravit ergo*] *Jacob per timorem patris Isaac*, intra jura divinæ legis se continet, timens ne excedendo paterni gaudii æterna visione se privet.

VERS. 54. — *Immolatisque vitiorum omnium vere Deo placitis victimis, in monte,* id est in eminentia virtutis, *fratres* ejusdem mentis filios motus quosque rationales vocat Jacob, id est intellectus, ut comedant, jam mactato omni crimine, angelorum panem, qui est Christus. Comedunt et manent *ibi*, Christum namque panem gustantes, perseveranter incorporantur illi. (VERS. 55.) *Laban vero de nocte consurgens,* id est de peccati inertia verum Jacob surgere faciens, *osculatus est filios suos et filias,* cœlesti scilicet pane ac dulcedine fortes, et infirmos status animi, quos ad spem supernam genuerat, animavit; *et benedixit eis,* id est exemplo auxit, revertens, id est reverti faciens ipsum in locum suum, Christum videlicet, qui cum sit omnium, specialis tamen locus est se diligentium.

#### CAPUT XXXII.

VERS. 1. — *Jacob quoque abiit itinere quo cæperat :*

*A fueruntque ei obviam angeli Dei.* Intellectus fœderis Laban cœpta prosequitur, et occurrunt piæ ejus intentioni, instar angelorum, quæ bona his gerenda denuntiant verba divini eloquii. (VERS. 2.) *Hos cum vidisset,* id est intellexisset, *ait : Castra Dei sunt hæc.* *Castra* proprie militantium sunt. *Hæc,* inquit, nil aliud quam divinæ militiæ exercitia ac coercionem prædicant. *Castra enim a coercendo dicuntur.* Arcent sane a se hostem, et disciplinaliter se restringunt. *Appellat nomen loci illius Munain, id est castra,* quia Christum vel ipsam Scripturam, in qua locari debemus, munimentum cohibitionemque suam æstimat.

VERS. 3, 4. — *Misit autem nuntios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir regionis Edom, præcepitque eis dicens : Apud Laban peregrinatus sum usque in præsentem diem.* Nuntii qui præeunt Jacob ad Esau, motus sunt compunctionis, et desideria pietatis, quæ sæpe constat mittere intellectum, ad emolliendum eum qui olim sibi improbe dominabatur affectum. Frater dicitur, quia ex eadem mente qua et ratio gignitur. Is Esau in terra Seir commanet, quod *pilosus* interpretatur, quia affectio in terrenis jacere gaudens, superfluitate crebra contegitur. Nam vanitati sæpe libenter addicitur; et in regione Edom, id est peccati, quod est circa peccatum, tota aviditate versatur. Edom enim *sanguis* dicitur, et sanguis peccatum signat. *Apud Laban,* inquit, cœlesti candori inhiando versatus sum, usque in illum me extendens, qui nec præterit, nec futurus, sed semper æternitatis constantia præsens est. Ipse enim ait : *Ego sum qui sum* (*Exod. III, 14*); et ; *Qui est misit me* (*ibid., 15*).

VERS. 5. — *Habeo boves, maturitatis et prudentiæ in discussione terrenitatis; asinos irrepugnantiam ac simplicitatis; oves munificæ utilitatis; servos, protervias animi; ancillas lascivas et titillationes carnis.* Illa ut præsent, hæc ut subsint habeo. *Mittoque nunc legationem,* haud dubium quin animi devotionem, ad *Dominum,* te scilicet qui hactenus super me imperium usurpasti, *ut inveniam gratiam in conspectu tuo,* id est ut Dei gratiam non luxuriam aut avaritiam patiaris inveniri in intentione tua.

VERS. 6. — *Reversi nuntii ad Jacob. Nuntii ad Jacob revertuntur, cum intellectualia desideria a carnali affectu diverberantur.* Accessimus, aiunt, per piæ oblationem voluntatis ad effectum, *et ecce cum quadringentis viris in occursum tibi properat,* cum universitate videlicet temporalis superbiæ, adversitatum tibi molestias concitat. Per viros, sicut et per masculos, stulta audacia, per centenarium universitas, quaternario accipitur temporalitas.

VERS. 7, 8. — *Timens Jacob valde, divisit populum qui secum **127** erat, greges quoque et oves, et camelos, et boves in duas turmas.* Cum carnis imminere sentimus impetum sequestramus ab ovium, boum, camelorum id est piæ largitatis, sanctæ gravitatis, ac humilitatis, gregum quoque, cogitationis scilicet gregatiam, et disciplinarianter agentis vera ac utili substantia; populum carnalitatis vulgari lascivia instrepentem in turmam et turmam, ut caro concupiscat in spiritum.



piritus in carnem (*Gal. v, 17*). *Si percusserit, A* lit, *Esau unam*, id est si seditionem affectus ex in corporalibus, ea quæ remotius ab eis se it, pars salvabitur in spiritualibus. Sed in tanto umine ad Deum necesse est, homo interior se ver- (VERS. 9.) *Deus*, ait, *patris mei Abraham, et Deus*; id est Deus, qui per rationem lumen et æterni hii spem mihi patrocinaris. *Domine, qui indixeris*, ut reverterer *in terram*, id est incultibilitatem tis frugiferæ; et per hanc in locum *nativitatis*, statum scilicet immutabilitatis originaliter debita, ut sic bonum mihi fiat vitæ æternæ. s. 10.) *Minor sum, Domine, cunctis* misericor- et absque merito mihi a te collatis; nam ex- ; gratia officium, et veritate *minor sum*, quam nissa compleveris et complebis. *In baculo meo B* *ivi Jordanem istum*, temporalibus his videlicet s tanquam baculi solatio innitens transivi, donec apicentis ejus plene extier; *Jordanem præ-* s sæculi, qui descensus eorum dicitur, qui val- lacrymarum excurrunt, *et nunc cum duabus tur-* *regredior*, id est cum forti divisione spiritus rsus carnem, ad eum, qui potentia [*f.*, poten-] deitatis semper nunc habet, non jam mundanæ uam rei acclinis, quasi sine baculo revertor.

VERS. 11. — *Tu, inquam, Domine, erue me de* *fratris mei*, scilicet de potestate affectus car- ; *quia valde timeo ne veniens ad penetralia ra-* s, *percutiat matrem*, charitatem cum filiis, id affectibus suis. (VERS. 12.) *Tu locutus es quod di-* C *es semen meum*, piam videlicet intentionem, ex boni prodeunt fructus. *Sicut arenam maris, quæ* *multitudine numerari non potest*, id est sicut ex a sal conficitur, et cibus sale conditur, ita inten- t actio mea sapientia divina condiretur. Intentio siquidem sapientificaretur, et ex ipso sapore condiretur. Arena autem cum valde gravis sit, n humilitatis maturitatem significat; ex hac sal- pua Deus parvulis intellectum dat (*Psal. cxviii*). Quæ arena non numeratur, quia fructus humi- s ac intelligentiæ a nullo comprehenditur.

VERS. 13. — *Cumque dormisset ibi nocte illa se-* *vit de his quæ habebat munera Esau fratri suo.* e dormit, cum spiritibus interioribus intendens in tentationis horrore a visibilium cupiditate quies- Separat *de his quæ habet munera Esau*, cum de- itis opulentia apud se colligit, unde affectum tem rationabiliter obstruere possit. *Ibi autem* idem intentione sub typo seminis dicta, dormisse at. (VERS. 14.) *Capræ ducentæ* perfectionem ge- x contemplationis significant, divinæ scilicet et alis, quæ præcipue dicitur, virtus discretionis. ræ enim ardua petunt. *Hircos viginti*. Vicenarius luobus denariis constat; denarius vero ex septe- o et ternario. Per ternarium fides, per septena- a Spiritus datio accipitur; quibus duobus plenus istianus efficitur. *Capras ergo damus*, cum carnis derio vim providæ contemplationis objicimus. *Inti hircos damus* cum fetorem carnalitatis et per- sibilis quæ suscepimus fidei ac spiritus sacra-

menta, unum scilicet denarium, et per internam eorumdem sacramentorum efficientiam, videlicet alterum, quasi per vicenarium temperamus. *Oves ducentas*. Oves simplicitatem in se, et ob velleris im- pensionem, beneficii in alios extensionem signant. Ducentæ itaque oves dantur, cum non solum nobis, sed etiam proximis perfectio pietatis infertur, unde pravitas cordis obstruitur. *Arietes* cervicositatem figurant, qui per geminatum denarium dantur, quia per interiorum et exteriorum Decalogi adimpletio- nem nequam appetitus colla premuntur.

VERS. 15. — *Camelos fetas*. Camelus ab incurvitate dictus sustinentiam innuit, quæ tunc feta est, si eos, quos sustinet, diligit; has per trigenarium damus, cum pro solo Trinitatis amore id agimus. *Vaccas B* *quadraginta*. Vaccæ per quadragenarium dantur, cum lascivia sæculi per quatuor Evangelia et Decalogum coarctatur. Tauri, quorum quidem carnes esui habiles, sanguis vero lethifer est, bonam exteriorum actionem, sed pravam intentionem insinuant, qui per geminatum denarium, ex septenario et ternario constantem inferuntur, ut per fidem et gratiam nequam intentionis vota mulentur. *Asinas*, segnitiem scilicet et stuporem, accipimus; his denarium pro visibili et invisibili sacramentorum efficacia, ut supra sumimus. Sed asinæ, per fidei ac spiritus vigorem a tor- pore suscitata, pullos decem, id est opera vel affectus secundum Decalogum habent. (VERS. 16.) *Et hæc per manus servorum* singula mittit, dum per officia membrorum quæ menti inserviunt quæque exhibere contendit. *Dixitque pueris: Antecedite me, et sit spatio inter gregem et gregem.* Pueri antecedunt, cum humilia desideria effectus operum præeunt. *Spacium fit inter gregem et gregem*, cum certa figitur distinc- tio inter rationis motus et carnis affectus.

VERS. 17, 18, 19. — *Et præcepit priori, dicens: Si obviam habueris Esau fratrem meum, et interrogaverit te: Quo vadis et cujus es, et cujus sunt ista quæ sequeris? dices: Servi tui Jacob; munera misit domino meo Esau.* Prior, secundus et tertius et alii sequentes gregem, diversi mihi videntur habitus animi, qui primæ suggestioni, secundæ delectationi, et tertiæ consensioni et cæteris malorum processibus obsistentes occurrunt. Et ex his sortiuntur numerum cum quibus agunt. Si, inquit, carnalis voluntas tibi ingruerit et intentionem quo dirigas discussit, et cui Domino inservias, et cui utilitas eorum attineat quæ exsequeris, dices: Deo soli spiritus animi intuli, ipsa vitia supplantando, non pro sua sed mea commoditate obedire statui ipsi, totum quod prosequor studium devovi, et tibi, o affectus, qui olim servitio meo abusus es, quibus bestialis tua feritas satiatur ratiocinando misi. (VERS. 20.) *Et addetis: Ipse quoque servus tuus* qui tibi aliquando inserviit *Jacob*, id est intellectus, *iter nostrum*, devotionem scilicet desiderii nostri fortiter muniendo *prosequitur*. *Dixit enim: Placabo illum munibus quæ præcedunt, et postea videbo eum, forsitan propitiabitur mihi.* Quod est: Æstimat quod prælibatis affectibus effectibus- que pietatum eum mitiget, postea videbit, id est vi-

dere, quod est intelligere cum faciet; et cum intellexerit, jam remissius aget. (VERS. 21.) *Munera præcedunt, sed Jacob in castris nocte illa manet, quia ratio licet summa jam bona egerit, quandiu tentationis vel sæculi nox est, et nescit utrum amore an odio digna est.* (Eccle. ix, 1), intra continentiae ac timoris castra se contrahit.

VERS. 22. — *Cumque mature surrexisset, tulit duas uxores suas, et totidem famulas, cum undecim filiis, et transiit vadum Jacob.* Jacob autem *lucta* vel arena dicitur, in quo conflictus et cõfligendi locus, mundus scilicet et tentatio ejus intelligitur. Sed quia eadem arena vadum appellatur, proventus ex Deo cum tentatione futurus innuitur. *Mature* surgit cum de levitate cogitationis gravitatis manu se subrigit. *Uxores famulas cum undecim filiis* tollit, cum contemplationem et actum cum vitiis ancillariter subjacentibus, et operibus necdum ad duodenarium perfectionis apostolicæ attingentibus, in quantum prævalet a temporalibus extollit, et *vadum* transit, secundum scilicet quod multis imbecillibus mare turbulentissimum est, contemptui habens cum Idithum transilit.

VERS. 23, 24. — *Transductisque omnibus quæ ad se pertinebant, remansit solus; et ecce vir luctabatur cum eo usque mane.* Omnia quæ ad se pertinent traducit, cum spiritus et totius suæ virtutis fructus trans vadum in portu cœlesti constituit. Remanet *solus*, quia, velit nolit, corpore detinetur in temporalibus. *Vir cum eo usque mane* luctatur, dum virtus superna volenti ejus summam conscendere, ut magis accendat rationis desiderio dispensative refragatur. *Quæsi*vi, ait in Canticis illa, *et non inveni illum; vocavi et non respondit.* (Cant. v, 6.) Non tamen diu differtur divinæ illustrationis mane, quæ spes nos excitat in luctamine.

VERS. 25. — *Qui cum videret, Deus plane, quod differendo vota superare non posset, tetigit nervum femoris ejus, id est mansuefecit obstinationem lasciviæ corporalis ejus, et statim a superfluæ humore remissionis emarcuit.* (VERS. 26.) *Dimitte*, ait, *me, jam enim ascendit aurora.* Ac si dicat: Jam mane illud quod præstolaris habes, jam ab insequendo quiescere potes. *Non*, ait, *dimittam, nisi benedixeris mihi*, nisi videlicet ad certitudinem benedictionis æternæ me perduxeris. (VERS. 27.) *Quod nomen, inquit, est tibi?* Id est reminiscere tui professionem propositi. Ait: *Jacob.* Ad subversionem, inquit, vivere deliberavi vitiorum. (VERS. 28.) Non ait vitiorum supplantandorum tibi modo sollicitudo incumbet, id est, *non Jacob vocaberis, sed Israel*, id est princeps cum Deo, vel dilectus Dei, ut jam quadam collativa deitate cum ipso intra te ipsum Deo principatum teneas, et consopito passionum strepitu, ex Deo ad Deum te dirigas, et pacatis omnibus his uni intendas, quoniam si perseveranter ad Deum anxie quærendum complectendumque fortis es, quanto magis contra homines prævalebis, contra humanitatis scilicet tentationes. (VERS. 29) *Et Jacob: Dic mihi quo appellaris nomine, id est quomodo tuæ*

A excellentiam dignitatis æstimare queam insinua. *Cur quæris*, ait, *nomen meum*, quod nec audire, nec si audire valeas capere possis? *Et benedixit eum in eodem loco*, id est virtutum eum multiplicitate ditavit, perseverantem in charitatis, quæ corda una eademque facit, vere solido et stabili loco. *Statuisti*, ait, in loco spatioso pedes meos (Psal. xxx, 10). (VERS. 30.) *Vocat nomen loci illius Phanuel*, quod est *facies Dei*, quia in dilectione præcipua Dei cognitio est, et qui hanc habet, a Deo, juxta Epistolam Joannis, cognitus est. In facie enim notitia est, et Deus ipse charitas est (I Joan. iii, 16). *Vidi Dominum* [al., *Deum*], *facie ad faciem et salva facta est anima mea.* Quod est: Intellexi Dominum, intelligentia cognitionis ejus illustrante notitiam meam, et quia B per hoc quod eum nosco, nosci me ab ipso, id est eligi non dubito, salutis animæ spiritus certam teneo.

VERS. 31. — *Ortusque est statim sol, postquam progressus est Phanuel*, incaluit videlicet mox menti justitiæ lux et fervor, postquam Dei notitiam attigit ratio. Phanuel, etiam transgressio, potest esse præter generalem Dei cognitionem ipsius contemplatio. *Ipse vero* haud dubium **☩☩** quin intellectus, *claudicabat pede*, quia vim amiserat affectionis pravæ. (VERS. 32.) *Quam ob causam non comedunt filii Israel nervum*, id est non admittunt obstinationis vitium, quæ *emarcuit* in concupiscentiis intellectus, ad hoc scilicet ut Deum vere *diem* ubique præsentem liber attingeret, *eo quod* mitigaverit Deus duritiam libidinosarum consuetudinum ejus, *et obstupuerit*, id est ad impassibilitatis gratiam etiam in hac vita jam venerit. Filii autem Israel sunt qui vices Dei sibi principando gerunt.

#### CAPUT XXXIII.

VERS. 1, 2. — *Levans autem oculos vidit Esau venientem et cum eo quadringentos viros; divisitque filios Lia et Rachel, amburumque famularum, et posuit utrasque ancillas, et filios earum in principio; Liam vero et filios ejus in secundo loco.* Erigit a terrenis spiritus intentionem, et prospicit carnis affectum his imminentem, et cum eo totius sæcularitatis præsumptionem. De quadringentis supra diximus latius. Discernit inter opera piæ actualitatis, et opera Balæ et Zelfæ, videlicet vetustatis et gloriæ inanis et vitia ex vitiisque orientia quælibet in propatulo per confessionem ponit, quia *justus* in principio *accusator est sui* (Prov. xviii, 17). *Lia*, id est activa, cum filiis, id est studiis suis *in secundo loco*, ut sic infra deserviant proximo, ut superius intentionem deferant Deo. *Rachel autem et Joseph novissimos* ponit, quia Dei contemplationem sinceris et perfectis mentibus, quæ filium Joseph, id est, fructum sempiterni augmenti semper spectat pertinere scit. (VERS. 3.) *Et ipse progrediens adoravit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater ejus*, proficiens scilicet et ipse ad eandem contemplationem, et ad perfectæ visionis augmentum. *Septies*; quod est et corpore, et anima humiliatur pronus ad solam vilitatis propriæ considerationem, quandiu terrenæ superbæ his affectus imminet,

narium ad corpus, ternarium ad animam e sæpe diximus; quæ septem sunt.

5. 4. — *Currens itaque Esau obviam fratri suo ratus est eum, stringensque collum et osculans* Carnalis voluntas fervori divino occursus, id obedientiæ reverentiam exhibet. Amplexatur, lexteram prosperitatis lævamque adversitatis :tus arbitrio ingerit. *Collum* stringit, cum vonsiliorum ejus sibi gratanter colligit. Collo ox emittitur. Osculatur, cum idem sapiens et iæ salivis tingi se patitur, et spiritus suavibuitur. Flet vero, cum a noxio humore spidem torrente siccat. (VERS. 5.) *Levatisque vidit mulieres et parvulos eorum. Quid ait, sibi isti? Et si ad te pertinent?* Levat jam ab imis animi, et videt quia jam non invidet fecundiorum propositorum, et teneros adhuc eorum disquirat, quid velint per hæc sibi conquerere, et si ad aliquem intellectum fructum pertinent. Solet enim caro præsertim bores de præmio requirere. *Parvuli sunt, ait, tibi dedit Dominus servo tuo,* id est virtutum sunt, licet infirma, quæ mihi dedit Deus, tibi honestatem conquiram hic, et in futuro servitute digna conquiram.

6. 7. — *Appropinquantes ancillæ et filii earum* curvantur, id est de latebrarum recessibus vim suis effectibus ad confessionis lumen accub rationis jugo curvantur. *Lia cum liberis* adorat, quia et virtus activa, et ejus officia, tionis documento post vitii depressionem se ut, et *extremi Rachel et Joseph* adorant, quia contemplatio cum perfectæ visionis quod præstogmento, quasi supremas sanctitatum summationi humiliant. (VERS. 8.) *Quæ sunt, in lectus, istæ turmæ,* id est virtutum congeries, viam, scilicet adverso habui? Quæ tibi causa hæc incubuit? *Ut invenirem,* ait intellectus, inveniri facerem in conspectu, in acie videlicet rationis tuæ non avaritiam, sed gratiam.

9.) *Habeo plurima, frater mi, sint tua tibi.* licet: Frustra tantopere niteris, cum mihi ionesta in voluntate suppetant, quæ ad vitam ant, nec tot novitatum ingestionibus, quas e video, egeam. Noli, intellectus, ita ab arificere. (VERS. 10.) *Sed si inveni* jam semel s, scilicet intentione tua, gratiam, patere mun temperantiæ de manibus, quod est de opeorum exercitio sumere. *Sic enim* cum intelridem favere cœpisti, *vidi,* id est acceptam faciem, notitiam videlicet tuam, qua a Deo d est approbari cœperas, *quasi viderim vultum* revera plane intelligerem voluntatem Dei a tibi. Vel, *vultum,* id est severitatem Dei te usse cognoverim.

11, 12. — *Suscipe* ergo non quod æstimas mentum, sed *benedictionem,* id est multiplicaugmentum. *Vix fratre compellente suscipiens,* licet rationi favens, *ait* (consuetudo est humvoluntatis cito quidem satis ad spirituale

A quidpiam animari, citoque deficere): *Gradium simul* pariter scilicet contendamus, *eroque socius,* amodo desiderii tui. Appetere sane quodammodo ire est. Ratio vero præproperum necesse est remoretur impetum.

130 VERS. 13. — *Nosti, domine, quod parvulos habeam teneros, et oves ac boves fetas mecum, quas si in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges.* [Quod est dicere: Nosti ex nuperrima conversione quod infirma habeam primordia, et oves simplicitatum, bovesque discretionis (boves enim terram discutunt) solo nunc primum bene agendi appetitu fetantur, quas si plusquam vires exigunt coegero agere, morientur fastidii defectu una die; ipso scilicet suæ illustrationis initio universæ piarum cogitationum congeries. (VERS. 14.) *Præcedat Dominus meus ante servum suum, et ego sequar paulatim vestigia ejus, sicut video posse parvulos meos, donec veniam ad dominum meum in Seir.* Tuum est, inquit, præ cunctis animi motibus ire volendo, et ego gravitatis usu probæ vestigia intentionis operando sequar, uti teneritudinem meam pati posse novero, donec ad te, qui Dominus sanctis desideriis præeundo mens, et dux fore debueras, *veniam in Seir,* id est tibi unanimiter consociet in asperitatis peccatorum tuorum confessione.

VERS. 15. — *Dicit ei Esau. Oro te tu de populo qui mecum est, saltem socii remaneant viæ tuæ.* Quia, inquit, ut tibi credam suggeris, si ut tibi obtemporem vis, saltem aliquos cogitationum minus noxiarum. operumque sæcularium usus studio tuo vel remissionis aliquantulæ causa permisce. *Non,* ait ratio, *necesse est;* hoc est, unde nostrum melius leveatur fastidium. *Uno indigeo, ut inveniam in conspectu,* id est in tua gratiam provisione divinam. (VERS. 16, 17.) *Reversus est itaque Esau illo die itinere quo venerat in Seir. Et Jacob venit in Socoth, ubi, ædificata domo et fixis tentoriis, appellavit locum Socoth, id est tabernacula.* Carnalis appetitus luminis superni jam die fulgidus iisdem devotionis gressibus, quibus rationi convenerat, singula quæque peccata ut gesta sunt, secum pœnitentialiter memorando revertitur, donec superfluitatis, asperitatis, ac fetoris sui cogitatione mactetur. Seir enim *pilosus* vel *hircus* dicitur. Ibi, ac si in domo, perseveranter habitat, *figit tentoria,* radicatorum charitate distenta, vocat loci statum tabernacula, quia in charitatis immobilitate, multus labor, multa est militia.

VERS. 18. — *Inde transit in Salem,* quæ interpretatur *perfectu, urbem Sichimorum,* quod est *humerus,* in quo intelligitur obedientia; cui supponitur humerus ad ferenda præceptorum onera, haud dubium quin ipsa patientia, quæ urbs scilicet munitioni terna habetur *in Chanaan,* id est mutationis terra, in quo intelligitur morum conversio integra. Chanaan namque dicitur *mutata.* Quod totum est: Profecit usque ad Salem Sichimorum urbem in terra Chanaan, plane ad perfectionem humilitatis et obedientiæ, quæ munimentum sola est, omnis virtutis reliquæ et firmamentum morum mutationis factæ. *Postquam*

*regressus est Jacob de Mesopotamia Syriæ; et habitavit juxta oppidum, id est ubi; per vocationem sublimem, divinam scilicet, elevatur ab imis, et ad se spiritus noster regreditur, et in adjutorio Altissimi, qui vere nobis opem dat, quasi juxta oppidum habitat (Psal. xc, 1.) (VERS. 19.) Emitque partem agri, id est partem animi, qui ager cultu dignus est, scilicet ipsum carnalem affectum, qui animi pars inferior est, et in qua spiritualis militiæ tabernacula jam visceraliter fixerat. Emit, inquam, eam a filiis Hemor patris Sichem centum agnis, expenso videlicet omnium pretio voluptatum, abegit eam ab operibus carnis, quæ nil aliud quam laborem in nobis procreabant; tanquam a filiis Hemor, quod est asinus, patris Sichem, quod est labor, ut secundum Deum ea uteretur, qua olim sæculo usus fuerat: quod totum centum agnis, id est perfecta humilitate ac simplicitate emeritum est. (VERS. 20.) Ibi erigit altare, quia fidem sublevat per adminiculum operationis justæ. Invocat super illud fortissimum Deum Israel, cum super illud ac si fundamentum innitens, vocat in se Deum fortissimum, non solum his, sed et aliis cum datur ab ipso efficacia principari cum Deo super vitia. Israel enim princeps cum Deo dicitur.*

#### CAPUT XXXIV.

VERS. 1. — *Egressa est autem Dina: filia Lia, ut videret mulieres regionis illius. Dina interpretatur indicium istud. In quo, vel in qua accipimus discretionem, quæ et ipsa judicium sæpe vocatur. Istud autem cum sit demonstrativum, rem præsentem significat, et nil magis in promptu esse debet, quam discretio semper necessaria. Hæc egreditur, cum ad aliorum discutienda infirma acta ducitur. Filia Lia dicitur, quia actualis vita per hanc et recte secunda invenitur. Ubi enim nil discernitur, nil est utique quod agitur. Mulieres regionis videntur, cum tepidi ejusdem nostræ religionis executores notantur. (VERS. 2.) Hanc videt Sichem filius Hemor Hevæi, quando sibi hanc allegit affectus, in quo prorsus laboratur invidiæ, asini revera pessimi filius, ex carnalium cupiditatum pessimo fervore progenitus. Hemor enim asinus; Hevæus pessimus vel ferus; Sichem labor dicitur. Ex feritate sane corporalis concupiscentiæ, quæ asino signatur, innascitur contra alios labor invidiæ, quæ pro certo nulla fruitor quiete. De hac enim dicitur quod*

*Justius invidia nihil est, quæ primitus ipsum  
Auctorem rodit, discruciatque suum.*

**¶** Ad hoc plane sciendæ aliorum qualitati inhiamus, ut cum nævos vitiorum in eis reperimus, honorem inde nobis crevisse putemus, quia inferius hos videmus. Princeps est Hemor terræ Hevæorum, quia asinina et stolidi cupiditas feritati omnino principatur terrenorum. Qui autem cupiunt, invident profecto aliis quod cupiunt. Adamat Sichem Dinam, quia affectat labor invidiæ distrahere ab animo sui ipsius discretionem. Rapit cum aliorum sibi vitas discutere dulce sapit. Dormit cum illa vi opprimens virginem, dum illi unanimiter miscetur in-

attentionis adimendo sinceritatem. Adamat etiam per suggestionis susceptionem, rapit per consensum, dormit per actionis illationem. Hoc enim syllogismo utitur. (VERS. 3.) Conglutinatur anima ejus cum ea, cum ipsa livoris intentio, quod est ex aliorum infamia sui ipsius profectio, quæ quasi quædam invidiæ anima, est, medullitis adhæret discretioni nostræ. Tristem blanditiis delinit, cum cœpti vitii pœnitentem aliquando ex alterius probro nata sibi laude solatur, et ungit. (VERS. 4.) Patrem Hemor rogat, ut sibi hanc conjugem accipiat, cum cupiditatum libidines admovet, ut miseram animam lenocinando sibi vinciat.

VERS. 5. — *Quod cum audisset Jacob absentibus filiis, et in pastu occupatis pecorum, siluit donec redirent. Ratio nostra hanc sui corruptionem intelligit operibus per inanes glorias, quæ quidam forasticorum sensuum pastus sunt; his enim pecorum similes sumus, ubique distractis, sed silentio a cupiditatum strepitu facto redeunt. (VERS. 6, 7.) Egresso autem Hemor patre Sichem ut loqueretur ad Jacob, et ecce filii ejus veniebant de agro; auditoque quod acciderat, irati sunt valde, eo quod fœdam rem operatus esset in Israel, et violata filia Jacob, rem illicitum perpetrasset. Facto silentio Hemor egreditur ut ad Jacob loquatur, quia consopita turba mentis cupiditas carnalis quietis impatiens diu silere non patitur, sed rationem aggredi cupiens evagantium operum reditu ac restrictione offenditur. Opus quod accidit, audiunt, et irascuntur, cum ratio memor veterum laborum, ex ipsis operibus docetur quantum contra fœditatem internæ constuprationis, me merita operum perdat, et dolere debeat, cum discretio rationis filia ad totius lepram generis vitietur.*

VERS. 8, 9. — *Loquitur itaque Hemor ad eos: Sichem filii mei adhæsit anima filiæ vestræ. Date eam illi uxorem, et jungamus vicissim connubia. Hemor loquitur ad filios, cum fluxus cupiditatum ad evertendos instat actus nostros. Invidia, inquit, sæcularis cohæsit subtiliter, et, ut sic dicam, intentionaliter discretioni vestræ. Hoc enim signat quod non corpus, sed anima adhæsisse dicitur. Ita medullitis illapsa est ut dirimi a mente nequeat; unde nil aliud restat, nisi ut copula utrorumque consensu fiat, ut eam qua carere non potestis excipitis grantanter invidiam, cujus utilem experiamini prudentiam. Filias vestras, id est si quid fluxum et fragile vobis inest, tradite nobis in pecus alendum; et filias nostras, si quid itidem molle a nobis infertur accipite. (VERS. 10.) Et habitate irrefragabili tenore nobiscum. Terra, id est corpus vestrum in potestate liberi arbitrii vestri est, exercete ad voluptates, negotiamini incertitudinem spiritualium pro visibilibus dantes; possidete eam ad libitum eo utentes. (VERS. 11.) Sed et Sichem, id est invidia, voces suas habet: Inveniam gratiam coram vobis, et quæ statueritis dubo, scilicet vobis ingrata non ero, quia multo majora vobis quam ulla patientia præstare potero. (VERS. 12.) Augete dotem, quid plane pro mea admissione commodi capessatis munera postulate, quæ consequi sæculariter velitis edicite, satius*

hæc tribuam quam assequamini per religionis iam.

vs. 13, 14. — *Responderunt filii Jacob Sichem i ejus scævientes in dolo ob stuprum sororis : assumus facere quod petitis, nec dare sororem n homini incircumciso ; quod illicitum et ne est apud nos.* Ratio ex præteritarum memoratum vires colligit, unde et Scriptura filios, id est opera dicit. *In dolo* ergo respondent, nullo majora contra vitium facere interius vult quam exterius per opera exhibere. Discrepant, aiunt, nostram sinceritati devotam livoris inentia proderet nefarium remur. (VERS. 13.) *hoc valebimus fæderari, si nostræ volueritis ionia assimilari, ut omne masculinum, omne et superbum, per quod singulariter invidia ar, præcidatur a vobis.* In quo fidelis ille dolo, quia si a cupiditate audacia, a superbia propter invidia, stare poterunt neutra; quod tamen non valet, quia sicut ab igne calor non dividitur ignis sit, ita a cupiditate superbia invidiaque præsumptio non separatur, quin in ipso vitio vitium sit. (VERS. 16, 17, 18, 19.) Tunc, in copulari debita unanimitate valebimus cum illi vos instare senserimus. Sin aliter, discretivulsa a vestro contagio, dirimemur. Placet patri et filio, et statim circumciditur, quia id horam solitum est, ut virtuti dolose subest. *Amabat enim puellam valde, et ipse erat in in omni domo patris sui.* Valde puellam amat, libolus per invidiam, pulchritudinem discretæ fedare se immergendo præcipue affectat. Is invidentiæ motus *inclutus*, id est inter univita præcognitus est, etiam in domo sui, illa scilicet cujus filia, quam concupiverat, cum populo suo oblivisci jubetur (*Psal.* 1, 12); patris enim diaboli est inter vulgares valde execrationi habetur.

vs. 20, 21, 22, 23. — *Ingressique portam urbis sunt populo. Viri isti pacifici sunt ; usque ad io dicit, efficiemur unus populus [al., unum efis populum].* Portam urbis ingrediuntur, cum e ad conscientia examina adduci, quasi æquar ad monumentum patiuntur. Porta iudicium quia in portis antiquitus res dubia ventilatur. Exempla satis superque suppetunt. Populo utitur quia subdolosè interim paci instituendæ et strepitui mentis sedando videntur. Virilis, et honesta hæc atque pacifica continentia, degere nobiscum in terra corporis, negotii, reitii sui lucra quaerant, ipsum enim corpus a, et lata sectans, cultu quo hæc reciduntur filius, id est fluxa eorum desideria nobis apertus, et quælibet nostrarum partium lascivia et rationalibus animi motibus ingeremus. *Unum bonum nobis eventurum differtur, si scilicet videmus ad præsens masculos, id est temerarios nostros paulisper, sed non diu conimus ; ritus et instituta mentis ipsorum nos simulantes, et sic flet ut sensim animis illa-*

bentes intentionem (quæ quasi substantia est, quia ac si fundamentum substatur) et pecora, pia scilicet custodia opera, omnia insuper vitia, aut ipsum corpus, quod ipsæ rationes possidere videntur, nostro paulatim imperio addicentur.

VERS. 24. — *Assensi sunt omnes circumcisis cunctis maribus.* Silent ad tempus vitia, sopitis aperte præsumptionis motibus. (VERS. 25, 26.) *Et ecce tertio die quando gravissimus dolor est vulnere, arreptis duo Jacob filii Simeon et Levi fratres Dinæ gladiis ingressi sunt urbem confidenter ; interfectisque cunctis masculis, Hemor et Sichem pariter necaverunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam.* Prima dies suggestio, secunda delectatio, tertia consensus dicitur. Dies autem tunc sunt quando per intelligentiam discernuntur. Postquam ergo gradatim vitium incipit erumpere, cum ad consensum jamprehenditur velle proderet, per auditionem tristitia (sic enim interpretatur Simeon) et per assumptionem virtutis internæ (nisi enim bene contra vitia contristemur, nunquam a Dei spiritu assumimur), gladios internæ et externæ discretionis recipimus. Levi autem dicitur *assumptus*. Sine auditu vero tristitia, id est sine propria cognitione miserie, non assumptio fit iustitia, quam non tam assumimus quam ab ea assumimur, id est fortiter teneamus, quæ quadam germanitate prorsus necessaria junguntur Dinæ, id est discretioni nostræ. Ingressiuntur hæc urbem conscientia et exurgentis jam audaciae consumptis motibus cupiditatem et invidiam pariter necant, Hemor scilicet et Sichem, et de pravo contubernio eruunt discretionem.

VERS. 27. — *Quibus egressis per indultæ sibi a Deo potentia licentiam, cæteri filii Jacob super occisos irruunt, id est reliquæ virtutes animi subacta vitia victrici actione operiunt, et urbem conscientia a strepitu solito desolantes, corruptionis damna compensant.* (VERS. 28.) *Oves improvidentiæ et fatuitatis, et armenta hebetudinum, vel curiositatum, his plane ac si armis contegimus nobis ipsis vitia nostra, asinosque libidinum, et omnia quæ in domibus, et in agris ; in mentibus scilicet et forensibus exercitiis erant.* (VERS. 29.) *Parvulos et uxores, id est cepta jam opera, et operum delectationes utraque duxere captiva, sublata in mortali corpore regnandi potentia.* (VERS. 30.) *Quibus patratis audacter, dixit Jacob ad Simeon et Levi.* Ubi vivaciter peccatis obsistitur Jacob, id est ratio humanitas acta, et auditionem tristitia, et assumptionem gratia quasi in his perseverare nequeat, coepisse se improbat. *Turbastis me, id est turbam contra vitia mihi movistis, et odiosum me fecistis Chanaanæ et Pherezæis habitatoribus terræ, quia videlicet negotiis animi a terreno pene desiderio nunquam feriat, et stupori ad mala semper pravæ carnis finem posui.* Vos, inquam, motus spirituales auctores hujus estis odii. Chanaanæ nempe, negotiator; Pherezæus dicitur *stupens*. Negotium enim perambulans in tenebris, et reprobi sensus vel ponderositatis corporeæ stupor terræ inhiant. *Nos pauci sumus.* Quia virtu-

tum parvus ad vitiorum comparationem est numerus. Illa ergo congregata quæ expugnare cepistis frustra, *percutient me et delebor ego, et domus mea*, hoc tantillum quod boni habebam exterius delebitur, et domus conscientiæ depopulabitur. Sed virtus rationalitatum divinitus erecta dicit (VERS. 31) : *Nunquid ut scorto abuti debuere sorore nostra?* Id est, nunquid prostituenda est cuilibet peccatorum sordi discretio nostra ex matre, quæ nos protulit ratione proles eximia?

## CAPUT XXXV.

VERS. 1. — *Interea mentis certamina decipientem Deus alloquitur interius Jacob. Surge, et ascende Bethel et habita ibi, facque altare Deo qui apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrem tuum.* Quod est dicere : Erigere ab imis cogitatibus et usquequo flas domus Dei, quod est Bethel, provehere virtutibus, et fac **■ ■ ■** *altare bonæ voluntatis Deo, qui tibi inclaruit ut affectum carnalem effugeres, in quo piorum actuum sacrificia immoles.* (VERS. 2.) *Jacob vero convocata omni domo sua, ait : Abjicite deos alienos, qui in medio vestri sunt, et mundamini, ac mutate vestimenta vestra.* Post altaris erectionem quam proposuerat, domum convocat, quia morum ac totius cogitationis dispersiones frenat. *Abjicite*, inquit, ea, quibus tanquam simulacris inserviebatis, vitia quæ in medio vestri erant. Id est, thronum regni in vestra mente tenebant, et *mundamini* in conscientia, *ac mutata operum integumenta.* (VERS. 3, 4.) *Surgite, ascendamus in Bethel, ut supra positum est. Dederunt ei deos alienos quos habebant, id est vitia obtulerunt rationi consumenda. Dederunt enim dicitur, non restiterunt; deos autem crimina dici, testis est psalmus. Si audieris, inquit, me non erit in te deus recens (Psal. LXXX, 10). Inaures autem deorum sunt obedientia, qua peccatis obtemperabatur. At ille infodit ea subter terebinthum, quæ est post urbem Sichem. Postquam Sichem, id est invidentiæ laborem postponimus deos, id est crimina cum eorum inauribus, videlicet obeditionibus, subter amplitudinem fragrantiamque charitatis abscondimus; terebinthus enim lata et odorifera arbor est.*

VERS. 5. — *Cumque profecti essent, terror Dei invasit omnes per circuitum civitates, et non sunt ausi prosequi recedentes.* Cum ad Deum proficiscimur sensus exteriores, quibus indita sunt livor et cupiditates, qui etiam in nostri circuitu quasi quædam sunt positi civitates, Dei timore premuntur, nec audent vim inferre cum eorundem desideria respiciuntur. (VERS. 6.) *Venit ergo Jacob Luzam, quæ est in terra Chanaan cognomento Bethel; ipse et omnis populus cum eo.* Luza dicitur amygdalum. Bethel domus Dei. Chanaan mutata. *Jacob ad amygdalum venit, cum spiritus noster per passiones, et amaritudines corporales, ac si corticis ac internæ dulcedinis nucleum pertingit; quod tamen in terra, id est in mente jam cultibili ac mutata fit, mutata videlicet ad hoc, ut fiat domus Dei. Et omnis populus cogitationum non jam contra eum, sed cum eo, in ejus scilicet adminiculo est.* (VERS. 7.) *Altare ergo ibi*

*ædificat, quia sanctæ voluntatis in ipsius mutationis proposito statim fundat. Domum Dei appellat, quia piam affectionem solummodo aptam ad Deo manendum æstimat; ibi enim, id est per hanc inclaruit eidem Deus, cum carnalem timeret affectum.*

VERS. 8. — *Eodem tempore mortua est Debora nutritrix Rebeccæ, et sepulta ad radices Bethel subter quercum; vocatumque est nomen loci Quercus fletus.* In hac ipsa piæ intentionis temperie, moritur carnalis stimulus, qui quidem dulcedinem præfert more suggestionis, sed amaritudinem habet quam maximam in extremo per effectum criminis. Debora namque dicitur apis, unde Boetius (*De consolat. philos. lib. III, metro 7*) :

*Habet hoc voluptas omnis,  
Stimulis agit furentes,  
Apiumque par volantum  
Ubi grata mella fudit,  
Fugit, et nimis tenaci  
Perit icta corda morsu.*

Hæc stimulatio nutrit Rebeccam, id est patientiam, quia talibus exercitata coalescit. *Ad radices Bethel* sspelitur, quia sub divino timore, qui radix domus Dei est, constabiliendæ reconditur. *Subter quercum* ponitur, dum perpetua negligentia, et agresti quadam despiciabilitate deprimitur. Talis arbor nusquam nisi a porcis petitur. Sed quia hanc solus pœnitentis debet dolor invisere, Quercum fletus placuit appellare.

C VERS. 9, 10. — *Apparuit autem Deus iterum Jacob, postquam reversus est de Mesopotamia Syriæ, benedixitque ei, dicens : Non vocaberis ultra Jacob, et appellavit eum Israel. De Mesopotamia Syriæ, id est de vocatione, quæ nos ab imis elevat, et sublimibus infert, ab invidiæ finibus habet spiritus noster reversionem, ubi iterum per gratiæ amplificationem et per contemplationis illustrationem Deus sibi apparet, ut in prima apparitione corrigatur, in secunda quæ amissa fuerat gratia reparatur. Non, inquit, ultra vitiorum luctaminibus jactaberis, quod est, Jacob vocaberis, sed Israel erit tibi nomen, id est virtutum potentia cum Deo principaberis.* (VERS. 11.) *Ego Deus omnipotens, etc.* Quod est dicere : Si omnipotentem me credis, ne diffidas gentes, et populos nationum ex te futuros. Gentes scilicet vitiorum, et populos sponte mentibus innascentes, quæ tamen, quia omnipotens a te credor, superabis. *Cresce ergo spei altitudine, sed prius multiplicare beneficiis. Reges enim rationabilium motuum de lumbis tuis egredientur, id est de tuarum insita origine voluptatum carnalitatem excedendo procedent* (VERS. 12), et terrenitatem tuam sicuti Abraham et Isaac, id est rationi et æternorum spei subijci debet, *tibi subjiciam, et semini tuo, his scilicet qui te imitabuntur.* (VERS. 13.) *Et recessit ab eo, eum scilicet proprio dimittendo arbitrio.*

VERS. 14, 15. — *Ille vero erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat ei Deus, libans super eum libamina, et effundens oleum, vocansque nomen loci illius Bethel. Titulus lapideus erigitur in loco quo Deus apparuit, cum lumen humilitatis, qua nil est*

firmius, in mente, cui Deus ac si speciali loco suo infulgere consuevit, solidatur. Libamina et oleum hic fundimus, cum tali fundamento et orationes imponimus, et oleum divinæ gratiæ nobis infundi humilitatis ipsius merito obtinemus. ¶ 34 Unde sic vivere, donum profecto Dei esse censemus. (VERS. 16.) *Egressus autem, venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephratam.* Egredimur verno tempore, cum fines desideriorum carnis excedimus, divini spiritus nobis infuso calore. *Ad terram quæ ducit Ephratam* venimus, dum ad soliditatem animi, qua ad frugiferam divinæ venit cognitionis, regionem pertingimus. *In qua cum parturiret Rachel* (VERS. 17) *ob difficultatem partus periclitari cœpit.* Rachel parturit, cum ad veram, quæ Deus est, frugem virtus contemplationis inhians, cum difficultate magna, et periculosa etiam aliquando defatigatione animi, visionis internæ effectum assequi cupit. Sed obstetrix quæ nostris solet obstare periculis, scilicet ratio, mentem ne timeat hortatur, quia ne a cœpto refugiat, de æterni fructus quasi de filii futura animum si perseveraverit possessione solatur.

VERS. 18. — *Egrediente autem anima præ dolore, et imminente jam morte, vocavit nomen filii sui Benoni, id est filius doloris mei.* Cum nos Deum contemplandi devotio urget, præ dolore, quia panem vitæ mens attingere non prævalet, anima egreditur; necesse est enim ut animalis sensus a corde exuatur, et sæculi desiderii, in quantum prævalet, moriatur. Unde ab ipsa matre, scilicet charitate, quæ inter virtutum, quibus insudat fetus ingemiscens parturit usque adhuc (Rom. viii, 22), tantæ gravitudinis effectus, vocatur *doloris filius*, sed divinus intellectus, cujus tanquam veri patris sincero semine charitas imprægnatur, filium dexteræ hunc appellat, quia quicquid sub ipso per charitatem geritur, dexteræ æterni regni militat. (VERS. 19.) *Mortua est Rachel et sepulta in via quæ ducit Ephratam.* Quia opus est, quantum ad sæculi ambitum spectat, mori animam, visioni Conditoris intentam, et sepeliri, id est abscondi a forensi strepitu, in Christo, qui est via; consequuntis enim ei datur frugiferæ regionis, ejus videlicet divinitatis, pascua. Ducunt autem ad hanc conformitatis ipsius vestigia, ubi proprie Bethel est, domus profecto Dei vera. (VERS. 20.) *Erexitque Jacob titulum lapideum super sepulcrum ejus : Hic est titulus monumenti Rachel usque in præsentem diem. Jacob titulum super sepulcrum Rachelis erigit, cum inter moriendum sæculo ipsa speculationis virtus, quam habet introrsum, etiam exterius claritatem humilitatis ostendit. Titulus autem a Græco nomine dicitur, quod est titan, id est sol. Is titulus monumenti pertingit usque in præsentem diem, quia humilitas ista sempiternam meretur memoriam, quæ in illa indefectiva die, quæ Deus est, constat, cujus diffugit nemo præsentiam. Lapidem autem dicitur,*

A ut soliditas, durabilitas, ejusdemque pondus notetur. (VERS. 21.) *Egressus inde fixit tabernaculum trans turrim gregis.* Turris gregis excellentia est, indivisæ et unanimis in Deum cogitationis. Egredimur vero inde, cum evicta passionum corporis quasi partus difficultate, progredimur *trans turrim, gregis tabernaculum* figere, id est ultra omnem imaginariam, et quasi gregariam vim, in ipsum Deum aciem spiritualis animi porrigere.

VERS. 22. — *Cumque habitaret in illa regione, abiit Ruben, et dormivit cum Bala concubina patris sui; quod illum minime latuit.* Ruben dicitur *videns in medio*; Bala, *invetera*. Cum in supernæ visionis nobili illa regione moramur, rectitudo intelligentiæ nostræ, quæ nec ad dexteram, nec ad sinistram devians media tenet et providet, quæ per Ruben signatur, a pio contuitu abit, et in aliqua veterum, id est temporalium rerum voluptate torpescit. Quæ *concubina patris* dicitur, quia ipsius intellectus, qui rex et pater nobis est, aucloritas erga hanc adulerine nimis afficitur : qui tamen incursus Patrem minime latet, quia fluxus sui fœditas spiritui luce clarius patet, et tamen a dignæ ultionis anima aversione silet. (VERS. 27.) *Venit etiam Jacob ad Isaac patrem suum in Mambre, civitatem Arbez, hæc est Hebron, in qua peregrinatus est, Abraham et Isaac.* Spiritus noster ad Mambre civitatem Arbez venit, cum ad divisionem, id est discretionem temporalitatis hujus, quæ quaternitate signatur, quæ revera maximi civitas munimenti est, accedit; et quicquid transitorium est amare, certam miseriam esse intelligit; Mambre enim *divisiones*; Arbez, *quatuor sonat*; Hebron vero *participatio tristitiæ* dicitur. In Hebron ergo peregrinatur Abraham et Isaac, quia ipse intellectus et spes interni gaudii quam habemus, dum proprii recolit incolatus ærumnam, quandiu in corpore agitur, nunquam non habitat tristitiæ participationem.

VERS. 28, 29. — *Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum. Consumptus ætate mortuus est, et appositus populo suo senex et plenus dierum.* Per centum annos plenitudo virtutis exprimitur per octogenarium, qui quaternarios præfert, temporalitas accipitur, quæ in his qui cœlesti lætitiæ inhiantes sunt. Isaac centenarii quasi luminum perfectione transcenditur. Ætate Isaac consumitur, et moritur, cum carnis gaudio ad integrum demolito, spes omnis nostra quantum ad sæculum interimitur. *Plenus dierum populo suo* apponitur, cum plena mens virtutum luminibus, cœlesti populo, specialiter suo conformatur. *Et sepelierunt eum Esau et Jacob filii sui, intellectus videlicet et affectus, quæ gignuntur ex mente tripudiis intenta cœlestibus, postquam præter Deum nil sapere, non aliunde affici gaudent, mentem ipsam, de qua prodeunt, a sæculi molestiis contutant intra se et abscondunt.*



135 INCIPIT LIBER NONUS  
MORALIUM IN GENESIM.

Nonne auctorem in scripturarum disquisitione profiteor; sed sanctorum regulas pia fide consecrans, si quid utile ibidem reperire contigerit, piis humilium et discere volentium desideriis mea secundum Deum sensa propinans, disserere quæ sequuntur intendo. Id enim proximis debeo. Exsibilet qui vult istud et rideat, et veluti ad novitatem Saulis prophetantis insultet, dum modo uni saltem cui libet profutura cantemus. Sequitur ergo.

(13) CAPUT XXXVII.

VERS. 2. — *Joseph cum sedecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer, cum filiis Balæ et Zelfæ uxorum patris sui.* Joseph, qui interpretatur *adaugens*, spiritum nostrum significat, qui semper augmentis spiritualibus instat. Sex et decem est annorum, dum exterioriorem interioremq̃ hominem sexta enim die *factus est homo in animam viventem* (*Gen. 1, 27; 11, 7*) divinæ legis denario subjicit, ob assequendam plenitudinem mysticorum annorum. Pascit gregem adhuc puer cum fratribus suis, dum cogitationem sub divino timore constrictam, in primis adhuc propectibus positus supernæ aspirationis et divini eloquii pabulo alit, cum aliis ex eadem genitis mente virtutibus, vel cum fratribus suis, carnalibus scilicet motibus, qui ex Bala et Zelfa, id est sæculari vetustate, et instinctu inanis gloriæ, oriuntur. De utrisque supra satis diximus; hæc enim præcipue, scilicet mundana voluptas, et cenodoxia proficientibus infesta sunt. Nam utraque patris nostri, ipsius videlicet intellectus legitimo conjugio, sed non legitime abusa sunt. Unde et uxores dictæ sunt, sicut et quinque viri Samaritanæ dicti sunt. *Accusavitque fratres suos apud patrem crimine pessimo.* Nam penes intellectualitatem motus carnales, qui ex eadem mente gignuntur, criminis arguere, proprium ejusdem intellectus est. Ipse enim ad se carnis subjectæ defert quæstiones. Nempe isdem thronus est, id est judex, qui præsidet throno. Pessimum autem est quod Deo scienter adversatur.

VERS. 3. — *Israel autem diligebat Joseph super omnes filios suos, eo quod in senectute genuisset eum; fecitque ei tunicam polymitam.* Spiritus noster in quantum cum Deo principatur; Israel enim *princeps cum Deo* interpretatur, Joseph, id est æterni augmenti desiderium, plusquam omnes filios, opera scilicet sua diligit, quia ubi non est propectus votum, facile habent, si sunt ibi bona aliqua, motum. In senectute namque is gignitur, nam defervescente concupiscentiarum æstu, ac præsumptionis juvenilis

A rigore, talis aviditas comparatur. *Tunicam polymitam*, id est multicolore[m] ei fecit, quia vitam diversis virtutum generibus institutam spiritus ipse sibi composuit. Possumus etiam per Joseph intelligere religionis affectum, qui semper nititur ad profectum. (VERS. 4.) *Videntes autem fratres ejus quod a patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificum loqui.* Quo enim spiritus noster pietatis desiderio et cultui magis institerit, tanto magis frequentia carnalitatum quasi in ejus odium insurgit. Nil *pacificum* loquuntur, quia semper contra interioris hominis quietem feruntur.

VERS. 5. — *Accidit quoque ut visum somnium referret fratribus suis; quæ causa majoris odii seminarium fuit. Somnium refert fratribus,* dum ea, quæ a forasticis dormiendo, et ad interna vigilando spiritualiter sentit, motibus ex sua corruptibili natura prodeuntibus objicit; unde majore eos rabie accendit quo arctius restringit. (VERS. 7.) *Putabam nos ligare manipulos in agro, et quasi consurgere manipulum meum, et stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum.* Ac si diceret: Vos vobis animi imperium indebite arrogatis, sed ego putabam quod et verum est, nos pariter nostrorum fructus operum sub Dei timoris disciplina restringere debere, sed tamen me rationem opprobrii dignitatem officii præcellere, et pro vobis jacentibus ubique voluptatum decertare, et me prævia ad idem prælium debere vos assurgere, et vestræ cervicositatis mihi colla curvare. (VERS. 8.) *Nunquid, inquit, rex noster eris, aut subjiciemur ditioni tuæ?* Id est quomodo fieri potest, ut tot concupiscentiis corporeæ necessitatis extinctis, solus ipse dominaris?

VERS. 9. — *Aliud quoque vidit somnium, quod narrans fratribus, ait: Vidi per somnium quasi solem, et lunam, et stellis undecim adorare me.* 136 Si Joseph, ut prælibavimus, bene agendi appetitum accipimus, ad augmentum enim spirare proprium est ejus; *solem* intellectum, *lunam* voluntatem dicimus; quia sicut luna a sole, sic voluntas illustratur a ratione. *Undecim stellis* interiores exterioresque motus intelligimus, et quia undenarius ex sex et quinque constat, senarium ad bonæ voluntatis perfectionem, quinarium ad sensuum corporis mobilitatem conferimus. Senarius enim omni sua parte solidus stat, quinarium minime. Unde et ex inæqualitate utraque undenarium, qui transgressionem signat, efficiunt. Velle enim adjacet (*Rom. VII, 18*), sed exterioris hominis membra præpediunt. Hæc omnia autem adorant pietatis affectum, quia et ratio, et voluntas, interiorque, et etiam, velit nolit



exterior homo specialiter optat, et precibus Deo A datis sancti appetitus præstolatur augmentum. Aut quia adorare dicitur *juxta orare*, juxta Joseph, id est augmentum orat, qui nil a Deo nisi sanctitatis incrementum postulat. Voluntas et affectus, cum pia sunt, licet unum esse videantur, non sunt, quia de multis bene affeimus, sed ab his, quæ rationi junctior est, voluntate retrahimur. Locum enim tempusque discutimus et cætera quævis attendimus. (VERS. 10.) *Quod cum patri suo et fratribus retulisset increpavit eum pater suus*, etc. Pater eum increpat, quia agilitatem pii affectus, gravitas intellectualis fragilitatum timida, ne præpropere quid aggrediatur, retardat. *Num ego et mater tua et fratres tui adorabimus te super terram? An ego*, inquit, a quo semen divinum matri tuæ, bonæ scilicet voluntati ingeritur, sine hac enim reprobum est, quod gignitur, et ipsa mater tua quæ te in quantum vere es parit, internique, et externi motus addici poterimus tibi, in tantum ut sis super terram, nulla profecto ambiendo nisi supernæ vitæ eminentiam? (VERS. 11.) *Fratres* ergo, id est spinæ ac tribuli, qui ex terra cordis cum bona fruge nascuntur, invident; *pater vero* intellectus interius exteriusque a negotiis tacendo *rem* considerat, dum propositio instat.

VERS. 12. — *Cumque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem*, etc. Fratres isti non gregem, sed greges discordiæ ac divisionis cogitationes pascunt, id est, crebris repertis avaritiæ superbiæque, vel invidiæ occasionibus nutriunt. Qui greges *patris* etiam dicuntur, quia cogitatus dispersiones usque ad intellectus vexationem pervenire noscuntur. Sichem dicitur *humerus* vel *labor*. In Sichimis ergo morantur, dum curarum sarcinis iniquæ sufferentiæ humeros supponentes, ut sic dicam, sub mortifero labore quiescunt. (VERS. 13.) Dicit ergo pater: *Veni, mittam te ad eos*. Redi, inquit, a dispersione tua, ut dirigi possis contra cogitationum vitia, et pietatis appetitu suam non differente præsentiam. (VERS. 14.) *Vade*, ait, et *vide si cuncta prospera sunt circa fratres tuos et pecora; et renuntia mihi quid agatur*. *Vade* per directionem intentionis, et videbis postmodum, per aciem discretionis, an animalitates tuæ, dum sæculi bona capessunt, gaudere aliqua interiori prosperitate possunt. Inter fratres hoc differt et pecora, quod sunt aliqua vitia quasi ratione sese tuentia, quædam omnino bestialia. Porro quid agant fratres renuntiat, cum æstus sancti desiderii ad examen intellectus quæstus suos aut damna reportat. *Missus de valle Hebron, venit in Sichem*. Hebron *augmentum sempiternum*, vel *visio sempiterna* dicitur. Mittitur ergo Joseph, id est appetitus augmenti, de mentis humilitate, per quam perpetuum sperat augmentum, et de visione Dei, qua per fidem et amorem sub spe sempiternitatis jam hic fruitur, ad considerata illa in quibus caro libenter versatur negotia: sed venit in Sichem, quia quæ discernere solummodo et discreta abjicere debuit, in his demorando aliquoties quadam detinetur inertia, et humerum supponendo pari laborat miseria.

VERS. 15. — *Invenitque eum vir errantem in agro, et interrogavit quid quæreret*. Vir ipse intellectus est, qui affectum per agrum, id est per mundana evagantem, de suo errore inquit. (VERS. 16.) *Fratres meos*, ait, *quæro, indica mihi ubi pascunt greges*. Ac si dicat: Dum carnalitatibus meæ excessus discutio me ipsum pariter excessisse video, tu ergo si virum sapis, indica mihi fœditatem hujus vecordis et in-compositæ passionis (VERS. 17.) *Recesserunt*, inquit, *de loco isto; audiivi autem eos dicentes: Eamus in Dothaim*. Dothaim dicitur *viride eorum*, vel *pabulum eorum*, vel *sufficiens defectio*. Postquam spiritualibus addicti sumus vitiis, ab horum labore recedentes, ad carnalem defluere gratius habemus voluptatem, quod significat jocunditas viriditatis, quod pabulum est eis, non tamen reflectio, sed sufficientia totius internæ defectionis.

VERS. 18. — *Pergit post fratres suos et invenit eos in Dothaim*, dum sola eos prosequens consideratione reperit eos delicere in terrenis desideriis. (VERS. 18, 19, 20.) *Qui cum vidisset eum, antequam accederet ad eos, cogitaverunt interficere eum: Et mutuo loquebantur: Ecce somniator venit; venite, occidamus eum, et mittamus in cisternam hanc veterem, dicemusque: Fera pessima devoravit eum*. Vident Joseph fratres, cum evidenter invident pio affectui motus animales. Antequam accedat cogitant occidere, quia antequam per effectum erroris assentiat, per nequam affectum disponunt subruere. **137** *Ecce*, aiunt, is qui visibilia respuens invisibilibus animi aciem porrigit, et quasi somnio vivit; o vos carnalium congeries delectationum, *venite*, hunc vobis addicite, atque in antiquum chaos, reprobum scilicet sensum, quod est, vetus cisterna, carens divinæ intelligentiæ aquis, quo quondam ante conversionem turpiter se egerat projicite, et a fera pessima, id est a repentina et improvisa tentatione aliqua consumptum, et evictum dicite; vel diaboli factum violentia perhibete. Solent namque *ad excusandas excusationes in peccatis* (Psal. CXL, 4) ipsi peccantes ista obtendere. *Et tunc apparebit quid illi prosint somnia sua*, id est quid fatuitatis sit pro invisibilibus dimittere visibilia, pro incertis certa. Somnium enim est ea, quæ oculis non videntur, dormiendo attendere. *Ego ait* D *dormio et cor meum vigilat* (Cant. v, 2.)

VERS. 21, 22. — *Audiens hoc Ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum*. Non, ait, *interficiamus animam ejus, nec effundamus sanguinem; sed projicite eum in cisternam hanc, quæ est in solitudine manusque vestras servate innoxias*. *Hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum et reddere patri suo*. Ruben qui dicitur *videns in medio*, discretionis vis est, irreflexæ directionis intendens medullium, quæ dum pii affectus, id est intelligit periculum nititur liberare de carnalium potestate libidinum: Non, inquit, anima capitali aliquo crimine perimatur, quod est sanguinem fundere, fluxum scilicet carnalitatibus laxare, sed ad cisternam vitæ videlicet pristinæ sæcularis foveam, quæ a Deo ha-

bitatore patitur solitudinem, tantummodo animæ sectantes inertiam deducite, non ad culpam actua-lem fœdi cuiuspiam criminis devolvite. Facilius sane a segnitie mentis exsurgitur quam culpæ perpetratæ ruina emergitur. Sic nempe versuta discretio per minus majore vult carere exitio, donec patri restitua- tur, id est, intellectui plenarie suo.

VERS. 23, 24. — *Confestim igitur ut pervenit ad fratres, nudaverunt eum tunica talari et polymita, miseruntque in cisternam, quæ non habebat aquam. Ad fratres pervenit, cum ad carnalis titillationis effectum se inserit. Tunica talari et polymita nudant, cum virtutum varietate in qua perseverare decreverat (hoc enim talis significat) exspoliant. In cisternam sine aqua mittunt, cum in pristinam vitam in qua nulla spiritualitatis scientia est, retrudunt. (VERS. 25.) Et sedentes ut comederent panem, viderunt viatores Ismaelitas venire de Galaad, et camelos eorum, portantes aromata, et resinam, et stacten in Ægyptum. Sedent ut panem comedant, quia statu rectitudinis amisso, remisse agunt, ut se temporali jocunditate reficiant. Panis enim hoc significat, ut est: Abominabilis fit ei panis in vita sua (Job xxxiii, 20). Ismaelitas obedientes sibi interpretamus Viatores autem dicuntur qui per viam, quæ Christus est, ambulare videntur, sed tamen sibi obediunt, quia non Dei, sed suam in his exhibitionibus laudem quærunt. Hos venire de Galaad vident, quia de acervo testimonii, id est de frequentia sanctorum, qui se operibus ad electos pertinere testantur, per exempli traductionem descendere specie tenus censent. Cameli eorum portant in Ægyptum, cum corpora quæ ob sui pondus cameli vocantur, quia aggravant animam (Sap. ix, 15), bona quælibet quibus non ad Dei honorem, sed ad sæculi ostentationem redolent solummodo extrinsecus præferunt. Ægyptus enim sæculum signat, unde est: Non abominaberis Ægyptum (Deut. xxiii, 7); odorama vero forinsecas virtutes insinuant.*

VERS. 26, 27. — *Dixit ergo Judas fratribus suis: Quid nobis prodest, si occiderimus fratrem nostrum et celaverimus sanguinem ipsius? Melius est ut vendatur Ismaelitis, et manus nostræ non polluantur; frater enim et caro nostra est. Judas dicitur confessio. Solet autem obstare plurimum peccare volentibus, ipsa post peccatum necessitas confessionis. Pudet enim perpetrare, quod multo magis confiteri pudor est. Qualem, inquit, fructum habuistis; in quibus nunc erubescitis? (Rom. vi, 21.) Reverentia ergo confessionis infert motibus pravis. Quid, ait, proderit a bona voluntate deficere, et lethale crimen animo incutere, quod non, cum perpetratum fuerit, poterit mens ipsa celare, si propriæ velit saluti consulere? Vendatur Ismaelitis, hypocritarum scilicet tradatur exemplis, et exterior actio nostra non polluatur nævo culpæ notabilis, quia ipse affectus, si per turpia opera infametur, tanta propinquitate nobis adjungitur, ut per hunc caro nostra, id est tota exterioritas vi-tietur.*

VERS. 28. — *Acquieverunt fratres sermonibus ejus.*

A *Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de cisterna, vendiderunt viginti argenteis. Acquiescunt fratres, cum verecundiæ, sed tamen humanæ licet utili, cedunt motus carnales. Eligunt enim subijci magis spiritualibus quæ minus patept quam corporalibus. Extrahunt de cisterna, cum de sæculari mores suos admunt vita, et his, qui pro negotio favorem bene vicitare videntur; qui tamen Madianitæ, id est juste judicandi sunt distrahunt, dum ad eorum exempla se vertunt. Madian nempe, de judicio dicitur. Vendunt viginti argenteis, dum se eis imitando ipsos subijciunt, dispertiendo se per numeros duplicitatis. Vicenarius enim duplicitatem signat, juxta illud: Si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum 138 viginti millibus venit ad se (Luc. xiv, 31). Argentei vero quia sonorum metallum est, illius tantillæ famæ tinnitum significant, et verba laudantium quasi quædam nummorum particula constant. Qui duxerunt eum in Ægyptum: quia imitationis suæ illecebris actum, ad solius sæcularitatis pertrahunt ambitum.*

C *VERS. 29, 30. — Reversusque Ruben ad cisternam non invenit puerum et scissis vestibus pergens ad fratres, ait: Puer non comparet, et ego quo ibo? Ruben ad cisternam revertitur, et puerum non invenit, cum discretio nostra ad veteris vitæ statum consideratione ducitur, sed jam affectus, ut fieri solet, ad carnalia quemque relabi ibi non invenitur quia laqueis cenodoxiæ, quæ vix ad simplicitatem revocatur, irretitur, multo sane deterius. Vestes scindit, et ad fratres pergit, cum sancta opera, quæ Deo uniri debent, per ora et oculos hominum dispersa favoraliter ostendit, et ad interioris hominis pravos motus corrigendo agi ista ingemit: Væ enim ingredienti terram duabus viis (Eccli. ii, 14.) Affectus, inquit, irreperabiliter per inanes glorias elapsus est, in quo mea jam perficiet discretio, ubi nullus pietatis sensus est.*

D *VERS. 31, 32. — Tulerunt autem tunicam ejus, et in sanguine hædi, quem occiderant, tinxerunt, mittentes qui ferrent ad patrem et dicerent: Hanc invenimus; vide utrum tunica filii tui sit, an non. Tunica ejus, ipsius est interior affectualitatis habitus. Hanc in sanguine hædi, quem occiderant, tingunt, cum desiderio peccati carnalis, quod in modum cruoris decurrit, conscientiæ statum polluunt. Hædus namque, quem occiderant, flagitium est, quod commiserant; solet enim typus inanis gloriæ reflari per effectum carnalis culpæ. Mittunt qui ferunt ad patrem, cum cogitationum versutiis aggrediuntur rationem. Attende, aiunt, in quem habitum affectus, quem bene Deo peperisse videbaris, defluserit, aut forte si talem tibi non ascripseris, vide unde tali conscientia emergeris, et certe in quo perseverare non poteris, nunquam virtutis studium affectare debueris.*

VERS. 33. — *Tunica filii mei est, fera pessima comedit, bestia devoravit Joseph. Habitus, inquit, affectionis meæ revera is est, sed crudelitate diaboli et carnalium ferali impetu voluptatum corruptus est*

umanitus acta ratio, quasi dæmonum et carnis, sponte actas nequitias excusare. Joseph est devoratus, quia ab his consumptus credi-  
 us pietatis et proficiendi appetitus. (VERS. *issisque vestibus, indutus est cilicio, lugens multo tempore.* Vestes scindit, cum unitate omnis amissa opus proprium, quo membra sua terram contegere debet, per inania disjicit. induitur, cum voluptatum stimulis circumdaretur *filium multo tempore*, cum luctu dignum ostendit affectum assidue. (VERS. 35.) *Congregam cunctis liberis ejus, ut linirent dolorem patris, consolationem recipere et ait: Descendam ad fratres in infernum.* Liberi congregantur, cum rari-  
 res, quæ de peccati servitio ad libertatem vitæ vocant, Dei timore ad tempus coagulantur. et et consolari volunt *dolorem patris*, cum peccatam per conversionis et penitentiae rememperare nituntur. Sed per effectum recusans, ienti cum Deo spiritu non credens, dolendo devolvi se patitur in desperationis barathrum post pravæ delectationis affectum, id est

36. — *Et illo perseverante in fetu, Madianiterunt Joseph in Ægypto Putiphar eunucho nis, magistro militiæ.* Spiritu nostro fletu di-  
 era perseveranter agente, Joseph, bonus, sci-  
 aster appetitus exemplo eorum qui de iudicio et ad puniendos pertinent, Ægyptiæ cæcitati licitur; Putiphar interpretatur *os inclinans ad mundum.* Os appetitum nequam significat, qui pronus est ad disperdendum. Eunuchus est, is-  
 ter militiæ, quia ab omni bono sterilis est, us vitiorum exercitus princeps. Is pretio alium voluptatum sibi distrahit proficiendi m.

## CAPUT XXXVIII.

1. — *Eo tempore, Judas descendens a fratre divertit ad virum Odollamitem, nomine Hiram.* confessio; Hiras, *fratris mei visio* dicitur. nimis ita a se dividitur, memoria sanctæ ionis, quæ supra puero tenero, scilicet proparci monuit, a superbia fratrum, corpora-  
 idelicet desideriorum, sese demittens, divertit alari strepitu ad ejus, qui vere unicus fra-  
 Jesu Christi visionem. Qui ideo vir dicitur, et eo nil nisi virtutis summa videtur. Odolla-  
*testimonium in aqua sonat.* In aqua autem natis Christum ipsum induimus (Gal. iii, 27), n factio contradicimus. in hac aqua testimo-  
 ontra nos ferentem, dum ei videndo tamquam attendimus, invenimus.

2. — *Viditque sibi filiam hominis Chananæi, o Sue, et uxore accepta, ingressus est ad eam.* Si Christus est, Chananæus profecto, sicut et Sa-  
 nus, ideo dictus est, quia ipse vera suorum est. Chananæus enim, ut sæpe dictum est, dicitur. Is habet filiam, rationem scilicet quæ sue, id est loquens, vel cantilena quia ipsa sola nobis, aliis oblatrantibus, in-

A telligibiliter loquitur, et lenitate spiritus vel concen-  
 tus, nos stimulos titillationum, sed serenitatem om-  
 nimodam operatur; filia autem est, quia ipsi, qui summa ratio est, similis est. Hanc sibi videt Judas, quia eam solum sibi utilem ad sequendum æstimat veræ confessionis humilitas. Uxorem sibi copulat, quia hanc per contemptum sæculi peccati cognitione ad operanda bona fecundat. (VERS. 3.) *Quæ concepit filium, vocavitque nomen ejus Her,* qui interpretatur *resurrectio vel vigiliæ, vel pellicius.* Cum enim ad rationabiliter vivendum accedimus, prius necesse est resurgamus, demumque in nostri custodia vigilemus, quia post conversionem, sæpe mortuorum operum memoria, quod pellis significat laboramus.

B VERS. 4. — *Rursus concepto fetu natum filium nominavit Onam;* qui dicitur *mæror eorum*, quod refer-  
 tur ad fastidium. Solet nempe ex difficultate evincendarum passionum, quæ ex recordatione sæculi voluptatum contingit, maximum cæpto proposito generari fastidium. Unde Psalmus, *Omnem, inquit, escam abominata est anima eorum (Psal. cvi, 18) etc.* *Usque ad portas enim mortis*, id est usque ad religionis desertionem torquentur sancti æstibus cogitationis. (VERS. 5.) *Tertium quoque peperit, quem appellavit Sela,* qui *umbra ejus* interpretatur, quod ad sancti spiritus protectionem refertur. Facit enim ipse proventum, ut tentati sustinere possimus. In duobus præmissis clamamus parturientes, in tertio masculus nascitur, qui ad thronum Dei, ut regat virga ferrea (Psal. ii, 9) genus cum quadam emeritæ impassibilitatis palma, provehitur. *Quo nato parere ultra cessavit,* quia postquam ad perfectam charitatem mens pervenerit, jam non in dolore filios parit, quia quidquid agit jam quasi ex naturali facilitate consurgit.

C VERS. 6. — *Dedit autem Judas uxorem primogenito suo Her. nomine Thamar,* Quæ *amaritudo* dicitur. Disciplina; namque amaritudinem tentationum illecebris apponere debemus, quæ quidem in præsentia amaritudinis est, sed fructum pacatissimum reddet exercitatis in ea (Hebr. xii, 14).

D VERS. 7. — *Fuit quoque Her primogenitus Judæ, nequam in conspectu Domini, et ab eo occisus est.* Occidit Deus Her in conspectu suo nequam, dum incentiva libidinum tam spiritualium quam corporali-  
 um, quæ Deus per maxime improbat, in anima, quæ sola sibi conspicua est, virtute constabilitæ rationis interimit. (VERS. 8.) *Dixitque Judas ad Onam filium suum: Ingredere ad uxorem fratris tui, et sociare illi, ut suscites semen fratri tuo.* Loquitur Judas ad Onam, cum humilitas confessionis et penitentiae in-  
 format acediæ mœstitiam. Filius autem est, quia ex occasione suæ actionis natus ipse defectus est. Con-  
 sociare, inquit, piæ amaritudini, et intelligenter quasi ingrediendo penetra, et insere te præsentis sæculi tribulationi, quasi fructus æternos tibi parituræ conjugii, ut fratri tuo, motui scilicet corporali, *suscites semen*, id est posteritatem superni præmii. *Corpus enim mortuum est propter peccatum (Rom. viii, 10),* suscita ergo illud per justitiæ actum.

VERS. 9. — *Ille autem sciens non sibi nasci filios, introiens ad uxorem fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur.* Introit ad uxorem, dum considerando pervidet disciplinæ gravitudinem. Scit sibi non nasci filios, quia novit animi inertiam ad proferendos pœnitentiæ fructus dignos. Semen fundit in terram, cum bonum quod agit vertit in terrenam gloriam. (VERS. 10.) Percutit eum Deus quod detestabiliter faciat, quia aut judicialiter punit, vel quoquo pacto arguendo corrigit, dum suæ sibi nequitiae horrorem ostendit. (VERS. 11.) *Quam ob rem dixit Judas Thamar nurui suæ: Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus; timebat enim ne et ipse moreretur, sicut fratres sui. Quæ abiit et habitavit in domo patris sui.* Confessionis humilitas ad Thamar, id est disciplinæ custodiam se convertens, egnosce, inquit, sponsum tuum, pro te Christum mortuum, præstolare ergo intra conscientiam, quæ domus Dei Patris tui est, augmentum gratiæ, quæ tibi obumbret, Spiritus sancti, quæ paracletum habeas vice sponsi tui, cui tanquam filio divini eloquii nutrimentis alendo insistas, quem tamen tu conceperis ex libertate arbitrii. Timet enim dum sic se monumentis mens innovat, ne tentando, ut pridem periclitetur, et decidat. Facit ergo ita.

VERS. 12. — *Evolutis autem multis diebus, mortua est Sue, uxor Judæ. Qui post luctum eonsolatione suscepta, ascendebat ad tonsores ovium suarum, ipse et Hiras opilio gregis Odollamites in Thamnas.* Evolvuntur dies, cum sensim per teporem animi deficient virtutes. Sue Uxor Judæ moritur, cum ratio, quæ nobis spiritum lenitatis incentat, et quam pietas confessionis imprægnat, destituitur; quæ cum post luctum peccati consolationem veniæ suscepisset, ne postmodum in aliqua animæ relaberetur exitia, ascendit progressu mentis ad eorum exempla sanctorum, per quos absciderentur a simplicibus suis cogitationibus curæ sæcularis superflua. Ascendit, inquam, in Thamnas. Thamna interpretantur deficientes, vel numeri, vel fideles. Promovetur ergo ad hoc ut primum in se deficiat, et in Deo proficiat ut sic ad numerum fidelium pertingat. Ipse itaque et Hiras, quem Christum diximus figurare, pariter pergunt, 140 quia mores eum sui ab ipso non dividunt. Opilio dicitur mercenarius. Mercenarium autem Christum eo dixerim modo, quo nos oves, ut ipse perhibet (Joan. x, 15), suas a Patre sibi datas pro passione, quam pertulit, loco mercedis accepit. Cum dederit, inquit, dilectis suis somnum, ecce Domini hæreditas, filii merces, fructus ventris (Psal. cxxvi, 2). Et: Postula a me et dabo tibi gentes, etc. (Psal. ii, 8).

VERS. 13, 14. — *Nuntiatumque est Thamar quod socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oves. Quæ, depositis viduitatis vestibus, assumpsit teristrum, et mutato habitu, sedit in bivio itineris, quod ducit Thamnam, eo quod crevisset Sela, et non accepisset eum maritum.* Thamar nuntiatum est quod socer

ascendit ad tondendas oves, cum fervor et studium sanctæ conversationis, quæ quidem primo amara et angusta est, sed post læto latoque corde curritur, nuntio divini verbi vel Spiritus sancti tangitur, et ut verum confessorem animum abscidendis cogitationum superfluitatibus intendentem subsequatur, accenditur. (S. BENEDE. prolog. regulæ, sub finem.) Deponit viduitatis vestes, cum humiliat amore sponsi pro se mortui virtutes. Teristrum quod est, secundum aliquos, vel æstivi operimenti, vel pepli genus, assumit, cum puritatem, vel simplicitatem animi, qui caput dicitur, vel operum nitorem accipit. Habitum mutat, cum statum mentis innovat. In bivio itineris, quod ducit Thamnam sedet, non illo sane, quo dicitur: *Væ ingredienti terram duabus viis* (Eccli. ii, 14), sed illo, quo ad Deum per amorem tenditur, et in proximi charitatem flectitur; quo revera itinere ad comunionem vere fidelium itur. Sedere autem perseverare est. Hoc ideo facit, quia Sela, id est spiritualis qui nos obumbrat amor crescit quidem interius, sed non ita jugis et individuus, ut semper adhæreat quasi maritus.

VERS. 15. — *Quam cum vidisset Judas suspicatus est esse meretricem; operuerat enim vultum suum, ne cognosceretur.* Judas meretricem suspicatur, cum eam intuetur, quia sæpius considerato suæ actionis initio, pœnitentialis humilitas non pro æterna mercede, quod Deus est, sed pro inani aliquo commodo veretur ad bene agendum se incitari, dum ita nebulis cogitationum intentionis voluntas, quod est vultus, obtegitur, ut discerni vix possit qua quid mente geratur. (VERS. 16.) *Ingrediensque ad eam, ait: Dimitte me ut coeam tecum: Nesciebat enim quod nurus sua esset.* Ad eam ingreditur cum interiora propositi sui ratiocinando scrutatur. Permite, inquit, ut confessionis sanctæ amor tibi immisceatur; tibi que semper incumbat. Nescit enim, id est, non adhuc experitur quod Sela, id est spiritualis dilectionis umbra, et protectione, quasi mariti auctoritate, muniat. Ac si dicat: Quia fervorem spiritus necdum sentio, saltem fruar pœnitentiæ lamento. *Quid inquit, mihi dabis ut fruaris concubitu meo?* (VERS. 17.) *Ait: Mittam tibi hædum de gregibus.* Si mihi consociari pœnitentis et timentis more desideras, quia necdum ferventer amas, dic quid mihi conferas. *Hædum, ait, de gregibus mittam tibi,* peccati scilicet tui, quo apud Deum fetes cognitionem, exemptam de cogitationum turbis ac divisionibus; vel ereptam de gregibus, id est dæmonum concursibus, qui greges dicuntur, ob studiorum diversitates, et quia sunt unitatis extorres.

VERS. 18. — *Patiar, ait, quod vis, si dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris. Ait Judas: Quid vis tibi pro arrhabone dari? Respondit: Anulum et armillam, et baculum, quem manu tenes.* Si digitus in Scripturis aliquando intentionem signat, juxta illud, quod digitos nostros docet Deus ad bellum (Psal. cxliii, 1): anulus in digito, claritas sanctitatis est, in intentionis voto. Armilla autem

shio, continentiae virtus, scilicet a favoribus, A  
 onni operis exercitio. Baculus vero spiritualis,  
 istentamur gratiae est inter ista consolatio.  
 o arrhabone nobis dantur, donec mittat Judas  
 i, quem pollicetur, quia, antequam nostrae  
 lis actualisque miseriae putorem, poenitentiae  
 fessionis instantia, plene aperiat, labore suo  
 recesse est, tria ista disciplinae nostrae attri-  
 sine quorum luce perfecte nemo se noscat.  
*um igitur coitum concepit mulier.* (VERS. 19.)  
*gens abiit; depositoque habitu, quem assum-*  
*induta est viduitatis vestibus.* Ad simplicem  
 infusionis illapsum, bona proponit agere,  
 nimi emollita fecunditas, et in spe veniae assur-  
 id interiora, scilicet caelestia, inhianter tendit.  
 nsque per humilitatis gratiam interni habitus B  
 a, recordatur erga se viri sui pro se mortui  
 isericordiam; sicque tanto debito se penes se  
 it viduam.

. 20, 21. — *Misit autem Judas haedum per*  
*m suum Odollamitem, ut reciperet pignus quod*  
*mulieri. Qui cum non invenisset eam, inter-*  
*homines loci illius: Ubi est mulier quae sede-*  
*bivio? Per Christum, qui specialis noster est*  
 qui nos ad bene agendum quotidie contesta-  
 stri ipsorum cognitionem confessionis nobis  
 humilitas, quia quanto Christi unguentorum  
 ur odorem (*Cant.* 1, 3), tanto magis nostrae  
 conditionis intelligimus fetorem. Judae ergo  
 pignus quod dederat mulieri, quia quo magis  
 cernimus, tanto amplius si quid virtutis nobis C  
 i poenitentiae ingestum est, ad ipsum Domi-  
 umilitatis 140 praecipuum non ad nostras  
 eferimus. Mulierem dicimus ceptae disciplinae  
 itum, ob affectionem, et fecunditatem piorum  
 i. Sed is verus pastor non invenit eam in  
 meretricio, dum soli placere Deo sibi inest  
 o. Potest etiam mulier dici sedere in bivio,  
 utatur aliqua bona agere pro Deo, cum ea  
 ut pro saeculo. (VERS. 22.) Homines loci illius  
 les sunt motus, quos pastor Odollamites do-  
 onore status. Negant illi ibidem sedisse scor-  
 scilicet perseverasse cujuspiam spiritualis  
 ii malum. Sessio ad usum peccati pertinet,  
 : *In cathedra pestilentiae non sedit* (*Psal.* 1, 1). D  
 autem est negare, effectum suo non ita apud  
 evidenter ostendere.

. 23. — *Ait Judas: Habeat sibi, certe men-*  
*os arguere non poterit. Ego misi haedum quem*  
*eram, et tu non invenisti eam. Ego, inquit, ex*  
 e sanctae intentionis, cautae operationis, et di-  
 nter adversa consolationis, haedum propriae  
 onis adfuturum promiseram; ego, inquam,  
 i pie confessionis intuli quod promisi, tu, pa-  
 sterne, in bivio bonae exhibitionis, et gloriae  
 eam sedentem, id est sibi acquiescentem  
 veniri feceris; habeat ergo vitae nostrae di-  
 a pignus praemii aeterni tua munera, quia  
 cii argui non poterit veritas tua, quae profe-

ctum promisit poenitentibus in justitia. (VERS. 24.)  
*Ecce autem post tres menses nuntiaverunt Judae, di-*  
*centes: Fornicata est Thamar nurus tua, et videtur*  
*uterus illius intumescere.* Tres menses mihi videntur  
 dici trium plenitudines actionum, conversionis sci-  
 licet, profectus, ac perfectionis illius dico, quae est,  
 integritas charitatis; post quae tria humili nostrae  
 confessioni, a qua nulla virtutum dirimi summa  
 debemus, pro titillatione superbiae spiritus querimo-  
 niae accedunt, et de uteri, id est conscientiae tumore  
 nos arguunt; et a Sela, id est sancti Spiritus conju-  
 gio per elationis fornicationem excidisse conclamant.  
 Sed vera confessio, quae semper venit ad lucem,  
 produci jubet; *Quae enim arguuntur, juxta Aposto-*  
*lum a lumine manifestantur* (*Ephes.* v, 13); et hoc  
 ad comburendum, divini videlicet ignis conflagra-  
 tione lustrandum. (VERS. 25.) *Quae cum educeretur*  
*per confessionem ad poenitentiae penam, mittit ad*  
*socerum suum, ad initia scilicet recurrit antiquae*  
 confessionis ac poenitudinis, quae sibi ex humilitate  
 spiritum maritum quasi Sela, qui dicitur *umbra*,  
 genuerat; et se non de cupiditate saeculari hypo-  
 crisim concepisse, sed de humilis confessionis in-  
 stinctu, quae mysticum annulum, armillam et bacu-  
 lum, sibi attribuit, asserit perseverantis devotionis  
 affectum. (VERS. 26.) *Agnitis muneribus, ait: Justior*  
*me est, quia non tradidi eam Sela filio meo.* Agnoscit  
 munera, quia et suae a Deo sibi inesse novit conversionis  
 primordia, et promotionum incrementa. *Justior me est,*  
 inquit; ac sicut: Perseverantia sua ad justiorem du-  
 xit me statum, et quodammodo me ipsa justiorem me C  
 reddidit, et quia sancti Spiritus obumbrare mox ejus  
 initia charitate non potui, sub timore poenitentiae, a  
 me videlicet confessionis gratia ad bonos proferen-  
 dum fructus, impraegnari pio desiderio maluit. *At-*  
*tamen ultra non cognovit eam;* id est qui pridem  
 humilis suae confessionis oblitus nimium sua bona  
 attendendo intumuisse videbatur, jam dissimulat  
 propositi sui perpendere instantiam, ne inaniter  
 efferatur.

VERS. 27. — *Instante autem partu, apparuerunt*  
*gemini in utero, atque in ipsa effusione infantum,*  
*unus protulit manum, in qua obstetrix ligavit cocci-*  
 num. Partus instat, cum destinatio propositi pio  
 affectui appropinquat. Apparent in utero gemini,  
 cum ex conscientia prominere intelliguntur duarum  
 affectionum quasi ex uno fonte rivi. *In ipsa effusione*  
*infantum profert unus manum, cum ad operis exhibi-*  
 tionem animi ambitu accedente, prior Dei chari-  
 tatis effectus per interioris hominis compunctionem  
 egreditur. In qua *coccinum manu obstetrix ligat,*  
 dum ratio, quae cunctis animae casibus obstat, mor-  
 tificationem carnalium desideriorum in suo opere  
 insigniter servat. (VERS. 28.) *Iste, inquit, egredietur*  
*prior, id est amor Dei qui conceptus est, etiam usque*  
 ad efficaciam divinae contemplationis prosiliet. So-  
 let enim talis inchoantium esse fervor, qui sibi dum  
 se ignorat, summam quoque virtutis arroget, sed  
 illo, Dei dispensatione, per defectum quantum-  
 9

cunque amoris internæ vires imminente actionis, egreditur alter, scilicet obsequium fraternæ dilectionis; quæ quidem etsi minor est dignitate, præcedit tamen officii necessitate. Prius enim amandus est proximus visibilis, ut per hoc attingatur invisibilitas deitatis. Hoc duobus sancti Spiritus significatur datus.

VERS. 29. — *Dixitque mulier : Quare propter te divisa est maceria? Propterea appellavit nomen ejus Phares.* Mulier ab animi mollitie dicta, rationem ex aliqua adhuc parte humana sapientem signat. Unde et ipsa verba humanitus sonare videntur. Quare, inquit illa, cogitationum quasi lapidum unio in multas curarum vicissitudines divisa est? Mens enim nostra divini cæmento amoris cohibetur ad unum, quæ tunc dividitur, cum pro bene faciendo proximis, juxta Evangelium, erga plurima sollicitata turbatur (*Luc. x. 41*). Phares ergo vocatur, hoc est *divisio*, quia ex provisione fraternæ, divina interius ad horam dissipatur contemplatio. ■▲● (VERS. 30.) *Postea egressus est frater ejus, in cujus manu erat coccinum; quem appellavit Zara.* Coccus, unde coccinum, ex Græca etymologia ab igne dicitur, et etiam sanguinis ruborem præfert. Deus autem, qui *ignis consumens* vocatur (*Hebr. xii, 29*), passiones peccatorum, quæ ex carne et sanguine oriuntur, necesse est prius suo fervore excoquat, ut purificato interiori exteriorique opere, ad videndum Orientem lucis æternæ per stibium charitatis facies placeat. Zara autem interpretatur *oriens*, scilicet ipsa Dei dilectio, quæ totius legis quasi universalis luminis est plenitudo (*Rom. xiii, 10*), locus ac origo, in qua potissimum dicitur esse Dei visio.

#### CAPUT XXXIX.

VERS. 1. — *Igitur Joseph ductus est in Ægyptum, emitque eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægyptius, de manu Ismaelitarum, a quibus perductus erat.* Hoc supra expositum est, pigetque repetere. Sed notandum quomodo sub tot malis posito cum eo Deus fuerit, et in cunctis prospere egerit. Multos certum est sinere labi Deum, non ut in finem deserat, sed ut ex casu corrigat. Videtur cum his non esse, dum peccant; est tamen ut ex peccato proficiant, quod et in filiis Israel, et in Petro apostolo satis probatur, qui in ipsis suis casibus a Deo revisuntur potius quam reprobantur. Ex eo ergo quod ab ipso etiam inter crimina non deseruntur, cuncta sibi peccati adversitas in prosperitatem vertitur. (VERS. 2.) *Quia fuit Dominus cum eo, insignitur jam viri, id est viriliter contra vitia agentis vocabulo. Habitabatque in domo domini sui* (VERS. 3) *qui optime noverat Dominum esse cum eo, et omnia quæ gereret ab eo dirigi in manu illius.* Habitare ab eo quod est, *habere*, frequentative in flexum pro eo quod est, *dominari*, ponitur. In domo itaque, id est conscientia, qua nequam dominatus fuerat appetitus, proficiendi in Deum dominatur affectus, et experimento addiscit cupiditas Deum

A pio profectui adesse comitem, cum omnem ejus dirigit in exsequendis operibus potestatem.

VERS. 4. — *Invenitque Joseph gratiam coram domino suo, et ministrabat ei; a quo præpositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum, et universa quæ tradita fuerant. Joseph coram domino suo gratiam invenit,* cum sacri appetitus augmenti, cui nequam pridem dominabatur affectus, ad illationem carnalis illecebræ, ac si coram ipsius instantia divinæ protectionem gratiæ reperit. Et vero ministrat, cum ab ejus se feditatibus avertendo suggestionibus, ejus totius honestatis officia apponit et suppeditat. Ab eo præponitur omnibus, quia ex materia interioris pugnæ superandi occasionem præbens, id est affectus nos nostris motibus præfert, dum subigere nititur. *Domum creditam, et omnia nobis tradita gubernamus,* dum commissam a Deo conscientiam et cætera animæ bona sagaciter regimus.

VERS. 5, 6. — *Benedixitque Dominus domui Ægyptii propter Joseph, et multiplicavit, tam in ædibus quam in agris, cunctam ejus substantiam; nec quidquam aliud noverat, nisi panem quo vescabatur.* Domus Ægyptii propter Joseph benedicitur, cum conscientia tenebris cæcitatibus et ignorantia pridem pressa, per appetitum bene proficiendi divinis muneribus evehitur, et, tam in interiorum virtutum ædibus quam in agris, exercitiis videlicet corporalibus, cuncta rationalitatis ejus substantia, quæ structuris operum instar fortis fundamenti substat, augetur, et remoto veterum indignitatum usu, solus vitæ æternæ panis agnoscitur. *Erat autem Joseph pulchra facie, et decorus aspectu.* Illa videlicet facie, quæ a Domino lavari jubetur, cujus singulari tunc decore Deus aspicitur.

VERS. 7. — *Post multos itaque dies injecit domina oculos suos in Joseph, et ait : Dormi mecum.* Post multas virtutum claritudines, concupiscentia, postquam ad tempus siluit, rediviva veteris domini recordata consurgit, et quæ videbatur aversa, oculos, id est tentandi intentiones in bonam voluntatem congerit. *Dormi, inquit, mecum,* id est voluptatis oblata acquiescere suscipere somnum. (VERS. 8, 9.) *Sed operi nefurio nequaquam acquiescens, ait ad eam : Ecce dominus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua; nec quidquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ uxor ejus es.* Quia, inquit, is qui mihi dominabatur universas ineptias suas meo subegit imperio, et in domo quondam sua, scilicet conscientia ignorat quidnam suum notare queat, sed omnia parent rationis judicio, *præter te, concupiscentia,* quæ pravi affectus male feta uxor es, quæ inquantum suggerere mala non desinis, subigi omnino non potes. *Quomodo ergo possum malum hoc facere, et peccare in Deum meum?* Quod est dicere : Cum appetitus meus aliquando Dominus se mihi tradiderit, id est irrefragabiliter se meo juri tradi permiserit, quomodo concupiscentiarum tuarum effectui continentia mea convenire poterit?

10. — *Hujusmodi verbis et mulier morat adolescenti per singulos dies, et ille ut stuprum.* Per singulas virtutum clarissimo virile robur quasi adolescenti ingenti semper, neque blanditiis adversa est, affectualitatis ac si muliebris mollities; recusat illatas libidines. (VERS. 11, 12.) *Ac utem die, ut intraret Joseph domum, et uidpiam absque arbitris faceret; et illa apprecinia vestimenti ejus diceret: Dormi tecum. die Joseph domum intrat, cum incertitatis intelligentia, id est voluntate, quæ luxus ad bene agendum plena veluti luce dubia, inter affectus conscientiæ angulos discutienstrat.* Dilectio enim ista, quod est, *quadam*, merito ponitur. Unde dicitur fecisse *absque* quiddam, quia in tepido positus statu discrimen non habet plenariam. Interiores nempe notus sunt examinatorii. Et minus ferventia solet facile subripere concupiscentia. In omni discussione quidam ob difficultatem error obrepit. Unde et laciniam apprehendit intentionem, quæ per longanimitatem attenditur, et quæ interni nostri habitus palunitatem bonæ voluntatis colligit, ad se it. A lacinia enim quælibet laciniosa quod est longa, et nil eo productius quod ad usque pertenditur. Dormire secum postulat, oblivionis et negligentia labyrinthum labi provocat. *Qui relicto in manu illius pallio egressus est foras.* In manu mulieris pallium inus, cum tentationis fortitudini interiori hominem magis exponere eligimus quam idini suaviter succumbamus. In hanc manum datus, salva tamen anima illius (Job II, 6). *egredimur forasque egredimur, cum timore, qui uga est, divino corripimur, et extra nos per onum confessionem inus.*

13, 14, 15. — *Cumque vidisset mulier vestem bus suis, et se esse contemptam, vocavit hominum suæ, et ait ad eos: En introduxit Hebræum, ut illuderet nobis; ingressus est ad coiret tecum. Cumque ego succlamassem, et vocem meam, reliquit pallium quod tenebam, foras.* Videt mulier vestem in manibus suis, niam, cum sibi potestatem ac opportunitatibus aspicit impugnandi, sed nullatenus em adfore ingemit concupiscentia superandi. *bus,* nempe vestis, interna habitudo est sub dine tentantis. Vocat *homines domus suæ,* citat carnales motus conscientia. *En,* inquit, *ait,* haud dubium quin invalidudo carnalis, horariam momentaneamque religionem, riam scilicet virilitatem, quod significat viri nomen. Hebræus enim dicitur *transiens, ut t nobis,* qui iter videlicet sanctitatis niteretur, sed nequitiam perseveraret in aliquod aum progredi. *Ingressus est ad me* sub specie appetitus sanctitatis, non ut emendaret,

A sed ut sedaret, et diceretur. *Hic homo cepit ædificare, et non potuit consummare* (Luc, XIV, 30). *Cumque ego rationaliter succlamassem,* melius esse non vovere quam vota non reddere (Eccle. V, 4), et intellexisset vim vocis, *reliquit pallium,* interioris scilicet reverentia integumentum, mihi prohibito abutendum, *et foras* jam in turpem excedere cepit effectum. Hæc arrogat aliquoties sibi mens marcida, dum sic turbatur, ut nequeat discernere si vicerit, an sit victa.

VERS. 16, 17, 18. — *In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito revertenti domum, et ait: Ingressus est ad me servus Hebræus, quem adduxisti ut illuderet mihi. Cumque vidisset me clamare, reliquit pallium, et fugit foras.* Maritus animæ, ipse est intellectus; qui in domum revertitur, cum a sua dispersione ad cor regreditur. *In argumentum fidei* huic pallium ostenditur, cum mentis habitus nequitia infectus in probationem prævaricationis adducitur. *Ingressus est,* inquit, *ad me* servilis quidam non amoris, sed timoris motus, non qui in æternum in domo maneat, sed Hebræus, id est transitorius, quem tuo marito inteliectus solo initio affectus, sed nulla promotione profectus, quasi proludii causa induxeris; et cum me inclamitare sensisset, quia qui ante respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat, quia me interius vocari nesciebam, profecto consurgere ad nimis ardua respuebam, impatiens interioris impulsus, *fugit,* scilicet recurrendo ad remedium voluptuosi actus.

VERS. 19, 20. — *His auditis dominus, et nimium credulus verbis conjugis iratus est valde, tradiditque Joseph in carcerem, ubi vincti regis custodiebantur, et erat ibi clausus.* Audit, id est intelligit dominus, is videlicet qui pridem dominabatur nequam appetitus concupiscentia suæ monitus, et ejus incentivis invectus, in ea quæ concupiscit tanquam in conjugem tota delectatione deflexus, contra intellectualis profectus appetitum defurit, et *Joseph in carcerem* tradit, cum in tentationem se undique coarctantem, pii augmenti cor cupidum tradit. Ibi enim *vincti regis custodiebantur.* quia hi, qui corporis nexibus pressi, cupiunt dissolvi et esse cum Christo (Phil. I, 23), cum diversis impugnationibus appetuntur, D ab elatione utique vanitate custodiuntur. Ibi etiam clauditur quia sic sæpius mens propria seditione vallatur, ut nusquam pateat qua instans miseria evadatur.

VERS. 21, 22, 23. — *Fuit autem Dominus cum Joseph, et misertus illius dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. Qui tradidit in manu ipsius universos vinctos qui custodia tenebantur, et quidquid fcebat sub ipso erat. Nec noverat aliquid cunctis ei creditis; Dominus enim erat cum illo, et omnia opera ejus dirigebat.* Princeps carceris intellectus est, præeminens angustia tentationis. Is tradit in manu Joseph eos *vinctos qui custodia tenentur,* dum sub boni appetitus potestate redigit cunctas cogitationum illecebras, quibus animi vires præpe-



diuntur. *Quidquid* sit, *sub ipso* est, quia quidquid extrinsecus administratur, sub rationis providentia est. Et cum omnia contradat intima sua ad profectus studium, non novit profecto aliquid præter virtutis augmentum. *Dominus enim est cum illo*, in infirmitate virtutem facièdo, et per tentationes opera, ac si inter hiemis torpores semina dirigendo.

## CAPUT XL.

VERS. 1, 2. — *His ista gestis, accidit ut peccarent duo eunuchi, pincerna regis Ægypti, et pistor, domino suo. Iratusque Pharaon contra eos (nam alter pincernis præerat, alter pistoribus) misit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinculus et Joseph.* Postquam inter tentationes ita animus solidatur, tunc duorum illorum qui se pro Dei regno castrant eunuchorum reatus agnoscitur. Per pistorem rationis vis accipitur, quæ manu discretionis dubia quælibet novit pinsere; per pincernam bona voluntas, quæ spiritualis poculum dilectionis consuevit excipere. Postquam itaque gratia in conspectu principis carceris invenitur, fructus ejusdem gratiæ per intelligentiam culpæ, rationis scilicet ac voluntatis, aperitur. Utraque autem regis Ægypti esse dicuntur, quia et ratio ac voluntas nostra, ante conversionem, diabolo mundi principi servisse noscuntur. Porro peccant, cum sua peccata non dissimulant. Unde et justi dicuntur, qui se falso justificant. *Non veni, inquit, vocare justos (Matth. ix, 13).* Sed peccant suo Domino, quia quod se peccasse prænitendo fatentur totum fit irritando adjiciendoque diabolo. Cum autem multæ rationes, multæ pro causis voluntates sint, una tamen divinitus inspirata voluntas ac ratio, quasi pincerna pistorque præominet. Hi mittuntur *in carcerem principis militum* a Pharaone irato, cum sub jura rationis, quæ internæ militiæ nostræ primas est, rediguntur urgente diabolo etiam ipsa cum voluntate ratio. Ipsa enim ratio sibi subicitur, cum humana aliquid subtilitate appetens, divina moderatione reducit. Et voluntas si bona est, nil aliud quam ratio est. Attamen non sine maximo discretionis intuitu; sic per nomina, et etiam res distinguitur. Unde et in Apocalypsi throni, animalia, angeli, seniores dicuntur (Apoc. v, 6), idem quidem significantia, et tamen alio modo diversa. De hac captione in Apocalypsi dicitur: *Ecce missurus est ex vobis diabolus in carcerem et habebitis tribulationem diebus decem (Apoc. ii, 10).* In hoc carcere vinculus Joseph tenetur, cum ipsi interni appetitus augmenti tempestate diabolica præpeditur. (VERS. 4.) Sed pistor et pincerna a custode carceris Joseph traduntur, cum ratio et voluntas a divino qui sibi præsidet intellectu, qui inter ærumnas solus custodire sufficit, ad cœlestis augmenti desiderium quasi singulare refugium compelluntur. Aliud est autem bona voluntas, aliud boni appetitus augmenti, licet ipse sit bona voluntas, quia sunt, qui bonæ ad proximos affectionis sunt, sed promoveri ad altiora nolunt. Joseph his ministrat,

A quia solum meliora gerendi desiderium, defectus eorum reficit, et innovat.

VERS. 5. — *Aliquantum temporis fluxerat, et illi in custodia tenebantur. Videruntque ambo somnium nocte una, juxta interpretationem congruam sibi. Temporis fluit aliquantum, cum ex parte ab animo destituitur aviditas temporalium. Partim vero custodia tenti omnium nocte una vident, quia nondum corporalis expertes molestiæ, ut ad confitendum nomini Dei custodia prodeant, ad horam a negotiis extrinsecis sopiuntur et corde vigilant. in quo luce clariori somno mentis intuitu utilia, vitæque congrua suæ tractant. (VERS. 6, 7.) Ad quos cum introisset Joseph mane, et vidisset eos tristes, sciscitatus est, dicens: Cur tristior est hodie solito facies vestra?* Ad hos Joseph mane ingreditur, cum divinæ illustratione visitationis penetrante affectum, omnis conscientiæ recessus quid intelligat, quidquid velit secundum Deum discutit, et tunc *tristes* videntur, quia tanto magis intellectus ac voluntas affligitur, quanto ad interiora subtilius per supernæ lucis examen intratur. *Qui enim addit scientiam, addit dolorem (Eccle. i, 18).* Quem tamen pietatis affectio dolorem temperat et solatur, et faciem cordis, qua Deus videndus est, in eodem ipso qui hodie indefectibilis lucis habet constitutam, cur ab interni lætitiæ luminis aversioem solito gerant, causatur. Solet enim utilis plerumque tristitia, nisi caute moderetur, in aciditæ morbum verti.

C VERS. 8. — *Somnium, inquit, vidimus, et non est qui interpretetur nobis. Dixitque Joseph: Nunquid non Dei est interpretatio? Referte mihi quid videritis. Somnium vidimus, sed non est qui interpretetur, quia multa de statu rectæ vitæ contemplando intellectualiter attingimus, sed quomodo congruis effectibus intellecta 45 exponere possimus, copiam adhuc non habemus. At Joseph, id est sancti profectus aviditas, quæ totius tædii vincit acredinem, Dei est, ait, interpretatio, quia in quo mortalitas nostra præpeditur ad destinata gerendum, Dei expenditur adjutorio. Referte quid videritis, ad Deum scilicet reportantes optilem quæ proponitis.*

D VERS. 9, 10, 11. — *Narravit prior præpositus pincernarum somnium suum: Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, crescere paulatim gemmas, et post flores uvæ maturescere, calicemque Pharaonis in manu mea. Tuli ergo uvæ, et expressi in calice quem tenebam, et tradidi poculum Pharaoni. Præpositus pincernarum bonæ est voluntatis affectus, quæ ex eo quod Dei voluntati innititur, cunctis aliis voluntatibus principatur. Prior narrat, quia ipsa nisi præeat, ratio inaniter speculatur et cogitat. Vitem videt coram se, cum seipsam, bonam scilicet voluntatem, vini spiritualis, id est charitatis originem sibi proponit amandam. Quod enim amamus, præ oculis habere cupimus. In ea tres propagines sunt, quia tria principalia charitatis membra sunt. Primum quidem Deo intendens; se-*



um ad seipsum pertinens; tertium quoque a  
suis exemplo ad proximi dilectionem respi-

Ita enim sonat ac si dicatur : *Diliges teipsum, proximum tuum sicut teipsum* (Matth. xix, 19). *Et paulatim* crescunt, cum certa proposita tatis piæ interius cogitationis succi exculpunt. *Et paulatim*, quia grandi difficultate hæc fiunt. *Flores* uvæ maturescunt, cum post exhibitio-  
perum, quæ sanctarum fragrantias opinionum  
nunque diffundunt, conscientie dulcedine san-  
ioris vividæ ad plenum proficiunt. Calix Pha-  
s in manu est, cum quælibet pravi desiderii  
a diabolo immissa, sub rationalis voluntatis  
ate abstenta est. Tollit ergo uvas, ut exprimit  
licem quem tenet, cum divinam quæ intra latet  
linem, passionibus quas ægre sæpius tolerat,  
et; exprimumus enim, cum manu discretionis  
timus futuram gloriam, quæ revelabitur in no-  
Rom. viii, 18), ut amaritudines hujus tem-  
condiamus. Calicis nomine passionem signari,  
est Evangelium : *Potestis, ait, bibere calicem*  
i. xx, 22; *Marc* x, 38), etc. Inde tradimus  
um Pharaoni, dum ei retribuimus retribu-  
n suam, quam retribuit nobis (Psal. cxxxvi,  
i poculo, quo miscuit vobis, miscete illi  
is (Apoc. xviii, 6). Pharaonem vero qui dissi-  
dicitur, diabolum intelligimus.

is. 12, 13. — *Respondit Joseph : Hæc est in-  
tatio somnii : Tres propagines, tres adhuc dies  
post quos recordabitur Pharaon ministerii tui,  
tituet te in gradum pristinum, dabisque ei ca-  
juxta officium tuum, sicut facere ante con-  
as.* Ad bene agendum, inquit, sancta in  
proficiendi aviditas ex tua conditione præ-  
s, sed ad ea quæ digne sentis agenda solvi  
s. *Tres propagines, tres dies sunt*, quia primum  
s amor illustrat, deinde nos nostri notitia et  
clarificat, ut ad proximum lux nostræ dilectio-  
templorumque deveniat. Post hæc recordatur  
o ministerii nostri, et in gradum pristinum  
uit, cum recordari nos facit præteritæ nostræ,  
ad nostrum interitum diabolo inserviebamus,  
tatis; ita ut innumeris tentationum ingestio-  
ad eum quo sæculares fuimus modum, nobis  
so videamur abducti. Sed damus ei calicem  
officium nostrum, sicut ante consueveramus,  
ortiter ad cor redeunt, sicut dignitati ratio-  
tis nostræ competit, et a tempore conversio-  
nsuevimus calicem recipere impugnationis, in  
um possumus, audacter inferimus.

is. 14, 15. — *Tantum memento mei, cum bene  
erit, et facies mecum misericordiam, ut sugge-  
Pharaoni ut educat me de isto carcere, quia furto  
us sum de terra Hebræorum, et hic innocens in-  
missus sum.* *Tantum*, inquit, jugis intentio-  
rofectus non postponas, cum vires calici in  
onem ferendo susceperis, ut tot ipsum virtu-  
tibus urgeas, donec victus educat, id est  
sinens belli illati, velit nolit, vel obsidionem,

vel vincula solvat; quia clandestina suggestione de  
terru Hebræorum, id est de soliditate cogitationum  
jam ab imis ad superna transeuntium sublatus  
sum, et in lacum fluctuationis tamen ab appetitu  
peccandi innocens missus sum. Hæc augmenta  
quærens affectus ab ea, quæ sibi cooperatur bona  
voluntate expostulat.

Vers. 16, 17. — *Videns pistorum magister quod  
somnia prudenter dissolvisset, ait : Et ego vidi  
somnia, quod haberem tria canistra farinæ super  
caput meum : et in uno canistro quod erat excelsius,  
portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria, aves-  
que comedere ex eo.* Intelligit principalis nostra, a  
Deo scilicet illuminata ratio, unde et omnium hu-  
manarum rationum magistra est, quod proficiendi  
appetitus optime benevolentiam, quæ prævia est,  
de invisibilibus imbuisset, hoc enim præfert nomen  
somnia propriis effectibus, et ipsa infert. *Tria fa-  
rinæ canistra* se habere dicit super caput suum,  
dum tria principalia officia cogitationis se habere  
cognoscit in mente, intellectus scilicet, voluntatis,  
ac memoriæ. Liqueat caput in Scripturis poni solere  
pro mente. *Farina* autem ob minutias recte poni-  
tur pro cogitatione. Unde est : *Tolle molam, mole  
farinam* (Isa. 47, 2). Unum canistrum quod excel-  
sius cæteris est, ipsa ratio est, quæ voluntati ac me-  
moriæ prorsus præeminet. Ibi portamus omnes cibos,  
qui fiunt arte pistoria, quia ibi continemus quæque  
vitalia, quæ discutere potest discretionis diligentia.  
146 *Aves* autem inde comedunt, cum per elationis  
vitium ipsa elata dæmonia nos deceptos, quantum  
ad bona spectat quæ prudenter attingimus, con-  
sumunt.

Vers. 18, 19. — *Tria, inquit Joseph, canistra,  
tres adhuc dies sunt, post quos auferet Pharaon caput  
tuum, ac suspendet te in cruce, et lacerabunt volucres  
carnes tuas.* Intellectus, memoria ac voluntas, cum  
quædam, ut sic dicam, diurnæ luces animi sint,  
canistra tamen sunt, ad cannæ modum ex carnis  
conditione fragilia. Sed *Pharaon* post hos dies caput  
aufert, cum post interiorum sensuum illustrationes  
superbia illabente, capitalis virtus, quæ est humilitas,  
a virtutum membris separata disparet. Suspendit  
Pharaon in cruce, cum principali humilitate sub-  
lata, a toto bonorum operum mens damnata, impos  
et inanis effecta destituitur corpore; et hæc tota  
a diabolo fiunt, typico scilicet Pharaone. *Volucres  
carnes* comedunt, dum superba dæmonia carnalibus  
jam quæ sequuntur operibus nostris sese reficiunt.  
Affectus ergo noster, id est Joseph jam spiritualis  
augmenti appetens, per divinam prudentiam duo  
ista mysteria ac si duo somnia resolvit; in quibus  
illa duo intelliguntur, charitas videlicet, quæ ipsa  
est benevolentia, per principem pincernarum signa-  
ta, et scientia per magistrum pistorum figurata.  
Charitas, quæ non tentatione probatur, charitas  
non est; sed ipsa est, quæ poculum retributionis,  
et a Pharaone fortiter viriliterque refert. Simplex  
ergo voluntas perlatis passionibus proficit. Charitas

enim, quia naturaliter humilis est, ædificat (I Cor. viii, 1). Scientia vero, quia sæpius inflat (*Ibid.*), dæmones pascit. Unde et tria super caput fuisse dicuntur canistra, quia tria sunt sine quibus integra non potest constare scientia, ingenium scilicet, usus ac memoria. In his farina versatur, id est subtilitas cogitationis transigitur. Per cannam autem, unde canistra vocantur, supervacuitas vocalitatis et eloquentiæ signatur; quorum sensus est aliquos per simplicem benevolentiam absque scientia, et litteris, per patientiam proficere; aliquos per elationem ex fastu sapientiæ tractam, dæmonibus scilicet nutrimenta conferre.

VERS. 20. — *Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat.* Abhinc die tertio Pharaeo nascitur, cum post ineptam quæ primo intus oritur quasi quædam lux lætitiæ, et verborum deinceps jactantiam, et apertam postremo jam, et securam, ac si de clarissima scientiæ suæ die fiduciam. Pharaeo, id est dissipator sanctitatis, in animo nequam appetitus exsurgit. Vicissim enim hæc in nobis funestæ claritudines sibi succedere solent. *Qui faciens grande convivium pueris suis recordatus est inter epulas magistri pincernarum, et pistorum principis.* (VERS. 21, 22.) *Restituitque alterum in locum suum, ut porrigeret regi poculum, alterum suspendit in patibulo.* Conceptus corde Pharaeo usque ab robur pertinaciæ per triduum, quod prædiximus, evehitur, et tunc pessimarum pabulo gloriarum, pueriles et circumlatas omni vento doctrinæ cogitationes distendit. *Inter epulas recordatur magistri pincernarum, et pistorum principis,* cum post vel inter fastuum quasi quarumdam dapium ingurgitationes, ex ipso superbiarum pondere recordari nos facit, hinc quidem principalis nostri boni, quod est pietas voluntatis, quæ scilicet ergastulo addicitur, illinc rationis subtilitatum divinarum magistræ quæ itidem typo alligitur. *Alterum ergo in locum suum, ut regi poculum porrigeret Pharaeo restituit; alterum patibulo suspendit,* quia dum ex contuitu fatuitatis, et superbiæ nostræ fatigari incipimus, ex ipsa sua instigatione occasionem restitutionis, diabolo licet invito ministrante, voluntas nostra accipit, et locum piæ intentionis, qui proprie noster est, repetit, ut filiæ Babylonis, id est fluxui tentationis, qua confundimur, retributionem quam nobis retribuit (*Psal. cxxxvi, 8*), quasi poculum Pharaoni retribuamus; et intellectum quarumque scientiarum quasi pistoriæ artis principem (per hoc enim quæque ac si pinsendo discutimus, ne in superbiam efferamur) divini timoris patibulo affligimus, imo suspendimus, id est ab appetitu infimo sublevamus. Hæc Pharaeo agit, quia, dum nos tentat diabolus, aut pravus appetitus ad ista necessitate nos cogit, mentem enim ad Deum et ad se ipsam coadunat et stringit. Veritas conjectoris inde probatur, dum sancti profectus desiderium verax, et æquitatis continens, in æternorum transitoriorumque discretione ex effectibus judicatur. (VERS. 23.) *Succedentibus prosperis,*

*præpositus pincernarum interpretis sui obliviscitur.* Nam licet molestiæ interiores cum difficultate vincantur, pace tamen quantalacunque secuta proficiendi appetitus facile ab animo diducitur.

## CAPUT XLI.

VERS. 1. — *Post duos annos vidit Pharaeo somnium.* Annus primus in divina cogitatione; secundus in boni operis accipitur executione. De quibus in psalmo est : *Intellectum tibi dabo, et instruam te* (*Psal. xxxi, 3*), ut intellectui coopereris tuo. Sicut enim annus diebus, ita utrumque piis fulget actis et sensibus. Tertius in quo somnium videtur, perseverantiæ intentio est, unde illic sequitur : *Firmabo super te oculos meos* (*Ibid.*), scilicet ut secundem proventus tuos. Post annum ergo, id est illustrationem cælestis scientiæ, itemque annum operationis, videlicet institutionem piæ cum firmitas proponitur perseverantiæ, pravitas nostri appetitus, qui dissipatoris, quod est Pharaeo, jure censetur nomine : vel etiam ipse diabolus subtili quadam scientia sua, et instar somnii sibi soli cognita, portendit apud se ac providet futura post gratiæ experientiam disrimina.

VERS. 7, 8. — *Evigilat post quietem Pharaeo, et facto mane pavore perterritus, misit ad conjectores Ægypti, cunctosque sapientes; et accersitis narravit somnium, nec erat qui interpretaretur.* Quies Pharaonis, calliditas est, qua ad horam differt molestiam impugnationis. *Evigilat,* cum animum per turbam tentationis incurSAT. *Facto mane pavore terretur,* cum inter tentandum clarificata divinitus mente de subita repulsione turbatur. *Mittit ad conjectores Ægypti cunctosque sapientes* cum spirituale cogitationem circumvenire, ac vestigare ejus intentiones per mundanæ nititur astutiæ ratiocinationes. *Accersitis somnium narrat,* cum coacervata internorum motuum frequentia, de incertitudine invisibilium diabolus disputat. Non est qui interpretetur, quia spiritualis animus cum omnia judicet a carnalitate non circumscribitur.

VERS. 9. — *Tunc demum reminiscens pincernarum magister ait : Confiteor peccatum meum,* etc. Tunc pincernarum magister reminiscitur, peccatumque fatetur, cum bona voluntas, quæ salubris potum consilii cordi adversus Pharaonem propinat, negligentiam se arguit, quod aliquantula quiete arridente animi appetitum intermiserit excrescendi, quod est interpretis oblivisci. Joseph, qui *augmentum* sonat, ideo interpret dicitur, quia nunquam arcana capax divini mens esse potest, quæ non semper cælestis incrementi appetens est. (VERS. 10.) *Iratus rex servis suis, me et magistrum pistorum retrudi jussit in carcerem principis militum.* *Rex,* id est diabolus, qui filiis superbiæ dominatur (*Job xli, 25*), *servis suis,* non qui sunt, sed qui fuerunt, et jam a veritate liberati sunt, irascitur; in hos enim atrocius invehitur, ipse voluntatem, liberum scilicet arbitrium, et discutiendi ac si pinsendi principem intellectum

retrudit in carcerem principis militum, quia cogit per impugnationis ambitum, et coercescet veluti intra ergastulum ejusdem Satanæ, qui princeps eorum est, quæ militant adversus animam, vitiorum (*I Petr. II, 11*). Reliqua, ut superius exposita sunt, intellige.

Quod vero dicit: (VERS. 12.) *Erat ibi puer Hebræus, ejusdem ducis famulus*, ducem sane olim ipsum diabolum secutus, sed ad pueritiæ novitatem innocentiamque reversus, factus enim erat transitor, quod est Hebræus in carcere, de quo legitur in Apocalypsi, constitutus: *Ecce, inquit, missurus est ex vobis diabolus in carcerem* (*Apoc. II, 10*), etc. (VERS. 14.) *Protinus, ad regis imperium, eductum de carcere Joseph totonderunt; ac veste mutata obtulerunt ei. Ad regis imperium de carcere Joseph educitur, non quod diaboli imperium ad nostri pii desiderii liberationem, nisi solius Dei valeat, sed quia, juxta quorundam pravitatem, sensus laxare creditur, a quorum impugnationibus, Deo jubente, cessat. Unde et apud Danielem Nabuchodonosor percutere, humiliare et occidere dicitur quos volebat* (*Dan. V, 19*), cor cujus tamen non nisi in manu Dei erat. Tondetur, dum ea, quæ intentiones succreverat superfluitate, promptæ ferro discretionis et geminæ forcipe charitatis privatur. Vestis mutatur, dum mentis habitus innovatur. Ab his a quibus attonsus est, Pharaoni offertur, cum per spiritualium subsidia motuum ad hoc ut diabolo obsistat, promovetur. Offerre enim ex ob et fero, fers, compositum, proprie dicitur contra ferre. Unde et apud comicum vitium feliciter dicitur virgini oblatum, violentiam plane significans (*Ter. Ad. III, 1, 9*).

VERS. 15. — *Vidi, inquit, somnia, nec est qui edisserat. Ex industria hostis, et quasi ad imperium, ut præmisimus, suum, ab oppressionem nostra quiescit, ut quietis ac securis, quasi per questionum revolutiones inferat, quod impugnando non poterat. Est ergo sensus: Vidi, inquit, id est, intellexi incertitudinem invisibilitatum quæ appetis, quia quibusdam quasi somniis illuderit, nec est qui edisserat ea quæ cogitas vigor alicujus rationis; quæ audivi te prudentissime conjicere, id est quæ comperi te non scientia attingere, sed conjecturis æstimare.* Nota quod somnia vidisse, conjecturæ famam se asserit audisse. Certior est autem visus quam auditus. Certo, ait, teneo somniorum illa similia esse, quæ te ac si ex rumore haurio prudentissime, id est providentius quam necesse est velle conjicere. (VERS. 16.) *Respondit Joseph: Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni. Quod est dicere: Non meis æstimationibus, sed divinis aspirationibus tibi, diabole, et tuis illationibus utilia, et congrua referentur.*

VERS. 17, 18. — *Ait ergo Pharao: Putabam me stare super ripam fluminis, et septem boves de amne consurgere, pulchras nimis, et obesis carnibus; quæ in pastu paludis virecta carpebant. Ripa fluminis su-*

A per quem stat Pharao, mundi hujus est abrenuntiatione, in qua, dum a sæculi fluctibus tuti sumus, sub aliis speciebus, spiritualium scilicet vitiorum, diaboli subjicimur vestigio. Quidem enim portus maris, contemptus est curæ mundialis. *Super ripam*, et superius, *super fluvium* stare se pulat, quia non solum fluvium sæcularitatis sibi subjugat, sed etiam fiduciam habet quod Jordanis, hi scilicet qui a fastibus sæculi descendere, in eos potestatis influant. *Septem boves*, septem mihi videntur signari spirituales virtutes, 149 quas propheta memorat, super florem quiescentes (*Isai. XI, 1, 2*), per quas innuit bonorum omnium plenitudines, hic enim numerus signat universitates. Potest et quatuor principales virtutes, cum tribus naturalibus nostris, intellectu videlicet, ratione et imaginatione mistas, signare; quæ terram sensualitatis nostræ, ac si boves, subigendo discutiunt. Pulchræ autem sunt nimis, et obesis carnibus, quia eis, cum possidentur, nil omni parte beatius, præter Deum nihil est purius. Fæmineo autem dicuntur genere, quia totius religionis sunt matres ac materiæ. Ascendunt de flumine, qui sese proripiunt a sæculi conformitate. In pastu paludis virecta carpunt dum in præsentī vita, quæ palus, et illecebra est, spei immortalitatis amœnitate carptim tamen, per speculum scilicet et ænigma sese reficiunt.

VERS. 19, 20, 21. — *Et ecce assequabantur aliæ septem boves, in tantum deformes, et macilentæ, ut nunquam tales in terra Ægypti viderim; quæ devoratis et consumptis prioribus, nullum saturitatis dedere vestigium; sed simili macie et squalore torpebant.* Per septem alias boves aut temporalitas, quæ septem diebus excurrit, aut tota humanitas, quæ quatuor per corpus elementis constat, et in anima, ingenio, voluntate, et affectu præeminet, figuratur. Hæc cum absque Dei amore habentur, a spiritualis boni pinguedine, et a Dei imagine deformantur, quæ priores et sequuntur et devorant, quia multis post sanctitatis eminentiam turpiter ingeri contigit et humanitatis desidiā, et temporalitatis luxuriam, ita ut per reprobi sensus miseriam Ægyptiorum, id est sæcularium, qui nil unquam proposuere boni, transgrediantur spurcitiam, et non prioris solum vitæ non doleant casum, aut de ejus memoria, quia eam consumpserint, lacrymarum tandem aliquem exigant quo reficiantur sumptum; sed simili quo semel imbuti sunt peccati squalore tabescunt.

VERS. 22, 23, 24. — *Evigilans, rursus sopore depressus, vidi somnium: Septem spicæ pullulabant in culmo uno, plenæ atque pulcherrimæ. Aliæ quoque septem tenues et percussæ uredine, oriebantur ex stipula; quæ priorum pulchritudinem devoraverunt.* Dum nostris in cogitationibus, sanctitatis quod arripimus proposito, quasi ruinas comminans typicus Pharao hæc loquitur. Evigilat, quia per talium in animo meditantis retractationem fortunarum magnam inquietudinem excitat. Rursum tamen deprimitur, quia timor hujus ingestionis aliquando sopi-

tur. Vidi item *somnium*, ut quod suggestionibus A virtutum et spei (*Prov. xxiv, 16*). Septenarium famis ad motum sæculi referimus, ex qua parte penuriam abundamus.

Spicæ septem virtutum plenitudo est, unde et plenæ pulchræque dicuntur, ubi cum palearum integumenta, et aristarum adsit hispeditas, superfluitates cogitationum oppansas, et nequam affectionum sollicitudines in excitato jam animo signat erectas. In culmo autem uno pullulant, quia cum una sit fides, unum baptisma, unusque Deus (*Ephes. iv, 5*), ex hac ipsa unitate necesse est surgant. Potest et in culmo mens ipsa, ob sui inconstantiam dici notata, quam cum suis fructibus, septem aliæ temporalitatis B animalitatisque stipulæ steriles, et inanium gloriarum per auras exustæ subruunt, subrutasque totius pii actus oblivione consumunt. Hinc et fetus illas tenues boves dicit, non propter fecunditatem, sed quia virile opus vicinia effeminatæ voluntatis enervat et illicit.

Narravi convectoribus *somniorum*, nec est qui edisserat. Quod est dicere: Hæc, inquit, quæ tuæ suggesti prudentiæ multis aliis ingenio præditis, et invisibilia sagaciter discutientibus intuli, sed nil constans, vel fide dignum ab his accepi. (Vers. 25.) At Joseph: *Somnium*, ait, *regis unum est; quæ facturus est, Deus ostendit Pharaoni*. Ac si dicat: Præponere me præsentia tua de futuris, et tentationum insuper me vis absterrere molestiis, sed novi quia fabulæ quas intendis, post sanctitatis studia ruinam in tentando, unum portendant, ut scilicet me a bene agendo divertas, et cum omne sublimiter videas, et rex sis super omnes filios superbiæ (*Job xl, 25*), ostendit tibi Deus quomodo justorum corda per tentationes humiliet, et eos ex humilitate servatos, in perpetuum te cum tuis, juxta nomen tuum, dissipationibus damnato, coronet. Eandem ergo vim somnii comprehendunt (Vers. 26) *septem boves pulchræ, et septem spicæ plenæ*, quia etsi de nostra profectione graveris, tamen ipsum nostrum profectum ideo loqueris ut ab hoc ipso nos revoces, dum infortunia ventura minaris.

Somnia ergo, id est vana et cassa hæc, quantum ad te sunt, qui non nisi quod pravum est nobis propicis, nobis autem cum adversa vigilanter prævidemus *somnium* tuum vim habere cognosces perspicuæ veritatis, dum non deficimus per ea, sed subsistimus. Ubertatem enim supernæ dulcedinis septem anni spiritualium luminum plenitudinis typi nobis important, sed de flumine, quod juxta Psalmistam pertranseundum est (*Psal. lxxv, 6*), humilitatis pede, id est de præsentis excursu sæculi, ex surgit succi cælestis egena, instar vaccarum imago tetra libidinum, quæ absumit quidquid, quantum ad ejus æstimationem qui patitur, interiorius est virtutum. Unde dicitur: *Septies cadit, justus, secundum demissionem animi, et resurgit juxta reditum*

Quod vidisti secundo ad eandem rem pertinens, omnium firmitatis indicium est, eo quod fiat sermo Dei, et velocius impleatur. Vidisti, inquit, id est experiri singulariter me fecisti. His enim, qui nobis infesti sunt, dicere solemus, me solum vidisti. Experiri me ergo fecisti primo per suggestionem, secundo per delectationem, ad eandem tuæ non meæ destinationis rem pertinentem, firmitatis omnium meorum spiritualium votorum, cum inter incentiva tua perstiterint indicium est, eo quod sermo Dei fiat, ille scilicet, si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris, et velocius impleatur, ut non illapsa delectatio ad effectum ducatur.

Vers. 33, 34, 35, 36. — *Nunc ergo provideat rex virum sapientem et industrium, et præficiat eum terræ Ægypti, qui constituat præpositos per singulas regiones, et quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis, qui jam nunc futuri sunt congregat in horrea; et omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, serveturque in urbibus futuræ septem annorum fami*. Ac si diceret: Dum mihi hæc augmentum cælestis quærenti fallacibus minis intentas, intellectum ad hujusmodi viribus et industria refellenda valentem mihi inesse Dei gratia providere debueras, qui, dum terreni corporis hujus desiderii me subjicere moliris, ipsi quod revera terra Ægypti, angustiae scilicet et tenebrarum est; dum me urges, causas principandi ingeris, taliter sane sollicitatus ipse intellectus, per singulas sensuum exteriorum regiones, potentes rationis motus ad tutelam intimam præstituit, qui eorundem quinque sensuum frugalitatem, quandiu plenitudo introrsum cælestis exuberat, conscientiae horreo condens necessitatis tempore conservet et augeat: Illius, inquam, quando tu ad dissipationem animi potestatem tentandi acceperis, et in urbibus internæ quarumque virtutum custodiæ, vel ipsorum sensuum temperantiæ omnis fertilitatis illius, quo valles abundant frumenti (*Psal. lxxiv, 14*), supernæ scilicet sapientiæ, fami dispensatorie gustandi verbi Dei ad depressionem a Deo mentis inductæ, paretur. Quæ quidem fames Ægyptum opprimit, quia mentis coangustatæ tribulationibus crebris obscuritatem quadam consilii egestate magis quasi ad mali cumulum conqueasat, et contegit et cum ita flet, non consumetur terra inopia, reservato enim piæ intentionis semine æstivis serenitatibus, ad instar formicæ, in modum terræ cultibilis, cordis nostri feracitas subsistere poterit tentationis hyeme.

Vers. 37, 38. — *Placuit Pharaoni consilium, et cunctis ministris suis. Locutusque est ad eos: Num invenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Placere Pharaoni nihil aliud est, nisi evidentiae rationis quasi cedere, aut pravo effectui, qui et ipse Pharaon est, subjici, atque acquiescere. Ministri autem sunt motus animalitatis nostræ. Poterimus,*

ipsi appetitus cum suis stimulis, quidpiam ut icatur virtuosius, et quod magis Dei congruat ui invenire quam intellectum qui tot incommo-aleat solus obsistere? (VERS. 39.) *Quia ergo lit tibi Deus quæ locutus es*; id est quia ingenio nines providentiæ a Deo tibi dato, quia enim dbæres, unus spiritus es. (VERS. 40.) *Tu eris domum meam*, id est te præferam mundo, do-juondam meæ, quam si filia Regis esse velim, sci jubeor (*Psal. XLIV, 11, 12*), quia veteris i mei diaboli domus est, nec solum sed et conc-entiis ejus. *Et ad oris tui imperium cunctus us obediet*. Ille nimirum qui in psalmo oblivioni jubetur cum præfata Patris domo (*Psal. cxxxvi, d licet oris*, id est rationis imperio popularitas um obtemperet, uno tamen solio carnalis apti-æ præceditur, quia a nemine mortalium, vel nimis, ex toto superatur.

is. 41. — *Ecce, inquit, constitui te super uni- n terram Ægypti*. Si domus et populus tibi itur, tota ergo terrenitas sæcularitatis illico tibi e cogetur. Hæc verba sub Pharaonis specie sic lo coaptantur, ut non benevolentia, sed neces-qua nobis victus non officere sinitur, intelli-; et sic appetitui conveniant pravo ut eviden-ectiusque valeant concordare correcto. (VERS. ulitque anulum de manu sua, et dedit in ma- us: *Vestivitque eum stola byssina, et collo tor- auream circumdedit*. Anulus in manu Pharao- nysterium est iniquitatis in studio operationis, b ipso Joseph datur, cum ad sanctitatis deside- affectus a cupiditatum perversitate transfertur. lo autem celanda signantur, per quod nequitia-entum accipitur. Stola hyssina est incorrup- in spe jam gloria, vel conscientia munditia. ios vestit, cum ad hanc induendam non impe-ecole Evangelium de prodigo, sed pœnitenti, quæ reversus a patre dona percipiat (*Luc. xv, ollo vocem emittimus, cibumque et admittimus, nod vim consilii accipimus, quod nobis aliisque idimus*. Huic torques aurea circumponitur, cum næ documento veritatis, qua nil pretiosius est, nitur locutionis nullo obsistente, et illustratus e discretionis virtus.

● VERS. 43. — *Fecit quoque ascendere super m suum secundum, clamante præcone ut omnes i eo genuflecterent*. Currus Pharaonis impetus nitionis. Secundus autem currus est, non jam ialium cupiditas, sed illa quæ præcipue sanctos voluntarie pauperes impetit, humanæ laudis as. Major vero priore, sequentis acerbitas. Su-unc ascendere eum facit, cum cœlesti desiderio tiæ excursus deprimi permittit. Hi enim in us et hi jucundantur in equis (*Psal. xix, 8*), id i in cupiditatibus, et hi in superbiis. Præco- t cum sacræ paginæ, aut divini timoris vox i crebro cordi et auribus enuntiat ut omnes re-æ insolentiæ rigor, ad appetenda æterna, uid sibi inest cervicositatis inflectat. (VERS. 44.

A *Ego sum, inquit, Pharao, absque tuo imperio non movebit quisquam manum aut pedem in tota terra Ægypti*. Ego naturaliter cum sim levitatis et malo- rum appetens, tuis a modo imperiis, nec in terra Ægypti corpore, scilicet corruptibili quod aggravat animam (*Sap. ix, 15*), pedem affectionis, aut manum operationis moturus est deinceps citra convenientiam tuam.

VERS. 45. — *Vertitque nomen illius, et vocavit eum lingua Ægyptia, Salvatorem mundi*. Vertit ergo, id est verti facit quod, secundum veterem statum, pravus vocabatur appetitus, nunc dicitur pietatis affectus. *Lingua Ægyptia vocat eum Salvatorem mundi*, quando per experientiam tribulationis sese coangustantis hoc enim sonat Ægyptus; *lingua*, id est sententia per pœnitentiam pristina vanitatis commutata, carnalitas mundialitasque cœlestium appetitum salutis propriae fatetur auctorem. *Deditque illi uxorem Aseneth, filiam Putipharis sacerdotis Heliopoleos*. Aseneth ruina interpretatur; Putiphar, os inclinans ad dissecandum; Heliopoleos, solis ci- vitas. Filia pravi nostri appetitus, qui os, id est aditum conscientia semper inclinatur, ut quod spiritu Dei unitum est, dissecet et dirimat, ruina peccati est. *Concupiscentia enim cum conceperit parit pec- catum* (*Jac. 1, 15*). Pharao dicitur dissipans, vel discooperiens cum. Hæc uxor Joseph a Pharaone datur, quando ab ipso nequam appetitu ob causas suæ primo per vitia dissipationis superni aug- menti desiderio, velut uxor adjungitur, ut dum perpetratorum malorum ruina perpenditur, et ini- quitatum earundem fructus, quem signat Pharaonis, Putipharisque nomen, attenditur; inde proles pii operis propensius propagetur. Putiphar sacerdos est, Heliopoleos, quia nequitia concupiscentia sacra, id est execrabilis dux est viae, qua itur ad civitatem, non veri solis, cujus artifex et conditor Deus est (*Hebr. xi, 10*), sed quam eam ædificat ubi fervent incendia multifidae tentationis.

VERS. 46. — *Egressus itaque Joseph ad terram Ægypti (triginta autem annorum erat, quando stetit in conspectu regis Pharaonis) circumivit omnes regiones Ægypti. Ad terram Ægypti egredi dicitur, et sic Ægypti regiones circumire, quia nisi sæculi ter- renitatem animi majestate excesserimus, omnes sensualitatis nostræ partes, quasi Ægypti latera, debita auctoritate despiciere non possumus. Licet ergo in corpore constituti, extra ejus desideria, quasi extra castra, ad eum, qui extra portam pas- sus est, exire debemus* (*Hebr. xiii, 12*). Sicut enim quispiam fetoribus assuetus, miseriam quam patitur putoris ignorat, donec ad liberi ac nitidi aeris puritatem procedat, ita vitiorum confusione submersus, ipsas malorum nequaquam, quibus obsi- detur, atrocitates attendit, donec ipsas pestes præ- libato aromate honestatis excedat. Unde et in Apo- calypsi a longe dilectores Babylonis dicuntur stare (*Apoc. xviii, 15*), ut ejusdem interitum ab ea semoti valeant pensare. Ternarius ad Trinitatem, denarius

ad præcepti attinet executionem, quæ duo cum nobis sunt in desiderio, satis jam congruit in conspectu Pharaonis, quod est præsens violentia demonis, statio, id est ad ejus illationes decertatio.

VERS. 47, 48. — *Venitque fertilitas septem annorum; et in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Ægypti. Omnis etiam frugum abundantia in singulis urbibus condita est. Ubertatis tempore in manipulos rediguntur segetes, cum prosperitate divinæ aridente dulcedinis, bona nostra passim ac quælibet acta sub censura ac si sub vinculo superni constringuntur amoris, quod est oleum habere in vasis. In horreu congregantur Ægypti, quia thesaurum hunchabemus in fictilibus vasis. Frugum abundantia in singulis urbibus congregatur, cum plenaria continentia virtus in unoquoque sensuum stabilitur, imo conditur, quod occultationem vigilanter sonare intelligitur. (VERS. 49.) Tantaque fuit multitudo tritici, ut arenæ maris cœquaretur, et copia mensuram excederet. Multitudo tritici maris arenæ cœquatur, cum virtutis exuberantia, tum mentis serenitas, ac levitas conveniunt et junguntur. Arena enim mollis et grata planitie est. Copia mensuram excedit, cum bene agendi facultas ultra humanæ consuetudinis usum plerumque suppetit.*

VERS. 50. — *Nati sunt autem Joseph filii duo, antequam veniret fames; quos ei peperit Aseneth, etc. Filii ejus animæ cœlestis augmenti avidæ nascuntur, dum præmisso pœnitentiæ bono sanctitatis opus subsequitur. Hæc ex ruina dissecantis appetitus filia, quem ductorem habuit ad criminum solstitia; gignuntur, 15 quia abundavit peccatum, gratia uberius juxta Apostolum infunditur (Rom. v, 20). Solis nomine æstum tentationis accipi, teste est illud, quod orto sole æstuaerunt homines (Matth. xiii, 6), ut Dominus ait: (VERS. 51.) Primogenitus dicitur Manasses, qui dicitur obliviscens, quia, inquit, oblivisci me fecit Deus omnium laborum meorum, et domus patris mei. Illa enim pœnitudo est veritas, si vetera et præterita, in quibus laboravimus et onerati fuimus, obliviscentes; et domus diabolicæ paternitatis nobis aditum obstruentes, ad futuram novitatem extendamur. (VERS. 52.) Secundus Ephraim vocatur, quod fructificans dicitur: Crescere enim, ait, me fecit Deus in terra paupertatis meæ; in quo intelliguntur pietatis exercitia, quæ fructus sunt vitales emergentes jam in corpore, quod fuit olim internæ paupertatis, dans materiam terra, ubi et accipimus verso ordine nunc incrementa.*

VERS. 53, 54. — *Igitur transactis septem annis ubertatis, qui fuerant in Ægypto, cœperunt venire*

*A septem anni inopiæ, quos prædixerat Joseph, et in universo orbe famas prævaluit. Divinæ infusionis plenitudine exacta, interioris victus accedit inedia, quia nisi gratia ad tempus deserat, tentatio locum non invenit, quo se inferat, et in universo orbe, omnimoda videlicet perfectione, quæ pridem fuerat languoris interni miseria incubat. Orbis ob sui rotunditatem pro perfecto ponitur, ut est: Auribus percipite qui habitatis orbem (Psal. XLVIII, 2). In cuncta terra Ægypti non erat panis. (VERS. 55.) (qua esuriente clamavit populus ad Pharaonem alimenta petens. In tota terra Ægypti non est panis, quia in omni mundiali desiderio non est ulla alimonia mentis. Non enim invenio, ait Apostolus, in carne meo bonum (Rom. vii, 18). Pane vero gratiæ consumpto Ægyptus tenebrarum, et tribulatio coangustans, non habens unde inanitatem ventris adimpleat, et in siliquis constans nihil reperiat, merito esurit. Clamat ad Pharaonem, quia, juxta Evangelium, expetit regionis principem, sed dum non reficit ex porcorum cibo famem (Luc. xv, 15, 16), quasi ex principis vel Pharaonis responso repetit, et exoptare cogitur mercenariorum panem. Ite inquit, ad Joseph, cœleste augmentum appetite, et quidquid vobis indixerit, facite. Sicut enim cupiditas malorum, sic omnium est pia affectio magistra bonorum.*

VERS. 56. — *Crescebat autem quotidie famas in omni terra, quia, gliscente motuum corporalium morbo, non habet quod defectui suo propinet, aut suggerat inops conscientia; quærendi ergo sunt ab amico Joseph tres panes, qui apponantur Ægypto reversæ de via (Luc. ii, 5). Aperuitque Joseph universa horrea, et vendebat Ægyptiis; nam et illos oppresserat famas. (VERS. 57.) Omnesque provinciæ veniebant in Ægyptum, ut emerent escas, et malum inopiæ temperarent. Joseph universa horrea aperit, cum interni aviditas profectus assurgens, totius rationalitatis, juxta quod cuique rei congruum est, copias pandit. Ægyptiis vendit, dum ab eis quod Ægypti sunt, id est quod sæcularitati intenderunt, per confessionem accipit et postmodum stipendia dignæ consolationis expendit. Illos enim opprimit famas, quia motus præcipue ægrimoniam hanc perferunt animales. Omnes provinciæ veniunt in Ægyptum ut escas emant, cum omnes exterioritatis nostræ dispersiones ad tribulationis angustia, mœroris etiam ac tenebrositatis propriæ miseria contuendas accedunt, ubi remedium sibi refectionis cujusdam ex doloris impensione exigunt. Fuerant enim cuidam lacrymæ suæ panes die ac nocte (Psal. xli, 4). Ægyptus autem et tribulationem et cætera quæ præmisimus nomine sonat.*

## INCIPIT LIBER DECIMUS.

## MORALIUM IN GENESIN.

iante Deo decimum, quem et putamus ultimam Genesi libellum adorimus, illum qui pro se tibus denarius est, exorantes, ut qui huc excursuum dedit, finem largiatur honestum. namque suo, in hoc opusculo, et saluti suamur militare servorum. Sequitur ergo sacra

## CAPUT XLII.

1, 2. — *Audiens autem Jacob quod alimenta ut in Ægypto dixit filiis suis : Quare negligi-  
 3 Audivi quod triticum venundetur in Ægypto-  
 4 scendite, et emite nobis necessaria, ut possimus et non consumamur inopia.* Intelligit verus supplantator, intellectus scilicet noster, hoc udire suum est, quod in Ægypto, id est in miseriam confessione spirituale acquiratur am : *Os enim meum aperui, et attraxi spiritum.* cxviii, 131), et cogitationes ex scientiam genitas tanquam filios de negligentia arguit. ite, inquit, id est humiliamini, et pie prenitutudinis impendite, ut opem consequamini cessaria est vitæ. (VERS. 3, 4.) *Descendentes fratres Joseph decem, ut emerent frumenta, in m, Benjamin domi retento ab Jacob qui dixeribus ejus : Ne forte in itinere quidquam parali. Decem fratres Joseph, vel virtus universa alogum instituta, vel corpus et anima amoris innixa, cœlesti incremento germane conad pabula interna quærenda se flectunt; sed n, qui filius deateræ dicitur, amor scilicet vitæ, ab Jacob domi tenetur, quia spiritui inscientiam semper necesse est, ut individuetur; ne si exterius prodeat, inter inaniam auram damnis aliquibus tenuetur.*

5. — *Ingressi sunt terram Ægypti, cum aliis gebant ad emendum. Terram Ægypti ingre-  
 6, cum terrenæ affectionis tenebras et angu-  
 7 res interioris hominis congestæ irrumpere, iere nituntur; unde et alios, qui iisdem piis onis instilere, vel instant, sanctos viros ar. Erat autem fames in terra Chanaan. Chacitur paratus humilitati, significans animum, quæ per Ægyptum figuratum terrestri affequasi iniqua quadam humilitate, dejectum, rnae præstolantem famis interitum, nisi a prælato Ægypti vitalis sibi tritici fuerit ne subventum. (VERS. 6, 7.) Cumque adocum fratres, et agnovisset eos, quasi ad alienos loquebatur, interrogans eos : Unde venitis?  
 8, inquirunt, Chanaan, ut emamus victui ne-*

*A cessaria.* Adorant, cum in veneratione habent, agnoscuntur, cum nostri rationales motus dulcedinem ejus experiuntur ac diligunt. Appetitus cœlestis, quasi ad alienos, durius loquitur, dum divina dispensatione minus arridet plerumque menti quam ipsa voluerit. Unde, ait, superna sperare poteritis, qui a sæculari amore non disceditis? Terrenitatem, aiunt, qua dæmoniiis ut transirent iniquæ humilitatis dorsum præbebamus, nos incurvari jubentibus reliquimus, et alimoniam vitalitatis æternæ datis præsentium impendiis requirimus.

VERS. 8. — *Et tamen fratres ipse cognoscens, non est agnitus ab eis.* Fratres cognoscit, cum totius sanctitatis mores a nobis cognosci facit; ab eis vero non agnoscitur, quia et si ex aliquo amore partim videtur et scitur, nunquam tamen augmentum spirituale in hac vita ad perfectum capitur. (VERS. 9.) *Recordatusque est somniorum quæ aliquando viderat, et ait ad eos : Exploratores estis; ut videatis infirmiora terræ venistis.* Recordatur somniorum, cum sibi præponit assidue qua imbutus est providentiam futurorum. Non ita, inquit, ut dicitis Chanaanitidem respucistis, sed non solum infirma quæ humanitati atinent, verum infirmiora, quibus terreni animi sordent, scilicet vitia intentiones vestræ explorare student. (VERS. 10.) *Non, aiunt, ita est, domine, sed servi tui officiorum cœlestium memores, his ac si cibo refici expensa in pretium omni voluptate desiderant. (VERS. 11.) Omnes filii unius viri sumus.* Illius, videlicet quem pro sui unitate septem mulieres apprehendunt (*Isa. iv, 1*), et quia vir est et unus est, *pacifici* jam apud Deum et homines venimus. Cumque Deo et proximis pro Deo placere gestimus, quid mali æstimas machinemur? (VERS. 12.) *Immunita, ait, terræ hujus considerare venistis.* Quod est opportunitates adhuc peccandi observatis, nec ad vires animi, sed fragile corpus attendentes desipitis.

VERS. 13. — *Duodecim, inquirunt, servi tui fratres sumus.* Quia, per Trinitatis amorem, quatuor Evangeliorum, vel quatuor principalium virtutum perfectiones germana pariter devotione prosequimur, et cum in terra Chanaan essemus, ad filiationem illius unius de quo jam dictum est viri vocati sumus. *Minimus* non propter indignitatem, sed propter spiritualitatis subtilitatem, spes scilicet nostra cum Patre cœlesti est, ubi etiam secundum hanc diversamur. *Alius non est super,* quia mundi appetitus, qui nos super equitaverat olim jam supernorum desiderio est subler. (VERS. 14.) *Hoc est, ait, quod lo-*

*cutus sum, exploratores estis* (14). Tharsis dicitur exploratio gaudii, in spiritu autem vehementi conterit Deus naves Tharsis (*Psal.* XLVII, 8). Jam nunc experimentum capiam mundana vos adhuc aucupari gaudia. (VERS. 15.) *Per salutem Pharaonis, non egredimini hinc, donec veniat frater vester minimus.* Salus Pharaonis est, non qua Pharo salvatur, sed qua potius a typici Pharaonis incursione salvamur. Ita, inquit, a bonorum omnium dissipatore salver, quod non hinc, id est ab appetitu cœlestis augmenti, excedere ad terrena vos liceat, donec spei æternæ fructus, qui in cœlis apud Patrem absconditus est, veniat. *Minimus* etiam ideo est, quia et minimi amplius diligi, et curari solent, quod totum attinet ad spem.

VERS. 16. — *Mittite ex vobis unum, et adducat eum : vos autem eritis in vinculis, donec probentur quæ dixistis, utrum vera an falsa sint.* Illum unum principalem mittite, ac si sequestrum charitatis affectum, ut quod prospicitis spe exhibeat vobis in re. Vos autem, interim a sæculari cohibendos, sub disciplinæ vinculis scitote lascivia, ut probetur sub meis accusationibus, vestræ devotionis ac perseverantiæ defensio facta. (VERS. 17, 18.) *Tradidit ergo eos in custodia tribus diebus. Die autem tertio eductus e carcere, ait : Facite quod dixi, et vivetis : Deum enim timeo.* Prima dies est conversio; secunda, virtutum promotio; tertia, cœlestis remuneratio. Sub conversionis ergo vocatione, sub promotionis justificatione, sub remunerationis adhuc tamen per spem glorificatione, rationis mancipamur custodiæ; sed cum de timoris die tertio eruimur carcere, jam placidius monet vitam mandatorum impletione mercari *Deum enim, inquit, timeo*, non pœnaliter jam, sed ex parte paternitatis desiderio. (VERS. 19.) Si ergo pacem a vitis mecum jam habere cœpistis, *frater vester unus ligetur*, charitas illa nil jam suspecta de supplicio carcerem amodo lugeat, quo retinetur a regno; *vos autem abite* ab intentione forastica, et divini saporis ad singularum diverticula virtutum; *ferite frumenta.* (VERS. 20.) Ex quo minimus frater, spes videlicet mihi ampliata proveniat, et veracior vestræ allegationis ad vitæ præmium professio pateat.

VERS. 21. — *Fecerunt ut dixerat, et locuti sunt ad invicem : Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ ejus cum deprecaretur nos, et non audivimus. Idcirco venit ista tribulatio super nos.* Postquam desiderio cœlesti factis acquiescimus, et gravitudinem vitæ mutationis attendimus, intra nos ista conferimus: *Hæc merito difficultatum mala patimur, quia contra interiorem hominem peccavimus, cum ipse legi Dei; quoniam bona est, consentiens, inter angustias tentationis invitus, et quasi ratiocinans traheretur ad culpam, et non audivimus. Idcirco in quo gratis et nullo cogente ruimus, juste sub indesinenti malorum tribula jacemus.* Propter hunc fratrem, ne scandali-

(14) Nonnihil hic deesse videtur.

zetur, in æternum carnem non manducat Apostolus (*I Cor.* VIII, 13). (VERS. 22.) *E quibus unus Ruben ait : Nunquid non dixi vobis : Nolite peccare in puerum, et non audistis me? en sanguis ejus exquiritur* Conquerantur taliter adversum se motus interni sed Ruben, qui dicitur *videns in medio*, id est ratio quæ corporalia communiter spiritualiaque dijudicat, super sua eos redargutione commemorat, quod in se hebentem scilicet adhuc, et ad conflictuum labores tenerum peccare vetuerit et audire, spernentibus peccati, quod est sanguinis, Deus pœnas intulerit.

VERS. 23, 24, 25. — *Nesciebant autem quod intelligeret Joseph, eo quod per interpretem loqueretur ad eos. Avertitque se parumper, et flevit; et reversus locutus est ad eos. Tollens Simeon, et ligans illis præsentibus.* Dum ita de animorum agritudinibus sensus interni ingemunt, hanc ipsam intelligentiam a mystico Joseph sibi infundi plerumque nesciunt: nisi enim spiritualibus augmentis instarent, nunquam eos corporalia vitia fatigaret, eo quod media inter utrosque cogitationis querela discurret, quæ tamen idipsum quod fastidio præsentium tangitur, quodque de hoc ipso apud se altercatur, ab eodem, qui melioribus augeri exoptat, infunditur. Avertit ergo *se parumper* et flet, cum a corde transitoria dimovet, et quidquid noxii in affectibus humoris existit, a se patenter extorquet. *Parumper* id agitur, quia tanta sui auctoritas non diu menti conceditur, unde et *reversus ad eos* loquitur, quia citius ad prædicta ratiocinia velit nolit revocatur. Simeon, qui dicitur *audiens tristitiam*, ipse spiritus est, qui de sua semper instabilitate tristatur. Is tollitur, cum ab infimis elevatur, *illis præsentibus* ligatur, quia contractis ad hunc ipsum externis internisque sensibus, divini timoris clavis astringitur. Potest et per Simeonem affectus carnalis accipi, qui crebras tentationum experitur tristitias. *Jussitque ministris ut impleret saccos eorum tritico, et reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra cibaria in via; qui fecerunt ita.* Ministri cogitationes sunt, quibus jubetur, ut saccos tritico impleant, scilicet corporalium passionum molestias divini verbi pabulo consolari studeant, ut Psalmistæ concinant: *Conscidisti saccum meum, et circumdedisti me lætitia* (*Psal.* XXIX, 12). Per hos ministros quælibet hausta forinsecus suggeruntur tractanda rationi. *Pecunias singulorum in sacculis* reponunt, cum sententias quibusque sensibus muniendis aptas in memoriis condunt. Cibaria insuper dant, cum debitas supernæ gratiæ refectioes in hujus sæculi tractu, intellectus desiderii fideliter obaudiendo ministrant.

VERS. 26. — *At illi, portantibus frumenta in asinis, profecti sunt, id est in corporibus, quæ quantum in se est, rude quiddam in modum asinorum sunt, thesauros divinæ sapientiæ caute ea regendo ac premendo ad proposita tendunt.* (VERS. 27, 28.) *Apertoque unus sacco, ut daret jumento pabulum in diversorio, contemplatus pecuniam in ore sacculi, dixit*



*bus* : *Reddita est mihi pecunia mea, en habetur* A  
*co.* Unus saccum aperit, cum sensus mentis  
 et cujuslibet passionis naturam sibi ipsi per  
 ientiam patefacit. Inde dat *jumento pabulum*  
*ersorio*, quia ex ipsa impugnationis occasione  
 pabulum cœlestis quærere cogitur, quod corpo-  
 ppetitui objiciat in remotis conscientiæ. Os sac-  
 aditus est peccati, ubi debet pecunia divinæ  
 tiæ ad idem refellendum inveniri. Redditam  
 bus pecuniam nuntiat, dum ejusdem mentis  
 us opportune sibi, tentationis scilicet tempore  
 um, Scripturæ testimonii recordationem inti-  
 et ad idipsum gratulando corroborat. Habetur  
 co, cum vis divini præcepti, ne forte perofflu-  
 inseritur carnali desiderio. *Et obstupefacti tur-*  
*ie, dixerunt mutuo : Quidnam est hoc quod fecit*  
*Deus ?* Mirandum plane satis est humanis  
 us, cum ligari a Deo se vident mandato-  
 suorum compedibus, qui absterreri quon-  
 vix gladiis impendentibus poterant ab scele-

is. 29, 30. — *Veneruntque ad Jacob patrem*  
*in terram Chanaan, et narraverunt ei omnia*  
*icidissent. Locutus est nobis, inquit, domi-*  
*erræ dure, etc. In terram Chanaan veniunt,*  
 affectionis terrenitatem ad peccandi concupi-  
 as sese turpiter demittentem, germanæ ratio-  
 tum vires, donec ad supereminentiam acce-  
 intellectus, qui universitatem vitiorum sup-  
 st, irrumpunt. Intellectus enim contemplativa  
 otitia dicitur, et ideo omnem rationis modum  
 greditur. Huic narrant quæ sibi acciderint,  
 ad hunc referuntur discutienda quæcunque  
 diversa vel prospera ingruerint. *Locutus est*  
*dominus terræ dure, scilicet spiritualis de-*  
 um incrementi, quod supereminet omni terræ  
 e, objecit nobis initia bene vivendi pro-  
 titibus incommoda difficultatis venturæ. Cæ-  
 quæ sequuntur superius tractata, non egent, ut  
 r, repeti.

is. 35, 36. — *His dictis, cum frumenta effun-*  
*t, singuli repererunt in ore saccorum ligatas*  
*ias. Exterritisque simul omnibus, dixit pater Ja-*  
*Absque liberis me esse fecistis. Joseph non est*  
*Simeon tenetur in vinculis, et Benjamin au-*  
*is : in me hæc mala omnia reciderunt.* Postquam  
 intellectus lance omnia trutinantur, singuli  
 anta effundunt, cum divini subsidia consilii  
 etipsis interiores sensus aspergunt. *In ore sac-*  
*ligatas pecunias* reperiunt, cum in ipsa sug-  
 ne carnis, passionum insertas salutaris præ-  
 senti censuras, quæ his obviant, ex consuetu-  
 resistendi sibi inolitias custodiunt. *Simul om-*  
*xterrentur, cum sollicite interioris hominis*  
 adversus corporis illecebras secundum Scri-  
 rum decreta redduntur. Sed dum intellectus  
 stodiarum vexatione turbatur, quondam fra-  
 fastidiose absque liberis, honorum scilicet  
 m fructibus, factum perhibet, dum ad omnia

nititur, et quasi nil se explicuisse videt. *Joseph*, in-  
 quit, cura videlicet cœlestis augmenti, visibillum,  
 ut assolet, amorem non superat affectus, qui ob  
 pietatis gemitum Simeon olim merito dicebatur,  
 vinculis carnalitatis astringitur. *Benjamin*, qui spes  
 electionis, quæ per dexteram signatur, accipitur,  
 vultis auferre, quia omnia præsumptive aggre-  
 dini, a quibus, cum vos relabi contigerit, cogetis  
 me etiam de salute desperare. Hæc humanitas ad  
 se decidens intellectualitas solet dicere. Hæc, in-  
 quit, omnis sanctitatum excellentia in mea mala  
 recidet.

Vers. 37. — *Cui Ruben, qui dicitur videns filium,*  
 ipsa profecto intellectualitas seipsa subtilior jam  
 corrigi incipiens, et intendens cæpti laboris fru-  
 ctum, quia non sine dolore parimus quidquid est  
 bonorum operum, *respondit : Duos filios meos inter-*  
*face, si non reduxero cum tibi. Trade in manu mea,*  
*et ego eum restituam tibi.* Ac si diceret : Duos prin-  
 cipales charitatis affectus, ad Deum scilicet et  
 proximum, quos foveo, dum perfectionis futuræ  
 robur attingant, in temet interime, si tradideris eum  
 manus meæ, id est si secundum rationalitatis ope-  
 rationem ac magisterium direxeris spem, per effi-  
 cientiam consecutæ beatitudinis eam tibi represen-  
 tabo, quod credis aut speras verificando per rem.  
 (Vers. 48.) *Non descendet, inquit, filius meus vo-*  
*biscum.* Alternare tali modo solent in animo divina  
 ac humana rationes, dum illa sublime admonet et  
 suggerit sub discretionis nomine ista tepores. Vos  
 nimie propriis fidentes viribus alta præsumitis, sed  
 vitæ meæ exercitium, quod est filius dexteræ, spes  
 videlicet promerendæ electionis non nobiscum pro-  
 greditur ad ardua, sed sicut scriptum est : *Unus*  
*super te ne levaveris (IV Reg. ix, 25);* ad pro-  
 positum tendet cum mensura, quia talis ascensus  
 non aliud quam descensus esset ad infima. *Frater*  
*ejus, intellectus secundum sibi debite majestatis*  
*imperium mortuus est, iste solus, spes scilicet futu-*  
*rorum remansit; si quid ei acciderit in terra,* id est  
 contra terrenitatem vobis certantibus ad quam ob-  
 tinendam tenditis, *canos meos,* id est defectionem  
 vetustatemque meam *ad inferos* ultimæ desperatio-  
 nis deponetis. In inferno enim quis confitebitur tibi?  
 (Psal. vi, 6.)

## CAPUT XLIII.

Vers. 1. 2. — *Interim fames omnem terram vehe-*  
*menter premebat. Consumptisque cibis quos ex Ægy-*  
*pto detulerant dixit Jacob ad filios suos : Revertimini,*  
*et emite pauillum escarum.* Animus cum nimium  
 tentatione pulsatur, in ~~155~~ desidiâ resolvitur, et  
 sub mediocritatis colore ea quæ prædicta sunt elo-  
 quitur. Fructus tamen, qui ex prima confessione  
 provenerat, humilitas ac compunctio, tota consu-  
 mitur, et quasi *ex Ægypto* delati cibi depereunt,  
 dum pœnitentiæ peccatorum utilitas abrogatur, et  
 interim mens consilii egestate atteritur. Sed intel-  
 lectus se vinci, et languere conspiciens, *filii*, id  
 est piis cogitationum motibus, ut revertantur ad sui

cognitionem iterum confitendo submonet, ut cum A redierint ad cor vel modica interni saporis eos esca sublevent.

VERS. 3, 4, 5. — *At Judas : Denuntiavit nobis vir ille sub testificatione jurans : Non videbitis faciem meam nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis. Si ergo vis, mitte eum nobiscum, et pergemus pariter, ememusque usui necessaria. Si autem non vis, non ibimus.* Judas et Ruben, confessio videlicet et gratiæ experientia, quod est filii visio, Jacob intellectua- lem nostrum specialiter alloquuntur, quia ne labor confessionis ac pœnitundinis actæ depereat, et hoc ipsum quod jam divini misericordiæ ac dulcedinis sensit ac sapuit, ruat, præcipue recogitantis intelli- gentiæ canos, qui, juxta prophetam, eam jam per- fuderant, et ignoraverat, vetustatem scilicet ac de- fectum stringit et innovat. Vir ille qui terrena cœ- lestium incremento postponit viriliter effeminatis denuntiat, et sub testificatione Scripturæ, et ipsius veritatis asseverat, quod nemo ei intima cogitatione complaceat, nisi spem quæ pro suæ subtilitatis pe- nes Deum sese vivacitate collocat, pariter secum ducat; quæ quidem nulla est, aut prorsus puerilis et infima, nisi fratrem, id est meritorum hanc so- cietas, cingat. Sine hac ergo ire non possumus, quia fatuum est quærere, si non quæsita speramus. *Spera namque in Domino, et fuc bonitatem (Psal. xxx, 3), nobis dictum legimus. (VERS. 6.) In meam, inquit, hoc fecistis miseriam, ut indicaretis et alium habere vos fratrem.* Verba fastidientis sunt, qui nec initia boni proposuisse maluerit, quæ incœpisse, spem su- pernorum appetitui indicasse sit, et ab his descis- sisse miseria iterum sit.

VERS. 7. — *Interrogavit nos homo, inquitur nos- tram progeniem, per ordinem, si pater viveret, si ha- beremus fratrem; et nos respondimus ei consequenter juxta id quod fuerat sciscitatus. Nunquid scire pote- ramus quod dicturus esset : Adducite fratrem vestrum vobiscum? Homo progeniem nostram per ordinem interrogat, cum interni studiosus augmenti rationalis appetitus, modos gradusque nostræ conversatio- nis, ac conversionis eventilat; cujus ordo est : si pater et rector mentalis familiæ intellectus vigeat : si individue bonorum filiorum, id est operum ger- manus, spei videlicet nostræ usque in divina con- tituitus, nobis adhæreat; ad quæ necesse est, tota ani- mi vis ac rationalitas, non verbo, sed studiorum affectu se his non carere respondeat, sine quibus augmentum spirituale quod quærimus obtineri ne- queat. Nunquid, antequam gratiam conversionis peteremus, scire poteramus, quid a nobis profession- um devotio religionis exigeret?*

VERS. 8, 9, 10. — *Mitte, ait Judas, puerum me- cum, ut proficiscamur, et possimus vivere, ne moria- mur, nos et parvuli nostri. Ego suscipio puerum; de manu mea require illum. Nisi reduzero, et tradidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. Si non intercessisset dilatio, jam vice altera venissemus. Ju- das puerum mitti rogat ut proficiscantur, cum con-*

fessio in præteritas relabi verens sordes spem dirigi in Deum admonet, ut ad virtutum studia provehan- tur, ut vitam interius obtineant, et ipsæ vires animi, cum primæva piorum actuum exhibitione non occi- dant. Puerum idcirco spem accipe, quia eam opus est ex operum bonorum specie seipsa semper novio- rem esse. *Ego suscipio puerum, dum sub spe veniæ pœnitentiæ pondus excipio. Si perire contigerit, ab inertii operatione mea exitium ejus repeti debere censeo, si spem non tibi exhibuero per rem, et quod speras non tibi tradidero fruendum facie ad faciem, omni sæculorum tempore luam supplicia peccati reatus in te, cujus promotionibus destitui inhiare. Si non intercessisset humanitus motæ altercationis dilatio, jam altera facta fuisset pro hoc ipso quod patimur torpore confessio; quod est, ad Ægyptum pro sui vestigatione ingressio, et rursus ad sanctita- tis opera exsequenda reversio.*

VERS. 11. — *Igitur Israel pater eorum dicit ad eos : Si sic necesse est, facite quod vultis; sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris, et deferte viro munera, modicum resinæ, et mellis, et storacis, et stac- tes, et therebintii et amygdalarum.* Ille, qui superius Jacob forsitan ob sui ipsius supplantationem voca- batur, jam nunc cum ab humana suggillatione com- pescitur, *Israel*, id est directus cum Deo vocatur, unde et pater eorum quæ bene sensa sunt dicitur. *Si sic, inquit, spem sine bonorum ac rationabilium studiorum esse comitatu fas non est, ut alterutrum sine altero valeat, agite quod proposuistis, et in conceptabilis conscientiæ de optimis terræ, id est Christi exemplis ac virtutibus, cujus ad modum ter- ræ feracitate nutrimur, sumite, et quia ad locum unde exeunt flumina, revertuntur (Eccle. 1, 7), ipsi ea quæ ab ipso sumpsistis attribuite, Joseph, spiritali scilicet vestro desiderio, ut ex benefactis ad meliora feratur, apponite. Per resinam, quæ ali- quantulum redolet, bonam 156 ad proximos fa- mam, in melle morum benignitatem intellige, per cætera virtutum fragrantiam, et fructus, id est actionis utilitatem accipe. Hæc viriliter terrenita- tum fluxa regenti, piorum provectuum studioso no- stro appetitui offerri et suggeri digna videntur.*

D VERS. 12. — *Pecuniam duplicem ferte vobiscum, ut sic alios forinsecus doceatis quatenus vos primum interius per eadem documenta pascatis. Deriventur fontes tui foras, et solus tamen eos absque extra- neis bibas. Et illam quam invenistis reportate, ne forte errore sit factum.* Si quid discretionis erga passionum insolentiam carnalium, quarum asperita- te cingimur, vos habere putatis, ad sapientiæ cœle- stis examen referte, ne qua vos ipsos humana rati- one fallatis. Ipsum enim Joseph, quem augmentum dicimus, ad intelligentiam supernorum, quibus solis augeri bonum est, referimus. Terrenis nempe augeri neminem facilis probatio est. (VERS. 13.) Ad hunc virum, cum fratrem, ab eadem videlicet cœlitus il- lustrata ratione genitam spem ad intima cupiditate

us, continuis profectibus imus, dum magis A ad dispensatorem accedimus, cum metu divino restricti liberius jam ordinariam illam rationem aggredimur. *Jam ante*, inquit, per confessionem culpæ nos humiliavimus, ut divinis epulis allevemur. (VERS. 21.) Quibus obtentis, cum ad conscientiaë diversorum sacculos concupiscentiarum examinandos expandissemus, divini eloquii sententias nos ipsis pravorum motuum suggestionibus objecisse, animo teste, meminimus; quam mysticam pecuniam eodem supernæ dilectionis pondere gravidam ad tui judicium reportamus, ut te iudice pateat, si quid indigne egimus; (VERS. 22) sed et aliud argentum copiose scientiæ usque ad bonæ actionis effectum attulimus, ut Deum, qui super omnia nobis est necessarius, totius operæ impendiis emamus. Non est in nostra conscientia quis eam posuerit in marsupiiis nostris, id est non nobis arrogamus, nec cuiquam, hominum attribuimus hanc Dei notitiam, quam memoriæ loculis insertam tenemus, soli illi gratulamur.

. 14. — *Deus autem meus faciat eum vobis em; et remittat vobiscum fratrem vestrum enet, et hunc Benjamin.* Fit nobis Joseph lis, cum, mundanis sopitis impulsibus, spiri- ncrementi majestas non est nobis difficilis. quem tenet, remittitur, cum affectus, veli- limus, evagans, et tamen prædicta majestate tentis lege coercitus, interiori aliquando ho- ine ulla jam vi obediendo laxatur, Benjamin ur, cum fructus spei nostræ ad dexteram onstitutis in regno monstratur. *Ego autem absque liberis ero.* Quasi orbatum interim se lum in conflictu animus positus nil se esse, ere quasi in quadam caligine constitutus re-

. 15. — *Descenderunt ergo in Ægyptum et t coram Joseph.* Humiliantur ad considera- tribulationis Egyptiæ, et quo magis in sua platione flectuntur, tanto alacrius ad sapienda a coram Joseph, id est in provectionis desi- riguntur. (VERS. 16.) *Quos cum ille vidisset, amin simul, præcepit dispensatori domus suæ: c viros in domum, et instrue convivium, et victimas, quoniam mecum sunt conessuri me- oseph eos cum Benjamin videt, cum jam sibi lectus et rationis motibus, et spei profecti- aggreddienda cælestium incrementa non in- Dispensator domus spiritus noster est, cui ab C superno indicitur, ut hi viriles status in conum inducantur; victimæ peccati carnisque ur, ut cum Deo postmodum interius convi- nstruatur, ut in meridie dilectionis fervidæ juxta Apocalypsim, nobiscum ipse et nos cum ficiamur (Apoc. iii, 20).*

. 17, 18. — *Fecit ille ut fuerat imperatum, ctus a Deo spiritus mandata ad celerem du- ctum. Ibiq; exterriti dixerunt mutuo: Pro- cuniam, quam retulimus prius in saccis nostris cti sumus, ut devolvat in nos calumniam, et t nos servituti, et asinos nostros.* Introducti ntur, quia cum spiritualiter examinari mens t, quidquid virtutum nobis, illico timore atur. Trepidant pro pecunia quam retule- aia verentur ne minus idonea quam compe- ccis carnalitatum scientiæ sanctæ prædica- induxerint. Timent devolvi in se calumniam, ituti subijci et se et asinos, dum divini judi- gnationem sibi incumbere, et merito sui ad pporis eorum dominia subire, et animi vires, is motus metuunt succumbere stolidos.

. 19, 20. — *Quamobrem in ipsis foribus acce- ad dispensatorem locuti sunt: Oramus, domi- audias nos. Jam ante descendimus ut emere- cas, etc.* Fores, habitus sunt timoris, per unt ad penetrabilia charitatis quasi quidam ; quas portas Psalmista nos admonet introire fessionibus (Psal. xcix, 4). In his constitui

ad dispensatorem accedimus, cum metu divino re- stricti liberius jam ordinariam illam rationem aggredimur. *Jam ante*, inquit, per confessionem culpæ nos humiliavimus, ut divinis epulis allevemur. (VERS. 21.) Quibus obtentis, cum ad conscientiaë diversorum sacculos concupiscentiarum examinandos expandissemus, divini eloquii sententias nos ipsis pravorum motuum suggestionibus objecisse, animo teste, meminimus; quam mysticam pecuniam eodem supernæ dilectionis pondere gravidam ad tui judicium reportamus, ut te iudice pateat, si quid indigne egimus; (VERS. 22) sed et aliud argentum copiose scientiæ usque ad bonæ actionis effectum attulimus, ut Deum, qui super omnia nobis est necessarius, totius operæ impendiis emamus. Non est in nostra conscientia quis eam posuerit in marsupiiis nostris, id est non nobis arrogamus, nec cuiquam, hominum attribuimus hanc Dei notitiam, quam memoriæ loculis insertam tenemus, soli illi gratulamur.

VERS. 23. — *Pax, inquit, vobiscum.* Et si pax reconciliationis ac concordiaë adest, locus timoris non est. *Deus vester, et Deus patris vestri;* qui scilicet cum patribus mira egit, et vestris magnificatur temporibus, ipse dedit pecuniam in sacculis; scientiam profecto discretivam 157 ac si monetam legitimam vestris tentationibus discernendis. Unde et sequitur: *Nam pecuniam quam dedistis*, id est prudentiaë vim, quam meo exagio attulistis, ego probatam rationabiliter accipio. *Duxitque ad eos Simeon.* Simeon ad eos educitur, cum affectus pridem carnaliter obligatus ad consensum rationis motuum expeditur. (VERS. 24.) *Et introductis domum, attulit aquam, et laverunt pedes, et dedit pabula asinis eorum.* Integre ad cordis domum reversis undam compunctionis internus dispensator suggerit, qua mundantur vestigia affectionis, unde jam succedunt consilia sana, quibus, ac si pabulo, occurratur corporalibus lasciviis.

VERS. 25. — *Illi parabant munera, donec ingrederetur Joseph meridie; audierant enim quod ibi cesturi essent.* Munera quæ parantur, pia quælibet compunctionis incentiva sunt, quibus acrius accendatur, et quibus Joseph noster in æstu sacri desiderii provehatur. (VERS. 26.) *Igitur ingressus est Joseph domum suam, obtuleruntque ei munera, tenentes in manibus; et adoraverunt proni in terram.* Joseph domum suam ingreditur, cum cælestis cura crementi penetrabilia mentis adoritur. *Munera* quæ offerunt, tenent in manibus, cum quæ interius sancta proponunt exercent operibus. *Proni in terram* adorant, cum suæ infirmitatem carnalitatis inter Deo supplicandum considerant. (VERS. 27.) *At ille, clementer resalutatis eis, interrogavit: Salvus ne est pater vester senex, de quo dixeratis mihi? Adhuc vivit? Clementer resalutat, cum effectus devotionis ab affectu non discrepat. De patre sene an salvus sit, utrum vivat, interrogat, dum in propectu positus de statu defectibili, in quem pene pridem lapsus fuerat, an reviviscere possit cum ratione propria tractat. Cui juxta*

sensum qui in præsentiæ presentiscitur, spes de A hujuscemodi convivium; valde enim horrent fatuos in hoc mundo se fieri propter Christum.

VERS. 29. — *Attollens autem Joseph oculos, vidit Benjamin fratrem suum uterinum, et ait: Iste est frater vester minimus, de quo dixeratis mihi?* Attollit oculos, dum ab imis profectibus intentiones erigit ad supernos. Videt fratrem uterinum, quia perspicaciter attendere sufficit spei æternæ fructum ex super cœlestis Ecclesiæ secum vere matris exemplari utero genitum, dexteræ videlicet filium. Ista est, inquit, spei sanctæ subtilitas, quam quidem hactenus aure tenus attingi, sed nunc primum exhibitam experiri quid sapiat merui. *Deus*, penes quem talia valent, *misereatur tui*, quæ quia ex meo intellectu processeris, locum vicemque apud me obtinet filii, non feminæ desidia, sed masculina alacritate digna notari. (VERS. 30.) *Festinauitque, quia commota fuerant viscera ejus super fratre suo, et erumpebant lacrymæ, et introiens cubiculum flevit.* Festinat, dum ad superna quæ semel gustavit, properat. *Super fratre viscera* moventur, et interni incrementi studium super eorum qui jam ad cœlestia transeunt fraternitate incitatur, cum se in miseris posito ipsi cum Deo gloriantur. *Lacrymæ* erumpunt, cum interiori qua infundimur gratia exuberante, interna proposita ad exhibitiones ac si violenter prodeunt. *Introiens in cubiculum flet*, cum in abdito conscientiæ desiderii tenor fervet.

VERS. 31, 32. — *Rursusque lota facie egressus, continuit se, et ait: Ponite panes. Quibus appositis seorsum Joseph, et seorsum fratribus, Ægyptiis quoque qui vescebantur seorsum (illicitum est enim Ægyptiis comedere cum Hebræis). Rursum faciem lavat, cum post compunctionis munditiam intelligentiæ vis ab omni laudis appetitu se purgat. Egreditur et continet se, cum in opera procedens a favoribus arcet fluxum cogitationis vanæ. Dispensatrici mysteriorum rationi ut ponat jam panes præcipitur, quia, cum mens plene restringitur, tunc panes et gratiarum et vitæ merito gustandi apponuntur. Seorsum Joseph apponuntur, quia longe altius spiritualia charismata capiuntur ab intellectu (unde et Joseph typus ejus, interpretatur *adaugens*) quam a rationis motibus, quia ab eadem sunt anima geniti fratribus. Intellectus etenim ad divina, ratio proprie attinet ad humana. Ægyptii autem, sæcularis videlicet scientiæ habitus, seorsum sunt penitus, quia nec quidquam tractare divinitus, nec probe aliquid discernere humanis norunt de moribus, et ideo cum Hebræis, id est mundi transitoribus, nullus cum Ægyptiis refectiois internæ valet esse locus. Et profanum putant*

VERS. 33, 34. — *Sederunt ergo coram eo, primogenitus juxta primogenita sua, et minimus juxta ætatem suam. Et mirabantur nimis, sumptis partibus quas ab eo acceperant; majorque pars venit Benjamin, ita ut quinque partibus excederet. Coram eo sedent, dum quo amplius Joseph vere auctus intelligit quidquid bonarum menti adjacet fortitudinum, pariter necesse est, ipso spiritualiter pascente, se humiliant. Sedere nempe humiliari significat. Primogenitus primogenitis suis adhæret, cum homo interior 159 qui perfecte primo ad Dei imaginem conditus est, spiritualibus bonis, quæ et ipsa primitiva noscuntur assidet. Non enim carnis maceratio primo homini, sed res spiritualis, obedientia scilicet injuncta est. Minimus vero juxta ætatem sedet, cum homo exterior debitam corporis ob sui adhuc lubricum tempus abstinentiam explet. Corruptibilitas autem ipsa nunc ejus est ætas, tribuit qui sessio metas Mirantur inde nimis, quia qui extraordinarie pridem intra et extra quæque habuerant, obstupescunt miraculo novæ hujus institutionis. Sumptis partibus quas ab eo acceperant, major pars Benjamin venit, quia inter omnia quibus temporaliter in virtute augmentum sumimus, multo major est electionis dextera quam optamus. Ibi namque divinæ filiationis est munus. Quinque partibus excellit, quidquid enim quinque sensibus corporis capi potest, prorsus excedit. Ipsum est sane, Quod oculus non vidit, nec auris audivit (1 Cor. II, 9), etc. Biberuntque et inebriati sunt coram eo. Illud profecto vinum quod lætificat cor hominis (Psal. CIII, 15), et malorum oblivione serenat, et hoc coram eo, in illo plane beatæ intellectualitatis, et æternæ augmentationis spectaculo.*

#### CAPUT XLIV.

VERS. 1, 2. — *Præcepit autem Joseph dispensatori suo, dicens: Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere et pone pecuniam in summitate sacci singulorum. Scyphum autem meum argenteum, et pretium quod dedit, pone in ore sacci junioris. Ratio nostra, quæ et spiritus dicitur, interna et externa dispensans, saccos asperæ hujus carnalitatis divini frumento consilii, quantum humanitas divinis potest D fulcra legibus, opplere jubetur; et in ipso suggestionis, ac si summo aditu, sacræ sententias Scripturæ singulis tentationibus congruentes, ponere mandatur, nedum in divinis aliquantisper dilatari permittitur, pravorum qui mox subsequi solent motuum nimium de se jam fisa obliviscatur. Scyphus Joseph argenteus, sacri eloquii est intellectualis et anagogicus sensus. Is ponitur in ore sacci junioris, cum inseritur initio subortæ desperationis, quæ valde imminet spei profectibus, filii scilicet nostri subtilioris, et ideo charioris. Minimos enim charius amplectimur, et nos magis diligimus quod speramus. Spes etiam nostros filios vocitamus. Pretium quod dedit pariter in sacci ore ponitur, quia spes præsentium, quam deposuit fiducia futurorum, pravæ illa-*

cipio et ipsa, quam fecit mundi abrenun-  
cipio obijcitur.

4. — *Factumque est ita. Et orto mane dicum asinis suis. Jamque urbem exierant, et ut paululum. Oritur mane, cum lux animo contra vitia, inspirationis divinæ, illi cum attuntur, quia motus interni jam cœlitus undum libertatem arbitrii acturi contra ineptias relinquuntur, ne de gloria diuis inflentur. Jam urbem exierant, qui mundi ambitu exuerant. Paululum processerant, cœlestibus cogitandis et quærendis admonere Joseph accersito dispensatore, ait: Surge, re viros, et apprehensis dicito: Quare redalum pro bono? (VERS. 5.) Scyphus, quem ipse est in quo bibit dominus meus, et in ari solet. Ab intellectu rationi præcipitur, id est ad tumoris interni compressionem viros persequatur, quidquid scilicet ro-  
us obtinet, indivisibili semper investiga-  
tur. Apprehensis dicat quare pro bono dididerint, restrictis plane atque cohibitis fluxibus arguat, ut quid eorum quæ a sibi sunt quiddam sibi attribuerint. Quid n-  
nt, quod non acceperint? (I Cor. iv, 7.) it, intellectualitatis scientiam vobis ascri-  
phus autem argenteus, perspicuæ capaci-  
nus. In isto bibit dominus meus, quia ex  
unde omnes mentis queat rigare recessus,  
minari convenit intellectus, cunctis etiam  
mearum viribus. Ibi solet augurari, dum  
nitens prudentiæ de æternæ beatitudinis  
tibus valet commutari.*

7, 8. — *Pessimam rem fecistis; qui quod  
ois arrogastis. Fecit ille ut jusserat. Et ap-  
per ordinem locutus est? Quare, inquit,  
r dominus noster, ut servi tui tantum fla-  
iserint. Pecuniam, quam in ore saccorum  
reportavimus ad te de terra Chanaan, et  
onsequens est ut furati simus de domo do-  
rum vel argentum? Intellectualitatis spi-  
it imperio, quia quidquid justæ habet di-  
ab ea accipit, ac si a fonte superno. Ap-  
ergo, id est collectis cogitationum excur-  
r ipsos intentionum singularum ordines  
ia. Sed minus perspicaces animi in se non  
unt, quod summa intelligentiæ acumina  
Nos, aiunt, qui rationalitati fideliter in-  
et tecum intellectus sacri dominio subji-  
terra Chanaan, id est de terreno ubi vitiis  
mur affectu, divini eloquii pecuniam, quam  
introitum cognovimus pro munimine op-  
, ad tuum examen reportare curamus,  
consequitur ut quod ad te referimus,  
ferre velimus? Certum est namque, quia  
lamus, nobis subtrahimus; unde nec aurum  
, nec scientiæ argentum Deo, qui domus  
intellectualitatis et habitatio est, furati*

A VERS. 9. — *Apud quemcumque inventum fuerit  
servorum tuorum, moriatur, et nos servi erimus do-  
mini nostri. Si in quolibet interioritatum tuarum  
quæ tibi obtemperant motu arrogantiae typus patue-  
rit, extinguatur, et perpetuæ deinceps ad divina  
penetrandum humilitatis professione flectemur. Ab-  
sconduntur nempe prudentibus et revelantur par-  
vulis (Matth. 11, 25; Luc. x, 21). (VERS. 10.) Fiat  
inquit, juxta vestram sententiam apud quem fuerit  
inventum, ipse sit servus meus, vos autem eritis innoxii.  
In quocumque, inquit, habitu animi cervicositas ista  
sacrilega apparuerit, rationis servitio addicatur, in-  
noxiae partes reliquæ judicentur. (VERS. 11.) Itaque  
deponentes in terram festinato saccos aperuerunt  
singuli. In terram saccos festinato deponere, est om-  
nes tentationum, quas patimur, vilitates humili se-  
dultitate nobis ipsis adhuc terram sapientibus ascri-  
bere. Aperiunt singuli, cum quique se discutiant  
motus animi.*

B VERS. 12. — *Quos scrutatus, incipiens a majore usque  
ad minimum invenit scyphum in sacco Benjamin. A  
majore usque ad minimum scrutatur, cum a visibi-  
libus, quæ quasi grossitudine præstant, usque ad  
invisibilia et spiritualia, quæ subtilius exstant, ratio  
totius sui operis machinam rimatur. In sacco Ben-  
jamin scyphus invenitur, cum in ipsa dexteræ, quod  
est electionis et gloriæ fiducia, nimia scientiæ et  
eloquii solet emergere arrogantia. Solent enim tales  
quasi pro securitate jam auctoritates sibi usurpare  
et magisteria. At illi, scissis vestibus, oneratisque  
rursus asinis, reversi sunt in oppidum. (VERS. 13.)  
Cum a Deo subtiliter a spiritu animorum vitia de-  
prehenduntur, quasi quiddam inextricabile virtutis  
studium accusatur, atque sæpius deseritur. Vestes  
ergo scinduntur, cum opera fastidio dirimuntur.  
Asini rursus onerantur, cum stolidi carnis motus  
pravis ut aliquando sollicitudinibus opprimi gratula-  
lantur. In oppidum revertuntur, cum sæculum,  
quod diabolo opitulatur, repetere delectantur. De  
quo duobus quibusdam dicitur: Ite in castellum  
quod contra vos est (Matth. xxi, 2; Marc. xi, 2).*

C D VERS. 14. — *Primus Judas cum fratribus ingres-  
sus est ad Joseph (necdum enim de loco abierat)  
omnesque in terram ante eum corruerunt. Cum pene  
moventur pedes, pene turbatorum affectuum effun-  
duntur gressus, Judas tamen, id est confessio, re-  
strictis ad se sociis animi motibus, prima intel-  
lectum, qui necdum a Dei intentione, qui locus suus  
est, motum fecerat, aggreditur, quia penes eum de  
sua mutatione conqueritur. Omnes autem ante eum  
pariter corruunt, cum indigne se egisse humiliter  
fatentur, ad ejus intellectuale judicium. (VERS. 15.)  
Cur, inquit, sic agere voluistis? An ignoratis quod  
non sit similis mei in augurandi scientia? Cur ad-  
missa etsi occulte defenditis, cum me singulos quos-  
que subtiliter aucupari mentis status, et de abditis  
intentionum recessibus specialiter judicare nove-  
ritis?*

VERS. 16. — *Cui Judas: Quid respondebimus,*

*inquit, domino nostro? vel quid justī poterimus ob- tendere? Deus invenit iniquitatem servorum tuorum; en omnes servi tui sumus et nos, et apud quem inventus est scyphus.* Ac si dicat: Cum vita nostra lapsus et tentatio sit super terram, quam Deo de nobis poterimus inferre excusando sententiam? Deus cum præsentiā universali totum pervideat, etiam per illuminatam ad se rationem quasque mentis nequitiās perspicue investigat. Jam et nos, et arrogantiae reum servituti timoris apud intellectualitatem tuam addicito, ne status animi prorsus decidat facinore repetito. (Vers. 17.) *Respondit Joseph: absit a me ut sic agam! Qui furatus est scyphum, ipse sit servus meus; vos autem, abite liberi ad patrem vestrum* Non, inquit, justum est, ut innocens quisque animi in qualibet virtute affectus puniatur, sed ille cui superbiae fœditas inhæsit, debitæ humilitatis jugo plectatur; vos itaque immunes a culpa, prosequimini ceptæ rationalitatis quæ vobis patrocinatur vestigia.

VERS. 18. — *Accedens autem propius Judas, confidenter ait: Oro, domine mi, loquatur servus tuus verbum in auribus tuis, et ne irascaris famulo tuo.* Judas propius accedit, cum ad ipsas compages et medullas cogitationum et intentionum, per confessionem relegendas, mentis virtus intrare satagit; unde et ex ipsa puritate fidentius agens, ipsam intellectualitatis summam, his non tam affatibus, quam effectibus convenit. Quia, inquit, speciali capacitate cœlestium cunctis merito internis motibus dominaris, pietatis affectus, qui tuis deservit officiis, illud verbum, non elementale, non spirituale, sed intellectuale, quo falsitas locum non habet, loquatur in intelligentiæ tuæ penetrabilibus; ut scilicet ejus verificetur desiderium, ut sic te illapsu assiduæ dulcedinis præsentscat sibi benevolum, ut si tibi fieri gratuletur famulum. (Vers. 19.) *Tu enim post Pharaonem Dominus meus.* Postquam sane diabolium, aut dissipatorem boni appetitum deserui, tuo me dominio contradidi.

VERS. 20. — *Interrogasti prius servos tuos, habetis patrem aut fratrem? et nos respondimus tibi domino nostro: Est nobis pater senex, et puer parvulus qui in senectute illius natus est.* Bene nempe agere proponentibus, quem paternitate interiori censeremus nostra donari tu ratione interprete a nobis quæssti, et nos respondimus, rationem, quamvis senem, et defectui acclinem velle suscipere, et quia antiquatur, et interitui nisi per te reviviscat propinquare videtur, spem adhuc teneram et imbecillam pro sui merito habere cogitur. *Cujus uterinus frater est mortuus, et ipsum solum habet mater sua. Uterinus frater moritur, cum in mente, quæ spei geminæ mater est, spei omnino mundanæ interioris affectus exstinguitur. Illum habet solum mater sua, cum spei supernæ cultum unice fovet mens, vel potius voluntas mentis bona. Pater vero unice diligit eum, quia spiritus noster, qui quasi quidam ejus auctor ratio-*

*inationibus eam genuit, spei solius divinæ præstatur, et intendit fructum.*

VERS. 21. — *Dixisti servis tuis: Adducite eum ad me, et ponam oculos meos super eum.* Dicit ut adducatur ad se, cum intellectus spem provehi mandat per cogitationum processus ad sensum contemplationis summæ. Ponit oculos super eum, cum intellectualibus intentionibus ipsius spei protegit desiderium (Vers. 22.) *Suggessimus domino meo: Non potest puer relinquere patrem suum; si enim illum dimiserit, morietur.* Teneritudinis internæ motus animæ conscii rationem, quæ adhuc inter humana versatur, spem non posse relinquere perhibent, quæ ob sui pueritiam utendi solido speculationum cibo viribus caret. Si enim mediocria dimiserit, et se superextenderit, quasi mortua ac neutra jam assurgit. (Vers. 23.) *Si, inquit, non venerit frater vester minimus, vobiscum, non videbitis amplius faciem meam, id est nisi spem, quæ vobis ad Deum pes subtiliter gradiendi esse debet, comitem contemplando vobis asciveritis, notitiam mei, quæ facie designatur, id est experientiam decoris intimi, nunquam secundum ampliorem proficientium statum attingetis.*

VERS. 24. — *Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum, narravimus ei omnia quæ locutus est dominus meus.* Ascendunt ad patrem, cum cogitationes de singulis eam consulturæ, suum profecto superius, expetunt rationem. Omnia quæ dominus ille loquitur sibi narrant, cum ea quæ de intellectualitate capiunt mediocritatis propriæ respectu, cum ipsa ratione an sint aggredienda discutunt. Intellectus autem dominus est rationis, in quantum ille de cœlestibus, ista disputat de humanis. (Vers. 25.) *Dicit pater noster: Revertimini et emite nobis parum tritici.* Reverti pater ut emant triticum imperat, dum ab altiora aggrediendi studio revocantur nimis humana discretionem quasi ad modum, ut divinæ aspirationis fidei saltem pretio exigant pabulum, et hoc parum ut scilicet illum assequantur, quem præferunt tepidæ temperantiæ gradum.

VERS. 26. — *Cui diximus: Ire non possumus, nisi frater noster descendat nobiscum: proficiscemur simul; alioquin illo absente, non audemus videre faciem viri.* Ita se non posse respondent, nisi frater minimus descendat, quia motus interni ex eadem ratione colligendo referunt, se interius non posse plene desiderari refici (proficisci enim affectare significat) nisi spei divinæ adnisis ex hoc ad supera alacriter erigendus ab omni ambitione terrena descendat. Inde simul proficiscuntur, cum et rationaliter vivitur, et non nisi quod congruit beatæ æternitati speratur. Illo absente faciem viri videre non audent, quia quibus fiducia sperandæ beatitudinis deest, aspirare ad notitiam contemplationis temerarium nimis est.

VERS. 27, 28, 29. — *Ad quæ respondit: Vos scitis quod duos genuerit mihi uxor mea. Egressus est unus, et dixistis: Bestia devoravit eum; et huc usque non*

*Si tuleritis et istum, et aliquid ei in via deducetis canos meos cum mœrore ad in-* A  
*lite, inquit, majora vobis aggredi, scitis*  
 inos appetitus illi, quæ mihi rationi uxorio  
 uncta est, inesse voluntati. *Uxor* dicitur,  
 subdita spiritus semine fecundatur. *Unus*  
 , dum sæcularis appetitus secundum cha-  
 ritalitatis impatiens ad extrinseca sola quæ-  
 eritur. A bestia devoratum dixistis, cum  
 nana ad malum, ut sic dicam, pronitate  
 ioc diabolicæ ad vestram excusationem  
 imputastis. Nomine namque bestiæ diabo-  
 ripturis significari liquet ob sævitiam. *Huc*  
*tem non comparet*, quia terrenis quibus  
 ir, non supereminet. Si ergo hoc tantillum  
 vel in resurgendo ab his, vel ex aliquibus  
 obtinui, ad importabilia sustollendo tute-  
 os immutationis, defectibilitatis, ac ruinæ  
 itatis meæ, dolente in quantum adhuc  
 rationalitate, sed obniti non valente, ad  
 sperationis *deducetis*. Hæc verba sunt spi-  
 ere humanitus quam divinitus ardere ma-

A compendio; ubi calamitatis paternæ testis assistit,  
 quando et miserabiliter spirituali languori subesse  
 se videt, nec resistit.

## CAPUT XLV.

VERS. 1. — *Non se poterat ultra continere Joseph,*  
*multis coram astantibus. Unde præcepit ut egrede-*  
*rentur euncti foras, et nullas interesset alienus agni-*  
*tioni mutæ.* Verba superius a Juda ad patrem dicta  
 sic a nobis sensa putentur, non quod virtus aliqua  
 confessionis sine ratione parente, sed quod ipse  
 spiritus, qui et ratio, dicitur: et in seipso seipsum  
 in diversis statibus, aut divinitus excitet per impul-  
 sum animi, aut humanitus obruat per lenocinium  
 carnis. *Non se poterat continere Joseph multis co-*  
*ram astantibus*, quia virtus intellectualis, pia quadam  
 vehementia divinæ aspirationis, contra teporem  
 proprium efferatur, multis virtutum copiis in prom-  
 ptu occursantibus. *Foras* egredi cunctos jubet, dum  
 omne quod officit a corde eliminare studet. Alioquin  
*interesset alienus agnitioni mutæ*, si permitteret in  
 conscientia ad recognitionem veritatis properante  
 aliquid partis contrariæ residere.

VERS. 2, 3. — *Elevavitque vocem cum fletu. Quam*  
*audierunt Ægyptii, omnisque domus Pharaonis. Et*  
*dixit fratribus suis: Ego sum Joseph; adhuc pater*  
*noster vivit? Nec poterant respondere fratres. nimio*  
*terrore coneuissi. Vocem cum fletu elevat, cum in-*  
*terni desiderii clamorem (qui solus ex anxietate*  
 pauperis in auribus Dei, juxta psalmi titulum (*Psal.*  
*ci. 1*), insonat) per exterioris beneficentiæ gratiam  
 commendat. Fletus enim a capite ad faciem delabi-  
 tur, et cum cor hominis vinum, quod lætificat Deum  
 et homines (*Jud. ix. 13*), clarificaverit, ad exhila-  
 randam etiam exterioris hominis faciem per olei  
 (*Psal. ciii. 15*), id est gratiæ internæ suavitatem  
 decurrit. Solent enim piæ mentium qualitates gra-  
 tissime in vultibus enitere. *Vocem* vero elevat, qui  
 ab imis desiderium exaltat. Audiunt hanc *Ægyptii,*  
*omnisque domus Pharaonis*, cum cœlesti in nobis  
 appetitui suscitato, patienter, velint nolint, obe-  
 diunt, et sæcularia desideria cum cæteris mundiali-  
 bus vitiiis. Mundus namque domus est Pharaonis.  
 Deinde se esse Joseph testatur, quia jam tunc sopitis  
 strepitibus, et intellectualitate rationalitati apposita,  
 D augmenti superni plenitudo monstratur. Videtur,  
 inquit, vobis pater interioritatis vestræ spiritus  
 postquam hinc, id est intellectualitatis vim attigit,  
 veraciter vivere? *Fratres* perterriti *respondere* non  
 possunt, quia interni motus de tam repentina muta-  
 tione stupidi, de proprii modo status quidquam  
 certi timent referre iudicii, utpote futurorum pro-  
 ventuum nescii.

VERS. 4. — *Ad quos ille clementer: Accedite, in-*  
*quit, ad me, et cum accessissent prope: Ego sum,*  
*ait, Joseph frater vester, quem vendidistis in Ægypto.*  
 Diffidentiam, ait, futuri status recutite, et ad sapien-  
 tiæ clementiam cœlestis accedite. Cumque hunc  
 adieritis accessu devotionis internæ, tunc intelligetis  
 non alienum me, cum vobis proprium sit, et huma-

30, 31. — *Igitur si intravero ad servum*  
*puer defuerit (cum anima illius ex hujus*  
*videat) videritque eum non esse nobiscum,*  
 Ad patrem ejus Judas intrat, cum ad  
 i spiritus, qui deservire intelligentiæ sub-  
 iebet obsequiis, virtus se reportat sæpius  
 æ ac confessionis. Si, inquit, confessionem  
 idinem super male cogitatis rationi, cuius  
 c si filius sum, intulero, et **¶¶** nullum  
 ) labore spei fructum pariter obtendero,  
 ivaci spe rationis vita dependeat, et inter  
 qui effectivi ejusdem mores sumus, inani-  
 sperationis attenderit, et ipsa exanimata  
 ioris calore privabitur.

32, 33. — *Ego proprie servus tuus sim, qui*  
*hunc recepi fidem, et sponondi dicens: Nisi*  
*eum, peccati reus ero in patrem meum omni*  
*Manebo itaque servus tuus, in ministerium*  
*vei, et puer ascendat cum fratribus suis.*  
 uit, perpetui timoris tibi servitio speciali-  
 cæteris animi motibus confitendo errorem  
 iddicar, qui ob spem veniæ et gratiæ eme-  
 lem confessionis excepi, et sponondi quod,  
 am spem usque ad realis veritatis exhi-  
 perseveranter tenerem, peccati et inobe-  
 eus haberer penes eam quæ bona agi sub-  
 ationem. *Manebo itaque* tibi pœnitentialiter  
 is, ut *puer* ille mysticus ab infima sua tene-  
 ascendat intimæ virtutis evectu, cum cæte-  
 oris hominis viribus ad summam gustandæ  
 iletualitatis. (VERS. 34.) *Non enim possum*  
*patrem meum, absente puero: ne calamitatis*  
*ressura est patrem meum, testis assistam.*  
 ad *patrem absente puero*, collectio cogitatio-  
 in spiritus, qui interiorum pater est, exa-  
 ter infirma opera absque ullius bonæ spei

næ germanum naturæ, cœlestia nosse, et his adau-  
geri velle, quæ quondam non puduit sæculariter  
oblivioni ac negligentia tradere. (VERS. 5.) *Nolite  
pavere, nec durum vobis videatur quod vendidistis me in  
his regionibus; pro salute enim vestra misit me Domi-  
nus ante vos in Ægyptum.* Non ad desperationis ma-  
lum vobis accedat, quod pro appetitu extrinseco  
interna olim destitistis appetere, pro salute enim  
vestra actum est ut experientiam primo haberetis  
tenebrarum, et tribulationis Ægyptiæ, uti demum  
ferventius sciretis viam veræ libertatis, ac lucis ex-  
quirere.

VERS. 6, 7. — *Biennium est quod cœpit esse fames  
in terra; et adhuc quinque anni restant, quibus nec  
arari poterit nec meti. Præmisitque me Dominus, ut  
super terram servemini, et escas ad vivendum habere  
possitis.* Biennii fames est, cum inopia terreni cor-  
dis absunit quidquid in intentione et cogitatu  
luminis et integritatis est. Adhuc quinque anni re-  
stant, quibus nec aratur, nec metitur, cum ea quæ pro-  
pinque exterius sensus administrantur opera ita  
defluunt ut nec bonum exerceatur, et de æternæ  
nequaquam retributionis messione curetur. *Præ-  
misit me Dominus ut super terram servemini, ante  
cordis scilicet me præstituendo vestri contuitus, ut  
super terram corporis dominando, contra quælibet  
testamenta servari possitis, et esca divinæ consola-  
tionis vitaliter sublevari queatis.*

VERS. 8. — *Non vestro consilio, sed Dei voluntate  
missus sum; qui fecit me quasi patrem Pharaonis, et  
dominum universæ domus ejus, ac principem in omni  
terra Ægypti.* Non sic vestra providentia actum est,  
sed dispensatione Dei, ut quod Ægypto illatus sum  
ad salutem fieret, et casus occasio erectionis esset,  
qui patrem, non effectum, sed auctoritate, et præ-  
stantia me dissipatoris appetitus, vel diaboli, ut  
mihi subesset instituit, et principem me terreno in  
quo angustamur corpori, et dominum præficiens  
universæ mundi hujus cupiditati. Patrem autem pro  
auctore et magistro poni liber præsens testis est,  
ubi, in initio, Juba pater canentium tibia et organo  
dicitur (*Gen. iv, 21*).

VERS. — 9. *Festinate, et ascendite ad patrem meum,  
et dicite ei: Hæc mandat filius tuus Joseph: Deus  
me fecit dominum universæ terræ Ægypti.* Pater  
intellectualitatis ratio, vel spiritus noster est, quia  
intellectus ex ratione procedere dignoscitur, licet in-  
tellectualitatis specialiter luce lustretur, sicut ratio  
ipsa ex anima, quamvis anima rationis solo penitus  
honore sit clara. Ad hunc festinanter ascendunt,  
cum singulis intimæ promotionis gradibus ab omni  
se irrationalitate erigunt. Nuntiant ex mandato Jo-  
seph imperare eum universæ Ægypto, dum interio-  
rum sensuum motus intelligibiliter aspirati, gratu-  
latorie cum propria et sibi præposita ratione  
conferre monentur, qualiter insperato Dei munere  
super Ægyptum omnem, tenebrarum scilicet opera  
diriguntur.

VERS. 10, 11. — *Descende ad me, ne moreris, et*

*habita in terra Gessen; erisque juxta me, tu, et  
tui, et filii, filiorum tuorum, oves tuæ et armenta  
et universa quæ possides. Ibi te pascam.* Si ad-  
gere ad mei notitiam cupis, humiliare, nec in  
descensum velis differre Nam.

*Qui non est hodie, cras minus aptus erit.*

Ov. R. am. 94.

Gessen, *appropinquans palpationi eorum* in-  
pretatur. In terra ergo Gessen habitat, quis  
corpus suum, ac si terram suam, sic regit et  
nat, ut palpationi, id est tentationi, fluxuum ca-  
lium appropinquare discernendo studeat. J  
usum divinæ paginæ verbum, quod est *habitat*,  
solet pro eo quod est *dominatur*, ut est: *Inh-  
terram, et pascetis in divitiis ejus* (*Psal. xxxvi*)  
B *Tu, itaque ratio cum subjecto tibi cogitationi  
et intentionum, cæterorumque ac si filio  
mentis habituum examine, et ipsæ spes  
cedis operum, quæ sunt filii filiorum;  
tuæ, infirma scilicet, et armenta tua, fortia pro-  
virtutum opera, et quæcunque digna rationis  
sessione sunt, mei contiguitate fovebimini, et  
psu alemini. (Adhuc enim quinque anni residui  
famis) ne et tu percas.* Adhuc inediæ languo  
cogitatione versatur. Periculo ergo tuo provide  
usque ad exterioris hominis portas, totius oc-  
nentiæ et studii boni integritas, pari defectu præ-  
occidenda ducatur. Sic enim conscientia do-  
extinguitur, et pereunt quæ intra vel extra virtu-  
lucra possidentur.

VERS. 12. — *En oculi vestri, et oculi fratris  
Benjamin, vident quod os meum loquitur vobis.*  
Jam directa intentione rationalium sensuum ves-  
rum, et contemplatione filii dexteræ fratris  
id est futuræ beatitudinis, cui intima et gern-  
est virtus intelligibilitatis, videtis, quod est cre-  
ore totius rationalitatis me ista proloqui vo-  
(VERS. 13.) *Nuntiate patri meo universam glo-  
meam, et cuncta quæ vidistis in Ægypto, festi-  
et adducite eum ad me.* Vos, ait, internæ cordis  
pages, intimate spiritui intellectualitatis glor-  
utque eam gratius excipiat, Ægypti sibi prop-  
miseriam, et ad hæc crebro suggerenda ev-  
desidiam.

VERS. 14, 15. — *Cumque amplexatus redisse  
collum Benjamin fratris sui, flevit; illo quoque /  
similiter super collum ejus. Osculatusque est Jo-  
omnes fratres suos, et ploravit per singulos. Post  
ausi sunt loqui ad eum.* Amplexatur Benjamin,  
intellectus fervor dilatat hominem usque ad op-  
tionis vim. Amplexatio autem quia brachiis fi-  
amanter astringit, cum opere bono charitatem  
telligendam innuit. In collo vero longanimitas  
sillii signatur; collo enim et cibus admittitur, et  
emittitur, illud quoque et aliis præbetur, et  
benti a seipso suggeritur. In collum ergo Benja-  
redit, cum ad consilium supernæ spei semper i-  
ligentiæ amor inflectitur. Flet ibidem, illo simi-  
super collum ejus flente, dum intellectus ex



itione afficitur, et spes ex intelligibilitatis ratione compungitur. Osculatur fratres, et per singulos, dum spiritu sapientiæ internos ibi motus associat, et agglutinando ad eujusmodi affectum pietatis exæstuat. Eorum quos osculamur, et spiritu sæpe imbuimur, his linguimur. Ipsi enim dum spiritualiter salivis sapientiæ ipsum intelligibilem **163** um faciunt.

16. — *Auditumque est, et celebri sermone in aula regis : Venerunt fratres Joseph; et est Pharaos, atque omnis familia ejus.* In aula auditur, cum in affectu carnali mentis ista graviter personatur, et quasi mox evertenda celebratur. Aula autem est, quia ibi diabolicæ diversatur, et uti rex spatatur. Gaudium et vitiorum, quæ sibi asseculantur (15), consurgere videtur, quia quanto fervidior status plerumque præcedit, tanto rabidior est, et opportunitas postmodum peccandi sub-

17, 18. — *Dixitque ad Joseph ut imperaret ei, et dicens : Onerantes jumenta ite in terram Chanaan, et tollite inde patrem vestrum et cognationem vestram ad me; et ego dabo vobis omnia bona, ut comedatis medullam terræ.* Pharaos ad eum loquitur, et per eum fratribus imperare nuntium affectualitas lenociniis intellectualitatem ei aggreditur, et per eam inferiores cogitationis status subjugare conatur. Onerate jumenta, et curis et sollicitudinibus sæculi corpora, et pro corporibus poni testis est Psalmus : *Procuravit, ait, a morte animabus eorum, et jumenta in morte conclusit (Psal. LXXVII, 50).* In terram Chanaan ite, lucri vobis profuturi negotia pro Chanaan enim negotiator dicitur. Inde patrem tollite, solo scilicet corpore mundana curam rationem Deo liberam vacare sinentes. Tollite rationem, et venite ad me, vestrarum incrementum a sæculo extollite, et sic jam pristina conversatione securi, ad aliqua secundum me, id est ad diæmonem affectum gerenda, fidenter corda conet cum ita temperanter mundo usi fueritis, in virtutibus bonorum quorumque copiis, totius utilitatis medullam, quod est voluptas, panno sapientis quid intro gerat dulcedinis.

19, 20. — *Præcipe etiam ut tollant plaustra de Ægypti, ad subvectionem parvulorum suorum conjugum, et dicit : Tollite patrem vestrum, et rate quantocius venientes. Nec dimittatis quiddam suppellectili vestra, quia omnes opes Ægypti, erunt.* Plaustra de Ægypto tolluntur, cum tates mundi circumlitium adamantur, quæ sinariæ in Evangelio comparantur (Matth. 23). In his conjuges ac parvuli subvehuntur, agiles cum infirmis operibus voluntates, per Ægyptum mysticam deducuntur. Cum patre

A et tota suppellectili ire præcipit, dum nullum virtutis propositum vel studium a seducta ratione excipi permittit, per quod ab Ægypto redimi possit. Sic, inquit, suppetent vobis sæcularia, ut non doleat vos amisisse spiritualia.

VERS. 21, 22. — *Fecerunt filii Israel ut eis mandatum fuerat. Quibus dedit Joseph plaustra secundum Pharaonis imperium, et cibaria in itinere. Singulisque profertur jussit binas stolas : Benjamin vero dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis.* Motus rationales, qui cum Deo directi pridem sunt (hoc enim Israel interpretatur) corrupti intellectus mandato obediunt. *Plaustra* dat, cum circumventionis forinsecræ materias administrat, prout vel affectus, vel diabolus imperat. *Cibaria in itinere* præstat, cum suborientium solatia fortunarum infert, ut magis ad excursum cupiditatis alliciat. *Singulis profert binas stolas*, cum quibusque statibus pollicetur inter agenda sæcularia sacras et cogitationis et operis continentias. *Benjamin trecentos argenteos* dat, dum ingenium, memoriam et usum, sine quibus numeris argentum divinæ scientiæ profecto non emicat, se ad fulcimentum spei vel electionis daturum jaculat. Dat et quinque stolas optimas, dum falso etiam sibi spondet exteriorum sensuum impassibilitates atque munditias.

VERS. 23. — *Tantumdem pecuniæ et vestium mitens patri suo, addens ei asinos decem, qui subvehent ex omnibus divitiis Ægypti, et totidem asinas, triticum in itinere panesque portantes.* Patri tantumdem mittit, quia spiritui in præsentiarum non minus discretionum et scientiarum, nec non et sanctimoniam promittit quam spei jam et futuræ beatitudinis miseræ certitudini dedit. *Decem ei asinos* addit, cum corpus quatuor elementis constans; et animam, quæ tribus, intellectu videlicet, voluntate et affectu est præstans, sub falso Trinitatis amore eidem spiritui, ut deinceps asinum juvat, non tam tradit quam mendaciter addit. Hi non Jerusalem, sed Ægypti, divitias subvehunt, quia quæcunque proponuntur bona, tenebrarum contractiones sunt. Totidem asinæ, *triticum in itinere*, et *panes* portant, cum lascivæ corporis et animæ sub simulato Dei, qui Trinitas est, amore motiones, perfunctorie quidem et quasi in itinere verbum Dei, quo alios alunt, et ipsæ jejuna remanent, portant; et panes gratiarum, et munerum divinarum non sibi, sed aliis utiles per hypocrisim ostentant.

VERS. 24. — *Dimisit ergo fratres suos, et proficiscentibus ait : Ne irascamini in via.* Fratres dimittit, cum, sine ullo rationis vel intellectualitatis objectu, interiores cœtus arbitrio suo deserit. Proficiscentes ne in via irascantur prohibet, quia ab intentione recta egrossos, ne in avaritiæ studio ab appetitu præsentium gaudiorum alicujus oppositione tristitiæ deficiant, præmonet. (VERS. 25.) *Qui ascendentes ex Ægypto venerunt in terram Chanaan ad patrem suum* **164**

Derivatur ab *assecla*, quod interdum et *assecula* scribitur.

*Jacob. Et nuntiaverunt ei dicentes : Joseph vivit; et ipse dominatur in omni terra Ægypti. Ex Ægypto ascendunt, cum ab internæ angustię vel tribulationis contuitu, in terrenas negotiationes excedunt. Vel ita potius : Consilio pravę remissionis accepto, ex Ægyptia cogitatione ad rationem in terram Chanaan, ubi jam sæculo inhiat, ascenditur, cum ad discutiendum statum animi jam labantis tota interior frequentia ducitur. Joseph, inquit, per intelligentiam auctus, et in se vitaliter subsistit, unde necesse est ut ei Ægyptiæ cęcitatıs terrenitas subsit. Ac si addant : Cur ergo involveris, unde dudum processeris?*

**VERS. 27.** — *Quo audito Jacob, quasi de gravi somno evigilans, tamen non credebat eis. Illi econtra referebant omnem ordinem rei. Audit dum ratiocinantes cogitationes intelligit. De gravi somno evigilat, cum de jam concepti torporis nimietate se suscitatur. Tamen eis non credit, quia post has voluntatum prodigiones, spiritus noster de intellectualitatis vita diffidit. Illi econtra ordinem rei referunt, dum mentis inter tentationes habitum accusando hinc, excusando inde prætendunt. (VERS. 28.) Cumque vidisset plaustra, et universa quę miserat, revixit spiritus ejus, et ait : Sufficit mihi si adhuc filius meus Joseph vivit; vadam, et videbo eum antequam moriar. Plaustra, et alia quę mittuntur, videt, cum volubilitates gloriarum, et simulatrices continentias, quam fallaciter inferantur, alta cordis dispectione recenset. Spiritus ergo inde reviviscit, quia ex eo spem vitę interioris colligit, quod subtiliter in se quęlibet reprehendenda discernit. Sufficit, inquit, mihi ad incentivum resurgendi, si intelligentię acrimonia vigeat; vadam itaque ab inertię proposito in intelligibilitatis lumen exacui, antequam exstinguar mortifera procrastinatione mutandi.*

#### CAPUT XLVI.

**VERS. 1, 2.** — *Profectusque est Israel cum omnibus quę habebat, et venit ad Puteum Juramenti, et, mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac, audivit eum per visionem nocte vocantem se. Cum omnibus quę habebat Israel proficiscitur, cum ad proficiendi appetitum spiritualitas tendens, cum Deo dirigitur (Israel namque directus Dei dicitur) cum qua et universa pietatis exercitia exemplantur. Ad Puteum Juramenti venit, cum studiorum bonorum examine fretus, abditum illum divinę sapientię fontem, ubi totius religionis jura firmantur, spiritus noster attingit. Unde et patris sui Isaac Deo victimas mactat, quia intimę dulcedinis, imo putei viventis sapore gustato, Deo super cęlestium civium, qui sibi ad æternę jucunditatis risum patres et prævii sunt, vitiorum victorias immolat. Tunc eum per visionem se vocantem audit, dum collationibus gratiarum electionem suam, qua vocatur ad gloriam, intelligit. Visio autem ipsa est mystice, quę et auditio. Vocans itaque dicit : Jacob, Jacob. Iteratio vocationis, quę et supplantatorem sonat, primo ad vitiorum, quibus olim obs-*

*levimus, deinde ad mortiferę securitatis, quę quasi ex virtute concepimus, eversionem spiritali. Cui necesse est, Ecce adsum, ut indolentem respondere.*

**VERS. 3, 4.** — *Ait illi Deus : Ego Deus summus patris tui : noli timere, descende in Ægyptum quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego descendo tecum illuc, et ego inde adducam te revertentem. sēph quoque ponet manum super oculos tuos. inquit, ad subruenda noxia quęque metuis, quę Deum fortem, et rationis tuę vires fortificantem scis, sicut fortissime adjutum cęlestem, jam hæc triumphavit, priorum patrum cum credis, quem uti Patrem æmularis? Humiliari convalli mœroris, quod est Ægyptus, quia descensio grande tibi pariet virtutum genus. descendam tecum, nam humilibus conferor per gratiam donum. Et inde adducam te revertentem, de gustantibus te tribulationibus, id est Ægypto, levabo te ad impassibilitatis gloriam. Joseph (intellectualitatis scilicet augmentum) interim dum ad partem incolis, auctoritatis, potentięque suę non oculos intentionum tuarum debita sub honore proteget atque tuebitur.*

**VERS. 5, 6, 7.** — *Surrexit Jacob a Puteo Juramenti; tuleruntque enim filii cum parvulis et uxore in plaustris quę miserat Pharao ad portandum nem, et omnia quę possederat in terra Chanaan et in Ægyptum cum omni semine suo, filii et nepotes, filię, et cuncta simul progenies. A Juramenti surgit, cum ab intimis divinę cogitationibus, per quos solos sanctitatis proposita rursus, spiritus noster excrescit. Sed surgentes plaustris quę Pharao miserat filii eum tollunt, cogitationes et opera quę ex nobis prodeunt in conversionis, non tam a nobis reguntur quam cunctum volubilem vitę veteris statum, qui a diu inductus est, senem, labilem, et proclivem spiritali innoxia, propter lascivię et cupiditatis uxores infirmę executionis parvulos, regunt. Omnia possederat in terra Chanaan comitantur, quia quid in sæculari conversatione levitatis habui nobiscum, **165** velimus nolimus, ferimus. omni semine nostro in Ægyptum venimus, omnia quę ex nostra carnalitate generantur Ægyptum nostri ipsorum cognitionis confessio descendentes proferimus. Semen etiam potest ipsa voluntas, quam omnem fecimus, cum ad quęlibet benivolentia non caremus. Filii, cuncta nostra sunt, nepotes, filii scilicet filiorum, fructus præmia, in spe tamen adhuc, sunt operum. I quęlibet muliebri acta mollietie, cum omni pręscuę administrationis, bonorum videlicet malorumque progenie.*

**VERS. 27.** — *Omnes animę domus Jacob quę gressę sunt in Ægyptum fuere septuaginta. Se denos septuaginta facere, nulli non perspicuum. Anima autem non aliud quam animalitas intelligit*

arius ad Decalogum, septenarius attinet ad sæ-  
præsentis excursus. Animalitate ergo istis quæ  
ersa sibi sunt, lege Dei et sæculo, media consti-  
duobus, cum multa sui met suffarcinatione spiritus  
ptum, id est obscuræ adhuc latebras mentis, ag-  
litur; spiritus enim lege consentiens promptus est,  
autem infirma renititur (*Matth. xxvi, 14*). (VERS.  
fisit autem Jacob Judam ante se ad Joseph, ut  
aret ei, et ille occurrit ei in Gessen. Si enim per  
lantationem peccati ad intelligentiæ summam  
igere volumus per confessionem, quod Judæ  
en sonat, notitiam ejus præoccupare debemus.  
c igitur sequestram jure præmittimus, et mox e  
io illam adesse sentimus, postquam conscientias  
itendo mundaverimus. Gessen namque dicitur  
itas. Beati quippe mundi corde, quoniam ipsi  
n videbunt (*Matth. v, 8*).

RS. 29. Quo cum pervenisset, junctos Joseph  
suo, ascendit obviam patri ad eundem locum.  
mus et Gessen superius interpretari appropin-  
s palpationi eorum. Et spiritus non jam imbel-  
postquam per subtilitatem dispectionis imminet  
estionibus quibus nos palpant lenocinia vitio-  
juncto Joseph curru ascendit obviam patri, quia  
Dei timorem coadunato totius sapientiæ sæ  
lectualitas impetu, ad evertenda diaboli regna  
tui, id est rationi, cui proles nobilis est, auxi-  
latura consurgit. Vidensque eum irruit super  
m ejus, et inter amplexus flevit (VERS. 30.)  
t pater ad Joseph: Jam lætus moriar, quia vidi  
n tuam, et superstitem te relinquo. Eum cernit  
sibimet intellectus ipse utilitatem excellen-  
tæ illustratæ a Deo rationis ostendit. Super  
n irruit, cum consilio spiritualis ejus vocis gra-  
r applaudit. Inter amplexus flet, cum interni  
desiderii, quo Deo et spirituali astringitur,  
m evidentiâ operum pietatis exhibet. Ex inte-  
namque motu ad faciem fletus emittitur. Jam  
, inquit, moriar, quia persensa cœlesti dulce-  
spiritus jam libenter optat exstingui sæculari  
as gloriæ. Faciem enim, id est clarissimam  
speciem intelligentiæ, spiritus attingisse se  
et, nec quia mundo occubuit dolet, utpote qui  
a morte interiorem hominem supereminere  
ius videt.

RS. 31, 32. — Et ille locutus est ad fratres et  
mem domum patris sui. Ascendam et nuntiabo  
voni, dicamque ei: Fratres mei et domus patris  
qui erant in terra Chanaan, venerunt ad me; et  
viri pastores ovium, curamque habent alendorum  
um. Pecora sua et armenta, et omnia quæ habere  
runt, adduxerunt secum. Ad fratres et ad do-  
patri loquitur, cum fortes animi habitus  
m ipsa mente, quæ domus spiritus est, intel-  
s ratiocinatur. Ascendit, et adventum patris et  
m Pharaoni nuntiat, cum ipsa intima nostra,  
diximus, omnia ab imis faciens conscendere,  
is votorum destinationibus grandi efficacia,  
i quodam nuncio, diabolus laecessit. Chanaan

A dicitur *erubescens*. In terrenis, ait, pudet eos stu-  
disse, ubi fructum vident studii se nullatenus ha-  
buisse, intelligenter amodo volunt vivere, et oves,  
simplicitatis scilicet opera, viriliter exsequi et nu-  
trire, nec divisiones cupiditatis et invidentiæ sectan-  
tur et superbiæ scandala, sed virtutum cum humili-  
tate exercitia gregatim ac pacifice cohærentia, et  
ideo ali et curari digna. Nil carnalis sibi patiuntur  
residere licentiæ; pecora et armenta, infirma et for-  
tia acta sua, quidquid suorum ad regulam corrigi  
potuit, ad vim duxerunt cœlestis scientiæ.

VERS. 33, 34. — Cumque vocaverit vos et dixerit:  
Quod est opus vestrum? Respondebitis: Viri pastores  
sumus servi tui, ab infantia nostra usque in præsens,  
et nos et patres nostri. Hæc autem dicetis, ut habitare  
possitis in terra Gessen, quia detestantur Ægyptii  
omnes pastores ovium. Vocat nos Pharaon, et de  
opere sciscitatur, cum tentationibus pulsatur, et ca-  
sas operum operaque ipse diabolus callide rimatur.  
Sed viriliter de pastoratu simplicitatis responden-  
dum est, et licet per infantilis animi hebetudinem  
anhelando in præsentia et futura negligendo sibi  
servierimus, motus scilicet principales nostri et  
tota spiritus paternitas, tamen summis viribus eni-  
tendum, ut terra cultibilitatis internæ, qua palpa-  
tioni vitiorum assistitur, nobis habitanda et regenda  
libere maneant, et tanto solertius, quanto sæculares  
quique magis exhorrent innocentæ ac puritatis stu-  
dia. Quæ sequuntur exposita sunt; non exposita  
C proponamus.

## 166 CAPUT XLVII.

VERS. 2, 3. — Extremos quoque fratrum suorum  
quinque viros statuit coram rege. Quos ille interroga-  
vit: Quid habetis operis? Illud tamen notari debet  
quod non hic ascendisse, sed ingressus Joseph ad  
Pharaonem dicitur esse, quia cum de vitii desidia  
ad virtutis gradum conscenderimus, quasi ad Pha-  
raonem ingredimur, dum ad ea quæ in nobis crude-  
liter et tyrannice oblinebat, nobis fideliter ejus pe-  
netralia intelligentiæ viribus irrupentes usurpa-  
mus. Extremi fratrum quinque viri, sunt quinque  
finales, et quæ vix, ut sic dicam, extremis laboribus  
acquiruntur, magnæ virilitatis virtutes, quæ intelle-  
ctui germana quadam opitulatione concurrunt. Ex-  
D tremæ sunt, vix enim ad has aliqui aut volunt aut  
pertingere possunt.

Prima est lectionis instantiæ; secunda, minus intel-  
lecta cum doctioribus conferendi diligentia; ter-  
tia, vigilans ad retentionem auditorum memoria;  
quarta, humilis penes quosque magistratos reveren-  
tia; quinta, cum mundialis ad integrum despicitur  
gloria. Hos sane veraciter viros cum coram dispen-  
satore statuerimus, totam profecto ejus astutiam  
harum unanimitate obsidebimus. Hos tamen quid  
operis habeant interrogat, cum aliquoties a sacræ  
Scripturæ studio dehortans, ipsas pias sollicitudines  
cur tantopere scientiæ comparandæ instent quodam-  
modo exprobrando increpat. Pastores, inquiunt,  
sumus ovium, et non et patres nostri. Quod est dicere:

Nos fructuosa atque simplicia studia proposuimus A enutrire, quia hæc nos et intellectus et spiritus patres et auctores verissimi docuere.

VERS. 4. — *Ad peregrinandum in terra tua venimus, quoniam non est herba gregibus servorum tuorum, ingravescente fame in terra Chanaan, petimusque ut esse jubeas nos servos tuos in terra Gessen.* In mundo cui tu principaris non inhærere, sed peregrinari delegimus, quoniam herba carnalis lasciviæ, quam montes, juxta illud Job, Behemoth (Job XL, 10), tibi scilicet fertur, non pertinet ad nos qui visco divini timoris gregales efflicimur, non enim per fluxa libidinum satiæta menti, sed fames dira congeminitur; terra nempe Chanaan non veritatis, sed instabilitatis et verecundiæ est, juxta sensum nominis. de cujus qui biberit aqua semper sitit. Servi tui quidem sumus, quia nos tibi servisse fatemur. Gentem namque et regnum quod non servierit Nabuchodonosor, juxta Jeremiam, Dominus in fame et peste visitat (Jer. xvii, 8).

Jube ergo ut in terra Gessen simus, id est ne ulterius obsistere præsumas, licet nos pristinæ servitutis, sed abjuratæ coarguas, quin in terra non infirmitatis, sed soliditatis commoremur, ubi appropinquamus palpationi subdolæ vitiorum, ubi est veræ discretionis vicinitas. Nota et recale quid super Gessen nomine dixerimus; petitio autem ut jubeat, rationalis est contra suggestiones responsio ut desistat. Possunt et quinque viri isti quinque sensus intelligi, qui per auctoritatem intellectus opponuntur, dum viriliter se cohibent Pharaoni.

VERS. 5, 6. — *Dixit itaque rex ad Joseph: Pater tuus et fratres tui venerunt ad te. Terra Ægypti in conspectu tuo est; in optimo solo terræ fac habitare eos, et trade eis terram Gessen. Quod si nosti esse in eis viros industrios, constitue illos pastores pecorum meorum.* Benevolentia regis ad Joseph nil est aliud quam imbecillitas ac impossibilitas impugnandi. Terrenitas, inquit sæcularis in conspectu tuo est, hoc est examini tuo subjacet. Unde dicitur in psalmo: *In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me* (Psal. Lxviii, 21). Et cum omnia tuo subsint exteriora judicio, in optimo solo, præcipuo videlicet totius soliditatis statu, suarum contigua discretionem tentationum, quod est Gessen, motus internos colloca; et si diabolicæ quidpiam hebetudinis, quod sunt pecora mea, tibi irrepserit virilis industriæ illud magisterio subde. Hæc effectibus loquitur non conversa, sed cessare coacta et evicta malignitas.

VERS. 7, 8, 9. — *Post hæc introduxit Joseph patrem suum ad regem, et statuit eum coram eo. Qui benedicens illi et interrogatus ab eo: Quot sunt annorum dies vitæ tuæ? Respondit: Dies peregrinationis vitæ centum triginta annorum sunt, parvi et mali, et non pervenerunt usque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt. Joseph introducit patrem ad regem, cum intellectualitatis fervor ad penetrandas versutias diaboli provehit rationem. Coram eo statuit, cum eam adversus eum vigore justitiæ erigit.*

Benedicit illi, cum secundum sacri consulta eloquii ejus respondet illationi. *Quot sunt dies annorum vitæ* interrogat, cum de virtutum, perfectione animi eorum pulsat. Dies enim operum claritatem, anni eorum significant multipliciter. Sed superbæ impulsibus, ille centum triginta annorum peregrinationem objicit, quia etsi perfectio, quod est centenarius, in quibusdam suppetat, sexies tamen quini, trigenerius scilicet, quod est ab interioris hominis soliditate ad sensualitatis vanitatem dilapsio, sese dum animus a se peregrinatur, objectat. *Parvi et mali dies sunt*, quia tanto magis est virtus exigua, quanto malorum crebris irruptionibus cæda; et ex hoc Patrum non 167 potest æquari magnificentiæ, quorum affectat exempla, quibus longe valentius perseverans exstitit in incolatu ipso constantia.

VERS. 10. — *Et benedicto rege egressus est foras Pharaonem benedicimus, cum ea quæ dissipationi nostræ et damno ingessit, ad regulam pietatis innotuemus, et victoriæ ac utilitati militare cogimus.* Tuncque foras egredimur, cum ad rationis libertatem, ab ejus captiosa quam obtendit illaqueatione prodimus. (VERS. 11, 12.) *Joseph vero patri et fratribus dedit possessionem in Ægypto in optimo solo terræ, Ramesses, ut præceperat Pharaon. Et alebat eos, omnemque domum patris sui, præbens cibaria singulis.* Ramesses dicitur pabulum. Nihil solo terræ, id est mentis cultibilis ac feracis, soliditæ melius, quia ibi reperitur pabulum interiorius. Ibi dat *Joseph patri, ac fratribus possessionem Ægypto*, quia ex hac non perfunctoria, sed stabili refectione vera intellectualitatis augmentatio spiritui, cunctisque suis, ac si filiis, motibus vim, unde corpus et animam legi mentis possidendam subjungat, et etiam in præsentia largitur sæculo. *Domum patris præbens cibaria singulis* alit, dum conscientiam, quæ a ratione inhabitata regitur, roborat, et quibusque ejus statibus consilium, quo reficiantur, administrat. Hæc Pharaon præcipit, quia diabolus ista nostri victus virtute propositi præpedire non sufficiens, velit nolit, fieri libere sinit.

VERS. 13, 14. — *In toto enim orbe panis deerat, et oppresserat fames terram, maxime Ægypti et Chanaan. Et quibus omnem pecuniam congregavit pro venditione frumenti, et intulit eam in ærarium regis. In toto orbe panis deest, quia totius nostræ perfectionis, quæ per orbem signatur, ad obtinendam internæ gratiæ refectionem nullo modo potens est. Et quid Ægyptus sæcularis ignorantia, (ipsa enim est tenebræ) et Chanaan negotiationis, et verecundiæ faciet, si orbis electorum non fami prævalet? Necesse est ergo ut ex Ægypto et Chanaan, in prudentia videlicet, et pudendis quæ quondam exercuimus actibus pecuniam divinæ scientiæ fortiter exigat. Ærarium invitam et quodammodo indeficientem sacri eloquii memoriam accipimus: Æs enim, et durable, et sonorum metallum est. In hoc ærarium regis, non quod rex possideat, sed quod in aures regis filiorum superbæ perspicua sonoritate retinnat, pecuniam*

tellectualitas, quia quidquid scientiæ atin-  
ad inanem eloquentiam servat, sed ut eam  
bus Pharaonis memoriter objiciat.

15, 16. — *Cumque defecissent emptoribus  
venit cuncta Ægyptus ad Joseph, dicens : Da  
nes. Quare morimur coram te, deficiente pe-  
ladducite, inquit, pecora vestra, et dabo vobis  
cibos, si pretium non habetis. Emptoribus  
eficiunt, cum aut memoriæ scientia, aut  
memoria desunt. Cuncta tamen Ægyptus  
nes, quia cœlestium gratiarum munus, ipsæ  
is miseræ clamare se innuunt necessitates.  
cat : Perire te vides, cur morti et inscitæ  
ualiscunque intelligentia, non indoles? He-  
m, ait, vestram mihi subjicite, et cibos dis-  
solationis accipite, ex hoc vobis ascribetur  
io scientiæ. (VERS. 17.) Quæ cum adduxissent,  
s alimenta pro equis, et bobus, et asinis;  
nitque illos eo anno pro commutatione peco-  
ruos superbiam, et fatuitatis ac inertiae  
ec non et asinos libidinum intellectui sub-  
it humilitatis, sapientiæ ac sagacitatis, nec  
astimonie diebus perlucidis, plenum annum  
tis accipimus. Qui non habetis, inquit, ar-  
properate, fide et piis actibus emite, et  
(Isai. LV, 1).*

18, 19. — *Venerunt quoque anno secundo  
unt : Non celamus domino nostro, quod def-  
ecunia, et pecora simul defecerint, nec clam-  
quod absque corporibus et terra nihil habe-  
ergo morimur te vidente? et nos et terra nostra  
us. Prior annus, quo pecora dantur, prima  
onis institutio est, quando minus naturalis,  
ammodo bestialis vita damnatur. Secundus,  
mtatis promotio est, ubi divini eloquii pe-  
didigentibus, et tamen studium pecuale sper-  
s, ipsa jam corporis materia etiam necessa-  
adempta voluntatibus intellectui subjicitur,  
nitas quæque affectionum ejus arbitrio rele-  
lum, inquit victi jam animalitatis motus,  
to opus sit prævideas, cur perire obtempe-  
nas. Ne ergo viventes in infernum descen-  
as, affectu et efficientia corporis tui erimus.  
i in servitute regiam, et præbe semina, ne  
cultore redigatur terra in solitudinem. Im-  
lobis pretium interni documenti, ut exigas  
confessionem ejus, quod diabolo impendimus,  
et præbe semina bonæ voluntatis, ne defi-  
er ejus inanitatem cultore spiritu, redigatur  
cultibilitas atque feracitas, ad hoc ut Deo  
store careat, et fructum operationis non*

20, 21. — *Emit ergo Joseph omnem terram  
vendentibus singulis possessiones suas præ-  
line famis. Subjicitque, eam Pharaoni, et  
populos ejus a novissimis terminis Ægypti,  
d extremos fines ejus, præter terram sacer-  
quæ a rege tradita fuerat eis : quibus et  
cibaria ex horreis publicis 168 præbe-*

*A bantur, et idcirco non sunt compulsi vendere pos-  
sessiones suas. Terram Ægypti Joseph totam emit,  
dum per intelligentiæ claritatem tenebras sæculares  
intellectus sibi subjicit. Singuli possessiones suas  
vendunt, dum quinque animi motus, in quantum sui  
male potiebantur, superno amori, quod non est aliud  
quam intellectus, sese inserviando contradunt. Comp-  
pellit enim fames, et malunt interim suas intermit-  
tere voluntates, quam perpetuo corporis et mentis  
miseras perpeti paupertates Utriusque enim ex-  
actiones, ipsa est inedia et fames, Pharaoni Ægyptum  
et cunctos populos ejus subjicit, dum ex mundialitate  
sua, et omnibus ejus vitiis, hanc enim domum, hos-  
que populos filia regis oblivisci jubetur (Psal. XLIV,  
11), se subditum diabolo, in quantum ea sibi præva-  
lent, animus recognoscit, secundum quod sibi intel-  
lectus indicit. Et hoc a novissimis terminis Ægypti,  
usque ad extremos fines ejus, id est ab ulteriori pro-  
spectu intentionum usque ad quarumlibet metas  
operationum; utraque enim si attendas finalitates  
sunt. (VERS. 22). Terra sacerdotum, quæ eis tradita  
a rege fuerat, excipitur, quia soliditatis rationum,  
quarum sacrum prosequimur in bene agendo duc-  
tum, et quæ a jure diabolico ablata, eis delegata est  
possidenda, ab hoc dominio excluditur; ipsa nam-  
que etiam inter motuum certamina libertati inni-  
titur. Horrea publica, e quibus his cibaria dantur,  
Scripturarum communia omnibus consilia sunt, unde  
interiora his pabula ministrantur : Unde possessio-  
nes vendere non compelluntur, quia id tantum boni,  
quod in discretionis virtute possident, nequaquam  
diabolo subigere peccati admissione coguntur.*

*VERS. 23, 24. — Dixit ergo Joseph ad populos :  
En, ut cernitis, et vos et terram vestram Pharao pos-  
sidet, accipite semina, et serite agros, ut fruges ha-  
bere possitis. Quintam partem regi dabitis : quatuor  
reliquas permitto vobis in sementem, et in cibos fami-  
liis et liberis vestris. Ad populos Joseph loquitur,  
cum intellectus animi turbas datis legibus sedare  
conatur. Ecce, inquit, et vos, in quantum vestri  
estis, et terrenitates quibus afflicimini, diabolus obti-  
net. Ne ergo diutius vobis regnet, verbi divini se-  
mina capite, agro mentis inspergi sinite, ut operum  
fruges bonorum possitis habere. Quidquid ad quin-  
tam exteriorum sensuum partem, per quos sæcularia  
concupiscuntur, attinet, diabolo, cui per concupi-  
scentias inservitur, attribuitur. Quatuor reliquas,  
quibus secundum quatuor evangelia vivitur, vel sec-  
undum quatuor principales virtutes, in sementem,  
qua corda fecundetis, assumite, et inde familias in-  
teriorum statuum, ac cogitationum operumque libe-  
ros enutrite.*

*VERS. 25. — Qui responderunt : Sulus nostra in  
manu tua est : respiciat nos tantum dominus noster,  
et læti serviemus regi. Animales motus, intelligentiæ  
captu ducti, salutem suam in intellectualitatis pos-  
testate sitam fatentur; ipsam se respicere, id est  
ab ipsa sibi veritatis lumen influere flagitant, ut de  
veteri quam mystice Pharaoni exhibuerunt servitu-*

te, læti de sua evasione confessionis Deo hostiam A reddant.

VERS. 26. — *Ex eo tempore usque in præsentem diem, in universa terra Ægypti, regibus quinta pars solvitur, et factum est quasi in legem, absque terra sacerdotuli, quæ libera ab hac conditione fuit.* Ex ea divinæ dispensationis temperatione, qua constat adhuc rationi resistere carnem, et tamen carni supereminere, quasi quoddam populo sacerdotium rationem, usque dum veniatur in illum, cui non effluunt præterita, nec futura desunt divinæ æternitatis, diem : Quinta pars regibus solvi debet, quia quidquid sensualitatis evagatione peccamus, dæmonibus qui huic aeri principantur, per quos sæpe illicitur, per debitam pœnitentiæ redhibitionem retribui decet. Beatus enim qui retribuet eis retributionem suam, quam retribuerunt nobis (*Psal. cxxxvi, 8*). Fit quasi lex hoc in universa terra Ægypti, dum in omni nostro negotio exteriori inhærere jubemur regulæ isti. Potest autem et per quintam partem visus solus accipi qui specialiter funestiusque damnum infligere consuevit menti. Ipse enim ab Apostolo principaliter exprimitur inter tria illa, ubi concupiscentia carnis, concupiscentia quoque oculorum, et superbia vitæ describitur (*I Joan. II, 16*); ubi universitas malitiæ comprehenditur. Terra autem sacerdotalis id est virtus rationalis his nunquam regibus subdi dignatur, quia ad eam pertinet ut per eam quæ sensualiter sunt læsa curentur.

VERS. 27, 28. — *Habitavit ergo Israel in Ægypto, id est in terra Gessen, et possedit eam; auctusque est, et multiplicatus nimis. Et vixit in ea decem et septem annis. Fuctique sunt omnes dies vitæ ejus centum quadraginta et septem annorum. Israel in Ægypto habitat, dum spiritus, qui cum Deo in nobis principatur, quasi lumen inter tenebras hujus sæculi dominatur et imperat. Israel enim princeps cum Deo dicitur; et habitare ponitur pro eo quod est, dominari.* Versatur in terra Gessen, ut subtiliter appropiet ad vitii cujusque refragaturus palpationem. Eam possidet, cum debito sibi jure colendam etiam contra tentamenta defendit ac retinet. Augetur et multiplicatur nimis, quia nusquam copiosior efficitur spiritus, quam per usum exercitæ discretionis. *Decem et septem in ea vivit annis, 169* D dum et legis Decalogo, et septenario adjutricis gratiæ vitalis, in ipsa scientia reperimus augmentum provectionis. Omnes autem virtutum nostrarum claritudines per evangelici dogmatis quaternarium, et divini charismatis septenarium, ac Mosaicæ institutionis denarium, perveniunt ad æternæ beatitudinis dexteram, hoc est centenarium.

VERS. 29, 30. — *Cumque appropinquare cerneret mortis diem, vocavit filium suum Joseph, et dixit ad eum : Si inveni gratiam in conspectu tuo, pone manum sub femore meo, et facias mihi misericordiam et veritatem, ut non sepelias me in Ægypto; sed dormiam cum patribus meis; et hac de terra me auferas, condasque in sepulcra majorum.* Die mortis propin-

quante filium vocat, cum luce interna ad sui ipsius omnimodam mortificationem, quantum ad sæculum seducente, ad intellectualitatis desiderium, quasi ad filium spiritus noster recurrit et inhiat. *Gratiam in conspectu* invenit, cum ejus suppetere sibi alacritatem sentit. Ponere ei *manum sub femore*, est operationi vim internæ veritatis, de qua divinæ rationis semen egreditur, subjungere. Convenit enim hanc ex eo seminario ac si ex regula dependere. Femur autem propagationem significat, et veritas rationis totum fecundat; facit *misericiordiam et veritatem, ut non sepeliatur in Ægypto*, dum eam remissionem peccatorum, quam ex Deo intellectus menti spondet, perseverando, imo perseverare faciendo, certa sibi exhibitione complet, dum ab Ægypti sepultura, id est a sæculi se obruentis eam cura amovet. Dormire vult cum patribus, quia non Ægyptiis mœroribus deprimi, sed exemplo eorum, qui dormiunt et corde vigilant, ab extrinsecis sollicitudinibus desiderat consopiri. De hac terra auferri, et in sepulcro majorum condi se postulat, dum per intelligentiæ excellentiam terrenis affectibus eximi, et intra conscientiæ septa a forasticis strepitibus se æstuat contutari. Unde dicitur in Job : *Effidentes, inquit, thesaurum gaudent, cum invenerint sepulcrum* (*Job. III, 21, 22*).

VERS. 31. — *Ego, inquit, Joseph faciam quod jussisti. Et ille : jura ergo mihi, inquit : Quo jurante, adoravit Israel Deum, conversus ad lectuli caput.* Rationis proposito intellectualitas se favere affirmat, quia sine cœlesti notitia, quæ non est aliud quam ipse Dei amor, nil utile prorsus spiritui nostro restat, qui hac fretus constantia, jam secundum Israelis sensum cum Deo directus; ipsi Deo sese humiliat, et ad ipsum qui caput lectuli, id est principalitas internæ nostræ requie est (in ipso enim a peccati exactionibus sabbatismus est) mentem inclinat.

#### CAPUT XLVIII.

VERS. 1. — *His ita transactis, nunciatum est Joseph quod ægrotaret pater suus. Qui assumptis duobus filiis Manasse et Ephraim ire perrexit.* Hæc transeunt, quia fervori animi lentitudines aliquoties, Deo utiliter providente, teporis incedunt. Joseph tunc de patris ægrotatione nuntiatur, quando de rationis intellectus mutabilitate pulsatur. Sed duos illos robustos, juxta Job, fortitudine (*Job. xxxvi, 19*), status felici conscientia genitos, oblivionem scilicet præsentium, et fructificationem futurorum individuos sibi asciscens, rationem per intelligentiæ illapsam propositi utriusque commemorare festinat.

VERS. 1, 3. — *Dictumque est seni : Ecce filius tuus Joseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo. Et ingresso ad se ait : Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ est in terra Chanaan, benedixitque mihi, et ait : Ego te augebo et multiplicabo, et faciam te in turbas populorum, daboque tibi terram hanc, et semini tuo post te, in possessionem sempiternam.* Seni de adventu Joseph dicitur, cum læssenti spiritui de augmento cœlestis notitiæ memoria refricatur,

Confortatus ergo sedet in lectulo, cum viribus ex intima correctione resumptis, conscientiae propriae honore prominet judiciario. Sedere enim judicantis est. Lectulum, mentum dici testis est, qui ait : *Lectulus noster floridus* (Cant. 1, 15). Porro ingreditur cum secreto cordis admittitur. Luza dicitur *boja*, quod nos vocamus compedem. In terra Chanaan, inquit, id est in terrenitate, ubi jugem per criminum declivia motum patiebar, et quo voluptatum compedibus astringebar. Deus, qui in fortitudine victos omnipotenter educit, mihi inclaruit, virtutis multiplicationem *benedixit*, et quod inter turbulencias vitiorum substantibilem me crearet, et terram corporis hujus mihi in praesentiarum, et post saeculi hujus statum semini, id est, pio merito meo incorruptibiliter possidendam contraderet, spe certa promisit.

VERS. 5, 6. — *Duo igitur filii tui, antequam huc venire ad te, mei erunt; Ephraim et Manasses, sicut Ruben et Simeon reputabuntur mihi. Reliquos autem quos genueris post eos, tui erunt et nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis.* Intellectuales duo sunt filii, qui sic imminent geminae visceribus charitatis ut Manassen habeant praesentium oblivionis, sed nunquam obliviscantur futurorum bonorum frugis. Hi in terra Aegypti nascuntur antequam Israel ad Joseph veniat, quia antequam spiritus noster quid sit intellectualitas sapiat, et saeculi conversationem omnino intellectualitas ipsa nos respuere cogat, hoc ipsa in se, vel ex se motus pietatis procreat; hoc opus est ut ratio, utpote propriis, sibi deligat. Ruben dicitur *videns filium*, Simeon *audiens tristitiam*.

*Reputabuntur*, inquit, *mihi Manasses et Ephraim, sicut Simeon et Ruben*, quia illa instantium oblivio per auditum tristitiae vel praesentis, qua mundus tribulatur, vel futurae, qua impiis maledicetur, mihi fit; et tota pii operis fructificatio, per visionem filii, id est per contemplationem mihi provenit aeternorum spei. Filios autem spes in Scriptura solere vocari saepe probavimus. Ac si dicat: Sicut causae, et spei, et tristitiae auditus mihi non desunt, sic efficientiae quae retro sunt obliviscendi, et fructuum in anteriora tendendi (*Phil.* III, 13), deesse non poterunt. Si quid postmodum viribus intelligentiae studiorum sanctitatis edideris, tibi hoc ad summam divinae cognitionis adauxeris, et virtutem nomine fratrum, scilicet sapientia genitricis et spiritu procreatore satorum, censebuntur merito in principando motibus subjiciendis. Si enim saeculum perfecte rejicias, et frugis bonorum operum Deum diligendo prorsus insistas, virtus est quidquid demum inter istas intentiones atexas.

VERS. 7. — *Mihi autem, quando veniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere, eratque vernum tempus; et egrediebar [al., ingrediebar] Ephratam, et sepelivi eam juxta viam Ephratae, quae alio nomine appellatur Beth-*

*A lehem.* Mesopotamia dicitur *elevata vocatio*; Rachel, *videns principium*. Quando, inquit, de vocatione divina, qua ab imis elevor, accepi ut ad effectum gratiae pervenirem, quantum ad meos, id est humanos usus spectat, Rachel mihi emoritur, intentio scilicet mea terrena ad utilitatem meam destituitur, ut ad eum qui omnium principium, et principaliter est, erigatur. In terra Chanaan in ipso itinere occidit, cum in terreno motu posita, quo expediri adhuc perfecte non potest, in ipso proficiendi appetitu paulatim decedit. Venum tempus erat dum haec moritur; et ille *Ephratam* egrediebatur, quia accedente fidei fervore, cum pius in fructum operis prorumpit affectus, quae ex carne est voluntas dejicitur, et ad ubertatem internae plenitudinis, quod est Ephrata, spiritus quasi ad libertatem solutus egreditur.

*Juxta viam Ephratae* sepelitur cum juxta Christum, qui via est, et frugis ubertatique sese fruentium a mundano tumultu absconditur. *Pone me*, inquit, *juxta te,* et *cujusvis manus pugnet contra me* (*Job* XVII, 3). Bethlehem dicitur domus panis. Alio ergo nomine Ephrata appellatur *domus panis*, quia etsi feracitas bonorum actuum laude ducitur, tamen nullo modo apud Deum approbatur, nisi, ut ita dicam, mansionaliter usus supercaelestis hujus panis teneatur, sicut domus non in morem tabernaculi, sed temporum, et aetatum diuturnitate habitatur.

VERS. 8, 9, 10. — *Videns autem filios ejus, dixit ad eum: Qui sunt isti? Respondit: Filii mei sunt, quos dedit mihi Deus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, ut benedicam illis. — Oculi enim Israel caligabant praeter nimiam senectutem, et clare videre non poterat. Videns filios Israel, id est intellectualitatis efficientias, subtiliter apud se spiritus discutit eorum causas. Sed respondet sibi filios in loco a Deo sibi datos, hoc est principaliter, uti decet, bonos operum sibi fructus in charitatis stabilitate fundatos. Is enim locus est spatiosus in quo David statutos gloriatur pedes suos (*Psal.* xxx, 9). Latum enim mandatum ipsum nimis (*Psal.* cxviii, 96). Operum ergo causae sunt charitas. Et qui nec ad modicum nec nos loco, nec nobis locus abesse debeat, per praesentis rei demonstrativum, quod est, hoc, patenter insinuat. Si igitur, inquit, ex divina cognitione prodeunt, per ipsam intelligentiae tuae claritatem, ad rationis eadem opera deduc discernenda notitiam, ut discreta et quodam palatio interius delibata, benedicam, id est multipliciora reddam. Sine intellectualitatis enim acumine oculi Israel, ingenia videlicet rationis caligant, et praeter nimiam temporariae vetustatis consuetudine, in divina et spiritualia minus valent intendere.*

VERS. 11. — *Applicitosque ad se deosculatus est, et circumplexus dixit ad filium: Non sum fraudatus a conspectu tuo; insuper ostendit mihi Deus semen tuum. Ad se applicat, cum et instantium oblivionem, et piorum actuum fructificationem, sibi*

individue copulat. Deosculatur quia non timore, sed amoris interni charitudine in his afficitur. Circumplectitur, cum spiritualis vigilantia statum suum undecunque muniendo contuetur. *Non sum inquit, fraudatus aspectu tuo*, quia intelligentiæ lumine, et notitia non caream, in quantum bonis intentionibus hæreo. *Insuper ostendit mihi Deus semen tuum*, id est perspicuæ illius veritatis quam in te continens fructum, intentiones intendendo usque ad exhibitiones operum.

VERS. 12, 13. — *Cumque tulisset eos Joseph de gremio patris, adoravit pronus in terram. Et posuit Ephraim ad dexteram suam, id est ad sinistram Israel: Manassem vero in sinistra sua, ad dexteram scilicet patris, et applicuit ambos ad eum.* Joseph de gremio patris filios tollit, cum intellectus ab infimis voluntatibus operationum intentionem erigit. Gremium namque longe inferius sub pectore corporis locus est. ¶ Patris ergo gremium humanæ accipimus rationis motum. Humana enim est ratio, est et divina. His sublatis in terram pronus adorat, quia quanto magis a carnis prudentia studium eximit, tanto magis contemplando sublimia coram Deo humilius de se sentit. *Ephraim ad dexteram suam ponit*, quia boni operis frugem ad spem sibi æternæ beatitudinis constituit.

Sed dextera Joseph ad dexteram Israelis est quia illa intellectualitatis supremitas intenta cœlestibus, sinistrum, id est sæculare et infimum æstimat quidquid in humanis, etiamsi spiritualiter sapere videantur, versatur ratiocinationibus. Ipsam enim contemplationis dulcedinem cum gravi vanitatum molestia prægustamus. Antequam enim intellectus comedat, spiritus suspirat. *Ipsi nempè, ait Apostolus, primitias spiritus habentes intra nos gemimus* (Rom. viii, 23). Manasses in sinistra intellectus, sed ad dexteram rationis, quia materialium oblivio, sine qua virtus non eminet speculationis, causa est apud illum durissimi laboris; qui tamen labor rationi occasio est perspicacissimæ in discernendo spiritualia dignitatis. Ambos ergo ad eum applicat, quando utraque, sine quibus nil efficitur, intelligentiæ vis desiderio rationis associat.

VERS. 14. — *Qui extendens manum dexteram, posuit super caput Ephraim junioris fratris; sinistram autem super caput Manasse, qui major natu erat, commutans manus.* Extendit manum, cum spiritus internæ fortitudinis provehit exercitium. *Caput Ephraim*, cui dextra superponitur, ipsa Divinitas est, a qua ac si de capite pendet totius nostræ bonæ actionis effectus; super qua etiam spiritus nostri spes et beatitudo fundatur. Sinistra *super caput Manasse*, quia tota tentationum adversitas, cœlestis gloriæ altitudini, quæ oblivionis præsentium summa et capitalis intentio est, innititur. Ephraim junior, Manasses major natu dicitur, quia prius sæcularis memoria rejicitur, ut æternis fructificationibus deinde insistatur. *Manus ergo commutat*, dum quod dextrum præsentī est, æternæ vitæ sinistrum depu-

tat; et quod sinistrum æternæ, præsentī dextrum abjicit et refutat.

VERS. 15, 16. — *Benedixitque Joseph filio suo et, ait: Deus, in cujus conspectu ambulaverunt patres mei Abraham et Isaac, Deus, qui pascit me ab adolescentia mea usque in præsentem diem, angelus, qui eripuit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, et invocetur super eos nomen tuum, nomina quoque patrum meorum Abraham et Isaac, et crescant in multitudine super terram.* Benedictio, multiplicationis est imprecatio. Joseph autem, id est intellectum, rationis dicimus filium, quia non ex intellectu rationem, sed ex ratione procedere novimus intellectum. *Deus*, inquit, in cujus placito (quod enim placet, præ oculis habere volumus) proficere studuerunt paterna interioris hominis gentium custodia, quod est *Abraham et Isaac*, spes scilicet gaudii cœlestis atque lætitiæ. *Deus*, qui a provento exolescentis animi constantiæ sua consolatione me nutrit, usque in illius qui semper præsens est diei me ducendo contemplationem. *Angelus* divini eloquii, cujus nuntio de cunctis peccati eripior incommodis, per sui ipsius efficientiam, et adimplentionem multiplicet propositi novitatem, instantium videlicet oblivionem, et futuræ spei fructificationem et perpetui sentiant intellectualitatis augendæ desiderii invocationem; et crescant devotiones internæ in multis effectibus ad corporalis exercitii superficiem.

VERS. 17. — *Videns autem Joseph quod posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, graviter accepit, et apprehensam manum patris levare conatus est de capite Ephraim, et transferre super caput Manasse.* Intellectus dum attendit aliquoties rationem sic potius studium suum bonis quæ exercet actibus impendere, ut ad contemplationis subtilitatem, quod est corporalitatum oblivio, negligat assurgere; ægre patitur hebetudinem rationis, unde et ipsam dexteram, id est interioris hominis potentiam, ab extrinseca cura restringens, de capitali actualitatis intentione elevare nititur ad totius materialitatis obliterationem. Capita namque principalitatem mentis, quæ est intentiones, significant. (VERS. 18). *Non ita, inquit, convenit, pater, quia hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput ejus.* Primogenitum vocat, vel quia homo non forsticæ administrationi, sed divinæ potius visioni conditus est, vel quia dignior est speculatio, quam communis etsi bona actio. Hæc est optima Mariæ portio (Luc. x, 43). Huic ergo, inquit, admove potissimum tuæ virtutis diligentiam.

VERS. 19, 20. — *Qui renuens, ait: Scio, fili mi, scio, et iste quidem erit in populos, et multiplicabitur; sed frater ejus junior, major erit, et semen illius crescet in gentes. Benedixitque eis in ipso tempore, dicens: In te benedicetur Israel.* Renuit, et scire quidem ejus primatum se asserit, et quamdam interim inanium cogitationum populos speculationis singularem attendit essentiam, virtutumque ejus exuberantiam, sed active majorem æstimat aliquando



animus utilitatem, quæ multis prodesse delegerit; A  
cujus semen, id est exemplum operis in multorum  
innumeras ædificationes propagari utpote imitabi-  
lius poterit. Huic sensui 172 querimonia Marthæ  
ad Dominum laborantis in Evangelio adversus so-  
rorem concinit (*Luc. x, 41*). Benedixit tamen eis in  
ipso tempore, dum multiplicari in utrisque appetit  
in hoc eodem statu considerationis suæ. Licet,  
inquit, plurimorum actualitas emolumento valeat,  
fateor tamen quod in te, o intellectualitas, internæ  
benedictionis principalitas consistat; virtus namque  
Israelis per te, id est rationis, exuberat, et ideo di-  
cetur: *Faciât tibi Deus sicut Ephraim, et sicut Ma-*  
*nasse, tibi videlicet, o spiritus, fulciatur animalitas*  
*sicut adipe et pinguedine, profecto fructificando*  
*exterius in exhibitione, et imbuatur intrinsecus*  
*gratiæ succo omnium a mente visibilia: abolitione.*

*Constituitque Ephraim ante Manassen, quia ne-*  
*cesse est bonis prius actibus insudare, antequam*  
*corporalium imagines valeant eliminari a corde.*  
(*Vers. 21.*) *En, inquit, morior, et erit Dominus vo-*  
*biscum, reducetque vos ad terram patrum vestrorum.*  
*En per continentiae fructum, et rerum tractabilium*  
*despectionem, sæcularibus desiderii morior; et sic,*  
*o spiritualis motus, abscissis affectibus alienis di-*  
*vinus commanebit amor vobis, qui vos reducet ad*  
*terram soliditatis æternæ, quam amisistis in patri-*  
*bus primis. Spiritus enim sanctus, qui amor est,*  
*deducet nos in terram rectam.* (*Vers. 22.*) *Do tibi*  
*partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu*  
*Amorrhæi in gladio et arcu meo.* Pars ista quæ extra  
fratres Joseph datur, cognitio Divinitatis est, quæ  
non oculorum visioni, non extrinsecorum sensuum  
ulli, non imaginationi cogitationam, non interiorum  
habituam ulli, quamvis ratiocinantium, soli præter  
hos omnes intellectualitati attribuitur. Amorrhæus  
ipse dicitur *amaricans*, carnalem spiritui infensum  
affectum significat, de cujus manu, id est potestate,  
et actu, divini subtilitatis amoris, ac si gemma de  
sordibus, gladio discretionis, et superni arcu timo-  
ris, a facie cujus ut fugiat sibi significatio datur,  
sollicitudine rationis eripitur.

## CAPUT XLIX.

*Vers. 1, 2.* — *Vocavit autem Jacob filios suos, et*  
*ait eis: Congregamini ut annuntiem quæ ventura*  
*sunt vobis diebus novissimis. Congregamini, et audite,*  
*filiï Jacob, audite Israel patrem vestrum. Jacob filios*  
*vocat, cum cogitationum dispersionem per eus*  
*quem præmisit arcus providentiam ratio restringit*  
*et alligat. Hunc autem arcum suum superius dicit*  
*quia ejus sibi usum, et exercitationem specialiter in-*  
*dicat. Ad rationis, inquit, sinum visco vos divini*  
*metus unanimiter cogite, ut singulis mentis motibus*  
*denuntiem quæ valeant fortunæ, vel infortunia in*  
*extremis dierum, id est virtutum successibus prove-*  
*nire. Congregamini, quia in dissidio et evagatione*  
*nusquam, vox divina percipitur, et Jacob, id est sup-*  
*plantatoris vitiorum primum monitis obaudite spi-*  
*ritus, ut postmodum victoris ejusdem placidam pa-*

ternitatem experiamini, cui est cum Deo jam per  
victoriam principatus. Israel namque *princeps cum*  
*Deo dicitur.*

*Vers. 3, 4.* — *Ruben primogenitus meus, tu forti-*  
*tudo mea, et principium doloris mei, prior in donis,*  
*major imperio. Effusus es sicut aqua, non crescas,*  
*quia ascendisti cubile patris tui, et maculasti stratum*  
*ejus.* Ruben interpretatur *videns in medio.* Medium  
autem pro *communi* ponere, et humanæ ac divinæ  
paginæ inolitum est. *Videns ergo in medio* vis ra-  
tionalitatis accipitur, quæ generaliter tota quæ ho-  
minis sunt provide curare dignoscitur. Est ergo  
dicere: *Mihi rationi principaliter ingenta dignitas*  
*es providentiæ aut discretionis, quæ licet fortitu-*  
*dinem contra emergentia vitia subministres, princi-*  
*pium tamen doloris mei es, quia quo magis addis*  
*scientiam, tanto addis scita facere non potenti tristi-*  
*tiam; et cum sis prior secundum excellens sapiendi*  
*donum, et major ad exigendum corporalitatis servi-*  
*tium, corruptionis tamen fluxu per affectualitates*  
*effunderis, in quarum nolit Deus distensione ut ullo*  
*modo superbias; solet enim improbis cogitationibus*  
*lætitiaë inanis tumor increscere, cum voluptatum*  
*sibi arriserit opportunitas. Gaudent enim in rebus*  
*pessimis (Prov. ii, 14), surmentes audaciam de ni-*  
*mietate criminis. Versa, inquit, tu ratio in affectum,*  
*et de veritate facta mendacium, ab infimis subre-*  
*pendo mentis quietem, (quod significat cubile) per-*  
*turbas, et turpium desideriorum adulterinis incur-*  
*sibus, virtutum stramenta commaculas. Hæc verba*  
*spiritus internæ familiæ patris, de pravi appetitus*  
*immersione subdola conquerentis.*

*Vers. 5, 6.* — *Simeon et Levi fratres; vasa ini-*  
*quitate belluntia. In consilio eorum ne veniat anima*  
*mea, et in cætu illorum non sit gloria mea, quia in*  
*furore suo occiderunt virum, et in voluntate sua*  
*suffoderunt murum.* Simeon dicitur *audiens tristi-*  
*tiam.* Levi *additus, vel assumptus.* Si, juxta Prophe-  
tam, non est gaudere impiis, dicit Dominus: et  
gaudium, secundum Patres, in bono accipitur, tri-  
stitiæ auditio ad malum dicitur, ut causa pro  
effectu ponatur, quia si gaudium et pax regnum  
Dei, non esca, et potus 173 ab Apostolo dicitur  
(*Rom. xiv, 17*), jure regnum diaboli tristitia et in-  
quietudo vocatur; peccati enim studia hoc omne  
consequitur. Audiens ergo, id est intelligens, imo  
obedienter excipiens hujusmodi tristitiam, non quod  
inde tristetur, sed quod sibi iram in die iræ hinc  
thesaurizare noscatur, affectus ipse intelligitur, cui  
cum fructus concupiscentiæ suæ additur, fiunt duo  
pessimæ capacitatis vasa, quæ bellis et tumultibus  
adversus animam militantibus adimplentur.

In horum consilio ne veniat anima a spiritu op-  
tatur, cum a proposito terrena ambientem, et ambita  
libidinose post assecutionem fruendi, intentio inte-  
rioris hominis ab ipso arcetur. Consilium autem  
eorum est, et cupere, et in concupitis cum affuerint  
lascivire. Unde Job: *Quia, inquit, non sunt in manu*  
*eorum bona sua, consilium eorum longe sit a me*

(Job. xxi, 16). Et Dominus: *Væ, ait, prægnantibus et mammantibus* (Matth. xxiv, 19; Marc. xiii, 17). Consilium itaque horum, cupiditas et voluptas sive superbia est; in quorum cœtibus, (multas enim et alias istæ sibi pestes colligunt, radices nempe omnium sunt malorum (I Tim. vi, 10) non vult ratio gloriari, quia in male factis nescit lætari (Prov. ii, 14), nec in malignantibus æmulari (Psal. xxxvi, 1). Horum namque furor, id est vehemens et quasi furibundus appetitus, qui ab Apostolo passio desiderii (I Thes. iv, 5), et alibi, ustio appellatur, occidit illum quem Samaritana vocare jubetur virum (Joan. iv, 16), interimit scilicet rectorem spiritum. In voluntate tamen eorum primo suffoditur murus, quia per delectationem, quæ suggestioni sponte favet, interna virtus evertitur antequam ad rabiem perveniatur ascensus.

VERS. 7. — *Maledictus furor eorum, quia pertinax; et indignatio eorum, quia dura. Dividam eos in Jacob, et dispergam illos in Israel.* Furor eorum quia pertinax est maledicatur, quia nimietas concupiscentiæ quam perseverare in pravo nititur, a divini proventus summa dejicitur. Maledictio namque in sacro eloquio, pro destitutione et detrimento ponitur. Indignatio ob duritiam maledicatur, quia cum in ipsa voluntate delectationis æstuant adversus divina præcepta, quod importabilia videantur indignando se elevant; et, cum per hoc ad vitia afferata mente feruntur, status eorum propriæ calamitate obstinationis obruitur. In Jacob tamen, id est in animis ad supplantationem peccati vivacibus, hujusmodi arguta discretione dividuntur, sed in his qui sunt Israel, id est qui cum Deo directi, cum Deo etiam sibi ipsis principantur, cornibus maximæ auctoritatis ventilantur. Israel nempe *directus Dei, vel princeps cum Deo* dicitur.

VERS. 8. — *Juda, te laudabunt fratres tui; manus tua in cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui.* Juda dicitur *laudans, glorificans, vel confitens*; ipse est sanctæ religionis status, qui etsi qua gerit minus apta, pie confitetur, vitæque et moribus Deum laudat, nec solum in se, sed et per aliorum exempla glorificat; cujus vera in eo auctoritas probatur, quod invitæ rationis potentia præfatorum affectuum, malorumque cervicositates deprimentur. Hunc fratres sui laudant, quia et consortes quique propositi, et etiam ipse ex eodem patre spiritu, et bona voluntate matre geniti, quilibet actus fortes laudabiliter celebrant. Adorant, cum ad hunc fulciendum omnes mentis motus sese humiliant.

VERS. 9. — *Catulus leonis, Juda, ad prædam, filii mi, ascendisti, requiescens accubuisti ut leo, et quasi læna, quis suscitabit eum? Catulus leonis, juxta physicos, dormiens nascitur, sed die tertio voce parentis postmodum excitatur. Vere ergo religionis effectus, Judas scilicet in primitivis suis affectibus, quasi torpidus et quodammodo sua novitate habetur oritur, sed post Trinitatis, quod Deus est, agnitio-*

*A nem, quæ non nisi amor ejus est, quæ sola cognoscibilis sibi vox est, ad scientiæ claritatem expergiscitur. De hac voce dicitur: Omnis qui audit a Patre, et didicit* (Joan. vi, 43), etc. Et: *Qui audit, dicat: Veni* (Apoc. xxii, 17). Ad prædam ascendit, quia a concupiscentia carnis, oculorumque, et vitæ superbia (Joan. ii, 16), quæ Simeon et Levi exigunt, se subrigens ad vim regno cœlorum inferendam, et illud violenter eripiendum (Matth. xi, 12), gradibus virtutis erumpit.

*Requiescens ut leo* accubat, cum sopitis aliquoties tentationibus, etsi securus esse videatur, tamen contra subitas irruptiones semper sollicitus vigilat. Leo namque etiam cum dormit, patentes habere oculos dicitur. *Ego enim dormio, et cor meum vigilat* (Cant. v, 2). *Quasi læna* quoque est, quia quo amplius incentivum superni ardoris corde conceperit, et pii operis fetibus incubuerit, eo atrocior contra vitia se erigit. Læna sane natura perhibetur, cum fervet amore maris, seu partibus instat alendis, ut fortior etiam leone sit. Hunc ergo tanta dilectione fretum Judam, quis carnis motus ab interna delectatione, qua in Deo quiescit, exsuscitabit? *Multæ enim aquæ non potuerunt exstinguere charitatem* (Cant. viii, 7). Lampades nempe ejus ignis atque flammaram sunt.

VERS. 10, 11. — *Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femoribus ejus, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pullum suum, et ad vitem, o filii mi, asinam suam. Sceptrum de Juda non auferetur, quia de ipso nostræ habitus sanctitatis, regimen imperatoriæ rationis non contrariarum ventis fortitudinum, non fluminibus libidinum ullo modo dimovetur* Venerunt, inquit, flumina, flaverunt venti (Matth. vii, 25). Femur Judæ veritatis notitia est, ac si quoddam conceptaculum seminis in corde. Dux ergo de femore Judæ, ipse spiritus noster est, ex veritatis in bonis operibus procreatus ac roboratus propagine; quæ progenies ex Juda editur, quia ex sanctitatis studio et usu, arcanum interioris prudentiæ, quasi prosapiæ genus; extenditur. Et hoc fit *donec veniat qui mittendus est*, id est dum cœlestis ille immortalitatis ac incorruptionis habitus accedat, qui, ut absorbeat quod mortale est a vita gentium (II Cor. v, 4), id est motuum internorum, votis expectatus est. Ipse autem dux ligat ad *vineam pullum suum*, dum affectum carnalem jugi ac oneris divini impatientem, ad Scripturæ divinæ præcepta castigat et cohibet, quæ meracissimi nobis consilii poculum præbet. Hæc sacrorum documentorum vineas, in Cantico amoris querimonia est, demoliri vulpes parvulas (Cant. ii, 15). *Ad vitem* asina alligatur, cum ad Christum, qui dicit: *Ego sum vitis vera* (Joan. xv, 1); voluntas nostra quæ vicinior est rationis, et legi Dei magis consona, quasi oneriferum et tractabile animal astringitur. Filium spiritus quod est, Jacob Judam id est, statum religio-

ominat, quia a se totius pietatis exercitium re non dubitat.

RS. 12. — *Lavabit vinò stolam suam, et sanguine pallium suum. Pulchriores sunt oculi ejus vino, ntes ejus lacte candidiores. Stolam suam vino, cum profectus noster Judas verus spirituali re ac lætitia, tunicam illam in baptisma sum, quam perferre jubetur ante tribunal Chri-*

utidie mundat. Pallium super tunicam indui Si ergo per stolam interioris hominis, in tum possibile est, munditiam; per pallium ac- 3 possumus exterioris operis innocentiam. Quæ *iguine uvæ* lavatur, quia Christi passionis sa- 2 ento, ex quo supernæ nobis plenitudo defluxit dinis, dum illud fideliter sumit, a macula hu- 1 latis abluitur. Unde dicitur: *Et in sanguine laverunt stolas suas* (*Apoc. vii, 14*). Cum enim ti corpus devote sumimus, a necessitatibus se nostris actibus ingerunt, expiari nos cre-

3. 10 autem Judæ oculi pulchriores sunt, quia non ypocrisi, et arrogantia sapientiæ, et scientiæ ates animi nostri gloriosa confessio sibi inesse at; sed ex vino, id est sincerissima spiritualis e ubertate plenius sibi aliis abundare demon-

Est ergo sensus. Quod cæteris pulchritudine ninent, non ex figmento, sed ex vino divini sa- et calor est. Similiter et *dentes*, sermonum cet potentiæ, et virtutes, quibus alios pie ma- o Deo incorporant, quod multorum facundiis nsius enitent, *ex lacte* est, id est, ex simplicis C ientia plenissima puritate, non ex declama- ventositate. Hi enim dentes sicut grex ton- 1 ascenderunt de lavacro, ut legitur in amoris 20 (*Cant. iv, 2*).

RS. 13. — *Zabulon in littore maris habitabit, statione navium pertingens usque ad Sidonem. Non dicitur fluxus noctis, vel jusjurandum ejus, habitaculum fortitudinis.* Cum enim noctem hujus i effluere per errores cernimus, jusjurandum in baptismo sacræ promissionis fecimus, nos t pompis ejus renuntiavimus, ad habitaculum æ fortitudinis, civitatem videlicet manentem, identes implemus. Hac consideratione curas i, naufragium scilicet maris evitans animus D i, littus internæ soliditatis eligit, et inter na- ion illas quæ circumferuntur omni vento do- 3 (*Ephes. iv, 14*), sed illas, per quas descen- mare ut fiat operatio in aquis multis (*Psal. 3*); et quæ pertranseunt animalia pusilla cum is.

t namque naves animæ omnino fideles, hu- tem sua concavitate signantes, et per hoc sese ue salvantes. In statione ergo navium habitat, inter exempla eorum qui in miseriis sæculi tentationum subsistunt, perseverando conver- rat. Usque ad Sidonem pertingit, cum usque isiderationem quæstus inutilis, quid solum in et quæritur et agitur, mens provida pervenit.

A Sidon nempe *venatio inutilis* dicitur; Punica vero lingua, *piscis* interpretatur. Ad piscis autem similitudinem attingit, quisquis inter mundi fluctus et tempestates illæsus a crimine vivit; cui tentatio occasio vitæ fit, sicut pisci unda alimentum existit. Homini enim super terram, id est super terrena constituto, tentatio vitalitatis causa esse debet.

VERS. 14, 15. — *Issachar asinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiem quod esset bona, et terram quod optima; et suppositus humerum suum ad portandum, factus est tribulis serviens.* Issachar interpretatus est *merces*. Et tantis laboribus quos Zabulon patitur, sedulo est intimandum quia est merces. Taxatis namque octo passionum beatitudinibus Dominus addidit: *Gaudete quoniam merces vestra multa est in cælo* (*Matth. v, 12*). Ad hanc asinus parandus est *fortis*, tolerantia scilicet vigor humilis. Inter terminos accubat, cum et inimicos ferendo amare jubetur, et amicos non nisi propter Deum amare præcipitur, quibus præceptis ac si meta utrinque constringitur. Porro accubat, dum in his studiis non nutabundus errat, sed continua delectatus eorum actione pausat. Videt *requiem quod sit bona, et terram quod optima*, quia spiritualia attendit 175 sabbata ab omni illicito quam in præ- senti sint utilia atque idonea; quibus otis, qua nil est melius, acquiratur viventium terra. Supponit itaque *humerum ad portandum*, cum ei cujus onus leve est, humilis impendit obeditionis sub hac intentione servitium. Unde legitur: *Servient, inquit, ei humero uno* (*Soph. iii, 9*), id est unanimis obedi- entia voto. Fit tribus serviens, dum vitia et concupiscentias quæ sibi dominabantur abscedit, ei sola quæ corporis necessaria redhibito exigit humanitati reddens.

VERS. 16, 17, 18. — *Dan judicabit populum suum, sicut et alia tribus in Israel. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro. Salutare tuum exspectabo, Domine.* Dan interpretatur *judicium*, hypocrisim significans, qua justius nullum judicatur, id est damnatur vitium; quæ et sancta agit, et sanctitatis honorem Deo contempto sacrilege sibi attribuit. *Populum autem suum, sicut et alia tribus in Israel* judicat, quia forinseca quædam sua mala sicut et electi, ad quorum sortem non pertinet, visibiliter discernit et temperat. *Fiat Dan coluber in via.* Quod est dicere: Velit Deus, ut, etsi hypocrisis colorari videtur ex varietate sua, appareat tamen quam sit mortiferum malum instar colubri in suæ affectionis via. Notandum autem quod coluber minus noceat quam cerastes, et via latior et magis trita sit quam semita. *Coluber in via* est hypocrisis malum, sed non ita perniciosum in affectione prava. Laudis enim amor naturaliter subrepat pene omnibus. Hæc via ergo generalis est. Id præcavet qui dicit: *Dixi: Custodiam vias meas* (*Psal. xxxviii, 2*).

*Cerastes* autem, qui dicitur cornutus, mortiferum omnino animal, superbia fastum cornu elationis

significat; cui semita concinit, quæ singularitatem insolentis cogitationis indicat, ubi se super alios cunctis indignando elevat, qui pene Deo ipsi se comparat. Mordet vero *ungulas equi*, cum corrumpit ni-mietas arrogantiae in animo ipsam sui discretionem typi, ut non se superbiere, sed quidquid de se glorio-sum cogitat, sibi aestimet digne competere. Ungulas pro discretionem ponere novit, qui scit vitulum novellum cornua et unguilas producere (*Psal. LXXIII, 32*). Equum autem pro superbia solere poni, testis est psalmus, qui ascensores equorum dormitasse perhibet ab increpatione Dei (*Psal. LXXV, 7*). *Ut cadat ascensor ejus retro, id est, ut dum de gloria inanitate superbit, evertatur, et decidat in illo unde avertit obtutus futuro saeculo. Percussit enim Dominus inimicos suos, ubi minus attendunt in sequentis vitae posteriora. Spiritus autem noster ista provide dispiciens, atque despiciens, salutare Dei se expectare Deo ipsi pollicetur, quia quo magis impius et apostata superbit, pauper tanto magis incenditur* (*Psal. X, 23*), ad bene agendum scilicet purgatur vividiorque redditur; et cum saeculares ille glorias praestolatur, iste de salutaris, id est Christi expectatione laetatur. Unde David, qui de eo qui praevaluit in vanitate sua loqueretur, subdidit de se, vel Christo, ejusque similibus: *Ego autem, sicut oliva fructifera* (*Psal. LI, 9, 10*), etc.

VERS. 19. — *Gad accinctus praeliabitur ante eum, et ipse accingetur retrorsum. Gad latrunculus interpretatur, per quem intelligitur carnalis stimulus. Qui accinctus ante Dan praeliatur, quia collectis et apposis sibi ex inani tumore viribus, luxuriae solet despumare fetoribus. Saepe enim, et quasi naturaliter, majestatis illius ventositas reflari consuevit in labem, et justo Dei judicio improvide latrunculus sibi iste occurrit, ut qui Deum hominesque non reputat, in suo repente foedissimo casu videat quam nullus existat. Ante autem praeliari dicitur, quia ei qui interius ultra omnem modum gloriatur apertae impugnationis turbas insolentia subitae libidinis movere permittitur. His enim qui voluntarie peccant offendiculum proponitur. Retrorsum tamen prius accingitur, dum in animo suo, cui hypocrita dorsum vertit, multis prius cogitationum moliminibus conceptae voluptatis affectus armatur, quomodo callidis effectibus impleatur.*

VERS. 20. — *Aser, pinguis panis ejus, et praebebit delicias regibus. Aser dicitur beatus; nec Deum perfecte timenti beator est ullus. Huic panis pinguis est, quia dum oleum continet, nec interius de virginitate superbit, panis ei, qui de caelo descendit* (*Joan. VI, 41*), interior libertas, et succus est. Is ex adipe frumenti cibatur (*Psal. LXXX, 17*). Aser ergo iste, noster scilicet spiritus, vera hujus saporis beatitudine donatus, praefatis duobus, Dan videlicet et Gad, oppositus, praebet jam delicias regibus, quia non spurcitas, imo spinas concupiscentiarum, sed delectationes internae jucunditatis administrat his qui nos quondam rexere sensibus. Reges autem hos

A dici, et Apocalypsis testatur, et Psalmi, quorum deliciae non aliud sunt quam invisibilium bonorum lucris sese exercere. Frequens enim legere, flere, verba Dei audire libenter, et dicere, et quaeque quibusque sensibus convenientia pia intentione agere, deliciae sunt emergentes ab interna pinguedine.

VERS. 21. — *Nephtali, cervus emissus, et dans eloquia pulchritudinis. Nephtali dicitur conversavit me, vel implicavit me, vel dilatavit me. Postquam namque celebros virtutis usu impios Deus, ut non sint, ab impietate conversat, et suis eos obsequiis implicat, consequenter 176 per profectuum gradus charitatis visceralitate dilatat. Spiritus ergo noster, ubi haec attigerit, cervus jam potentissimae adversus vitia majestatis cornibus et subtilissimis ad omnia discernenda sensibus, extra se emittitur per saltus, et alacritatem divinae contemplationis, ubi haurit eloquia totius pulchritudinis. Quae quanto sibi intro gratiora fuerint, tanto dulcius ea propinat et aliis.*

VERS. 22. — *Filius accrescens Joseph, filius accrescens, et decorus aspectu. Joseph interpretatur augmentum. Augmentum igitur istud accrescit, et rursus accrescit, cum illud caeleste bonum, quo solo vere provehimur, et in mentis prius desiderio extenditur, et certitudine deinceps quadam spei et securitatis ampliatur. Unde Paulus: *Nostra, inquit, conversatio in caelis* (*Phil. III, 10*). Et: *Consedere nos fecit in caelestibus* (*Ephes. II, 6*). *Aspectu decorus est, quia superna speculatione, nil etiam adhuc, cum necdum rebus agitur, clarius est. Filiae discurrerunt super murum* (*Vers. 23*). *Sed exasperaverunt eum, et jurgatae sunt, invideruntque ei habentes jacula. Murus Christus intelligitur, Salvator enim ponetur in ea murus* (*Isai. XXVI, 2*). Super hunc murum filiae discurrunt, cum infirmi quique, et fragiles motus, licet in Christi fide se stare confidant, hac tamen confidentia affectibus pravis et effectibus errant. Sed licet lenocinentur intellectualitati, quod est Joseph, eamque mulceant, ea tamen mulcedine non molliunt, sed vehementer ad se versus exasperant. Unde et jurgantur, quia repulsi graviore denuo contra eam bellorum repetitione moventur. De his filiabus dicitur: *Filiae tibi sunt? serva corpus earum* (*Eccl. VII, 26*), id est restringe nequam opera affectionum. Invident quoque *ei habentes jacula*, quia ad aeternorum suscitare molliuntur invidiam molles, id est motus, intellectum, per praesentium, quibus eum jaculantur desideria. Recte dicuntur invidere qui ad hoc impellunt ut faciant non videre.*

VERS. 24. — *Sedit in forti arcus ejus, et dissoluta sunt vincula brachiorum, et manuum illius, per manus potentis Jacob; inde pastor egressus est lapis Israel. Arcus in forti sedet, cum intentio, ex qua operum missilia diriguntur, non fragilibus sed aeternis perseveranter inhæret. Hoc enim sessionis significare nomen solet, ut est: *In cathedra pestilentiae non sedit* (*Psal. I, 1*). Per brachia, fortitudo; per manus, signatur operatio. Horum dum recte intendit*

solvit, qui consuetudine qua olim tenebatur  
 tus obruta libere jam proposita et fortiter  
 læ manus potentis Jacob efficiunt, dum sup-  
 oris vitiorum spiritus vires tantæ auctoritatis  
 sunt. Inde pastor lapis Israel egreditur, cum  
 em spiritu intellectus, qui spiritum ipsum pane  
 ficial, et ad cum Deo principandum, quod  
 rael, in modum lapidis firmet et stabiliat,  
 ertatem contemplationis procedere monetur.

3. 25, 26. — *Deus patris tui erit adjutor tuus,*  
*impotens benedicet tibi benedictionibus cæli de-*  
*benedictionibus abyssi deorsum, benedictionibus*  
*et vulvæ. Benedictiones patris tui confortatæ*  
*nedictionibus patrum ejus, donec veniret desi-*  
*collium æternorum; stant in capite Joseph, et*  
*ice Nazaræi inter fratres suos.* Deus, inquit,  
 asi patrem me et rectorem spiritum in homine  
 uit, et te licet natura meum, tamen mihi  
 te supremum, ex me creari voluit, ipse tuis  
 tationibus cooperatur erit, et cum omnia pos-  
 rationis te multiplicabit ac si cæli eminentia,  
 nedictionis, id est plenitudinis in subjacente  
 affectu minor erit obediendo exuberantia.  
 r enim: *Audite, cæli, quæ loquor, audiat terra*  
*ris mei* (Deut. xxxii, 1). Nil enim est spiritus,  
 obtemperet affectus, quod est terra ob infir-  
 m vel abyssus. Vulva autem et uberibus bene-  
 dum in ipsa pii desiderii conceptione, et  
 tione propositi, et geminæ dilectionis rudi-  
 , quibus gremio præsentis Ecclesiæ ad futurum  
 irilem ac si uberibus enutritur statum, pro-  
 promovetur.

nedictionibus patrum patris benedictiones con-  
 ur, dum per antiquorum memorias, qui abun-  
 virtutibus, virtutes ejus, qui intellectualitatis  
 est, multiplicantur spiritus. Et hoc donec ve-  
 siderium collium æternorum, id est donec  
 tur gloriæ supernæ largitas, quam suspirant  
 m devotiones æternæ excellentiæ destinato-  
 fontes et colles quid significant psalmos inter-  
 Montium vero, vel collium significativorum  
 tatem Sibylla destruit. « Jam æquantur, in-  
 nontes campis. » Caput Joseph, ipse Deus est,  
 ntellectualitati, qui intimus sapor, et notitia  
 b, cunctis quæ prætereunt subjacentibus sola  
 palitas præminens Deus est. Benedictiones  
 n capite Joseph constituuntur, cum sapientiæ  
 nta Deo, non nostræ solertiæ, ascribuntur.

st et per caput cæleste præmium accipi,  
 summum et capitale est intellectui; quo contra  
 probis: *Caput, inquit circuitus eorum* (Psal.  
 t, 10). Unde et vertex postmodum ponitur, in  
 tia capiti præminet Deus, qui omni munere  
 r est, intelligitur. Nazaræus autem flos dicitur,  
 unditia. Vertex itaque benedicitor Nazaræi,  
 eo attribuitur fructuosus ille nitor atque mun-  
 qua Deus conspiciatur animi. ¶ Inter fratres

Nazaræus est, quia contemplationis habitus  
 æteros mentis status non solum a vitio, sed

A ad omni sensibilibus imagine mundus ut sit necesse  
 est.

VERS. 27. — *Benjamin lupus rapax, mane com-*  
*edet prædam, et vespere dividet spolia.* Benjamin  
 dicitur *filius dexteræ*. Filium dexteræ spem electio-  
 nis sæpenumero diximus, et rationes multoties de  
 filio et dextera reddidimus. Est ergo de hoc rationis  
 sententia: *Filius dexteræ*, quisque videlicet electus,  
 cui fida posteritas in beatorum sorte resedit, non  
 semper de his qui innocenter egerint, sed et de his  
 qui lupina crudelitate nocuerint, assumitur. Talis  
 itaque ad eas et quas præmisi, et quas rationis jure  
 contineo virtutes venturus, postquam mane divinæ  
 illustrationis acceperit, id quod in se per vitia dia-  
 bolus deprædatus fuerat, comedit, ad refectio-  
 nis scilicet robur vertit, et ex casu alacrior surgit, et  
 vespere jam fervore tentationis extincto, armaturæ  
 salubris spolia, quæ aliquando possederat hostis,  
 per singulas morum habitudines dividit. Virtutes  
 enim corruptæ fiunt vitia; reparatæ, sunt spolia  
 quibusque mentis statibus victorioso dispertienda.  
 His extremis rationis verbis ad virtutum prælibata-  
 rum efficaciam commendatur gratia. Ubi enim abun-  
 davit peccatum superabundavit misericordia (Rom.  
 v, 20). Et cum cogitaverimus quanta de quam nulla  
 mens nostra facta fuerit, patenter advertimus quia  
 nihil habet quod non acceperit.

VERS. 28. — *Et omnes hi in tribus Israel duode-*  
*cim.* Tribus ad fidei spei et charitatis ternionem  
 referimus, et duodecim constant ex quatuor tribus.  
 Quem quaternarium ad Evangelium, vel quatuor  
 principales virtutes reducimus, quas per Trinitatis  
 amorem, et trium præmissarum necessitudinum  
 executionem pertinere facimus, cum illis benedi-  
 ctionum copiis ad id, quod est Israel, cum Deo  
 scilicet dilectionem. *Hæc locutus est eis pater suus,*  
*benedixitque singulis benedictionibus propriis. Et*  
*præcepit eis dicens.* Dum quibusque cogitationum  
 affectuumque qualitatibus, utilia spiritus, interiori-  
 tatum specialis nostrarum pater, consilia distribuit,  
 quasi singulis propriis benedictionibus valedicit.

VERS. 29, 30. — *Congregor, inquit, ad populum*  
*meum; et sepelite me cum patribus meis in spelunca*  
*duplici, quæ est in agro Ephron Hethæi, contra*  
*D Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum*  
*agro ab Ephron Hethæo in possessionem sepulcri.*  
*Ad populum suum congregatur, cum ad mores, et*  
*actus ratione dignos spiritus omnino restringitur.*  
*In spelunca duplici cum patribus suis sepelitur, cum*  
 et ab extrinsecis delectationibus, et exterioritatum  
 earumdem imaginationibus, cum præmaturis spiri-  
 tualium rationum motibus, acsi cum patribus  
 absconditur. Potest et spelunca duplex, geminus  
 timor intelligi, quo et pœna metuitur, vel regni  
 amissio proponitur. His ergo duobus non immerito  
 pavore contractus coercetur, et exemplis eorum  
 quorum paternitates (sic) affectus aggregatus, a sæ-  
 culi turbore sopitur.

Hanc speluncam ab Ephron Hethæo in possessio-

*nem sepulcri Abraham emit*, cum spiritus interiorum gentium Pater ab affectu carnali, qui pulverem, id est curas inutiles et mœroris sibi injicit, et ad reprobi sensus stuporem quandoque pertrahit, sensuum imaginationumque continentiam, sub obtentu internæ quietis omni laborum impendio exigit. Ephron autem dicitur *pulvis inutilis*, vel *pulvis mœroris*; Hethæus *stupens*. In terra Chanaan contra Mambre ager est, quia in terrenitate, ubi a vitiiis negatur otium, quod est virtuti discretionis et perspicuitatis adversum, conscientia quam excoli necesse est, jacet; vel corpus nostrum, ubi quæri et emi convenit duplicis speluncæ sepulcrum. Chanaan enim *negotiationem*, Mambre sonat *perspicua*, vel *divisionem*.

VERS. 31. — *Ibi sepelierunt cum, et Saram uxorem ejus: ibi sepultus est Isaac cum Rebecca conjugē. Ibi et Lia condita jacet.* Abraham cum Sara ibi sepelitur, cum ratio vel spiritus, quod idem est, cum subdita, sibi voluntate bona a strepitu interiorum, exteriorumque sensuum, intra septa timoris occultatur. Isaac et Rebecca pariter conduntur, cum spes æterni gaudii, cum unice sibi juncta patientia illorum secreto miscetur. Frustra enim palmam præmii sperat, qui adversa bellorum non tolerat. *Ibi Lia condita jacet*, quia tota operum nostrorum laboriositas simul conquiescit et residet; nil enim exterius usurpat aut volet.

VERS. 32. — *Finitisque mandatis quibus filios instruxerat, collegit pedes suos super lectulum, et obiit; appositusque est ad populum suum.* Post mandata colligit *pedes super lectulum*, qui postquam ad virtutis instrumenta pertigerit affectus, hac illacque diffluentes intra fulcrum conscientiæ jam pacatæ et silentis constituit. Obiit, et *ad populum* apponitur, cum a præsentium desideriis excidens, ad populum internarum seditionum sollicitè et vigilanter observandum diligens custos adjungitur.

#### CAPUT L.

(VERS. 1. 2. — *Quod cernens Joseph, ruit super faciem patris fletus et deosculans eum. Præcepitque servis suis medicis ut aromatibus condirent patrem.* Cum intellectualitas secundum  $\text{☩}$  humanas astutias, et sæculi concupiscentias, spiritum experitur exstingui, quanto puriorem sentit, tanto uberius in faciem ruere, ad ejus scilicet notitiam magis magisque sequendam divinitus consuevit illabi. Faciem pro notitia poni Scripturæ consuetudinis est. Flet, eumque deosculatur, cum intensive, et omni animositatis teneritudine, erga rationalitatis bonum afficitur. *Servis suis medicis præcipit ut patrem* condiant, quia singulis quibusque luminibus rationis ipsius veritatis, ac si clarissimæ faciei forma cognitæ, et intimæ charitudinis oculis applicatæ status infirmitatem mederi potentibus, solique divino intellectui inservientibus, de cura indesinenter sollicitatis, spiritus mandat, ne patere sinant

A sæculi corruptionibus, virtutum videlicet ac orationum condiendo odoribus.

VERS. 3. — *Quibus jussa explentibus, transierunt quadraginta dies; iste quippe mos erat cadaverum conditorum. Flevitque eum Ægyptus diebus septuaginta. Quadraginta dies* post conditionem transeunt, cum universitas temporalis prosperitatis uti transitoria contemnitur, postquam mentem spiritualia charismata imbuunt. Denarius enim pro universitate, quaternarius pro temporalitate, dies pro prosperitate ponitur. Ex his superius actum est. Sic enim cadaveris, id est infimæ et ruinosæ nostræ naturæ aliqua firmitas comprobatur, si nihil a nobis temporaliter prosperum cupiatur. Per dies rursus divinum munus splendores signantur. *Septuaginta ergo diebus Ægyptus Jacob flevit*, dum ex gratiarum plenitudine spiritum nostrum mundus sibi exstinctum doluit. Septies deni septuaginta sunt, et septenarius plenarium quid figurans denario, custodia scilicet sanctæ legis roboratur, quia super tementem Dei verba Spiritus requiescere dicitur (*Isai. LXVI, 2*).

VERS. 4, 5. — *Et expleto plinctus tempore, locutus est Joseph ad familiam Pharaonis: Si inveni gratiam in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis, eo quod pater meus adjuraverit me, dicens: En morior, in sepulcro meo quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me.* Tempus *plinctus* expletur, cum quilibet vir sanctus, qui sæculo idoneus olim erat, et ideo periisse mundi honoribus plangebatur, ad hoc usque per studium disciplinæ se dejicit, ut etiam a sæculo contemnatur, et jam non solum sibi mundus crucifixus sit, sed etiam ipse mundo crucifigatur. Hujus ergo intellectualitas *ad familiam Pharaonis* loquitur, cum cogitationes affectuum carnalium sentire quæ sua sunt adhortatur. Verborum autem sensus est: Si in ipso considerationis vestræ examine, gratiam divinam, non humanam gloriam prosequi, et cupere invenior, agite vos cogitationes cum intelligentia affectus carnalis; et apud ipsum tractate quatenus assentiat juri paterno, id est legibus rationis, quia emori sæculo delegit, et sæculari terrenitate discussa, in qua continua, juxta nomen Chanaan, motatione nutabat, ab externis tumultibus abscondi quaerit.

VERS. 6. — *Ascendam igitur, et sepeliam patrem meum, ac revertar. Dixitque ei Pharaon: Ascende et sepeli patrem tuum, sicut adjuratus es.* Ab imis, inquit, desideriis progrediar, ut rationis quæ me genuit auctoritatem cœlestibus inhærendo tuear, et sic ad patriam velut ad naturalem conditionis, ac dignitatis meæ ordinem revertar. Nutus Pharaonis, impotentia est, contra intellectualitatis excellentiam, repugnationis. Cætera ut superius.

VERS. 7, 8. — *Quo ascendente, ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctique majores natu terræ Ægypti, domus Joseph cum fratribus suis, absque parvulis et gregibus, atque armentis, quæ*

*derelinquerant in terra Gessen. Ipsy ascendente* A *omnes senes domus Pharonis, cum eo non ascen-*  
dere, sed ire dicuntur, quia intelligentia summis  
inhiant, jam carnis motus defervescentes et lan-  
guidi, velint, nolint, spiritualitati obsecundare co-  
guntur; et post eam, vel cum ea irrefragabiles  
pertrahuntur. *Majores natu terræ Ægypti* sunt vitia,  
quæ originalia et ideo antiquiora sæculo insunt.  
Hæc coeunt, quia obesse non possunt. *Domus Joseph*  
*cum fratribus suis, illæ scilicet virtutes, quæ spe-*  
cialiter intellectualitati adnituntur, ut sunt cæliba-  
tus, munditia animi, otium a forensibus curis,  
nam versari solet in his cum animæ et corporis  
bonis justitiæ, matris omnium, filiis.

*Absque parvulis et gregibus, et armentis, id est*  
absque his quæ immatura adhuc sunt bonis, et  
hebetudinibus naturaliter ingentis, exterioribus  
exercitiis. Greges namque ad et simplicitatem, ar-  
menta ad procurationem attinent laborem. Hæc in  
*terra Gessen* derelinquuntur, quia per stabilem  
discretionis subtilitatem, qua palpationi vitiorum  
appropinquatur, hæc ad contemplationem pertin-  
gere, non potentia solummodo caute discutienda  
dimittuntur. Quod totum est. Quæ soli actualitati  
conveniunt, vel quæ penitus stolidæ, et quasi  
pécualia sunt, speculationis summa non scandunt.

VERS. 9, 10. — *Huibit quoque in comitatu currus*  
*et equites: et facta est turba non modica. Venerunt-*  
*que ad aream Atal, quæ sita est trans Jordanem:*  
*ubi celebrantes exsequias magno planctu atque ve-*  
*hementi, impleverunt septem dies.* In comitatu currus  
habet et equites, dum et alios per patientiam in  
modum currus portare scit, et equum temporalis  
gloriæ in morem 179 militis regere novit. Novit  
enim tolerans non esse condignas passiones hujus  
temporis ad futuram gloriam (Rom. viii, 18). Et,  
sperare in incerto divitiarum non debere, Aposto-  
lum monuisse scit (I Tim. vi, 17). Tali cuidam  
clamabatur. *Currus Israel et auriga ejus (IV Reg.*  
*ii, 12).* Dum enim per patientiam seipsum cum sua  
concupiscentia vincit, et equum sæcularis lasciviæ  
reprimat, purior his comitibus ad visionem deitatis  
ascendit, et jam non modica, sed insignis virtutum  
numerositas fit. Jordanis dicitur *descensus eorum;*  
non est turba modica, quam profecto commendat  
humilitas maxima, quia quo pulchrior est con-  
scientia, novit juxta Prophetam, et sonum nominis,  
cum suis viribus descendere in seipsa.

Trans Jordanem ergo area sita est, quia post-  
quam a mundi amore et pompis ejus corda depo-  
nimus, et ad Dei servitum nos et nostra subjicimus,  
ad aream intestinalium passionum, ubi virtus a vitio  
tolerantiæ tribula discutitur, propinquamus. *Ac-*  
*cedens ad Deum sta in justitia et timore; et præpara*  
*animam tuam in tentatione (Eccl. ii, 1).* In area  
enim triticum a palea terendo discernitur. Ibi funus  
planctu vehementi celebratur, quia mortificatio  
membroꝝ super terram non nisi mœrore, quod  
nullo præsentium gaudio leniri possit, acquiritur,

Sicque septem dies implentur, quia dum persevera-  
tur in talibus spiritualium charismatum plenitudi-  
mes cumulantur.

VERS. 11. — *Quod cum vidissent habitatores terræ*  
*Chanaan, dixerunt: Planctus magnus iste est Ægyptiis.*  
*Idcirco appellaverunt nomen loci illius Planctus*  
*Ægypti.* Postquam hi qui terram habitant, et per-  
petuo motui, quod est Chanaan, subjacent; qui  
terrenum habent fundamentum, quorum in cælis  
conversatio non est, aliorum studium spirituale  
atendunt, vehementer mirantur, et mirantes  
exhorrent, quod cum sæculi gaudia suppetant,  
indesinenti se mœrore consumant. Unde et Ægyptios  
vocant, quos jugis tristitiæ tenebris pessumdatis  
vident, et monasteria, ubi hæc cohibitiones aguntur,  
barathrum appellant, ubi lux transitoria jucundi-  
tatis et gloriarum examina non apparent.

VERS. 12, 13. — *Fecerunt ergo filii Jacob sicut*  
*præceperat eis. Et portantes eum in terram Chanaan,*  
*sepelierunt eum in spelunca duplici, etc.* Spiritus  
noster postquam vitia supplantaverit, filii ejus,  
motus videlicet, juxta Job, fortitudine robusti (Job,  
36, 19), facile jam imperiis ejus obediunt, sed ne  
de viribus supplantationis efferantur, in terram  
*Chanaan* eum jam portant, dum terrenitatis ac  
mutabilitatis suæ, cui subjecere adhuc potest, eum  
cominemorant. In spelunca sensuum imaginationum-  
que continentia contutatur, quæ a potestate Ephron,  
id est carnalis affectu, cujus sollicitudinum inuti-  
lium pulvere obscuramur, sunt enim et utiles curæ;  
pretio internæ devotionis exigitur, ut contra faciem  
Mambre, id est, ad subtilem discretionis cognitio-  
nem dirigatur. (VERS. 14.) *Reversusque est Joseph in*  
*Ægyptum cum fratribus suis et omni comitatu, se-*  
*pulto patre.* Etsi spiritus noster a sæculi actibus  
apud se absconditur, intellectualitatis tamen cum  
cæteris charitatis matris germanæ sibi junctis feti-  
bus, ad Ægyptum, recordationem, videlicet condi-  
tionalis suæ ignorantia, et obscuritatis necesse est  
revertatur, sicut typicus Jacob ad terram Chanaan  
superius a cogitationibus reportatur. Unde Dominus  
per Isaiam: *Descendit populus meus in Ægyptum,*  
*ut colonus esset ibi (Isai. lvi, 4);* et diceret cum  
Psalmista: *Habitavit cum habitantibus Cedar, multum*  
*incola fuit anima mea (Psal. cxix, 5).*

VERS. 15, 16, 17. — *Quo mortuo, timentes fratres*  
*ejus, et mutuo colloquentes: Ne forte memor sit quod*  
*fecimus, mandaverunt ei: Pater, inquit, tuus præce-*  
*pit nobis antequam moreretur, ut hæc tibi verbis illius*  
*diceremus: Obsecro ut obliviscaris sceleris fratrum tuo-*  
*rum, et peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te.*  
Postquam mundi astutiæ spiritus noster emoritur, fra-  
tres de injuria quam intulerunt timent, quia virtu-  
tes de minus idonea stabilitate ac munditia penes  
intellectus excellentiam erubescere solent, et ne ab  
ejus gratia pœnaliter decident in vitia, non imme-  
rito trepidant. Ac si dicerent: Spiritualis virtus,  
ex qua esse habes, dum in mortificando super ter-  
ram membra laborat ad quam universitas interni



roboris attinet, dum penitus quod officit abscondere non prævalet, cæterarum virtutum subjacentium infirmitates ac negligentias excusat; quia in quo regis imbecillis inventur auctoritas, militum valde torpet alacritas. Fragilium ergo quibus olim subjaucimus motuum obliviscere, et, ut tibi competit, ad superna contende. *Nos quoque oramus, inquirunt, ut servis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc.* Servis Dei patris sui iniquitatem dimitti rogant, dum per intelligentiæ supernæ vim statibus animi, Deo rationalitatis auctori servire voluntibus, desidiæ veteris noxam expiari postulant.

VERS. 18, 19. — *Quibus auditis flevit Joseph. Veneruntque ad eum fratres sui, et proni in terram dixerunt: Servi tui sumus. Nolite, ait, timere: num possumus Dei resistere voluntati?* Audit Joseph et flet, cum cogitationum humilitatem ad intellectus gratiam compungit et permovet. Audire in Scripturis intelligere dicitur, ut Apostolus: *Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus Dei (I Cor. II, 15),* neque enim audit, id est intelligit. Veniunt ad eum fratres, cum quæque virtutes illi prospere adminiculantur; proni in terram ruunt, dum in contemplando cælestia de sua fragilitate humiliantur, quod Moyses, et Isaias, Deo sibi apparente, sed et alii fecisse leguntur. *Servi, inquirunt, tui sumus,* quia non imis desiderii, sed supernæ gloriæ invigilantes intellectualitati obsecundare volumus. Ne timeatis, ait, summa appetere, quia non possumus Dei voluntati resistere.

VERS. 20. — *Vos enim cogitastis de me malum, et Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me, sicut in præsentiarum cernitis, et salvos facere multos populos.* Quod est dicere: Velimus, nolimus, ad suum vos Deus velle contraxit, et cum de intellectualitatis rejectione, ac si cupidæ mediocritatis de ejus nimietate causantes cogitaveritis, sunt enim qui affectant media, sed magis sub hoc colore vitia. Deus ad mei exaltationem ipsis vobis ostendit effectibus, quod in me contineam bonum, et quod sine supernorum notitia in vobis non habeat vera salutem locum; et multos populos, innumeras videlicet illas insolentias animi subjugaret per spiritualitatis saporem salubriter sibi. De his populis Job loquitur. *Ne protrahas, inquit, noctem ut ascendant populi pro eis (Job. xxxvi, 20).*

: VERS. 21. — *Nolite metuere. Ego pascam vos et parvulos vestros. Consolatusque est eos, blande ac leniter est locutus.* Ne inquit, fucatæ et pestiferæ illius mediocritatis nomine alta divinæ speculationis attingere vereamini, quia in me et vos, quæ ut virtutum constantiam habeatis, a me accepistis, et infirma quæque in vobis quæ lacte primordiorum indigent alemini. Consolatur et blande loquitur, cum per sapientiæ salutaris illapsus, quidquid arduum et incomprehensibile videbatur, levigat, et nectareum jam æstimatur.

VERS. 22. — *Et habitavit in Ægypto cum omni domo patris sui; vixitque centum decem annos. Et*

*vidit Ephraim filios usque ad tertiam generationem. Filii quoque Machir, filii Manasse nati sunt in genibus Joseph. In Ægypto habitat, si quandiu in mundo vivit, in mœrore, tribulatione, atque angustia positum se intelligens quisque doleat. Cum omni autem patris domo ibi habitat, cum omni rationalium statuum frequentia, quidquid in hac valle lacrymarum illecebrosæ consolationis est, refugit, execrandumque deputat. Ægyptus enim et mœrorem, et tribulationem coangustantem et tenebras sonat. In his ergo degens necesse est dicat: Diem hominis non concupivi [al. desideravi], tu scis (Jer. xvii, 16). Denarius multiplicatus centenarium efficit. Per denarium namque divinæ legis, cum centenarium perfectæ observationis attigerit, sapientis anima vivit, et in eo dies luminosæ actionis in annos integritatum ac soliditatum provehit. Ephraim dicitur fructificans.*

Fructus autem pii nostri exercitii filios habet, quia spei suæ præmiis non caret. Ipsa enim spes filius est. Unde dicitur: *Videas filiorum tuorum (Psal. cxxvii, 6),* id est præmia operum, vel effectus expectationum. Prima itaque generatio bonum opus est; secunda, spei fiducia ex eodem bono opere est; tertia, perventio spei ipsius ad rem est. Potest et trina hæc generatio accipi, juxta Apostolum, prius vocatio, deinde justificatio, ad postremum glorificatio. *Quos enim, ait, vocavit, illos et justificavit, et quos justificavit, illos et glorificavit (Rom. viii, 30).* Hos ergo intellectus filios attendit, unde et ardentius fructificare contendit. Quod si Ephraim filios sola ea commoda, quæ ex operibus nascuntur, non autem opera ipsa intelligimus, dicere possumus fructus operum, spes præmiorum; spei fructus, beatitudines animarum, deinde resurrectiones corporum. Unde psalmus. *Dies, inquit, super dies regis adjicies, annos ejus usque in diem generationis, scilicet spirituum, et generationis, videlicet corporum (Psal. lx, 7).* Hinc et a Domino dicitur regeneratio, *In regeneratione. cum ait, sederit filius hominis (Matth. xix, 28),* etc.

Filius Manasse, qui dicitur *obliviscens*, est Machir, qui interpretatur *videns*. Quanto enim magis visibilibus obliviscimur, tanto magis ad videnda cælestia intellectualiter aperimur. Genibus vero sese foventium solent infanti insidere. et eorum utique sedentium. *Filii ergo Machir in gentibus Joseph nascuntur,* quia fructus speculativæ visionis, quod est interna lætitia, et salutis æternæ quædam securitas, in amore, et ex amore prodeunt intellectualitatis. Nisi enim funditus intelligentiæ ametur puritas, nec contemplationis sublimitas, nec fructuum prædictorum sequetur utilitas. Sessio sane humilitatem, genuum inflexio, ubi ad excipiendos filios gremium dilatatur, charitatis significat visceralitatem, sine quibus valere non credimus, nec constare ad ista contrahenda intellectualitatem; scientia nempe inflat, charitas ædificat (I Cor. viii, 1).

VERS. 23. — *Quibus transactis, locutus est fratri-*



bus suis : Post mortem meam Deus visitabit vos, et ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam juravit Abraham, Isaac et Jacob. Dum tot filiorum, id est incrementorum numerositate tenditur, inter miseriarum, quod est Ægyptus, circumstantias positus virtutibus **ISSI** propriis discretive eloquitur. Post mortem, inquit, meam, cum scilicet carnalitatium surculos intelligibilitatis meæ vivacitate succidero, tum a Deo visitabimini superni amoris conceptu plenario, et de terrenis his quibus irretimini imaginibus per Abraham, quod est paternitas spiritus, et Isaac, quod est spei gloriæ risus, sed et Jacob, supplantationem videlicet totius noxii actus, sublevabimini ad illam quæ non dejectionem sed soliditatem significat terram, quam promittit Deus a mitibus possidendam (*Matth. v, 4*), puritatem scilicet ad Deum contuendum stabilem et inconvulsam. Superbis plane Deus resistit, mitibus autem dat gratiam (*Jac. iv, 6*). Cum namque vivimus spiritu, et per spiritum ipsum ad superna gaudia spei beatæ ambulamus incessu (*Gal. v, 25*), sine dubio supplantandæ nequitie prospero potimur effectu, a quibus tribus ac si patronis principalibus, merito exigitur sanctitatis gratia a Deo, quondam divini juris objectu. Qui enim in se piis actibus divinam resculpit imaginem, justa et prorsus felici violentia Dei quodammodo sibi promissam, et jure debitam vindicat sanctitudinem. Sancti, inquit, estote, quoniam sanctus sum (*Lev. ii, 44, xix, 2*).

**VERS. 24, 25.** — *Cumque adjurasset eos, atque dixisset : Deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco isto, mortuus est, expletis centum decem vitæ suæ annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loco in Ægypto.* Adjurat, cum ad rectitudinis jura interiores status instituit et advocat, ut cum tentationum infirmitate torquentur, Deus, inquit, vos visitat, ut cum tentatione proventum faciat

**A** (*I Cor. x, 13*). De loco isto ossa mea asportate, id est de præsentis sæculo nequam, quod spiritualiter est Sodoma et Ægyptus, quidquid intellectualis virtutis habetis ad intentionem supernæ æternitatis attollite; nec habeatis hic manentem civitatem, sed futuram, cujus Deus est fabricator, inquirete (*Hebr. xiii, 14*). Ossa profecto habet in Ægypto quisquis fortia quæ agit non pro Deo operatur, sed pro sæculo. De his in psalmo : *Deus, inquit, dissipabit ossa eorum qui hominibus placent* (*Psal. cxi, 7*). Ossa namque robor virtutis, et carnes significant pondus fragilitatis.

Postmodum ergo jam per observantiam Decalogi, ut præmissum est, ad certitudinem æternæ perfectionis attingens, totius terrenitatis concupiscentiæ moritur. Centenarius plane a sinistra transit in dexteram, quia plenitudo interior divinæ multiplicata legis effectibus, a præsentis sæculo ad futurum, totis contemplanando altissima transit affectibus. Reponitur *conditus aromatibus in loco in Ægypto*, quia contra carnis corruptiones, virtutum custodia munitus, inter præsentis sæculi procellas sub humilitatis stabilitate deponitur. Reponitur etiam solet dici pro eo quod est, *absconditur*. Et quisquis humilis esse cupit, ab omni profecto spectabilitate se occultit. Ipsum quoque positionis nomen hoc innuit. Unde psalmus : *Qui posuit, inquit, id est deposuit, animam meam ad vitam* (*Psal. lxxv, 9*); multi enim elevantur ad mortem. Locus nempe electorum in præsentis humilitas. Unde est. *Auro locus est, in quo confletur* (*Job. xxviii*). Et : *In valle lacrymarum in loco quem posuit* (*Psal. lxxxiii, 7*). Licet ergo totius fragremus sanctitatis aromatibus, ne favorum vulgariū aura jactemur, loci hujus modicitate stringamur, quia etsi Joseph, id est intellectualitatis auctoritas ad alta feratur, nosse tamen omnimodis debet, quia adhuc in sæculi hujus Ægypto moratur, ubi facile, nisi sibi Deus provideat, in deteriora flectatur.

FINIS.

## VEN. GUIBERTI

ABBATIS

### AD TROPOLOGIAS IN PROPHETAS OSEE ET AMOS

AC LAMENTATIONES JEREMIÆ

PROCEMIUM.

**ISSI** Amantissimo Patri et venerabili domino, univ<sup>ersa</sup> charitatis affectione colendo, totius sanctæ interioritatis vero cultori ac veræ discretionis magistro **NORBERTO, frater GUIBERTUS, monachus nomine,**

**D** peccator operibus, prosperis sui suorumque gaudere successibus.

Arduum nimis et magistris veteribus horrescendum præsentis prophetiæ pelagus aggressuri, ad te, li-

beralissime doctor, tanti ausus causas tuæ consciis A præter rationem aut exempla Scripturarum investigare coneris. humilitatis inferimus. Cujus verba excusationis non ambigo quod modestia tua ea mente suscipiat qua a me intentione apud tuas sobrias aures promi constat.

Difficultatem plane hujus voluminis beatus Hieronymus (*Præfat. in Osee*) tanta mysteriorum nebulositate multiplicat ut Origenem, post apostolos in doctrina supremum, et Apollinarem Laodicenum, Pierium quoque, Eusebium etiam Cæsariensem, ad extremum etiam Dydimum videntem, quibus suo tempore inter divinos oratores famosior nullus fuit, hoc ipsum fateatur aggressos exponere, et neminem eorumdem valuisse cœpta perficere.

In quo mihi conatu videtur simultatis apud externos quidpiam generari, qui longe alia quam tanta sacramenta exigunt, hæc æstimant intentione patrari. B Sed hi qui talia opinantur, si æqua, quod illi facere voluerunt, et quod nos subinde prosequi nisi sumus, libra perpenderent, ab omni procul dubio vecordia hujus injustæ suspicionis absisterent, cum enim legunt eundem beatum Hieronymum magis obscuritatis involuta hujus libri dixisse sequentia. Instantum, inquit, ut et nos qui explanare conamur, et prudens lector simul attendat, quia si non veritatem, quod difficillimum est, saltem suspicionem verisimilium investigare valeamus, forsitan mihi nævos non minimæ temeritatis inurent, qui materias viris extimescendas insignibus videar velut impudenter adorsus. Sed si quanta sit inter allegorias, imo inter ipsas litteræ explanationes, et moralitatem, quæ inde elicitur, discrepantia attenderent, profecto sua adversum nos judicia continerent. Longe enim securius de nostrarum passionum, quas experimur intra nos, natura tractamus, quam de mysteriis Christi et Ecclesiæ, in quibus, nisi simus circumspecti, facile exorbitare valemus. In tropologia enim eo solo proviso ut litteræ obscuritas ad integrum nostris ingeniis elucescat, interioris hominis status prosecutione tutissima sine erroris timore disquiritur, si cautum tamen apud nos constet, ne noster videlicet intellectus a litteræ concordia violenter intorqueri sinatur. Nisi enim litteram patenter agnoscas, frustra te in studio allegoriæ exquirendæ vel mortalitatis exerceas, et multum in hac discussione falleris, si quidquam C

præter rationem aut exempla Scripturarum investigare coneris.

Porro si de tantarum rerum præsumptione me ab aliquo dijudicari contingat, indubie sciat me solo Dei instinctu certissime hæc penetrasse mysteria. Et testor Deum, qui aspirare non distulit, nullo meo præcedente exercitio, nulla providentia, nisi quantum inter scribendum dictandumque exceptoris mei brevis admodum patiebatur mora. Hactenus enim non tam perpetuitate legendi quam nimia continuatione scribendi, utpote qui non solum dictator exstiteram, sed et laboris indefessi notarius, oculorum meorum aciem undecunque obtuderam, unde ad hoc mea immoderantia me redegit, ut exceptore adhibito, quod mihi nunquam moris fuerat, sola memoria, sola voce, sine manu, sine oculis præsens opusculum cogeret explicari. In quo pii moderatio lectoris attendat ut, si insolito mihi modo dictantem minus aliqua competenter dixisse repererit, eo mihi intuitu indulgere non differat, quo minus alienæ dum mea scribit manui, quam meæ quondam facere consueveram instituisse cognoscit. Dum enim mea manu propria scriptitarem, et crebro contuitu inter scribendum eadem dicta reviserem, facillimum mihi erat et omissa retexere, et dum notarii mei fastidia nulla ex mora revereor, verborum curialitati secure mihimet ipsi morosus intendo. Tanto enim liberius ad animum ~~...~~ dicenda recolligo, quanto minus pro circumspicienda sententia dictandi lentitudinem mihi soli vacuus erubesco.

Ex his ergo, quæ in aliis difficilibus quibusque sum Scripturis expertus, divinis adminiculis et hoc opus adior, non dubius quia, qui in minori sui amoris notitia tot præstitit, in suæ contemplatione legis meæ intentioni subsidia, melius jam intendenti, et devotius aspirato, non negabit animo majestas divina potiora de se tractandi atque cogitandi consilia.

Quia igitur quo nomine censeatur opusculum quæri potest mihi videtur, quandoquidem commentariolos meos in Geneseos libro ita vocaverim, Moralia non debere vocari, sed vel manente sensu, lingua immutata, Tropologias in prophetis posse conjicio appellari.

EXPLICIT PROOEMIUM.

# VEN. GUIBERTI

## TROPOLOGIÆ

### IN PROPHETAS OSEE ET AMOS

AC

### LAMENTATIONES JEREMIÆ.

#### LIBER PRIMUS

#### TROPOLOGIÆ IN PROPHETAM OSEE.

##### CAPUT PRIMUM.

s. 1. — « Verbum Domini quod factum est ad filium Beeri. » Verbum hoc non elementane interius aliqua intellectuali ratiocinatione ententiarum membra distinctum intelligere as, quod non sit aliud quam lumen illud quod nat omnem hominem venientem in hunc mun-foan. 1, 9), quodque a Psalmista dicitur : « Signast super nos lumen tui vultus (Psal. iv, 7). » item rationis motus ad Dei dignoscentiam, æ malique discretionem solis post Deum an-iominibusque insitus. Hoc verbum Domini est, ab ipsa Sapientia creatrice, quæ loquitur : in altissimis habito (Eccli. xxiv, 7). » Ab ini-ante sæcula intra angelos et homines et ipsa sapientia creata est (Ibid., 14). Hoc verbum im illud interni tractatus diligentia subtili-atione quasi per corporea lineamenta disper-quoque ad Osee, cum ad solam capacitatem-ualitatis pertingit humanæ. Ad Osee, inquam, m ad spiritum nostrum, in quo salutiferi con-umma est, erudiendum singulari dignitate se- t. Osee enim salvator Domini interpretatur. i magis spes humanæ salutis post Dominum-itur quam illi verbo, quod pedibus nostris, psalmum, quasi lucerna præscribitur? (Psal. 105). Unde et Domini dicitur, quia quod nos- do salvat, soli illuminanti potius quam lunæ- natæ imputatur. Is Osee filius est Beeri, quia- ionis suæ gloriam non haurit alias quam de- roproprio fonte Dei, Beeri namque puteus meus- . Salvator itaque filius putei sui est, quia- uid interius suggerendo salubre ministrat ex- tia aquarum viventium quæ fluunt impetu de- o est (Cant. iv, 15).

diebus Ozæ, Joathan, Achaz, Ezechia regum  
» Ozias fortitudo Domini. Joathan consummatio

A vel perfectio, Achaz virtus, Ezechias imperitum Do-  
mini sonant. Verbum ergo per bonæ voluntatis re-  
tractationem quasi substantiale effectum regum  
Juda, id est confessionis dies efficit, dum per pec-  
cati emissionem virtutibus admissis menti claritates  
ostendit. Principium enim honorum confessio malo-  
rum; si enim Ozias Domini est fortitudo, quid fortius  
quam injustitias in quibus erubescimus confiteri  
adversum nos Domino? (Psal. xxxi, 5.)

Deinde, juxta quod Joathan innuit, quoniam non  
solum bonum est confiteri, sed etiam consequenter  
psallere (Psal. xci, 2). si in boni exhibitione operis  
consummatur atque perficimur, juxta quod Achaz  
suo signat nomine. Virtus necessaria est, quia dum  
bona in nobis exuberant, honorum ambitio et laudis  
B appetentia, quæ tunc importune ingerit, summa vi  
propellenda est. Quo facto, juxta quod Ezechias in-  
terpretatur plene Dominus imperat, quia qui sic se  
habet, competenter valet dicere : « Tuus sum ego,  
salvum me fac (Psal. cxviii, 94), » præsertim cum  
sinistræ partis nil in se quod dominetur admittat.

Vers. 2. — « Et in diebus Jeroboam filii Joas  
» regis Israel. Principium loquendi Domino in Osee. »  
Notandum quod superius verbum dixit factum ad  
Osee, modo principium loquendi non ad Osee,  
sed in Osee. Ad Osee Dominus loquitur, cum aut per  
divina eloquia, aut per aliquam exterius exhibitam  
occasionem mens nostra compungitur; in Osee, vero  
cum sua ipsius contemplatione et piæ cogitationis  
C spontanea augmentatione succenditur. Jeroboam  
temporalis, Joas sperans interpretatur, Israel prin-  
ceps est Deo, vel directus Dei. Per Israel ergo affectus  
noster carnalis accipitur, qui nunquam nisi cum  
Deo, id est ratione comite principator, nunquam per  
se dirigitur, quia nec ab Apostolo bonum in carne  
propria reperitur (Rom. vii, 19).

Hic Jeroboam et Joas habet reges, quia temporalis

commodi et spei mundanæ, quæ ex eo semper gignitur, dominio frequenter vel exactione deprimitur. Qui duo habent dies, quia non nisi hujus sæculi explorant prosperitates. Quatuor ergo Judæ reges, et duo Israelis sunt, quia unde ratio regitur, vel quod ratio reget, quadrum et fideo solidum est; in quo autem affectualiter intumescimus, [quanto extra unitatem est, tanto divisioni et invidentiæ proum est. Quandiu itaque temporalia, et spes temporalium animo imperant, quamvis quatuor præcedentium regum magna potentia sit, tamen mentis status utrobique alternantes duobus aliquoties molliter obsecundant. Unde *principium* habet Dominus in *Osee loquendi*, cum in interiori homine habent quatuor contra duos primas ex aliqua re occasiones altercandi. Hinc est quod sequitur.

• Et dixit Dominus ad Osee: Vade, sume tibi uxorem fornicationum, et fac filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra a Domino. Ad Osee Dominus dicit, cum causas interioris actus ab exteriori ingerit. Vade, inquit, ne majora de te sentias quam competis, sciens quia, dum aduvis, caro aduersus spiritum concupiscit (*Gal. v, 17*), sed sume tibi uxorem fornicationum, id est ascribe tibi voluntatem, sine qua nec bonum nec malum fit, lasciuientem per volutabra delectationum, et fac filios fornicationum, opera videlicet diuersorum excessuum.

Hæc est uxor quæ in Evangelii parabola cum filiis suis iubetur vendi (*Matth. xviii, 25*), hoc est extra libertatem arbitrii in reprobum sensum abduci. Sume, inquit, uxorem, et fac filios, id est firmiter tibi propone non bona quæ cogitas et exerces, sed cogitationum libidines et luxus externos; nec id injuria, fornicans enim interius, et quasi apostatans consuetudinarie, exterius etiam fornicatur (*Prov. vi, 12*), ore, ut Salomon ait, gradiens perverso. Terra, id est corporalis appetitus, a Domino.

VERS. 3. — « Et abiit, et accepit Gomer filiam Debelaim, et concepit, et peperit filium. » Abiit, cum a sui boni actus consideratione, fiduciaque recedit. Gomer interpretatur lacus, id est cisterna, Debelaim palatæ eorum. Sunt autem palatæ caricæ recentes, inter duas palas premendo in modum laterum compactæ. Gomer accipit, cum solam lasciuiam quasi laticem, quæ intra se latet, attendit. Et hæc est filia Debelaim, quia venenosam dulcedinem mundialis, quæ per palas signatur, voluptas ob sui dilatationem gignit. Concepit tamen, et parit non filiam, sed filium, quia dum in suis sibi vilescit obtutibus, non consequitur effeminata mollities, sed masculina, ut sic dixerim virtus.

VERS. 4. — « Et dixit Dominus ad eum: Voca nomen ejus Jezrahel, quoniam adhuc modicum, et visitabo sanguinem Jezrahel, super domum Jehu, et quiescere faciam regnum domus Israel. » Dominus ad eum dicit, cum quod super suo statu pensare debeat, ostendit. Jezrahel interpretatur semen Dei. Semen ergo Dei vocari filius præcipitur, quia robu-

stum opus est quidquid ex humilitatis semente creatur. Nec enim virtus dicitur, quæ non humilitate conditur. Reddensque causas, adhuc, inquit, modicum, et visitabo sanguinem Jezrahel super domum Jehu, id est parua erit internæ mora quietis, cum ulcisci cœpero sanguinem, quod est peccatum vitiatæ humilitatis, et hoc super domum Jehu, id est stabilitatem conscientiæ, quæ ex Dei desiderio quamdam molitur immobilitatem, in qua diu sibi non licet consistere. Fit enim silentium in cœlo, sed vix media hora.

Notandum autem quod non aliud sit vocare filium quam æstimare opus proprium. Verbum, quod est visitare, cum sit frequentativum, bifariam in Scripturis accipitur, ut est: « Visitabo in virga (*Psal. lxxxviii, 33*). » Et: « Visita nos in salutari (*Psal. cv, 4*), » et assiduitatem divinæ introrsum correctionis insinuat.

Israel pro affectu carnali posuimus, qui, sine Deo, seductor; cum Deo, princeps et directus est. Regnum quiescere facit Deus, cum mitiores reddit turbulentiæ atque superbiam ejusdem carnalis affectus. Non enim dixit deficere, sed quiescere, ut est illud: « Peccatum in vobis non dominabitur (*Rom. vi, 14*), » plane nolens dicere, non erit.

VERS. 5. — « Et in illa die conteram arcum Israel in valle Jezrahel. » In illa die, hoc est in illa visitatione divina arcus Israel conteritur, quia subdolæ affectus nostri suggestiones superni amoris diligentia decoquantur. Et hoc fit in valle Jezrahel, in humilitate videlicet quæ ex seminario Dei timoris solum modo originem habet,

Nota propheticum morem, quod crebro repetunt in die illa, demonstrativo pronomine ostendentes quam frequens inesse menti debeat lucis internæ præsentia. Consuetudinarium quoque Scripturis est arcum pro insidiis ponere.

VERS. 6. — « Et concepit adhuc et peperit filiam. » Et dixit ei. Voca nomen ejus Absque misericordia; quia non addam ultra misereri domui Israel, sed oblivione obliviscar eorum. Adhuc concipit, filiamque parit, cum post rigidiorum statum ad infirmiora non solum cogitanda sed etiam peragenda sese deflectit. A Deo tamen imperatur ut nomen ejus Absque misericordia vocetur, quia semper ex rationis sibi deliberatione ingeritur, ne erga carnis macerationem aliqua falsa pietate moliat. Solent enim qui vigilant cerebro suo timere; qui flent, oculis; qui jejulant, corpori universo. Non quod horum nimietas inhienda non sit, sed quod si nimium levigentur, obsit. Cui concinit illud: « Pelle, inquit, tabernaculorum tuorum extende, ne parcas (*Isai. liv, 2*). » Quod est dicere: Exempla sanctorum, quorum auctoritate muniris, in tuo opere sine ulla retractatione propaga. Non se additurum Deus misereri Israel pollicetur, dum per instinctuum suum contra se indurari edocet eos, qui pro se æternam parcimoniam profitentur, sed oblivione oblivisci eorum, dum quod in suæ conversionis

iniitiis semel oblitterarunt a cordibus, perpetua subductione dimoveant. Sciendum autem quod geminationes verborum, ut est, *vita vivere, morte mori*, et cætera his similia, vernacula Hebræorum locutio magis quam typus aliquis sit.

VERS. 7. — « Et domui Juda miserebor, et salvabo eos in Domino Deo suo, et non salvabo eos in arcu, et gladio, et in bello, et in equis, et in equitibus. » Israel, et Juda habent domus, quia diversos ab invicem habent status. *Domui ergo Juda miseretur*, quia eos, quibus piæ confessionis indulget gratiam, reveretur. *Salvat eos in Domino Deo suo*, quod et ipsum Hebraica locutio est, quod est in seipso, dum ex eo quod dominari eum sciunt, timent; ex eo quod Deum norunt, se eum habituros in præmio ex amore sperant. Quod totum nil aliud est quam timore primum, dehinc amore salvari. Domino enim timor, ut Aggeus: « Si ego Dominus, ubi timor meus? (*Mal. 1, 6.*) » Deo autem ac si patri amor attinet. Unde isdem: « Si ego, inquit, pater ubi honor meus? (*Ibid.*) » Et non salvat eos in arcu, quia nullo suæ rigidæ intentionis labore consolidat; nec gladio discretionis observat, neque in bello, quia cum vitiiis frequens dimicat, non in equis, in quo scilicet carnis petulantiam frænât, non in equitibus, ubi omni superbæ ac animalitati superequitat, quidquam salutiferum eis præstat. Quod totum est: « Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei (*Rom. ix, 10.*) » ut non quis in exercitio, sed Dei nitatur auxilio.

VERS. 8, 9. — « Et ablactavit eam, quæ erat absque misericordia. Et concepit, et peperit filium. Et dixit: Voca nomen ejus: Non populus meus, quia vos non populus meus, et ego non ero vester Deus. » Filia ablactatur, cum a lenocinio pravæ remissionis absistitur. Nosmet namque lactamus, cum nos nobis bonis male parcendo laboribus intra nos adulamur. Concipit deinde, et parit filium, cum de experientia propriæ fragilitatis in fortiorem emergit statum. Vocari nomen ejus Non populus meus jubet, quia quantumlibet in bono opere exerceatur, etiam cum summa gesserit inutilia apud se censi docet, ne scilicet securitatem piorum studiorum ei populus pariat, etsi ad hoc multa etiam irreprehensibilitate desudat. Unde est: « Servi inutilis sumus, quod debuimus facere fecimus (*Luc. xvii, 10.*) » Et: « Nescit homo utrum amore an odio sit dignus (*Eccl. ix, 4.*) » Affectando autem concipimus, efficiendo parimus. Vos non populus meus dicit, quia mentis obtutibus peccati semper consideratione prælata ne reprobos inveniatur, cujusque tumorem reflare non desinit. Unde et non ero vester Deus subjungitur, ut semper omnis quælibet bona agens de sua sorte futura debere metuere doceatur.

VERS. 10. — « Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris, quæ sine mensura est, et non numerabitur. » Filiorum Israel numerus quasi arena maris est, cum affectualis levitas sub pondere

A divini timoris est, et condimento divinæ sapientiæ fatuitas interna salitur. Sed enim, ut dicunt, ex maritima arena conficitur; quæ tamen sine mensura est, et non numeratur, quia quocumque superni metus artificio cogitationum inanium minutiæ deprimantur, nunquam tamen ad integrum cohiberi, aut comprehendi possunt ab eo ipso qui patitur. Mensuram autem accipe ad excursus appetitus, numerum vero ad crebras revolutiones interni qui fit cogitando rotatus. « Et erit, in loco ubi dicitur eis, Non populus meus vos, dicitur eis: Filii Dei viventis. » Erit, inquit, idem quod dicam, pro certo constabit. Est autem Hebraici moris, sicut et illud quod quibusdam propheticis verbis præscribitur, semper, ut scilicet se æterna, non volubilia denuntiare significant. Locus autem noster, Dei timor est. Sicut enim gaudium effusio mentis est, ita timor restrictio. Unde est: « Hæc recordatus sum, et ego effudi in me animam meam (*Psal. xli, 5.*) » etc. Et: « In valle, inquit, lacrymarum in loco quem posui (*Psal. lxxxiii, 7.*) » qui non est alius quam timor et humilitas. In hoc, inquam, loco, ubi spiritualis mentem populositas pene exsortes a Deo nos nobis videri efficit. Filii Dei viventis dicuntur, quia ex nostri recompensatione quem patimur in observanda humilitate laboris, is sæpissime fructus accedit, ut tantarum nube remota turbarum infinita redeat, et plusquam sperari valuerit placiditas animorum, ut jam mens de æterna salute periclitari non timeat, sed jam spe in superna homo sublatus Christo cum Apostolo conregnet atque consedeat (*Ephes. ii, 6.*) Hoc modo status nostri, qui juxta psalmum, descenderant in abyssos, ascendent usque ad cælos (*Psal. cvi, 26.*) Filii Dei dicuntur, sed viventis, quod vigilanter est additum, ut qui mortem de interioris pugnae præstolabantur, eventu, Deo adhærendo de immortalis vitæ spe jam certificentur accessu.

VERS. 11. — « Et congregabuntur filii Juda et filii Israel pariter, et ponent sibimet caput unum, et ascendent de terra, quia magnus dies Jezrahel. » Filii Juda, et filii Israel pariter congregantur, cum piæ confessionis alacritas, et affectualium motuum stoliditas sub unius Dei timoris vinculo glomerantur, dum quidquid vulgi nugacis, quod introrsum perstreperit, scurrilitate dispergitur, sanctæ confessionis cohibitione frenatur. Unum caput sibi ponunt, quando sub una ratione magistra se congerunt, unde et ascendent de terra, quia illustrante eadem a Deo primo ipso lustrata terræ, id est carnis, excedunt desideria. Et hoc fit, quia Jezrahel dies magnus existit, magna scilicet claritas divini seminis, id est inspirationis, per quam vera humilitas mentibus insinuat, ignoscit; non enim sese quisquam nisi ex magno Dei amore in præsentem contemnit.

## CAPUT II.

VERS. 1. — « Dicite fratribus vestris: Populus meus, et sorori vestræ: Misericordiam consecuta. »

Vos est Israelis ad filios Juda jam non desperantium A incorrigibilitatem affectualium motuum, qui Deo post motus illos superiores de salute sua, acsi dicerent: Quoniam, o filii Juda, motus scilicet spirituales, qui nos ad confessionis cohortamini puritatem, unum sub uno capite jam sentimus, *dicite fratribus vestris*, id est affectuum motibus jam vobis consentaneis, ut pote ex eadem matre ratione genitis, quia sub eadem ipsa compopulares estis, et si qua subinde fragilitas, tanquam soror, vobis incesit, sine spe misericordiæ fortia repetentibus non sit.

VERS. 2. — « Judicate matrem vestram, judicate, » quoniam ipsa non uxor mea, et ego non vir ejus. » Licet tanta indulgentia sorori et fratribus præbeat, tamen judicanda est mater ratio ab inferioribus suis motibus, tanquam quæ regere eos debuerit; et insuper judicanda, plane judicanda, quod non primordia delectationis obstruserit, nec minus judicanda, imo potius quod ineptum aliquoties opus admiserit, quoniam in eo quod externo, id est diabolico semine conceperit. *Non uxor mea, et ego non talis germinis infusione vir ejus*. Omne enim quod nascitur ex Deo nescit [al., vincit] mundum (*I Joan. v, 4*). « Auferat fornicationes suas a facie sua, et » adulteria sua de medio uberum suorum. (VERS. 3.) » Ne forte exspoliam eam nudam, et statuam eam » secundum diem nativitatis suæ. » Aufert *fornicationes a facie sua*, cum a sua imaginatione removet peccata præterita; cum enim turpium nostrorum recordamur actuum, in rapido animi statu constituti, errore nobis facillime refricamus antiquum, Inter ubera cor consistit. Dilectus enim in amoris Cantico inter ubera commorari dicitur (*Cant. i, 12*). *De medio ergo uberum adulteria auferuntur*, cum a jure maritali, quod Dei tenax amor est, quæ possunt falso diligi corruptibilia quælibet subtrahuntur. *Ne forte*, inquit, *exspoliet eum nudum*, ne usu scilicet peccandi justo meo judicio per reprobum sensum ducatur ad impudentiam. Nemo enim nisi sui incuriosus æquanimitè ferre dignoscitur, si sensus improbitas æque pendenda ut impudentia perperitur. Vel secundum illud: « Beatus qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, ne videant turpitudinem ejus (*Apoc. xvi, 15*). » Secundum diem nativitatis suæ eam Deus statuit, cum originalia et actualia mala ei in vacuum gratiam Dei recipienti nequaquam imminuit. « Et ponam eam quasi solitudinem, et statuam eam velut terram inviam, et » interficiam eam siti. (VERS. 4.) Et filiorum ejus » non miserebor: quoniam filii fornicationum sunt. » In solitudine ponitur, qui a Deo inhabitatore desolatur. Velut terra invia statuitur, in cujus corde nullius doctrinæ, nullius boni exempli vestigium reperitur. Siti interficitur, cujus interioribus nullo modo fons aquæ in viam æternam salientis illabitur. Filiorum ejus non miseretur Deus, cum peccanti ad mortem cuilibet, et gratiam qua salvari poterat impugnant, etiam cæterorum fidelium oratio juxta Joannem apostolum denegatur. Quod totum ad

in incorrigibilitatem affectualium motuum, qui Deo non respiciente durantur, referri convenit. Unde sequitur.

VERS. 5. — « Quoniam, inquit, filii fornicationum sunt quia fornicata est mater eorum, con-fusa est 189 quæ concepit eos. » Nisi enim primum conscientia mater a Dei amore exerrans, velut legali exorbitaret a thoro, ipsæ cogitationes et intentiones, quæ quasi filii inde propagantur, nomine non fierent inhonesto. Quia enim irrationabiliter in ipsa pravitate conceptione confunditur, ex traduce generantis proles necesse est identidem vitietur.

« Quia dixit, inquit, vadam post amatores meos, » qui dant panes mihi, et aquas meas, lanam meam. » et linum meum, oleum meum, et potum meum. » *Dixit* nil aliud est quam *apud se destinavit*. Amatores non alii sunt quam aut dæmones, qui nostris desideriis causas vitiorum suppeditando suffragantur, aut quilibet amici sive potentes, qui talibus assequendis, seu favore, seu munere miseros prosequuntur. Hi *dant panes*, cum rerum temporalium administrant jucunditates. Unde est: Abominabilis ei haud dubium quin justo panis, id est voluptas in vita sua (*Job. xxxiii, 20*). *Dant aquas*, quando ad votum carnales ingerunt fluxus atque lascivias. Unde per loca inaquosa spiritus egrediens ambulare dicitur (*Matt. xii, 43*), et Behemoth in locis humentibus habitare prohibetur (*Job. xl, 16*). *Dant quoque lanam*, cum secularis curæ rei que familiaris, quod plurimi pretii apud ipsos est, docent scientiam. Non minus etiam *linum* præbent, cum aut liberales artes, quæ plurimo egent acumine, aut causarum forensium subtilitates insinuant. *Oleum* pariter tribuunt, cum qualiter ditioribus se adulari debeant instruunt. *Potum* quoque his propinant quos libidinum furoribus malesuada circumlocutione inebriant. Hac lana eoque lino etiam utiliter Ecclesia utitur, quæ apud Salomonem utrumque quæsisse et operata dicitur (*Prov. xxxi, 13*). Confunduntur quoque Ægyptii e diverso, qui operabantur linum peccentes, et textentes subtilia (*Isai. xix, 9*), id est machinantes astuta.

Notandum denique quod, dum de suis se mulier D mercibus jactat, unicuique speciei quod sua sit, vigilanter assignat. Quid enim apud reprobos magis suum quam illud quod, Deo reprobato, solis militat usibus vitiorum?

VERS. 6. — « Propter hoc ecce ego sepiam viam » tuam spinis, et sepiam eam maceria, et semitas suas » non inveniet. » Quia ergo magis amatoribus suis quam Deo prosperitas talis ascribitur, et non ad Dei, sed in suos turpiter usus expenditur. *Propter hoc*, inquam, *via ejus spinis* repente sepitur, dum tota illa mollities et secundum ista proficiendi intentio in adversitatum aculeos, et in lapidum duritiam commutatur. Cui tropologiæ pulchre alludit Balaam, asino sedens, in angustiis duarum maceriarum deprehensus (*Num. xxii, 24*). Solent enim

provenire, ut subita mutatione fortunæ am-  
ue ut inimicos experiantur infensos. Unde  
*suus jam non invenit*, quia diverticula pra-  
actionum et furtivorum moliminum angiporta  
udicii incursus obstruit.

. 7. — « Et dicit : Vadam, et revertar ad  
meum priorem, quia bene mihi erat tunc  
quam nunc. » Dicit, videlicet proponet.  
scilicet a talis prosperitatulæ me occupa-  
moveam. *Ad virum meum priorem revertar*,  
d eum, cui prima mea, me scilicet, et omne  
meum debeo, me referam, a quo viriliter  
*Bene mihi erat tunc magis quam nunc*, quia  
um primum ordinem, et divinæ institutionis  
e naturæ deservi, multimodo me errori et  
nservi.

. 8. — « Et hæc nescivit, quia ego dedi ei  
entum, et vinum, et oleum. » Ac si diceret :  
iserabilis illa, dum amatores prosequeretur  
, quod sibi essent in adversum convertenda  
t. At modo non immerito postliminium medi-  
quia ego dedi ei causas, pro quibus ad me  
revertatur. Frumentum dat, cum doctrinæ  
is alimenta ministrat. Et quia prædicationis  
tionis exercitatio, sine divina inspiratione  
constat, vinum supernæ dulcedinis additur,  
teris inertiae torpor abscedat. Datur et oleum,  
grediatur suavitas dilectionis ad proximum.  
gentum multiplicavi ei, et aurum, quæ fece-  
Baal. » *Argentum* multiplicat, cum Scriptu-  
scientiam, sive doctrinæ efficaciam coangmen-  
rum quoque eadem largitate prærogat, cum  
pernorum notitiam, aut vitæ excellentiam  
istrat. Hæc quondam Baal fecerunt, quia per  
gloriam in diabolica servitia abusive trans-  
t.

propheticum morem, quam facile de singu-  
pluralem, de plurali ad singularem, de per-  
ioque ad personam delabatur. Unde superius  
*Sepiam vitam tuam*, subjecit mox *semitas  
n inveniet*. Et hic cum se ei multiplicasse  
diceret, subdidit : quæ fecerunt, inquit,

. 9. — « Idcirco convertar, et sumam frumen-  
meum in tempore suo, et vinum meum in  
ore suo, et liberabo lanam meam, et linum  
meum, quæ operiebant ignominiam ejus. » *Idcirco*  
ur, quia ex tantorum munerum, quæ ei im-  
it, consideratione reflectitur. Unde crebro ei  
us, ut **III** eos, pro quibus passum se me-  
diabolica non sinat fraude lacerari. Sumit  
*sum suum in tempore suo*, cum divinam scien-  
on qua abutebatur, sed suam conservat, et  
remunerandam æternaliter, quod est *in tem-*  
». De quo dicitur : « Tempus meum nondum  
(*Joan. vii, 6*). » Est autem tempus sine  
», pro sæculo, vel statu non pro varietate  
t. De vino et tempore ejus idem sentitur. *La-*  
am et *linum* suum Deus liberat, quando exer-

citium, quod circa scientiam, quæ per lanam, quæ  
crassioris naturæ est, intelligitur, habuimus; et li-  
num subtilioris intelligentiæ, quæ sapientia dicitur,  
bravio cœlesti apponderat. Lanam etiam et linum  
librat, quando quidquid temporaliter aut scimus,  
aut sapimus, etiam in præsentem ad Dei contempla-  
tionem suspendit et elevat. Cui consonat : « Qui  
appendit, inquit, tribus digitis, id est amore Trini-  
tatis, molem terrenæ mentis, et librat in pondere  
montes (*Isai. xl, 12*), » ut sancti quantum amant,  
tantum interni saporis accipiant. Ponderum enim a  
*pendendo* dicitur, et qui pendet ad aliquid inclina-  
tur, unde et qui amat *pendere* dicitur. Hæc *operiebant  
ignominiam ejus*, quia quo major aliquibus ex-  
uberat in præsentem astutia, eo licentia peccandi ex-  
eruditionis velamine magis eis inesse videtur au-  
thentica.

VERS. 10. — « Et tunc revelabo stultitiam ejus in  
oculis amatorum ejus, et vir non eruet eam de  
manu mea. » Nunc revelatur stultitia ejus, quia  
in ipso conversionis ejus novo statu amatorum ejus  
oculis, id est sensibus intelligi datur, quia studium  
illud inordinatum et incompetens erat, quod tanta  
severitate contemnitur. Nulli enim improvisa viva-  
ciora exempla proponunt, quam qui pro Deo ab eo-  
rum illecebrosa societate desciscunt. Vir de manu  
Dei eam non eruit, quia nullus adeo vivax rationis  
est motus, qui contra ingruentes cordi ejus æterni  
judicii minas excusabile aliquid loqui possit.

VERS. 11, 12. — « Et cessare faciam omne gau-  
dium ejus, solemnitatem ejus, neomeniam ejus,  
Sabbatum ejus, et omnia festa tempora ejus. Et  
corrumpam vineam ejus, et ficum ejus de quibus  
dixit : Mercedes hæc, meæ sunt, quas dederunt  
mihi amatores mei. » *Omne gaudium ejus cessare  
facit*, cum quidquid ineptæ lætitiæ ex instantibus  
prosperis eatenus colligebat solo lacrymarum ap-  
petitu despuit : « Fuerunt, inquit, lacrymæ meæ,  
panes die ac nocte (*Psal. xli, 4*). » Solemnitas ejus  
cessat, cum hujus mundi spectacula jam et celebra-  
rimos, qui oculos præcipue pascere solent, conven-  
tus ignorat. Neomenia quoque, quæ nova luna dici-  
tur, conquiescit, quia nulla temporum mutatio de  
adversis scilicet, quæ supra retulimus, in prospera  
mentem ejus in spem inanem erigit. Sabbatum  
deinde destruitur, quando torpor et otium ab ejus  
cogitatione recutitur. Etenim Nabuchodonosor otium,  
juxta Ezechiel, Sabbatorum imitatur (*Ezech. xxi,  
23*). Omnia festa tempora ejus sopiuntur, dum quid-  
quid in hoc sæculo jocundum et optabile suboriri  
potest in ejus intentione commoritur. Vineam ejus  
corrumpitur, quando amor sæculi, ex quo vinum  
totius dementiae hauserat, in ejus præcordiis extir-  
patur. Sicut enim domus Israel vinea Dei dicitur,  
ita e diverso vinea Sodomorum, et alias vinea ter-  
ræ appellatur. Ficus quoque corrumpitur, quæ suc-  
cos lacteos, ramosque teneros habere dignoscitur,  
cum prava penes sæculum, vel parentes, quæ Deum  
postponi docet, affectio a corde rejicitur. Hanc fi-

cum apud alium prophetam, se Deus decorticaturum (Joel. 1, 7), id est robur ei sublaturum comminatur. Mercedem has suas dixerat, quas a suis amatoribus acceperat, quia hunc fructum suæ sæcularitatis, vel a dæmonibus, seu amicis, ut sibi videbatur, habuerat, quod opportunitates peccandi frequentius suppeditantibus ipsis invenerat. « Et ponam eam in saltu, et comedet eam bestia agri. » In saltu ponitur, cum in fervore, qui ad tentationem ei fit, juxta Apostolum, peregrinatur (I Petr. 4, 12). A bestia agri tibi comeditur, quando multimoda a diabolo suggestionem corroditur. Recte bestia agri, quia tyrannus est mundi.

VERS. 13. — « Et visitabo super eam dies Baalim, » quibus accendebat incensum, et ornabatur inaure sua, et monili suo, et ibat post amatores suos, et mei obliviscatur, dicit Dominus. » Dies Baalim super eam visitantur, cum jam lacrymis punire cogitur, quod quondam multis innutriti se vitiis lætatur. Dies enim pro *juventute* ponitur, ut est : « In hac die, quæ ad pacem tibi (Luc. xix, 42). » Baalim pro *idolis* ponitur, et est acsi diceret, *dies idolorum*. Interpretatur quoque *habens me*, vel *virorum meorum*. Et quæ sunt idola majora quam crimina, de quibus Apostolus : « Avaritia, quæ est idolorum servitus (Colos. iii, 5). » Et alibi : « Quorum Deus venter est, et gloria in pudendis eorum (Phil. iii, 19). » Hi sunt viri, qui nos non regunt, sed abigunt, de quibus ille est : « Et hic quem habes non est tuus vir (Joan. iv, 18); » et quandiu nos habent non tam possident quam obsident. Quibus tunc incensum accenditur, cum ex pravi fervore desiderii intra mentem, quæ nos male obcæcat, nebula suscitatur. Hoc est, quod apud Ezechielem vapor nebulæ de thure consurgere dicitur (Ezech. viii, 11). Nec nobis officit, quod libenter aliquoties ardentia thura sentimus, quia sæpissime per imaginationes non minus quam præsentialiter visa, et audita grater olfacimus.

Inaure sua ornatur, qui de claritudine propriæ intelligentiæ elevatur. Monile autem ad extrema colli appenditur. *Monili* ergo ornatur, qui de profunditate consilii gloriatur. Habent enim qui peccant verba cujusdam apud se ratiocinationis, ad excusandas scilicet excusationes in peccatis (Psal. cxl, 4). Sub nomine enim ejus, quæ quasi vix cohiberi possit, humanitatis securius solent inservire peccatis. Nec mirum si in malo ea ponimus, cum reperiantur in hono frequentius, quia in libro Judicium Ismaelitas inaures et armillas habuisse legimus (Jud. viii, 24); sicut in manu Babylonis secundum Apocalypsim calix est aureus (Apoc. xvi, 19). Unde et *ire post amatores* nunc dicitur, quia plerumque nec homine, nec diabolo incentore pravam consuetudinem sponte prosequitur. Unde cuidam dicitur : « Mittam te quasi in pilam in terram latam et spatiosam (Isai. xxii, 18). » Pila enim plus volvitur quam velit is a quo jacitur. Multi enim non ut afficiantur exspectant, sed affectus in se excitant. Post

aversos ergo it qui Dei obliviscitur, quia pudor omnino recutitur, ubi quidquid Dei est, a sinu mentis arcutur.

VERS. 14, 15. — « Propter hoc, ecce ego lactabo eam, et ducam eam in solitudinem, et loquar ad » cor ejus. Et dabo ei vinitores ejus ex eodem loco, » et vallem Achor ad aperiendam spem, et canet » ibi juxta dies juventutis suæ, et juxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti. » Propter hoc, inquit, *lactabo eam*, id est dulcibus eloquiis, ut mei reminiscatur, et desertores non prosequatur erudiam. *In solitudinem eam ducam*, quia a strepitu vitiorum, et etiam ab inanium cogitationum eam turbis, quia sibi sola esse non potest, quæ tantis exactoribus subest. *Ad cor ejus ibi Deus loquitur*, dum sacræ paginæ verbum per compunctionis gratiam in ejus animo dulcoratur. Vel etiam *ad cor ejus loquitur*, cum ea, quæ vix summa aure attingere dignabatur, ejus præcordiis medullitus illabuntur. *Vinitores ei ex eodem loco dantur*, cum rationales motus, qui quondam ipsa sua interna disperserant, ad spiritualis culturæ exercitium fideliter glomerantur. Vallis Achor pariter tribuitur, quando humilis mens pœnitentiæ acerbitate turbatur; Achor enim dicitur *tumultus sive turbarum*. Unde psalmus : « Commovisti, Domine, terram, et conturbasti eam (Psal. lxx, 4), » etc. Quæ enim turba gravior, quis tumultus quam conscientiam sub Deo judice de propriis morderi et dolere criminibus? Sed non vane hæc humilitas perturbatur, cui subinde quo acrius voluerit spes veniæ aperitur. *Juxta juventutis dies* ibi canitur, quia secundum claritatem innovatæ virtutis mens lætatur; quo enim amplius diem divinæ cognitionis attigerit, et internæ soliditatis robur (quod significat juvenus) induerit, tanto gratiosiores in Deum jubilos fundit. *Juxta etiam dies ascensionis suæ de terra Ægypti canit*, quia quo magis illuminante gratia terrenos appetitus, quod Ægyptus signat, excerserit, tanto ei, pro quo ea contemnuntur, glorificando et amando expeditior erit.

VERS. 16. — « Et erit (hoc supra exposuimus) in » die illa (quod et supra expositum est), vocabit » me : Vir meus, et non vocabit me ultra Baali. » Vox est mulieris de præmissa Dei sponsione gloriantis. Cum hanc, inquit, mihi Deus præstiterit lucem, *vocabit*, id est æstimabit me uxorem, ut scilicet ipse dicatur *vir meus*, nec peccata vetera oberunt, quia cultus pristinæ idololatriæ sopiti sunt. (VERS. 17.) « Et auferam nomina Baalim de » ore ejus, et non recordabitur ultra nominis eorum. » Redit Dominus ad id quod superius dicere cœperat. Quod totum est : Non solum antiquæ criminositatis cultum sibi subtraham, sed etiam ipsa nomina vitiorum, quod Apostolus « turpiloquium » nominat (Ephes. v, 4), de ore ejus abradam, nec solum verborum fœditates subtraham, sed etiam omnis obsoleti actus ab ejus animo oblitterabo memoriam. Unde Apostolus : « Nec nominetur in vobis



» Et : « Qualem fructum habuistis in A erubescitis? (Rom. vi, 21.) »

— « Et percussam eis fœdus in die illa, tia agri, et cum volucre cœli, et cum irræ, et arcum, et gladium, et bellum de terra; et dormire eos faciam fidu-

» *In die illa fœdus eis Deus cum bestia* st super bestia agri percussit, cum in illo imine ex bonæ intentionis firmitate eis, quod bestia agri, id est feralis cupiditas; dominari permittatur, nec volucre cœli, superbia, nec reptilæ terræ, quod est ota distantiam, quod scilicet reptile humi hæreat, volucre per alta feratur, bestia disper a terra suspendat. *Arcum* conterit, pientes animo suggestionum insidias re- **B** *idum*, cum delectationes carnis a ratio- ) dissidentes obruit. *Bellum* destruit, cum s sese oblatæ voluptati immergentes iritus auctoritate recidit. *Fiducialiter eos* it, cum tentationum harum trium, quæ origines sunt, sopitis incuribus, a mun- permittit vacare tumultibus. Unde est : nio, et cor meum vigilat (*Cant. v, 2*). » hic dicitur *dormire faciam fiducialiter*, in atione dicitur : *Habitare eos faciam in spe*; Qui in impassibilitate dormit, in spe ilat, et hos fiducialiter, quia jam de **190** retributionis exultat.

— « Et sponsabo te in sempiternum, C abo te mihi in justitia, et in iudicio, et icordia, et miserationibus. » *In sempiter-* at, cum mens ejus, qui se Deo despon- iquam ullo modo in perseverandi studio t *justitia* sponsatur, cum ad reddendum quid proximis debeat, tenacissime robo- linitio enim justitiæ est : « Communi uti- ata reddere cuique quod competit. » Et idicio, id est discretionem non constat, quia est ne nimium prosequendo justitiam erior fiat. *In misericordia* quoque despon- i nos suis se meritibus, sed sola Dei gratia perditionis assumptum arbitratur. Nec ationibus, quia quibuscunque vocationem operibus prosequatur, credendum sum- **D** ni est quod inter tentationes nulla ratione , nisi pietate sui Conditoris assidue juva-

0. — « Et sponsabo te mihi in fide, et ia ego Dominus. » Mirum est quod tam ) fidem posuit, cum prælibata omnia non sed nec esse sine ea possint. Sed consi- est quod opportunissime fides supponitur, ita simplicis fidei fructus ipsius fidei de- ductus namque et præmium ejus in præ- lectus est. Is autem non tam in scientia more est, quia amor illa substantia est, ostolus : « Est, inquit, fides sperandarum rerum (*Hebr. xi, 1*), » quæ scilicet cre-

subsis-tere, ut certius se æstimet eas, quam quælibet tractabilia et corporosa tenere. *In fide* ergo sponsatur, cum ad immobilitatem animi credulitatis suæ crebra contemplatione fundatur. Inde est quod sequitur : *Et scies quia ego Dominus*. Etsi enim nec doctrina, nec liber adesset, qui instrueret, certe Deum esse ex sola experientia dulcedinis internæ colligeret.

Vers. 21, 22. — « Et erit in die illa : Exaudiam, » dicit Dominus, exaudiam cœlos, et illi exaudient » terram. Et terra exaudiet triticum, et vinum, et » oleum. » *Et erit*, scilicet quod dicendum est, *in-* *indubie constabit*. Sed in hoc primo attendendum quid exaudiat, cum nihil subinferat; unde sciendum est, quod fidem illam, quam præmisit, exaudiat. In hac ergo fidei luce primum exaudit, quia ex corde nostro, etiam vacante opere, nil gratius accipit. Postmodum exaudiuntur cœli, quia nulla non virtus grata est, quæ tanto fundamine innixa est, quæ per se etiam sufficiens est. Cœlos enim vocari virtutes non abs re est, quia in his potissimum Deus est; omni enim benedictione spirituali in his cœlestibus benedictos nos dicit Apostolus (*Ephes. i. 3*). *Et illi* exaudiunt *terram*, quia virtutes non desinunt contra emergentia vitia corporis nostri tueri substantiam. Terra exaudit *triticum*, cum pars nostra inferior ad doctrinæ spiritualis irrefragabiliter obedit imperium. Exaudit et *vinum* cum et ipsa caro suo respondens spiritui immortalitatis aspirat ad gaudium. Unde est : » Cor meum et caro mea exsultaverunt in Deum vivum (*Psal. lxxviii, 4*). » Hoc est vinum, quod in libro Judicum lætificare Deum et homines dicitur (*Jud. ix, 13*). Exaudit et *oleum*, cum ex hac ebrieta- tate vere sensata totius beneficii suavitatem refundit ad proximum.

Vers. 23, 24. — « Et hæc exaudient Jezrahel. » Et seminabo eam mihi in terram, et miserebor » ejus quæ fuit Absque misericordia. Et dicam non » populo meo : Populus meus es tu; et ipse dicet : » Dominus meus es tu. » Jezrahel, sicut dictum est, semen Dei dicitur. Hæc ergo prælibata omnis Jezra- hel exaudiunt, cum ex divina inspiratione, quæ origo totius hujus boni est, hæc universa fideliter habere se credunt, cum ex divina inspiratione, quæ origo cum totius sanctæ operationis fructuositate resper- gitur. Ejus quæ fuit Absque misericordia, misere- tur, quia menti quondam ad vitia pronæ, sed jam divinis purificationibus defæcatæ, non est unde spiritus irascatur. *Non populo suo populus* suus dicitur, cum cogitationum frequentia olim lasciviens sub Dei ditione frenatur. *Ipsa* dicit : *Dominus meus es tu*, cum Dei Dominium intra conscientiam nullius super- stitionis interstitio mutilatur.

### CAPUT III.

Vers. 1. — « Et dixit Dominus ad me : Adhuc » vade, et dilige mulierem dilectam amico et adulte- » ram, sicut diligit Dominus filios Israel, et ipsi

» respectant ad deos alienos, et diligunt vinacia uvarum. » Ac si diceret : Alicui in tanta virtutis arce reposito, cum dicere Dei non sit aliud quam humanæ rationi suggerere. *Adhuc vade*, id est per considerationem tuam ab hoc tuo statu æstima aliquo infortunio te posse recedere. *Mulierem dilectam amico dilige*, id est meliorem vivendi habitum, in quo tamen non displiceas Deo, propone. Quæ tamen adultera erit, quia in ipsa remissione, quæ in superficie, quasi quædam bona deliberat intentio peccandi male palliata latebit. *Diligit Dominus filios Israel, et ipsi ad deos alienos respectant*, quia affectum orandi, et etiam compunctionis gratiam, affectui nostro Deus plerumque largitur, et tamen ad affectandam nequitiam, acsi non flevit, impudens post momenta revertitur.

**101** *Vinacia uvarum diligunt*, quia cum post abrenuntiationem mundi quidam jam ipsi mundo despicabiles facti intra ipsum mundum nihil dulcedinis et amoris inveniant, tamen mundo colloqui, mundana spectacula prosequi importune desiderant. Hinc est quod in veteri lege ab uva passa usque ad acinum Nazarei vetantur comedere (*Num. vi, 4*). *Uva passa* est, quæ immatura decoquitur, ut diuturnius vigeat. Quid *uva passa* nisi eos, qui ante possibilitatem ætatis peccare docentur, insinuat? Uva matura est, quibus peccandi facultatem ætas ipsa suppeditat. Acinus est, qui, exhausta omni voluptate, vel infirmitate, vel senio, solo pravo usu, sola etiam voluntate peccat. Vinaciis ergo diligendo utuntur, qui spectaculis alienæ felicitatis, im alienæ nequitie solummodo contuendo cum sint miseri ipsi pascunt. Nazarei interpretantur *sancti*, quibus interdicitur, ne uvis quibuscunque vescantur, cum ab eorum imitatione, qui præsentis viæ dulcedine sunt vividi, Dei præcepto arcentur.

**VERS. 2, 3.** — « Et fodi eam mihi quindecim argenteis, et coro hordei, et dimidio coro hordei. Et dixi eam : Dies multos exspectabis, me non fornicaberis, et non erit viro, sed et ego exspectabo te. » *Quindecim argenteis* foditur, cum interior et exterior ejus sensualitas Decalogo legis excolitur; plane foditur, cum terrenitas a mente recutitur. Quinario nempe sensuum dispertitio designatur. Per argenteos autem divinum eloquium figuratur. Corus hordei universalitatem animalitatis innuit; qui tamen ad dimidium corum reddit, quia etsi Apostolus carnem curam non vetuit, carnem, inquiens, suam nemo unquam odio habuit (*Ephes. v, 29*), fieri tamen in desideriis inhibuit (*Rom. xiii, 14*). Ecce quomodo per argenteos foditur, cum universitas ad mediocritatem restringitur. Hordeum enim cibaria jumentorum est. *Dixi ad eam*, id est instinxit ei. *Dies multos* Deum exspectat, cum Deo se dispensative ad probationem hominis subtrahente animus a compunctionis gratia, vel etiam a contemplatione vacat; et tamen intra innocentiam se coarctat. Et hoc est quod sequitur : *Non fornicaberis, et non eris viro*, dum interim a solita continentia nullo

A affectu disparatur adultero. Sed et Deus ex se dicit, cum an se diligat anima, per hoc intelligi facit. Secundum hoc psalmus : « Non inquit, derelinquas usquequaque (*Psal. cxviii*

**VERS. 4.** — » Quia dies multos sedebit Israel sine rege, et sine principe, et sine rege, et sine altari, et sine ephod, et sine theraphim. » *Dies multos filii Israel sine rege* : quia diu Deo, ut dixi, ad tempus se subtrahunt affectuales motus nostri regimine rationis. *Sine principe* sunt, quando etiam a bona voluntate deficiunt. Velle enim Apostolo adjacet, peccatum tamen non invenit (*Rom. vii, 18*). Hæc est quæ intrepertatur *princeps sub patre excelso* *ham*, id est spiritu auctore agens. *Sine sacramento* id est sine interni desiderii, quod nos interius desiderat, voto. *Sine altari*, id est sine fervore fidei, tunc esse non poterat, ubi ignis carnes cremarentur, non erat, et fides non esset pii calor expers est. *Sine ephod* sunt, qui supereminentem scientiæ charitatem Christi persequuntur (*Ephes. iii, 16*); ephod namque super indumentum sacerdotale vocatur. *Sine theraphim* sunt, qui nulla exemplificatione cælestium vivunt; theraphim enim formæ illæ erant, quæ sub specie Cherubim a Domino in tabernaculo fieri jussæ sunt. Quæ tota significant quod scilicet terræ : absque totius spiritualitatis respectu se habent.

**VERS. 5.** — « Et post hæc revertentur filii Israel ad Dominum Deum suum, et David rex suum, et pavebunt ad Dominum, et ad legem ejus in novissimo dierum. » Multoties cogitatur ex nimia sua evagatione etiam carnalis ter affectus, et indefit ut ad deum Deo recognitandum cum filiorum, id est, cogitationum frequentia recolligatur. Unde et mox David rex quæritur ratio manu foris, quæ sola carnali et diaboli pugnat impetui, ad vetus imperium recipere. *Ad Dominum* parent, cum ab illicito excursum ejus nutum, qui ulcisci potest, ut Dominus prohibent, humiliter scilicet, quia quod servili contrahitur multa cum locus est facilitate laudis recte additum est : *Et ad bonum ejus in novissimo dierum*; si enim pœna timetur, multo liberalius ut præmium appetatur. *Ad bonum* ergo Dei in novissimo pavetur, cum illud singulare retribuitur extremæ bonum timore paritur, et lætitia paritur : « Lætetur, inquit, cor meum ut timeam te, et habitatores terræ, qui bene scilicet terram ».

#### CAPUT IV.

**VERS. 1.** — « Audite verbum Domini, filii Israel, quia quædam iudicium Domino cum habitatoribus terræ. Verbum Dei filii Israel audiunt cum carnalitate duritiam sagittæ, juxta psalmum, potentis impetus punctum (*Psal. cxix, 4*). Et merito, inquit, audiri ut affectualitas reprimitur, quia cum sæculi fine a Domino iudicatur, non solus ipse iudicatur sed et habitatores terræ, qui bene scilicet terram ».

suæ dominati sunt, judiciaria pariter dignitate donantur; unde et mitibus possessio hujus terræ promittitur (*Matth.* v, 4). *Habitu* autem ab **192** habeo, habes, frequentative intortum *dominari* significat, ut est illud: « Inhabita terram, et pascaris in divitiis ejus (*Psal.* xxxvi, 3). » « Non est enim » veritas et non est misericordia, et non est scientia » Dei in terra. » Quid est *veritas*, nisi sine ulla vacillatione rei unius identitas? Hæc *non est in terra*, quæ est indesinenter vanitati subjecta, nec enim ipse Apostolus invenit bonum in carne sua (*Rom.* vii, 18). *Non est misericordia*, quia suis semper prona desideriiis omni alienas anxietates spectat incuria. *Non est scientia*, quia ab inferiori illa parte suboritur menti discretio nulla.

**Vers. 2.** — « Maledictum, et mendacium, et homicidium, et furtum, et adulterium inundaverunt, » et sanguis sanguinem tetigit. » Quia ergo *non est veritas, non est misericordia, non scientia Dei* in mente terrena, *maledictum* consequenter innodat, quia ubi divini timoris cor freno non regitur, ad pravæ locutionis atrocitatem lingua impudens effertur, et cum aliis derogat, multo majori etiam securitate mentitur; nec mirum plane cum vix, aut nullomodo humana, sed sola divina virtute dometur. Cumque libertas maledictioni mendacioque relinquatur, necesse est ut facillime ad facinora, quod est *homicidium* et *furtum*, et ad flagitia, quod est *adulterium*, prorumpatur. Nota quod ex iniquitate verborum excurritur in crudelitates operum. Deinde rabies opus despumat in sordidum. *Sanguis sanguinem* tangit, dum peccatum negligenter admissum, quod auctorem suum, quod sanguis signat, interimit, scienter ad ejusdem mortis iterationem plerumque perducit.

**Vers. 3.** — « Propter hoc lugebit terra, et infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri, » et in volucre cæli et pisces maris congregabuntur. » *Propter hoc terra* luget, id est digna luctu facit, quia nulla eam custodia intellectualis astringit. *Omnis qui habitat in ea* infirmatur, quia omnis qui ejus motibus contraire nititur, necesse est ut sæpius a suo statu cogitationum ingruenter molestia periclitetur. Et hoc *in bestia agri et volucre cæli*, quia hinc aliquoties cupiditate distenditur, illinc superbæ levitate jactatur; sed *et pisces maris* congregantur cum titillationes carnis, quæ deliciarum innutrient aquis, adversus fatigatum his spiritum glomerantur.

**Vers. 4.** — « Verumtamen unusquisque non judicet » et non arguatur vir. » Ac si diceret: Licet ingenii humani potentia contra tot vitiorum examinata pene succumbat, tamen injuste facit, qui in talibus infirmantem judicat, et eum qui *vir* dici debet, quia quod tentatur utcumque fert et tolerat, non arguat, nec modum tentationis, sed virtutem sustententiæ in eo qui tentatur, attendat: « Considerans, inquit, teipsum, ne et tu tenteris (*Gal.* vi, 1). »

**Vers. 5.** — « Populus enim tuus sicut hi qui con-

**A** » tradicunt sacerdoti. Et corrues hodie, et corruet » etiam prophetia tecum. » *Populus tuus*, o Israel, *sicut hi qui contradicunt sacerdoti* est, quia motuum tuorum enormitas, o carnalis affectus, *sicut*, id est revera hi sunt, qui se semper objiciunt sacro ducatu, id est rationi. *Et corrues hodie*, id est causa ejus quam affectas temporalis lasciviæ, vel præsentis gloriæ *Corruet etiam prophetia tecum*: Quia dum nequaquam ad anteriora te extendis. (*Phil.* iii, 13), tua te reddet improvidentia cæcum. « Nocte tacere » feci matrem tuam. » Mater hujus populi ratio est, facit ergo Deus *tacere matrem* hujus populi nocte, cum suo justo judicio negat vires quibus debeat insolenti cogitationum turbæ resistere. Unde est quod sequitur.

**Vers. 6.** — « Conticevit populus meus, eo quod » non habuerit scientiam. » Populus Dei conticescit quando emergentia cordi mala, congrua nequam severitate redarguit, et hoc ideo quod scientiam non habuerit, id est, vim internæ discretionis amiserit. « Quia tu scientiam repulisti, repellam te » ne sacerdotio fungaris mihi. » Ac si diceret: Quia tu tuos mores atque motus trutina judicii exæquare neglexisti, vel etiam qualiter te interius regere debeas addiscere nolaisti, ad hoc plane ut tibi ipsi providere nescias, nec statum tuum metiri valeas, per sensum te reprobum submisisti. « Et quia oblitus » [*al.*, oblita] es legem Dei tui, obliviscar filiorum » tuorum et ego. » Lex Dei non in scientia litterali, sed in experientia naturali intelligitur, quam qui obliviscitur, id est scitæ quondam, et habitæ non recolens reminiscitur, ad id ex merito pervenit, ut filiorum, id est, operum suorum pravorum ad sui ipsius correctionem Deus non memoretur, spontiva plane ignorantia non lucratur, ingenitiæ vero parcutur; unde et sequitur:

**Vers. 7.** — « Secundum multitudinem eorum, sic » peccaverunt mihi. » Multus est cui perspicacis ingenii, etsi doctrina non supetat, copia est; multitudinem ergo habent, qui propter litteras intelligentiæ originalis acrimonia pollent; secundum itaque elaboratam, licet per incuriam obtusa sit, naturalemque prudentiam eorum peccata pensantur, quia secundum quod scierunt, aut scire potuerunt, judicantur. « Gloriam eorum in ignominiam commutabo. » Gloria eorum vivacitas est intellectus, quæ in ignominiam commutatur, dum quod laudi suæ ascribi appetunt, ex studiorum infamia probro imputatur.

**Vers. 8, 9.** — « Peccata populi mei comedent, et » ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum. » Et erit sicut populus, sic sacerdos. » *Peccata populi 193* Dei comedunt, cum lapsus quorumque bonorum ad suffragium sui erroris assumunt, et veluti inde pascuntur, qui ut in malo securius perseverent, ex eorum exemplo quos bonos aliquando æstimant, ut sic dixerim, radicanant. *Ad iniquitatem eorum* animæ eorum sublevantur, dum quos spirituales oderant, animales factos quo nequiora

gesserint, favorabili excusatione mox sublevent, animasque, quæ non vivunt, juxta prophetam, vivificant (*Ezech. XIII, 18*). *Et sicut populus sic sacerdos est*, cum ejusdem criminis si non majoris est ille, qui peccantem approbat, cujus ille qui peccat; competens enim ad sui modum sacerdotium administrat, qui super talis defensionis studio dogmatizat.

VERS. 10. — « Et visitabo super eum vias ejus, » et cogitationes ejus reddam ei. Et comedent et non satiabuntur. » De plurali ad singularem prophetico more transit numerum. *Super eum vias* ejus visitat, cum ejus actiones eum opprimendo condemnat. *Cogitationes ejus ei* reddit, cum apostasiæ peccata latentis in eum aperte puniendo refundit. Nota tamen quod populus singularitas sit collectiva, et ideo numeri fortasse mutantur. Dixerat superius quod populi sui peccata comederent, hic subjicit quod comedant, et non satientur, quia etsi ex aliena capere desiderant iniquitate solatium, nullum tamen mordaci conscientia, qua semper consternantur interius poterit præstare fomentum. « Fornicati sunt et non cessaverunt, quoniam Dominum reliquerunt in non custodiendo. » Fornicantur qui amore præsentium a Deo alienantur; non cessant, qui dominantia vitia, nulla rationis auctoritate reverberant. *Quoniam*, inquit, *Dominum relinquerunt in non custodiendo*, id est divini respectus nullam habuere reverentiam, nullam menti custodiam adhibendo.

VERS. 11. — « Fornicatio et vinum et ebrietas auferunt cor. » Quod est dicere: Cum quis a Deo abscinditur, Deoque postposito, mundi voluptates affectat, ex his ratione sepulta obruitur, cor auferitur, quia nihil deinde penes eum, aut pensi aut moderati ad crimina reperitur.

VERS. 12. — « Populus meus in ligno suo interrogavit, et baculus ejus annuntiabit [al. annuntiavit] ei. » *In ligno suo populus* interrogat, cum animi strepidus non æqui rectique lineam, a qua aversus est, sed stoliditatem consuetam cui universus est consulendo respectat. *Baculus ejus ei* annuntiat, cum quispiam non dissimilis imperitia et voluntatis stupidæ super his quæ cordi ejus adjacent funestius consilium subministrat. « Spiritus enim fornicationum deceptit eos et fornicati sunt » a Deo suo. » Si spiritum fornicationis dæmonem accipimus, eorum profecto errorem velut excusamus, quibus incentorem diabolus damus; sed aliter intelligere possumus. *Spiritus* in Scripturis pro superbia ponitur, ut est: « Auferes spiritum eorum et deficient (*Psal. CIII, 29*). » Et: « Qui auferit spiritum principum (*Psal. LXXV, 13*): » Et Saulus cum minaretur ut cæderet, « spirans » dicitur (*Act. IX, 2*). *Spiritus ergo fornicationum eos deceptit*, quia dum de sua perversitate superbiunt, et in rebus pessimis exultando gestiunt, mentis eos reprobitas circumsepsit; deceptit enim dictum est, quasi omnino cepit [/. , cepit]. De enim præpositio

aliquoties intentive ponitur, ut est, *deame* et *deiero*.

VERS. 13. — « Super capita montium sacrificabant, et super colles accendebant thimiam, » subtus quercum, et terebinthum, et populum, » quia bona erat umbra ejus. » *Super capita montium* sacrificant, qui superbias divitum imitantes omnium strage vitiorum se mactant. *Capita montium*, id est cervicositates potentium pauper, vel mediocris imitatur, ut quæd in illis opulenta, hoc in his solo nequitia appetitu agatur. *Super colles thimiam* accenditur, cum suorum æquævorum atque comparium exemplo quis ac si odore respargitur, qui ab alienæ cupidinis igne digreditur. Ipsi *super colles* accendunt, cum pravi caloris æstum ex eorum usu sese concitando concipiunt. *Subtus quercum* hoc faciunt, cum omni vitiorum se voluntario porcina imitatione subjiciunt; quercus enim glandifera porcos alit. *Subtus terebinthum* id efficit, qui admodum turpis actus, fœditate submota, modo aliquo accuratiore et familiariore delinquit; terebinthus enim pulchre opaca gratique odoris est. Populus infructuosa quidem, sed ramis effusa et ardua est, folium ex una candidum, ex altera parte nigrum habens, illos plane significans qui specie honesta loquuntur a facie, sed alios prava ad omne malum suasionem latenter afficiunt; unde sequitur: *Quia bona erat umbra ejus*, id est cum quibus super cujuslibet tractatu erroris possit agi quietus.

C » Ideo fornicabuntur filia vestra, et sponsa vestra » adultera erunt. » Dum aliorum studii auctoritas pudenda respicitur, *filia* fornicantur quia a divino robore mollities prorsus interna deponitur; *filia* fornicantur, cum corda per se fragilia de externa etiam labefactione læduntur. *Sponsa adultera* fiunt, cum voluntates jam alias vitiatæ, multo deterior alios æmulando ruunt.

VERS. 14. — « Non visitabo super filias vestras » cum fuerint fornicatæ, et super sponsas vestras » cum adulteraverint, quoniam ipsi cum meretricibus conversabantur, et cum effeminatis sacrificabant, et populus non intelligens vapulabit. » *Super filias* quæ fornicantur Deus non visitat, cum status, qui quasi ab integritate devirginantur, per compunctionis gratiam non emendat, vel quolibet flagello castigat, idem de filiabus, hoc de sponsis. *Cum meretricibus* conversantur, quorum corda solius pretio voluptatis ad omne flagitium exponuntur. Aut certe *cum meretricibus* conversantur quibus potissimum cupiditas, et luxuria dominantur. *Cum effeminatis* sacrificant, qui expertes a Dei verbi semine, et ad femineam mollitiem ejurati sese quasi victimas diabolicæ voluntati consternunt. *Populus non intelligens* vapulatur, quia cogitatio indiscreta mentis superficiem vitiorum plagis exulcerat.

VERS. 15 16. — « Si fornicaris, tu Israel, non delinquat saltem Juda. » Quod est dicere: Si tu, o carnalis affectus, per illicitas evagationes thorum

lectionis commaculas, vide tamen ne suffragatorum tuorum confessionis amittas. lite ingredi in Galgala, et ne ascenderitis haven, neque juraveritis : Vivit Dominus.

Im sicut vacca lasciviens declinavit Israhel. In Galgala ingreditur, qui spurcitiis flammis intruditur; Galgala nempe *volutabrum* dicitur. In Bethaven ascenditur, cum mens iæ titulis insignitur; Bethaven namque *utilis* dicitur, et quid inutilius quam suæ conscientiae turpitudinem non videre, et se aspectibus spectaculo velle esse? *Vivit autem*, jurat quisquis per hypocrisim Domini se vivere, adhibitis etiam quibusdam operibus et confirmat. Jurare ergo *Vivit Dominus* dicitur, quoniam sicut vacca lasciviens Israhel, quia merito et ascendere, et vitam non habet sibi promittere vetatur, qui inclinat equus et mulos sua latera comprobatur. pascet eos Dominus, quasi agnum in latitudine.

*Dominus* tamen modo eos pascit, cum per se eos in præsentem erudit. Quasi agnus in latitudine pascuntur, cum latam viam spatiosamque (vii, 13) sectantes, instar electorum et innocens eloquio observantur; unde et sequi-

17. — « Particeps idolorum Ephraim dicitur. » Ephraim interpretatur *frugifer*; fructum dicitur voluntas nostra, quæ semina spiritu accipiens, uxor nostra fit in lateribus nostræ, tanquam vitis abundans (Psal. 80). *Is Ephraim*, id est voluntas particeps est, dum pro affectata laude et sæculari ostentationi solida ostentationi pronam est; idolum speciem hominis habet, sed homo non est, enim multo ornatus homine est. *Particeps idolorum* est dum voluntas id videri exterius quod non in re sed in extrinseco cultu cui illud Zachariæ consonat: « O pastor, o idolum derelinquens gregem (Zuch. xi, 17). Dicitur ergo Juda, id est piæ confessionis dimittat eum, quia valde difficile et insolitum quem simulacrum tantæ pompositatis est, pudendæ alicujus rei, si apud se lateat, esse velit. Dimittit ergo jubetur qui imitari ar.

18. — « Separatum est convivium eorum, ostentatione fornicati sunt, dilexerunt afferre inaniam protectores ejus. » *Convivium eorum*, hypocritarum separatur, quia iniquo peripasci solent, favoris scilicet externi gratia, hominibus deprehenditur. Et ideo *fornicantur*, quia eorum interior corruptio, vitia per iterationem nominis designatur, rursus coalescit, et tanto incurabilior delictum. *ostentationem* humanis sensibus innotescit. Nam *esceret*, aliquo citius modo curæ pateret. *iam protectores ejus afferre* diligunt, cum ejus astutiæ motus, qui ne agnoscat

simulationem ejus protegent, dum velamen ei malitiæ opponunt, et componere gestiunt, justo Dei iudicio ejus iniquitate resecta patenter ostenditur, quia non honori eam, sed ignominiam coluerunt.

VERS. 19. — « Ligavit eum spiritus in alis suis, et confundentur a sacrificiis suis. » *Spiritus eum*, id est Ephraim, in alis suis ligat, cum aura superbiæ, de qua supra diximus, voluntatem omni vento circumlatam levitati suæ accopulat. Non enim hospes suus superbiam ductat, sed ipsa quaquaversum voluerit, cum ipso circumvolat, et ideo a sacrificiis confunduntur, quia ex eo quod se dæmonibus per crimina quæque concidunt, dum elevari se aestimant, præcipites feruntur.

## CAPUT V.

VERS. 1, 2. — « Audite hoc, sacerdotes, et attendite, domus Israel, et domus regis, auscultate, quia vobis iudicium est, quoniam laqueus factus estis speculationi, et rete expansum super Thabor. » Et declinastis victimas in profundum, et ego eruditior omnium eorum. » Dei sermo sacerdotes audire rogat, non alios plane quam quos ironice *protectores* ante vocat, eo enim modo quo protegent, non sacrum, sed execrabilem solent etiam præbere ducatum. *Domus etiam Israel* attendere, et *domus regis* auscultare jubetur, ut affectualitas intentionem dirigere, et ratio cum suis motibus obtemperare moneatur. *Vobis enim iudicium est*, id est vestrum quod dico discernere est. *Laqueus speculationi* sunt, dum quidquid per intelligentiam radium contemplari de internis poterant, nebula promiscuæ cogitationis occultant. Thabor interpretatur *veniens lumen*, et quod *lumen*, nisi quod super nos ex Dei vultu insignitur? Et unde venit, nisi ab eo qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (Joan. i, 9)? *Super Thabor ergo rete* expanditur, cum super luciferam rationem humana ingenia prætexunt, et ex eo quod veritati speculandæ inservire debuerat, suggillationi proximorum insistere homo parat. Rete enim quod capiendis volucris ac bestiis conficitur, pro fraudis artificio aliquoties ponitur. Unde est apud Isaiam: « Expandentes rete super flumen emarcescent. (Isa. xix, 8). » Expandit rete super flumen qui in curis hujus sæculi, suam exercere proponit **195** astutiam. Nota speculationem non illam solam dici quæ fertur in Deum, sed etiam eam quæ pertinet ad contemplandam veritatem, et spirituum discretionem. Victimæ in profundum declinantur, cum hi qui se diabolo per flagitia quæque prostraverant, pravis suasionibus in desperationis barathrum, seu obdurationis deponuntur, super quos putei os, juxta Psalmistam, urgetur (Psal. lxxviii, 16). Et Deus *eruditior omnium eorum* est, dum qui se abscondat a calore ejus non est (Psal. xviii, 7), sed nequitia, in qua impudenter offocari videntur, scintillante sæpius ratione, sibimetipsis obscura non est, quocunque enim modo avertantur, mala sua in quibus,

sunt menti etiam invite crebrius ingeruntur; unde A dudum voluerint, quidque diu affectando nutrierint, ex casus ignobilitate conjicient. Eheu! et *Judas cum eis* ruit, quia juxta dictum viri sapientis: « A mortuo confessio perit (*Eccl. xvii, 27*). » Cui enim peccare vertitur in impudentiam, difficile aut raro respiscit ad confitendi gratiam.

VERS. 3. — « Ego scio Ephraim, et Israel non » est absconditus a me. » Scit Deus Ephraim, cum nostram voluntatem, quæ frugifera tanquam vitis abundans esse debuerat, ratione instingente scire nos facit. *Israel* a Deo non est absconditus, cum noster affectus ex radio illustratæ rationis esse nobis non valet occultus; ratio enim, quæ principaliter Deum habere dignoscitur insessorem, pro Deo aliquoties ponitur, ut est illud de conservis qui regi, haud dubium quin Deo, de servo cui decem millia talenta donaverat, et conservum pro centum denariis suffocarat, nuntiant (*Matth. xviii, 24*). Quid enim est aliud quam quod visas malignitates Deo suæ rationi præsidente retractant? Sequitur: B « Quia nunc fornicatus est Ephraim, contaminatus » est Israel. » Ac si diceret: Statuam Ephraim et Israel contra faciem suam, et scire eum faciam quia *nunc fornicatus est Ephraim, et Israel contaminatus*, id est voluntas in amore præsentium, quod significat, nunc, a linea piæ intentionis prorsus excessit, qui affectus pejor se in fetores scelerum devolvendo mox impudenter incessit.

VERS. 4. — « Non dabunt cogitationes suas ut » convertantur ad Deum suum, quia spiritus fornicationum in medio eorum, et Dominum non cognoverunt. » *Ut ad Deum convertantur cogitationes suas* non dant, quia pro Dei amore a delectationibus imaginationum suarum abstinere durum putant, nec tanti pretii Deum æstimant, ut pro eo impendere velint quod interius voluptuose tractant. Tali cuiuspiam dicitur: « Projecisti me post corpus tuum (*III Reg. xiv, 9*); » et hoc fit, quia *spiritus fornicationum in medio eorum est*, id est, superbia quæ specialiter a Deo nos exterminat, non latenter in angulo quasi subripiens, sed in medio, scilicet quasi rex evidenter imperans toti intelligentiæ præest. Et ideo Dominum non cognoscunt, id est, sapore interno concipiunt, quia cujus palatum ex febribus amarescit, nunquam in eo quidpiam, etiamsi sit naturaliter dulce, dulcescit.

VERS. 5. — « Et respondebit arrogantia Israel in » facie ejus; et Israel et Ephraim ruent in iniquitate sua; ruet etiam Judas cum eis. » *Arrogantia Israel in facie ejus* respondet, quia affectus interior per illicita evagans, ad exterius inconueniens turpissime prorumpere solet. Respondet in facie dum sero erubescit exterius, ex eo quod diu arroganter fovit in mente. Et *Israel et Ephraim* qui in magni supercilio fastus, sibi stare introrsum videbantur, ex merito suæ iniquitatis ruent, et tunc quid jam-

VERS. 6. — « In gregibus suis, et in armentis suis » vadent ad quærendum Dominum et non invenient, » ablatus est ab eis. » *In gregibus suis* vadunt, cum incorrecta fatuitate interna, ad Deum se recurrere velle aliquoties ostendunt; oves enim pro inutili aliquando simplicitate ponuntur. Unde est: « Sicut oves in inferno positi sunt (*Psal. XLVIII, 51*). » Et David de gregibus ovium sublatus est, et de post factantes acceptus (*Psal. LXXVII, 70*). Hi sunt motus, qui omni vento tentationis efferuntur. *In armentis* quoque vadunt, cum solitam mentis hebetudinem, et ad curam studia ponderosa nulla spiritali alacritate recutiunt. Et ideo Dominum non inveniunt, quia quod intellectuale est, corpulenta non capiunt, nec in corpore peccatis subdito habitat, quia a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, se semper absentat. *Ab eis* Deus aufertur, cum illa qualiscunque voluntas quæ boni aliquid parturire videbatur, amittitur. (VERS. 7.) « In Dominum prævaricati sunt » qui filios alienos genuerunt. » Ac si diceret: In hoc ipso quod licet indiscretæ conversionis auspicia bona proponunt, et se a proposito, facilitate destituunt, penes Deum prævaricatores haberi digni sunt; et hoc ideo fit, quia *filios alienos genuerunt*. Si alieni, quomodo filii? sed filii et alieni. Filii, opera sunt, unde est: « Videas filios filiorum tuorum (*Psal. CXXVII, 6*). » id est experiaris mercedes operum; et hæc opera sunt aliena, id est adulterina, non eo scilicet quo debent semine, id est intentione procreata, aut metu scilicet terreni alicujus incommodi, quod fit sæpissime, cæpta, aut sine voluntate perseverandi perfunctorie aut tepide appetita. « Nunc » devorabit eos mensis cum participibus suis. » Nunc, cum præsens tempus significet, hic momentaneum quiddam intelligi monet. Nunc ergo, id est ad subitum mensis eos devorat, cum menstrua religio, quæ multum a Dei benignitatis anno 196 discordat, in pejus recrudescere mentem facit, D quam fuerat; nec absurde dictum est devorat, quia nihil est quod tantopere si quod sit in homine residuum boni consumat. De crimine enim audacia sumitur, quando aperte bona initia contemnuntur. Participes sui pariter devorantur cum naturalia bona, si quæ sunt, rejiciuntur, quæ illi transitorie conversioni participium ferre videbantur.

## LIBER SECUNDUS.

## TROPOLOGIARUM IN OSEE CONTINUATIO.

atum Osee moraliter exponendum non scientia ausus, sed fidei puritas me invitat; præter enim experientia laborum, in quibus dignata aspiratio mihi bonos præbere proventus, mihi non minora aggrediendi attribuit, scienti dedit præter naturam insolita asinæ (*Num.* 12), potiora dabit in homine. Agimus igitur in quo locutus est spiritum repetentes, ut qui cœlesti fistula mirabiliter erupisse dignoscimus eo quo quondam Eliæ sibilo auram intonetur (*III Reg. xix, 12*).

8. — « Clangite buccina in Gabaa, et tuba ma, ululate in Bethaven post tergum tuum, amin. » Vox est ad prædicatores, quorum est ad diversos dissimiliter insonare erro- Gabaa buccina clangitur, quando mediocricatis moderato sermone præcurritur, Gabaa *Ues* interpretatur, colles autem juga terrarum porrecta dicuntur. Buccina autem, paucac vigilum est; contra colles ergo buccina dum contra mediocrum admissa modo motiore nos agimus. Rama vero interpretatur tuba itaque contra tumidas et elevatas quasi quodam bellico apparatu insurgere, cum vereri potentias, sed quod ditiores sunt, in vitia propagentur in subditos, irreflexa late debemus, tuba enim in bellis utimur. Et random quod de infimis tacet, mediocres et excelsos arguendos docet, nimirum plane pauperes, quos nullatenus reveremur, tumi- ostra invehi solet. At vero in Bethaven, quod etatur domus idoli, ululandum est, non præ- im, quia ad eos qui penitus a Deo avertun- salices de medio Babylonis a Psalmista vo- non solum organa nostra suspenduntur cxxxvi, 2), sed etiam ab his qui sanum sa- sicut a Domino Lazarus (*Joan. xi, 35*), digna m mortui miseratione deflentur; per idolum eorum apostasia notatur. Et hoc post tergum Benjamin; Benjamin interpretatur filius dex- tæ quis dexteræ filius, nisi illa mentis nostræ principalis, rationalis videlicet motus, cui adjacet totius prosperitatis effectus? Domus loli post tergum Benjamin est, quia tanta Dei, non nisi ex culpa male ausæ rationis est. andum quod cum ululandum in Bethaven t, ad Benjamin illico quasi exclamans sub- postropham, et est ac si diceret: Eheu! ratio causa mali est, dum a recta consideratione te- s. (Vers. 9) « Ephraim in desolatione erit. » uin terga vertente, Ephraim desolatur, quia

quidquid in nostra voluntate frugi est, absentata spiritus prudentia dissipatur. « In die correctionis in tribubus Israel ostendi fidem. » Dies correctionis reditus est luciferæ rationis, in hoc reditu in tribubus Israel fides ostenditur, cum horum verborum quæ super spiritus aversione dicta sunt veritas declaratur; dum videlicet carnalis affectus per universos motus suos, ac si tribus ad rationis jura, corrigitur. Ac si diceret: In hoc sciri potest quod Benjamin terga verso, Ephraim desolatur; quod die internæ aspirationis reddita, tribus Israel corriguntur; in hoc, inquam, fides verbi hujus ostenditur.

VERS. 10. — « Facti sunt principes Juda quasi assumentes terminum; super eos effundam quasi aquam iram meam. » Principes Juda facti sunt quasi assumentes terminum, cum principales motus, qui nos super vera confessione sollicitant, in bona intentione creantur: et quasi, id est revera terminum assumunt, cum de integra ex Deo emendatione jam bene confessi præsumunt. Terminum assumitur cum erroribus universis in animo meta præfigitur. Et notandum quod hoc totum in die correctionis efficitur. Super eos etiam ira Dei quasi aqua effunditur, cum superveniens divinæ animadversionis iudicium, frequenter in mente tractatur, sed hæc ira quasi aqua effunditur, quia in tractatu hujus modi conscientia a peccati sorde diluitur.

VERS. 11. — « Calumniam patiens Ephraim fractus iudicio, quoniam cœpit abire post sordem [al. sordes]. » Ephraim patitur calumniam, cum in divini timore iudicii voluntas nostra cogitationum turbulentis infestatur, quin etiam a bono cœpto plerumque distrahitur; unde et fractus iudicio dicitur, quia inter hujusmodi frequentias acumen nostræ discretionis obtunditur. Quoniam, inquit, cœpit abire post sordem, id est cœpit ad eam, quæ sibi suggeritur a diabolo intorquere animum, fœditatem.

VERS. 12. — « Et ego quasi tineam Ephraim, et quasi putredo domui Juda. » Tinea Ephraim Deus fit cum inter tentationes mens accidiæ nimietate tabescit; quasi a tineam enim absuntur qui mœroris angustia in nullo lectionis, sive orationis studio animatur, sed « omnem, juxta psalmum, escam animam eorum abominatur (*Psal. cvi, 18*). » Putredo domui Juda efficitur, cum ipsa quoque confessio, per quam omnis sæpius interior amurca revomitur; in conspectu mensis ac si fetere videtur, dum enim molestis quatitur, nihil quod de Deo non sit velut solidum reperitur.

VERS. 13. — « Et vidit Ephraim languorem suum, et Judas vinculum suum, et abiit Ephraim ad Assur, et misit ad regem ultorem, et ipse non poterit sanare vos, nec solvere poterit a vobis vinculum. » *Ephraim languorem suum* videt, cum impotentiam status sui, intra fluctuantis conscientie sinum fovet, nec reniti praevalet; et *Judas vinculum suum* aspicit, dum ipsa ratio penitus obligata, et a suo jure distracta, vires nullomodo confessionis exerit. Assur interpretatur *aula*, et quid per aulam, nisi strepitus temporalis lascivie designatur? Talia enim in aulis spectacula fervent. *Ephraim* ergo ad aulam abit, cum saecularibus intendendo a sui cura se dividit. Mittit ad regem ultorem, cum pessimi destinationem desiderii ad diabolium dirigit, plane crudelissimum hujus suae desertionis ultorem, proh dolor! Ad ipsum nostrae intentionis legatio mittitur, qui hoc ipsum super eum qui mittit ulciscitur. Et ipse non poterit sanare nos, cui proprium est etiam de sanis reddere saucios. Nec solvere potest a nobis vinculum, cui soli competit, si sibi liceat, neminem dimittere non ligatum; quod totum est, ab eo remedium quaeritur, a quo omnis, qui ad eum confugerit, trucidatur. Sequitur.

VERS. 14. — « Quoniam ego quasi leæna Ephraim, et quasi catulus leonis domui Juda. » Saepius dixerat: Ego quasi tinea Ephraim, et quasi putredo domui Juda, modo subjicit se quasi leenam Ephraim futurum et domui Judae quasi leonis catulum. Nulli dubium quod tinea, et putredo vestes, et ligna sine sonitu latenter absumunt, leæna autem, et leonis catulus evidenter insiliunt, et aperte laedunt, quod non est aliud nisi quia quos Deus per occultam tentationem sinit interimi, per aperta postmodum vitia permittit lacerari. Est autem ea distinctio inter utramque tentationem, ut aliud possit intelligi per tineam, aliud per putredinem, aliud denique per leenam, aliud per leonis catulum; tinea namque vivit, et ex eo ipso nascitur quod corrumpat. Tinea ergo est quodlibet mentis vitium, quod non est ex forastica causa, sed interius ex ipso statu suo accipit seminarium, ut est accidia, cenodoxia, superbia, et si quod est aliud intimum. Putredo vero nil aliud quam torpor est et otium, unde sensim corruptio menti incidit, ac si putredinis malum. Quasi ergo vitalia sunt praedicta tria mala, et velut intra animum motus habentia, est vero quasi inanimata desidia.

Quid ergo per leenam, nisi cujuslibet criminis manifestata nequitia? Quid per catulum leonis, nisi levis noviterque suboriens, et quae facile flecti potest, negligentia? Quod est dicere: Post latentem animi pestem, qua primo vitio quolibet pulsante corroditur, sequitur animorum incuria, qua sponte corrumpitur; sed postquam a Deo recedens animus ad legationem regis ultoris invertitur, exterius ad omnem evidantiam atrocissimi cujuslibet criminis, ac si leaenae incursatione pulsatur, leæna enim praesertim cum fetus alit leone fortior et ferocior esse

dicitur; ex quo tamen Ephraim, id est voluntas nostra undecunque discerpitur. Judae postmodum catulus leonis occurrit, quia tenuis valde est verecundia quae gratiam confessionis exstinguit; tenuis plane, quia mox ut praecordialis in animo penitentiae scintilla micuerit, prima illico confitendi voluntas ultro se ingerit; sicut enim ignis sine calore esse non potest, ita penitudo sincera sine confessionis desiderio non est.

« Ecce ego capiam et vadam, tollam et non est qui eruat. » Deus capit cum mentem a seipsa evagantem metus superne districtioris intercipit; vadit cum a veteri errore abire nos facit. Ecce autem eventum repentinae aspirationis insinuat. Tales sunt plane humanae mentis casus, ut qui stare nunc coeperit, conscientia languente post paululum aut vitio titillante succumbat, nec hoc semel, sed multi modo recursus proveniat; hoc enim modo septies cadit justus et resurgit (*Prov. xxiv, 16*); et cum ceciderit non colliditur, quia taliter, ut dicere coepimus, « supponit Dominus manum suam (*Psal. xxxvi, 24*). » Tollit, cum a cupiditatibus animam hujus vitae mortalis attollit. Non est qui eruat, quia non est aliqua tentatio intantum cor impetens, quae Deo hominem plene possidenti ulla fraude subripiat,

VERS. 15. — « Vadens revertar ad locum meum donec deficiatis et quaeratis faciem meam. » Deus iterum vadit cum, recepta gratia, ut nos nobis quid simus ex nobis ostendat, aliquantisper a nobis dispensative recedit, non nos tamen usquequaque relinquit. Vadens ergo ad locum suum revertitur, cum humilitatem, quae nostra in praesenti proprie sedes est, crebro repetere ab ipso tanquam inopes et deserti jubemur. Et certe cum sic deserimur, ei salubrius advovemur, et hoc fit donec deficiamus, peccatores enim a terra deficere, et iniquos, ita ut non sint, dicit psalmus (*Psal. ciii, 35*). A terra enim deficit quisquis terrenae vanitatis expers sit, ut quod quondam fuerat, non sit. — Hoc ergo modo defecti faciem ejus quaerimus, cum interiori eam inopia cogente, aestu acriore repetimus.

#### CAPUT VI.

VERS. 1. — « In tribulatione sua mane consurgit ad me. » Sanctorum virorum specialior non est tribulatio quam hujus dulcedinis internae privatio. In hac tribulatione mane consurgitur, cum ad ejus recipiendam gratiam, tota sedulitate concurratur; mane enim, pro eo quod est sedulo, vel mature, aliquoties ponitur, ut sunt illa in psalmis: « Et castigatio mea, inquit, in matutinis (*Psal. lxxii, 14*). » Et: « In matutino interficiebam omnes peccatores terrae (*Psal. c, 8*). »

VERS. 2. — « Venite et revertamur ad Dominum, quia ipse cepit et sanabit nos, percutiet et curabit nos. » Vox est eorum qui de tribulatione ad Deum mane consurgunt. Venite, inquit, id est quotquot eodem quo nos errore tenemini, vel quotquot motus



interiores ad Assur abistis, quotquotve ad regem misistis ultorem, de ea qua fusi estis nos dispersione colligite, et ad eum, cui cum præfato Benjamin terga dederamus, sensationibus jam animis ora veritatis. *Ipsæ enim nos cepit*, illatæ videlicet tribulationis freno a licentia nos prava cohibuit, superius enim: *Ecce ego capiam*, inquit, deinde nos sanat, quod nisi coercitis et redeuntibus facere non poterat. Denique nos percutit aut per adversa quæ effrenibus nobis, et omni vanitatum vento circumlatis, obtendit; aut etiam percutit, cum aut peccatis saucios, aut ipsa quoque passibilitate et mortalitate percussos ostendit: Quas quidem sic deplorat: « Quoniam, inquit, sagittæ tuæ infixæ sunt mihi (*Psal. xxxvii, 3*). » Curat nos, aut adversitates leniendo, aut peccata donando, aut necessitates naturales perpetua incorruptibilitate mutando. Curat etiam, cum per interiorē diligentiam, et diuturnam subjectorum motuum custodiam, perducit nos totius integritatis ad regulam.

VERS. 3. — « Vivificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, et vivemus in conspectu ejus, sciemus, sequemurque ut cognoscamus Dominum. » *Post duos dies nos vivificat*, cum post conversionis gratiam ad prosecutionem virtutum nos animat. *In die tertia nos suscitabit*, cum ad cumulum perfectionis vel potius bravium cælestis nos sublevat. Hi tres status sub trium Job filiarum designantur nominibus, dum una Dies, secunda Cassia, Cornustibii tertia vocitatur. Initia enim promotiones, et fines in quorumque conversationibus attenduntur, quod est egredi ex Ægypto, pervagari in deserto, terram promissionis intrare; ipse quoque Dominus ex Evangelio: « Hodie, inquit, dæmonia ejicio, cras sanitates perficio, et tertia die consummor (*Luc. xiii, 32*). » In conspectu ejus tunc vivimus, cum aut ejus intuitu digna peragimus, quod enim nobis placet gratanter aspicimus, aut æterna ejus visione reficimur. Et recte positum est *vivemus*, quia in præsentī quicumque habitus nobis insit, nunquam in eodem statu permanentes, ut sic dixerim, semper morimur. *Sciemus autem* cum in ipsa nostra reversione ad Dominum, plenariam obtinebimus discretionem spirituum, illius sermonis adepti scientiam, qui pertingit ad divisionem cogitationum et intentionum. Deinde *sequemur*, cum scientia verbi ipsius tanquam lucerna præierit pedibus nostris (*Psal. cxviii, 105*). Tuncque *Dominum cognoscemus*, cum ad ejus intimum amoris cubiculum, quod est vera notitia, imo, ut ipse testatur, vita æterna (*Joan. x, 28*), attigerimus. « Quasi diluculum præparatus est egressus ejus, et venit quasi imber nobis temporaneus et serotinus terræ. » Exponit particulatim quomodo sanet, quam curam Dominus percussioneibus nostris impendat. Deus egreditur cum menti divinæ aspirationis novus quidam radius suboritur. Is egressus ac si diluculum præparatur, cum pedetentim et coalescentis fidei processibus dilatatur, diluculum

A enim non ad subitum prorsus erumpit, sed sensim tenebris fatiscientibus auroræ jubar admittit. *Egressus ergo* instar diluculi præparatur, cum integumentum veteris ignorantiae, multis pœnitentiæ ornatibus præmissis retegitur; ad hujus diluculi apparatus in creditorum animis Joannes Baptista præmittitur; *quasi imber temporaneus nobis venit*, cum qualiter in præsentiarum nostræ mentis habitum exercere debeamus, nos imbut. *Temporaneus imber dicitur*, cum prædicatio quæ exterius a magistris prorogatur, vel interna unctio, quæ per spiritum Dei inspergitur, ad interiorum passionum medelam, quas temporaliter patimur, adhibetur. *Serotinus imber terræ est*, quando de æternis, quæ sæculo vesperascente expectantur; **100** sermo est, quæ terra dicuntur, quia major quam ibi soliditas esse non potest, stabilius enim terra elementum nullum est, unde legitur: « Terra autem in æternum stat (*Eccles. i, 4*). »

VERS. 4. — « Quid faciam tibi, Ephraim? quid faciam tibi, Juda? misericordia vestra quasi nubes matutina, et quasi ros mane pertransiens. » Ac si diceret: Quod præmium præstolamini, o voluntas et ratio, pro hoc ipso vestro ad Deum reditu? *Misericordia*, quam vobis secundum animalem motum impendi desideratis, scio quia ad modum matutinæ nubis, perfunctoria est, dum pro interiori bono commoda exteriora perquiritis, et dum pro æternis laborare putamini, in præsentī cupitis prosperrari. *Matutina enim nubes* emergente aurora disjicitur, et *ros* incalescente decoquitur. Quod est dicere: Vos non inclinatis intentiones vestras, ad faciendas justificationes meas propter retributionem, quæ sit in æternum; sed æstimatis pietatem quæstum. *Misericordiam autem istam*, non aliam intellige quam de qua dicitur: « Recepisti bona in vita tua (*Luc. xvi, 25*). »

VERS. 5. — « Propter hoc dolavi in prophetis, occidi eos in verbis oris mei; et judicia mea quasi lux egredientur. » *Propter hoc in prophetis dolat*, quia ne temporalia quasi pro meriti præmio aucupentur, ineptas quasdam spei inanis providentias in nobis partim excidit, partim servat; dolabro enim resecatur nodositas, ut lignum idoneæ **D** rectitudini præparetur. Prophetas a *prophetando* dictos, qui etiam *videntes* olim ob subtilitatem intelligentiæ dicebantur nemo qui ambigat. *In prophetis ergo dolat*, cum in prudentiis nostris terrena succidit, et æterna, quæ sola debent sperari, conservat. *In verbis oris sui* eos occidit, cum verbis prædicatorum, qui *ora et labia Dei* in Scripturis appellantur, inepta cupiditas addemnatur. *Judicia ejus quasi lux* egrediuntur, cum discretionem rationis a Deo illustratæ ad opera lucis, quæ proximos ædificent, emittuntur.

VERS. 6. — « Quia misericordiam volui et non sacrificium, et scientiam Dei plusquam holocausta. » *Misericordiam vult Deus et non sacrificium*, dum primum ut sui homo misereatur, et postmodum ut

eadem misericordia ad proximos extendatur, magis affectat quam victimas animalium brutorum. Dicitur enim: « Miserere animæ tuæ placens Deo (Eccli. xxx, 24). » Hæc ergo misericordia non minus ad se quam ad proximum acceptior est Deo, quam externi corporis carnificium. Ubi tamen quæstio oritur, quæ etiam a plerisque objicitur: « Melior est, aiunt, obedientia quam victimæ (I Reg. xv, 22). » Quæritur ergo utrum sacrificium Dominici corporis præponderet obedientiæ, vel obedientia præponderet sacrificio. Cui nos, sed sine præiudicio melioris sententiæ respondemus. Inobedientiam peccato ariolandi comparatam non profecto nescimus, inobedientiam vero non res, sed causa facit. Si enim in re fuisset, non Adam pro promo vilissimo, non Saul pro mutis animalibus pœnas luisset. Fecit ergo causa, quia Dei postponuntur imperia, sed quod Dei est, magistrorum Ecclesiæ dignoscitur suscepisse persona; qui ergo eis inobedit, quiddam est illud quod immolat, securus dico, qui nihil sibi confert qui illud inobediens mactat, et melius esset sibi, nescio si aliis, sine omni sacrificio obedire quam inobediendo sacrificare. De substantia Dominici corporis utrum per tales et damnatos quoslibet alios conficiatur, mihi modo tractare non adjacet (15), dicam tamen quia quod inobedientes fecerint, ab utilitate sua totum vacet.

VERS. 7. — « Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi prævaricati sunt in me. » Superius dixerat se misericordiam et non sacrificium velle, ut scilicet suæ contemplatione miseræ, cum homo sibi miserescere cogitur, ad alienorum appetentiam non erigatur, recte subjicitur: *Ipsi autem transgressi sunt pactum*, ac si diceret: Cum hortarer eos ad sui respectonem, ipsi cogitaverunt, sicut Adam, avaritiæ transgressionem, cui, dum deitas appetenda videtur, repente vix homo reperitur. *Ibi*, inquit, *prævaricati sunt in me*, quia in hujus suggestionis acceptione meis monitis obstiterunt.

VERS. 8, 9. — « Galaad civitas operantium idolum supplantata sanguine. Et quasi fauces viro- rum latronum. » Galaad interpretatur *acervus testimonii*. *Galaad civitas* operantium idolum est, quando mens acclinis ad terrenas imaginationes est. *Idolum* autem formula dicitur. Et quid est recordari quarumque formarum, nisi quædam coram se creatio idolorum? *Galaad* ergo *acervus est testimonii*, quia profecto in inferioribus dilatatur, in superioribus angustatur, et adhibetur loco cujusdam testimonii, quod scilicet qui lata et spatiosa hujus mundi prosequitur, in Dei charitate angustatur, nec instar civitatis sine strepitu potest esse, aut materialium quorumlibet mentali repræsentatione carere, qui se aliquantisper a cura mundanum non se meminerit absentare. Hæc *civitas sanguine* supplantatur, quia creberrime per hujusmodi affectiones lethali peccato subvertitur. *Quasi fauces*

*latronum* est, dum quod crudeliter impotentioribus abripit, insatiabili aviditate transglutit: In quo duo consideranda sunt, in latronibus diripiendi atrocitas; in faucibus, rapta abliguriendi gulositas.

« Particeps sacerdotum in via interficientium per gentes de Sichem, quia scelus operati sunt. » *Civitas hæc particeps sacerdotum* est, qui per gentes de Sichem in via interficiunt, cum pravorum motuum versutiæ, qui, quasi quidam sacri duces, super scelerum suorum levigatione ratiocinantur interius, et eas cogitationes quæ divinis obedire sermonibus gestiant, sua retractatione trucidant, et veluti in via, sua actione mortificant, illi conscientiæ comparantur, quæ terrenarum imaginum phantasiis delectatur. Sichem enim *humerus* interpretatur, in quo obedientiæ sustentia denotatur. *De Sichem* ergo pergentes, in via perimuntur, cum hi motus, qui Deo et magistris per obedientiam se subdere volunt, et ex hoc proficere desiderant, per mentis insolentis strepitus, et visorum fœdas recordationes intereunt. Scelus ergo ibi idem civitatenses Galaad operantur, dum voluntates quibus boni aliquid adjacet, interiori præpediente tumultum, perficere non sinuntur.

VERS. 10. — « In domo Israel vidi horrendum, ibi fornicationes Ephraim. » Non mirum est, inquit, si quiddam benevolentiam cordi inest, enecatur, cum horrores vitiorum in affectu, quod est Israel, qui sine Deo execrabiliter principatur, reconditi videantur, unde in Ephraim, id est voluntate culpa fornicationis, id est internæ a Deo alienationis oboritur.

VERS. 11. — « Contaminatus est Israel. Sed et Juda, pone messem tibi, cum convertero captivitatem populi mei. » Quod est dicere: *Israel* quidem in hujusmodi lapsus est spurcitas; *sed, tu Juda*, rationalis videlicet confessio, *pone messem tibi*, id est, lectionem tibi propone sacri eloquii; hoc tamen tibi faciendi facultas nulla suppetit, donec *convertero captivitatem populi mei*. Captivitas *populi* tunc vere convertitur, cum is, qui captos tenebat ab eo qui pridem captus est captivatur; et intranos convertitur, cum mentis status ab eo quod male steterit immutatur.

#### CAPUT VII.

VERS. 1. — « Cum sanare vellem Israel, revelata est iniquitas Ephraim, et malitia Samariæ, quia operati sunt mendacium. » Cum Deus sanare vult *Israel*, *iniquitas Ephraim* revelatur, quia cum carnalis affectus ad regulam rationis corrigitur, et aliquo modo Dei judicio conterretur, voluntas, quæ ex antiquæ consuetudinis usu pronificatur ad malum subito revelatur. Nam cum cogitare insolita cogitur, et ab eo quod delectat removetur, impatientiæ animo morbus inurit. Cui morbo *malitia Samariæ* multum adnititur, scilicet illorum sacerdotum, qui pes-

(15) De iis agit lib. II De pignoribus sanct.

sultores interius ad excusandas excusatio- A  
 peccatis emergunt (*Psal.* cxi, 4), cum qui  
 in animo ad leviganda vitia videri volunt,  
 rem veteris status differri debere, quasi  
 ntes, ostendunt. Somer, plane a quo Sa-  
 interpretatur *custos*. Prava enim astutia  
 entitur custodiam, dum non ad Deum, sed  
 lum solet spondere cautelam, et non apud  
 ed penes sæculum veretur infamiam. Et hoc  
 mendacium operantur, hypocrisi videlicet  
 ntur. Quid enim mendosius quam ut velis  
 od non es? « Et fur ingressus est spolians  
 lus foris. » Ac si diceret: Et cer.e quæ-  
 extrinseca adhibeatur vigilantia, *fur* tamen  
 tur, id est proditio interna, quæ diabolum  
 storem admittit, intro debacchabitur, et ho-  
 miliariis spoliis exenterato, *latrunculus*  
 ti ab exteriori honestate despoliet, mox in-  
 irbore enim corrupta medullitus tota ramo-  
 erficiis arefacta destruitur. Nota distinctio-  
 is et latronis. Fur est clandestinus, latro  
 lias sed apertus. Unde Dominus: « Ille, in-  
 r est, et latro (*Joan.* x, 1). » Fur aliunde  
 do, latro post ingressum in domesticis sæ-

2. — « Et ne forte dicant in cordibus suis  
 n malitiam eorum me recordatum, nunc  
 ndederunt eos ad inventiones suæ, coram  
 mea factæ sunt. » Ac si diceret: Fortasse  
 lum de suæ mentis processu aut decessu re-  
 , quod quasi ad finem ultiorum omnes eo-  
 litias glomerare voluerim, plane falluntur,  
 c, id est, in hoc statu hypocrisis, quo sen-  
 am conclusit improbitas, ad inventiones suæ  
 umdederunt, id est dolosæ conversationis  
 ita in hujus labyrinthi foveam detruserunt.  
 itiones, quæ per hypocrisim fiunt, merito di-  
 quia vix ulla veritatis opera tanto furo coor-  
 Unde et *coram facie sua factas eas Deus per-  
 quia nihil est quod tantopere Dei offendat  
 m quantum illa quæ pro Deo geri putantur,  
 hoc ipso nihil aliud actores quam sæ-  
 glorias aucupantur. Sibi enim quod Deo  
 itur velle ascribi, nefarium idololatriæ genus*

3. — « In malitia sua lætificaverunt re-  
 et in mendaciis suis principes. » Si *regem*  
 intelligere diabolum, stat; ipse enim est  
 per omnes filios superbæ (*Job.* xli, 25); si  
 es ministros ejus dæmones, utcumque consi-  
 l res intra nos constringatur. In *malitia* ergo  
 em lætificant, cum mala occulte perpetrata,  
 asticum judicem metuentia studium rationis  
 electant. Ideo enim rex appellatur, quia gau-  
 vato extollitur, qui per hypocrisim operatur,  
 i profecto actione sua mentitur. In *menda-  
 go suis principes* lætificant, cum fallacibus  
 is quibus ineptum vulgus ad sui venerationem  
 unt sensus suos, qui sibi, sicut Samaritanæ

mulieri, male principantur, exhilarando ex honoris  
 delatione ludificant. Hi sunt principes qui nos per-  
 sequuntur gratis (*Psal.* cxviii, 161).

VERS. 4. — « Omnes adulterantes, quasi clibanus  
 » succensus a coquente. » Hi *principes omnes* adul-  
 terant, dum videntibus speciem pro Deo susceptæ  
 humilitatis ostentant, sed alii quam Deo exinde  
 placere desiderant. *Quasi clibanus succensus a co-  
 quente* sunt, dum sub benigna facie ferventissimi  
 intra animum appetitus incendia clausa ferunt. ☉  
 Clibanus enim interius ardet, qui quo est camera-  
 tior eo æstuosior. Unde inquit Poeta (*Ovid. Met.*  
 iv, 64):

*Quoque magis tegitur, tectus magis æstuat ardor.*

Coquens autem non alius est quam qui talis am-  
 bitionis sibi ipsi inceptor est. « Quievit paululum  
 » civitas a commistione fermenti, donec fermenta-  
 » retur totum. » *Paululum civitas* quiescit, cum in  
 initio cœptæ hypocrisis non nimia vis ipsius inter-  
 næ cupiditatis, nec frequentia civitatis perstreperè  
 sinitur, quia a consideratione fermentationis novi-  
 tiæ cessatur. *Fermentum* quid significet a nemine  
 dubitatur. Hæc pestis primo mentem sub specie  
 sanctitatis aggreditur, at postquam sinistra intentio  
 pectus occupaverit, *totum fermentatum* dicitur.

VERS. 5. — « Dies regis nostri. » Deceptæ cogi-  
 tationis vox est. Regem superius diximus rationem  
 plenam fastus. O inquit, *dies regis nostri*; ac si dice-  
 ret: Ecce rex noster diem habet, quia spiritus nos-  
 ter in sui prosperitate favoris luculentus apparet.  
 « Cœperunt principes furere a vino. » Animo de  
 suis gloriante laudibus, sensus nostri exteriores a  
 vino furunt, dum sui cogitationem gratia alieni oris  
 amittunt. Furiosorum est, nec se, nec quempiam  
 agnoscere, aut vereri, nec quid patiantur scire. A  
 vino ergo furunt qui externis adulationibus ebrii,  
 non quales sint, sed qualiter laudentur, attendunt.

VERS. 6. — « Extendit manum suam cum illuso-  
 » ribus, quia applicuerunt quasi clibanum cor suum,  
 » cum insidiaretur eis. » *Cum illisoribus manum  
 suam* rex extendit cum ad voluntatem adulatorum  
 suorum vel potius illusorum operationes suas pro  
 quibus magis extollatur, amplificare contendit. Fim-  
 brias suas, juxta Evangelium, spiritus noster ma-  
 gnificat (*Math.* xxiii, 5), cum sua quælibet opera,  
 quamvis extrema, percelebrat; phylacteria, quæ collo,  
 vel pectori appendi solent, dilatat (*Ibid.*), cum  
 scientiam vel doctrinam quasi obaudientium custo-  
 diam tonantibus buccis ostentat. *Quia applicuerunt,  
 haud dubium quem illusores quasi clibanum cor  
 suum*, cum cogitationes se merito laudari æstiman-  
 tes, et sibi miserabiliter illudentes, et exterioribus  
 pejores, *cor suum*, id est rationem suam sub talibus  
 blanditiis æstuantem usquequaque inclinant, et se  
 eis quasi gratulabundos humiliant. Hoc, inquit,  
 cogitationes faciunt, cum rex ipse, *insidiaretur eis*,  
 cum scilicet spiritus ipse, cujus officii erat eas re-  
 gere, præsentia gaudia aucuparetur, eis ad interne-  
 cionem earum quas salvare debuerat se submittens.

» Tota nocte dormivit coquens eos, mane ipse succensus quasi ignis flammæ. » *Tota nocte coquens eos dormit*, cum omnimoda cæcitate ad internorum motuum, qui sanum sapere poterant, demolitionem tanquam excoctionem se sepelit. *Mane ipse succenditur*, cum, illucescente sibi alicujus prosperitatis aurora, nimitate cupiditatis ignitur. Unde sub specie cujusdam avis in Job dicitur: « Cum tempus invenierit, in altum alas erigit (Job. xxxix, 18). » *Quasi ignis flammæ est*, dum quos exterius docendo prolambit et illustrare contendit, eadem qua fervet peste succendit; vel etiam *ignis flammæ est*, dum mens quæ in affectu peccandi latenter ignescit, in exemplum aliorum pro paulo excandescit.

VERS. 7. — « Omnes calefacti sunt quasi clibanus, et devoraverunt iudices suos. » *Omnes quasi clibanus calefiunt*, dum ratio, voluntas et affectus cum subjectis motibus studio ineptæ cupidinis effervescent. *Judices suos devorant*, dum universos impetus spiritus vitiorum ardores adnihulant. Hi enim sunt iudices, quia ex his prodeunt totius interioritatis nostræ censuræ et moderationes. « Omnes reges eorum ceciderunt: non est qui clamet in eis ad me. » Interiorum nostrorum reges sunt, quicunque animi habitus de Deo hominem recogitare compellunt. Unde psalmus: « Non est creditus, inquit, cum Deo spiritus ejus (Psal. lxxvii, 8). » Hi reges cadunt, cum se ad appetenda terrena provolvunt. *Non est in eis qui clamet ad Deum*, non est videlicet qui post delectationis, aut consensus damna, ad alicujus pœnitudinis studeat redire propositum. Quis enim miserabilis clamat quam qui suæ calamitati illacrymatur?

VERS. 8. — « Ephraim in populis ipse commiscetur. » *Ephraim in populis ipse commiscetur*, cum voluntas quæ ferax frugalitatis esse debuerat, cogitationum insolentium vulgo dispergitur. Et notandum quod vigilanter pronomen, quod est *ipse*, adjungitur, ac si diceretur: ipse Ephraim qui non est aliud quam voluntas, quæ rationi magis convenire debuerat, popularibus cogitationum sese turbis indiderat, et cui tantum credebatur, proh dolor! ex rationis vicinitate debens stare, difflexerat. » *Ephraim factus est subcinericius qui non reversatur. » Subcinericius Ephraim fit*, cum voluntas ex memoria præteritorum criminum refricata calefcit. Nec immerito, quia cum præteritorum malorum ei incumbunt imagines, quæ crebras ei innovant de experta intemperantia voluptates, *non reversatur*, quia quod semel conceptum est, nunquam a mente recutitur.

VERS. 9. — « Comederunt alieni robur ejus, et ipse nescivit, sed et cani effusi sunt in eo, et ipse ignoravit. » *Alieni robur ejus comedunt*, cum dæmones et carnis impetus, quibus a nostra salute nihil magis est exterum, quidquid in nostro velle virtutis constat, erodunt. *Et ipse nescit*, dum per vim discretionis quid incommodi patiatur nullatenus noscit. *Cani in eo effunduntur*, dum quidquid

in eo piæ novitatis est dealbata, quadam hypocrisis vetustate mutatur. Cani enim albi sunt, et vetustatem significant. Albor ergo ad id quod prætenditur, vetustas vero attinet ad id quod vera novitate privatur. Vetusta enim præsentia sunt, nova, futura. Et hæc Ephraim ignorat, quia statum in quo est utrum præsentia obliviscatur, et ad anteriora contendant, nullo modo pensat.

VERS. 10. — « Et humiliabitur superbia Israel in facie ejus, nec reversi sunt ad Dominum Deum suum, et non quæsierunt eum in omnibus his » *superbia Israel in facie ejus humiliatur*, cum affectus noster, quando sine Deo principatur, per aperti criminis casum se sciente dicitur; *in facie ejus Israel humiliatur*, cum appetitus nostri tumor, qui de sua castitate cum turpis esset erexerat, peccati sui experientia et pudore reflatur. *Ad Dominum Deum suum non revertuntur*, cum motus affectuales nec flagitiorum suorum consternatione deterriti, ut deinceps Deum sapiant retorquentur, *In omnibus his non eum querunt*, cum nec in evidenti revolutione facinorum ad divinam munditiam respiscendo resurgunt.

VERS. 11. — « Et factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor. » *Quasi columba seducta fit Ephraim*, dum de operum suorum ac si fetuum corruptione non ingemit. Columba enim præter aliarum avium morem de pullorum suorum subtractione non perstrepat. *Columba ergo dicitur seducta*, quasi ad insensibilitatem redacta. Quid enim illa voluntate insensibilis, quæ suis indolere nescit indignis operibus? Cum de aliis columbis dicatur quod non habeant fel, de hac dicitur quod *non habeat cor*, ut sensus reprobi immanitas ostendatur, quia malorum suorum miseratione non ducitur. « *Ægyptum invocabant, ad Assyrios abierunt. » Ægyptus interpretatur tribulatio vel tenebræ; Assyrii vero aulici vel dirigentes. Ægyptum ergo invocant*, qui post perpetrationem peccati animum suum rationabiliter ad tenebras mæroris tribulationemque compellant. Appetentia enim voluptatum, juxta Boetianum illud, cum sit plena anxietatis, satietas tamen est pœnitentiæ (*De consol. Philip.*, lib. iii, pros. 7). *Ægyptum itaque invocantes*, id est de pœnitudinis acredine, quæ peccato congruit, in conscientia succlamantes, vox enim sanguinis moraliter clamat ad Deum, mox *ad Assyrios abeunt*, quia cogitationes, quæ peccata excusant et levigant, metu rejecto potius consulunt et per eas se dirigi putant, dum criminis fœditatem aulicam curialitatem appellant. Has enim *sacerdotes et protectores* superius dixerat, ea abusione qua et *prophetas Ezechiel et Jeremias vocat*.

VERS. 10. — « Et cum profecti fuerint, expandam super eos rete meum, quasi volucrem cæli » *detraham eos. » Proficiscuntur cum a consideratione perpetratæ nequitiae evagantur. Rete Dei super eos expanditur*, cum eorum lasciviæ divino iudicio impedimenta objiciuntur, quibus eorum le-

impetus subito retardatur. Quasi volucris A  
rahuntur, cum eorum superbia in mirabili-  
er se ambulans lapsu repentino subruitur. In

enim levitas, in cœlo superbia designatur,  
« Volucres, inquit, cœli comederunt illud  
(v. 4). » Cædam eos secundum auditionem  
eorum » Deus eos cædit, cum periculis  
tibus, sive cogitationum tortionibus, seu  
corporalibus vexari permittit. Quæ cæsi-  
o audicionem cœtus eorum fit, dum usque  
elligentiam eorum omnium mentis motuum,  
Assyrios ire suaserant, verberis et dolorum  
procedit; aliter enim cæsi-  
o, nisi is, qui cæditur, pro quo cæderetur,  
ret. Unde alias scribitur: « Sola vexatio  
intellectum auditui (Isai. xxviii, 19).

. 13. — « Væ eis qui recesserunt a me. »  
o eis, quoniam a Deo recedunt, dum æter-  
niseriam sibi imminere pro sua desertione  
lunt; væ enim in præsentem habent, qui illud  
bitum, nisi se correxerint, timent « Vasta-  
, quia prævaricati sunt in me. » Hi qui vide-  
aulici vastantur, qui a frequentia circumstre-  
a libidinum penitus desolantur. Qui enim in  
prævaricatur, id est præter divinas rectitudi-  
rivatur, unde voluptatis incrementa reper-  
se æstimat, inde consumitur.

. 14. — « Et ego redemi eos, et ipsi locuti  
contra me mendacia. Et non clamaverunt ad  
corde suo, sed ululabant in cubilibus suis  
triticum, et vinum ruminabant. » Deus eos  
cum ab ærumnis quæ ingruerant eximit.  
contra Deum mendacia loquuntur, dum potius  
nes suas suæ provisioni aut fortuito eventui  
ndas, quam divinis concursibus arbitrantur.  
tra Deum etiam loquuntur mendacia, dum  
non æstimant sua adeo exacerbari per cri-  
ut pro his velit Deus gravia in se exerceri  
, cum autem accidunt non esse aliud quam  
a infortunia. Et hoc argumentum inferunt,  
ulti post horrenda flagitia impune persistunt,  
facile miseri refellerent, si causas iudicii uni-  
s attenderent, et recepisse bona in vita sua  
i meminissent (Luc. xvi, 25). Ad Deum in  
suo non clamant, dum supernis beneficiis  
gratiarum actiones redhibent. Nam claua-  
i respirarent. Sed in cubilibus suis ululant,  
tra funesta præcordia 203 feralitate omni-  
malitiæ et rapacitatis defurunt et æstuant.  
enim luporum et canum est. Cubilia in sacra  
pro cordibus poni solent, ut est: « Cum  
is intra in cubiculum (Matth. vi, 6). » In cubili-  
go ululant, qui, quod minus peccare sibi li-  
i cordibus suis dolent. « Sub lingua, inquit,  
labor et dolor (Psal. lxxxix, 10). » Super  
et vinum ruminant dum super doctrina  
et spirituali scientia disputando retractant.  
are enim est « cibum commasticatum ab ora  
re denuo commolendum. » Ergo ruminant

qui dogma ecclesiasticum, quod semel combibe-  
rint, discutere et examinare præsumunt, et diffinita  
a Deo et Patribus ac si nova aliqua revocare ad  
medium. Triticum pro doctrina poni Evangelium  
teste est, de præbenda in tempore mensura tritici  
(Luc. xii, 42). Vinum autem vim spiritualis scien-  
tiæ, sicut lac lenitatem simplicis disciplinæ signifi-  
cat. « Emite, inquit, absque ulla commutatione  
vinum et lac (Isai. lv, 1). » Quod hodiè que in quorundam  
grammaticorum controversiis pervidemus,  
qui non solum in divino eloquio, sed etiam in  
quolibet cœlesti mysterio, cæcis oculis scintillare  
contendunt.

VERS. 15, 16. — « Recesserunt a me, et ego eru-  
divi eos, et confortavi brachia eorum et in me  
cogitaverunt malitiam. Reversi sunt ut essent abs-  
que jugo; facti sunt quasi arcus dolosus. » Ac si  
diceret: Cum eos erudierim, et eorum brachia con-  
fortaverim, recesserunt a me. Deus eos erudit cum  
sapientia salutari eos imbuit. Brachia eorum confor-  
tat, cum naturalis ingenii robur, vel ipsam eorum  
operationem consolidat. Et in me, inquit, malitiam  
cogitaverunt, cum de sua eruditione, et impia ad-  
versus æquitatem valetudine in me militarunt. Re-  
vertuntur ut absque jugo sint, cum cæsi, et de peni-  
tentia commoniti a divina inspiratione desipiscunt,  
et ad præteritæ vanitatis deliramenta recurrunt, ut  
dominium cujuscumque rationalitatis, non habeant quo  
ad prosequendas sæculares licentias timidiore fiant.  
Hæc vincula, et hoc jugum se direpturos, et proje-  
cturos quidam in psalmo se spondent (Psal. ii, 3)  
quasi arcus dolosus facti sunt, qui ipsum a quo in-  
tenduntur percutiunt. Plane a Deo intenduntur,  
cum gemina scientia ac si arcus corda coercentur.  
Inde ingenii sagitta exigitur, quæ cum ferire hostem  
debeat usque ad divinitatis plerumque injurias im-  
portatur. Arcus quippe dolosus est, qui ipsum ferit  
a quo intenditur.

» Cadent in gladio principes eorum a furore lin-  
guæ suæ. » Principes eorum in gladio cadunt cum  
sensus eorum sese lethalibus malis illiciunt. Gladius  
enim pro capitali peccato ponitur, ut est: « De  
gladio maligno eripe me (Psal. cxliii, 10). » Et hoc  
a furore linguæ suæ eis evenit, quia eorum vecors  
conscientia plus interiori quam exteriori verbositate  
contra sanctæ Ecclesiæ mysteria furit. Raro enim  
invenies hæreticum quem non prosequatur aut præ-  
cedat turpe quodlibet facinus aut flagitium. » Ista  
» subsannatio eorum in terra Ægypti. » Ista sub-  
sannatio eorum in terra Ægypti est, cum eorum qui  
de Deo in bonitate non sentiunt ( Sap. i, 1), irrisione  
digna conversatio etiam apud externos est. Sequi-  
tur:

## CAPUT VIII.

VERS. 1. — « In gutture tuo sit tuba quasi aquila  
» super domum Domini. » Vox Dei est ad ipsam ra-  
tionem. Per guttur, ex quo emittitur, ipsam accipi-  
mus locutionem. Tuba vero evidens sonus est. Licet  
et per guttur, quod infra linguam est, ipsa cogitatio

queat intelligi : sicut et eos pro mente solet poni, ut est : « Os justi meditabitur sapientiam (Psal. xxxvi, 30). » Quod est ac si diceret : Cordis tui cogitatio, vel oris tui locutio, tanto libramine moderetur ut quod cogitaveris vel dixeris prædicari ubique sine tuo pudore valeat. Multi enim hærescos conditores in angulis dogmatizant, de quibus in proptulo mutire non audeant. *In gutture ergo tuo sit tuba*, ut quod mente fideliter intenderis in conflictu diabolicorum satellitum securo clamore edicas, existens videlicet *quasi aquila super domum Dei*, id est ut palpebris consiliorum præcedantur gressus tui. *Domus Dei* conscientia bona est. *Super hanc quasi aquila existimus*, dum quorsum tendat nostra credulitas subtilissimo acumine ventilamus. Aquilino enim acie præter linceos nil clarius.

VERS. 2. — « Pro eo quod transgressi sunt, fœdus meum, et legem meam prævaricati sunt me invocant : Deus meus, cognovimus te Israel. » Fœdus Dei est, quod ei per fidem in baptismo spondimus, lex vero, quidquid per divina eloquia ex bene vivendi mandato accipimus. *Fœdus ergo transgreditur quisquis a fidei regula quam professus est exorbitare probatur. Legis prævaricator est quisquis ab instituto quod suscepit spontaneus refuga est. Transgressi ergo fœdus et prævaricati legem me invocant*, dicentes : *Deus meus*, id est cum fide et vita me fefellerint profecto et ipsi fallentur, si de me ac si Deo suo in aliqua necessitate gloriari voluerint. Nos qui sumus *Israel te cognovimus*. Israel, ut supra dictum est, *directus Dei*, vel *princeps cum Deo* dicitur. Quidam enim ex diuturnis criminibus sensus reprobitate confusi, non veterina sua scelera, in quibus vitam pene transegerunt, sed momentaneam respirationem, qua ad Deum pro quavis adversitate recurrunt, attendentes se directos, se sui cum Deo principes, se jam Deum nosse fatentur, et perfunctoriam diei pietatem cum totius ævi sui sceleribus metiuntur (Tit. 1, 16).

VERS. 3. — « Projecit Israel bonum, inimicus prosequetur eum. » *Bonum Israel* projicit quod, cum urgente periculo aggreditur, fortuna redeunte rejicitur. Ideo *cum inimicus* persequitur, ubi totius bonæ intentionis deficiente affectu, nulla hosti constantia virtutis internæ resistitur.

VERS. 4. — « Ipsi regnaverunt, et non ex me ; principes exstiterunt, et non cognovi. » Regnat, sed ex Deo non regnat, quisquis angustiis prementibus pravis suis moribus imperat, cum tamen in conscientia angulis affectum, si libertas arrideat, ad vomitum redeundi conservat (II Petr. II. 22), *Principes* existunt, seu Deus non cognoscit : cum sensus exteriores ad horam sub regia rationis ditione sibimet principantur, sed Deus hujus restrictionis causas, quia non approbat, nescit. Super enim horum similibus legitur : « Cum occideret eos quærebant eum, » et revertebantur (Psal. LXXVII, 34). » « *Argentum suum et aurum suum fecerunt sibi idola ut interirent.* » *Argentum suum et aurum suum sibi facit*

*idola* quisquis divini eloquii scientiam, aut eam, quæ ad Dei notitiam pertinet sapientiam, expendit intentione perversa. Quid enim aliud quam idolum struere est, cum quis his muneribus non Deum, sed se desiderat honorari, nec Deo referre quod ab eo acceperit, sed se potius quasi simulacrum ostentari? Quæ causa multos olim genuit hodieque gignit hæreticos, dum qui pro obscuritate generis et vitæ delitescunt, pro novorum dogmatum moliminibus celebrari appetunt. Et hæc faciunt ut intereant, quia juxta Dei censura contingit ut, dum passim prædicari ac enitescere optant, ad extremi occasus ignominias se subruant.

VERS. 5. — « Projectus est vitulus tuus, Samaria, iratus est furor meus in eos. » Samaria, ut dictum est, interpretatur *custodia*. Et quæ est hæc *custodia* nisi illa quæ componitur pro suorum nominum propagatione cautela? Hujus Samarie *vitulus* projicitur, cum illa in qua lascivire concupiscit famæ suæ gloria, non solum addemnatur, sed etiam pro sorde respuitur. Notandum quod non dicitur furere Deum, sed irasci Dei furorem *in eos*. Primum iram, postmodum furorem ponit, ut ostendat Deum primo eis ex eorum pravitate conversationis iratum ; postmodum, quia ex Dei blasphemia sibi nomen arrogare voluerunt, cujus rei vel meminisse nefas erat, merito ad subvertendos eos in furorem versum. « Usquequo non poterunt emundari? »

VERS. 6. — « Quia ex Israel, et ipse est artifex. » Ac si diceret : *Quandiu hæc eorum perversitas incorrecta manebit? Ac si responderetur : Profecto diu, quia ex Israel est et ipse artifex*. Israel, ut prælibatum est, secundum quosdam etiam antiquos, *vir videns Deum* interpretatur ; ideo ergo non facile emundantur, quia talis idololatriæ artifices ex his potissimum esse solent, qui de Dei per Scripturas cognitione præ cæteris gloriantur, et ex eo sextæ suæ tenacius hærent quo sacram paginam pro sua libidine quasi acutius intorquent, aliosque securius sibi alliciunt, quo perspicaciores se in divino eloquio dici audiunt. *Ex Israel ergo et ipse est artifex*, quia non nisi ex magna ingenii acrimonia præditis solet fieri talium fabularum index.

VERS. 7. — « Fecit illum et non est Deus, quod niam in araneorum telas erit vitulus Samarie. » Quia ventum seminabunt, et turbinem metent. « Deum facit, sed *Deus non est*, quisquis pro captu et imaginatione sua Deum circumscribit, ut ad ejus naturæ dissertationem attingere nititur, quod nullo modo homini comprehensibile, aut Deus esse potest : Quidquid enim pervideas, falso Deum existimas. » Quoniam in araneorum telas erit vitulus Samarie, « quia scilicet petulantia quæ subjacet illi forinsecus dealbatæ custodiæ, ut magis enim fallant, multa agunt sub hypocrisis specie, adnihilabitur et evanesceat ac si araneorum telæ. Quæ enim insulsior, et quasi vitulina levitas, quem libros contexere, quos explodat et exsibilet totius Christianitatis auctoritas? Qui telæ araneorum sunt, quia eorum studio

qui intima sua in vita sua projiciunt, et in ventilantur, quia non aliter quam spuria, ut vitulamina radican- tur (Sup. iv, 3). Aranea cum sit venenatum animal, ex virosis visceribus egerens, nil aliud explicat, nisi quod studiis suis seipsam extenuat. Ventum enim seminantis oris nebulas et nœnias supervacuas spargere putant. Turbinem metunt, cum mentis cœcitate motum externæ adversitatis incurrunt. Hoc proprium hæretici habent, ut cum facere sibi ex dogmatis diversitate gestiant, vilipensionem omnium mox pateant.

Ille stans non est in eo, germen non facit iam. « Culmus stat cum verbi fastus exuberat; tudinarium enim eis est, ut verborum pompæ iant, et dialecticis allegationibus universa perit. In culmo ergo vacuitas, in statu dicendis. Sed in eis, quæ per culmen scilicet figuris, verbis germen non est, quia in vapidi cordis libus nulla vivificandi alios efficacia est. Farinam facit, quis nullam internæ pinguedinis dulcem sermo gignit. Quod enim pro solo vulgi fieri intelligitur, vix aut nunquam ab audientium gratanter excipitur. Aut certe non facit, dum nil fructuosum nisi quod ad suam reciprocari valeat exprimit. « Quod et ærit, » id est si quid utile dixerit, » alieni aut eam, » diabolico scilicet pastui, qui præsuperbia nostra nutritur, reservari constat niam. Unde Salomon : » Non sint, inquit, participes tui (Prov. v, 17). »

s. 8, 9. — « Devoratus est Israel; nunc factus nationibus quasi vas immundum. Quia ipsi nudentur ad Assur, onager solitarius sibi raim. » Israel devoratur, cum hi, qui ex Deione directos se æstimant, exigente peccato nimodam intellectus hebetudinem devolvunt enim scientia a Deo data abutitur, necesse longioris usu nequitiae semper in deteriora ir. Nunc, id est ex amore præsentium factus nationibus quasi vas immundum, dum interinas vitiorum quorumcunque origines, sem receptui præstat apertum. Vas, enim in lege quod non habebat operculum, habetur immundum, et mens hominis quæ casum non dimovet irruentis criminis, merito arguitur itatis. Quia ipsi ascenderunt ad Assur, id est gradibus apprehenderunt gurgustia libidulias. Ephraim mox factus est onager sibi solidum voluntatis habitatus exsul a Deo sibi est carnali lasciviae, quæ signatur per ona constat intentus. « Munera dederunt amatoribus. (Vers. 10.) Sed et mercede conduxerunt ones. » Munera amatoribus dant, cum imitent et superimpenduntur dæmonibus, vel mahominibus, qui sibi aut rapacitatis, aut obsecuptatis, copias subministrent. Hinc est quod cum malignis pacto spiritibus, ad eorum ties hominis se submitunt, et ab eis necro-

mantias addiscunt, per quas ad mysterium iniquitatis efficaciores fiunt. Sed ei mercede nationes conducunt, dum quædam faciunt quæ vitiorum sibi incentiva sunt, verbi gratia, cum sint qui allia et ferventioris naturæ pigmenta commasticant, quibus ad petulantiam acriores fiunt. Et de cæteris vitiis idem intellige. « Nunc congregabo eos, et quiescent » paulisper ab onere regis et principum. » Congregat Deus eos, cum inter innumera crimina ad considerationem sui ipsorum recolligit vagabundos. Et hoc nunc fit, quia tota illa recogitatio a conspectu rationis, quasi quiddam perfunctorium, transit. Quod non sine certo eorum judicio est, quia spiritus eorum, cum Deo sentiens, creditus ab eis non est (Psal. LXXVII, 8). Paulisper ab onere regis et principum quiescunt, cum a fastu superbiae, qui omne sublimiter vidit, vel a carnali affectu, et exteriorum sensuum mens ad tempus dispersione vel oppressione, animo ad se redeunte, laxatur.

VERS. 11. — « Quia multiplicavit Ephraim altaria ad peccandum, factæ sunt ei aræ in delictum. » Ephraim altaria ad peccandum multiplicat, cum per mentis vicissitudines innumera malorum proposita seriatim alternando frequentat. Secundum enim emergentes variæ consersionis habitus, nunc ira, nunc libido, nunc superbia, nunc ambitio, et cætera quæque intrinsecus se commutant. Tot ergo colit altaria, ad quot peccandi se ingerit vota. Propter hoc fiunt ei aræ in delictum, ut ipsum etiam respuatur, quod ex scintilla rationis innascitur piæ recogitationis bonum. Delictum enim a derelinquendo dicitur, cum scilicet bonum quod fieri debet, deseritur. Peccato ergo succedit delictum, cum ex pœna ejus bonæ quoque voluntatis suboritur plerumque repudium.

VERS. 12. — « Scribam ei multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatæ sunt. » Multiplices leges suas ei Deus scribit, cum et legem naturalem, legemque conscriptam ejus ad integrum memoriæ inserit, ut eo justius damnetur quo nequaquam penes Deum de ignorantia levigatur. Quæ tamen velut alienæ computantur, cum ab ejus animo imo a voluntate, quæ signatur per Ephraim, quasi nec scitæ nec auditæ extorres habentur.

VERS. 13. — « Hostias afferent [al., offerent], imolabunt carnes et comedent, et Dominus non suscipiet eas. » Hostias afferunt, qui pœnitentias aliquoties publicas et cæteras ecclesiasticæ institutionis ceremonias, plus ex sola generali consuetudine quam ex religionis pietate proponunt. Carnes immolant, cum peccata carnalia detestando factis confessionibus quasi mactant. Sed tamen eos comedunt, quia eorum usu sese ingurgitare non desinunt. Has ergo hostias Deus non suscipit, quia nullo modo officia, quæ extrinsecus administrantur, nisi ex intimo proferantur, attendit. « Nunc recordabitur iniquitates eorum, et visitabit peccata eorum; » ipsi in Ægyptum convertentur. » Nunc, id est, in hoc tali eorum statu, eorum iniquitates recorda-

tur, cum per cujuslibet illationem flagelli diuturnæ ipsorum nequitiae meminisse videtur. Quasi enim putatur Deus oblivisci quorum dissimulat interim errores ulcisci. *Peccata eorum* visitat, cum per adversorum congeminationes crebro **206** ea se vidisse demonstrat. Verbum enim frequentativum, quod est visitat, assiduitatem visionis significat. *Ipsi in Ægyptum convertuntur* cum pro correctionis luce obstinationis tenebris, quod Ægyptus innuit, obvolvuntur.

VERS. 14. — « Et oblitus est Israel Factoris sui, » et ædificavit delubra, et Judas multiplicavit urbes » munitas. » Israel a Deo fit, cum per Dei timorem a sua per vanitates exinanitione ad veram essentiam creatur et subsistit. Quasi enim non est, qui substantiam vivæ intentionis amittit, quam prodigus filius in meretrices expendit. Unde et Apostolus Corinthiis scribens: « Omnibus, ait, qui sunt inter vos (*Rom. xii, 3*), » aperte innuens quia aliqui inter eos erant, qui secundum hoc esse non erant. Secundum hoc Israel factus est, cum per sensum interioris gratiæ ad solidum concretus est. Juxta quod etiam: « lætetur Israel in eo qui fecit eum » (*Psal. cxlix, 2*). Hujus *Factoris sui Israel* obliviscitur, cum eum, qui se reficere de sua annihilatione potuerat, aversatur. *Delubra* ædificat, cum pio recedente Domino conscientiam, ac si fanum proprium, illico nequissimus hostis intrat; sine alterutro enim hospite mens non exstat. *Judas* deinde *urbes munitas* multiplicat, cum rationalis devotio, quæ nos ad Deo confidendum rite sollicitat, lapsa in perversum contra pietatem confessionis, seu incuria, seu pudore se obstruit et obfirmat. *Urbes munitas* ædificat, cum ad quæque facinora quæ gesserit, repagulum obstinationis objectat, et murum vitiosæ (*vel* superbæ) conclusionis exalbat. « Et mittam ignem in civitates » ejus, et devorabit ædes illius. » *In civitates ejus* ignis mittitur, cum in illius arcani vecordia, quæ nullius bonæ apertionis spiramen admittit, concupiscentiæ gravior ex sua occultatione ignis (*vel* fervor) inæstuat. *Ædes illius* devorat, cum ardor intrinsecus per incontinentiam sese in exhibitione membrorum corporis manifestat. Nec enim caveri potest, quin quod diu intro concipitur, per quemlibet sensualitatis habitum, aliqua significatione non prodeat

#### CAPUT IX.

VERS. 1. — « Noli lætari, Israel, noli exsultare sicut » populi, quia fornicatus es a Deo tuo. » Israel lætari prohibetur, cum quia exsultat de suæ proventu sæcularitatis, is, qui quondam de Dei visione gaudere solebat, arguitur. *Noli, inquit, exsultare sicut populi*, id est ne eorum ineptam lætitiã, qui de Deo nihil unquam sapere, consideres, non licentiam imiteris, nec te eorum vulgaritati conformes, quia longe misericordius judicium sortientur qui bona nec cœperunt quam tu qui Deo jam cognitione hæstisti, et modo fornicatus es. Nota quod lætari interius, exterius exsultare pertinet. Quia ergo impiis gaudere non est, utrobique vetitum est. » Dilexisti mercedem

A » super omnes areas tritici. » *Mercedem super omnes areas tritici* diligit, scilicet illam qua superius conduxerat nationes plusquam omnes sacræ Scripturæ paginas, quæ distribuuntur in libros, et hi sunt areæ, ac si quædam particulariter excisæ terrarum portiones. Arcæ ergo tritici libri sunt divini eloquii, quas quisque quanto plus excõlit, eo uberiores supernæ intelligentiæ fructus adinvenit. Triticum est, quo juxta psalmum, valles abundant (*Psal. lxxiv, 14*), et ejus adipe filii Sion satiantur (*Psal. lxxx, 17*). *Super omnes ergo areas tritici* merces diligitur, cum super omne quod in Scripturis reperitur adulationes sortilegia, quibus ad flagitia major aditus se aperit, magis quam verbi Dei exercitia appetuntur. Ea enim quæ aut usu aut curiositate delectant, fidei nostræ sacrilegiis plerumque emuntur.

B VERS. 2, 3. — « Area et torcular non pascet eos » et vinum mentietur eis. Non habitabunt in terra Domini. » *Area* sunt divina volumina, quorum cultu multiplices, et exquisitas allegoariarum, et tropologiæ fruges elicimus. Quod in propheticis et apostolicis litteris sæpius experimur. Torcularia sunt qui intellectualitatem, quam vocamus anagogen, quæ ad Dei contemplationem pertinet, e Scripturis exprimere norunt. De quibus ergo elicitur, ut est area, et qui eliciunt, ut est torcular, *eos non pascit* dum de area moralis scientiæ tractatus ignorant, et de torculari quidquam cœlestis qua de Deo imbuuntur sapientiæ elaborando extorquere non curant. Quid enim beatius quam internæ vinum dulcedinis de Scripturis exigere, et amorem præsentium per earum haustum a suo sensu obliterare? *Et vinum eis* mentitur, quia eorum mens ab æterni condimenti sapore et calore fraudatur. Terra Domini est corpus, quod evictis passionibus ditioni rationis Deo subjectæ subjectum est. *In hac terra non habitant* quia enim mites non sunt, et Deum inessorem non habent, sua ipsorum corpora *habitare* quod est *possidere*, non prævalent. Corpus enim suum, quod Adam obediens obtinuerat, inobediens fidorum foliis obnubit. » Spiritus, ait, tuus bonus deducet me in terram **207** rectam (*Psal. cxlii, 10*): » quæ ideo recta est, quia Domini est. » Re- » versus est Ephraim in Ægyptum, et in Assyriis D » pollutum comedit. » *Ephraim in Ægyptum* revertitur, cum voluntas nostra, quæ panis æterni fruge gaudere debuerat, ad Ægyptum mœroris et angustiae, sæculi videlicet sollicitudines, et labores se undecunque declinat. Unde quibusdam dicitur: » Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis (*Matth. ii, 28*). » *In Assyriis pollutum* comedit, dum cum his, qui in domibus regum sunt, et non angusta sectantes mollibus induuntur (*ibid. 8*), et juxta Job, suaviter vivunt, in quibus non reperitur sapientia (*Job, xxviii, 13*), obscenis obsoniis concupiscentiarum se ingurgitare non desinit. Assur enim dicitur *aula*, quæ solet esse regia.

VERS. 4 — « Non libabunt Domino vinum, et non » placebunt ei. » *Vinum Domino non* libat, quisquis



moris penes Deum dulcedine, et calore non A Unde nec ei placere possunt, quia quisquis id Deo supplicandum non ducitur, profecto a ui indubie Deus est, quia eum Deus Pater kit, nequaquam agnoscitur, nedum placere (Joan. vi, 44). « Sacrificia eorum, quasi pagentium. » In veteri lege qui de sacrificio tuis vescebatur, et immundus ipse erat, et platio putabatur. Quasi panis ergo lugentium eorum sunt, quia quodcumque ab eis vel vel eleemosinam largiendo, Deo defertur, um, quæ nulla imitatione digna est, compa- qui nullum attigerunt saporum cœlestium um, et quorum studia nil melius dici possunt, nateries lacrymarum. Panis enim pro vita ut est : « Mittamus lignum in panem ejus » (19). « Omnes qui comedunt eum, contami- titur, quia panis eorum animæ ipsorum, non sit in domum Domini. » Qui panem illum it contaminantur, quia qui eorum sibi exem- scerant, eadem qua illi fœditate vitæ dam- Idem significat quod morticinum tangi lege (Lev. xi, 24). Quia panis eorum, subaudis, æ ipsorum, id est vitæ eorum fomentum, it quasi quoddam animæ eorum alimentum. nim virulentia vita serpenti est, ita cuilibet abulum sua nequitia. Unde et de detracto- alomon : « Carnes, inquit, ad vescendum runt (Prov. xxiii, 20). » Quo contra sanctis : te, ait, et videte quoniam suavis est Domi- sal. xxxiii, 9). » Morale est etiam ut dica- : pasci in eo quod se delectat. Est ergo di- Panis cum corpora nutriat, animæ eorum quia ex eo quod significat jucunditatem dem, animalitati improborum cibus esse itur. Is non intrat in domum Domini, quia odi gaudium ab omni corde quod Deus inha- verissime constat excludi. Unde est illud Abominabilis ei fit panis in vita sua, et cibus desiderabilis (Job, xxxiii, 20). »

5. — « Quid facietis in die solemnium, in die itatis Domini? » Dies sollemnis Domini est, sitis inimicis scabellum pedum ejus regnum rit Deo et Patri (I Cor. xv, 24, 25). Diem lem nem intellige, cum impii submerguntur, item vero, cum ad contemplandam Dei spe- cti promoventur. Quid igitur facietis, cum crimen inter utrasque sortes advenerit?

6. — « Ecce enim profecti sunt a vasti- : Ægyptus congregavit eos, Memphis sepe- os. » Redit ad eorum descriptionem. Superius quia panis eorum in domum Domini non in- ac si diceret : Quoniam nulla convenientia ad tenebras (II Cor. vi, 14), voluptati ad intias, proficiscuntur, id est a recta conside- evagantur, et hoc eis a vastitate contingit, ilicet a Deo solitudinem mens incurrit : Cum lixisset quasi eos corrigens, quid facietis in nni, mox eorum proterviam subtexit dicens :

Et ecce a vastitate proficiscuntur, id est correctionis impatientes, nec mora a seipsis alienantur. Ægyptus eos congregat, cum sæculare studium sibi eos co- adunat. Quod est dicere : Cum a sua ratione disparantur, sub cura tamen Ægyptia glomerantur. Memphis interpretatur de ore eorum. Sepeliuntur, cum ab omni sancta vivacitate eorum ingenia obruuntur. Et hoc eis de ore eorum evenit, dum de pena peccati, quo alios ad male agendum prava locutione decipiunt, eis contingit.

« Desiderabile argentum eorum urtica hæredita- bit, lappa in tabernaculis eorum. » Desirable argenti eorum urtica hæreditat, cum id quod potis- simum apud improbos gloriosius æstimatur, scilicet ut divinæ Scripturæ scientiam clarior atque copio- sior facundia comitetur, ad totius vilitatis atque nequitiae extrema descendat. Urtica namque despi- cabilis admodum et ignea herba est. Desiderabile ergo argenti eorum urtica hæreditat, cum votivum illud affectatæ eloquentiæ pretium, non solum ob turpitudinem vitæ contemnitur, sed etiam alios versutiis, dolis, et obscena mordacitate decoquit et infestat. Dictum est autem hæreditat quod mores eorum misera perpetuitate contineat, aut quia hæ- res superstes est ejus cui succedit; ad hæreticos, de quibus supra dictum est, et nunc etiam agitur, re- feratur, quorum scripta non modo pro sui contem- ptibilitate, sed etiam pro ingenta contra omne quod fidei congruit acerbitate damnantur. Et quia plerumque eos excluserunt qui probati erant argento, controversiis manentibus in libris eorum, qui contra eorum errores pugnacissime egerant, opuscula eorum pro sua inutilitate sunt abolita. Quod in antiquis hæreticis est undequaque proba- tum, quorum, quasi araneorum telæ, de quibus su- pra disseruimus, disparuere volumina, et nostris temporibus a quibusdam parasitistris libelli facti sunt, et si nimium tenues, contra fidei nostræ my- steria, quæ in indignitate sui in ipsa sua mox sunt novitate consumpta. Lappa in tabernaculis eorum est, quia nimirum nisi desideriorum carnalium impuritatibus, quæ graves sunt stimuli, subderentur, nunquam ad tantam sensus reprobi ignominiam, ut de divinis male sentirent, verterentur. Porro ta- bernacula ipsa sunt corpora, in quibus sive contra carnem, sive contra spiritum militamus, sive ubi in- præsentiarum peregrinamur.

Vers. 7. — « Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis. » Dies visitationis sunt, cum Deus impœnitentibus in præsentia flagella immittit, sed retributionis illico subsequitur, qui perseveranti- bus incepta sorde aut perfidia immutabilis miseriæ sortem reddit. Duplici enim contritione tales Deus contereere consuevit. Et non conterit, quos omnium, dum advivunt, detestatione prostituit, et exactis ipsis, ipsorum memoriam cum omni suo opifeco, et tractatu instar panni menstrualis infamat et abjicit? « Scitote, Israel, stultum prophetam, insanum vi- rum spirituales. O Israel, inquit, motus videlicet

affectuales, qui Deo iudice sensuum vestrorum errori dimittimini, nunc in hoc vestro exitio et rationis exterminio addiscere poteratis. Quæ stultitia, quæve insania in spiritu, qui vos regere debuerat, delitescit? cui si vos subdere, et ab eo regi voluissetis, nunquam ad tale inconveniens vitiorum aut pericula venissetis. « Propter multitudinem iniquitatis tuæ, » et multitudinem amentia. » Quia multum exerrasti a bonitate et fide, non dispariliter tradidit te Deus in ignominiosos casus. Ac si diceret : Quia quod peccabas, Deum habere in notitiam non putabas, dedit te Deus in cogitationes reprobas.

VERS. 8. — « Speculator Ephraim cum Deo meo. » Propheta laqueus ruinæ factus est super omnes » vias ejus, et insania in domo Dei ejus. » *Ephraim*, voluntarius scilicet habitus mentis *speculator* factus est, ut ea quæ Deo pertinent, velit, et Deo gerenda proponat, « velle, inquit, mihi adjacet, perficere » non invenio (*Rom.* vii, 18) : » voluntas enim in bonum in Scripturis sæpius accipitur, et ob providentiam, qua peccata et adversa olfaciat, propheta vocetur; et proh dolor! *laqueus ruinæ* fit, ut se ipsum scilicet illaque et sibi consilium subtrahendo, et aliis exempla pravitatis attribuat ruere faciendo. Et is *ruinæ laqueus* fit *super omnes vias ejus*, quod non est aliud quam suas. Hebraicæ enim locutionis est, ut est illud : « Æthiopia præveniet manus ejus (*Psal.* lxxvii, 32), » id est suas, « Deo, » cum in omni intentione ejus, quæ viæ interiores ad exteriora operis excurrentes sunt, non nisi peccati lapsus inveniat, et omnis consilii aditus, quod significat colum, quia inde permeat verbum, obstruatur. *Insania in domo Dei ejus* est, cum pessimum ejus ad scelera studium, quod principalis ejus frequentat in modum Dei culturæ, devotio intra domum conscientia, totius pensi et moderati penitus expers est, et in tantam mens proruat vecordiam, ut secreta cupiditas, in apertam erumpat amentiam.

VERS. 9. — « Profunde peccaverunt sicut in diebus Gabaa. » Profunde peccat quisquis ad peccatum tota animi deliberatione inhiat. Historiam Regum videtur tangere, quando e Gabaa Saul in regem assumitur (*I Reg.* xi, 4), recusso Dei imperio pro solo gentium more. Saul interpretatur *appetitus*, Gabaa *colles*. E collibus Saul ad regnum accipitur, quando e magnis animorum tumoribus oboritur appetitus, non qui nobis subsit, juxta quod ad eam a Domino dicitur, sed qui nobis impudentissime dominetur. Dum enim fastum concipimus, majora profecto quam nobis competant, statim consequenter ambimus. « Recordabitur iniquitates eorum, et visitabit » peccata eorum. » Postquam iniquitas in stoliditatem vertitur, ut nefaria libertate peccetur, tanquam clamore aliquo Deus, ut ulcisci properet, excitatur. Unde vox sanguinis Abel (*Gen.* iv, 10; xviii, 20) et clamor Sodomorum dicitur. Dum enim quiete delinquitur, quasi Deus obliviscitur. Recordari ergo videtur, cum peccantem adversis aggreditur. Peccata

visitat, cum crebro ea se vidisse puniendo demonstrat.

VERS. 10. — « Quasi uvæ in deserto inveni Israel, » quasi prima poma ficulneæ in cacumine ejus vidi patres tres eorum. » *Quasi uvæ in deserto Israel* invenitur, cum dispersus a seipso carnalis noster affectus divini timoris aspiratione colligitur; et quasi uva in deserto reperitur, cum in desolata quondam mente internæ compunctionis dulcedo sentitur. Quasi *prima poma ficulneæ* patres videntur, cum motus rationales a quibus affectualitatum intemperantia moderatur, primum Dei illapsu ex veteri sua acerbitate reducti, maturitate menti indita dulcorantur. Hæc *prima poma in cacumine* reperiuntur quia principalia cordis nostri studia in intentione superna, quæ interioritati nostræ dignoscitur præeminere, fundantur. Israelis ergo sunt patres maturæ rationis habitus, qui pias generant affectiones. Per ficulneam amor proximi in Scripturis accipitur, sicut in vinea amor Dei exprimitur. *Prima ergo poma ficulneæ* potiora sunt exercitia misericordiae. *Patres* itaque primis ficulneæ pomis adaptantur, quia primum fratribus quos videmus beneficia impendere suademur, ut Deum, quem videre non possumus, postmodum attingamus. Uvis vero filii comparantur, quia affectus nostri, quasi ex largitione paterna, et lactea innocentia, quæ per succum ficulneæ figuratur, ad dilectionis Dei pinguedinem et saporem avidius imbuuntur. In terra enim spiritus datur, ut proximus diligatur; de cælo vero consequenter, ut Deus.

« Ipsi autem intraverunt ad Beelphegor, et ab alienati sunt in confusione, et facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt. » *Ad Beelphegor* intrant, cum suæ, quam diximus electionis oblitum, totium ignominia sese labyrintho inieciunt. Et merito dicitur, intrant, quia se experientia universæ libidinositatis immersitant. Beelphegor enim *vir tentiginis* dicitur, in quo turpitudinis execrandæ impudentia denotatur. *In confusione* abalienantur dum quo confusibilia perpetrant, nil se confusibile agere arbitrantur unde est quod, apud Apostolum, quidam in pudendis suis gloriari dicunt (*II Cor.* xi, 18). *Abominabiles* fiunt, qui totius boni hominis fortunas amittunt. Quid est enim abominabile esse, nisi in successu pii operis prospero proventu carere? Et hoc sicut ea quæ diligunt; sicut vitia enim quæ prosequuntur etiam solo nomine sine actu bonorum memoriis horrore sunt, sic etiam ipsi qui eorum commercio se involvunt. Si enim sordes quælibet per se putidæ sunt, certe putidiores qui harum volutabris se sponte injiciunt.

VERS. 11. — « Ephraim quasi avis avolavit, gloria eorum a partu, et ab utero, et a conceptu. » *Ephraim quasi avis* avolat, dum aliquoties ad boni appetentiam tacta rationaliter alacritas voluntatis aspirat, sed subita se levitate subducens in eo quod cœperat minime perseverat, *Gloria eorum*, ut retrograde aggrediar, a conceptu est, cum ejusdem vo-

is statum, qui in se sæpius alternant, spe gratia sit, quæ sanctorum gloria, ob conscientimonium, ab Apostolo vocatur (*II Cor. I, 12*), primum Dei aspiratione, qua primum bene delectamur. Post hanc conceptionem sequitur, boni videlicet propositi ante exhibitionem diuturnior intra mentem fatus. Quasi enim æcus fovetur, quod retractando fideliter ex deliberatione consilii, veluti per discretionis ra divisum actionis corpus roboratur. Deinde expromitur, cum visibus hominum in boni tii prosecutione proponitur. Quia ergo *Ephraim avis* per elationem avolat usque ad partum, usque dum ab hominibus videri possit, ejus gloria perseverat, quam mox humanæ lauro trucidat (VERS. 12) « Quod si enutrierint suos, absque liberis eos faciam in hominibus et vae eis, cum recessero ab eis! » *Filios* aut qui piæ conversationis opera in his propro provehant. *In hominibus absque liberis* flunt, ter hominum favores a libertate animi attritulgō aure [*f.*, vulgi auræ] serviliter se dimitted vae eis, cum Deus recedit ab eis, quia nullæ spei residuum est, imo damnationis exinfortunium est, cum pervertitur rectitudononis. Recedit namque Deus, cum bonum quod fit respectu ipsius.

s. 13. — « Ephraim, ut vidi, Tyrus erat funpulchritudine. » Et est litteræ sensus : *Ut d est, sicut vidi, Ephraim erat sicut Tyrus a in pulchritudine. Ephraim Tyrus est, quia* rigifera voluntas, quæ suæ et multorum utilium recte intenderet, militabat, nunc in anepōnitur, dum solo humano favori spe pauperat. Tyrus enim *Angustiam* sonat. Vox Dei *vidi*, inquit, id est quomodo in deitatis mæratione, perpendi : Ephraim erat comparayrus. Et hæc *fundata in pulchritudine* erat, exteriori habitudine cœpti operis, qua sibi complacere decreverat, suæ intentionis funta posuerat, ut in eo quod foris ostenderet, non tus, sed sua pulchritudo patesceret. Quo compsalmo : « Sic, inquit, in sancto apparui tibi, rem virtutem (*Psal. LXII, 3*), » non meam esse, am nedum gloriam. « Ephraim educet ad interm filios suos. » Ephraim habet filios, quando as effectus exerit bonos. Hos tamen ad interm educit, quando ad suam ipsorum perniciem orum linguis exponit.

s. 14. — « Da eis, Domine. Quid dabis eis? is vulvam sine liberis. » Vox prophetæ, aut bet sancti viri tanta hypocrisi irritati. *Da eis,* id est aliquid eis incommodi inpræsentiaistitue. Et quid dignius eis dare poteris, quam lvam, id est conceptaculum, qua libertatem li actus recipiant, non habeant? Melius est onum opus nec affectasse quam affectatum cro aliquo falsi operis perdidisse. Si liberi r quia servilli operi non subduntur, ergo

A libera sunt quæ eis signantur opera, quia fiunt non pro laude humana. » Ubera arentia » pariter dantur cum intelligentiæ spiritualis inopia, qua interna et externa sensualitas Deo aliter irrogatur. Vel *ubera* sunt arentia, cum in mente annullatur utriusque testamenti scientia.

VERS. 15. — « Omnes nequitiae eorum in Galgal, » quia ibi eos exosos habui. » Galgal interpretatur *volutabrum* : Omnes ergo eorum nequitiae in *volutabro*, quia tota eorum vitioso frequentia, libidinis solius lentescere solet et extenuari sub vitio. Quantacunque enim in quolibet credulitas, quantumcunque superba majestas, ad id molitiei tandem despumare ac reflari dignoscitur. Magna Alexandri, magna Cæsaris undecunque ferocitas multoties Sardapali est experta temperiem, et quod Indum continuabat Oceano muliercularum vilium miserabiliter circumscripsit aspectus. Exosos sibi Deus eos habet, quia rabiem efferatæ licentiæ non sustinet. Nota diluvii causas, et a propheta appellari hanc pestem non aliter quam malleum universæ terræ. « Propter » malitiam adinventionum eorum de domo mea » ejiciam eos; non addam ut diligam eos. » Cum quis consuetudinarie peccat, utcunque tolerabile est, cum autem novitates adveniunt criminum, et jura quispiam naturæ transgreditur, bonis omnibus inaudibile est, ne dum Deo, qui inventores malorum tanta atrocitate trucidat, ut eos memorabiles peregrinæ mortis reddat exemplo, quod passim Scripturarum elucet testimonio. Hos de domo sua ejicit, quos a bonorum consortio, qui sunt sua domus, excludit. Ut diligat eos non addit, quia qui aliorum corruptioni operam dedere, vel sua nequaquam perditione contenti in reprobum sensum merito eos tradit. « Omnes principes eorum recedentes. » *Principes*, ut supra sæpius, sensus sunt exteriores. Hi sunt *recedentes*, nunquam videlicet se intra se cohibentes, sed se per exteriora spargentes. Unde et paulo supra de domo sua se ejecturum eos comminatur, quod fit cum a mente, quæ Dei sedes esse debuerat, ad tractanda sola forastica sensualitas Deo jndice proturbatur.

VERS. 16. — « Percussus est Ephraim, radix eorum exsiccata est, fructum nequaquam facient. » Ephraim percutitur, cum status voluntatis, quæ frugi esse debuerat, a bene volendo conteritur. *Radix eorum*, id est ejus motivum exsiccatur, cum intentio a divinæ spei virore arefacta cassatur. Quæ merito radix dicitur, quia ab ipsa emergit quidquid vitale peragitur. *Fructum nequaquam facient*, quia, sicut cogitationes, sic opera ab omni utilitate deficiunt « Quod etsi genuerint, interficiam amantissima uteri eorum. » Gignunt, cum aliquid natura cogente, quæ boni experts esse non valet, pie agunt. Interficat vero Deus *amantissima uteri eorum*, cum quidquid in conscientia, vel secundum sæculi honestatem, vel secundum naturalem bonitatem constare poterat, ad cumulum judicii dissipat, et disperdit. *Amantissima* autem dicit *uteri* quidquid gratius

intra animi sinum ad morum probitatem pertinens A quo Deo postposito respectui terreno incumbunt. possit haberi. Ipse simulacra eorum confringit, cum spiritus ex-

VERS. 17. — « Abjicit eos Deus meus, quia non » audierunt eum, et erunt vagi in nationibus. » Quia Deum non audiunt, Deus eos abjicit, quia videlicet dum nequaquam Deo obedire patiuntur, et aures ei obstruunt animorum, ob reprobiter vitæ eos ac sibi abjectivos ostendit. Vagi in nationibus sunt, dum per vitia universa se spargunt. Nationes pro vitiis poni, si non alias, gentes saltem, quas evertit Dominus ante filios Israel, innuunt.

#### CAPUT X.

VERS. 1. — « Vitis frondosa Israel, fructus ad- » æquatus est ei. Secundum multitudinem fructus » sui multiplicavit altaria. » Israel vitis frondosa est, B cum hi, qui per Scripturarum scientiam de Dei visione, id est cognitione se jactant, sine operibus sibi verborum multiplicitates exaggerant. Israel vitis frondosa fit, cum sola inanis eloquentiæ pompa se contegit. Sicut ergo Israel solo nomine, sic vitis sine opere. Fructus ei adæquatur, cum vanæ loquacitati opus subsequens respondet omnimodæ falsitatis. Secundum multitudinem fructus sui altaria multiplicat, id est juxta exercitiorum, quæ per hypocrisim sunt, quantitatem, titulos sibi adulatoriæ vulgaritatis accumulatur. « Juxta ubertatem terræ » suæ exuberavit simulacris. » Terra exuberat, cum insignibus, sed fictis operibus nostrum corpus abundat. Corpus autem non mens operatur, cum mente C hummodo videatur. Quot ergo sunt opera, tot ad humanos favores quasi eriguntur simulacra.

VERS. 2. — « Divisum est cor eorum. » Cor eorum dividitur, dum aliud in opere exercetur, aliud in mente tractatur. Quærent enim in intentione laudem, cum extrinsecus Deo congruum studeant specie tenus exhibere laborem. Unde et Apostolus eum qui cum uxore est, circa mundana sollicitum, dicit esse divisum (I Cor. vii, 33), dum scilicet hinc jus tractat uxorium, illinc aliquid respectare monetur ad Deum. « Nunc interibunt; ipse confrin- » get simulacra eorum, depopulabitur aras eorum. » (VERS. 3) « Quia nunc dicent: Non est rex nobis. » Nunc interibunt, id est, in hoc ipso statu peribunt,

quo Deo postposito respectui terreno incumbunt. Ipse simulacra eorum confringit, cum spiritus ex-candescente criminum rogo ad pudenda acta pro-siliens, quidquid falso protendebatur, imminuit. Aras eorum depopulatur, cum proposita et institu-tiones exsilia reddit, et nulla, quibus quasi summis et principalibus innitebatur. « Quia, inquit, nunc dicent. » Hoc est dicere: Quia nunc intereunt, dicent non est rex nobis, id est quia ostentationes nostræ ad cæcitatibus internæ traxere nos pœnam, qui nos regat non est modus in nobis. Quod enim spiritus, hoc rex, hoc et modus. « Non enim time-mus Dominum; et rex, quid faciet nobis? » Ac si dicerent: Cum sumus a Dei timore nudati, ratio, quæ solo Dei timore constat, quid nobis pensi et moderati afferet, cum viduata sit, ex eo quod pen-det? Nisi enim eam Deo fecerimus appendicem, frustra eam dicimus rationem.

VERS. 4. — « Loquimini verba visionis inutilis, » et ferietis fœdus; et germinabit quasi amaritudo. » Dicitur ad Israel, qui vir videns Deum dicitur inter-pretari. Ac si diceret: Vos vitis frondosa, sub pre-tioso vitis nomine mens garrulitati intenta, super Dei agnitione, quod est visio, inutilia loquimini verba. Et plane inutilia, quia det sine mente sonum locutio fastuosa. Hæc quasi ironice sunt dicta. Et ferietis fœdus de continentia videlicet corporis ve-stri, unde gloriosiores videamini, cum animo vestro stabilitas pacta. Sed hoc fœdus quasi amaritudo C germinat, quia cordis instabilitas et carnis petulan-tia, per totius irruptionem immunditiæ convenien-tiam subito mutæ sponsionis amaricat. Hoc enim est germen hypocrisis, quod in momento Deo ultore revelat impiæ statum mentis. Unde sequitur:

« Judicium, inquit, super sulcos agri. » Sulci agri vexatio est propter Deum corporis. Hypocritæ sul-cos agro suo faciunt, dum cruciatus suo corpori per abstinentias inferunt. Super hos fit judicium, cum falsæ sanctitatis evidens omnibus, Deo propatulum faciente, datur indicium. Sulcos agri sic solere in-telligi Salomon testatur: « Diligenter, inquit, exerce agrum tuum, ut postea ædifices domum tuam (Prov. xxiv, 27). » Et de equo Dei Job: « Terram, ait, ungula fodit (Job xxxix, 21); cum audierit buccinam, dicit: Vah! (Ibid. 25). »

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

### LIBER TERTIUS

## TROPOLOGIARUM IN OSEE CONTINUATIO.

Tertium in beati Osee libro libellulum præsumen- D tes Deum, qui Trinitas est, non tam vocibus quam medullis oramus, ut qui quod vult, per quos vult protulit semper et proferet, a sua illuminatione et calore non me patiatur abscondi, et qui scit solo suæ miserationis obtentu, non securitate perversa,

mysteriorum difficultates aggressum, prosperi jam jamque hærenti et timido largiri dignecessum.

## SEQUITUR CAPUT.

s. 5. — « Vaccas Bethaven coluerunt habitatores Samariæ, quia luxit super eum populus ejus, ditui ejus super eum exsultaverunt in gloria, quia migravit ab eo. » Bethaven interpretatur *Samarie vaccas colunt*, cum qui exteriori custodiæ dominari se credunt, et corporum entiam suæ potestati ascribunt, juxta quod us dicitur, *ferietis fœdus*, petulantias interiorum deserunt, imo amplectuntur et excolunt, et in Bethaven, id est in domo idoli, nempe in entia in qua Dei cultus transfertur in diaboli. pro lascivia poni testis est : « Congregatio tauum in vaccis populorum (Psal. LXVII, 31). » Samarium habitat, qui se per se vivere posse castitatem. *Habitare enim pro dominari* ponitur, quia *bendo* inflectitur. Quia per vaccas appetitum is signarat, ex hoc innuit quod pluralitatem singulariter nunc replicat. Luxit, inquit, *eum populus ejus*, sed notandum quod præter *quia*. Est autem dicere : Ipsi provisores orasticæ custodiæ, et hoc ideo nimirum, quia is cogitationum luxit, id est immurmuravit super ipsum, qui frenabat exterius appetitum. *Populus ejus*, scilicet appetitus dicitur, quia in cupiscentia parit introrsum plurimos strepentes. Porro *æditui ejus super eum* exsultant in gloria, cum versipelles versutiæ motus, qui exte-custodiunt habitus pariter conjubilant super et gloria impensæ laudis extrinsecus. Exsultantiam, in gloria ejus, quia migravit ab eo, id est illa laus alienatur, et quasi emigrat a corde appetitus illius qui turpissime fervet in. Quod totum est : Cautelæ animi quæ sunt corporeæ habitudini, lætantur vulgus in a notitia sui interni status, qui multum ere poterat, longe fieri.

s. 6. — « Siquidem et ipse in Assur delatus unus regi ultori. » Quæcunque, inquit, talem habet omnium foris gloria prosequatur, siquidem ipse in Assur, quod est in aula, fertur, id est gustiis vitiorum latenter immergitur, et non in re, sed quasi proprie proprium munus factus, qui id ipsum quod muneratur, ulciscitur. Confusio Ephraim capiet, et confundetur in voluntate sua. » *Confusio Ephraim* capit, voluntatem nostram, quæ innixa esse debuerat obscuritas discretionis intercipit. *Israel in re sua* confunditur, cum, ut sic dicam, vomino appetendi jam ratione et voluntate ad lectivibus, nullus modus et ordo in affectione r.

s. 7, 8. — « Transire fecit Samaria regem in quasi spumam super faciem aquæ. Et disperdet excelsa idoli, peccatum Israel. » *Samaria*

A *regem suum transire* facit, cum exterioris hominis prudentia quæ se palliat rationem, quin potius astutiam sæcularem, per undas voluptatum ad indignos actus omni tentationis vento circumlatam excedere, et quasi dispumare compellit; sæpius enim provenit ut se hypocrisis diu cohibere non possit. *Et excelsa idoli* disperduntur, cum superbæ cogitationes, quæ animum suum a Deo apostatare docuerant, annullantur. Quæ *excelsa peccatum Israel* dicuntur, quia ex prava affectus libertate oriuntur. « *Lappa* et *tribulus* ascendet super aras eorum, » *Lappa* humilis herba est, *tribulus* in virgulta proserpit, sed utraque exasperata aculeis. Per lappam ergo luxuria fœde semper humilis innuitur, per tribulum cupiditas, quæ se exporrigens dilatare conatur. Hæc *super aras eorum* ascendunt, quia super eorum ac si religiosa proposita jam evidenter irrepunt.

« Et dicent montibus : Operite nos; et collibus : » Cadite super nos. » Hi qui quondam montes fuerant, apud se scilicet arrogantiam nimietate tumuerant, jam spei inanitate reflati veris montibus, id est sanctis acclines ab eis operiri protegendo desiderant, et a minoribus quibusque electis, qui sunt colles, ut super se cadant exorant, se videlicet eis misericordiam accedendo inflectant. Quod totum est : Qui se sanctos posse fieri sua custodia, quod per Samariam signari diximus, æstimarant, veram aliorum sanctitatem Dei ope attendentes, falsos se sua opinione non dubitant.

VERs. 9. — « Ex diebus Gabaa peccavit Israel, ibi steterunt. » Gabaa intererpretatur, ut sæpe dictum colles. Per colles hic intelligimus privatos animi timores. *Ex diebus* ergo horum *collium Israel* peccat, quia a tempore quo in superbia sua misera mens prosperari, quod dies significant, cœpit, affectus sese pravitati subjugat. *Ibi steterunt*, id est perseveraverunt. *Stare enim pro perseverare* ponitur, ut est : » Adversum me appropinquerunt et steterunt (Psal. xxxvii, 12). » Nota quod Israel et Ephraim cum singulariter ponuntur, duos illos habitus mentis, qui sunt affectus et voluntas, per se figurari dicuntur; cum autem pluraliter, eorumdem habituum motus intelliguntur.

VERs. 10. — « Non comprehendet eos in Gabaa » prælium super filios iniquitatis. Juxta desiderium » meum corripiam eos. » *In Gabaa eos non comprehendit prælium*, quia ubi nulla tentatio est, nulla etiam rebellio contra quodlibet vitium. Et quomodo quis potest dici tentatus, qui, antequam ei diabolus suggerat, studio est totius malignitatis afflatus? Hoc *prælium super filios iniquitatis* est; super opera videlicet quorum mater iniquitas est. *Filios pro operibus* poni frequens Scripturæ usus est. Servi namque debitoris uxorem et filios Dominus jubet vendi (Matth. xviii, 25), id est voluntatem, et opera a libertate arbitrii sensus improbitate subduci. Deus eos juxta desiderium suum corripit, quia juxta quod omnes homines vult salvos fieri, et ad sui agnitionem redire (Tit. i, 1), in præsentem eos, ut corrigat,

punit. Id enim potissimum desiderat, ut respiscant quos castigat. » Congregabuntur super eos populi, « cum corripientur propter duas iniquitates suas. » Duæ iniquitates sunt, una peccandi, altera impœnitens cor habendi. Propter has duas iniquitates corripuntur, cum a sua obstinatione et a solita nequitia divinitus compunguntur. Tunc super eos populi congregantur, cum inolita dudum vitia insolentius solito animum insequuntur. Hi sunt Ægyptii qui egressos a se Israelitas usque ad maris Rubri transitum urgere videntur.

VERS. 11. — « Ephraim vitula docta diligere tritutam, et ego transivi super pulchritudinem colli ejus. » Vitulæ trituranis natura est libenter ad id officii recurrere in quo raptim aliquoties consuevit triturrata prægustare. Vitulam hic non solum pro lascivia, sed et pro fecunditate positam putamus. Ephraim ergo vitula docta diligere triturratam est, cum voluntas nostra per divinam correctionem fecunda, bona a malis tanquam grana a paleis disparare jam prona est. Primordia enim nostra, juxta beatum Gregorium, mista sunt malis. Super pulchritudinem colli ejus Deus transit cum novitatem consilii ejus, quæ, ut ita dicam, jam ex conversione recens facta pulchrescit, alta consideratione per tentationes aliquas conculcari sinit. Scripturæ usus est, ut dicatur Deus facere quod fieri permittit. ¶ Potest quoque et per collum non solum consilium, cujus fistula est, consilium vero justorum bene agendi propositum est, sed etiam cervix elationis quæ noviter conversis aliquoties subrepere solet. Super hanc cervicem Deus et consilii pulchritudinem transit, cum utrumque tentari sinendo prosternit. « Ascendam super Ephraim. » Super Ephraim Deus ascendit, cum rationem, quæ Dei propria sedes est, superequitare efficit, jam tandem vere frugiferæ voluntati. « Arabit Judas, et confringet sibi sulcos » Jacob. » Judas arat, cum sinceræ confessio pœnitentis superficiem corporis et animi convertit et fatigat. Jacob sibi sulcos confringit, cum peccata supplantando æquorem quamdam pacis internæ planitiam æquare non desinit. Sibi autem confringere dicitur, quia quidquid pietas pœnitentiæ sancti laboris exercet, suo interiori commodo non vulgi favoribus operatur. Jacob autem supplantator dicitur. Nihil enim Judas arat si Jacob remissius in sulcos confringendo, et præsertim in supplantando desudat.

VERS. 12. — « Seminate vobis in veritate justitiam, metite in ore misericordiam, innovate vobis » novale. « In veritate sibi justitiam seminat, quisquis Deo et proximo secundum quod cuique competit, servata æquitate communi reddere quod dignum est, destinat. Seminare autem proponere est. At vero in veritate et sibi seminat, quisquis sine aviditate favorum sibi soli in suo bono conscius id actitare deliberat. In ore misericordiam melit, cum quod corde proponit, spe metendæ misericordiæ aliis pronuntiare non desinit. In ore etiam misericor-

diam metimus, cum peccatorem ab errore viæ suæ converti fecerimus, animam quidem ejus a morte liberamus, et peccatorum haud dubium quin nostrorum multitudinem operimus. Innovat sibi novale quisquis vitam religionis aggrediens sacri eloquii incipit secreta discutere. In his novalibus, juxta quod alibi dicitur, multi cibi sunt, ad omnes (Prov. xiii, 23) videlicet animorum conversationumque modos documenta inibi congrua ac si fercula sunt. Quocunque enim it spiritus, eunt pariter et rotæ. « Tempus autem requirendi Dominum, cum venerit qui » docebit vos justitiam. » In his, inquit, quæ dicta sunt exerceri debetis, quia temporis opportunitas arripet, dum advivitis, requirendi Dominum, præsertim cum spiritus vobis divinæ jam compunctionis advenerit, qui vos sine magistro, sine volumine vos induct in omnem veritatem, ut alias scriptum est (Joan. xvi, 13), quod hic appellat justitiam. Unde et est: « Unctio ejus docet vos de omnibus (I Joan. ii, 27). » Et ab Apostolo quoque hanc supernæ infusionis gratiam non in vacuum recepisse monemur (II Cor. vi, 1). Quod totum est tempus Dominum requirere, cum ipse præsto est aspirare.

VERS. 13. « Arastis impietatem, iniquitatem » messuistis; comedistis frugem mendacii, quia » confisus es in viis tuis, in multitudine fortium » tuorum. » impietatem aravit qui quondam per hypocrisim, quod pro solo Deo fieri debuerat, corpus suum ex carnificationi addidit. Et quid tam impium, quid tam sine Deo, quam proprias carnes mactare non Deo? et quis magis nemo appellari debet, quam qui carnem suam sub tali obtentu odio habet? Iniquitatem messuit, qui laudes Deo dandas exinde sibi sacrilege adhibuit. Nihil enim est minus æquum, quam suo honori postponere Deum. Inique ergo messuit, qui primum sibi tam profanæ mercedis attribuit, Frugem mendacii comedit, qui accusante se conscientia fallaci adulatione vulgarium pasci addidit. Quia confisus es; inquit, in viis tuis, scilicet non respiciens ad internam vacuitatem tuam, ad ea tantum oculum dirigebas, quæ de tuo supersticioso opere inaniter prædicabantur foris. Sicut enim extra hominem via, sic extra hypocritam sua in quibus confidit opera. In multitudine quoque fortium suorum confidit; cum in arduæ conversationis quæ vix sanctis viris tolerabilis esset, proposito spem reponit, non aspiciens quo intendat, sed quæ stolide peragit.

VERS. 14. — « Consurget tumultus in populo tuo, » et omnes munitiones tuæ vastabuntur, sicut vastatus est Salman a domo ejus, qui judicavit Baal in » die prælii, matre super filios allisa. « Tumultus in populo consurgit, cum in cordibus nuper conversorum veteris licentiæ insolentia recrudescit. Vel etiam tumultus consurgit, cum gravis in cogitationibus pœnitentiæ motus emergit. Omnes munitiones ejus vastantur cum mentis universa repagula, quæ sub suis latibus flagitiorum pridem occultuere tristega, piæ confessionis eruuntur ad lucem. Salman

interpretatur *umbra prohibendæ*, vel *commotionis*. **A** *Sicut vastatus est Salman a domo ejus, qui judicavit Baal in die prælii*, id est, sicut consumi debet obscuritas illa nequam, quæ divini luminis ab animo prohibebat accessum: et ne in miseriis subsisteret, crebris commotionibus perurgebat; *a domo*, id est a conscientia illa, quæ in sui illuminatione ac si die in qua caro spiritusque confligunt, *Baal* judicat, id est virum damnat. De quo dicitur: « Hic quem habes, non est tuus vir (Joan. iv, 18). » Matre super filios allisa, cum suis videlicet operibus obruta concupiscentia. Baal autem interpretatur *vir*, vel *habens*, id est possidens dominium, scilicet erroris signans.

VERS. 15. — « Sic fecit vobis Bethel, a facie malitiæ nequitiarum vestrarum. » Bethel, licet *domus Dei* interpretetur, tamen ex idolo quo Jeroboam ibi statnerat, profanatur. Est ergo dicere: Has contrarias fortitudines, quæ vestra contra Deum corda manierant, fecit vobis Bethel, conscientia videlicet, quam Deus inhabitare debuerat, sed diaboli fantasia imbuerat; et hoc a facie, id est a consideratione immanitatis criminum vestrorum, Malitia enim hic pro enormi usu appellatur scelerum.

#### CAPUT XI.

VERS. 1. — « Sicut mane pertransiit, pertransiit rex Israel. » *Rex Israel* spiritus noster est, cui regere pertinet quicquid sub affectu est. Ipse enim, secundum etymologiam, sæpius dietam cum ratione ac si cum Deo principatur; sin alias servit. Is ergo *rex sicut mane* pertransit, cum repulsa ignorantia et cogitationum nebula tanquam pallore crepusculi, plenioris intelligentiæ et quietis gratiam veluti salare jubar attingit. « Quia puer Israel, et dilexi cum, et ex Ægypto vocavi Filium meum. » *Israel puer* est, et ideo a Deo diligitur, quia, postquam ad vitæ novitatem redierit, Deo non placere non potest. *Ex Ægypto* quoque *Altium* vocat, cum ex quotidianis, quæ immissive vel naturaliter influunt tenebris, spiritum nostrum, qui ex vera luce quasi lux in nobis gignitur, Deus reducit et suscitatur.

VERS. 2. — « Vocaverunt eos, sic abierunt a facie eorum. » Quod singulariter superius per regem innuerat, hoc modo propter diversos rationalitatum motus pluraliter applicat. Etsi enim una est ratio, propter plures tamen causas plurimæ sunt rationes. Ac si diceret: Etsi Deus a nostra nos per se cæcitate revelat, ipsi tamen rationales motus a nostro nos corpore aliquoties excitare contendunt; sed quia non est in homine via ejus, nec viri, ut dirigat gressus suos (Prov. xvi, 9), illi Deo nos dispensative retardante recedunt, sicque nos quid simus ex nobis experiri faciunt. *A facie eorum* abeunt, cum se a rationum redditione cogitationum pervicacitates excludunt. « Baalim immolabant, et simulacris sacrificabant. (Vers. 3.) Et ego quasi nutritus Ephraim. » *Baalim* immolant, cum multa Dei, sed non pro Deo tentationi sæpe succumbendo

perpetrant. *Simulacris* sacrificant, cum interiori periclitante statu longe aliter se hominum conspectibus, quam res intro geratur, ostentant. Sed inter ista, inquit, *Ephraim nutritus* sum, dum mentem semper intendo de resurrectione commonere post lapsum, et ita voluntas nostra non colliditur, Domino supponente manum. Sic nos nutrit, dum per ruinas et status nos erudit. « Portabam eos in brachiis meis: et nescierunt quod curarem eos. » In brachiis eos portat, cum ad divinam fortitudinem sublevat. Brachium enim pro fortitudine poni solet, Et nesciunt quod curet eos, quia ex pondere tentationis pene desperantes ignorant quod provide per occulta naufragia, ne de virtutis prosperitate superbiant, premit ipsos.

**B** VERS. 4. — « In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. » In alia translatione ubi hic *Adam* legitur, illic *homines* invenitur, sic enim interpretatur. Unde et in Genesi ubi dicitur: « Vocavit nomen eorum Adam (Gen. v, 2), » itidem in homines transfertur. *In funiculis ergo hominum* eos trahit, eum ex passibilitatis, et humanarum ærumnarum timore eos ad se corripit. Unde est: « Multiplicatæ sunt, inquit, infirmitates eorum: postea, » ac si diceret: Ad medicum » acceleraverunt (Psal. xv, 4). » Sed postmodum quod prius timore gerebatur in amorem vertitur, unde et sequitur: *In vinculis charitatis*, quæ scilicet foras mittit timorem (I Joan. iv, 18). Funiculi autem ipsæ affectiones sunt, quibus ad aliquid appetendum nullo cogente ducimur. **C** Timor vero supradictus amore non caret, alioquin hos funiculos non haberet. Inde est illud poeticum: « Trahit, inquit, [sua quemque voluptas (VIAGIL., II Eglog.).] » « Et ero eis quasi exaltans jugum » super maxillas eorum, et declinavi ad eum ut vesceretur. » *Est eis quasi exaltans jugum super maxillas eorum*, cum vera mentis essentia promotus sui timoris eminentiam super intellectuales sensus eorum. *Super ejus maxillas jugum Dei* exaltaverat, qui sicut tumentes super se fluctus semper eum timuerat. Tanto autem magis exaltatur, quanto magis in interna virtute proficitur, dum illa æterna charitatis semel prægustata semper amitti timetur. Pro intellectu maxillas accipimus, quia his ac si dentibus dura quæque commolimus. Declinat ad eum, ut vescatur, cum per timorem illum, quo mens salubriter humiliatur, etiam se ad nos Deus inclinatur, ut de ejus aspiratione pascamur. « Cœnabo, ait, cum illo et ipse mecum (Apoc. iii, 20). » Quod superius singulariter dicit ad eum, cum pluraliter aliqua pro motibus variis præmississet, unimodum mentis habitum intellige, quia in scissuras mentium sciendum Deum nequaquam ut convivetur declinare solere.

VERS. 5. — « Non revertetur in terram Ægypti, » et Assur ipse rex ejus. » *In terram Ægypti* non revertitur, cum ad veterna crimina reverti se ulterius non patitur. Et tamen *Assur*, id est aulicorum familiaritas et acceptio admodum sibi expectanda vi-

detur. Quod in quibusdam ordinis nostri viris hodie A  
que apparet, qui dum a fœditatibus mundanis se  
continent, ❀❀ curiarum tamen solemnitatibus in-  
gerere se irremediabiliter ardent. Assur enim, quod  
repetere non piget, *aula* est. « Quoniam noluerunt  
» converti, (VERS. 6) cœpit gladius in civitatibus  
» ejus, et consummet electos ejus, et comedet capita  
» eorum. » Quod est dicere : Quoniam ab Assur,  
id est ab oculorum suorum noluerunt vanissima  
passione reverti, *gladius in civitatibus ejus*, id est  
eorum mentis cœpit, quia insolita carnis adversus  
spiritum contentio in omni ejus sensualitate, quæ,  
juxta Evangelium, sunt civitates, emersit. Gladius  
enim pro divisione ponitur, ut est : « Non veni pa-  
cem mittere, sed gladium (Matth. x, 34). » Et expo-  
nens : « Veni, inquit, separare (Ibid., 25), » etc. Et con-  
summet electos ejus, id est annullabit quæcunque prin-  
cipaliora sunt in intimo statu ejus. *Capita eorum*  
*comedet*, dum et civitatum et electorum intentionum  
summitates aurugine tentationis absumet [f., auri-  
gine].

VERS. 7. — « Et populus meus pendebit ad red-  
» itum meum. » Licet eorum capita comedantur, et  
titillatio se menti gravis immergat, solet tamen  
aliquoties rationis scintilla viviscere, et hoc est  
quod populus Dei ad reditum ejus dicitur pendere,  
quia piæ cogitationes post tot quæ ingruerint mala,  
ad Dei salutaris visitationem fieri solent pronæ.  
Pendere, sicut alias diximus, ab alterutris dicuntur  
amantes, et ideo pro *amore* ponitur. « Jugum autem  
» imponetur ei simul quod non auferetur. » Jugum  
ei imponitur, cum expertæ teutationis animus ti-  
more deprimitur. Hoc *jugum non* auferitur, quia  
nulla securitas audacia unquam ab animi cervice  
revertitur.

VERS. 8. — « Quomodo dabo te, Ephraim, prote-  
» gam te, Israel? Quomodo dabo te sicut Adama,  
» ponam te, ut Seboim? » Ac si diceret : In quem  
statum transferam voluntatem humanam, qua arte  
protegam vagabundum per tot excursus et recursus  
affectum? His querimoniis innuit quanta difficultas  
sit in regendo statu nostræ interioritatis, quæ, si ad  
virtutes evehitur, intumescit, in sensus, vapiditate  
perdeficit, in flagitium devoluta, putescit. Scio, in-  
quit, quid faciam, quia *sicut Adama ponam te, et*  
*sicut Seboim*. Adama interpretatur *terrena*. Seboim  
*statio ejus, mare*, vel *capra eorum*, vel *damula*. Pri-  
mum igitur mens hominis ad sui protectionem, ut  
Adama, ponitur, ut indesinenter quacunque virtute  
præeminent, propriæ terrenitatis sub qua degit me-  
moretur. Sed non in hac hujus infirmitatis consi-  
deratione pigrescat, sed stationem in mari consti-  
tuat, ut scilicet, inter tentationis assultus stare non  
cadere assuescat, nec pulsatus versetur aut proruat,  
sed caprino more animum ad boni ardua propositi  
semper exporrigit, in quo tamen acumen nullomodo  
discretæ subtilitatis amittat. Capra enim arduorum  
est appetens, damula vero unde sortitur et nomen,  
multa luminum acie pollens. « Conversum est in

« me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo  
« mea. » Cor Dei in eum convertitur, cum non ex-  
terno cujuscumque exemplo, sed sui ipsius ad viscera  
pietatis consideratione reflectitur. Humano enim  
est, alterius respectu et ratione frangi. *Pariter pœ-  
nitudo* ejus conturbatur, quia, dum eum exertæ senti-  
entiæ pœnitel, pariter quoque de aliis quas huma-  
nitas patimur ærumnis elementer afficitur. Humano  
more loquitur Deus, cum nil tale in eum incidat,  
nulli tamen dubium quin electorum suorum calami-  
tati condoleat. Vel aliter. Cor Dei ipsi electi sunt,  
de quibus dicitur : Appropinquavit cor illius post-  
quam impii dividuntur ab ira vultus ejus (Psal. LIV,  
22). Cor ergo ejus in eum convertitur, cum hi,  
quibus cuncta quæ a Patre audivit, innotuit (Joan.  
xv, 15), suæ terrenitatis obtentu, quod est Adama,  
ad altitudinem contemplationis, quod est capra et  
damula, se conferre conantur. Tunc pœnitudo Dei  
pariter conturbatur, cum illi pœnitentiæ, quam illis  
Deus primo immisit, de præsentis sæculi diuturno  
fastidio dolor et difficultas etiam adaugetur.

VERS. 9. — « Non faciam furorem iræ meæ, non  
» convertar ut disperdam Ephraim, quoniam ego  
» Deus, et non homo; in medio tui sanctus, et non  
« ingrediar civitatem. » Ira Dei est contra vitia  
nostra digna animadversione moveri; furor vero  
est contra humanam pertinaciam reprobis sensus  
illatione accingi. *Furorem ergo iræ suæ non* facit,  
cum nobis reliquias cogitationis bonæ non subtrahit,  
hæ enim diem festum agunt sibi. Convertitur Deus  
ut Ephraim disperdat, cum imitari videtur in ejus  
animo qui tentatur, quod quasi ipsius bonæ volun-  
tatis studium radicitus omnino consumat. *Ego*, in-  
quit, *Deus et non homo*. Quod est dicere : Homo quod  
cæperit pervicaciter peragit, ego vero Deus impen-  
dentem etiam sententiam per meipsum suspendere  
novi. *In medio* Ephraim est *sanctus*, cum in ipsius  
rationem meditullio voluntatis quasi regem circum-  
stante exercitu inserit Deus. *Non enim* ingreditur  
*civitatem*, quia non inhabitat, imo vix summam  
aspirat conscientiam vitiorum tumultibus obstre-  
pentem.

VERS. 10. — « Post Dominum ambulabunt, quasi  
» leo rugiet, quia ipse rugiet, et formidabunt filii  
» maris. » Rationes, voluntati insitæ *post Dominum*  
ambulant, dum primum ratio Deo subjicitur, et  
consequenter deinceps rationi voluntatis habitus  
obsecundant. Ipsa ratio, quæ supra ob sui firmita-  
tem dicitur sanctus, *quasi leo* rugiet, dum ex clamore  
ejus, cui ❀❀ innititur, divini scilicet eloquii, he-  
stiales undecunq̄ue motus, quasi regia quadam au-  
ctoritate, perterret et concutit. Ipsa, inquam, *rugiet*,  
*et filii maris formidabunt*, cum aut ex interni seve-  
ritate judicii, aut certe recordatione peccati ad se  
versum erecta, filios maris, id est motus sæculares  
formidare facit, et quanto magis alterutro inbuitur,  
tanto magis quidquid menti temporale et transito-  
rium insonat, perterretur.

VERS. 11. — « Et avolabunt quasi avis ex Ægypto,



quasi columba de terra Assyriorum, et collobo eos in domibus suis. » *Filii maris ex Ægypto* i avis avolant, dum instinctus superbiæ, qui per n figuratur, ex infimis se desiderii allevat, et sentem mœrorem gaudio spirituali commutat. ptus enim mœrorem signat. Quasi columba in sine felle, sed seducta sine corde, de terra Assyria avolat, cum omne illud a se removet quod posius in hoc mundo ac curialius putat. Hoc i aulicum sonat. In domibus suis eos collocat, ad conscientiam revocatos a sua dispersione unat.

VERS. 12. — « Circumdedit me in negotiatione hram, et in dolo domus Israel. » *Ephraim* n in negotiatione circumdat, cum præsidentem in Deo rationem gloriæ inanis mercimonio gustat. Quid enim est nisi negotiari, pro vulgibus bene operari? *Ephraim* ergo Deum negotio circumdat, cum ad recipiendas pro beneficiis laudes, sentientem cum Deo spiritum voluntas persuadet et incitat. *Domus Israel* in circumdat, cum conscientia carnali appetitui, est Israel, prona in superficie cogitationis, imrationis obtemperare se simulat; quæ tamen ritunitatem peccandi aucupatur, si liceat, « Judas tem testis descendit cum Deo, et cum sanctis elis. » Quod est dicere: Pœnitentialis confessio quod in nobis Deus judicat, ipsa etiam pariter emnat, « si enim nosmetipsos judicaremus, non te judicaremur (I Cor. II, 31). » In hoc ipso Deo testis descendit, id est humiliatur, quia ab aim et Israel, tam superbis quam subdolis, ad simplici dejectione recurritur. Et cum sanctis s est, dum humilitatem, quam eis in presenti rat, in sequentis sæculi exaltatione glorificat. is ergo dicitur, quia quod modo spondet fidei eterna sanctis exsequitur.

## CAPUT XII.

VERS. 1. — « Ephraim pascit ventum et sequitur eum. » *Ephraim ventum* pascit, dum ventosis, et loquacibus, novarum scilicet rerum cupidis mudi suas laudes causas attribuit. Hoc dicitur aim facere, quia adjacet voluntati laudari velle. tur æstum, quia quo magis exterius restrin-, eo interius magis flagrat fervoribus carnalinentivorum. Ac si diceret: Favores foris lit, sed tanto eum petulantia durius urit. « Tota mendacium et vastitatem multiplicat, et fœdus n Assyriis intiit, et oleum in Ægyptum ferebat. » die mendacium multiplicat, qui jugiter alienis i per suam hypoerisim occasiones mentiendi ministrat. Sed vastitatem multiplicat, quia quo s extolli se audit, eo desolationis internæ dedilat, dum verborum florente copia, quæ non tur incuriæ mancipat. Fœdus cum Assyriis dum cum his qui temporaliter gloriantur unat; fit. Oleum in Ægyptum portat, qui gratiam in vacuum se recepisse non trepidat (II Cor. ). Et in Ægyptum fert oleum, qui sæcularibus

A sæculariter placere desiderat de excremento virtutum.

VERS. 2. — « Judicium ergo Domini cum Juda, » et visitatio super Jacob. » Cum Juda judicium Domini est, quia in virtute confessionis, discretionis spirituum subtilitas permixta necessaria est. Super Jacob visitatio fit, cum in supplantandis vitiis rationi nostræ metus divinæ ultionis semper assistit. Visitatio enim aliquoties pro punitione ponitur. « Juxta » vias ejus et juxta adinventiones ejus reddet ei. » juxta vias ejus ei redditur, cum intellectus noster pro cujusque erroris quantitate compungitur, et quasi pro commisso vapulat, dum doloris intimi talionem petulanti quondam animo repræsental. Adinventiones autem sunt quæcunque in humanis usibus debito naturæ supersunt. Has ei reddit, cum sibi ipsi intellectuallis ille judex sub pœnitentia accerbitate restituit.

VERS. 3 4. — « In utero supplantavit fratrem » suum; et in fortitudine sua directus est cum angelo. Et invaluit ad angelum, et confortatus est. » In utero fratrem, supplantat, cum intra conscientiam carnalis rigiditatem appetitus præcipitat. In fortitudine sua cum Angelo dirigitur, cum libertas arbitrii, qua fortius nihil est, sermoni divino, qui Dei ad nos internuntius est, irremisse innititur. Ad Angelum invalescit, cum ex eloquii frequentatione divini contra contrarias fortitudines spirituale in dies robur accrescit. Confortatur, dum inter tentationum molimina, nusquam mentis rigor nutare permittitur. » Flevit et rogavit eum. » In fletu humor interior ad exteriora elicitur. Flere ergo dicitur, qui omnem anteriorem mollitiem exsuccare conatur. Rogat angelum, qui in summa habet veneratione et reverentia Dei verbum: « In Bethel invenit eum, et ibi » locutus est nobiscum. (Vers. 5.) Et Dominus » Deus exercituum, Dominus memoriale ejus. » Bethel interpretatur domus Dei. In Bethel angelum invenit, cum Deum inhabitatorem gerens per ejus aspirationem divini eloquii arcana discutit, quo et prolata auctore cognovit. Quisquis enim mysteria Scripturarum sine Dei Spiritu reserare posse se æstimat, plane veluti sine luminibus alienos parietes erroneus palpat. Ibi nobiscum loquitur, quia secundum quod a Deo pectus legentis imbuitur, mox sacræ paginæ consentiente sententia, quidquid obstrusum pridem obstiterat liquido aperitur.

Notandum quod singulariter de se loquens subjunxit extremo, nobiscum. Inventus enim in Bethel nobiscum loquitur, quia sanctæ ejuspiam conscientia, quæ Deo hospite gaudet, sensus in sacra Scriptura perscrutanti divinos, cum aliquid obscurum inclaruerit, profecto sine invidia a Deo sibi data celare impatiens, aut locutione aut scripto nec mora et aliis propagare gaudebit. Nec solum angelus, sed et Dominus Deus exercituum nobiscum loquitur, quia quidquid in eodem sacro eloquio reperitur, ab ipso indubie panditur, qui priorum exercitorum nostrorum benignus incentor, quæ his sanctis studiis

impenduntur, esse probatur. Exercitus enim ab *exercendo* dicitur, et est *Deus exercituum*, cui militans exercitia animorum *Dominus*, *memoriale ejus*. superius dixerat *Dominus Deus exercituum*, nunc iterat etiam *Dominus*, ut per hoc innuat eundem esse Dominum, qui sacri verbi nobis studium subministrat, qui quondam per prophetarum ora, ea quæ ejus gratiam in eorum libris a nobis anxie exquiruntur locutus fuerat. *Memoriale autem ejus* hoc est ut qui quondam per illos antiquos mira prædixerat, non minorem hodieque in nobis virtutem exercere credatur, quibus tanti consilii penetralia subintrare humiliter quærentibus donat. « Habentes, » inquit Apostolus, eundem « spiritum, » credimus, propter quod et loquimur (II Cor. » XVI, 13). »

VERS. 6. — « Et tu ad Deum tuum converteris; » misericordiam et iudicium custodi, et spera in Deo tuo semper. » Et ad Deum suum haud dubium quin Jacob aut Judas convertitur, cum ratio pœnitentialiter semper confitens, inter supernorum largitiones munerum ad eum, a quo prærogantur, respectare monetur. *Misericordiam et iudicium* custodire jubetur, ut scilicet in præsentī, si bene invigilet, se Dei misericordiam reperturum non desperet, sin autem, in futuro iudicium miserabilem præstoletur; sicque inter spem misericordiæ et metum iudicii constitutus, ad spem prior inveniatur, ut magis amore quam timore trahatur, a nemine enim quidquam, nisi sub amore speratur, et hoc est quod dicitur: *Spera in Domino Deo tuo semper*.

VERS. 7. — « Chanaan, in manu ejus statera dolosa, calumniam dilexit. » Chanaan interpretatur *negotiator*. Negotium autem ad hypocrisim supra diximus pertinere. *In manu ergo Chanaan statera dolosa* est, quia in opere hypocritarum nihil pensi et moderati est. Si enim bene perpenderent, nunquam buccinatoribus suis inanitatem suæ mentis vel operis tanti venderent. Si enim tantæ vacuitati nomen sanctitatis, quod omni thesauro præponderat, exæquare velis, non dico non stat, sed nec esse potest, quia inter nihil et aliquid comparatio nulla constat. Calumniam quoque diligit, quia quisquis externis favoribus attolli appetit, illis omnibus necesse est invidet, quos aut potius aut pariter laudari audit. Quod si invidet, certe mox consequitur ut his quibus inviderit amatissime derogat.

VERS. 8. — « Et dixit Ephraim: Verumtamen » dives effectus sum, inveni idolum mihi. » Quod vocavit Chanaan, hoc etiam innuit per Ephraim. Si enim ille negotiator, et hic frugifer, plane negotium hypocrisis non emergit, nisi de superficie ejus, quæ putatur frugifera actionis. Est ergo ac si dicat: Quicumque in statera mei habitus et externæ considerationis sit dolus, ego tamen dives efficior, dum per omnium linguas quotidiana rumoris augmentatione promoveor. *Inveni idolum mihi*, quia

imagine[m] sanctitatis, quæ a cunctis honori habeatur ostendi. « Omnes labores mei non inveniunt » mihi iniquitatem quam peccavi. » Quod est dicere: Idcirco omni cura et labore in colore religionis exerceor, ut videlicet meminī eorum, qui me efferrunt, veniat in notitiam iniquitas mea interior. Quod dicit, *non inveniunt*, sic est ac si diceret *abscondent*, ut est illud: « Clausis non aperuit carcerem (Isai. XIV, 17), » quod est *obstrusit*.

VERS. 9. — « Et ego Dominus Deus tuus, qui » eduxi te de terra Ægypti, adhuc sedere te faciam » in tabernaculis, sicut in diebus festivitatis. » Eduxit nos *Deus de terra Ægypti*, qui de tenebris vitiorum in admirabile lumen suum nos vocavit. *Adhuc in tabernaculis sedere nos faciet*, cum quando peregrinamur a Domino, quando in hoc tabernaculo ingemiscimus gravati debita humilitate, quod signatur sessione, nos deprimet. « Surgite, inquit, postquam sederitis (Psal. CXXVI, 2). » Tabernacula autem peregrinantium, vel militantium sunt. Militia enim vita hominis (Job VII, 1). Et hoc *sicut in diebus festivitatis* facimus, quando depressionem nostram in præsentī luminosæ illius spei gaudio vere festo compensamus.

VERS. 10. — « Et locutus sum super prophetas, » et ego visionem multiplicavi, et in manu prophetarum assimilatus sum. » *Super prophetas* Dominus loquitur, cum ultra omnium providentiarum nostrarum perspicacitatem, sua sola aspiratione nos docere dignatur. *Visionem* quoque multiplicat, dum per eundem instinctum in nostra intellectualitate aciem discretionis augmentat. *In manu prophetarum* assimilatur, dum providentiæ nostræ exercitium ad contemplandam etiam divinæ celsitudinis speciem assurgere æmulatur. Nota quam vigilanter dicat assimilatur. Omne autem simile non est idem quod illud cui simile dicitur. Assimilari ergo Deus in manu prophetarum solet, cum omnis nostri constitutus opera scintillare in Deum nititur, nec tamen est Deus quod videt.

VERS. 11. — « Si Galaad idolum, tamen frustra » erant in Galgal bobus immolantes. » Galaad interpretatur *acervus testimonii*. Quod est dicere: Si hi qui inferius dilatantur, et penes Deum male angustantur vitiorum ac si idolorum cultibus instant, pensare debuerant quia vitiorum volutabris frustra sese immersitant, cum nil aliud explicant, nisi quod aciem mentis in hebetudinem bestialem mactando commutent. Galgal enim *volutabrum* interpretatur. Volutabro si ergo, ut sic dicam, *bobus* immolant, cum spirituali alacritate recussa sese ponderositati carnis, quasi stolidia animalia, fœde attrahunt. » Nam et altaria eorum quasi acervi super sulcos » agri. » Superius paulo eorum altaria diximus hypocritarum proposita. In quo enim quilibet ipsorum vult honorari, verbi gratia, vigilat iste, abstinet ille, iste silet, in qua, inquam, institutione volet insignis haberi, quasi aram proponit, super quam a

tibus hominum debeat venerari. Hæc *altaria acervi sulcos agri* fiunt, cum his quibus præ-

t, et super quos magisterii auctoritate præsi-  
desiderant, quasi sulcis agri acervus efficiunt.  
rus enim si sit in sulcis, nunquam eos permittit  
gere ad alicujus utilitatem frugis. Et hi qui  
ate præsent, dum dubia exempla ostentant,  
am instruunt simplices quosque quam aggra-

num lapsus ad eorum perpetuam infamiam propa-  
lantur.

## CAPUT XIII.

VERS. 1. — « Loquente Ephraim horror invasit  
» Israel, et deliquit in Baal et mortuus est. »  
*Ephraim* loquitur et *Israel* horror invadit, cum hy-  
pocritarum plerumque in Scripturæ sacræ disser-  
tionibus eloquio intonante, et subtilissima de mori-  
bus disputante, eos, qui cum Deo dirigi appetunt,  
magnus sub eorum prædicatione terror conculcit;  
quo enim vulgo miserabiliores videri desiderant,  
eo desertitudinem suam ostentantes de subtilioribus  
tractant. Sed inter hæc in *Baal* delinquit, cum nihil  
eorum quæ loquitur menti suæ admovens, instar  
simulacri miraculo duntaxat, audientium Dominica  
verba prostituit. Et moritur, quia immemor eor-  
um quæ dixerit in insensibilitatis stuporem con-  
vertitur.

VERS. 2. — « Et nunc addiderunt ad peccandum;  
» feceruntque sibi conflatile de argento suo, quasi  
» similitudinem idolorum, factura artificum totum  
» est. » *Et nunc*, id est in hoc ipso prædicandi pro-  
posito; *ad peccandum* addunt, cum sibi quæ bona  
dixerunt ascribentes verbum Dei adulterare non  
desinunt. Etsi enim ex Deo non tamen coram Deo  
dicunt; *de argento suo sibi conflatile* faciunt, cum  
de eloquentia sua inepti sibi vulgi frequentiam  
conflare contendunt. *Argentum* pro *eloquentia* ponitur,  
ut est : « Eloquia Domini argentum igne examina-  
tum (*Psal.* xi, 7). » Hoc conflatile quasi similitudo  
idolorum est, quia tota illa vilis plebeculæ coaggregatio  
pro solo figmento suæ ostentationis est; et quantum  
ad auctorem pertinet, quædam de Dei in diaboli cul-  
tum sacrilega translatio est. Factura artificum totum  
est, quia quidquid exterius operantur, totum sine ulla  
veritatis constantia quodam lineamento fucatæ com-  
positionis aptatur. « His ipsi dicunt : Immolate homi-  
» nes vitulos adorantes. » Quod totum est dicere :  
Quid tales ❀❀❀ faciunt his, quas exhibere videntur  
imaginibus sanctitatis, nisi quod opere clamant,  
quatenus vitulos adorent, et id ipsum quod sunt  
homines eis immolent? *Vitulos* adorat quisquis pe-  
tulantia mundanæ se subjugat. Et natura tamen est  
vituli esse pro ingenita lentitudine ponderosum, sed  
pro ætate lascivum. Quod in hypocritis patet, quo-  
rum maturitas in habitudine floret, sed hircina in-  
trinsecus petulantia fetet. Hi ergo vituli adorantur,  
vel adorari tali exemplo moventur, cum talis eor-  
um status pro gloria nominis tanquam venerationi  
habendus commendatur. Unde eis homines immo-  
lant, cum rationalitatem suam sub tanta bestialitate  
trucidant.

as. 12. — « Fugit Jacob in regionem Syriæ,  
ervivit Israel in uxore, et in uxorem servavit. »  
*regionem Syriæ Jacob fugit*, cum spiritus noster,  
itia supplantandi officium est, extra sensuan-  
corporis in sublimem habitum mentis, qui  
ralia supergreditur, juxta Apostolum, Deo B  
it (*II Cor.* v, 13). Fugisse autem dicitur, quia  
vid a forensi strepitu fugiens elongasse se  
ur (*Psal.* lrv, 8). Syria enim *sublimis* interpreta-  
lbi in uxore servit, dum pro subjuganda sibi  
ia voluntate se deserit. Uxor enim nostra vo-  
; est, quia nullum bonum est, nisi quod vo-  
ie fit. Sine hac ergo spiritus noster, qui vir  
ihil efficit. Qui autem servit, alterius ditioni  
dit. Ut ergo hanc habeat, desiderii suis re-  
st. Sed quærendum quid fugiat? conformita-  
idelicet eorum, quorum cœtus in *Galgal bobus*  
lat, et qui sunt ut *acervi super illos sulcos agri*,  
uxta Job, terra adversus suum reclamante  
em, pariter deslent (*Job.* xxxi, 38). *Jacob in*  
*servavit* haud dubium quin oves Laban, cum  
ntubernium bonæ suæ jugalis gregem cohibet  
gitationis.

s. 13. — « In propheta autem eduxit Dominus  
el de Ægypto et in propheta servatus est. »  
*opheta de Ægypto Israel* educitur, cum per  
judicii providentiam affectualitas nostra e  
iri prosecutione secluditur. Nisi enim et bona  
la prudentia Christiana prospiceret, nusquam  
more aut timore traheretur aut fugeret. *In*  
*ta* quoque eductus *de Ægypto*, servatur,  
sine tali provisione præsentia contemnere  
ntibus perseverantiæ constantia non ser-

s. 14. — « Ad iracundiam me provocavit D  
raim in amaritudinibus suis, et sanguis ejus  
r eum venit, et opprobrium ejus restituet ei  
us Deus suus. » Quoniam Ephraim ad hypo-  
am significantiam semel eduximus, voti nostri  
andiu textus non oberit continuare quod cœ-  
. *Ad iracundiam Ephraim* Deum in *suis ama-*  
*ribus* provocat, cum hi, qui de sua fructuosi-  
e jactant, per interioris eum nequitia amari-  
es irritant. *Sanguis ejus super eum* venit, cum  
orum diuturna occultatio eos supergrediendo  
. *Sanguinem* pro peccato poni etiam vulgo  
e est. *Opprobrium ei Dominus* restituit, cum  
æ ad Dei exprobrationem indesinenter ab-  
mittuntur, per apertissimos turpium crimi-

VERS. 3. — « Idcirco erunt quasi nubes matutina,  
» et quasi ros matutinus pertransiens. » Quia ita,  
inquit, ad aliorum perniciem prædicabiles fieri ap-  
petunt, *quasi nubes matutina* ex merito suo fient,  
quia insulæ eorum laudes cum perfunctoria pompa,  
Deo eorum nequitas retegente, in momento defi-  
cient. Nubes enim matutina aurora cursus prove-

hente esse mox desinit. Ros itidem sole incalescente a disparere consuevit. Quod expositione non indiget, quia in ipsis hypocritarum eventibus pene indesinenter elucet. « Sicut pulvis turbine raptus ex area, » et sicut fumus de fumariorum. » Area nostra sancta Ecclesia est, vel cujuslibet conversationis religiosa professio. Ex hac area pulvis turbine rapitur, cum mentium instabilitas ad illicitos actus, diaboli flatu acta, a proposito dimovetur. Sicut quoque fumus de fumariorum sunt, quia, cum per favores alta petierint repente dispereunt. Sicut quoque fumus intentuum, imo circumstantium, oculos aggravat et perstringit, ita non modo simplicium, sed et argutorum intelligentias simulata aliquoties virtus obducit. His rite hypocritarum comparantur, qui lapsibus inopinatis ad subitum a suo tumore reflantur.

VERS. 4. — « Ego autem Dominus Deus tuus qui » eduxi te de terra Ægypti, et Deum absque me » nescies, et salvator non est præter me. » Sunt multi qui bona ex veritate proponunt, et aliquandiu in hoc ipso persistent, at cum laudari se audiunt, ad appetitum gloriæ mutata intentione se transferunt. Est ergo ac si his diceret: Meminisse debueratis, quod vos olim de tenebrarum potestate in regnum dilectionis meæ transtulerim (Col. 1, 13), me semel cognito omnis Deus recens a vobis debuerat excludi, et salus vestra, quam providentiæ vestræ studioque ascribitis, mihi potissimum debuisset ascribi, quia si velitis salvari me prætermissis, fallimini. Absque Deo scit Deum, cui magis quam Deus coli adjacet vitium.

VERS. 5, 6. — « Ego cognovi te in deserto, in » terra solitudinis. Juxta pascua sua, et adimpleti » sunt, et saturati, et elevaverunt cor suum, et » obliti sunt mei. » In deserto eos cognovit, quandiu videlicet sæcularem exosam habuere frequentiam eos approbavit. Nosse enim Dei approbare est. In terra solitudinis cognoscitur quisquis instabilitate mentis secum habitantis (terra enim in æternum stat) (Eccle. 1, 4) a Deo gratanter acceptatur. Notandum quod de secunda persona, mori Hebraico, ad tertiam personam transit. Juxta pascua sua cognoscuntur qui in divinæ lectionis pabulo fideliter ac humiliter oblectantur. At vero implentur, cum fastus ex scientiæ copiositate concipitur. Saturantur cum aut fastidio, aut superbia sacra volumina quasi scientissimi nec respectare dignantur, et ut, juxta psalmum, dicam: Omnem escam animam eorum abominatur (Psal. cvi, 18). Cor suum elevat, cum sapientiam suam ubique percelebrant. Cor enim pro sapientia in Scripturis ponitur, quia loquitur Deus pacem in his qui convertuntur ad cor (Psal. lxxxiv, 9), sin alias, vel certe quia corde sapimus. Dei obliviscuntur, in quorum cordibus confusa omnia sine rationis auctoritate feruntur.

VERS. 7. — « Et ero eis quasi læna, sicut pardus » in via Assyriorum. » Est eis Deus quasi læna, dum ex bono secundum quod videbatur opere, et, quod quantum ad ipsum opus pertinet, Dei erat,

voluptas menti luxurianti innascitur, crudelitas etiam indignationis penes alios et invidiæ generatur. Deus ergo hoc eis exstat, cujus efficiendi causam præstat, unde psalmus, cum perverso pervertendum eum clamat (Psal. xviii, 26). Læna enim crudele et petulum est animal. In via quoque Assyriorum quasi pardus est eis, cum lata et spatiosa sectantibus ob morborum suorum varietatem, quibus aliis placere gestiunt, pœnas permittit luere subitanæ præcipationis. Pardus enim et varium et ex nimio cursu in mortem præceps animal est.

VERS. 8. — « Occurram eis quasi ursa raptis catulis. » Quasi ursa raptis catulis eis Deus occurrit cum insecutiones atque molestias ab his qui eos laudare solebant, et etiam sui operis vilipensiones immittit. Ursa enim raptis fetibus ferocior est, et nihil est quod magis eorum mentem obruat quam quod quis eos ab operum suorum laude privat. Quasi ursa ergo occurrere dicitur, cum eis iudicium secundum convenientiam naturæ bestialis exeritur. « Et dirumpam interiora jecoris eorum: et consumam eos ibi » quasi leo, bestia agri scindet eos. » Secundum physicos jecore amamus. Deus ergo jecoris eorum interiora dirumpit, cum occulti amoris petulantias quibus insolens animus oblectatur quasi quodammodo exenterans undecunque patefacit. Ibi eos quasi leo consumit, dum statum eorum, qui sibi aliquid esse videbantur, ibi, id est in hac carnalis lapsus fœditate exinanit. Et hoc facit quasi leo, assultu videlicet aperto, non a cauda, id est latenter, ut draco. Nihil enim magis contiguum rigori superbiæ, quam sub hac liqueferi solere mollitiæ. Per agrum incompressus et Christianæ urbanitatis nescius animus intelligitur. Per bestiam, cujus feralis et indomita natura dignoscitur, appetitus. Bestia agri ergo eos scindit, cum, velint nolint, corporalis appetitus ingeniæ concupiscentiæ ipsos impatientes efficiens, quasi eviscerando, quales apud se habeantur, ostendit.

VERS. 9. — « Perditio tua, Israel, tantummodo in » me auxilium tuum. » Israelem supra dixeramus eos qui ex talium mercenariorum fideliter ore pendebant, et cum Deo secundum etymologiam nominis dirigi cupiebant. Hic dicitur perditio tua, ac si diceret: Tu te existimas perditum esse, quia tibi contigerit exemplo et monitis talium damnaticiorum horripilationem aliquam ad penitendum benevole concepisse. Quoniam igitur vides eos in sua lentitudine languisse, tantummodo in me tuum tibi auxilium expedit convertisse.

VERS. 10. — « Ubi est rex tuus? maxime nunc » salvet te in omnibus urbibus tuis. » Ac si diceret: Tu te tuo magisterio gratulabundus supergaudere volueras; et quasi ego sum Pauli, ego sum Cephæ, ego sum Apollo dicere cœperas (I Cor. 1, 12), et ecce regem tuum, de quo falso speraveras, ex hypocrisi decidisse consideras. Hic maxime necessarius tibi erat ut, in omnibus urbibus tuis, id est conscientiarum conceptaculis, salutifero te muniret exemplo

udices tui, de quibus dixisti : Da mihi reges et principes. » Ac si dicat : Et hi sunt quos in examine pro spontanea pauperie, pro sæculi contuminatione, sessuros cum Domino jactitabas. » r autem hoc pro parte eorum qui scienter huius favent, et tali disciplinæ obtentu favorum non applicant. *Judices*, inquam, *tui*, ut opinaris, *dei*. De his dixisti : *Da mihi reges et principes*, de talibus optasti ut tibi principarentur et rege, qui in suo te discipulatu obsequia diligere, et laudes imbuerent. Quod etiam nunc crederispicimus, ut non solum hypocritarum, sed probabilium virorum contuberniis se immerent quodammodo eidem qui eis exhibetur hominibus communicent.

s. 11. — « Dabo tibi regem in furore meo, et iram in indignatione mea. » Ne queraris, inquam, quod reges gloriosos amiseris, sed potius regem in furore meo tibi dandum, illum scilicet qui pro pœna peccati miseris infligitur reprobis : et si qua tibi verioris intelligentiæ, adhuc te regat, scintilla resederit, juste iudicio rationis auferetur.

s. 12. — « Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum ejus. » Vulgares quilibet viros ad confessionis gratiam facillime pertrahunt, hypocrita vix aut nunquam; quia qui ad laborat, ut sanctitatis nomine honoretur, nunc ad hoc ut scdum de se quidpiam confiteatur incipit. *Iniquitas* ergo *Ephraim* colligatur, quia iam nullius puritatis eloquio ab obstinato corde absconditur. *Peccatum* illius absconditur, quia via anime Deo revelatur, quippe a quo nihil prope a solo mundo separatur.

s. 13. — « Dolores parturientis venient ei; filius non sapiens. » *Dolores parturientis eius* veniunt, cum acutissimæ titillationes carnis uterum eius abrumpunt. Sed inter hæc *ipse filius non sapiens* est, quia cum filium Dei se vulgo cantitari faciat, *ipse* tamen *non sapiens* est, quia Deum non in illo lætificat. Filius enim sapiens, juxta rationem, lætificat patrem (*Prov. x, 1*). « Nunc non stabit in contritione filiorum. (VERS. 14.) » nanu mortis liberabo eos, de morte redimam. » *Nunc*, id est, in præsentibus, quandiu scilicet dicitur, *in contritione filiorum* non stat, quia dominus, cum in labore hominum non sint (*LXXII, 5*), cum hominibus, utpote quos non habet, ut filios non flagellat (*Hebr. XII, 6*). Filios in hoc mundo conterit, quos ad æternitatem perdendos elegit. Hos *de manu mortis* liberat, quos per peccati perpetratoem liberat, quos per peccati perpetratoem liberat, etiam *de morte* recum quos opere exuerat, pariter a mortifero ab ejusdem pœna perpetuæ mortis absolvit. *mors tua*, o mors, ero morsus tuus, inferne. » ut quomodo *eos de morte* liberet. Deus mors

A mortis est, cum mentium insensibilitatibus illabendo recalefaciat quidquid ibi torpidum, quidquid sine motu piæ rationalitatis est. Si cœlum vocatur anima justis, non immerito iniquus quilibet nomine designatur inferni. Fit erga Deum morsus inferni, cum per suæ aspirationis illapsum prægustandum se exhibet peccatoris cujuslibet cordi.

VERS. 15. — « Consolatio abscondita est ab oculis meis. Quia ipse inter fratres dividit. » Superius de contritione filiorum dixerat, nunc de eadem subinferendo replicat. *Consolatio* absconditur *ab oculis* Dei, cum inter adversa præsentis sæculi, vel quælibet alia flagella Dei, nullum temporale solatium patiuntur in se admittere sancti viri. Per oculos enim Dei sancti intelliguntur et docti, qui viam provident Ecclesiæ corpori, vel etiam illustrata a Deo claritas intellectualis nostri ingenii. Omnis ergo consolatio ab his absconditur, quia prosperari in hac via, aut inter divina verbera ad modicum respirare in talibus omnimodis adversantur. Ideo cum Rachel noluit consolari (*Matth. II, 18*), quia justis ineffabilia sciunt præmia præparari, cum etiam ipse infernus, qui jam ex parte quasi mordendo libavit, quam suavis sit Dominus *inter fratres* dividat, id est beatæ portionis mercedem inter eos qui sancti sunt et vocantur, accipiat. « Adducet urentem ventum Dominus de deserto ascendentem : et siccabit venas ejus, et desolabit fontem ejus, et ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis. » Ne ergo terreatur, aut pro aliqua difficultate desperet ille quondam, qui modo Deum prægustavit, infernus, quia *adducet Dominus ventum urentem*, spiritum videlicet quicquid sædi est interioris humoris exsiccantem, qui ventus *de deserto* ascendit, de mente scilicet, cui exsilium, imo solitudo est mundus, emergit; quem sponsa in Canticis ad perflandum hortum suum evocans ut veniat ex nomine petit (*Cant. IV, 16*). Is siccet *ejus venas*, cum cogitationis meatus obstruit per quam veteres olim permittebat illabi lascivias. *Fontem ejus* desolat, cum originem mundanæ intentionis sub unius desiderii simplicitate conflagrat. Quasi enim frequentia est inhabitantium, ubi multiplicitas est appetituum. Fons ergo desolatur, cum sæculi memoria usu cogitationum neutiquam frequentatur. Tunc primum ipse de inferno cœlum factum *thesaurum omnis vasis desiderabilis* diripit, cum eum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ Christum (*Col. II, 3*), a cujus vestimentis myrrha, et gutta, et casia profluunt (*Psal. XLIV, 9*), scilicet genus omne virtutum purificato jam corde constringit. Et notandum quod dicitur diripit; *diripere* enim *in diversas partes rapere* est. *Thesaurum* ergo *omnis vasis desiderabilis* diripit, qui omnium sanctorum, vel virtutum, qui in Christo censentur, exempla quaquaversum in se contrahit.

## CAPUT XIV.

VERS. 1. — « Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitavit Deum suum. » Ac si diceret : *Pereat* ab exemplificatione fidelium exterioris homi-

nis perversa illa custodia, quoniam in non custodiendo interiorem Deum suum, ac si vigilanter diceret: Non quemlibet externum, sed iudicem internum provocavit ad amaritudinem. « In gladio » pereat, parvuli eorum elidantur, et fetæ ejus » discindantur. » *Samaria in gladio perit*, cum ipsa subtilis in sui observatione vigilantia deseritur, a constipatorum suorum, qui ei adulabantur, frequentia. Sæpe enim evenit ut talis deprehendatur astutia, unde *in gladio* signatur discordia. *Parvuli eorum* eliduntur, cum allisi ad petram a suæ hebetudinis duritia confringuntur. *Parvuli* sunt qui adhuc ad id officii rudes sunt. *Fetæ ejus* discinduntur, cum hi qui diuturno sunt studio hujus artis imbuti, et spem concepere jam lucri, quo obtenta hæc faciant, rimis, ut sic dicam, patentibus, et ad quid aspirent publice exponuntur. De fetis his in Evangelio dicitur: Væ prægnantibus et mammantibus (*Luc. xxi, 23!*)

VERS. 2. — « Convertere, Israel, ad Dominum » Deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate » tua. » Ad eos quibus imprecatus fuerat facit apostropham. Ac si dicat: Quoniam *in iniquitate*, qua cum Deo dirigi volebas, et Altissimo similis fieri, dum illum, qui ei debebatur honorem tibi arrogabas, *corruisti*, id est ab inani spe decidisti. *Ad Dominum Deum tuum*, ad eum videlicet non cui suppar sis, sed cujus subyaces ditioni, et qui, secundum quod Deus, arcani tui iudex est et simulationis testis, tandem *convertere*.

VERS. 3. — « Tollite vobiscum verba, et converte » timini ad Dominum. » Verba in Scripturis et sæcularibus et nostris, pro nugis et fabulis poni solent. Unde Ovidius: « Verba dat omnis amor. » Et David ad fratrem se culpantem: « Nunquid, inquit, non verbum est? » (*I Reg. xvii, 29.*) Tollit *verba* qui vulgi se laudantis desput lenocinia. Sed quia nil tollit qui se pariter non tollit, *vobiscum* additur, ut falsitas operum cum verborum adulationibus abigatur. *Ad Dominum* convertuntur, cum ad ei jam placendum ex toto vertuntur. Hoc enim *con* præpositio præmissa significat. « Dicite ei: » Omnem aufer iniquitatem, et accipe bonum; et » reddemus vitulos laborum nostrorum. » Dominus rogatur ut auferat *iniquitatem*, cum de exhibito bono opere, duplicitate remota, debitam petitur puritatem. Accipere *bonum* quoque petitur, boni scilicet exercitii studia, quorum laude et gloria fraudabatur. *Laborum nostrorum vitulos* reddimus, illos videlicet quos adorandos ut immolarentur homines impie clamabamus, dum petulantiam internæ levitatis, qua de populari obsequio gaudebamus, quam etiam nostris ipsorum labiis incitare solebamus, per confessionem Deo representamus.

VERS. 4. — « Assur non salvabit nos, super » equum non ascendemus, nec dicemus ultra: Dii » nostri opera manuumstrarum, quia ejus, qui » in te est misereberis pupilli. » *Assur non salvat nos*, cum regia cognitio, et aulica promotio, nostros

A nulla spe jam occupat, quantum ad salutem temporalem attinet, animos. *Super equum non ascendimus*, cum sæcularis excellentiæ nobilitatem respuimus. *Opera manuumstrarum* ultra deos non dicimus, cum ad spectaculum nostræ bonæ conversationis, tanquam ad alienius idololatriæ cultum, nequaquam lenocinium ridiculæ vulgaritatis asciscimus. Præterierat me divinæ testificatio locutionis, quod utique per equum significetur fastus gloriæ temporalis, ut est: Ab increpatione Dei Jacob, dormitaverunt qui ascenderunt equos (*Psal. lxxv, 7*). *Ejus qui in eo est Deus miseretur pupilli*, quia, postquam mens a præsentis sæculi se omnimoda consolatione deponit, et quasi diaboli patris ultro fomentum, sub quo nutriebatur, amittit, et se B ~~333~~ misericordis Dei jam visceribus intromittit; ejus profecto tunc miseretur, quia aliena benignitas non separatur.

VERS. 5. — « Sanabo contritiones eorum, diligam » eos spontaneæ. » *Contritiones eorum* sanat, dum veterum detrimenta peccatorum restituendo compensat. *Spontaneæ* eos diligit, cum non superficie tenus, sed sibi integre et perseveranter astringit. Cui illud evangelicum paulo subrespicit. Cum enim Dominum quidam sciscilaretur adolescens quibus vitam æternam actibus mereretur, et ipse ei legis mandata prætenderet, juvenis hæc eadem ab ineunte ævo se servasse respondit. Ubi subjungitur quod Jesus intuitus dilexerit eum. Cui tamen cum postmodum de mundi abrenuntiatione novæ legis scita proponeret, tristis abcessisse mox dicitur, quoniam multa possidens dives esset (*Matth. xix, 16 22*). Hunc ergo amorem, et illam Achab regis perfidi perfunctoriam, quam pro demisso capite Dominus olim laudaverit humilitatem, hæc, inquam, utraque utrum spontanea, sicut hic legitur, dilectione dignatus sit, conjicere velim. Si spontaneum est quod nullo cogente, nullis causis subjacentibus fit, majus in Deo mihi videtur, quam si ex merito sit. Quod enim merito refertur, debitum est, quod autem gratis iugentum. Cum quis obsequium amat, cessante officio lentescere solet affectus, gratitum autem, ea qua cæpit ultroneitate perdurat. *Spontaneæ* ergo mihi videtur dictus diligi, qui sine præcedentia boni cujuspiam dignoscitur allegi. D Perfunctorium autem in Deo nil est, aut vicissitudini obnoxium, ut quod semel dilexerit, suboriente causa cassari mox possit, sed quod dicitur dilexisse, ostendit juvenem conversatione forinseca, ab his qui eum viderent diligi potuisse. Cui sensui accidit quod dicitur: Intuitus eum Jesus. Nec frustra, nec enim eum non noverat. Cui simile est quod de fide centurionis dicitur admirator (*Matth. viii, 10*). Et quid in centurione mirabatur quem nihil non a se habere noverat, nisi quod dignus miraculo homo idem monstrabatur? Sequitur: « Quia aversus est, » inquit, « furor meus ab eis. » *Ab eis furor* Dei avertitur, cum cordis hactenus impenitentis obstinatio dimovetur. In nullo enim magis Deus contra

um fuerit quam cum pravæ conscientiæ duri-  
on emollit.

. 6. — « Ero quasi ros, Israel germinabit  
i lilium, et erumpet radix ejus ut Libani. »  
us quasi ros, cum gratiæ suæ temperantia  
rat motus mentis ignitos. *Israel quasi lilium*  
at, cum sanctimoniciæ desiderio, sine qua  
nemo videbit, florentissime flagrat. In quo  
um quod lilium et sarculo excolatur, et limo  
ies humectetur. Quod non inconcinnum est  
i, quæ et abstinentiæ lignonem desiderat, et  
n peccatorum recordationibus ad sui custo-  
rovidentior exstat. Unde et in Canticis lilium  
lium dicitur (*Cant. II, 1*), quia pudicitia per-  
re non potest, nisi quæ profunda sui ipsius  
sione munitur. Israelis *radix* nil aliud est  
firmitas intentionis. Hæc erumpit *ut Libani*,  
ut in alia translatione est LXX: « Mittet  
: suas quasi Libanus, » cum secundum ex-  
iam exterioris operis, constat soliditas a Deo  
æ per charitatem cogitationis. Cedrorum enim  
tas radices dicitur habere summopere altas.  
tim potest pondus arboris grande subsistere,  
posita brevi et infirma radice.

. 7. — « Ibunt rami ejus » *Rami ejus* eunt  
pera ordinate distributa proficiunt. Et recte  
dicis altitudinem, ramorum subjungit dilata-  
t, quia, dum quilibet in beneficentiæ exhibi-  
listenditur, necesse est ut prius, si perseve-  
roponat, alta mentis deliberatione fundetur.  
rit quasi oliva gloria ejus, et odor ejus ut  
ni. » *Quasi oliva gloria ejus* est, qui operibus  
cordiæ exuberans est. Oliva enim olei ferax  
dum alios pie refovet quasi unguentum, quo  
: mitigentur, debilibus præbet. Vel sicut  
*floriæ ejus* esse dicitur, quia nitor gloriæ  
ris, quæ oleo designatur, testimonium con-  
æ ab Apostolo nominatur (*II Cor. I, 12*).  
*us ut Libani* est, cum quidquid agit, quid-  
loquitur, quidquid cogitat, aut oratio aut  
um orationi est. Libanus enim *thus* inter-  
r. Unde in psalmo: « Dirigatur, inquit,  
mea sicut incensum (*Psal. cxi, 2*). » Et:  
vestimentorum tuorum, id est operum, sicut  
uris (*Cant. IV, 11*). »

. 8. — « Convertentur sedentes in umbra  
vivent tritico, et germinabunt quasi vinea. »  
: *in umbra ejus* convertuntur, cum qui  
lo eorum se applicant, ad vitam se sanctæ  
sationis immutant. *In umbra* Israelis sedent,  
ib protectione ejus, qui cum Deo dirigitur,  
tumiliant. Sedere enim humilitatis est, et  
modi nubibus cælum Deus operire, id est  
ære solet. Vivunt *tritico*, illo videlicet quod  
in terram mortuum, multum fructum attulit  
(*Joan. XII, 24, 25*), quo etiam frumento  
abundare dicuntur in psalmo (*Psal. LXIV*,  
quia gratia datur humili duntaxat animo.  
*vinea* germinant, sive, ut alias translatum

A est, florent cum ad supernæ patriæ lætitiæ indesi-  
nenter aspirant, et venena vitiorum propriæ virtu-  
tis odore undecunque propulsant. Hæc enim vinea-  
rum dignoscitur natura florentium « ut soleant  
examina, si ibi sint contigui, fugare serpentium.  
« Memoriale ejus » sicut vinum Libani. » *Me-  
moriale* justiciæ cujuslibet non aliud est quam spiri-  
tualis conversationis gloriosa opinio, intellectua-  
lium odoramentorum, et præcipue eximiæ discre-  
tionis, apprime redolens condimento. *Vinum* autem  
*Libani* secundum litteram pigmentis admistum di-  
citur.

VERS. 9. — « Ephraim, quid nihil ultra idola? »  
Ac si diceret: O tu male frugifer, qui te olivam  
falso fructiferam in domo Dei appetiaris et ja-  
ctas, cum, sicut hic audis, in memoria æterna sit  
justus (*Psal. cxi, 7*), et memoria æterna sit justus  
cum laudibus, cur tu tibi inani studio statuam lon-  
gævæ laudis erigere niteris? Et notandum quod ad-  
ditur *michi* ac si diceretur: Hoc tuæ singularitatis  
idolum, quod celebras, mihi potius quam alii cui-  
quam objectas. « Ego exaudiam, et dirigam eum. »  
Et est sensus: Tu, Ephraim, tibi nomen quaritas,  
sed quo te majori rumore promulgas, eo minus a  
me sciri et exaudiri, quin etiam dirigi te scias, cum  
tu tibi auctor existas, te per te dirigere gestias. Is-  
raelem vero econtra, qui hæc ipsa a me solo repo-  
scit, exaudiam pariter et dirigam. « Ego ut abietem  
» virentem; ex me fructus ejus inventus est. »  
C *Ut abietem*, inquit, *virentem dirigam eum*, quo vide-  
licet humiliora in præsentia de se sentit, tanto cum  
proceriori majestate sustollam, et virorem beatæ  
perennitatis impendam. Nec id injuria. Nam *fructus*  
*ejus ex me* invenitur: scilicet ex meo rore procedit  
quidquid pii studii illi innascitur. »

VERS. 10. — « Quis sapiens et intelliget ista? In-  
» telligens et sciet hæc. » *Sapiens ista* intelligit,  
quia procul dubio nisi prius quis cordis palatum  
cælesti sapore condierit, nunquam ad intelligentiam  
horum quæ dicta sunt, attingere poterit. *Intelligens*  
vero scit quia per subtilitatem discretionis ad scienti-  
am, id est experimentum sanctæ actionis accedit.  
Quæ autem sint hæc quæ scienda sunt, consequen-  
ter prosequitur. « Quia rectæ, inquit, viæ Domini,  
D » et justii ambulabunt in eis, prævaricatores cor-  
» ruent in eis. » *Viæ Domini*, cum secundum psal-  
mum sint misericordia et veritas (*Psal. xxiv, 10*);  
*misericordia* qua peccatores penitendo reducuntur  
ad veniam, *veritas* qua secundum fidem promisso-  
rum justii trahantur ad gloriam; *rectæ* sunt, dum  
nec peccator, si peniterat, a gloria excluditur, nec  
justus nisi cum labore maximo ad eandem gloriam  
intrare permittitur, Deo ita temperante ut neuter  
suo pari præjudicet, dum et justus habet quod inno-  
center emeruit, nec minus aliter possidet, qui vim  
regno cælorum inferendo violenter illud abripuit  
(*Matth. XI, 12*). *Justii in eis* ambulat, quia sive pec-  
cator, sive justus sit, postquam in eis sive per peni-  
tentiam, seu per justitiam cohabitant, ad Dei ma-

num æqua sorte deducti non dispariter nomen portant. At prævaricatores in eis corruunt, qui aut juste vivendi, aut postmodum pœnitendi jura cassare non metuunt. Gratas sancti Spiritus omnipotentissimæ benignitati referimus, cujus aspirationem immeriti et indigni in fistula oris nostri sua dignatione suscepimus. Ipse igitur, cujus munditiam sor-des nostræ non prægravant, ea quæ per nos dixit ad electorum suorum sic mentes extendat, ut per hæc ipsa eis condimentum suæ dulcorationis im-pendat.

## VEN. GUIBERTI

### AD TROPOLOGIAS IN AMOS PROPHETAM

#### PRÆMIUM.

Amos sanctum eadem qua elaboravimus cætera intentione præsumimus, illum, qui de grege eum ad armenta transtulerit et de rudi et agresti inter spiritualis curiæ primates evexerit, præcordialibus suspiriis invocantes, quatenus intellectualis ejus buccinæ fragoribus torpidas nostri animi surditates excutiat, et ipsum, qui factus est ei sonus interior, spiritum sic infundat, ut voci nostræ, quam ab eo haurire fide indubia nos credimus, vocem virtutis

vivificatoriæ ad omnium qui legerint instructiones immittat. Tibi ergo, reverende magister (16), in quem non modo nostra, sed et nos appuimus, qui infinitas scientiæ copias cunctis sine livore communicas, totius summam corrigendæ nostræ orationis imponimus. ut secure dilates aut minuas si quid plus æquo minusve dixisse tuo judicio reperiri poterimus.

EXPLICIT PRÆMIUM.

### LIBER QUARTUS.

## TROPOLOGIÆ IN AMOS PROPHETAM.

#### CAPUT I.

Vers. 1. — « Verba Amos, qui fuit in pastoralibus [al., pastoribus] de Thecue, quæ vidit super » Israel, in diebus Ozias regis Juda, et in diebus » Jeroboam filii Joas regis Israel, ante duos annos » terræ motus. » Amos interpretatur *populus avulsus*. Populus vero avulsus est cogitationum frequentia, quæ nullis intentionum radicibus sæculo affixa est, sed tota ab ejus amore exempta soli intellectualitati innixa est. Hujus Amos verba sunt, quæcunque spiritualium motuum acies de natura virtutum super discretionem spirituum tractare possunt. Is quoque in *pastoralibus* commanet, quia in verbi Dei pabulo dum talibus desudat in studiis, inedia ipse nulla adjacet. Thecue autem in *tubam*, vel *buccinam* vertitur. Et quæ sonorosior menti buccina instrepere prævalet quam divinæ paginæ intelligentia, quæ, somnolentos animi status arguens, terribili nos ad divina revisenda voce ciet? Hæc

*C* super Israel videt, quia qualiter cum Deo dirigi possit, sub horum verborum sibi discussionibus interlucet. Israel enim *directus Dei*, vel *cum Deo* dicitur. In diebus Ozias regis Juda verba videntur, quia nisi ex rationis auctoritate sibimet prius imperare mens noverit, spiritualia nullatenus aliqua attinguntur. Ozias enim *imperium Domini* dicitur. Qui rex est Juda, quia ad veram peccati confessionem tali impulsæ regimine perducitur [conscientia. Initium enim bonorum, confessio malorum est. Judas namque *confessionem* sonat. Jeroboam quoque *dijudicatio populi*, Joas *mora Domini* interpretatur. In diebus ergo Jeroboam regis Israel verba fiunt, cum ex interna discretionem ac si populi dijudicatione contemplativæ perspicacitates [prodeunt. Qui Jeroboam filius Joas dicitur, quia ex divina in nostris cordibus commoratione quidquid bonæ subtilitatis est nobis innascitur. Hic rex Israel est, quia directionis ad Deum nostræ specialis dux et incentor est. Ante duos annos terræ motus verba cernuntur, cum ante-

(16) S. Norbertum intelligit.



in virtutibus promoveamur, aut finem per-  
atingamus, quæ duo cum integre animum  
obtinerint nostrum, terram nostram id est  
a suo pondere dimovent, ad hoc ut cum suo  
exultare eam faciant in Deum vivum. In ipsa  
nostra novitate consopito aliquantisper strepitu  
m, ad examinationem sui ipsorum acuitur  
is animum.

2. — « Et dixit : Dominus de Sion ru-  
t de Jerusalem dabit vocem suam. » *Dominus*  
m rugit, cum in ipso nostræ conversionis  
o, postquam statum nostrum metiri et quasi  
ari cœperimus, a gemitu cordis nostri in ipsa  
ipsorum consideratione rugimus. *De Jerusalem*  
*suam Dominus* dat, cum ex perseverantia  
interni experientia, quasi visione pacis in-  
nil jam bestiale ac sævum, quod rugitus  
at, sed humanum omne ac serenum senti-  
od vox sonat. Deus enim in nobis rugit, cum  
nissa cordi nostro pœnitundine rugituum cau-  
gerit. « Et luxerunt speciosa pastorum, et  
tus est vertex Carmeli. *Speciosa pastorum*  
, cum ex divinæ vocis auditu sacræ Scripturæ,  
speciosius ad interiorem partem nihil est,  
nobis occasiones insinuant. Nisi enim Deus  
menti insonuerit, fructus legentium in sacra  
nullus erit. *Vertex Carmeli* exsiccatur, cum  
sitas intestinæ mollitiei, qua inter vitia len-  
lo quondam contra Deum tumuerat, sumpta  
contra carnem propriam spiritus rebellione  
r; Carmelus enim *mollis* interpretatur.

3. — « Hæc dicit Dominus : Super tribus  
ribus Damasci, et super quatuor non con-  
m cum, eo quod triturerint in plaustris  
is Galaad. » Damascus dicitur *sanguinem*  
vel *oculus sanguinis*. Per oculum sanguinis,  
catum prona designatur intentio, quæ tunc  
nem bibit, cum se peccati ingurgitat deside-  
ria scelera Damascus habet, cum post sug-  
em delectationi atque consensui subjacet.  
*quatuor vero sceleribus non* convertitur, quia  
rtatem redire arbitrii difficillimum est, post-  
in peccatum operis executione proceditur.  
rim voluntate quis ruerit, in usum jam ex-  
tate pertrahitur. Galaad dicitur *acervus testi-*  
*In plaustris ferreis Galaad* triturerit, cum  
sis cogitationum [revolutionibus bonæ con-  
e in se testimonium, quod, juxta Apostolum,  
sibi esse debuerat, destruunt et concul-  
I Cor. 1, 12). *Ferrum* enim pro *malitia* poni

4. — « Et mittam ignem in domum Azael,  
evorabit domos Benadab. » Azael interpre-  
sus Deo, Benadab *fluis spontaneus*. In do-  
zael ignis mittitur, cum ipsa ratio vitiorum  
iis inæstuarè permittitur, quæ aliquando Dei  
[insigniri videbatur. Domus Benadab devo-  
, cum habitus carnalium affectuum, qui tan-  
flui ex corrupta ratione creantur, et qui sponte

A tanquam naturaliter ad mala feruntur, in eisdem  
concupiscentiis absorbuntur.

VERS. 5. — » Et conteram vectem Damasci, et  
« dirperdam habitorem de campo idoli, et tenen-  
» tem sceptum de domo voluptatis. « Vectis Da-  
masci conteritur cum Deo facto propitio mentium  
obstacula, admissa pœnitundine, resolvuntur. Habi-  
tatores *de campo idoli* disperduntur, cum mentis  
licentiæ, quæ hac illacque per appetitus criminum  
vagabantur, et familiari cuilibet vitio ac si idolo  
inservire videbantur, ab hac mansione indebita suc-  
ciduntur. Tenens *sceptum de domo voluptatis* disper-  
ditur, cum principalitas intentionis, cujus summa  
erat voluptati conscientiam addicere, et quasi man-  
sionariam facere, omnino destituitur. » Et transe-  
B « retur populus Syriæ Cyrenem, dicit Dominus. »  
Syria interpretatur *sublimis*; Cyrene *hæredem* sonat.  
Populus ergo Syriæ Cyrenem transfertur, cum vul-  
garium motuum superciliositas in animo ad æternæ  
hæreditatis jura quærenda redigitur.

VERS. 6. — » Hæc dicit Dominus : Super tribus  
« sceleribus Gazæ et super quatuor non convertam  
» eam, eo quod transtulerit captivitatem perfectam,  
« ut concluderet eam in Idumæa. » Gaza dicitur  
*fortitudo ejus*. Si Damascus, ex oculo sanguinis, in-  
telligitur intentio prava, Gaza, per sui fortitudinem,  
haud dubium quin contrariam eadem intentio signi-  
ficabitur obdurata. *Super tribus sceleribus*, id est  
ingenii, memoriæ, et usus transgressionibus Deus  
convertitur, quia interioribus, et [sup. his] quæ ad  
C operationis exhibitionem nou pertrahuntur citius  
Deus propitiatur quam his quæ ad aliorum corrup-  
tionem per exempla ducuntur. *Super quatuor* vero  
non convertitur, quia dum ad exercitium corporale,  
quod quatuor elementis administratur, trinitas illa  
intrinsicæ, quam diximus, sive ratio, voluntas, et  
affectus pervenerit, facilis conversio ad integritatis  
habitum nullatenus erit. Qui enim facit peccatum,  
servus est peccati (Joan. VIII, 34), cujus experientia  
præteritæ suæ venosæ dulcedinis immemor esse  
non poterit. Aliter enim memoriæ nostræ contrec-  
tata et sensa, aliter cogitata referimus. Non, in-  
quit, *convertam eam, eo quod transtulerit captivitatem*  
*perfectam*, id est quidquid virtutis, quidquid in  
D animo professionis bonæ resisterat, in diabolicam  
vitiiorumque traduxerit servitutem. Et hoc fecerit,  
*ut concluderet eam in Idumæa*, id est ut sine ulla  
retractatione spiritus, coaceret animam sub  
morigeratione terrena : Idumæa enim *terrena* di-  
citur.

VERS. 7, 8. — » Et mittam ignem in murum Gazæ,  
« et devorabit ædes ejus. Et disperdam habitorem  
» de Azoto, et tenentem sceptum de Ascalone. «  
Ignis mittitur in murum Gazæ, cum concupiscentia  
immitti permittitur in exteriori custodia, quæ pro-  
sæculari honestate adhibetur ad palliationem forti-  
tudinis perversæ. Is devorat *ædes ejus*, cum subvertit  
et vastat quidquid speciosum et decens est in fora-  
stica habitudine ejus. Disperdit Deus *habitorem de*

Azoto, cum quidquid rationabiliter ineptis motibus per interiore vim dominari potest, ad deprimentum tentationis incendium miserabili perturbat exterminio. Disperdit etiam *tencntem sceptrum de Ascalone*, cum bonæ voluntatis scintillam justo modo extinguit iudicio, quæ regio more flammam cohibere dignoscitur infamis concupiscentiæ. Azotus enim *incendium*, Ascalon *ignis infamis* dicitur. « Et » convertam manum meam super Accaron et peri- » bunt reliquiæ Philistinorum. » *Super Accaron manum* suam Deus convertit, quando consolationem internam perutilis eruditionem tristitiæ a nostris mentibus non avertit. Accaron enim *eruditio tristitiæ* dicitur. *Reliquiæ Philistinorum* pereunt, cum minutæ cogitationum terrenæ potione voluptatis inebriare solentium, ab animo obliterantur et excidunt.

VERS. 9. — « Hæc dicit Dominus : Super tribus » sceleribus Tyri, et super quatuor non convertam » eum, eo quod concluderint captivitatem perfectam » in Idumæa, et non sint recordati fœderis fratrum. » Tyrus interpretatur *angustia*. Et quæ major angustia quam ea, de qua dicitur : « Erue te de ore angusto latissime (*Job xxxvi, 16*); » Et David : « Neque, inquit, urgeat super me puteus os suum (*Psal. Lxviii, 16*). » Tria ergo scelera Tyri in mente, et quatuor corporalis efficiendi eam converti non sinunt, nimirum quæ ipsam sine ulla confessionis respiratione intra suorum criminum voraginem claudunt. Gaza superius transtulit *ut concluderet*, ista *concluserit*, quia per incrementa nequitiae, quod ille animi habitus proposuit, hic facie affirmata complevit. *Fœderis fratrum* non recordantur, quia rationis appetitusque carnalis ex eadem mente, ac si germana fraternitas, quid sibi muto custodiæ ac obediendi debeant, non perpendunt.

VERS. 10. « Et mittam ignem in murum Tyri, » et devorabit ædes ejus. » Quod est dicere : Omnem exteriorem cautelam, qua suæ honestati providet turpibus concupiscentiis evidenter addici permittam. Unde et sensualitatum ejus circumstantiam consumptioni aperte subjiciam.

VERS. 11. — « Hæc dicit Dominus : Super tribus » sceleribus Edom, et super quatuor non convertam » eum, eo quod persecutus sit in gladio fratrem » suum, et violaverit misericordiam ejus, et tenuerit » ultra furorem suum, et indignationem suam ser- » vaverit usque in finem. » Edom *terrenus* dicitur. Postquam a Dei amore mens interius angustatur, per terrena desideria necesse est illico ut spargatur. *Super tribus* ergo *sceleribus*, et *super quatuor*, quæ bifariam superius exposita sufficere possunt, non convertitur, quia delectatio, semel intus ebibita, postquam in corporeos transit usus, quanto usitator est tanto tenacius obligatur. Edom ergo, terrenus affectus, *fratrem in gladio* persequitur, cum spiritum, ex eadem conscientia prodeuntem, malis capitalibus intercipere nititur. *Misericordiam* ejus violat, cum quod misereri animæ suæ placens Deo

debuerat (*Eccli. xxx, 24*), iste indesinenter inticiendo perturbat. *Furorem suum ultra* tenet, dum non lenocinio titillationum, quod naturale est, sed furoribus perpetrationum, quod diabolicum est, explere quodecunque cupierit ardet. *Indignationem suam usque in finem* servat, dum non per ignorantiam aut infirmitatem peccat, sed avertit aurem suam ne Dei legem audiat (*Prov. xxviii, 9*).

VERS. 12. — « Mittam ignem in Theman, et de- » vorabit ædes Bosræ. » Theman dicitur *auster*; Bosra *tribulationem* sonat. *In austro*, qui ventus est tepidus, ignis immittitur, cum mens remissa et vapida atrocitate tentationis nutritur. *Ædes Bosræ* devorantur, cum sensuum extrinsecus immoderantia inexplabilibus malorum laqueis coaretatur. Cui concinit illud *Job* : « Considerate semitas Theman, itinera Saba, et expectate paulisper (*Job vi, 19*). » Et in vacante, scopis mundata domo, septemplex spiritus ingreditur (*Luc. xi, 26*).

VERS. 13. — « Hæc dicit Dominus : Super tribus » sceleribus filiorum Ammon, et super quatuor non » convertam eum, eo quod dissecuerint prægnantes » Galaad ad dilatandum terminum suum. » Ammon interpretatur *populus mæroris*. Si disciplina in præsentem mæroris est, quæ fructum pacatissimum reddit (*Hebr. xii, 11*), et de nuptis dicitur, quod tribulationem habebunt hujusmodi (*I Cor. vii, 28*); quid putas agatur apud eos qui flagitiis inserviunt, sub quorum lingua, juxta psalmum, labor et dolor sunt; (*Psal., x, 7*.) Hi causas non convertendi habent, quod videlicet prægnantes Galaad dissecant, motus nimirum rationales, qui naturaliter aliqua, ut assolet, bona concipiunt, ad dilationem suæ nequitiae pravæ eruptionis ferro discendant. Galaad dicitur *acervus testimonii*, qui non est alius nisi quidam bonæ cogitationis aggestus, cujus ad effectum ducendæ coram eo testis est animus *Terminum* autem dilatat, qui ad ~~propositum~~ propositum perverse expletionis inæstuat.

VERS. 14. — « Et succendam ignem in murum Rab- » bath [*al, Rabba*], et devorabit ædes ejus in ulu- » latu in die belli, et in turbine in die commo- » tionis. » *Rabbath multitudo* dicitur; in cujus muro ignis succenditur, cum in frequentia et tumultu cogitationis iniquæ quæ inter nos et Deum ac si murus miserabile facit obstaculum, aut superbiæ, aut gloriæ inanis, sive etiam luxuriæ, vel etiam cupiditatis quæ omnia ignis appellantur, suscitatur incendium. *In ululatu ædes ejus* devorantur, cum membra ejus, quæ sunt super terram, appetitu immanissimo involvuntur. Lupinum enim est ululare. *Dies belli* evidens controversia est carnis et animi. Quam turbo sequitur, quia cæcitas menti ex tentationis nimietate creatur. Cui *dies commotionis* additur, cum mens per operum indicia, a sua stabilitate manifeste dimota cognoscitur.

VERS. 15. — « Et ibit Melchon in captivitatem, » ipse, et principes ejus simul, dicit Dominus. » Melchon interpretatur *rex vester*. Ac si diceret :

on solummodo spiritus qui vobis imperare  
at, in peccati servitium relegatur, sed et cum  
cipies ejus, id est sensualitates quæ gratis  
sequebantur.

## CAPUT II.

. 1. — « Hæc dicit Dominus : Super tribus  
tribus Moab, et super quatuor non convertam  
eo quod incenderit ossa regis Idumææ usque  
Jerem. » Notandum quod crebro repetitur :  
*cit Dominus*, ob hoc solum ut innuat quia  
id ex ratione tractamus, quasi Deo ad nos  
te concipimus. Moab *ex patre* dicitur, et *ex lex-*  
*im ex patre* diabolo nascitur, scire non pos-  
sa lege teneatur. Is non convertitur, *eo quod*  
*jis Idumææ usque in cinerem incenderit*, quod  
et rationes, quas pluraliter dico, non quod sit  
na ratio, sed pro multiplicitate causarum,  
n officii est motus cohibere carnales, veluti  
istinent carnes, post peccati perpetrationem  
remas perduxerit consumptiones. Cinis enim  
xacti quasi sola memoria residet. *Usque ad*  
*ergo ossa incendit*, qui demolitis animi vi-  
quæ carnalitate consolidant, igne concupi-  
exhausto seræ pœnitentiæ residuum ex sa-  
relinquit.

. 2. — « Et mittam ignem in Moab, et devo-  
ædes Carioth, et morietur in sonitu Moab,  
angore tubæ. » *Ignem in Moab* mittit, cum  
x diabolo, et, ut ita dicam, ex legibus ma-  
ncentivorum æstus emergere sinit. Carioth  
*occursus ignis*. Devorandis ergo ædibus ignis  
t, cum sensibus potiori concupiscentia in-  
ndis, specierum occasio, quæ concupiscatur,  
. *In sonitu Moab* moritur, cum sub sordidæ  
sationis infamia inverecundus atque insen-  
onge lateque prædicatur, *In clangore* quoque  
moritur, cum et alii tantæ execrationis  
o, et formidabili clamore terrentur.

. 3. — « Et disperdam judicem de medio ejus, et  
s principes ejus interficiam cum eo. » *Judex*  
*io ejus* disperditur, cum ratio, cui ad dexteram  
istram declinare non convenit, judiciario dis-  
is throno privatur. Quod superius per Mel-  
ioc hic per judicem figuratur, principes quo-  
dem intelliguntur.

. 4. — « Hæc dicit Dominus : Super tribus  
tribus Juda, et super quatuor non convertam  
eo quod abjecerit legem Domini, et mandata  
non custodierit. » *Juda* dicitur, *confessio*. *Juda*  
*avertitur, eo quod legem Domini* abjecit, quia  
io annullatur apud illum, qui divinæ legis  
iam meminisse quærit. Quomodo enim ei  
tur, qui ejus, qui confitendum, est præcepta  
r? « Deceperunt enim eos idola sua, post  
bierunt patres eorum. » *Idola sua eos* deci-  
pibus aut suorum, aut alienorum criminum  
tiones ofiiciunt. *Post hæc patres eorum abie-*  
*im aut rationis auctoritates, aut hi quorum*  
*tur imitatores per hæc eadem falsi sunt.*

VERS. 5. — « Et mittam ignem in Juda, et de-  
» vorabit ædes Jerusalem. » Ignis in Judam mitti-  
tur, cum non ex dolore peccati quispiam constetur,  
sed ad incentivum alienæ malitiæ, quæ clam com-  
miserit nequaquam publicare veretur. Unde cuidam  
apud Ezechielem dicitur : « Exposuisti fornicationes  
tuas omni transeunti, ut ejus fieres (Ezech. xvi,  
15). » *Ædes, Jerusalem* exinde devorantur, cum  
quidquid in mente vel in sensibus poterat constare  
residui, ab internæ pacis visione dirimitur.

VERS. 6. — « Hæc dicit Dominus : Super tribus  
» sceleribus Israel, et super quatuor non conver-  
« tam eum, pro eo quod vendiderit argenteum,  
« et pauperem pro calceamentis. » *Israel pro eo*  
*quod justum argento vendiderit non* convertitur,  
quia is, qui cum Deo dirigi debuerat, tanto amplius  
post lapsum ad Deum redire detrectat, quanto jus-  
tum, id est justitiam comparatione argenti, id est  
scienitiæ vel eloquii minus amat. *Pauperem* quoque  
*pro calceamentis* dat, cum spiritus humilitatem pro  
mortuis operibus commutat.

VERS. 7. — « Qui conterunt super pulverem  
» terræ capita pauperum, et viam humilium decli-  
« nant. » *Capita pauperum* sunt intentiones animi  
motuum, suam ad Deum inopiam simpliciter  
metientium. Hæc *capita super pulverem terræ conte-*  
*runt*, qui principales interioris hominis habitus ter-  
renæ levitati addicunt. *Viam humilium declinant*,  
qui intentionem humilitati semel ascriptam mun-  
diali derivatione depravant. Notet diligens lector in  
his octo, secundum provincias octo, sententiis, pro  
octono vitiorum capitalium numero figuratiter quid-  
piam posse intelligi. « Et filius ac pater ejus ierunt  
» ad puellam, ut violarent nomen sanctum meum. »  
Pater et filius ratio sunt et affectus, quia subterioris  
ad anterioris primatum maximus est respectus. Hi  
eunt *ad puellam*, quando sine discretionem aliqua se  
dimitunt ad invaliditudinis internæ mollitiem. Ex  
quo *nomen sanctum* Dei violant, cum famam, quan-  
tum in se est, totius sanctitatis extenuant.

VERS. 8. — « Et super vestimentis pigneratis ac-  
» cubuerunt juxta omne altare, et vinum damnato-  
« rum bibebant in domo Dei sui. » Vestimenta pigne-  
rata sunt, in pignus pro debito tradita. Super hæc  
D *ergo juxta omne altare* accumbunt, cum peccati  
opera in pignus remissionis per confessionem ab  
aliquo nobis commissa juxta propositum, quod est  
altare pœnitudinis omnimodæ, nobis accumbendo,  
id est ad imitationem pravam nobis substernendo  
adhibemus. *Vinum damnatorum in domo Dei sui*  
bibunt, cum voluptates eorum quos pro eisdem  
damnatos esse non nesciunt, in propria conscientia,  
quam Dei domum esse convenerat, indecenti sibi  
aviditate pro exemplo corripunt.

VERS. 9. — « Ego autem exterminavi Amorrhæum  
« a facie eorum; cujus altitudo cedrorum, altitudo  
« ejus, et fortis ipse quasi quercus. » Amorrhæus  
interpretatur *amaricans*, ac si diceret : Ipsi se mi-  
hi reddunt per tot offensas infensos, sed meminisse

debuerant quomodo, in exordio suæ conversionis, quibusdam exterminaverim Deum amaricantem superbiam fastum, in illorum nimirum cordibus qui de sua contemplatione, ac si cedrina proceritate gaudebant, et de suæ carnis impassibilitate, ac si ejusdem arboris imputribilitate sese jactabant, constantes etiam adversis emergentibus seipsos quasi robora quærna putabant. « Ego contrivi fructum ejus de- » super, et radicem ejus subter. » Fructus Amorrhæi *desuper* conteritur, cum sæculi fortunæ successus incedentibus infortuniis annullatur. Radices *ejus subter* atteruntur, cum spes proventuum etiam falsa jam penitus obruuntur.

VERS. 10. — « Ego sum, qui ascendere vos feci » de terra Ægypti, et eduxi vos in deserto quadra- » ginta annis, ut possideretis terram Amorrhæi. » Quod est dicere: Ego vos de mœrore et præsentis sæculi angustia, quod dicitur Ægyptus, extuli, vosque vitiorum desertione singulares per legis Decalogum, et scita quatuor Evangeliorum educavi; sic enim in vobis annos virtute refectos ac si dierum claritate formavi, ut terram, quæ superbis insistebat Deum exacerbando motibus, corpus videlicet vestrum eatenus rebelle, ad intellectualitatis jura traduceretis.

VERS. 11. — « Et suscitavi de filiis vestris pro- » phetas, et de juvenibus Nazaræos. » De filiis prophetæ suscitantur, cum de motibus internis, qui sunt progenies rationis, perspicacitates acutioris intelligentiæ procreantur. De juvenibus Nazaræi fiunt, cum viriles animorum habitus ad sanctimoniam munditiam se extendunt. Nazareth enim *florem*, vel *munditiam*, vel *sanctum* sonat. « Nunquid non » ita est, filii Israel, dicit Dominus? » Ac si diceret: Nunquid non hujusmodi status in vestris experti estis olim mentibus, cum intenderetis ut vester cum Deo dirigeretur spiritus?

VERS. 12. — Et propinabatis Nazaræis vinum, et » prophetis mandabatis: Ne prophetetis. » Quod est: Nullam in his statibus habuistis perseverantiam, sed eis motibus, quibus erat votiva munditia terrenæ voluptatis, quo dementarentur, vinum intulistis, et providentiæ in vobis oculos ne sibi æterna prospicerent improbe obstruistis.

VERS. 13. — « Ecce ego stridebo super vos, sicut » stridet plaustrum onustum feno. » Ego, inquit, jam vestræ apostasiæ impatiens *super vos*, id est vestræ nequitiae puniendæ incumbens dire in vos, imo aperte, strepitum animadversionis ostendam, ut patenter omnibus inlarescat, quam ægre vestrarum levitatum multitudinem ac si feneas congeries feram.

VERS. 14. — « Et peribit fuga a veloce, et fortis » non obtinebit virtutem suam. » Fuga a veloce perit, cum præpes ingenio hebetudinem reprobis sensus minime subterfugit. Forti virtutem non obtinet, cum de sua impassibilitate confidens, mox ut adversitate pulsatur, ne momento se continet.

VERS. 15. — « Et robustus non salvabit animam

A suam, et tenens arcum non stabit. » Robustus animam suam non salvat, cum is, qui contra peccati molliem diutino cælibatu duruerat, impetitus nullo modo propriam animalitatem frenat. Qui tenet arcum non stat, quia cito in tentatione labitur, qui divinæ legis scientiam temere sibi arrogat. « Et » velox pedibus suis non salvabitur, et ascensor » equi non salvabit animam suam. » Velox pedibus suis non salvatur, cum astutia quis et calliditate multos excedens nil efficit, cum præproperare videtur; quod neque volentis neque currentis, sed miserentis Dei esse dignoscitur (Rom. ix, 16). Ascensor equi non salvat animam suam, cum qui animalitatis suæ motibus pro sola sæculi honestate dominari nititur, animæ non ~~non~~ cohibet levitatem, B quam in Evangelio odisse jubemur animam (Joan. xii, 25).

VERS. 16. — « Et robustus corde inter fortes nu- » dus effugiet in die illa. » Ac si diceret: Quidquid bonarum artium præstantius habeatur sine Deo in homine, floccipenditur, vim non habet; at qui robor cordis non inter sæculi glorias, sed *inter fortes* animi status assumpserit, in illa die, id est in illo aperto discrimine, quo Deus in præsentis quorumque vitas hinc deponit, hinc elevat; nudus effugit, cum suæ conscius humilitatis a Dei judicio se abscondit.

### CAPUT III.

VERS. 1. — « Audite verbum quod locutus est » Dominus super vos, filii Israel, super omnem cogna- » tionem quam eduxit de terra Ægypti. » Est ergo dicere: Vos, quorum est cum Deo debere dirigi, internæ rationalitatis verbum trutina intellectuali pensate, quia hoc verbum *super vos* exstat, id est nisi audiatur, integro scilicet sapore hauriatur, vos opprimit, vos onerat, ut ovis bonarum interiorum artium cognatio, quam semel eduxerim de terrenitate mundana in eadem sententia perseverare studeat.

VERS. 2. « Tantummodo, » inquit, » vos cognovi » ex omnibus, cognationibus terræ; idcirco visi- » tabo super vos omnes iniquitates vestras. » Quia vos, inquit, o rationis motus, præ omnibus animalitatum, qui non nisi terram sapiunt, motibus approbavi, quod est proprium nosse Dei, idcirco non mirerini si vos in vestris iniquitatibus visitem, cum meum sit ut quos dilexerim corripiam (Hebr. xii, 6). (VERS. 3.) « Nunquid ambulabunt duo pariter nisi » convenerit eis? » Duo pariter ambulant, cum Dei spiritus et humana ratio contentiando cohabitant, quod non fit nisi conveniant, id est sibi cohærendo, juxta Apostolum, unus spiritus fiant (I Cor., vi, 17). Dicuntur autem ambulare, mutuo videlicet in sese proficere.

VERS. 4. — « Nunquid rugiet leo in saltu, nisi » habuerit prædam? » Leo in saltu non rugit, nisi prædam habeat, quia diabolus in corde, a sæculi jam amore deserto, nequaquam fremitum alicujus tentationis emittit, nisi occasionem lentitudinis humanæ, cui insidietur, inveniatur. Unde etiam illam

et hominis convenientiam inturbare præva-  
 « Nunquid dabit catulus leonis vocem de cu-  
 suo, nisi aliquid apprehenderit? » Ac si di-  
 Mirum non est si diabolus, cum sit spiritus,  
 as in nobis tentationis aucupetur, cum etiam  
*us leonis*, id est filius quilibet diaboli, *vocem*  
 eptionis, qua quempiam a recto diducere nititur,  
 bili cordis, in quo sub diabolo auctore fovetur,  
 xere non audet, nisi in quo subdecipere possit,  
 onjecturas prius æstimet?

as. 5. — « Nunquid cadet avis in laqueum  
 ræ absque aucupe? » Avis in laqueum terræ  
 æ aucupe non cadit, quia mens pennis suble-  
 virtutum, terrenis nullomodo irretitur affecti-  
 nisi ejuspiam prævæ suggestionis in morem  
 pis præcedat instinctus. « Nunquid auferetur  
 ueus de terra antequam quid cøperit? » La-  
 s de terra non auferitur antequam quid capiat,  
 de corpore nostro tentationis non cessat occa-  
 donec se diabolicæ consultationi substantivum  
 piam veræ spiritualitatis objiciat. Aliquid enim  
 laqueus, cum inter vanitates quas ingerit,  
 er redit ad animum æternæ veritatis status.  
 eus enim peccata sunt, et peccata nihil sunt,  
 bona quasi quædam substantia sunt. Unde est :  
 e ipso factum est nil (*Joan.* 1, 3). »

as. 6. — « Si clanget tuba in civitate, et popu-  
 non expavescet? » *Tuba in civitate* clangit,  
 auctoritas divinæ veritatis in mente procedit.  
*populus* expavescit, quia cogitationum inso-  
 ab ipsius cognitione diffugit. « Si erit malum  
 civitate quod Dominus non fecit [*al.*, fecerit]. »  
 m fit in civitate, cum tentationis [immoderantia  
 tur in homine. Hoc malum Deus facit, cum  
 ad probationem, aut casum fieri dispensative  
 titit.

as. 7. — « Quia non faciet Dominus Deus ven-  
 nisi revelaverit secretum suum ad servos  
 s prophetas. » Est ergo sensus : Facit Deus  
 m, sed divina plerumque intentio patientem  
 latet animum, nil enim tale in conscientia fit  
 im, id est ducitur in effectum, cujus causæ  
 dentiis nostris non ipse revelet arcanum. In  
 nim prophetant, quod et servire sua provisione  
 erant.

as. 8. — « Leo rugiet, quis non timebit? Do-  
 nus Deus locutus est, quis non prophetabit? »  
 t dicere : Diabolus cum sit tantæ subtilitatis,  
 to spiritualioris potentiæ, ipse nimietate avidi-  
 irrugit, quis carne præpeditus humana non  
 rescat? Dominus Deus per apostolum suum lo-  
 est : « Resistite diabolo, et fugiet a vobis  
 (v, 7) : » quis non ad hoc providentiam adhi-  
 (Vrs. 9.) « Audium facite in ædibus Azoti,  
 in ædibus terræ Ægypti. » Azotus interpreta-  
*ncendum*. Monet noster vos sub sermone pro-  
 co intellectus, *ut in ædibus Azoti*, id est in  
 ralibus membris nostris, quæ continuis urun-  
 desideriiis, et in universis conscientiæ angulis,

A quæ indesinentibus contenebratur, secundum Ægypti  
 nomen, angustiis, auditum, id est intelligibile facia-  
 mus quod sequitur : » Congregamini, » inquit, « super  
 » montes Samariæ, et videte insanias multas in  
 » medio ejus, et calumniam patientes in penetrali-  
 » bus ejus. » *Super montes Samariæ* congregari ju-  
 bentur, cum super fastuosas conceptiones exterioris  
 custodiæ, quæ hypocrisis appellatur, considerationis  
 eminentia præstare debere monentur; Samaria enim  
*custodia* dicitur, ut *insanias multas in ejus medio*  
 videant, aliud nimirum mente intendere, aliud foris  
 velle videri, in intima discretione perpendant; et  
 quia ipsæ cogitationes calumniam sibi inferant, dum  
 se diversa ab invicem, cogitare mundana, et divina  
 facere pensant.

B VRS. 10. — « Et nescierunt facere rectum, dicit  
 » Dominus, thesaurizantes iniquitatem, et rapinas  
 » in ædibus suis. » *Rectum facere* nesciunt, quia  
 rectitudinem qua ex quantulacunque ratione advertunt,  
 facere dedignantur, secundum quod sentiunt.  
 Moris enim Scripturæ est ut *nescire* pro *dedignari*  
 ponatur, et etiam usus loquendi habet ut vir bonus  
 230 mentiri nescire dicatur. *Iniquitatem sibi et*  
*rapinas in ædibus suis* thesaurizant, ut scilicet ini-  
 quitatem simulationis quia bene faciunt, et male  
 intendunt, et rapinas sibi laudis alienæ pro magno  
 reponant. Medium autem ejus, et penetrabilia, sive  
 ædes, id est conscientiam, scilicet significant.

VRS. 11. — « Propterea hæc dicit Dominus Deus :  
 » Tribulabitur, et circuietur terra, et detrahetur ex  
 » te fortitudo tua, et diripientur ædes tuæ. » Quod  
 C est, ex ipsius rationis sententia dicere : Multis, in-  
 quam, tribulationibus, abstinentiæ, et vigiliarum,  
 cæterorumque malorum, quæ sibi hypocritæ inferre  
 solent crucibus, terra corporum ipsorum obsideri  
 poterit, sed fortitudo interior ad favores extrinsecos  
 tendens detrahi non desistit, et quidquid in ædibus  
 continetur mentium, laudis amor diripit.

VRS. 12. — « Hæc dicit Dominus : Quomodo si  
 » eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extre-  
 » mum auriculæ; sic eruentur filii Israel, qui habi-  
 » tant in Samaria, et in plaga lectuli et in Damasco  
 » grabati [*al.*, Damasci grabato]. » Duo crura de  
 ore leonis pastor eruit, cum extremitates quas in fa-  
 D vorum desiderio hypocritæ habuerant voluptatum, de  
 diaboli ore pastor interior Deus eximit. Solent enim  
 dum eis quod concupiscunt non suppetit, ad lineam  
 tandem intentionis rectæ reverti. *Extremum auri-*  
*culæ* est, aliqua particula, vel minima sanioris in-  
 telligentiae. *Sic filii Israel qui habitant in Samaria*  
 eruantur, dum eis aut propriæ ambitionis fructus  
 adimitur, aut aliquod seminarium divini eloquii,  
 quasi qua recalescant scintilla Yelinquitur. *Israel*  
*filii* motus sunt ad Deum directanei; Samaria vero  
 exterior, spreta interiori, custodia. Eruantur autem  
 in *plaga*, id est in regione lectuli, ubi videlicet mens  
 eorum potiora inventuram se putabat fomenta pec-  
 cati. Plaga ergo lectuli diverticulum est, in mente  
 intendens humanæ laudi, ac si locus requiei. Damasci

scus *oculus sanguinis* dicitur. Is Damascus quasi pro grabato habetur, cum prava intentio etiam spe interdum falsa miseros mulcere videtur.

VERS. 13, 14. — « Audite et contestamini in » domo Jacob, dicit Dominus Deus exercituum, » quia in die cum visitare cœpero prævaticationes » Israel, super eum visitabo, et super altaria Bethel, » et amputabuntur cornua altaris, et cadent in ter- » ram. » Monet ergo eos sermo propheticus, ut audiant, id est intelligant, et docti ex auditione, et alios contestari non negligant. Et hoc dicit Dominus exercituum, ac si diceret : cui nulla inopia suberit ad facinus ulciscendum, quia, inquit, in die, in manifesta scilicet ultione, cum aperire cœpero simulationis eorum fucum, super altaria Bethel, quod dicitur *domus Dei*, id est super proposita eorum, qui se credi gestiunt vulgo templa Dei, *visitabo*, id est judicialiter crebrius imminebo, ita ut amputentur *altaris cornua*, id est palliatæ nequitiae fastuosa fastigia; et in terram cadant, omnimodæ scilicet vilipensionis pateant. Altare enim hypocritæ est, quidquid in suo studio spectabile foris est.

VERS. 15. — « Et percutiam domum hiemalem » cum domo æstiva, et peribunt domus eburneæ, et » dissipabuntur ædes multæ, dicit Dominus. » Domus hiemalis est conscientia, quæ totius avaritiæ atque malitiæ torpori pervia est. Domus æstiva est operum quasi bonorum habitu domo forinseca, ac si quadam spirituali redundans gratia. *Domus eburneæ* pereunt, cum habitus sanctimoniam, atque cœlibatus candorem præferentes, in aperta probra pertranseunt. *Ædes multæ* dissipantur, cum multæ compositionis forinsecus affectata simulacra destruantur.

#### CAPUT IV.

(VERS. 1. — « Audite verbum hoc, vaccæ pingues, » quæ estis in montibus Samariæ, quæ calumniam » facitis egenis, et confringitis pauperes, quæ dicitis » dominis vestris : Afferte, et bibemus. » *Pingues vaccæ* lascivi sunt ac superbi hypocritæ. Hi sunt in *montibus Samariæ*, quia tument de continentia exterioris custodiæ; hoc enim exprimit nomen Samariæ. Hi calumniam faciunt egenis, quia quæcunque agunt pro gloria, contra reclamaciones faciunt suæ intelligentiæ sanioris, ideo vere egentis. *Pauperes* confringunt, cum cogitatus humilitatem aliquando suadentes in se obruunt, *Dominis suis afferte et bibemus* dicunt, cum ab his, quorum placito per bona opera deservire gestiunt, [favores exigunt, quibus ab sui dementationem quasi epotandis incurunt. *Verbum hoc vaccæ pingues* audire monentur, ut sollicite trutinent quæ sibimet intentantur.

VERS. 2, 3. — « Juravit Dominus Deus in sancto » suo : Quia ecce dies venient super vos, et eleva- » bunt vos in contis, et reliquias vestras in ollis » ferventibus. Et per aperturas exhibitis altera contra » alteram, et projiciemini in Armon, dicit Domi- » nus. » In sancto suo Dominus jurat, cum in sua vera sanctitate hypocritarum fucatam ad jus apertum

revocat, ut veritas scilicet ipsorum vitæ pateat. *Dies super* eos veniunt, cum declarationes eorum occultæ pravitatis ipsis occurrunt. In *contis* elevantur, cum sub dubio superbiæ statu feruntur. Qui enim in conto insidet, nunquam firmiter hæret. In *ollis ferventibus* reliquiæ elevantur, cum sensualitas tota per concupiscentias excandescens, ex operis nefarii prosecutione vulgatur. Reliquiæ enim pro operibus poni solent, quia utique cogitationi superstant, ut est : « Reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi (Psal. LXXV, 11). » Nota quod jam ad femininum genus transeat, ut eos a vigore justitiæ effeminatos ostendat. Per *aperturas altera contra alteram* exeunt, cum fatiscientibus petulantium sensuum ollis, mutuo detegentibus sese nequitiis in ignominias prouunt. *Altera contra alteram* exit, cum turpitudinem propriam alteri videndum exponit. In *Armon* quoque projiciuntur, cum de crimine sumentes audaciam, de suis etiam fœdis actibus extolluntur, dejiciendi tamen juxta psalmum in ima sensus reprobi, dum allevantur (Psal. LXXII, 18); Armon enim *sublimitas* dicitur.

VERS. 4. — « Venite ad Bethel, et impie agite; ad » Galgalam, et multiplicare prævaticationem. » Ad *Bethel* venire ironice commententur, ut quasi templa Dei popularibus oculis ostententur. *Impie*, inquit, *agite*, id est in hac ipsa vestri nominis celebratione nil aliud sciatis vos agere quam Deum, qui est veritas, abnegare. Galgala dicitur *volubrum*. Ad *volubrum* veniunt, et prævaticaciones multiplicant, quia sit justo iudicio sponte lapsis, ut in miseris non subsistant (Psal. CXXXIX, 11).

VERS. 5. — « Et offerte mane victimas vestras, » tribus diebus decimas vestras. Et sanctificate de » fermentato laudem; et vocate voluntarias obla- » tiones, et annuntiate. » *Mane victimas* offerunt, cum, erumpente aurora favoris, propria corpora magis ac magis mactare contendunt. *Tribus diebus decimas* offerunt, cum non pro laude humana, sed solius amore Trinitatis legitime victimare se asserunt. Sanctificant *de fermentato laudem*, quia in omni suo exercitio intentionis inviscerant depravationem. *Voluntarias oblationes* vocant, cum non propter sua quæ nulla putari volunt diluenda mala, id se laboris insumere, sed ex solo Dei et virtutis amore clamant ut illud :

*Oderunt peccare boni virtutis amore.*

(HOR. lib. I *Epist.*, ep. 16 vers., 52.)

Annuntiant cum sua latentia facta percelebrant. *Sic enim voluistis, filii Israel*, ita scilicet pro libito vestro actitare collibuit.

VERS. 6. — « Unde et ego dedi vobis stuporem » dentium in cunctis urbibus vestris, et indigentiam » panum in omnibus locis vestris, et non estis ad » me reversi, dicit Dominus. » Proinde dat *Deus stuporem dentium* in cunctis urbibus eorum, cum in cunctis internis eorum statibus hebetudinem suggerit intellectuum. His enim commolimus ac si quibusdam dentibus omnem scrupulum. Indigentia

in omnibus nostris locis est, cum divinæ A  
ationis edulium, quo nostra corda firmantur,  
us spiritualibus nostris motibus abest. Quid-  
nim rationale est locus propriæ animæ est.

7. — « Ego quoque prohibui a vobis imbrem,  
adhuc tres menses superessent usque ad  
em; et plui super unam civitatem, et super  
am non plui. » Ac si diceret: Quia post cor-  
em meam ad me dissimulavere reverti, ego  
a vobis prohibui imbrem, aspirationis vide-  
uperne temperiem. Et hoc cum adhuc tres  
usque ad messem superessent, cum nimirum  
initio, promotione, atque perfectione ab omni  
pei expectatione corda distarent, id est an-  
1 boni quidpiam Deo instigante proponerent.  
enim hæc utiliter et dispensative sanctis añ-  
; subtrahi, non usquequaque relinqui. Super  
vitatatem pluit cum rationem ad ea videndum  
enda sunt plene imbuit. Super alteram vero  
uit cum duritiam obstinationis pravo sub-  
fectui; unde in mensali oratur officio (Dom.  
4. Epiph.), ut quæ agenda sunt, inquit, vi-  
et ad agenda quæ viderint convalescant.  
una compluta est, et pars, super quam non  
aruit. » Pars una compluitur cum benevo-  
rationi attribuitur; pars vero altera non con-  
ruit, cum affectualitati, juxta Apostolum, per-  
son adjacuit (Rom. vii, 18).

8. — « Et venerunt duæ et tres civitates  
vitatem unam ut biberent aquam, et non sunt  
æ; et non redistis ad me, dicit Dominus. »  
C tres civitates ad unam veniunt civitatem ut  
bibant, cum aut affectus, aut voluntas, sive  
at tres flant ratione adjuncta ad intellectum,  
pprie proprium est divina sentire, confugiunt;  
iram inibi combibant sapientiæ salutaris stil-  
; sed non satiantur, quia ad nullius efficien-  
lundantiam, quæ æstuantem refrigeret, addu-  
.

9. — « Percussi vos in vento urente, et in auru-  
multitudinem hortorum vestrorum, et vinea-  
vestrarum. » Ac si diceret: Quia nec sic ad  
distis percussi vos vento urente, desiderio,  
præter modum æstuante, qui non solum suo  
interiora consiccat, sed etiam exteriora in-  
D

Multitudo hortorum, et vinearum aurugine  
itur, cum bonorum originalium, et actualium  
ntia, sed et illa qua ex Deo debriamur intelli-  
in pallorem hypocrisis demutatur, hæc enim  
est auruginis, ut in colorem subalbidum in  
ibus se convertat et herbis: « Oliveta vestra,  
eta vestra comedit eruca: et non redistis ad  
dicit Dominus. » Per oliveta, cujus fructus est  
s et lucivomus, misericordiae circa nos signa-  
æctus. Per ficeta, quorum succus est lacteus,  
est, qua amabiliter enutritur proximus.  
rere, inquit, animæ tuæ placens Deo (Eccli.  
t). » Nisi enim nostri primum miserescamus,  
no non condescendimus. Eruca hispidum et

morosum est animal; hypocrisis vero, quæ hæc ab-  
sumere dicitur, quem semel inficit non deserens, quot  
habet illa pilos, tot habet motus hæc ad inanis glo-  
riæ distensionem pravos.

VERS. 10. — « Misi in vos mortem in via Ægypti,  
» percussi in gladio juvenes vestros usque ad capti-  
» vitatem equorum vestrorum; et ascendere feci  
» putredinem castrorum vestrorum in nares vestras:  
» et non redistis ad me, dicit Dominus. » In via  
Ægypti mortem in eos Deus mittit, cum in intentione  
sæculari, in cujus introitu mors est posita, scientiæ  
nostræ lucem contenebrari permittit. Juvenes nostros  
usque ad captivitatem equorum inibi percutit, cum  
quidquid piæ vivacitatis constat in anima usque ad  
B incontinentiam, qua captivantur corpora, undecun-  
que disperire sinit. Equi et jumenta corpora sunt,  
unde est: « Et jumenta eorum in morte conclusit  
(Psal. lxxvii, 50). Putredinem castrorum eorum  
in nares ipsorum ascendere facit, cum fetorem, pra-  
vamque opinionem corporalium quæ commiserint  
vitiorum, usque ad fœdum sui ipsorum pudorem  
redundare concedit. Castra pro corporibus ponere  
in promptu est. « Egrediamur, inquit, ad eum extra  
castra improprium ejus portantes (Hebr. xiii, 13). »

VERS. 11. — « Subverti vos, sicut subvertit  
» Deus Sodomam et Gomorrhā, et facti estis quasi  
» torris raptus de incendio. » Sicut Sodomam et Go-  
morrhā Deus eos subvertit, cum perpetuale silen-  
tium, in quo rebellio nulla est, contra vitium, et per  
populi cogitationum seditionem eos introrsum dimi-  
nuit. Sodoma enim pecus silens, Gomorrhā seditio  
populi dicitur. Fiunt quasi torris raptus de incendio,  
cum ambusti undecunque vitiorum rogis nihil in se  
habent residui de succo, aut semine genitivo. In torri  
enim neque succus, neque germen remanet. De in-  
cendio autem rapitur, qui non per se a vitis vo-  
luntarie cohibetur, sed alterius disciplina violenter  
abstrahitur. Nec multum fructificat, cui voluntas  
bene operandi habitum ex delectatione non præstat.

VERS. 12, 13. — « Quapropter hæc faciam tibi, Israel.  
» Postquam autem hæc fecero tibi, præparare in  
» occursum Dei tui, Israel. Quia ecce formans montes,  
» et creans ventum, et annuntians homini eloquium  
D » suum, faciens matutinam nebulam, et gradiens  
» super excelsa terræ, Dominus Deus exercituum  
» nomen ejus. » Ac si diceret: Quæ, inquit, prædixi,  
pro meritis tibi inferam, at, postquam intulero,  
Deum tibi per flagella adventantem bono animi  
apparatu suscipe, ecce enim, id est præsto habes  
eum qui informat virtutis ubertate magnanimes, sed  
subinde novit excellentiam, quam indulsit per  
tentationum reflare vertigines, nec tamen a se pulsatos  
alienat, sed intimæ consolationis eloquium eis in  
necessitate suppeditat, faciens quidem in matutino  
nebulam, ut primordia nostra quibusdam misceantur  
malis, quia nemo repente fit summus, oportet enim  
ut gradiatur super excelsa terræ, nimirum comprimat  
rudem illam, et teneram excellentiam terrenitatis

nostræ. *Deus exercituum nomen ejus*, quia potens est A  
ulcisci transgressiones criminis alicujus.

## CAPUT V.

VERS. 1. — « Audite verbum istud quod ego levo » super vos planctum, domus Israel. » *Verbum quod super eos Deus levat jubentur audire*, cum intellectualem mentis ordinem, quomodo scilicet Deus humiliat, et quibus solatiis mentem sublevat, momentur intelligere. Hoc *verbum domus Israel* planctus est, quia nesciunt, hi qui ad Deum dirigi volunt, utrum ipsa tentatio ruina, an salus sit. « Domus » Israel cecidit, non adjiciet ut resurgat. » (VERS. 2.) « Virga Israel projecta est in terram suam, non est » qui suscitet eam. » *Domus Israel* cadit, cum is, qui cum Deo inter tentamenta principari debuerat subsistere, non sufficit; *Israel* enim princeps cum Deo est. *Non adjicit ut resurgat*, cum ex propria lentitudine desperat nunquam ad meliora respirat. *Virgo Israel in terram suam* projicitur, cum eorum sterilitas animi sub propria temeritate demittitur. *Non est qui suscitet eam*, quia motus rationalis exstinguitur, qui talium facit revirescere conscientiam.

VERS. 3. — « Quia hæc dicit Dominus : Urbs, de » qua egrediebantur mille, relinquuntur in ea centum : et de qua egrediebantur centum, relinquuntur » in ea decem in domo Israel. » De urbe mille egrediuntur, cum pii studii universitas a conscientia solida derivatur, quæ plenitudo ad centum redigitur, dum remota spirituali exuberantia ad externa, et ut ita dixerim, publicæ humanitatis bona restringitur. Centenarius enim millenarii pars est decima, et homo decimus in rationali creatura. Centum quoque extenuantur in decem, quando etiam abjecto ipso communi ac naturali bono, ad puram deponitur sensualitatis hebetudinem. Denarius namque id innuere invenitur, quia videlicet ipse quinarium in interiori et exteriori sensualitate geminatur. Unde cuidam lucri sui gratia dominium super decem civitates attribuitur (*Luc. XIX, 17*).

VERS. 4, 5. — « Quærite me et vivetis. Et nolite » quærere Bethel, et in Galgalam nolite intrare, » et in Bersabee non transibitis, quia Galgala captiva ducetur, et Bethel erit inutilis. » Quod est dicere : Si vos, qui ad Deum dirigi operæ pretium æstimare debueratis, me quæreretis, vitale procul dubio saperetis. Porro quia *domus Dei* videri hypocritis præsumptione gestitis, et clam involvimini vitiorum vclutabris, et ad puteum septimum, qui est *Bersabee*, vel etiam puteum satietatis, quod est humanitatis vorago, quæ quaternario exteriori, et interiori ternario constat, misera vos aviditate immergitis, sciatis indubie quia clandestinæ vestræ sordes deprehensæ ducentur in publicum, et illud Dei, quod vos esse simulatis in nullo vobis proderit templum.

VERS. 6. — « Quærite Dominum, et vivite : ne » forte conburantur ut ignis domus Joseph, et devorabit, et non erit qui exstinguat Bethel. » Joseph

interpretatur *augmentum*. Conscientia ergo, cujus tota intentio exterioris famæ augmento committitur, comburitur, cum concupiscentiis intro addicitur; domus Dei, quod est Bethel non vera, sed imaginaria, ita ut non sit, devoratur, quia a fructu opinionis magnæ privatur.

VERS. 7, 8. — « Qui convertitis in absynthium » judicium, et justitiam in terra relinquitis. Facientem Arcturum, et Orionem, et convertentem » in mane tenebras, et diem nocte mutantem. » *Judicium in absynthium* convertunt, qui dulcedinem, qua Dei suavitas prægustatur, in temporalem gloriam, qua Deus amaricatur, perverso judicio intorquere non metuunt. *Absynthium* enim est quidquid infructuoso corporum supplicio quæsitum est. *Justitiam in terra* relinquit, cum in terrenis cupiditatibus remanentes veram ipsius justitiæ, quæ Deus est, essentiam spernunt. Hæc justitia *Arcturum et Orionem* facit, cum quidquid præclarissimæ sanctitatis et in prælatis reperitur, et subditis creat et ~~est~~ instruit. Non abs re enim Arcturum prælatos intelligas si bootem cum plastro consideras. *Tenebras in mane* convertit, cum obscuritatem conscientiarum in crepusculum aspirationis divinæ reducit. *At diem nocte* mutat, cum splendorem hypocrisis, aut in præsentii propriæ refectione nequitiae vel in futuro perpetua cæcitate condemnat. « Qui vocat » aquas maris, et effundit eas super faciem terræ, » Dominus nomen ejus. » *Aquas maris* vocat qui ad sui amorem errore fluitantia, et internis pestibus amaricata, sed et cupiditate inexplebili salsa corda contrahit et elevat. *Super faciem terræ eas* effundit, cum ad considerationem suæ veteris delinquentiæ eorum contemplationes extendit. Terra enim pro peccatore ponitur, ut est : « Terra es; » *Dominus ejus nomen* est, qui aliud vas in honorem, aliud in contumeliam facere potest (*Rom. IX, 21*).

VERS. 9. — « Qui subridet vastitatem super robustum, et depopulationem super potentem affert. » *Super robustum vastitatem* subridet, cum eum qui internæ sibi fortitudinis gloriam arrogat, ad propatulæ desolationis infamiam universorum cachinnis exponendo declarat. *Depopulationem super potentem* affert, cum interiores, quas se habere simulat virtutum copias, ad exteriorum impotentiam, et vitii inertiam redigendo deplet.

VERS. 10. — « Odio habuerunt in porta corripientem, et loquentem perfecte abominati sunt. » *In porta* corripit, qui judicialiter quempiam cogit. *In porta* enim antiquitus excrceri solere judicia non nemini certum est. Odio ergo habent *in porta corripientem*, qui ægre ferunt non ex temeritate, sed ex veritate causantem. *Perfekte loquentem* abominantur, cum aliorum lenociniis assueti, eos, qui sincere sua vitia corripiant, exsecrantur.

(VERS. 11.) — « Idcirco, pro eo quod diripiebatis » pauperem et prædam electam tollebatis ab eo, » domos quadro lapide ædificabitis et non habita-



in eis. » *Pauperem* diripit, qui a bona *one* quempiam dissipat et abducit. *Prædam ab eo* tollit, qui quod protiosius et electius nine est, spiritualia utique bona perversa tione subvertit. *Domos quadro lapide* ædificum virtutibus immutata quasi auctoritate tibus conscientias suas eminere demou- sed in eis non habitant, quia in earum o, Deo eorum vitia revelante, nimis per- tie perseverant.

12. — « Vineas amatissimas plantabitis, n bibetis vinum earum, quia cognovi multa ra vestra, et fortia peccata vestra. » *Vinas ssimas* plantant, cum spiritualia bona mira- lacritate, et multa vitientium gratulatione ant. Sed *vinum earum non* bibunt, dum spiritualis mercedis exteriori intenti retribu- esse reficiunt. *Multa scelera* eorum cognoscit, nimirum plura, quanto occultiora, et quo ora, eo incorrigibilia. *Peccata* eorum sunt quia spiritualia nimirum sicut in nullo pu- ita et correctioni neutiquam patentia. « Hos- tust accipientes munus et pauperes in porta imentes. » *Hostes justi, id est* justitiæ sunt, nunus a ditioe accipiunt et idcirco *pauperes a, id est* iudicio depriment.

13. — « Ideo prudens in tempore illo tace- quia tempus malum est. » *Prudens in tem- o tacere* jubetur, quia in salicibus in medio nis dispensative organa suspenduntur (*Psal.* , 2). Tempus malum est, non illud quod o, et membris ejus nondum advenit, sed eprobis semper paratum est (*Joan.* vii, 6).

14. — Quærite bonum et non malum ivatis; et erit Dominus exercituum vobis- sicut dixistis. » Ac si diceret: Vos vobis Deum s habitare ascribitis, quod jam in figura audistis, sed id falso. At vero quærite bon- it non malum si vivere ultis, et tunc vere ion aberit vobis. (Vers. 15.) Odientes ergo lumbos præcingentes, diligite bonum, lucer- ientes, in porta, id est in aditu cogitationis m discretionis statuete, si forte reliquis Jo- eus misereatur, id est si alicui bonæ inten- esidux eorum, qui mundialibus augmentis it adminiculari dignetur. Quod dicit forte ci moris est, ut ambiguum pro certo cer- natur pro ambiguo, ut illud: Forsitan ini- eorum humiliassem (*Psal.* Lxx, 15).

16. — « Propterea hæc dicit Dominus: In ibus plateis planctus, et in cunctis quæ foris , dicitur væ væ: et vocabunt agricolam ad um, et ad planctum eos, qui sciunt plangere. » (17.) « Et in omnibus viis erit planctus, pertransibo in medio tui, dicit Dominus. » *ibus plateis planctus* est, cum in omni men- actus dispersione nihil de gaudio cælesti itur, sed in quoque negotio sola luctu digna atur. In cunctis quæ foris sunt, væ væ, dicitur,

A cum non solum in ipsa enormi dilatatione animo- rum, quæ signatur nomine platearum, sed in omni forinseca administratione miseria accersitur (vel congemnatur) animarum et corporum. Agricola ad luctum vocatur, cum quilibet prædicator, cui mentium votiva cultura dignoscitur, dira super obduratos compassione movetur. Qui sciunt plangere vocantur ad planctum, cum hi, quibus a Deo pietas est insita, ad alienum miserabiliter illacrymantur exitium. In viis quoque est planctus, in omnibus nimirum qui alios exemplis norunt erudire vita- libus. Deus in medio eorum pertransit, cum ne ad modicum quidem in ullius eorum corde substitit.

VERS. 18. — « Væ desiderantibus diem » Domini, ad quid eam vobis? Dies Domini ista, » tenebræ, et lux. » *Diem Domini* desiderat, qui vanis favoribus dementatus qualem se vulgo præ- dicari audit esse se putat. Ad suum ergo væ, et ad tenebras exolat, qui non ad conscientiam, sed ad fabulosa respectat. (Vers. 19.) « Quomodo si » effugiat vir a facie leonis, et occurrat ei ursus, » et ingreditur domum, et innitatur manu sua » super parietem, et mordeat eum coluber? » *Vir a facie leonis* effugit, cum multi arduum vivendi statum aggredi metuunt, verentes utique ad se ver- sus instigare diabolus, qui majori eos face per- urgeat tentationum. Quasi ergo evitantibus diabo- lum occurrit ursus, carnalis videlicet quilibet appe- titus, leone quidem lentior, sed ad subigendum pervalidus. Quem subinde extimescens domum ingreditur, cum ab exteriori diffusionem intra con- scientiæ suæ ibi septa colligitur. Ibi manu sua super parietem innititur, cum obstaculo quasi in- visibilis conscientiæ operis sui intentionem contu- tari posse arbitratur. Sed ibidem mordetur a colubro, cum ad hominum oculos se subornans remissius agere disponit interius coram Deo, sic- que dum singula quæque præcavet, temporis intimi contingit sibimet interire veneno. Quod totum in hypocritas militat, qui dum veraci studio timent irritare diabolus, ad homines habitu palliato pa- rum curant intra mentis suæ vitari recessum: unde sequitur.

VERS. 20. — « Nunquid non tenebræ dies Do- » mini, et non lux, et caligo, et non est splendor » in ea? » Quod est dicere: Vos de die iudicii quasi de ultima vestra sorte tractatis, sed diem Domini in præsentem noveritis, qui non salubriter vobis illucescat, sed per illationem sensus in vo- bis reprobi tenebrescat.

VERS. 12. — « Odi, et projecit festivitates vestras; » et non capiam odorem cætuum vestrorum. » Deus festivitates eorum odit et projicit, cum opera in- ania, quæ vulgi conspectibus hypocritæ solemnizant, exosa se habere retegendo eorum iniquitates ostendit. Odorem cætuum eorum non capit, cum quidquid beneficiorum publicæ coacervare videntur, divinæ sensus majestatis a se indignanter ex- cludit.

VERS. 22. — « Quod si attuleritis mihi holocau-  
 » stomata, et munera vestra, non suscipiam et  
 » vota pinguium vestrorum non respiciam. » *Holo-*  
*caustomata* ab eis Deo afferuntur, cum in omni  
 specie, et per cruces innumeras, quæ vix, aut  
 nullo modo a sanctis ferri videas, eorum corpora  
 macerantur. Nec mireris quod Deo offerri hæc dicun-  
 tur, cum non offerantur Deo, sed vulgo; scias vero  
 quod in Scripturis multa non ut sunt in re, sed  
 uti sunt in opinione ponantur. *Munera* eorum  
 non suscipiuntur, et *vota pinguium* non respiciun-  
 tur, quia quidquid sub Dei nomine quamvis ma-  
 gno impendio peragatur, quidquid uberioris bene-  
 ficentiæ instar pinguedinis in proximum præroga-  
 tur, quia juxta Apostolum, extra charitatem fit, a  
 Deo minime respectatur (I Cor. xiii, 3.)

VERS. 23. — « Aufer a me tumultum carminum  
 » tuorum; cantica lyræ tuæ non audiam. » Quid-  
 quid hypocritæ ad sui protelandam memoriam  
 libris cudendo conficiunt, in Dei auribus non nisi  
 tumultus est, cujus momentanea laus solum fructus  
 est. *Cantica lyræ* non audiuntur, cum affectata eo-  
 rum eloquentia, quæ prædicationi inservit, a Dei  
 aure disploditur. Quo contra cuidam electæ dicitur:  
 « Sonet vox tua in auribus meis, quia vox tua  
 dulcis (Cant. ii, 14). »

VERS. 24. — « Et revelabitur quasi aqua judi-  
 » cium, et justitia quasi torrens fortis. » *Quasi*  
*aqua judicium* revelatur, cum veritas status eo-  
 rum instabiliter palliata, ac si aquis superficie  
 tenuis adoperta, cito lapsu denudatur. *Justitia quasi*  
*torrens fortis* efficitur, cum justo Dei examine to-  
 tius hujus fucatæ sanctitatis simulacrum, quasi  
 quodam fluxu rapido proturbatur.

VERS. 25. — « Nunquid hostias et sacrificium  
 » obtulistis mihi in deserto quadraginta annis,  
 » domus Israel? » *Hostias et sacrificium in deserto*  
*domus Israel quadraginta annis* non offerunt, cum  
 deserentes Deum, et deserti a Deo licet evangelice  
 et legaliter vivere videantur, nec hostiam, qua hos-  
 tem diabolum subigant, nec sacrificium, quo Deo  
 spontanee inserviant, faciunt, qui quasi ad Deum  
 directanei videri volunt.

VERS. 26, 27. — « Et portastis tabernaculum  
 » Moloch vestro, et imaginem idolorum vestrorum,  
 » fidus dei vestri, quæ fecistis vobis. Et migrare  
 » vos faciam trans Damascus. » *Tabernaculum*  
*Moloch* suo portant, cum delubrum libidinis men-  
 tem suam facere non formidant, licet tabernaculo  
 quasi continentis corporis bono exterius habitu  
 illud obvolvant. *Moloch* autem ipse est Priapus.  
 Portant etiam *imaginem idolorum* suorum, et *sidus*  
*dei* sui quæ sibi fecerunt, cum mentem occupant pene  
 indelebili affectatione vitiorum, specialius tamen  
 quadam concepti fastus veluti siderea spectabilitate  
 insigniri se appetunt. *Trans Damascus migrare* eos  
 facit, cum intentionem criminosa voluntatis ad  
 operis executionem, quod est *trans Damascus*,

id est oelum sanguinis, excedere eos sinit. Oculus  
 enim sanguinis intentio est peccati.

## CAPUT VI.

VERS. — 1. « Væ qui opulenti estis in Sion, et  
 » confiditis in monte Samariæ, optimates capita  
 » populorum, ingredientiæ pompatice domum Is-  
 » rael! » *Opulenti sunt in Sion*, qui in  
 plenitudine divinæ speculationis sese præminere  
 præculpunt, et in monte Samariæ, id est in excel-  
 lentiae exterioris cautelæ confidunt. His instat *væ*,  
 judicium utique damnationis æternæ. Hi sunt *opti-*  
*mates capita populorum*, qui de se nihil nisi supre-  
 mum cogitant, et semper impatientes consortium,  
 tam loco quam opinione cunctis præferri deside-  
 rant. Domum Israel *pompaticæ* ingrediuntur, cum  
 animam, quem ad Deum exporrigi decuerat, solis  
 pomparum affectionibus imbuunt.

VERS. 2. — « Transite in Calane et videre, et ite  
 » inde in Emath magnam, et descendite in Geth  
 » Palæstinorum, et ad optima regna quæque ho-  
 » rum; si latior terminus eorum termino vestro  
 » est. » In Calane transire, et videre jubentur, ut  
 nimirum status cæterarum omnium mentium quan-  
 tum sibi possibile est, metiantur. Calane enim inter-  
 pretatur *omnis*. Inde Emath magnam ac si speciali-  
 ter eant, quosque procul dubio magnificos in scelerum  
 perpetratione, attendant. Emath vero *sanguis*  
 dicitur, et sanguis peccatum est. Inde in Geth Pa-  
 læstinorum descenditur, cum ad eos, qui temporali-  
 bus desideriis debriantur, et tamen nulla sibi arri-  
 dent, nisi quæ aut vi, clam aut precario extor-  
 quentur, consideratione venitur. Geth interpretatur  
*torcular*, Palæstini, qui et Philisthæi, *potione ca-*  
*dentes*. *Optima quæque horum regna* sunt principa-  
 liora quorumque vitæ proposita. Perpendere ergo  
 jubentur si *terminus eorum termino* illorum latior  
 sit; utrum utique arrogantia eorum, et atrocitas  
 cupiditatis, qui facinora patenter admittunt, tanta  
 habeatur, quanta in hypocritarum mentibus efferari,  
 ac dilatari dignoscitur. Tanta enim est latitudo,  
 quanta opinionis propagandæ ambitio, quæ in his  
 siquidem multo quam in Emath magna, sive in Geth  
 Palæstinarum invenitur acrior.

VERS. 3. — « Qui separati estis in diem malum, et  
 » appropinquatis solio iniquitatis. » In diem malum  
 separatur, qui per discrepantiam in præsentem mo-  
 rum sic a bonis discernuntur ut ad diem malum ex  
 hoc perducti, magis egregie ex integro tunc a bono-  
 rum societate reddantur. *Solio iniquitatis* appropin-  
 quat, qui scienter diaboli regno nunc se immergit  
 et implicat.

VERS. 4. — « Qui dormitis in lectis eburneis, et  
 » lascivitis in stratis vestris. » In lectis eburneis  
 dormit, qui in falsa dum advivit castitatis securi-  
 tate quiescit. Elephas enim, unde ebur, frigidæ na-  
 turæ est animal. In stratis suis lasciviunt, qui sub  
 fama continentiae tanto licentiae petulantiae, atque  
 voluptati inservire proponunt.

VERS. 5. — « Qui comeditis agnum de grege, et vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem psalterii. » *Agnum de grege* comedit qui ad suæ imitationem nequitiae et alios quosque rudes sibi incorporare contendit. *Vitulos de medio armenti* comedit, qui quoslibet hebetes, et lascivos de eorum conformitate, qui non norunt nisi matura sentire sublato, suæ sectæ asciscit. *Ad vocem psalterii* seu non in psalterio canunt, qui bona opera, sed non pro boni operis intentione perficiunt. *Psallere enim pro bono opere* poni reperitur ubique psalmodum. « Sicut David putaverunt se habere vasa cantici. » Ac si diceret : Quod David instituit, imo exsecutus ad sanctæ significantiam operationis, hoc isti sibi ascribunt ad causam jactantiæ et elationis.

VERS. 6. — « Bibentes in phialis vinum, et optimo unguento delibuti, et nihil patiebantur super contritione Joseph. » *In phialis vinum* bibunt, cum de exemplo fragili temporalis materiam jucunditatis ex qua debriuntur ad Dei oblivionem assumunt. Et hoc faciunt *unguento optimo* delibuti, plane similitudine virtutis non ipsa virtute tanquam superficiem cutis ornati. *Super contritione Joseph* nihil patiuntur, qui ad augmentum sæculare tendentes nequaquam super commodi spiritualis detrimento tristantur,

VERS. 7. — « Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium, et auferetur factio lascivientium. » *In capite transmigrantium* migrant, qui præ cæteris transgressoribus et transgrediuntur et peccant. *Factio lascivientium* auferitur, cum tota simulatio eorum, qui sub jactura pudoris de castitate se jactitant, ad veritatem sui turpis habitus denudatur.

VERS. 8. — « Juravit Dominus in anima sua, dicit Dominus exercituum : Detestor ego superbiam Jacob, et domos ejus odi, et tradam civitatem cum habitatoribus suis. » *In anima sua* Deus jurat, cum ad jus voluntatis suæ tales tandem aspirando revocat. *Superbiam Jacob* detestatur, cum eorum, qui sua se vitia supplantare sibi arrogat, sibimetipsis dignos detestatione demonstrat. *Domos ejus* odit, cum mentium conceptacula, in quibus apud se de se gloriatur, odio digna ostendit. Unde *civitatem cum habitatoribus* tradit, cum ipsam conscientiam cum universis suis moribus per commissionem ad sui proditionem cogit.

VERS. 9, 10. — « Quod si reliqui fuerint decem viri in domo una, et ipsi moriantur? Et tollet eos propinquus suus, et ipsi comburet, ut efferat ossa de domo. » *In domo una decem viri reliqui* sunt, cum in una conscientia duo quaternarii sensualitatum, vacante jam pravo post confessionem opere, tanquam soli subsunt. *Et ipsi moriuntur*, cum a consuetudine sua aviditate perimuntur, *Propinquus suus* eos tollit, cum ab infimo eas appetitu ratio fidelis cæteris eis propinqua sustollit. Eos quoque comburit, cum pii desiderii aestu ipsas ad purum examinare contendit. Et hoc facit, ut ossa de domo

A efferat, quidquid videlicet interioris duritiæ latet per confessionem foras excludat.

VERS. 11. — « Et dicet ei, qui in penetralibus domus est. Nunquid adhuc est penes te? Et respondet : Finis est. Et dicet ei : Tace, et ne recorderis nominis Domini. » Dicit, haud dubium quin propinquus, noster utique spiritus ei, qui est in penetralibus, scilicet carnalis affectus nostris medullis ingenuus. Interrogat si est adhuc penes eum, aliquid videlicet de scrupulo peccati, quod intrinsecus mordeat eum. Ille respondet : *Finis est*, quia ignis concupiscentiarum sopitus est. Cui ille infert ut taceat, nimirum ut nullo modo pro tantilla, et forsitan momentanea animi quiete se erigat. Recordari nominis Domini eum velat; quod non est aliud, nisi quod oblivioni hoc ipsum nullatenus tradat. Quorum enim obliviscimur, recordari dicimur. Qui ergo interdum oblitus tandem ejus esse commemorat, procul dubio sine intermissione non orat. Eum plane nominis Domini non æstimo recordatum, qui quasi tumentes super se fluctus legitur timuisse Deum.

VERS. 12. — « Quia ecce Dominus mandabit, et percutiet domum majorem ruinis, et domum minorem scissionibus. » Dominus mandat cum clementer aspirat. *Domum majorem ruinis* percutit, cum diffusionem et spatiosorem illum mentis habitum, qui carnalis dicitur appetitus, conquassat et obruit. *Domum minorem scissionibus* percutit, cum ipsam rationem quæ subtilior, et natura intimæ discretionis quodammodo augustior est, adversus suos motus in seipsa continua duellione subdividit.

VERS. 13. — « Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis? » *In petris equi* non currunt, cum in mentibus postquam ex Deo contra vitia induruerint, ferales ac lascivi motus non se ingerunt, *In bubalis* non aratur, cum per motus effrenos, et impatientes jugi mens nullatenus aliqua subversione piæ cogitationis attingitur.

VERS. 14. — « Quoniam convertistis in amaritudinem iudicium, et fructum justitiæ in absinthium? Qui lætamini in nihilo, qui dicitis : Nunquid non fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? » Ac si diceret : Aliquando cum adhuc morem sæculo gereretis, vestræ rationis dulcedinem in sæcularium negotiorum amaritudinem vertebatis, et inde suboriri vobis poterat fructus justitiæ, hoc in absinthium, quod alibi cepas, et allia vocat Scriptura (Num. XI, 5), solebatis invertere, in hac quæ nihil dici potest temporalitate pro momento lætantes, et potentiarum manuum cornua solo vestro robore, et ingenii acumine vos assumpsisse jactantes. (VERS. 15.) « Ecce ego suscitabo super vos, domus Israel, dicit Dominus exercituum, gentem, et conterent vos ab introitu Emath usque ad torrentem deserti. » Deus gentem super domum Israel suscitavit, cum novæ cogitationis genus in animo cum Deo dirigi volente, pœnitundine concepta, vivificat. Emath, ut superius dixi, sanguis interpretatur. Ab introitu ergo Emath usque ad torrentem deserti con-

teruntur, id est a prima delectatione peccati, usquequo ex omnimoda mundi desertione sapientiæ in nobis sæcularis, aqua exrescente divini amoris, æstate siccatetur.

## CAPUT VII.

VERS. 1. — « Hæc ostendit mihi Dominus Deus : » Et ecce fictor locustæ in principio germinantium » serotini imbris, et ecce serotinus post tonsorem » [al., tonsionem] regis. » Hæc, inquit, quæ dicitur sum ostendit mihi Dominus Deus. Ecce, inquit, fictor locustæ in principio germinantium serotini imbris, videlicet Deus compositor nostræ ad probationem tentationis, et in Sina enim, quod est tentatio, et in sancto, id est in sanctitate nobiscum diversatur, in principio nostræ institutionis, quando tamen ex divino amore compungi incipimus, is enim est imber serotinus, ad cuius motum in omnium plane virtutum germen erumpimus. Ecce, inquit, fictor locustæ. Ac si diceret : Accessisti ad servitutum Dei, sta in iustitia et timore (Eccl. II, 2), quia ecce, id est ad subitum tibi insiliet, Dei tamen nutu, mordacitas suggestionis prævæ. Locusta enim ore lædit, in frigore torpet, sic tentatio cordi admissa consumit, reprimitur adversis, prosperitate movetur. Tonsor regis brucus ad literam vocabatur, et ideo tonsor quia residuum locustarum solo tenuis attondere videbatur, Regis autem dicitur, quia sine regis omnium permissu nihil agere sinebatur. Bruceus itaque tonsor est, cum capitalis cujuslibet vitii usus indesinens menti devastandæ invisibiliter superest. Post hunc tonsorem serotinus redit, cum exasperante, imo urgente peccato, quasi ad extremam compunctionis medicinam mens universa repente concedit. Bruchi autem naturam scimus, loco cui insederit donec reddat exesum, minime dimoveri.

VERS. 2. — « Et factum est, cum consummasset » comedere herbam terræ, dixi : Domine Deus, propitius esto, obsecro. Quis suscitabit Jacob, quia » parvulus est? » Herbam terræ comedere consummat, cum tentatio spei internæ virorem 337 extenuat. Jacob quia parvulus est, minime suscitatur, quia rudis animus, et a veteri consuetudine necdum viriliter resipiscens, nunquam a suo torpore levatur, nisi per illapsam gratiæ fulciatur. (VERS. 3.) Vox hæc spiritus est, de sua in se ad Deum miseria conquerentis. Miseretur itaque, ostensurus subinde menti et alterius modi casus.

VERS. 4, 5, 6. — « Et ecce vocabat iudicium ad » ignem Dominus Deus; et devoravit abyssum multam et comedet simul partem. » Si causam pro effecto ponamus, iudicium pro ratione intelligere possumus. Iudicium igitur ad ignem Dominus vocat, cum rationis auctoritatem concupiscentialibus flammis addemnat. Abyssum multam devorat, cum prærupta ingenia, et cujusdam profundæ perspicacitatis extremum obnubilando adnihilat. Partem simul comedit, quia licet statum suum, in quantum dilabitur, adhuc metiri et dolere possit, quorsum tamen Deo permittente ducatur, et quos cœpti mali

exitus habeat, quasi partim cæcutiens non agnoscit. Ad reprimendam ergo mortis instantis rabiem, parvitatem suam clamans spiritus Deo noster ingemnat, et prosequente mox gratia non fiendum quod proposuerat dicitur. Unde necesse est, ut quibus erudiamur, et alia ostendat.

VERS. 7, 8. — « Et ecce Dominus stans super » murum litum, et in manu ejus trulla cæmentarii. » Et dixit Dominus ad me : Quid tu vides. Amos? » et dixi : Trullam cæmentarii. » Dominus super murum litum stat, cum super nostræ propugnacula mentis, quibus diabolo paramus obsistere Dominus auxilium laturus assistere, certo animorum nostrorum experimento se monstrat. Murum autem litum vocat, quia Deus eum remota vitii scrupulositate complanat, et contra pluvias tentationum munit et roborat. In manu Dei trulla cæmentarii est, quia in ejus arbitrio efficientia nostræ tuitionis. Amos dicitur populus avulsus. Ille enim avellitur, cujus cogitatio Dei timoris interstitio a mundi amore deducitur. Amos ergo quid videat recogitatur, et trulla cæmentarii videri respondetur, quia Dei opificio calx divini caloris nostræ terrenitati adjuncta, semper nostris animis ad tutelam adhibenda monstratur. « Et dixit Dominus : Ecce ego ponam » trullam in medio populi mei Israel. Non adjiciam » ultra superinducere eum. » (VERS. 9.) « Et demolientur excelsa idoli, et sanctificationes Israel » desolabuntur, et consurgam super domum Jeroboam in gladio. » Dominus dicit cum animo suis motibus respondenda suggerit. Notandum quod cuique visioni præponitur : Ecce, ut repentinas insinnet titillationum, vel diversorum habituum superventiones menti humanæ. In medio populi sui Israel trullam Deus ponit, cum ministerium subsidii sui, quo paratus est omnibus qui tentantur auxiliari. omnibus in evidenti proponit. Non adjicit ultra superinducere eum, cum exigente merito suo, apud se cogitatu judicat dignum se, cui Deus subtrahere debeat, suæ opitulationis obstaculum; hoc namque, quo munitur maceria contra tempestatis impetum, videtur significare cæmentum. Excelsa idoli demoliuntur, cum superbiæ singularitas diabolo nos colaphizante deponitur. Quid est enim excelsum idoli, nisi quoddam insigne spectaculi? Unde et spectabiles dicimus quos ex sua opinione miramur. Sanctificationes Israel desolantur, cum crassa religionum species et magni nominis umbræ quotidiana devolutione coquantur. Super domum Jeroboam in gladio consurgitur, cum super conscientiam solis per hypocrisim temporalibus aspirantem vitiiis adequitantibus militatur. Gladius enim peccatum grave significat. David enim de gladio maligno se eripi rogat (Psal. CXLIII, 10).

VERS. 10. — « Et misit Amasias sacerdos Bethel » ad Jeroboam regem Israel, dicens : Rebellavit » contra te Amos in medio domus Israel, non potest » it terra sustinere sermones ejus. » Amasias interpretatur robustus et frigidus : Jeroboam temporalis. {Robustus et frigidus sacerdos est Bethel, cum

quis hypocrita fortis opere, sed frigidus mente, sacrum ducatum, ac si Dei sit templum, præbere se posse pollicetur; ad *ad Jeroboam regem Israel* mittit, cum se ei ex temporalitatis amore, cujus regiminio, cum a Deo deberet dirigi, se meminit dirigendum tradidisse, committit. *Amos*, inquit, *contra te rebellat in medio domus Israel*, tua nimirum cogitatio a mundi volens avelli lasciviis tibi ipsi intra te rebellis est. *Non pelerit terra sustinere sermones ejus*, non poterit utique humani corporis fragilitas tolerare nimietatem continentiarum ejus.

VERS. 11. — « Hæc enim dicit Amos : In gladio morietur Jeroboam, et Israel captivus migrabit de terra sua. » Ac si diceret : Temporalitatis amor in malum semper capitale relabitur, et Israel fictitius corporis sui libertate emigrando privabitur. VERS. 12, 13.) « Et dixit Amasias ad Amos : Qui vides, gradere, et juge in terram Juda, et comede ibi panem, et ibi prophetabis. Et in Bethel non adjicies ultra ut propheta, quia sanctificatio regis est, et domus regni ejus. » Qui vides, inquit Amasias, gradere, id est, qui prospicis omnes pœnitentia confessione in fine posse salvari, tuis interium dum sospes es legibus utere. *Fuge in terram Juda*, salutem tuam ultimæ confessioni reserva. *Ibi panem comede*, in hac videlicet intentione temporalibus jucunditatibus satiare. *Ibi prophetabis*, sub hujus procul dubio spei providentia permanebis. *In Bethel non adjicies ultra ut propheta*, contra mores utique qui hospite Deo digni ab omnibus judicantur, contentus honore præsentium de futuris tractare desistes. *Quia sanctificatio regis est, et domus regni ejus*, quod est : Nisi plane nos, qui ita laudamur, pro sanctis Deus haberet, et in nobis regnare deligeret, nunquam nostris actibus laus tanta succederet.

VERS. 14, 15. — « Et dixit Amos ad Amaziam : » Non sum propheta, et non sum filius prophetæ, sed armentarius ego sum vellicans sycomoros. » Et tulit me Dominus cum sequerer gregem. » *Amos ad Amasiam* loquitur, cum spiritus noster instinctu hypocrisis quasi ratiocinans refragatur. *Non sum*, inquit, *propheta*, nulla plane, ut de meo sine determinem, præmineo providentia. *Non sum filius prophetæ*, quia nec seminarium nedum prudens sim accepi prudentiæ. *Armentarius vero sum vellicans sycomoros*, discretionem procul dubio et pondera quorumque sapientium prosequens in opere et verbo. *Sycomoros*, quos beatus Hieronymus rubeos dicit, *vellicans*, non de futuris quæ attingere nescio, sed de instantibus animi mei passionibus moraliter mecum tractans. Non enim de crastino cogitare fas est, ubi sufficiens diei malitia sua est. Recte per rubeum notatur passio, quem esse constat folio et fructu rubeo. *Tulit me Dominus cum sequerer gregem*, sustulit utique me a mundo cum despiciendo ab ipso sæcularem sequerer hebetudinem. Grex enim proprie ovium dicitur, sic armentum bouum, et oves pro fatuitate ponuntur, ut est :

A « Sicut oves in inferno positi sunt (*Psal. XLVIII, 15.*) » « Et dixit Dominus ad me : Vade propheta ad populum meum Israel. » Dominus dicit, cum rationi sentienda instinguit. *Vade*, inquit, ab inepta simplicitate, et populo cogitationum cum Deo dirigi quærentium ad cautelam provide.

VERS. 16. — « Nunc audi verbum Domini : Tu dicis : Non prophetabis super Israel, et non stillabis super domum idoli. » Verbum audit, qui intelligit. *Non prophetat super Israel*, qui nulla mentem provisione castigat. *Non stillat super domum idoli*, quicumque paulatim non inflectere studet conscientiam peccati. *Stillare enim pro decidere* solet poni. *Super domum ergo idoli stillat*, qui in sua consideratione hypocrisis vires extenuat.

B VERS. 17. — « Propter hoc, hæc dicit Dominus : » Uxor tua in civitate fornicabitur, et filii tui et filia in gladio cadent, et humus tua in funiculo metietur, et tu in terra polluta morieris, et Israel captivus migrabit de terra sua. » Uxor hypocrisis delectatio est voluntatis. Hæc in civitate fornicatur, cum ad laudes extrarias in mente prostituitur. *Filii et filia in gladio cadunt*, cum fortes et infirmi habitus animi sub criminis malo ruunt : *Humus ejus in funiculo metitur*, cum ad quantitatem cujuspiam perpetrandi peccati corporis officium non negatur. *In terra polluta moritur*, cum in executione carnalis desiderii spiritus omnis exstinguitur. *Israel captivus de terra sua migrat*, cum animus C a directione deficiens, a sua soliditate interna ducitur, quod terra significat.

#### CAPUT VIII.

VERS. 1, 2. — « Hæc ostendit mihi Dominus » Deus, et ecce uncinus pomorum : Et dixit : Quid tu vides Amos? et dixi : Uncinum pomorum. Et dixit Dominus ad me : Venit finis super populum meum Israel. » Dominus hæc ostendit cum menti intelligenda proponit. *Et ecce uncinus pomorum*, quia subito pulsat animum, dum talia cogitantur qualiumcumque representatio meritorum. Quasi unco enim fructus trahitur, cum mente timore contracta, in quam sortem sit deventura prospicitur. Interrogatur quid videat, cum ad Dei cogitando delata judicium, apud se discutitur, quid de se sentiat; sed D mox ei ingeritur quem suæ fructum actionis expectat. *Super populum*, inquit Dominus, *meum finis venit*, cum perversæ cogitationi, quæ eatenus se cordi ingesserit, cohibitorius modus accedit.

VERS. 3. — « Non adjiciam ultra, ut pertranseam eum. » Et stridebunt cardines templi. » *Ultra Deus eum non pertransit*, quem locali jam aspiratione perfundit. *Cardines templi stridunt*, cum præcordiales bonæ conscientia sensus a facie pristini erroris exulant. *Καρδια* enim Græce, unde et cardines dicuntur, *cor* vocatur. « In illa die, dicit Dominus, multi morientur, in omni loco projicietur silentium. » *In illa die multi moriuntur*, quia in illa interioris hominis illuminatione sit præpes interitus superflua cogitationis. *Silentium* in Scripturis dicitur, quando

neque prece neque vita quisquam Deo loquitur. Unde est : « Dum medium silentium tenerent omnia (*Sap. xviii, 15*). » Hoc silentium in omni loco projicitur, cum ab omni mente quæ non horarie sed localiter Deo servit, hæc prava taciturnitas execrationi habetur.

VERS. 4. — « Audite hoc qui conteritis pauperem, » et deficere facitis egenos terræ. » Quod est dicere : Intelligant hæc qui paupertatem spiritus per superbiam hypocrisis obtulerunt, et eos motus, qui se divini auxilii fatentur egenos, et de sua crebro terrenitate causantur, a Deo delicere faciunt.

VERS. 5. — « Quando, inquit, transibit mensis » et venundabimus merces. » Mensem transire desiderant **☉☉** qui hanc virtutum collectionem exinaniri intra sinum mentis exoptant, ad quod plane æstuarum affectualitates solent. Tunc merces venundant, cum bonæ exhibitionis opera mentes laudis avaras, ejusdem causa recipiendæ, pro pretio ostentant. « Et sabbatum, (subaudis quando veniet) et » aperiemus frumentum, ut imminuamus mensuram, et augeamus siclum, et supponamus stateras dolosas? » *Sabbatum* quæritur, cum ex lege membrorum a bono opere requies miseranda captatur. Tunc *frumentum* aperitur, cum fructuositas interior ad lucra favoris expanditur. Mensura imminuitur, cum sancti propositi modus in ipsa intentione deponitur. Siclus augetur, cum diabolicæ suggestionis nummus ad mores gratanter admittitur. Statera dolosa supponitur, cum ad excusandas excusationes in peccatis Scripturas adhibemus (*Psal. cxi, 4*). Stateræ enim ideo in psalmo ponuntur, ut est : « Mendaces filii hominum in stateris (*Psal. lxi, 10*), » Ibi enim nostra facta appendimus. Solum nimirum cum a pio studio torpore volumus, dicere illud sapientis : Onus, inquit, super te ne levaveris, cum necdum profecto boni initii rudimenta cæperimus.

VERS. 6. — « Et ut possideamus in argento egenos et pauperes pro calceamentis, et quisquillas » frumenti vendamus. » In argento egenos possident, cum per falsas Scripturarum interpretationes, ad remissionem vitam quoslibet doctrinæ et rationis intorquent, per quod eos sibi incorporando possident. *Pauperes pro calceamentis* itidem possident, cum veræ humilitatis amicos verborum suorum lenocinio, mortuis operibus addicere student. *Quisquillas frumenti* vendunt, cum extrema, et quasi carnaliter dicta Scripturarum exempla, ad audientium traductionem exponunt.

VERS. 7. — « Juravit Dominus in superbia Jacob. » Si oblitus fuero usque ad finem omnia opera » eorum. » In superbia Jacob Deus jurat, cum timorem eorum, qui de supplantatione vitiorum gloriantur, ad jus debitæ ultionis vocando reflat. *Omnia opera eorum usque ad finem* non obliviscitur, quia etsi interim videtur oblivisci, et finem tamen, id est omnimodis ab ejus nequaquam judicio obliterari permittuntur.

VERS. 8. — « Nunquid super istud non commove-

A » bitur terra, et lugebit omnis habitator ejus? » *Super istud terra* movetur, cum nulla non mens peccatoris sub tanta comminatione terretur. Et quid mirum si peccator timet, cum etiam *omnis habitator* ejusdem terræ, id est qui ipsi peccato ad integrum dominatur, fugiet? *Terra* enim pro peccante, et *habitare* pro dominari solet poni. « Et ascendet quasi fluvius universus, et ejicietur, et defluet » quasi rivus Ægypti. » *Quasi fluvius universus* ascendit, cum ipse *habitator* non dimidiis, sed *universus* instar fluvii omnia præcipitantis adversa, ad superna virtutis erumpit. Et isdem ejicitur, cum a pristina terrenitate, vel peccato secluditur. *Quasi rivus Ægypti*, haud dubium quin terra, quæ inhabitari, id est possideri debet, defluit, cum peccati delectatio, quæ de præsentis sæculi Ægypto derivatur, in seipsa deficit.

VERS. 9, 10. — « Et erit in die illa dicit Dominus : » Occidet sol in meridie, et tenebrescere faciam » terram in die luminis. » *Erit*, vera scilicet essentia constabit, in die illa, id est in luce interna præ oculis semper habenda, et ideo pronomine demonstrativo notata. *Occidet sol meridie*, æstus videlicet tentationis decidet sub calore aspirationis supernæ. In die luminis terra tenebratur, cum excandescente ad Dei amorem conscientia sordent, et erubescere faciunt hominem tenebrarum quæ exercuit opera. « Et convertam festivitates vestras in luctum. » Cum gaudia sæculi compunctionis rediguntur ad stimulum. « Cantica vertuntur in planctum, » cum delectationes in quacunque re mundiales, nullum amuræ spiritualis valent reperire suffugium. « Et » inducam super omne dorsum vestrum saccum, et » super omne caput calvitium : et ponam quasi » luctum unigeniti, et novissima ejus quasi diem » amarum. » *Super omne dorsum eorum saccum* Deus inducit, cum in perversa eorum patientia, qua juxta alium prophetam, semper ad diabolorum transitum incurvantur (*Isa. li, 23*); hoc enim dorsum significat; peccati jugis asperitas conficitur. *Super omne caput calvitium* inducitur, cum discretivæ cogitationes, quæ pudori nostro consulunt, et ac si capilli frontem muniunt, a mente, quæ caput est, ignominiose excidunt. *Quasi luctum unigeniti* Deus eam ponit, cum illam, quæ per caput significata est, conscientiam singulari lapsæ rationis damno supponit. Nota quod de genere transit ad genus, sicut illud est, quod David quærens tabernaculum Domino, in Ephrata dicitur invenisse eam (*Psal. cxxxi, 5, 6*); pro *significante* interserens *significatam*. *Novissima ejus quasi diem amarum* ponit, cum satietatem peccati, quam pœnitudinis acerbitas solet sequi, amarissime facit doloribus suspicionis addici. Et recte dies amarus, voluptatis hilaritas præmissa meroribus.

VERS. 11. — « Ecce dies veniunt, dicit Dominus, » et emittam famem in terra, non famem panis, » neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. » « Ecce, id est in hoc ipso tanti torporis habitu, dies,

non claritatis, sed malorum manifestationis *veniunt*; et ab interiori miseria *emittam* inopiam externæ desolationis in opera, ubi a nemine intelligatur, non victus corporalis **¶** inedia, sed verbi Dei, id est internæ dulcedinis medullitus gustandæ penuria.

VERS. 12. — « Et commovebuntur a mari usque » ad mare, et ab aquilone usque ad orientem. » A mari usque ad mare commoventur, cum ab anxietate facinoris perpetrati, usque ad extremi timorem iudicii continua cordium discursione citantur. *Usque ad orientem* quoque ab aquilone procedunt, cum a diabolicæ desperationis gelu ad Dei misericordiæ orientem respirare contendunt. « Circuibunt quærentes verbum Domini, et non inveniunt. » *Verbum Domini* quærendo circumeunt, sed non inveniunt, cum divinitus sibi Deum illabi appetunt, sed per mundi appetitus circumire non desinunt; quem quidem non inveniunt, quia dissimiliter quam quæri debuerat, quærent.

VERS. 13. — « In die illa deficient virgines pulchrae, et adolescentes in siti. » In die illa non intimæ lucis, sed ultionis manifestæ, *virgines pulchrae* deficient, cum subtiliora, et quasi delicatiora, quæ Apostolus vocat charismata meliora (1 Cor. xii, 31), spiritus nostri dona dispereunt. *Adolescentes* etiam in siti deficient, cum fortia quæque, sed per hypocrisim facta, ab interna ariditate subsidunt.

VERS. 14. — « Qui jurant in delicto Samariæ, » quia firmiter perseverare sine fructu interiori deligunt in simulacro exterioris custodiæ. Samaria enim *custodia* dicitur. « Vivit, inquit, Deus tuus Dan, » et vivit via Bersabee, et cadent, et non resurgent » ultra. » Dan interpretatur *judicium*. Bersabee autem *puteus satietatis*. Ac si dicerent: Hi qui sibi Dei misericordiam post longam hypocrisim circa finem pollicentur, o terribile iudicium, *Deus tuus*, qui salutem cuilibet quacunque hora ingemisset spondit, *vivit*, quia heri et hodie ipse est (Hebr. xiii, 8); idem quod promisit facere potens; sed et *via*, id est actio putei satietatis, id est gloriæ temporalis advivit, plurimum infirmis mentibus sui commoditate valens. Ideo, ait propheta, *cadent et non resurgent ultra* quia non debent divina restringere sub suo velle iudicia.

#### CAPUT IX.

VERS. 1. — « Vidi Dominum stantem super altare, » et dixit: Percute cardinem, et commoveantur » superliminaria. » Dominus *super altare* stat, cum ægre ferens dura animadversione proposita perversa impugnat. Pro altari enim habent, quidquid hypocrisitæ novi instituti magnum apud se censent: Qui enim stat in Synagoga Deorum, ipse etiam dijudicat (Psal. lxxxii, 1). Percuti *cardinem* jubet, ut *superliminaria commoveantur*, cum prædicationum spiculis corda præcipit vulnerari, in tantum siquidem, ut etiam exterior habitus commutetur. « Avaritia » enim in capite omnium, et novissimum eorum in » gladio interficiam. » Quod *super cardinem*, hoc

A istic caput, quod *superliminaria*, hoc hic *novissimum* appellat. *Avaritia in capite omnium* est, cum honoris et favoris ambitio principali mentium intentioni subest. *Novissimum eorum in gladio* interficitur, cum corpus, quod ideo *novissimum* dicitur, quia magis quam mens contiguum esse dignoscitur, lethali peccato addicitur. « Non erit fuga eis. Fugiet, et » non salvabitur ex eis qui fugerit. » Fuga hypocrisis non est, cum illic timore trepidant, ubi timor non est. Fuga namque animi timor est. Tamen fugiunt, quia suæ laudis sola damna metuunt. Qui vero fugerit, non salvatur, quia quisquis hoc modo timuerit, nequaquam a Dei iudicio, quod plerumque peccata propalat, contutatur.

B VERS. 2. — « Si descenderint usque ad infernum, » inde manus mea educet eos. » *Ad infernum* descendunt, qui nulla pietate ad Dominum resipiscunt. Inde *manus Dei eos* educit, cum quo desperatiores sunt, tanto facilius is. Qui educit vinctos in fortitudine, et in sepulcris habitantes eos eruit (Psal. lxxvii, 7). « Et si descenderint usque ad cælum, inde detraham eos. » *Ad cælum* ascendens inde detrahitur, qui elatus in superbiam ut, juxta Job, caput ejus nubes tangat (Job xx, 6), quasi sterquilinum in fine disperditur.

VERS. 3. — « Etsi absconditi fuerint in vertice » Carmeli, inde scrutans auferam eos. » Carmelus interpretatur *mollis*; vertex autem *superbiam* signat, ut est illud quod psalmus verticem capilli appellat (Psal. lxxvii, 22). In vertice Carmeli absconduntur, qui de suo fragili opere in sua cogitatione lætantur. Inde *scrutans eos* Deus aufert, cum eos intra se media ratione super suo turpi actu discutiens, a pristinis fœditatibus dimovet. « Etsi celaverint se ab » oculis meis in fundo maris, ibi mandabo serpenti, » et mordebit eos. » *In fundo maris ab oculis Dei* se celant, qui in extremis et despiciabilioribus sæculi vitiis, quibus Deum amaricant, dignationem divinæ visitationis, abdicata a se penitus omni confessione sequestrant. *Ibi Deus serpenti* mandat, *eosque* mordeat, cum carnali nostro affectui instinguendo denuntiat, ut miseram rationem, cujus astutia se hactenus male oculuit fastidiendo quæ fecit, excruciet. Iste est serpens, qui Evam, id est voluntatem seduxit, et ejus calcaneo quotidie insidiatur.

D VERS. 4. — « Et si in captivitatem abierint coram » inimicis suis, ibi mandabo gladio, et occidet eos. » *In captivitatem coram inimicis* abeunt, qui a sui exuti libertate arbitrii plus etiam apud se peccare deliberrant, quam dæmones ipsi suggerant qui aptivaverunt. *Ibi gladio Deus* **¶** mandat, *eosque* occidit, cum infelicibus peccandi opportunitatem laxat interituique permittit. « Et ponam oculos meos super » eos in malum, et non in bonum. » Super eos *oculos suos* Deus ponit, cum hos prælibatos quinque peccandi modos, non tam anii adversorie quam propitiabiliter aspiciet. Hæc *in malum non in bonum* facit, dum eis non bona quæ per hypocrisim per-



agere, sed malas intentiones quibus illa fecere proponit.

VERS. 5. — « Et Dominus Deus exercituum, qui tangit terram, et tabescet; et lugebunt omnes habitantes in ea. » Dominus, inquit, Deus exercituum est, qui potentiarum, prout libuerit, quarumque efficax est. Unde et cum tetigerit terram tabescit, quia cum manum suam per conscientiae foramen, juxta illud Cantici canticorum, immiserit (*Cant.* v, 4), ac tactum ejus venter peccatoris intremiscit, et quasi ex sui consideratione tabescit. « Tangit enim montes et fumigant (*Psal.* ciii, 32), » respicit et facit tremere terram, *Omnes habitantes in ea* lugent, cum etiam qui corpora sua bene regunt, in omni suo bono actu nisi luctu digna vident. Si justus vix salvatur (*I Petr.* iv, 18), non ergo mirum si peccatores timent. « Et ascendet sicut rivus omnis, et defluet sicut fluvius Ægypti. » Hic versus, et medietas præcedentis supra expositus est. Ascendit sicut rivus omnis, cum omnis qui corpus suum castigat, et in servitutem redigit (*I Cor.* ix, 27), pleno ad Deum fertur impetu intentionis. Sicut fluvius Ægypti defluit, cum astutia illa, qua configurabatur sæculari scientiæ, ex toto in eo deperit.

VERS. 6. — « Qui ædificat in celo ascensionem suam, et fasciculum suum super terram fundavit. » In celo ascensionem suam ædificat, cum in electorum pectore, qui, sicut cælum, sibi sunt sedes, virtutum instrumenta multiplicat, per quæ non solum in horum sensibus provehatur, sed eos ipsos ad sui notitiam promoveri faciat. Fasciculum suum super terram fundat, cum in corpore nostro totius boni exercitii materiem per sanctæ religionis vincula constringit et solidat. « Qui vocat aquas maris, et effundit eas super faciem terræ, Dominus nomen ejus. » Aquas maris Dominus vocat, cum quosque leves et fluidos, et sentina putidæ conversationis amores ad suæ institutionis studium provocat, quas tantum gratiæ suæ condimento dulcorat ut eas super faciem terræ effundat, id est ante faciem quorumque bonorum, qui juxta Apostolum, sunt Dei cultura (*I Cor.* iii, 9), eos pro exemplo exponat. Nec id injuria. Ipse est enim Dominus, sic re ut nomine, cui subest, cum voluerit, posse.

VERS. 7. — « Nunquid non, ut filii Æthiopum, vos estis mihi, dicit Dominus, filii Israel? » Filii Israel Æthiopum filii Deo fiunt, cum hi, qui cum Deo suis motibus principari debuerant, immutabiliter in peccati nigredine perseverant. Israel, princeps cum Deo, dicitur, qui ad obstinatos hypocritas sermo dirigitur. « Nunquid non Israel ascendere feci de terra Ægypti, et Palæstinos de Cappadocia, et Syros de Cyrene? » Israel ascendere de terra Ægypti Deus facit, cum de sæculi mœroribus ac tenebris ad se videndum Deus assurgere facit. Palæstini de Cappadocia eruuntur, cum de frigore infidelitatis ad hoc ut mundanæ voluptatis portione concidant, aliqui, educuntur. Palæstini potione cadentes dicuntur; Cappadocia autem aquilonalis

regio est. Syri, Cyrene similiter evocantur, vel ut, juxta aliam translationem (LXX), dicam, de fovea, in qua tenebantur, cum superbi quique de imis vitiorum eruti; vel, quod Cyrene sonat, de hæreditaria sorte diaboli per baptismum exempti, intra superbiæ sublimitatem remanere sinuntur. Quod totum ac si diceret: Ne extollamini quia vos de Ægypto eduxerim, meminisse debetis quod et alias communes qualibet personam de gravibus malis ad faciliora sæpe transtulerim.

VERS. 8. — « Ecce oculi Domini Dei super regnum peccans, et conteram illud a facie terræ. » Ne elevemini, inquam, hypocritæ pro vestra fucata continentia, quia ecce oculi Domini super regnum peccans, id est judiciaria Dei perspicacitas super eos qui se exterius rexisse videntur, et tamen ex eo ipso regimine in elationis foveam demerguntur. A facie terræ regnum conteritur, cum justo Dei judicio etiam ad humanas usus præensa castitas adnullatur. « Verumtamen conterens non conteram domum Jacob. » Ac si dicat: Licet vos plurimam sanctioniam habere permittam, et electos meos, qui vitia supplantare nituntur, aliquoties cadere sinam, conterens tamen exterius, introrsum omnino non conteram, sed faciam eis casum standi materiam. Jacob, supplantator est.

VERS. 9. — « Ecce ego mandabo, et concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro, et non cadet lapillus super terram. » Deus mandat, cum minime fieri vetat. In omnibus gentibus domum Israel concutit, inter omnia pene vitia conscientiam hypocritæ plerumque collidit. Et hoc fit sicut triticum in cribro concutitur, in quo bonorum naturalium fruges a paleis et sordibus vitiorum Deo discernente purgantur. Sed non cadit lapillus super terram, quia obduratio animi non excedit, ut pertingat usque ad peccati et terrenitatis suæ notitiam.

VERS. 10. — « In gladio morientur omnes populi peccatores mei, qui dicunt: Non appropinquabit, non veniet super nos malum. » Quod est dicere: Quicumque sibi immunitatem a pœna peccati, quasi pro vitæ merito sibi spondent, pro sua securitate capitalis criminis gladium incident.

VERS. 11. — « In die illo suscitabo tabernaculum David, quod cecidit, et reædificabo aperturas murorum ejus, et ea quæ corruerant, restaurabo. » In die illo tabernaculum David quod cecidit suscitatur, cum in illa illuminatione interna, qua, dum superbit impius, ad sui claritatem velut anrum incenditur pauper (*Psal.* ix, 23), sancta militia cujuslibet manu fortis, quæ desidia effluerat, innovatur. Aperturas murorum ejus reædificat, cum mentis hiatus, per quos admittebatur prava suggestio, litura virtutis accopulat. Quæ corruerant restaurat, cum damna peccati penitudinis impensione reintegrat.

VERS. 12. — « Et reædificabo eos sicut in diebus antiquis, ut possideant reliquias Idumææ et omnes



› nationes, eo quod invocatum sit nomen meum › super eos. › *Sicut in diebus antiquis eos* reedificat, cum ad exemplum supercœlestis Jerusalem, cujus diebus, id est virtutibus, ut sic dixerim, nihil æternius, eos qui militiæ illi inequant instituit et reformat. *Ut possideant reliquias Idumææ, et omnes nationes*, terrenitatem videlicet sui corporis, et concupiscentias per corpus evagantes. Et hoc, *eo quod invocatum sit nomen meum super eos*, id est non suo nomini peccati victoriam ascripserunt, sed ante thronum Dei coronas suas ipsi soli gratulandi, de sui laboris prosecutione miserunt.

VERS. 13. — « Ecce dies veniunt, dicit Dominus, › et comprehendet arator messorum, et calcator › uvæ mittentem semen. › *Dies veniunt*, cum menti claritates internæ succedunt. Comprehendit *arator messorum*, cum exercitium boni operis, etiam necdum promotum studio, jam boni operis, secure operiri incipit messionem. Quod illi statui obviare videtur, quo perfectissimis ante Christi adventum negari solere cognovimus cœlestis patriæ mansionem. *Calcator uvæ mittentem semina* comprehendit, cum is, qui divinæ gratiæ nectar per novæ compunctionis affectum a sua mente extorquet et elicit, illum, qui doctrinæ salutaris spargit semen, fervore pii desiderii æquiparare contendit. « Et stillabunt montes › dulcedinem, et omnes colles culli erunt. › *Montes dulcedinem* stillant, cum excellentes in contemplatione animi, de supernæ gloriæ gaudio sensim, et quadam verborum lentitudine, tractant. Et hæ sunt scintillæ apud Ezechielem æris candentis (*Ezech. i, 7*). Et quid aliud quam stillare videtur, qui quod de Deo sentit, neutiquam elucubrare permittitur? *Omnes colles culti* sunt, cum ab eorum stillicidio nihil

A agreste, nihil insolens, nihil incompositum residere in subditorum mente conspicitur.

VERS. 14. — « Convertam captivitatem populi mei › Israel, et ædificabunt civitates desertas, et habitabunt in eis. › *Captivitatem populi* sui Deus convertit, cum qui captivos nostros duxerant animales motus, ipsi captivi abducuntur ad liberi arbitrii rationales nutus. Unde est : « Captivam, inquit, duxit captivitatem (*Ephes. iv, 8*). *Civitates desertas* ædificant, cum sensualitates Dei contubernio desolatas, contra lotius incursum vanitatis instaurant. *In eis* inhabitant, cum eas sollicita custodia frequentantes, suæ ditioni fixa deliberatione subjugant. « Et plantabunt vineas, et bibent vinum earum, et facient › hortos, et comedent fructus eorum. › *Vineas* plantant, qui causas æternæ lætitiæ pie collaborando propagant. *Vinum earum* bibunt, cum spei gaudium sempiternæ inde præsumunt. Inde debriantur, cum ad anteriora tendentes, ea quæ retro sunt obliviscuntur (*Philip. iii, 13*). *Hortos* faciunt, cum ad fortia, et etiam corporalis exercitationis studia sese proripiunt. *Fructus eorum* comedunt, cum de labore forastico, et de beneficentiæ in proximum impendio, de cœlesti menti securitas etiam impræsentiarum innascitur bravio.

VERS. 15. — « Et plantabo eos super humum suam, › et non evellam eos ultra de terra quam dedi eis. › *Super humum suam* eos plantat, cum immobiliter eis suorum corporum, ne ulterius præter modum rebellia fiant, dominium donat. *De terra quam dedi eis ultra* eos non evellit, quia quam promisit mitibus possidendam (*Matth. v, 4*), eorum videlicet corporum terram æterno eis jure præfixit.

EXPLICIT AMOS PROPHETA.

## PROLOGUS AD LIBRUM QUINTUM.

¶ 43 Beatissimus Jeremias, qui, ex ipso matris utero sanctificatus et propheta gentibus destinatus, in ævum sub evangelica virginitate produxit, qui, secundum inolitam sibi puritatem, tanto acutius sese ad interna proripuit, quanto ab externo fœdere, et prosperitate mundana, pro temporis incommodo, et corde pudicissimo secretior fuit. Unde sanetæ infortunium civitatis ad interioris hominis conferens lapsum, quadruplex mysticis doloribus adhibuit alphabetum, ut quem quatuor elementorum immoderantiis ruisse compererat, per evangelicum cataplasma sanaret, et qui Decalogum duplicitatis transgressione calcaverat, sub evangelica se dualitate restringeret. Viginti enim duæ litteræ cum sint, deutereseos excessum, quæ legis sacræ sinceritatem traditionum novitate corruerat, vicenario signat;

D sed cum ad charitatem Dei et proximi mens compuncta, et excidii sui lacrymabiliter recordata redigitur, interius exterminium gemini præcepti brevitate reparatur. Nos ergo deutereseos omittentes et hypocrisim, quæ suis coloribus plurimos in Ecclesia conduplicat, assumentes, in casus et damna mentium, quæ in quotidiana vastatione perpetimur, subtiliter invehamur, et simulationis rugam, qua ad Deum quidem angustamur, ad sæculum vero pessima vicenarii multiplicatione replicamur, de proximo euntes in Deum, in amicos et inimicos multa quaquaversum liberalitate tendamur. In defectu ergo urbium, ruinas meditemur animorum, et videamus quid primus nobis character insinuet, ex quo uti de cæteris constat, quia subjecta sententia pendet. Ergo sancto nos Spiritu accingente pergamus.

## LIBER QUINTUS.

## TROPOLOGIÆ IN LAMENTATIONES JEREMIÆ

## CAPUT PRIMUM.

## ALEPH.

VERS. 1. — « Quomodo sedet sola civitas plena » populo, facta est quasi vidua domina gentium, » princeps provinciarum facta est sub tributo? » Aleph interpretatur *doctrina*. *Civitas plena populo sola sedet*, cum mens cogitationum stipata frequentiss, sola et incomitata absque doctrinæ salutaris meditatione subsidet, dum ad reparandam mentis quietem tumultusque sedandos nulla vi per se asurgere valet. Unde cuidam malæ virgini dicitur : » Sede in pulvere (*Isai. XLVII, 1*). » Solus namque nemo est, qui sacri eloqui intra se compos est. *Dominus gentium quasi vidua* fit, cum ratio, quæ vitiorum gentibus discretionis sceptro præsidere debuerat, expers divini seminis, et Deo conjuge vacat. *Princeps provinciarum fit sub tributo*, cum illa, quæ provinciis exteriorum sensuum, qui in Evangelio quinque civitates appellantur (*Luc. XIX, 19*), efficitur obnoxia peccato. De quo tributo dicitur : De necessitatibus meis libera me (*Psal. XXIV, 17*).

## BETH.

VERS. 2. — « Plorans ploravit in nocte, et lacrymæ ejus in maxillis ejus. » Beth interpretatur *confusio*. In nocte plorat, qui in confusione peccati mentis acumen quasi capitis oculos ab humore pietatis extenuat. *Lacrymæ ejus in maxillis ejus* sunt, cum ad aperta dispendia animorum interioritates defluunt. Unde de iniquo quolibet dicitur : In vita sua projecit intima sua. « Non est qui consoletur » eam ex omnibus charis ejus. » *Ex omnibus charis ejus non est qui consoletur*, cum ex universitate virtutum, in quibus sola vera charitudo penes nos reperitur, non est aliqua residua quæ nos ad spem refovere videatur. « Omnes amici ejus spreverunt eam, » et facti sunt ei inimici. » *Omnes amici ejus eam spernunt*, cum motus rationales, quos vere amicos, si se continerent, habere potuerat, ob fœditatem suæ actionis animum detestando confundunt ei inimici, cum, licet quod agunt et quod cogitant habeant execrationi, non succurrendo tamen ejus infami negotio perseverant inimici.

## GHIMEL.

VERS. 3. — « Migravit Judas propter afflictionem » et multitudinem servitutis, habitavit inter gentes, » nec invenit requiem. » Ghimel interpretatur *retributio*. *Propter afflictionem, et multitudinem servitutis* Juda migrat, cum propter flagitiorum et scelerum creberrimos in mente recursus, confessionis omnino virtus amittitur. Sic enim Judas interpretatur, taliterque pessima vita pejoris sensus retribu-

A tione damnatur. *Inter gentes habitat*, dum malæ conversationis barbariem peccando frequentat. *Requiem non invenit*, quia in miseris non subsistit. » Omnes persecutores ejus apprehenderunt eam inter angustias. » Mens angustatur, cum hinc inde pravo appetitu irruente vexatur. *Inter has angustias persecutores ejus eam* apprehendunt, cum quæcunque irruerint vitia eam sibi subjugare non desinunt.

## DALETH.

VERS. 4. — « Viæ Sion lugent eo quod non sint » qui veniant ad solemnitatem. » Daleth interpretatur *timor*. *Viæ Sion lugent*, cum illæ, quæ quondam fuerant mundi cordis puritates, per quas itur in divinas, quod est Sion *speculationes*, nil de gaudio cælesti prægustant, sed male sibi consciæ nil aliud norunt, nisi continuos parturire timores. Ex eo autem *lugent*, quod non sint qui veniant ad solemnitatem, ea enim causa et remotæ lætitiæ, quia nullius respiratio virtutis occurrit, quæ ad contemplandum spiritus, et animæ cogitationum quoque, et intentionum tanquam solemnium diei frequentiam nos ducere possit. « Omnes portæ ejus destructæ. » *Portæ ejus omnes* destruuntur, cum a debitæ continentie statu sensualitas tota diruitur. De quibus legitur : « Attolite, inquit, portas, principes, vestras (*Psal. XXIII, 7, 9*). » — « Sacerdotes ejus gementes, virgines ejus » squalidæ. » *Sacerdotes ejus* gemunt, cum intellectualitates ejus, quarum erat officii sacrum sibi præbere ducatum, non nisi digna gemitu tractare persistunt. *Virgines ejus* sunt *squalidæ*, cum fides et spes, quæ solæ incorruptæ resedissee videntur, squaloribus vitiorum indesinenter addicuntur. Nec id injuria, nam *ipsa oppressa amaritudine*. *Amaritudine* opprimitur, quæ nulla supernæ dulcedinis affectione conditur.

## HE.

VERS. 5. — « Facti sunt hostes ejus in capite » inimici illius locupletati sunt, quia Dominus locutus est super eam. » He interpretatur *esse*. *In capite ejus hostes* fiunt, cum in mentem, qua sicut capite membra regimus, et in qua substantiam, ut ita dixerim, vere essendi in Deo accipimus, obsidionem imo possessionem peccatorum admittimus. Ille enim non esse dici potest, qui internæ veritati sincere vivendo non coest. Unde de diabolo dicitur : « Habitent in tabernaculo socii ejus qui non est (*Job XVIII, 15*). » *Inimici illius locupletati sunt*, cum de ea quam nobis subripuerint dæmones virtute superbiunt. Et hoc fit, quia *Dominus super eam* loquitur, quod scilicet suæ merito nequitie ad opprimendam eam sententia datur. « Pro multitudine [*al.*, propter

» multitudinem] iniquitatum ejus, parvuli ejus ducti  
 » sunt in captivitatem ante faciem tribulantis. »  
*Parvuli* ducuntur in captivitatem, cum idiotæ quilibet per eorum devia fiunt extra arbitrii libertatem, ut necessitate peccent, quod contraxerint voluntate. Et hoc *pro multitudinē* his accidit *iniquitatum*, ut se quilibet a jure sui sensus sentiat captivitatum. Ducuntur autem *ante faciem tribulantis*, cum ardentior est impetus peccare volentis, et longe subsequatur diaboli suggestio attentantis. In terram enim spatiosam, et latam, juxta illud Isaianum, quasi pila mittuntur (*Isai. xxi, 18*). Ipsi etiam auram pravæ aspirationis sibi generare dicuntur.

## VAU.

VERS. 6. — « Et gressus est a filia Sion omnis  
 » decor ejus, facti sunt principes ejus velut arietes  
 » non inventientes pascua. » Vau interpretatur *ipse*.  
*Ipsē* autem proprietatem ejus semper quo dicitur, insinuat. Unde *egressus a filia Sion omnis decor ejus* dicitur, cum ab ea mente, quæ cœlestium speculatorum, aut olim fuerat, aut esse potuerat, si Deo inniteretur filia, hoc ipsum, quod in Dei conspectu personalitatem sibi, et, ut ita dicam, substantivam quamdam proprietatem exstruit et ædificat, Dei videlicet gratiam, quam solam ipse concupiscit speciem, intima pestis eliminat. *Velut arietes principes ejus* sunt, cum sensus ejus exteriores duces universæ ejus operationis fiunt. Arietes enim ducatum gregi præbere solent, et hunc quinarium habet Samaritana conjugem (*Joan. iv, 18*). Hi *arietes* non inveniunt *pascua*, nimirum vitalia, nec requirere quidem gestiunt alimenta. « Et abierunt absque fortitudine » ante faciem subsequentis. » *Absque fortitudine* abeunt, cum absque ulla rebellionē spiritus diaboli suggestionibus cedunt. *Ante faciem etiam subsequentis* abeunt, cum ante experientiam malignæ adhortationis, quasi præsentiam faciei suis ipsorum motibus utro succumbunt.

## ZAI [al., ZAIN].

VERS. 7. — « Et recordata est Jerusalem dierum  
 » afflictionis suæ, et prævaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat a diebus antiquis. » Zai interpretatur *huc*, illud innuens, animam lapsam meminisse debere, unde et quo lapsa sit, quod scilicet *huc* 245 semper oculum retorquere necesse sit. Ideo, inquit, convertetur populus meus *huc* [al., hic] (*Psal. lxxii, 10*). *Jerusalem dierum afflictionis suæ* recordatur, cum mens, quæ aliquando visionem pacis attigerat, suæ dejectionis reminiscitur. Recordatur autem *dierum*, id est quarumcunque discretionum, antequam cæcutirent oculi intentionum, quod solet fieri in primordiis tentationum. *Prævaricationis omnium desiderabilium* suorum recordatur, cum internæ opulentia gazas, quæ modo animorum prævaricatione turbantur, et quæ a diebus antiquis, id est antequam mens prorsus tenebrasceret, habebantur, miserabiliter, sine effectu tamen aliquo, ad memoriam revocare videntur. *Desiderabilia non alia sunt quam interiora bo-*

*na*, quæ Apostolus vocat meliora charismata (*I Cor. xii, 31*), et quæ filia regis ab intus sunt gloria (*Psal. xlii, 14*). « Cum caderet populus ejus in manu hostili, et non esset auxiliator. » Cedit *populus ejus in manu hostili*, cum cogitationum vulgus lascivens fracto bono proposito cedit diabolicæ parti. *Non est auxiliator*, cum deest spiritus repugnator. « Viderunt eam hostes, et deriserunt Sabata ejus. » *Hostes eam vident*, cum malæ habitus mentis eis nullo modo displicent. *Sabata ejus* derident, cum eam sibi acquiescentem, et omni utili studio supersedentem, habere se gaudent.

## HETH.

VERS. 8. — « Peccatum peccavit Jerusalem propterea instabilis facta est. » Heth interpretatur *stupor*. Stupor autem insensibilitas est. Insensibilitas autem nil aliud quam reprobus sensus. Hoc ergo antonomastice *peccatum Hierusalem* peccat, et ideo fit *instabilis*, quia postquam a visione pacis internæ mens ruerit, per tentatorum impulsus huc illucque vagabunda discurrit. « Omnes, qui glorificabant eam, spreverunt illam, quoniam viderunt ignominiam ejus. » *Qui eam glorificabant*, virtutes sunt animi; hic eam spernunt, cum contemptu dignam argumento suæ desertionis ostendunt. *Quoniam*, inquit, *ignominiam ejus viderunt*, infamem scilicet ex obscena conversatione videri fecerunt. Sunt autem hujusmodi dicta secundum: illud « Abominabuntur me vestimenta mea (*Job. ix, 31*). » — « Ipsa autem gemens et conversa retrorsum. » Gemit cum misera mens difficultatem male operandi invenit. « Sub lingua, inquit, ejus labor et dolor (*Psal. x, 7*). » *Retrorsum* convertitur, cum ad præteritas potius voluptates retorquetur, quam spe ad anteriora tendatur.

## TETH.

VERS. 9. — « Sordes ejus in pedibus ejus, nec recordata est finis sui, deposita est vehementer, non habens consolatorem. » Teth interpretatur *exclusio*. *Sordes ejus in pedibus ejus* sunt, cum ab affectibus ejus peccati intentiones non desinunt. *Finis sui non* recordatur, cum a pravi sui status consideratione excluditur: hoc enim in præmissa littera adnotatur. Finem suum attenderet, si fructum studii sui quis sit futurus adverteret. *Vehementer* deponitur, quæ nunquam ad appetenda æterna levatur. *Consolatorem non* habet, cum inter tot miseras, nec virtutis quidpiam quo respiret, quin potius omni sancti Spiritus consolatione caret. « Vide, Domine, afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus. » Vox est sancti cuiuspiam, qui de lapsu alieno affligitur. Inimicus erigitur: secundum quod, illa, ut supradictum est, vehementer deponitur.

## IOTH [a., JOD].

VERS. 10. — « Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus, quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiam tuam. » Joth interpretatur

*desolatio*. Et plane desolatur, cum potestas, quod est manus hostilis, per interiora bona, quæ Deo desiderabilia creduntur, obvagatur. Quod ideo ei contingit, quia *gentes ingressas sanctuarium suum vidit*, id est nequitas quaslibet conscientiam occupantes, quæ templum Dei esse debuerat, æquanimiter t. l. t. Ea enim quæ exosa habemus, solemus dicere, quia videre non possumus. De his præcepit *Deus ne intrarent in ecclesiam suam*, qui etiam averti præcepit oculos ne viderent vanitatem, nedum ipsa vanitas admitteretur in mentem.

## CAPH.

VERS. 11. — « Omnis populus ejus gemens, et quærens panem, dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam. » Caph dicitur *incurvatus*, nec immerito. *Omnis enim populus ejus gemens panem* quærit, cum tota cogitatio sub cupiditatum fasce dolens temporalis jucunditatis alimenta circumlegit. Quo contra in Job legitur: « Abominabilis fit ei panis in vita sua (Job. xxxiii, 20). » *Pretiosa quæque pro cibo* dant, cum pro sæculari lascivia bona interiora, magna pretii, et mercis iniquitate dispensant. Hoc faciunt, ut *animam* refocillent, ut momentaneo scilicet voluptatis cujuslibet haustu, appetitui suæ animalitatis asserviant. « Vide, Domine, et considera quoniam facta sum vilis. » Sunt quidam, qui de hac sua incurvatione ac si vilitate, quasi de profundis ad Deum inclamando respirent. Videt Deus, cum videre nos facit; considerat, cum nos ad nostri considerationem reducit.

## LAMETH [al., LAMED].

VERS. 12. « O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, et videte si est dolor sicut dolor meus. » Lameth interpretatur *cor servitutis*. Per cor, quo sapimus, intelligentia; per servitutem peccati subjectio designatur. Per cor ergo servitutis cognitio est signata perversæ ad peccatum humilitatis. Unde operibus clamat: *O vos omnes qui transitis per viam*, qui per Christum videlicet, qui via est (Joan. xiv, 6), informati transigitis vitam, attendere, et videre documento, et exemplo me facite, quantæ dementiæ sit his me doloribus addici. Cum enim alii doleant pro suo quod commiserunt peccato, mihi, proh dolor! non tam mæror quam rabies innascitur; quod ad libitum peccare non valeo. Et hoc ideo « quoniam vindemiavit me » Dominus, totius utique pii exercitii, et cœlestis dulcedinis subripuit mihi fructus. « In die furoris sui Dominus, » hæc loquitur, cum in aperta suæ animadversionis sententia peccatum, et pœna peccati pariter quasi in die reteguntur.

## MEN.

VERS. 13. — « De excelso misit ignem in ossibus meis, et erudit me. » Men interpretatur *ex ipsis*. Ex ipsis plane est, quia ex ipsorum fit merito quidquid introrsum damni est. Unde de *excelso in ossibus* ignis mittitur, cum inter ipsa lapsus primordia, ignis cenodoxiæ de virtutum robore originem

sumens exoritur, qui *de excelso*, id est fastu superbiæ itidem generatur. Ignem enim sic accipi testis est propheta: « A voce, inquit, loquelæ grandis exarsit ignis in ea (Jer. xi, 6). » Erudit eum, cum de quo bono ceciderit, instruitur per peccati cujuslibet casum. Unde et Balaam de seipso: « Qui cedit, inquit, et sic aperiuntur oculi ejus (Num. xxiv, 4). » — « Expandit rete pedibus meis, convertit me retrorsum; posuit me desolatam, tota die mœrore confectam. » *Rete pedibus* expanditur, cum offendiculum coram his, qui voluntarie peccant, ponitur; et dum hinc expedire se nititur, ingruentium malorum maculis amplius irretitur. *Retrorsum* convertit, cum ad peccata veterana reliditur, Desolata ponitur, cum a Deo inhabitatore vacans diabolicæ voluntati prostituitur. *Tota die mœrore* conficitur, cum sub terreno onere ingemiscens toto die, id est jugiter, ab æternis exultationibus exsulatur.

## NUM.

VERS. 14. — « Vigilavit jugum iniquitatum mearum; in manu ejus convolutæ sunt, et impositæ collo meo. » Nun interpretatur *unicus*. Supra dixerat, quia de suæ æstimationis excelso, in ossibus interioris constantiæ, jactantiæ ignis exarserat, idcirco unicum se et singularem æstimabat. Proinde *in manu Dei jugum iniquitatum* ejus vigilat, quia usus perpetratæ nequitiæ, qui nos indesinenter opprimit et inclinat, irremedialibus nos curis exagitat. *Vigilare* enim *sollicitari* est. Hæc convolvuntur, dum iniquitatibus iniquitates admiscuntur. *Collo* imponuntur, dum in oppressionis consuetudinem universa trahuntur. « Infirmata est virtus mea; dedit me Dominus in manu, de qua non potero surgere. » Exinde *virtus* infirmatur, quia non est ulla vis cordis, quæ suborientibus vitiis refragetur. Dat nos *Dominus in manu de qua non possumus surgere*, cum semel servi facti peccati a jure ejus, cui nos submisimus, nequimus nos potestatis eruere.

## SAMECH.

VERS. 15. — « Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei; vocavit adversum me tempus, ut conterat electos meos. » Samech dicitur *firmamentum*. *Dominus de medio nostri magnificos* aufert, cum principales motus, quibus magna in medio nostri, in ipsa scilicet ratione geruntur, et quibus, juxta præmissæ litteræ sensum, in Dei dilectione firmamur, Deo judice subtrahuntur. Vocat *adversum nos tempus*, ut electos nostros conterat, cum temporali nos appetitu diabolicæ instinctu suggestionis irritans, et ea ab ipso opportune suppeditari permittens, quidquid insignis in animo, quidquid electus est demolitur et dissipat. « Torcular calcavit Dominus virgini filiæ Juda. » Torculari succus cujuslibet rei exprimitur. *Torcular* ergo *Dominus* calcavit, cum suo judicio eas quæ a nobis humorem totius pietatis eliciant et obstinatione indita passiones augmentant. Et hoc fit *virgini filiæ Juda*, confessioni videlicet non virili, quæ adversum

proponat, sed infructuosâ, quod virgo A  
fili, quæ partum suum ad vomitum re-  
eminat, vel annihilat.

## AIN.

. — « Idecirco ergo plorans, et oculus  
lucens aquam, quia longe factus est a me  
ur, convertens animam meam. » Ain,  
ur *oculus*. Plorat qui a se instinctum  
is internæ eliminat. *Oculus* ejus *aquam*  
im intentio, quæ cogitationes illuminat,  
n sapientiæ salutaris pedetentim rejicit.  
ad proposita littera oculum sonat, quia  
virtutum firmamenta dissolverat, et ocu-  
lentionis consequenter extenuat. Et hoc,  
is est a se consolator, dum enim spi-  
riolationis ab animo emittitur, quidquid B  
residui est, sempiternis indurationibus  
is consolator *animam* convertit, quia a  
l, nisi ejus inspiratione anima miseranda  
« Facti sunt filii mei perdit, quoniam  
inimicus. » *Filii* perduntur, *quoniam ini-*  
*luit*, cum quæ bene gesta videntur, non  
runtur, aut pro Deo gesta, diabolo nequi-  
te, retributione privantur.

## PHE.

. — « Expandit Sion manus suas, non  
consoletur eam. » Phe, interpretatur *er-*  
*rorem* exponens subjungit: *Manus*  
*expandit*, cum opera sua is, qui ad Deum  
im eatenus intenderat (hoc enim Sion C  
per hypocrisim, qua pejus nemo a vero  
anifestare concertat. Ideo *non est qui eam*  
quia super his laboribus, quos frustra  
illa penes Deum spe refovetur. « Mandavit  
adversum Jacob in circuitu ejus hostes  
facta est Jerusalem quasi polluta men-  
ter eos. » *Dominus adversum Jacob hostes*  
at, cum adversus eum, qui de vitiorum  
ione se jactat, hostilitatem tentationis *ex-*  
*andare* enim ejus *permittere fieri* est. Hos  
t ejus immittit, cum etiam exteriorem  
videnter sinit impediri. *Jerusalem* autem  
*la menstruus* est *inter eos*, cum intro foris-  
t, potissimum languet introrsum lper cogi-  
mos.

## SADE.

. — « Justus Dominus, quia os ejus ad  
im provocavit. » Sade, interpretatur  
ide sequitur: Quia *justus Dominus, qui*  
*iracundium provocavit*, juste videlicet ad  
inconveniens duxit, quia divina non pro  
lo quasi in faciem Deo maledixit. « Au-  
xero, universi populi, et videte dolorem  
Obsecrat universos populos ut audiant,  
ravæ operationis infamiam omnes solli-  
am contrat se Dei considerare sententiam.  
uit, *dolorem meum*, non quo ego miseriis  
nefas! indoleam, sed quod statum dolore  
icam. « *Virgines* meæ et *juvenes* mei abie-

PATROL. CLVI.

runt in captivitate, » quod est dicere: Si quid  
incorruptum in mea mente, si quid validum con-  
stansque resederat, hostis antiquus ab omni pio  
habitu abducendo captivat.

## COPH.

VERS. 19. — « Vocavi amicos meos, et ipsi dece-  
perunt me. » Coph, interpretatur *conclusio*. Plane  
concluditur a quo ubi respirare valeat minime in-  
venitur. Vocat enim *amicos*, et ipsi decipiunt, cum  
etiam sibi vult conciliare dæmonia, quo familiarius  
sibi subministrant vitia; sed in hoc ipso eum exitia-  
liter fallunt. « *Sacerdotes* mei et *senes* mei in urbe  
consumpti sunt, quæ quæsierunt cibum sibi ut  
refocillarent animam suam. » *Sacerdotes* ipsi sunt  
rationales motus ducatum menti ferentes. *Senes*,  
B itidem motus, vel in sensu, vel in corpore majori  
gravitate præeminentes. Hi *in urbe* consumuntur,  
cum intra conscientiam, ubi originem sumunt, divini  
verbi inedia periclitantur. Hi *cibum sibi* quærunt,  
ut *animam* refocillent, cum temporalia aucupantur,  
quibus suas animalitates sublevigent.

## RES.

VERS. 20. — « Vide, Domine, quoniam tribulor;  
» venter meus conturbatus est, subversum est cor  
» meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena  
» sum. » Res, *caput* dicitur. Videre Deum rogat,  
quoniam tribulatur, cum de profundis, ut supra  
diximus, resipiscens Deum aliquoties inclamitat ut  
videre, id est intelligere se faciat mortem, quæ intro  
grassatur. *Venter* conturbatur, cum animus, ne quæ  
C patitur valeat perpendere, obscuratur. In semetipsa  
cor ejus subvertitur, cum ratio, quæ in prætitulata  
littera caput dicitur, in sua ipsius contra vitia ratio-  
inatione confunditur. *Amaritudine* plenam se dicit,  
quia eam nulla supernæ dulcedinis gratia reficit.  
« *Foris* interficit gladius, et *domi* mors similis est. »  
*Gladius foris interficit*, cum executione cujuspiam  
capitalis admissi, efficientia eam corporalis inter-  
cipit. *Mors similis domi* habetur, cum exterius op-  
portunitati vacante peccante, peccandi introrsum  
maligna aviditate sævitur.

## SIN.

VERS. 21. — « Audierunt quia ingemisco ego, et  
» non est qui consoletur me. » Sin, interpretatur  
D *super vulnus*. *Super vulnus* autem est, cum super  
interioris hominis damna etiam adversitas corpo-  
ralis se infert. *Audire* in Scripturis mysticis, pro eo  
quod est *intelligere*, ponitur. Audiunt quia ingemi-  
scit, quia videlicet lapsa anima ad Deum respirare  
contendit. Audiunt etiam, quia *non est qui consoletur*  
eum, non superesse utique animo, qui super virtute  
interna consolari possit eum. « *Omnes inimici* mei  
» audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu  
» fecisti. » Quod est dicere: Omnes interioris ho-  
minis hostes, cum subintelligunt sibi hominem a Deo  
permitteri tentare, lætantur, quoniam quasi optionem  
eis intuleris. » *Adduxisti* diem consolationis, et *fient*  
» similes mei. » Deus tamen, si quando aliquam con-  
solationem resipiscendi captivæ menti inducat, ad

conformitatem illico ejus omnis affectualitatis motus, A qui hac illacque evagabantur, redigi constat. Correcta enim semel ratione, omnia ad idem contrahuntur.

## TAU.

VERS. 22. — « Ingrediatum omne malum eorum » coram te, et devindemia eos, sicut devindemiasti » me propter iniquitates meas. » Tau, dicitur consummavit. Consuminatur quod fini cuicumque addicitur. Quod fit, si omne diabolicæ voluntatis malum coram Deo, quod est ingredi, exaudiatur. Ut devindemientur, id est omnis eorum de me jocunditas annulletur, sicuti ipsi me, mea exigente nequitia, annullarunt. Multi enim gemitus mei, et cor meum mœrens, multi utique labores, quibus ingenio; et ipsa, quæ non nisi digna luctu agit, perturbatur ratio.

## CAPUT II.

## ALEPH.

VERS. 1. — « Quomodo obtexit caligine in furore » suo Domini filiam Sion, projecit de cœlo inclutam » Israel, et non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui. » Aleph, sicut superius, doctrina dicitur. Conqueritur ergo anima, et miratur quomodo obtexerit caligine in furore suo Dominus filiam Sion, quomodo utique permiserit obcæcari, per irrevocabilem animadversionis suæ sententiam supercœlestis olim Sion, id est speculationis filiam, et de cœlo, id est de superna conversatione, in terrenas concupiscentias dejecerit » eam quæ cum Deo dirigi cœperat animam. Scabelli pedum suorum in die furoris sui non recordari dicitur, cum pietatis antiquæ, quod videlicet in terra matrem, Patri cœternus, pro homine salvando suscepit, oblivisci videtur. Scabellum enim pedum pro Genitrice ejusdem benedictæ carnis accipitur. Unde est : « Adorate scabellum pedum ejus (Psal. xcviij, 5). » Prætitulata autem littera doctrinam exprimit, quæ caligine oblecta disperit, cui tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco (II Petr. i, 19), mens sanam sapientis intendit.

## BETH.

VERS. 2. — « Præcipitavit Dominus, nec pepercit » omnia speciosa Jacob, destruxit in furore munitiones virginis Juda, dejecit in terram, polluit » regnum et principes ejus. » Beth, dicitur domus haud dubium quin Dei. Hujus quondam vitia supplantantis omnia speciosa domus præcipitat, cum totius virtutis insigne debilitat. Parceret autem, si vel pia intentio resideret. Virgo Juda, confessio est infructuosa. Hujus munitiones in furore destruuntur, cum firmissimas rationes, quarum intuitu adversum se suas injustitias confitebatur, exuberante nequitia demolitur. In terram dejecit, cum ad terram solum sapienda destituit. Regnum et principes ejus polluit, cum intellectualitatis sedem, cum omni sensualitate, pravis delectationibus addici permittit.

## GHIMEL.

VERS. 3. — « Confregit in ira furoris omne cornu » Israel, avertit retrorsum dexteram suam a facie » inimici, et succendit in Jacob quasi ignem flammæ » devorantis in gyro. » Ghimel, interpretatur plenitudo, ea scilicet de qua dicitur : » Completæ sunt iniquitates Amorrhæorum (Gen. xv, 16). » Secundum hanc non causa correctionis, quæ irascitur non iratus, sed in ira furoris, quæ non reflectitur, omne cornu Israel confringitur, cum quidquid carnem excedens, quæ sursum sunt sapere poterat, in mente suburitur. A facie inimici dexteram suam retrorsum avertit, cum inter tentationes in quibus potissimum inimici virtus agnoscitur, memoria sanctæ perpetuitatis a corde recutitur. A facie enim cognoscimus, et dextera eligimur. Quasi ignis flammæ devorantis in gyro in Jacob succenditur, cum concupiscentiæ corporales per sensus et membra, in eo qui olim eas subvertere consueverat, excandescere permittuntur.

## DALETH.

VERS. 4. — « Tetendit arcum suum quasi inimicus, » firmavit dexteram suam quasi hostis, et occidit » omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ » Sion, effudit quasi ignem indignationem suam. » Daleth, interpretatur januarum, haud dubium quin exteriorum sensuum, per quos sæpe nostrum admittimus interitum. Quasi inimicus arcum suum Dominus tendit, cum futuri minas judicii, quasi securim ad radicem intentare non desinit. Unde est, « Dedisti, inquit, significationem ut fugiant a facie arcus (Psal. lix, 6). Quasi hostis dexteram suam firmat, cum ex nostræ intuitu malignitatis supernam nobis se occlusurum patriam, quasi, id est revera, hostis insinuat. Omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion occidit, cum quidquid in extrinseco opere, vel Deo, vel homini placere potuerat, ejus qui matri supercœlesti simulare debuerat, perditum ire sinit. Quasi ignem indignationem effundit, dum universa criminibus consummanda concedit.

## HE.

VERS. 5. « Factus est Dominus velut inimicus, » præcipitavit Israel, præcipitavit omnia mœnia » ejus, dissipavit munitiones ejus, et replevit in filia » Juda humiliatum et humiliatam. » He, dicitur suscipiens, non alia plane quam quæ intrudere voluerit diabolus influens. Unde et præcipitasse Israel dicitur, dum quidquid cum Deo directionis haberi valet in animo inclinatur. Directus enim Dei, vel cum Deo Israel sonat. Omnia mœnia ejus præcipitantur, dum exterior continentiae ejus pulchritudo dissolvitur. Munitiones ejus dissipantur, dum spiritualis custodiæ proposita annullantur. Humiliatum et humiliatam in filia Juda replet, cum dejecto spiritu, et etiam voluntate dejecta, effeminata confessio languidam mentem pro destructis munitionibus implet. Filia enim Juda confessio est inutilis et improba. Nota Hebraicum morem, quod dicitur in filia Juda replevit humiliatum et humiliatam, ut est

Replevit carnem pro ea (*Gen. II, 21*) » pro A tione manum suam non avertit, quia cum mens sua nos dicimus : *Replevit filiam Juda humiliata ata.* penes Deum non deprecatur exitia, evidens ullio cogitationi divinæ succedit. *Antemurale* luget, cum sensualitas exterior dolendo appetitui subjacet.

V A U.

6. — « Dissipavit quasi hortum tentorium demolitus est tabernaculum suum. » Vau, tatur *possessio*, quæ non est alia quam ipse scribitur hortus, cui quondam vitalis incre- uctus. *Quasi hortum ergo tentorium suum* cum avulsa vigilantie et timoris quasi se- cumstantia, suis mentem utilitatibus, ac si fructibus privat. Et merito *tentorium vel ulum* conscientiam, non domum vocat, quia verans, nil stabile apud se proposuit, quæ uum tam facili desertione debilitat; utraque regrinis et militantibus perfunctoria sunt. B ni tradidit Dominus in Sion festivitatem et um, et opprobrio in indignatione furoris gem et sacerdotem. » *In Sion festivitatem tum* oblivioni Deus tradit, cum in mente n devota, omnimodæ virtutis frequentiam et stium obliiterari permittit. Hunc diem solem- condensis 249 psalmus indicit (*Psal. cxvii*, adit etiam *opprobrio regem et sacerdotem*, rituali regimine prorsus extincto pariter t divinam, quæ nos ducit et docet in omni e, doctrinam.

Z A I N.

7. — Repulit Dominus altare, maledixit leationi suæ, tradidit in manu inimici muros C m ejus, vocem dederunt in domo Domini, in die solemnii. » Zain interpretatur *ali- Altare suum Dominus repellit*, cum animum bonæ voluntatis et fidei alimenta sumebat, emergente contemnit. *Sanctificationi suæ* t, cum id quod sanctitatis aliquando justo batur agnomine in defectum quotidianæ ationis adducit. Maledictio enim pro defectu sicut benedictio pro augmento. Per muros lia sensualitatum, per tures eminentia de- virtutum. Hæc *in manu inimici* tradit, cum dum subintrando occupare permittit. *Vocem* » *Domini sicut in die solemnii* dant, cum per eprobi dementiam in pessimis rebus exsul- on dicit *in die solemnii, sed sicut*, quia non D ta aliquibus in boni perpetratione operis in malorum executione lætitia.

H E T H.

8. — « Cogitavit Dominus dissipare murum sion, tetendit funiculum suum, et non aver- num suam a perditione, luxitque antemu- et murus pariter dissipatus est. » Heth, tatur *pavor*, et is non aliunde, quam quod t *Dominus murum dissipare filia Sion*, conti- i scilicet earum quæ hac illac evagantur tionum. Unde Dominus : « Clauso, inquit, ra Patrem tuum (*Matth. vi, 6*). » *Funi- uum Deus* tendit, cum peccatum pœnasque æqua super nos lance perpendit. A *perdi-*

*Murus pariter* dissipatur, cum imaginationum li- centia passim remissa dispergitur.

T E T H.

Vers. 9. — « Defixæ sunt in terra portæ ejus, » perdidit et contrivit vectes ejus, regem ejus, et » principes ejus in gentibus. » Teth, interpretatur *bonum*. *Portæ ejus in terra* defiguntur, cum obsta- cula rationis, quæ vitis opponuntur, quod summum hominis bonum est, terrenis cupiditatibus oppri- muntur. *Vectes ejus perdit* conteruntur, cum spir- ituales instinctus, sine quibus rationi robur inesse non prævalet, consumuntur. *Regem, et principes ejus perdit in gentibus* cum spiritum, cui omnia nostra regere attinet, cum sensualitatis affectibus vitis submergit enormibus. « Non est lux et pro- » phetæ ejus non invenerunt visionem a Domino. » Ubi spiritus non est rex, nullius moderationis est *lex*. *Prophetæ ejus non invenerunt visionem a Do- mino*, quia providentiæ internæ nihil sibi prospici- unt, nisi quod prosit sæculo.

J O D.

Vers. 10. — « Sederunt in terra, conticuerunt se- » nes, filia Sion consperserunt cinere capita sua vir- » gines Jerusalem. » Jod, *confessio*; illa procul- dubio quæ perit a mortuo (*Psal. vi, 6*). Unde se- dum *in terra* et conticescunt *senes filia Sion*, quia dum hærent omnino terrenis, sicut is, qui in ca- thedra pestilentie sedit (*Psal. I, 1*), maturiores animi motus, quos peccati conscientia atrocissime mordere solet, a confessionibus obmutescunt. Inde consequenter *virgines Jerusalem capita sua cinere* conspergunt, cum lapsi, et steriles antiquæ pacifica- tionis motus, mentis peccati refricatione inficiunt. Per cinerem enim perpetrati olim peccati memoria, mentes signari per capita in Scripturis celebre est.

C A P H.

(*Vulg. ssquenti versiculo præmittit.*)

« Accincti sunt ciliciis, abjecerunt in terra capita « sua virgines Juda. » Caph, dicitur *cor*. Ideo plane, quia quidquid subjungitur litteræ in interiori totum constat damno. *Ciliciis* accinguntur, quorum lumbi titillatione libidinis compunguntur, cui sensui adnit- titur, quod animal petulcum est, de cujus pilis in- textitur. *Virgines Juda*, infecunda sunt confessionis officia. Bonum est enim confiteri, si simul sit psal- lere. *Capita sua in terra* abjiciunt, cum principales mentis motus, qui aliquoties de confessione admo- nent, pravo se pudore submergunt.

Vers. 11. — « Defecerunt præ lacrymis oculi » mei, conturbata sunt viscera mea. » *Præ lacry- mis* oculi deficiunt, cum effusa benignitate intrin- seca totius rationalitatis acumina decidunt. *Viscera* conturbantur, cum pariter interna vitalitas a vera discretione suffunditur. « Effusum est in terra jecur » meum, super contritione filia populi mei, cum

» deficeret parvulus et lactens in plateis oppidi. « A  
 Secundum physicos jecore amamus. *In terra ergo jecur effunditur, cum supercœlestis amor terreno mutatur. Et hoc super contritione filix populi accidit, quia tales casus fracta mollities cogitationis nutrit. Et hoc etiam cum parvulus et lactens in plateis oppidi deficit, cum scilicet fidei modicitas, et dulcedinis sæcularis aviditas, per mundi sollicitudines interitus causas facit.*

## LAMECH.

VERS. 12. — « Matribus suis dixerunt: Unde est » triticum et vinum, cum deficerent quasi vulnerati » in plateis civitatis, cum exhalarent animas suas » in sinu matrum suarum? » Lamech, interpretatur sermo. *Manibus suis dicunt: Ubi est triticum et vinum, cum aliquoties fastidio voluptatum a conscientiis exigunt, non solum sermonis divini, quem signat littera præscripta 250, solatium, sed etiam divinæ aspirationis quo alacrioris reddantur instinctum. Quasi vulnerati in plateis civitatis deficiunt, cum diabolici appetitus sagitta affecti ex nimia licentia vitæ sæcularis occumbunt. Civitas hic et oppidum, sicut alibi atrium, sæculum signat, angustæ viæ platea repugnat. Animas in sinu matrum suarum exhalant, cum intra conscientias, quæ matres et bonarum et malarum interioritatum sunt, laqueo concupiscentiali se strangulant.*

## MEN.

VERS. 13. — « Cui comparabo te? vel cui assimilabo te, filia Jerusalem? cui exæquo te, et » consolabor te, virgo filia Sion? magna est enim » velut mare contritio tua. Quis medebitur tui? » Men, viscera, non alia plane quam eorum qui cum compassive erga illorum qui sic periclitantur infortunia. Est ergo sensus ac si dicant: Tu anima, quæ supercœlesti matri tuæ cultu internæ pacis et Dei speculatione conformari debueras, cujus comparatione lapsum tuum levigare potero, cum te absorbeat tua per te desperabili oblivione contritio? Et cum tu tui jam non memineris, quis medebitur prædicando tui?

## NUN.

VERS. 14. — « Prophetæ tui viderunt tibi falsa » et stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te » ad pœnitentiam provocarent. » Nun, interpretatur pascua eorum, procul dubio illorum qui alienis mendaciis pascebantur. *Prophetæ stulta et vana nobis vident, cum nostræ sæculares astutiæ non solum falsos proventus, ut assolet, spondent, sed etiam de futuris conjectantes in spe superbos nos promovent. Quæ sequuntur perspicua sunt, cum deberent scilicet quæ peccant sibi proponere, student magis fastuosa cogitare. « Viderunt autem » tibi assumptiones falsas, et ejectiones. » Assumptiones sunt, quibus se in mundanas sublimitates assumendos credunt; sed hæc omnia nil aliud sunt, quam ejectiones, quia dum crementa forastica ambiunt, certissima a vero bono ejectione sese constituunt.*

## SAMECH.

VERS. 15. — « Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam, sibilaverunt, et moverunt caput suum super filiam Jerusalem. » Samech, interpretatur, *adjutorium*. Plaudunt super eam manibus, qui quondam in adjutorio Altissimi commanentes, quod littera præcinit, piis ejus allætantur operibus. Plausus enim collætari, manus signat operari. Hoc fecerunt omnes transeuntes per viam, quia dum in bono mens statu esset, aggratulabantur omnes qui per Christum, qui via est, desideranter aspirant ad patriam. Qui sibilat, ore restricto flatum extenuat. Et qui de bono quempiam opere sapienter laudat, partim loquitur, partim loqui dissimulat. Ne laudaveris, inquit, hominem in vita sua (*Eccli. II, 30*). Et laudandus est plane, quod et Paulus facit (*I Cor. XI, 2*), ut animetur; parce tamen ne securificetur. Unde caput suum movere dicuntur, quia etsi in eis Deum operantem gloriosa miramur, interim tamen pro incertitudine finis cohibere verba debemus. « Hæccine est urbs, » dicentes; perfecti decoris, gaudium universæ » terræ? » Eadem capitis motio, quæ super Job quondam fit (*Job XLII, 11*) et super Jerusalem. Sed post lapsum ejus perfecti decoris eam fuisse conqueruntur, quia veteris ejus habitus pulchritudinem securitate jam inutili prædicantes, recordantur. Sed ille perfectus decor in gaudium universæ terræ convertitur, cum exemplum ruinæ vel obstinationis, universis terrena quærentibus exinde ministratur.

## AIN.

(*In vulgatis loco Ain, est littera, Phe, et Ain loco Phe.*)

VERS. 1. — « Aperuerunt super te os suum omnes » inimici tui, sibilaverunt, et fremuerunt dentibus » et dixerunt: Devorabimus eam, en iste est dies » quem exspectabamus, invenimus, videmus. » Ain, interpretatur quæstio. Et quæ perversorum major quæstio est, quam quod a sanctis viris minus rationabiliter aut dictum, aut factum est? Idcirco super eos inimici os aperiant, quæ dum statum suum bene regerent, clausa tenuerunt. Vel etiam ora aperiant, cum mordaces conscientias retegunt. Sibilant, cum totius justitiæ proposita, pro unius casu jam refutanda et decidenda dijudicant. Illa enim exsibilamus, quæ omnino respuimus. *Dentibus fremunt, cum in eis si quid residui fuerit bona cætera decoquere, imo, ut expressius dicam, commasticare contendunt. Et aliter super eam os suum aperiant inimici, cum supergredientur eam, jam veluti licenter consilia se declarant hostis antiqui. Sibilant, cum crimina dulce immurmurant. Dentibus tamen fremunt, quia inter illationes [f., titillationes] voluptatum mentem miseram universæ terræ malleo commolunt. Devorabimus, inquit, eam, id est nobis incorporabimus. Ita enim dies, id est prosperitatis nostræ claritas est, et votive exspectata, quia diu quæsita, tandem inventa, demum experiendo jam visa.*



## PHE.

s. 17. — « Fecit Dominus quæ cogitavit, comit sermonem suum quem præceperat a die antiquis; destruxit, et non pepercit, et lætetur super te inimicum, exaltavit cornu hominum tuorum. » Phe, interpretatur os. Ore secreta mentis absolvimus. Et Dominus facit quæ t, cum ea, quæ cordi nostro aspirando insipia operis executione revelat. *Sermonem* complet, cum ea, quæ per spiritum suum nobis, per se operatur, per se ad exemplum t. Hunc præceperat a diebus antiquis, quia eo instruerat a primoribus sanctis. Hi enim sunt qui in libro Dei formantur. Per hos enim dies factoque præcipitur, quo mens nostra monis conceptione lustratur. Sed post hanc tem destruit Dominus, et non parcit, cum cenderant ad cælos repente in abyssos delabunt. *Inimicum* super eam lætificat, cum sub hostis, id est voto cohibens, gratulabundus rat. *Cornu hostium* exaltat, cum vires resierum superbiæ negat. Cornu enim nostrum, carnem excedere est. Cornu autem diaboli, un cor hac illacque ventilare.

## SADE.

s. 18. — « Clamavit cor eorum ad Dominum er muros filiæ Sion. » Sade, *consolatio*. Cor videlicet, qui supra plausuerant manibus ad eum, super muros filiæ Sion clamat, cum super conscientiæ oppressionem consideratione freillacrymat. Et quæ major consolatio animæ bet miseri, quam quod scit sanctis viris se aberi? Hoc enim littera sonat. « Deduc quasi ntem lacrymas per diem, et noctem, et non equiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. » rum est quorum cor clamat ad Dominum, ad Sion. Ac si dicat: De interiori tua conscientia evidens pietatis opus, ac si torrentem, qui ritia quæque præcipitet, internæ ad Deum reonnis lacrymas non solum per prosperitatis onfitentur enim quidam cum benefecerit eis Psal. XLVIII, 19), sed etiam per adversitatis non qua clarissime retinuit in Dei aures cantus: nec des requiem, id est securitatem tibi, ni mœroris assiduitate præsumas; neque taceat oculi tui, id est nunquam pravæ conscientiæ sciat, quin suis successibus semper invigilet as spiritualis aciei.

## COPH.

s. 19. — « Consurge, lauda in nocte in principiarum, effunde sicut aqua cor tuum ante stum Domini. » Coph, dicitur aspice. Rogauibus supra ut aspiciat quorsum et quomodo eri lapsu, et ad quem consurgere debeat. inquit, in nocte, id est nunquam a Deo deintentione. Et hoc in principio vigiliarum, tio scilicet conversionis, aut in primævitate n ætatum. Sicut aqua cor suum ante conspe- min effundere jubetur, quia non aliter placet.

A nisi ut absque scrupulo, et crassitudine cogitationis aliqua, conscientia interius, ubi solus Deus videt, extenuetur. « Leva ad eum manus tuas pro anima » parvulorum tuorum, qui defecerunt in fame in » capite omnium compitorum. » Ad eum levat manus, qui bonum in Dei nomine, non in laude humana extollit, non inclinat opus. Et hoc pro anima parvulorum, id est pro vita studiorum recens in sancta professione ceptorum. In fame deficiunt, qui verbi Dei inopia pereunt. In capite omnium compitorum, in proposito scilicet omnium sæcularium actionum.

## RES.

VERS. 20. — « Vide, Domine, et considera quoniam vindemiaveris ita. » Res, spiritum sonat. Clamant ergo, qui supra, Domino, ut videat, et consideret quem ita vindemiaverit, id est videre, et præcordialiter attendere nos faciat, quomodo spiritum, qui adversus carnem proprie concupiscit (Gal. v, 17), vitalibus lucis fructibus tantopere spoliaverit. « Ergone comedent mulieres fructum suum, parvulos ad mensuram palmæ? si occiditur in sanctuario Domini sacerdos et propheta? » Quod est dicere. Si sacri eloqui ducatus, qui est lucerna nostris pedibus (Psal. cxviii, 105), et providentia quæ nostris præeminet actibus, in sanctuario Domini, quod est mens, subruitur, scire velim utrum infirmæ mentes, quæ innuuntur per mulieres, in quibus dispeirent hæ duæ res, comedent, id est, consument intra se totius suæ bonæ actionis fructus nuper ceptos, et necdum ad perfectionem aliquam attingentes? Palma vero initium, cubitus plenitudinem significat.

## SIN.

VERS. 21. — « Jacuerunt in terra foris puer et senex; virgines meæ, et juvenes mei ceciderunt in gladio, interfecisti in die furoris tui, percussisti, nec misertus es. » Sin, vita; non illa, quæ abscondita est cum Christo in Deo (Col. iii, 3); non illa, qua in præsentis commorimur, et consepelimum ipsi Christo (Rom. v, 8, 4). Unde est quod jacuerunt in terra foris puer et senex. Foris puer et senex in terra jacent, cum extra se non solum carnalis affectus, quo in morem pueri nil levius nil instabilius constat in homine, sed etiam ipsa ratio, cui fluxos animi habitus suo senioratu restringere conveniret, terrenis prorsus inhærent. Virgines, et juvenes in gladio cadunt, cum si qua in animo bona illibata resederint, si quid in ejus moribus validum ac forte restiterit, totum alicui capitali peccato succumbit. In die, vel est in manifestatione, sui furoris, interficit, cum interiorum occasum de exterioris ruinæ evidentia ostendit. Percutit, nec miseretur, cum labi permittit, nec statim post lapsum compungi conceditur. Cui concinit: « Cum ceciderit, inquit, justus, non colliditur, quia Dominus supponit manum suam (Psal. xxxvi, 24). »

## THAU.

VERS. 22. — « Vocasti quasi ad diem solemnem, qui terreret me de circuitu, et non fuit in die fu-

» roris Domini qui effugeret et relinqueretur. » Thau, interpretatur *signa*, quod eis in fronte juxta Ezechiel præscribitur (*Ezech. ix, 4, 6*), qui super alienis malis mœrere probantur, quod hic juste damnatis opponitur, qui sui ipsorum nec in ipsa pœna miserentur. Quasi ad diem solemnem vocantur, qui eam de circuitu terreant, cum ad spectaculum perpetræ iniquitatis, quasi 𐤒𐤓𐤕 festivi ciuntur, qui extrinsecus minis, et exprobrationibus pro reatu miseros insectentur et arguant. Non est in die furoris Domini qui effugiat et relinquatur, quia non est in hac aperta ultione quispiam animi motus, qui se peccato subtrahat, et pœnitentiæ reservetur. « Quos » educavi et nutrivit, inimicus meus consumpsit eos. » Educantur, qui a temporalibus, et eorum appetitibus eximuntur. Enutriuntur, cum idem status nostri sub fomento, et custodia rationis aguntur. Et inimicus eos consumit, cum discretæ hactenus menti chaos tenebrositatis inducit.

## CAPUT III.

## ALEPH.

VERS. 1. — « Ego vir videns paupertatem meam » in virga indignationis ejus. » In hoc tertio alphabeto attendendum videtur quod singulis versiculis tertio littera quæque repetitur. In quo conjici potest quod, quatuor modi peccandi cum sint, suggestio videlicet, delectatio, consensus et actio, in solo consensu major adhibenda sit rationis et doctrinæ cautio. Si enim consensum spiritus rebellionem coerceas, nunquam tibi se ingeret in fœda actione quod doleas. Sunt ergo quidam qui labuntur, sed lapsum suum perspicacissime metiuntur. Hic igitur quilibet talis eloquitur. Suam videt paupertatem in virga indignationis Dei, qui animi sui vigilanter attendit inopiam, et internarum virium depopulationem, dum divina animadversio inibi sævit, sed nisi cum pœnitentia intervenit, nequaquam in longum mens ipsa discernit. Unde et vir dicitur, qui damna sua non sine conscientia lugubri contemplatur, sed sequitur :

VERS. 2. — « Et me minavit, et adduxit in tenebras, et non in lucem. » Minat cum rediviva delectatio mentem a sui consideratione subducendo sequestrat. In tenebras adducit, cum ad sui ipsius ignorantiam trahit. Tali cuivis dicitur ; « Statuam te contra faciem tuam (*Psal. xlix, 21*). » Et non in lucem adducitur, cum non sui sola cognitione, sed etiam totius sacri eloquii, quod littera nostra sonuit, pia eruditione nudatur.

VERS. 3. — « Tantum in me vertit et convertit » manum suam tota die. » Quod est dicere : Cum Deus animadvertere in vitia, quæ me opprimunt, debuisset, ipsis erectis ad mei tantum oppressionem animadversum est. Nec hoc solum, sed manum suam tota die convertit jugiter scilicet subsidium internæ consolationis me indurato avertit. Unde est quod dilectus manum suam mittit per foramen (*Cant. v, 4*).

## BETH.

VERS. 4. — « Vetustam fecit pellem meam, et carnem meam, contrivit ossa mea. » Beth, *confusio*.

A Pellis vetusta efficitur, cum affectus noster quo citius in interiori homine nil læditur, cum ipsa carne, id est voluntate, quæ media inter pellem et ossa, id est affectum rationemque, consistit, creberrimorum casuum vetustate consumitur. « Quod enim antiquatur et senescit, prope interitum est (*Hebr. viii, 13*). » Ossa conteruntur, cum rationalitatem, quæ fragilia quæque in nobis regere debuerant, rigor infringitur. Ecce evidens in mente confusio. Nota distantiam inter affectum et voluntatem, quia de multis afficimur, quæ nolumus ; multa volumus, de quibus non afficimur. Velle enim boni secundum legem mentis Apostolo adjacet, sed secundum legem membrorum, quod est affectus, perficere non invenit (*Rom. vii, 18*) ; sed de his alias plenius egimus.

B VERS. 5. — « Ædificavit in gyro meo, et circumdedit me felle et labore. » In gyro nostro ædificat, cum res, quas appetamus, et quibus introrsum magis obstruamur, undecunque multiplicat. Felle et labore circumdat, cum dure amarescit peccatum quod perpetrat, et tamen ad peccata perpetranda laborat. (VERS. 6.) « In tenebrosis collocavit me, quasi mortuos tuos sempiternos. » In tenebrosis collocat, cum jam non horaria, sed quasi stabili animum Deus confusione condemnat, et hoc quasi mortuos sempiternos scilicet quasi eos qui nunquam respuerint ad aliquos actus bonos.

## GHIMEL.

C VERS. 7. — « Circumædificavit adversum me, ut non egrediar ; aggravavit compedem meam. » Ghimel, *plenitudo*. Adversum nos, ut non egrediamur circumædificat, cum occasiones male agendi, quibus ac si carcere corporis vitiis irremissibiliter obstringamur, justo judicio undecunque ministrat. Compedem nostrum aggravat, cum carnalis appetitus mole alacritatem spiritus onerat.

VERS. 8. — « Sed et cum clamavero et rogavero, » exclusit orationem meam. » Ecce plenitudo malorum. Clamamus, cum peccati atrocitate a cordis nostri gemitu irrugimus. Rogamus, cum qualicumque etsi vapido animi statu, non tam orationes quam orationum simulacra exercemus. Oratio tamen excluditur, quæ sub peccati juxta psalmum affectu efficitur (*Psal. cviii, 7*).

D VERS. 9. — « Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subvertit. » Viæ nostræ lapidibus quadris concluduntur, cum eorum exemplo remoto, qui super terram volvi dicuntur, eorum potius imitatione, qui ex omni parte terræ funditus hærent viæ, id est nequam actiones minuuntur. Semitæ subvertuntur, cum intentiones, quæ minus conspicibiles sunt, pariter depravantur.

## DALETH.

VERS. 10. — « Ursus insidiatus factus est mihi, leo » in absconditis. » Daleth, interpretatur *nativitas*. Et quid est nasci, nisi per pravæ voluntatis conceptionem ad crimina informari ? Hanc nativitatem Job et Jeremias maledicendo detestantur (*Job. iii, 1* ; *Jer. xx, 14*). Fit ergo Deus isti nativitati pri-

mum *ursus insidians*, id est feralis appetitus interiora nostra cuncta sibi subigens. Ursorum enim est naturæ quidquid pedibus applicuerint conculcare. Dicitur autem a Deo id fieri, quod fieri permiserit. Unde, in Osee, quasi ursam se futurum raptis catulis attestatur (*Ose. XIII, 8*). Fit leo *in absconditis*, cum quidquid mali suggeritur, inexplibili aviditate haurit. Natura enim leonis est ut oblatis pecoris ante totum sanguinem ebibat quam carnes attingat. *Ursus ergo insidians*, exterior sensus est aucupans *leo in absconditis*, ad explendum immanitas mentis.

VERS. 11. — « Semitas meas subvertit, et confre-  
git me : posuit me desolatam. » Semitæ subvertuntur, cum ante ruinam plerumque exaltatio privata confunditur. Deinde confringitur, cum quidquid intus erat insigne deponitur. Desolatur, cum Deo habitatore privatur. (VERS. 12) « Tetendit arcum » suum, et posuit me quasi signum ad sagittam. » Arcum suum tendit, cum Scripturæ sententias habitui nostro convenientes obdit. Quasi signum ad sagittam nos ponit, cum divinæ ultionis jacula divinitus intentari sub continuo timore depromit.

HE.

VERS. 13. — « Misit in renibus filias pharetræ » suæ. » He, interpretatur *salus*. Quid enim salubrius quam semper urgeri divinorum verberum timoribus? Filia pharetræ ad litteram nil aliud sunt quam sagittæ. Filias pharetræ in renibus mittit, cum superni consilii sententiis cogitationum, vel etiam corporis nostri delectamenta configit.

VERS. 14. — « Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die. » Fit *in derisum populo suo*, cum ipsæ cogitationes nullos cœpti sui bonos successus spondent spiritui suo. Tota die eorum canticum fit, cum frequentia cogitationis quidquid boni propositi arripitur, quasi mox transi-  
turum in vulgi fabulam, in modum cujuspiam ludicri, arbitratur.

VERS. 15. — « Replevit me amaritudinibus, inebriavit absinthio. » Amaritudinibus repletur, qui perpetratorum facinorum pœnitudinibus sed momentaneis coarctatur. Inebriatur *absinthio*, qui appetitu exardescit et ingemiscit admissio. Voluptatum enim, ait quidam, appetentia plena anxietatis est, satiety vero pœnitentiæ.

VAU.

VERS. 16. — « Et fregit ad numerum dentes » meos, cibavit me cinere. » Vau, dicitur *et ille* : Quod est : *Et ille*, qui prædicta mihi, sed non injuria intulit, *fregit ad numerum*, id est quotquot sunt, *dentes meos*, intellectualitates scilicet quibus commolimus quidquid dignum scrupulo cogitamus. *Cinere* nos cibavit, qui peccati refractionem cum delectatione nobis inviscerat. Hoc facit, qui fieri permittit.

VERS. 17. — « Et repulsa est anima mea, oblitus sum bonorum. » Anima nostra repellitur, cum

salus ejus ad incuriam destinatur. *Bonorum* obliviscitur, qui, quamvis malis intestinis opprimatur, bonorum tamen quæ fecit, aut quæ in præmio sortiri potest, memoria nullo modo delectatur.

VERS. 18. — « Et dixi, periit finis meus, et spes » mea a Domino. » Periisse finem suum dicit, dum quod pro æterna mercede faciendum aliquando proposuerat, in intimis inanescit. *Spes* etiam perit a Domino, cum tentationibus occupata, et quasi auxilii cœlestis indigna, etiam deficere jam disponit ab ipso.

ZAIN.

VERS. 19 (17). — « Memoria memor ero, et tabesceat in me anima mea. » Zain, interpretatur *duc te*. Ac si diceret : Tu spem tuam periisse dixeras, non tamen in hac desipientia maneat, sed duc, id est, promove te, ut ad interiora contendas. Spes enim dicitur quasi *est spes*. Quo monitu ille infert : *Memoria*, inquit, *memor ero*; subaudis, non pro lapsu desperandum, sed spei potius insistendum, sic ut anima contabescat, scilicet animalitas, quæ non capit quæ Dei sunt, sanctæ spei spiritualitate superveniente, in se deficiat. Orare ergo jam incipit.

VERS. 20. — « Recordare paupertatis et transgressionis meæ, absinthii et fellis. » Ac si dicat : *Meminisse*, Domine, debueras quod ob penuriam virium internarum hucusque deliquerim, nec minus etiam meminisse quod lapsum eum ægerrime tulerim, nec ejus nisi cum ingenti amaritudine recordari potuerim. Videtur autem quædam distantia inter absinthium, et fel. Absinthium enim et haustu habile est, calorem excitans, et sanguinem sedans, fel autem neutiquam. In absinthio ergo mœror recens acti facinoris, qui nos ad Deum recalefacit, et incentivum criminis sedat; in felle vero peccati est post pœnitudinem memoria prorsus menti intolerabilis et indigna.

VERS. 21. — « Hæc recolens in corde meo, ideo sperabo » Quod est : Dum hæc cum mea cogitatione retracto, ad spem me provoco. Unde et sequitur :

HETH.

VERS. 22. — « Misericordiæ Domini multæ, quia » non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes ejus. » Heth, dicitur *enarratio*. Et quod est istud enarrare, nisi Dei misericordias etiam inter peccandum expertas oculis cordis atfexere? Ergo hæc sunt; *quia non sumus consumpti*, præstando videlicet in ipso pravo actu viciniore salutis. Alioquin profecto deficerent, si iniquitatibus *misericordiæ* cederent.

VERS. 23. — « Novi diluculo, multa est fides » tua. » Quod est dicere Deum ad animam : Ex tua sedulitate et vigilantia novi quia multæ sis fidei. Diluculum enim pro sedulitate crebro ponitur, sicut et matutinum. Quod si, juxta quædam exem-

plaria, nescio si mendosa, dicatur *novæ*, ita exponetur : *Veteres misericordiæ* sunt, quæ plerumque præstantur ingratis, et hæ non nisi temporales. *Novæ* autem, quæ ex illuminatione recenti in conversorum mentibus quasi diluculum elucescunt, et hæ æternales. Deinde quod sequitur, apostropha erit ejus ad Deum, qui sic de misericordiis gratulatur.

VERS. 24. — « Pars mea Dominus, dixit anima » mea; propterea expectabo eum. » Non, inquit, a Deo misericordias temporales præstolor, sed ipsum animæ meæ quasi retributoriam partem sortior; propterea spe vivaci non ejus transitoria, sed ipsum eumdem opperior.

TETH.

VERS. 25. — « Bonus est Dominus sperantibus in » eum. » Teth, interpretatur *bonum*. Quo enim affectuosius spe ibis in Deum, eo præcordialius et ineffabilius intelliges bonum.

VERS. 26. — « Animæ quærenti illum. Bonum est » præstolari cum silentio salutare Domini. » Animæ, quæ nihil præter Deum quærit (qui enim bifariam nititur, Deum recte quæsisse non dicitur) *bonum est* sine præparatione aliqua sub diurnis laboribus Dei non fastidire servitium; sic enim dormitur in medio clerorum (*Psal. LXVII, 14*). Quod enim hic silentium dicitur, illic dormire.

VERS. 27. — « Bonum viro, cum portaverit ju- » gum ab adolescentia sua. » *Jugum ab adolescentia* portat, qui pro adolescentiæ motibus sese sub divini timoris depressione castigat.

JOD.

VERS. 28. — « Sedebit solitarius, et tacebit, quia » levavit se super se. » Jod, interpretatur *principium*, quod principium non tam ad initium, quam ad quamdam principalitatem refertur. Determinans enim jugum videtur exponere. Sedet *solitarius*, qui in humili se cohibet, a terrenis sese removendo tumultibus. Tacet vero, cum sopitis cogitationum imaginationumque nugis soli orans loquitur Deo. Quod aliter fieri non potuit, nisi quia *se super se* levat, id est animalitatem suam spiritualitati subjugat.

VERS. 29. — « Ponet in pulvere os suum, si forte » sit spes. » In *pulvere os suum* ponit, qui quamlibet summa gerat, se tamen semper pulverem, id est peccatorem recognoscit. Peccanti enim dictum est : « Pulvis es (*Gen. III, 19*). » Et hoc facit, *si forte sit spes*, ut videlicet sibi semper videatur de Deo sperare præmia, quasi quædam ambigua res. (VERS. 30.) « Dabit percutienti se maxillam, satura- » bitur opprobriis. » *Percutienti maxillam* dat quisquis ea quæ sibi amantiora et spectabiliora in præsentem noscuntur injurias inferre volentibus exponit potius quam defensat. *Opprobriis* saturatur, qui ipsas contumelias pro summis sibi refectionibus arbitrat.

CAPH.

VERS. 31. — « Quia non repellat in sempiternum

A » Dominus. » Caph, dicitur *incurvatus*, non tamen in terrena, sed ad sui vilipensionem salubri consideratione depressus. Ac si diceret: Haud injuria humiliatur, quia non in sempiternum repellitur, licet modernæ vilitati addici videatur, in manu enim Dei fines terræ sunt, qui scilicet terrenitatem in se consumunt. Quia si abjecit in hoc eos sæculo affligendo, miserebitur tamen secundum multitudinem miserationum suarum in futuro.

VERS. 33. — « Non enim humiliavit ex corde suo, » et abjecit filios hominis [*al.*, hominum]. » Humiliat Deus *ex corde*, quos sic in præsentem punit ut magis puniat retributionis tempore. Modo vero flagellat et abjicit specie tenus *filios hominis*, cum a mundiali extorres facit lætitia filios Redemptoris. Non enim dixit hominum sed *hominis*, illius plane qui dixit : « Si me persecuti sunt, et vos persequentur (*Joan. » xv, 20*). »

[LAMETH *al.*, LAMED].

VERS. 34. — « Ut contereret sub pedibus omnes » vinctos terræ. » Dicitur servo : Servamus autem quod pro mysterio habemus. Mysterium vero est quod hujus sæculi pressuris atterimur, sed de sequentis vitæ statu ambigimus. Sensus ergo est : Abjicit quidem *filios hominis*, ut conterat omnes *vinctos terræ sub pedibus* suis, ut videlicet omnes qui hujus sæculi negotiis, aut quibuslibet vitiis vincuntur, prædicatorum suorum sub documento frangantur. Quod est dicere : Si filii Dei et hominis quantum oculis adjacet, abjiciuntur, quanto magis filii diaboli quondam cum ad Dei filiationem rediguntur, non modo Deo; sed etiam servis Dei, qui sunt ejus pedes, quod eum prædicando circumferunt, non esse, aut stare, sed conteri, id est prorsus humiliari merentur? Quos vinctos educit Dominus, juxta psalmum, in fortitudine (*Psal. LXVII, 7*).

VERS. 35. — « Ut declinaret judicium viri in con- » spectu vultus Altissimi. » Declinatur *judicium viri in conspectu vultus Altissimi*, cum scimus indubie nos operibus bonis insistere, et tamen nescimus utrum odio digni simus, an amore (*Eccle. IX, 4*). Nostrum ergo judicium ad vultum Altissimi declinamus, cum quod de nobis metimur ejus trutinæ reservamus.

D VERS. 36. — « Ut perverteret hominem in judicio » suo, Dominus ignoravit. » Abjecit, inquam, *filios hominis*, ut perverteret hominem *in judicio suo*, ut ostenderet utique non ita a Deo præstitutum, ut bonis bona facientibus bona ad præsens restituerentur; sic enim moribus est humanis inolitum, ut bonum quemlibet malis oppressum, bonum minime æstiment exstitisse; quod in amicorum Job opinione crevisse. Sed hoc Dominus ignorat, qui bonis plerumque mala, et malis etiam bona, utrisque quoque aliquoties meritis suis convenientia præstat.

MEM.

VERS. 37. — « Quis est iste qui dixit ut fieret Domino » non jubente? » Mem, interpretatur *viscera*. Exclamat ergo propheta adversus eos qui de talibus

conqueruntur, secundum quos et psalmus, *Quam bonus Israel Deus!* conscriptus est (*Psal. LXXII, 1*). *Domino non jubente* fieri dicit, qui eos quos scelerose vicitare cognoscit, sanosque incolumes ac opulentos attendit, fortuna potius quam Dei iudicio agi credit.

VERS. 38. — « Ex ore Altissimi non egredientur » nec bona, nec mala. » *Nec bona, nec mala ex ore Altissimi* egrediuntur, quia nunquam in præsentiarum proprie bona bonis, nec rursus specialiter mala malis ex sententia contigisse creduntur. Utrobique enim credunt, quia utrisque communia sunt.

VERS. 39. — « Quid immurmuravit [ *at.*, murmuravit ] homo vivens, vir pro peccatis suis? » *Homo vivens* murmurat, quia cum in peccatis vivat, non ad peccata respicit quæ perpetrat, si aliquid adversitatis incurrat, sed eorum, qui agere pejora videntur, sese comparatione justificat. *Vir* quoque *pro peccatis* murmurat, cum non sua inter patientium peccata accusat, sed Deum nimie ferientem querimoniis pulsat.

## NUN.

VERS. 40. — « Scrutemur vias nostras. et quæ » ramus et revertamur ad Dominum. » Nun, *sempiternum*. Non enim convenit, si ad tempus pro peccato puniamur, murmurare, sed potius ad sempiternum, quod Deus est, properare, Unde *vias nostras scrutemur*, id est actiones discutiamus. *Dominum* quoque *quæramus*, et ad eum *revertamur*, Scripturis scilicet invigilemus, ibi quærentes unde compungamur, et ad ipsum prævia compunctione ducamur.

VERS. 41. — « Levemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cælos. » *Corda nostra cum manibus* levamus, cum intelligentias cum executione operum, sine infimæ laudis aspiratione, ad Deum sub spe scilicet sola cælesti porrigimus.

VERS. 42. — « Nos inique egimus, et ad iracundiam provocavimus, idcirco tu inexorabilis es. » Liqueat, cætera prosequamur. Hoc tamen videtur tractandum quod pro iniquitatibus *inexorabilis* hic dicitur Deus, et alibi, peccatores non audire (*Joan. IX, 31*), quod uno verbo solvitur, quia videlicet quantum in intentione peccandi perseverare probantur, et inexorabilem Deum faciant et minime audiantur.

## SAMECH.

VERS. 43. — « Operuisti in furore, et percussisti » nos, occidisti, nec pepercisti. » Samech, interpretatur *audi*. Summa enim ope, quo inexorabilior æstimatur, dimota pravorum appetituum densitate, necesse est ut audiat, si obnixius inclametur. *In furore* operimur, cum irruente oriminum nebula desipientiæ nocte deprimimur. Percutimur, cum ab omni integritate deficimus. Occidit Deus, nec pepercit, cum spiritum a sua luce exstinguit, in quo tamen nobis parceret, si vel scintilla nobis alicujus benevolentiam remaneret.

VERS. 44. — « Opposuisti nubem tibi, ne trans » eat oratio. » Nubes ei opponitur, cum obstaculum inter nos et Deum pravæ nostræ intentionis obtenditur. *Oratio* non transit, quam malevolentiam crassitudo retudit.

VERS. 45. — « Eradicationem et abjectionem » posuisti me in medio populorum. » Non dixit, *eradicasti* me, sed *eradicacionem posuisti* me. *Eradicatio*, vel *abjectio* mens illa fit aut ponitur, quæ totius interioris boni semetipsi pestis efficitur. *Eradicat* enim et *abjicit*, qui bona naturaliter insita a se extorquet, et superbe excludit. Et hoc fit *in medio populorum*, circumstrepente utique animi auribus frequentia vitiorum.

## PHE.

B VERS. 46. — « Aperuerunt super nos os suum » omnes inimici. » Phe, interpretatur *os*, et quod illud *os*, nisi quod menti ad perversitates jam prorsus acclini, omnes actus insurrat obscenos? Hoc *super nos omnes inimici* nostri aperiunt, cum ad succedendam per quælibet crimina conscientiam indubitanter erumpunt.

VERS. 47. — « Formido et laqueus facta est nobis » vaticinatio et contritio. » Ordo est: *Facta est nobis vaticinatio et contritio, laqueus et formido*. *Vaticinatio* est, cum mens obsessa flagitiis successus sibi prosperos, et spes gloriarum spondet. Sed hanc vaticinationem sequitur *contritio*, quia quo magis sine sui respectu extollitur, eo graviori opprimitur repente peccato. Fitque mox utrumque miseræ animæ *formido et laqueus*, dum vaticinationem mordacis intercipit culpæ metus, et contritioni adjacet is qui spiritum confessionis occludat desperationis laqueus.

VERS. 48. — « Divisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filii populi mei. » Aquæ dividuntur, cum spiritualis subtilitates intelligentiæ, si quæ resederint, dispergnuntur. Has, dum populus conteritur, *oculus* deducit, quia, dum sceleribus incipit subjacere intentionis acumen, paulatim extenuatus interius extra se fundit.

## AIN.

VERS. 49, 50. — « Oculus meus afflicto est, nec » tacuit, eo quod non esset requies. Donec respice- » ret, et videret Dominus de cælis. » *Oculus* affligitur, *nec* tacet, cum intentio vitiiis atteritur, nec a strepitu desideriorum etiam conscientia se accusando affligente cohibet. Et hoc fit quia *non est requies*, nulla videlicet ab æstu interiore temperies, *donec* respiciat, et videat *Dominus de cælis*, donec utique misereatur, et approbet conversionem nostram Dominus per imitationem cælestis conversationis.

VERS. 51. — « Oculus meus deprædatus est ani- » mam meam in cunctis filiabus urbis meæ. » Ain, interpretatur *oculus*. Et quis est *oculus*, nisi ipsa eadem intentio, quæ animam deprædatur, dum cuncta quæ bene exercere aliquando videtur, per sui prævaricationem subtrahit, dum laudes fora-

slicas aucupatur? Sed hoc non fit nisi in filiabus A urbis, suæ, in mollitie videlicet habituum conscientia nostræ.

## SADE.

VERS. 52. — « Venatione ceperunt me quasi » avem inimici mei gratis. » Sade, dicitur *justitia*, quæ tamen *justitia* non alia mihi videtur quam quod justo Dei judicio cuique etiam in præsentia ad meritum retribuitur. Unde quasi avem ab inimicis se *venatione* captum queritur, quia per levitatem, quæ in avi figuratur, *gratis* et sine omni fructu ab his qui non nisi carnalia quærunt, vanis favoribus irretitur. Et recte inimicos nominat, quos in sui beatificatione, juxta prophetam, deceptiores probat (*Isa.* III, 12).

VERS. 53. — « Lapsa est in lacum vita mea, et » posuerunt lapidem super me. » In *lacum vita* labitur, cum in labyrinthum inexpedibilem status noster inclinatur. Lapis superponitur, cum mentis obduratio cogitationi in infima mersæ adducitur. Unde psalmus: « Non absorbeat, inquit, me profundum, neque urgeat super me puteus os suum (*Psal.* LXVIII, 16.) » Quod illic urgere, hoc hic *lapidem* superponere.

VERS. 54. — « Inundaverunt aquæ super caput » meum. Dixi: Perii. » *Aquæ super caput* inundant, cum fluxus carnalium voluptatum ultra quam mens capere possit, sese ei accumulans. Unde et periisse se dicit, quia quorsum evadere valeat nescit.

## COPH.

VERS. 55. — « Invocavi nomen tuum, Domine, » de lacu novissimo. » Coph, *vocatio*. Vocamur autem, cum inter molestias interiores ad divinum recurrere oraculum rationaliter admonemur. *Invocari nomen tuum*, Domine, non est aliud quam De profundis clamavi ad te (*Psal.* CXXIX, 1). Quod enim *de profundis*, hoc *de lacu novissimo*.

VERS. 56. — « Vocem meam audisti, ne avertas » aurem tuam a singultu meo et clamoribus. » *Vox de lacu novissimo* clamantis auditur, cum rugitus interior de statu pene desperabili in divinas aures admittitur. Audire autem Dei, est concupiscentiam spiritus adversus carnem vel ad modicum sublevare. Singultus est, cum mens prius timoris anxietate quatitur; clamor vero, cum vehementia fervidæ compunctionis attollitur. Ab his Dei aures non avertitur, cum ejus aspirationis nutrimento utrumque fulcitur.

VERS. 57. — « Appropinquasti in die quando in » vocavi te. Dixisti: Ne timeas. » Quod est dicere: Cum lacus mihi tenebrasceret, tu diem interni luminis tua propinquitate donasti, nec dixisti: Ne clames, sed potius: Ne *timeas*, ut quod timore conceperis, amore exhibeas.

## RES.

VERS. 58. — « Judicasti, Domine, causam animæ » meæ, Redemptor vitæ meæ. » Res, dicitur *primatus*. Nec id injuria. Post divinam enim exaudi-

tionem reedit rationi sui quod amiserat arbitrii principatus. Judicat *causam animæ nostræ* Dominus, cum discernit commissiones carnis et spiritus. Unde *redemptor vitæ* nostræ dicitur, quia motus rationis, sine quibus non vivitur, a veteribus eximere ærumnis misericorditer dignatur.

VERS. 59. — « Vidisti, Domine, iniquitatem ad » versum me: judica judicium meum. » Videt Dominus *iniquitatem adversum* nos, cum videre nos facit stimulos adversus spiritum superequitare corporeos. *Judicium* nostrum judicat, cum intellectualitatem ad universa discernendum suo illapsu illuminat.

VERS. 60. — « Vidisti omnem furorem, univ- » sas cogitationes eorum adversum me. » Furor vitiorum est, quod, apud Job, clamor dicitur exactoris (*Job.* XXXIX, 7). *Cogitationes eorum* ea sunt quæ mentis obtutibus omnimoda imaginatione coagulant. *Cogito* enim frequentativum a *cogo*, *cogis*, nil aliud quam coadunare est. Unde illud, « coge, inquit, concilium (*Isa.* XVI, 3.) » Has, inquam, cogitationes Deus videt, cum nobis acuminat ad id providendum discretiones.

## SIN.

VERS. 61. — « Audisti opprobria eorum, Domine, » omnes cogitationes eorum adversum me. » Sin, dicitur *super vulnus*. Et morale, est ut cataplasma vulnere imponatur. Quod non aliud est quam quod sequitur. Semper amatur in quo ex deliberatione peccatur, et ideo probro minus imputatur. *Eorum ergo Deus opprobria* audit, cum quam sint probrosa et pudenda ex plenitudine pœnititudinis intelligi facit. Notandum repetit quod in superiori dictum fuerat versu, et forsitan non abs re. *Omnes cogitationes eorum adversum* nos, quia quo magis nos eorum puduerit, et quo major contra hæc eadem erit nostra rebellio, tanto acriores assultus experiemur internos.

VERS. 62. — « Labia insurgentium mihi, et me- » ditationes eorum adversum me tota die. » *Insurgentium labia*, nil aliud sunt quam emergentium suggestionum susurra. Mutæ enim tentationes nil aliud quam verba sunt; quæ, quod alii verbis, ipsæ specierum lenocinio peragunt. *Meditationes eorum* retractationes, vel potius delectationes esse noscuntur imaginum. Hac fiunt *tota die*, procul dubio assidue.

VERS. 39. — « Sessionem eorum, et resurrectio- » nem eorum vide, ego sum psalmus eorum. » Sessio eorum est ex diabolica calliditate vitiorum fucata quietio. Ad tempus enim a tentatione quiescit, ut ex insperato prosternat quod secure aliquandiu vicitare permisit. Porro ~~357~~ surrectio eorum, mentium repentina pervasio. Hanc petimus ut Deus videat, discernere videlicet nos faciat, ut dum in aliqua perfunctoria pace sopimur, nunquam ad subitum elisi præcipitari possimus. Denique fit *psalmus eorum*, cum intentio suggestionis pascitur ex inepta retractatione cordium tentatorum. *Psal-*

*mus* enim nil aliud est quam quod vulgo dicitur *A* *ladius*: qui sine vocis exercitio conficitur chordis et manibus. Sicut ergo psalmus aures, sic revolutio cogitationis mulcere dignoscitur, et nutrire malæ spiritualitatis imagines.

## THAU.

VERS. 64. — « Redde eis vicem, Domine, juxta » opera manuum suarum. » Thau, interpretatur *consummavit*. Consummat autem Deus, quorum fluctuationem diutinam certo sine determinat. *Vicem reddit juxta opera*, cum per singulas noctes ad abluendum lectum lacrymarum suggerit lavacra.

VERS. 65. — « Dabis eis scutum cordis laborem » tuum. » Labor Dei est, dum vitii debita vivacitate resistitur. Iste labor scutum cordis efficitur, a quo diaboli spiculum omne recutitur. Hoc pro operum suorum vice eis redditur, ut quo insolenter intraverant, inde digna severitate pellantur.

VERS. 66. — « Persequeris in furore et conteris » eos sub cælis, Domine. » *In furore* persequuntur, qui integra animadversione ab animo divinitus extricantur. *Sub cælis* quoque conteruntur, cum sub virtutum jure franguntur. Cælos virtutes vocat, in quibus solis gratanter Deus mansitat.

## CAPUT IV.

## ALEPH.

VERS. 1. — « Quomodo obscuratum est aurum, » mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides » sanctuarii in capite omnium platearum? » Aleph, sicut superius, *doctrina* est, cujus solutio in versum poterit pendere sequentem. Quæritur ergo *quomodo aurum* obscuratur, quomodo utique notitia Dei, quæ non est nisi amor, et qua nihil pretiosius est, et in qua etiam omnia scienda et gerenda docemur, tantopere in animo a pristina specie extenuatur. *Color optimus* mutatur, cum sinceritas cogitationis avertitur. *Lapides sanctuarii in capite omnium platearum* disperguntur, cum nitidissimæ et perspicaces in omni sancta prudentia rationes, per sæculi voluptates et glorias (hæc enim sunt totius sæcularis intentio prima licentiæ) a sua in Deum simplicitate dividuntur.

## BETH.

VERS. 2. — « Filii Sion inelyti et amicti auro » primo. Quomodo reputati sunt in vasa testea, » opus manuum figuli? » Beth, *confusio*. Quis enim justius confunditur quam qui de tanto pretio ad nihil pene redigitur? *Filii Sion inelyti*, intellectuales sunt motus masculina virtute liberrimi. *Auro primo* amiciuntur, qui sapientiæ divinæ privilegiis adornantur. *In vasa testea* reputantur, cum jam ad fragilia opera devolvuntur. *Opus manuum figuli* sunt, quia auctorem jam habent ex tam perversa conversatione diabolium. Hunc Pharaon ille significat, qui Israelitas in luto et latere et paleis servire cogebat.

## GHIMEL.

VERS. 3. — « Lamia nudaverunt mammam, » lactaverunt catulos suos, filia populi mei crudelis,

» quasi struthio in deserto. » Ghimel, *retributio*. Meritis enim nostris exigentibus hujusmodi: Casuum infamias pro retributione sortimur. Est ergo dicere: Non solum in terrena studia labuntur, sed et facti *lamiæ* mammam nudant, cum sub specie benignitatis et alios ad eadem quæ ipsi faciunt perpetranda, virosa verborum dulcedine, et feminea quadam adulatione compellant. *Lamia* enim monstrum est, muliebrem cingulo tenus habens formam. *Mammam* ergo nudant, cum doctrinam ad ea quæ agunt propaganda promulgant. *Catulos* lactant, cum ad bestiales ritus alios lenocinando attrahunt. *Filia populi* hujus *crudelis quasi struthio in deserto*, quia hi, qui superius filii dicebantur et nunc per morum effeminationem filiarum vocabulo jam censentur, *crudeles* sunt, quia quos diabolica suadela genuerint, sub terrena levitate recondunt. *Struthionis* enim natura, est ova in terra ponere, et ea pulvere adperta relinquere. Ferro etiam pasci dicitur, nimis quia hujusmodi, ac si cibus, malignitatibus satiantur.

## DALETH.

VERS. 4. — « Adhæsit lingua lactentis ad palatum » ejus in siti. Parvuli petierunt panem, et non erat » qui frangeret eis. » Daleth, interpretatur *tabulæ*. Qui sunt *tabulæ*, nisi qui exciso a se internæ plenitudinis robore a virtutis duritia extenuantur cogitatu et opere? *Lingua ego lactentis ad palatum ejus in siti* adhæret, cum deficiente aqua sapientiæ salutaris locutio ejus, qui monstruoso lacte pascitur ad ejus conformitatem, a quo virulentia doctrinæ salivas acceperat, se continet. A palato enim saliva digreditur, et lingua palato astringitur, cum verba discipuli doctoris nequitia resculpuntur. *Parvuli panem* petunt, cum innocentiores et pravitatem minus imbuti, documentum vitale deposcunt, sed dissertores omnino deficient.

## HE.

VERS. 5. — « Qui vescebantur voluptuose, interierunt in viis, qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. » He, dicitur *ista*. Et quæ *ista*, nisi præsentia? *Voluptuose* vescitur **155** qui divinis eloquiis pro præsentia solum gloria delectatur. *Is in viis* interit, quia dum super his quæ ad Deum pertinent, verbum Dei adulterando, favores scilicet requirendo, extra se digreditur, perit. *Crocus* aurosi coloris est, et redolet. *In croceis* nutritur, qui aut sanctitatis specie, aut sapientiæ opinione gloriatur. Hi amplexantur *stercora*, cum magna de se volentes intelligi, turpi subito aviditate proruunt ad infima, quæ Apostolus arbitratur ut *stercora* (*Phil.* III, 8). Huc enim respectat nostra littera.

## VAU.

VERS. 6. — « Et major effecta est iniquitas filiarum » populi mei peccato Sodomorum, quæ subversa » est in momento, et non ceperunt in ea manus. » Vau, interpretatur *ipse*, procul dubio idem qui *istu*, quæ superius diximus significare *præsentia*; invenitur affectare. Hujus *filiarum populi peccato Sodomorum*

*rum major iniquitas* efficitur, quia quantum argenti pondus a pondere plumbi distat, tantum peccata simplicium et hebetum a peccato eorum qui *voluptuose* vescuntur, et nutriuntur *in croceis*, differre constat. Sodoma enim interpretatur *pecus silens*. Et quid pecus nisi ingenua fatuitas, cujus ingenii nulla vox est? Quæ etiam Sodoma subvertitur *in momento*, quid subvertibilis est, et prona casui, si sit qui impetat quovis modo. Et non capiunt *in ea manus*, quia quodcumque tali menti sese intulerit, gratanter admittitur turpe opus. *Manus* quoque *in ea* non capiunt, dum plusquam possibilitas agendi sustineat, facere appetunt.

## ZAIN.

VERS. 7. — « Candidiores Nazareï ejus nive, » nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, » Saphiro pulchriores. » Zain, *alimentum mundi*. Et a quibus magis alitur mundus quam a filiis Sion inclytis, qui amiciuntur auro primo? Hos ergo exprimendo prosequitur. Nazareus interpretatur *sanctus*. Quasi diceret: Illi, qui quondam sanctitatis munditia florulenti erant, (hæc enim tria Nazareus sonat) per appetitum cœlestis gloriæ *candidiores* sunt *nive*, hæc enim cœlitus labitur; per simplicis innocentiam actionis *nitidiores lacte*, quod ex carne nascitur; per tolerantiam corporeæ titillationis, *rubicundiores ebore antiquo*, id est, ipsi incentivis suis examinatiores aliquo veteri sancto. Elephas enim, unde ebur, frigidæ naturæ est. Saphiro denique *pulchriores*, his videlicet multis, quorum in cœlis conversatio esse dicitur (*Phil.* III, 20), digniores; saphirus enim etheræ speciei est.

## HETH.

VERS. 8. — « Denigrata est super carbones facies eorum, et non sunt cogniti in plateis; adhæsit » cutis eorum ossibus, aruit, et facta est quasi » lignum. » Heth, *vita*. Si superbia, qua cadimus, ruina sua mortem parit, humilitas, qua vere levamur, vitam munit. Unde *facies eorum super carbones* denigratur, cum tota eorum speciositas plusquam eorum qui peccato extincti peccatores æstimantur, in sui ipsorum consideratione vilipendenda putatur. Inde et quod comæ sponsi quasi corvus nigræ dicuntur (*Cant.* V, 11). *In plateis non sunt cogniti*, quia in latis et spatiosis hujus sæculi sollicitudinibus non sunt visi. *Cutis eorum ossibus* adhæsit, quis affectualitas, et ipsa etiam sensualitatis facilitas indivisibiliter se fortitudini rationis adjunxit. *Arscit*, cum ab omni fluxu lasciviæ inanescit; *et quasi lignum* fit, cum ad impassibilitatis durtiam coalescit.

## TETH.

VERS. 9. — « Melius fuit occisis gladio quam interfectis fame, quoniam isti extabuerunt consumpti ab sterilitate terræ. » Teth, dicitur *exclusio*. *Melius est occisis gladio, quam interfectis fame*, quia levius est occumbere sine deliberatione aliqua lapsu peccati subitaneo quam defectu pedetentim lentescere diuturno. *Isti enim extabuerunt consumpti ab sterili-*

*tate terræ*, quia vitiorum putoribus sunt addicti pro incultibilitate et longa incuria mentis suæ. Unde merito a prædictorum isti, juxta sensum præmissæ litteræ, sorte excluduntur, quos cordis non terreni sed lapidei feracitas nulla consequitur.

## JOD.

VERS. 10. — « Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum in contritionem filiarum populi mei. » Jod, *desolatio* est. Et quid magis desolatur quam quod Deo hospite vacuatur? *Manus mulierum misericordium filios suos* coquant, cum opera ejuratorum hominum, nihil scilicet intellectualis tenoris habentium, eos, quos ad sui exempla contraxerint, ad sui ipsorum conformitates igne subdolæ persuasionis emolliunt. Mulieres et ironice misericordes vocantur, quia hinc lenociniorum mollitie fallunt et illinc sub colore benignitatis imo quasi consulendi se ingerunt. *Cibus earum* fiunt, dum eos sibi incorporare contendunt. Et exinde filia populi conteritur, dum non rationis filius, qui, juxta Apocalypsim, ad thronum Dei perducitur (*Apoc.* XII, 5), sed vulgaritatis intimæ instabilis filia indesinenter obruitur.

## CAPH.

VERS. 11. — « Complevit Dominus furorem suum, » effudit iram indignationis suæ, et succendit ignem » in Sion, et devoravit fundamenta ejus. » Caph, interpretatur *operatio*. Quæ operatio non nisi præmissæ iniquitatis quidam effectus dicitur, sicut ex peccato peccati pœna efficitur. Unde *furorem suum Dominus* complet, ut qui peccato irascebatur, ex furore jam sententiam pœnæ irroget. *Iram indignationis suæ* effundit, cum tentationis miseram conscientiam ludibriis exponit. **☩** *Ignem in Sion* succendit, cum carnis petulantia flammæ in mente, quæ Deum speculari consueverat, ingeri Deus sinit. *Fundamenta ejus* devorat, cum subsistentiam totius bonæ intentionis absumit et abrogat.

## LAMED.

VERS. 12. — « Non crediderunt reges terræ et » universi habitatores quoniam ingrederetur hostis » et inimicus per portas Jerusalem. » Lamed, dicitur *cor servitutis*. *Cor servitutis* intelligitur intelligentia, quæ non ex ratione, quæ imperat, sed ex sensualitate, quæ servit, habetur. *Reges terræ* sunt rationales motus, qui omnia nostra terrena disponunt. *Terræ habitatores*, membra sunt nostra super terram, vel quælibet corporeæ habitudines. Hi non credunt *quoniam per portas Jerusalem hostis et inimicus* ingrediatur, quia, ex veteri mentis quiete jam desides non arbitrabantur quod per sensualitates visioni pacis quondam dedicatas, hostis antiquus, et post eum inimicitia naturalis appetitus suggerere quidpiam attentaret.

## MEM.

VERS. 13. — « Propter peccata prophetarum » ejus et iniquitates sacerdotum, qui effuderunt in » medio ejus sanguinem justorum. » Mem, *viscera*. Et quid sunt *viscera*, nisi ipsa cogitationum intentio,



quæ, sicut viscera in corpore, ita sub cogitationibus A  
latet in mente? Unde et Apostolus sanctum Spiritum  
vocat cogitationum discretorem et intentionum  
(Hebr. iv, 12). Pœnæ ergo interioris intentio, pec-  
cata sunt prophetarum, et iniquitates sacerdotum.  
Sacerdotum, id est rationalium motuum, qui nos  
salubriter ducitare debuerant, iniquitas est, quod  
inter impetum carnis et spiritus non æque judicant.  
Prophetarum vero, id est providentiarum, peccata  
sunt, quod sibi non futuri sæculi pœnas aut præmia  
prospiciunt, sed quælibet, quæ fortuito suboriri  
queant, sibi in præsentem fastuosa promittunt. Hi  
sanguinem justorum in medio ejus effundunt, cum  
ea quæ intra se naturaliter justitiæ convenire po-  
tuerant, in peccata convertunt.

## NUN.

VERS. 14. — « Erraverunt cæci in plateis, polluti  
sunt sanguine. — Cumque non possent, tenuerunt  
lacinias suas. » Nun, dicitur pascua eorum. Pas-  
cua eorum sunt quidquid in mundo eis suppetit cu-  
rarum. Unde errant cæci in plateis, quia sub nullo  
discretionis lumine sæcularibus se inspersere nego-  
tiis. Sanguine polluuntur, cum inter ea nulla non  
contagione criminis inficiuntur. Cumque eis peccare  
non suppetit, lacinias suas tenent, quia nunquam  
esse absque peccandi intentionibus sustinent. Sicut  
enim lacerna laciniis, sic cura forastica innectitur  
intentionibus pravis.

## SAMECH.

VERS. 15. — « Recedite, polluti, clamaverunt eis :  
» Recedite, abite, nolite tangere. Jurgati quippe  
sunt, et commoti dixerunt inter gentes : Non  
» addet ultra ut inhabitet in eis. » Samech, dicitur  
audi. Plane petuntur ut audiant, quibus sanguine  
pollutis clamatur ut a sua pollutione recedant. Sunt  
autem qui clamant aut divina verba, quæ intonant,  
aut intellectualitates, quæ quod improbe sit natu-  
raliter objurgant. Recedunt si a perversa executione  
se subtrahunt, abeunt si ab intentionum vanitatibus  
resipiscunt. Tangere vetantur, cum affectum illo  
non intorquere jubentur. Jurgati sunt, qui ex divini  
perceptione eloquii contra suam vecordiam rixas  
in animo conceperunt. Commoventur, cum in ipsa  
sua disceptatione turbantur. Unde ad studia ve-  
terna mox reflexi dicuntur, id est proponunt, quod  
inter gentes eos non inhabitet, possessas videlicet  
semel a tot criminibus mentes nequaquam Deus ul-  
terius mansurus intret.

## PHE.

VERS. 16. — « Facies Domini divisit eos, non addet ut  
» respiciat eos, facies sacerdotum non erubuerunt,  
» neque senum miserti sunt. » Phe, interpretatur  
os. Os autem nil aliud est quam ipsa quæ sibi jun-  
gitur Dei facies. Facies, inquit Domini divisit eos,  
quia dum in illa interiori contentione istinc pœni-  
tentiæ lacrymas, illinc mundiales lascivias sua sibi  
in mente præsculpunt, quasi ante superni Judicis se-  
ora constituunt, et sanctæ conversationis difficultate  
perspecta, quasi ab ore Dei ad proposita laxiora se

referunt. Et quia ex deliberatione sic ad peccata  
feruntur, nequaquam addit Deus ut per illationem  
pœnitentiam respectentur. Facies sacerdotum non  
erubuerunt, cum rationi cum Deo se monenti impu-  
denter restiterunt. Neque senum miserti sunt, cum  
maturo aliquoties statui, et peccata fastidienti in-  
centiva etiam peccandi obtulerunt.

## AIN.

VERS. 17. — « Cum adhuc subsisteremus, defece-  
» runt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum,  
» cum respiceremus attenti ad gentem, quæ salvare  
» nos non poterat. » Ain, dicitur fons, vel oculus.  
In fonte vel oculo, itidem intentio accipitur, de qua  
emergunt cuncta quæ mente concipimus. Unde cum  
adhuc subsistimus, id est post Dei desertionem cum  
pro sola sæculi honestate a criminibus nos continere  
disponimus, oculi nostri ad auxilium nostrum  
vanum deficiunt, cum intentiones nostræ fragili  
subsidio innisæ subito emarcescunt. Brevi enim se  
continet, non Deus, sed Ægyptus auxilium præbet,  
imo manum innitentis sibi perforat, quæ non solum  
salvare non potest, sed ipsum suum opus coram  
Deo imprudenter addemnat. Sed videndum, in his  
duobus posterioribus 𐤀𐤀𐤀 alphabetis, quiddam  
quod a prioribus discrepat, et certum utique quod  
non abs re fiat. Duo nempe characteres in his ul-  
terioribus Phe scilicet, et Ain præposterantur, quæ  
in prioribus Ain videlicet ante Phe ordinate locan-  
tur. Et dixisse me recolo quod in hac lamentatione  
quaterna quatuor peccandi portendantur genera.  
Porro in duobus, penultimo utique et ultimo, con-  
sensus intelligitur ac operatio, sicut in duobus prio-  
ribus suggestio et delectatio.

In primis igitur Ain ante Phe ponitur, ut per hoc  
innuat quia in suggestione et delectatione mens  
suum ordinem non excedat, dum intentio quale-  
cunque opus ipsius delectatiunculæ præcedere vi-  
deatur. At postquam consensus et operatio in mente  
successerint, ibi oculus pravæ providentiæ cessim  
vadit, quia mens universa in externos affectus evadit.  
Quid enim ibi facit intentio, ubi ipsa postposita  
jam sævit actio? Consensus plane quædam exhibi-  
tionis est portio, quod habes ex Evangelio de juvene  
extra portam elato (Luc. vii, 12). Est ergo in con-  
sensu et opere justa ordinis litterarum mutatio, ut  
ibi nimirum subsidat intentio, quo operis mens  
universa se præmisit in studio. Porro triplicitas  
quæ in tertio alphabeto præponitur characterum,  
nil aliud est quam instructio sacri eloquii ad mu-  
nimen cogitationis, locutionis et operum; hæc  
enim necessaria est triformiter ad restrictionem  
lapsuum. Sicut enim verecundia ante casum utilis  
est, post casum vero sanctæ confessionis obstrusio  
est, sic intentio ante peccatum multa circumspec-  
tionum cura indiget, postquam vero in perversum  
transit opus, deses et pene nulla remanet, quia quo  
intendat, postquam satis suæ fecerit voluntati, non  
habet.

## SADE.

VERS. 18. — « Lubricaverunt vestigia nostra in » itinere platearum nostrarum, appropinquavit finis » noster, completi sunt dies nostri, quia venit finis » noster. » Sade, *justitia*; quæ refertur, sicut superius, ad justa Dei judicia. Qui respexerant *ad gentem*, id est ad humanæ circumspectionis astutiam, quæ eos salvare non poterat, modo lubricasse *vestigia sua in itinere platearum* dicunt, cum labefactari affectiones suas per sollicitudinem sæculi disquisitiones attendunt. *Finis* eorum appropinquat, cum peccatum consummatur in opere, quod animus destinarat. *Dies* eorum complentur cum virtutes consumuntur. Et hoc, quia venit finis omnimodæ scilicet mentium destitutionis.

## COPH.

VERS. 19. — « Velociore fuerunt persecutores » nostri aquilis cæli; super montes persecuti sunt » nos, in deserto insiliati sunt nobis. » Coph, *conclusio*. Plane concludimur, cum vitiorum frequentia coangustamur. Unde *velociore aquilis cæli persecutores nostri* sunt, cum carnis incentiva, quæ nobis naturaliter incumbunt, ex ipso consuetudinis usu, ipsis etiam dæmonibus rabidiora sunt. Aquilæ enim pro sua rapacitate id significant. *Super montes nos* persequuntur, cum in ipsa superbia nostra nos demoliuntur. *In deserto* insidiantur, cum nos a Deo desertos ob nostra facinora aucupantur.

## RES.

VERS. 20. — « Spiritus oris nostri Christus Do- » minus captus est in peccatis nostris. Cui diximus : » In umbra tua vivemus in gentibus. » Res, dicitur *spiritus*. *Spiritus* autem oris nostri, intelligentia est cordis nostri. *Os* enim pro corde ponitur, ut est : « Os justi meditabitur sapientiam (*Psal.* xxxvi, 30); » et : « Voluntaria oris mei beneplacita fac (*Psal.* cxviii, 108). » Ipse *Spiritus* Christus Dominus dicitur, quia et ungi a Deo ei specialiter attinet, et dominari eum non minus decet. Is *in nostris peccatis* capitur, cum eorum superveniente servitio ab arbitrii sui libertate privatur. *Cui dicimus*, id est, ascribimus quod sub umbra ejus vivere possimus *in gentibus*, quod videlicet sub imagine rationis, non in azymis sinceritatis, sæculari videlicet illa, de qua supra diximus, cautela nos inter vitia palliare D queamus.

## SIN.

VERS. 21. — « Gaude et lætare, filia Edom, quæ » habitas in terra Hus. Ad te quoque perveniet » calix, inebriaberis, atque nudaberis. » Sin, dicitur *vita*. Gaudere ergo et lætari filia Edom præcipitur, dum terrena mens in præputio, et carnis suæ sepulta delictis viciniore salutis offendit, et ad vitam respirandi corporis et animæ, pro quo utroque gaudere et lætari jubetur, causas incidit, cum veniens ad Babylonem ibi liberari incipit. Edom enim *terrenus* dicitur. *Edom* autem *filia* affectio est carnali mente progenita, hæc habitat *in terra Hus*, quæ interpretatur *festina*, ac peccatum utique præ-

A propera : Non enim invenitur ab Apostolo in hac terra, id est carne bonum (*Rom.* vii, 18). Ad hanc quoque pervenit *calix*, quia sicut rationem, ita et affectum ex pudore peccati sententia bonæ respirationis intercipit. Inebriatur, cum a veterum malorum conscientia et consuetudine absentatur. Nudatur, cum piæ confessionis veritate retegitur.

## THAU.

VERS. 22. — « Completa est iniquitas tua, filia » Sion, non addet ultra ut transmigrat te. Visitavit » iniquitatem tuam, filia Edom, discooperuit pec- » cata tua. » Thau, interpretatur *erravit*, vel *consummavit*. Error enim vere consummatur, cum ipse etiam affectus, qui ad malum proclivior est, de suo errore suffunditur. Cum ergo affectus, *filia Sion* nimirum, intellectualitatem non transmigrat, id est a recto statu non distrahit, iniquitati profecto ejus finem indit. *Iniquitatem* ejus *filia Edom* visitat, eum ex eo quod interiores motus non æque dijudicat, etiam fastidium carnalis appetitus valde insinulat. Nisi enim fastidiret peccata sua, et illius non discooperiret.

## ORATIO JEREMIÆ PROPHETÆ.

VERS. 1. — « Recordare, Domine, quid acciderit » nobis, intueri et respice opprobrium nostrum. » Recordatur Deus *quid nobis* acciderit, cum lapsuum nostrorum recordari nos facit. *Opprobrium nostrum* intuetur, cum illud, quo majus nihil est, defectum nostrum a Deo perpendere aut dolere hortatur. Unde et septem mulieres in Isaia : « Aufer, inquit, opprobrium nostrum (*Isai.* iv, 1). » (VERS. 2) « Hæ- » reditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ » ad extraneos. » *Hæreditas nostra*, corpora nostra sunt quæ mitibus sub specie terræ in possessionem promissa sunt. Hæc *ad alienos* vertitur, cum vitium quodlibet ea abutitur. *Domus nostræ* ad extraneos vertuntur, cum nostræ conscientiæ ad eos, qui nihil juris in nobis, nisi ex nostra prodicione habent, scilicet dæmones, intorquentur.

VERS. 3. — « Pupilli facti sumus absque patre, » matres nostræ quasi viduæ. » *Absque patre* fuimus, qui diabolus, qui secundum veram essentiam esse desiit, patrem habuimus. De ipso enim legitur : « Habitent in tabernaculo ejus socii ejus, qui non est (*Job.* xviii, 15). » *Matres nostræ quasi viduæ*, Deo, qui vere solus est, carentes conjuge.

VERS. 4. — « Aquam nostram pecunia bibimus, et » ligna nostra pretio comparavimus. » *Aquam* suam *pecunia* bibit, qui vapillum statum suum, et spiritualis vini calore alienum impensa pecuniæ stoliditate coemit. Pecunia enim *a pecoribus* dicta est, quia de pecorum fieri solebat tergoribus. Ligna nostra pretio comparavimus, cum insensibilitatem, et merubidos animi et corporis habitus dato pretio totius rationalitatis acquirimus.

VERS. 5. — « Cervicibus minabamur, lassibus non » dabatur requies. » *Cervice* minatur, cui superbia dominatur. Cervicosos enim superbos dicimus. *Las-*

*vies non datur, cum laborantibus, juxta Evangelium, et oneratis refectio internæ requiei nullalitur (Matth. xi, 28).*

s. 6. — « Ægypto dedimus manum, et Ass, ut saturaremur pane. » *Ægypto dat manum, unde attribuit operationis suæ studium. Assyem dat, qui curialitates, et nomina vana sibi at; hoc enim Assur, qui aula dicitur, ex hominulicorum fasce designat. Et hoc sit, ut paneatur, terrena videlicet ad tempus jocunditateur.*

s. 7. — « Patres nostri peccaverunt, et non; et nos iniquitates eorum portavimus. » *Patrostri sunt, quorum imitatur exempla, qui it, et ideo non sunt, quia a vera exterminansentia. Nos iniquitates eorum portamus, quia ultione ferimur, qui nequaquam peccati alieni corrigimur. « Septies enim ultio dabitur de deo Lamlech vero septuagies septies (Gen. iv, (Vers. 8) « Servi dominati sunt nostri, et non qui redimeret de manu eorum. » Servi vitia si causa pro effectu ponatur, quia servos nos t. » Qui enim facit peccatum, servus est peccJoan. viii, 34). » Non fuit qui redimeret de eorum, quia verum esse non habuit, et quasi tra se subsistentia caruit intellectualitas, quæ exinde facere non potuit.*

s. 9. — « In manibus nostris afferebamus panobis, a facie gladii in deserto. — In manistris panem nobis afferimus, cum ex operumrum studiis pabulum nobis alicujus mundanæritatis exigimus. Et hoc a facie gladii in deid est urgente necessitate peccati, in quo ejusone subtracta deserimur a Domino. Gladius peccatum est.

s. 10. — « Pellis nostra quasi clibanus exusta a facie tempestatis famis. » *Pellis nostra affeoster est, quod sicut cutis in corpore, citius ir in mente. De multis enim malis afficimur, voluntate horrescimus, sic enim hæc duo dimus, quia et bona ex ratione volumus, de quion afficimur. Hæc pellis quasi clibanus exurinto furiosus ardens quanto in morem clibanioccluditur. A facie tempestatis famis exurit, ub instantia internæ intemperiei, quæ famem Dei parturit, conflagratur.*

s. 11. — « Mulieres in Sion humiliaverunt, irgines in civitatibus Juda. » *Mulieres in Sioniant, cum ubi bonæ voluntatis aliqua fecundiridebat, status conscientiæ subjugant. Virgines tibus Juda pariter humiliantur, cum illa, quæ ecceatum sola residet medicina, confessio scintra conceptacula mentis, sterilitate dam-*

s. 12. — « Principes manu suspensi sunt, fasenum non erubuerunt. » *Principes manu iduntur, cum sensualitates nostræ a concutiæ carnalis effectu, non desiderio, sed inopia ilitatis arcentur. Facies secum non erubescunt,*

A cum maturiores animi habitus, qui aliquoties pudoratiis sentiunt, sensuum levitates irrumpunt. Facies autem pro præsentia vel cognitione in Scripturis solere accipi nulli dubium est.

VERS. 13. — « Adolescentibus impie abusi sunt, » et pueri in ligno corruerunt. » Tunc adolescimus, cum ad aliquot mentis robur excrevimus. Sed hac adolescentia impudicè abutimur, cum bonarum artium valetudinem in contrarias fortitudines commutamus. Quod sæpius experimur, dum quos perspicaces olim Deo cognovimus, astutiores sæculo impudentissime jam videmus. *Pueri in ligno corrunnt, cum hi, qui nihil virium et subtilitatis attingerant, nimio flagitiorum usu impudentiæ et insensibilitati sese addicunt.*

B VERS. 14. « Senes de portis defecerunt, juvenes de choro psallentium. » *Senes de portis deficient, cum intellectualitates quibus descriptio est insita animorum, in interni examinis censura succumbunt. In portis enim urbium exerceri solebat reipublicæ solemne judicium. Juvenes de choro psallentium pereunt, cum vivaces solertiæ a bene agendi unanimitate desciscunt.*

VERS. 15. — « Defecit gaudium cordis nostri, » versus est in luctum chorus noster. » *Gaudium cordis nostri deficit, cum testimonium conscientiæ, quod est gloria nostra (II Cor. i, 12), in nobis obsurdescit. Chorus noster in luctum vertitur, cum benevolentia animi sibi concors operibus luctu dignis involvitur.*

VERS. 16. — « Cecidit corona capitis nostri. Væ » nobis, quia peccavimus! » *Corona capitis nostri cadit, cum totius nostri præmii spes, si qua quondam bona fecimus, inanescit. Victoribus enim antiquitus corona dabatur, sed victoria nulla est, quæ defectu cassata est.*

VERS. 17, 18. — « Propterea mœstum factum est » in dolore cor nostrum, ideo contenebrati sunt » oculi nostri. Propter montem Sion quia disperiit, » vulpes ambulaverunt in eo. » Quod est dicere: Quia a corona destitimus, et ad væ ob peccata devenimus, propterea mœstitiam ex quotidiani casus mordaci suspicione incurrimus, ideo ad alicujus futuri boni prognosticum exspectationes nostræ cæcutiunt, dum se pii meriti spes nullæ objiciunt. Et hoc fit propter montem Sion, quia disperiit, propter excellentiam videlicet, qua olim imbuta mens fuerat divinæ speculationis, quæ propter ingruentia menti vitia obliterari commeruit. Sion enim in speculam vertitur. In hoc monte vulpes ambulat, quia istam perfunctoriam soncitantem demonum calliditates et tenebrarum facta conculcant. Animal enim subdolum est, et quod cuniculis delectetur.

VERS. 19. — « Tu autem, Domine, in æternum » permanes, solium tuum in generatione et generationem. » Ac si dicat: Horum momentanea sanctitas evanuit, sed tu, id est tui, tibi videlicet incorporati, non temporarie, sed æternaliter tibi obsecundare deliberant, et hi, quibus ac si in solio præsidere

et regnare dignaris, non solum in hac, qua tibi nascuntur presentī generatione, sed etiam in illa hujus sæculi subsecutiva regeneratione, famulatum perpetuant.

VERS. 20. — « Quare in perpetuum oblivisceris nostri, derelinques nos in longitudinem dierum? » Si tu, inquit, tuis hæc impertiris electis, ut hic et in posterum tui eis indivisibilitatem largiaris, nos, quos a te desipere vides, et respiscere facere potes, quare hic perpetuum tibi serviendi affectum, et illic diuturnitatem inexplebilis lucis auferis? Vox est eorum qui de sua salute hæsitant.

VERS. 21. — « Convertite nos, Domine, ad te, et convertemur, innova dies nostros sicut a principio. Certe, inquit, si tu gratiam conversionis nobis inspirares, procul dubio nil possemus nisi ad te sicut et illi converti. *Innova ergo dies nostros sicut a principio*, id est eam claritatem pii desiderii, quæ jam deambulacra vulpium facta est, in nobis repara, ut fas sit redire ad dulcedinis atque lætitiæ

quondam expertæ principia. Sed tu per obstinationem nos repellis, et te iratum irremediabiliter ostendit.

Quoniam tandem emenso pertimescendi laboris opusculo per immensas mysteriorum voragines sermo noster enatavit, securrissimo ausu dicam quia, in tam horrendi transmissione sali, solum Deum remigem et nauclerum habuerim. Testor enim ipsum, intra cujus portus anchoram meæ intentionis appulerim, quod ab ipso exordio totius hujus stadii in tantum ingenii mei acumen habuerit quoties aciem animi ad hæc vestiganda tetenderim: ut nisi ad ipsum, cujus vultus lumen cordi nostro insignitur lacrimabiliter respectarem (quippe qui bona conscientia id me arripuisse cognoscerem) cum magna procul dubio ab eo quod cœperam confusione desidererem. Sed infinitas super hac experientia, Deus, grates, qui sic nos tuo munere imbuis, ut nos nullo modo lateat quid ex te, quid sapiamus ex nobis.

## EPILOGUS.

Quoniam ergo hujus æstuantissimi freti qualem-cunque Deo ductore portum attingimus, ad te (18) tandem in quo totius sinceritatis iudicium præeminere non ambigo, quasi in solidissimo littore commercia nostra, magnis cordis et corporis coempta sudoribus, magister reverende, deponimus. Nec enim te improvidè eligimus hujus nostræ supellectilis appetitorem, immo vigilantissimum discussorem, cui prorsus insolitum scio, sine omnimodæ æquitatis intuitu censoria quempiam jaculari sententia, cujus nimirum operis gressus indesinenter præcurrere consuevit intellectualis consilii palpebra. Non absurde, inquam, tuis præsens opusculum disquisitionibus appulisse decreverim, præsertim cum indubitanter agnoverim neminem super interioris hominis statu in cunctis nobis contiguis regionibus majorem discretionis obtinuisse vim. Nec id injuria. Quod enim spirituale nescias, cum in hujus examinatione te indesinenter exerceas? In his tractatibus noctem diei continuas, in hujus contemplationis radio, totius interni habitus delectatione conspiras. Quod si ad animales, quorum copia est

infinita, magistros, et qui suis dignoscuntur sensualitatibus irretiti, aliqua spiritualiter sensa proponere, studium plane meum eorum lentitudine considerata gravissime examinarem.

Ad te igitur, qui spiritualiter cuncta examinas et a nemine judicaris, securus intendo, quia ad liquidum universa, et his majora non penetrare non poteris; cum nihil sit aliud quam divinum et spirituale quod vivis. Si qua ergo istic corrigenda perpendis, consilio cum Scripturis, quarum tibi non infrequens usus exstat, communicato, nequaquam corrigere dedigneris, sciens indubie quia non ingratum me ullo modo reperies, si qua inibi obliteranda, vel potius immutanda notaveris. Cæterum ad litteram nihil me dixisse nolo mireris, quia quod B. Hieronymus satis superque elucidasse in promptu est, id ipsum repetendo schedulas implere supervacaneum procul dubio mihi est. Quæ ergo pro captu meo, et Deo, ut credo, indigno peccatori aspirante, bona intentione peregrisse me memini, non tantum tua lectione quam oratione firmanda et auctorizanda transmisi.

(18) S. Norbertum alloquitur Auctor.

## VEN. GUIBERTI ABBATIS

TRACTATUS DE INCARNATIONE  
CONTRA JUDÆOS.

## AUCTORIS EPISTOLA NUNCUPATORIA.

Patri et domino sanctæ Suessionensis Eccle-  
siae BERNARDO indignus admodum prænomine

onem tuæ sanctitatis biennio distuli, sed  
nunc nescio si digne paruerim. Fateor enim  
minum, quem communem testor, multum  
ius postulationis pudit, dum tuam de me  
em majorem sentio quam merui. Scientiæ  
imbecillitatem expaveram, et dum inexperta,  
Gregorios Hieronymosque terrere poterant,  
sub assumpto turpiter fasce veritus casum,  
m licuit, urgentem te dilationibus hucusque  
Inauditas plane et male subtiles quæ no-  
tenduntur fidei controversias refellere, per-  
simi animi postulat puritatem. Dominicæ  
Incarnationis illa sinceritas oculo investiga-  
nisi a quibusdam imaginationibus lautiore,  
cum me noverim acerrime præpeditum, ni-  
valde cum id aggredi cogerer, æstuabam.

A Si enim id facerem, et res vilipensioni pateret,  
(cogitabam secundum hominem) hoc mei honoris  
posse fieri detrimento, imo, quod magis verendum  
est, tepide tractare de talibus Ecclesiæ poterit offi-  
cere documento. Attamen pensans quod tantopere  
orationem præmittere me rogasti, ad eum qui om-  
nia mea hactenus cœpta juvisset, cor appuli, demum-  
que, si qua possem, super tuo negotio elaborare  
tentavi. Si quid in eo bene potui, in hoc tibi ascribo,  
quia tuæ summæ humilitati humiliter obtemperare  
proposui. Cum puer essem et sub pædago agerem,  
accidit me quasdam admodum sæculares litterulas  
dictitasse (19); quod cum magister idem ægre tulisset,  
dormienti asitit cano persona capite, dicens: Volo  
mihi rationem de litteris reddas, verumtamen ma-  
nus quæ scripsit non est illius personæ quæ scripsit.  
Quod cum esset mihi ab ipso relatum, animadverti  
quod aliquid mihi internæ lucis impenderet Deus, nt  
manus mea piis serviret operibus.

## LIBER PRIMUS.

## DE CONCEPTIONE FILII DEI INTRA VIRGINEM.

## CAPUT PRIMUM.

tractatum fuerit aggressus rationem reddit au-  
derabile utcumque est, cum ab his fidei nostræ  
tur qui ejus nequaquam dogmata susceperunt.

hi qui Christi reconciliati videntur gratia  
is eandem controversiarum dentes et linguæ  
as exacuunt, omnium bonorum animi pie-  
tali auditione tabescunt. Etsi Judaica inertia  
i Dei intra Virginem conceptione submurmurum  
nirum res est inolita genti, et pudendum  
sibi æstimat incuti, cum a suis Deum, qui  
lvator advenerat, progenitoribus traditum

Porro Christianus, qui hoc ipso censi  
non refutat, qui, quamvis miser et tepidus,  
s tamen intrat (20); altaria aliquoties et sas  
s honorat, dum Eucharistiæ fidelium et pecca-  
confessionem communicat (24); qui Dominicæ  
ias passionis adorat, et interdum etiam elee-

mosynarum largitiones affectat. Is, inquam, quare  
Judaicis sermonibus se inclinat? Quare eorum adver-  
sum nos contentiones assumit ac roborat? Susurria  
eorum qui per se grunnire non audent, suo, quo  
Deo iudice brevi florebit, potentatu sustentat; et  
quod illi in faucibus vix loquuntur, iste promulgat,  
et, o mirum! verborum suorum superstitionis argui-  
tur, ægre fert, vix tolerat, sese Christianum incla-  
mitat. Et quis furor est, ut qui Judæum aut paga-  
num se haberi aut vocari respuit, eorum cæremoni-  
as tueatur, et instituta defendat, in leges odium  
Christianas exercent, imo idipsum vituperet quod  
adorat? Dum cum Judæa quadam facetissima de  
hoc ipso colloquerer, extremæ, ait, dementiae est  
sui quas dicit Salvatoris imagines hominem adorare,  
et idem mox quod adoravit, postquam recesserit,  
subsannare.

Plane hunc non incongrue Neuterium novo vo-  
cabulo dicam, qui neutrum sectatur, dum ea quæ

De his fuse in Vita sua.  
Ioannem his comitem Suessionensem intelligit.  
Vita Guib., lib. III, cap. 15, infra.

laudat jura non prosequitur, et quæ videtur prosequi Christiani studii jura non laudat. Haurit ergo homo nequissimus ex Hebræorum confabulatione verba nefaria, et quæ sint nostræ pudicæ fidei non modo dictu, sed vel auditione gravissima. Certe credideramus hactenus, quia legeramus Virginem illam unicam, sine exemplo Deiferam, in universo mundo interemisse pravitates hæreticas. Sane ex ea Natus capita confregit inimicorum suorum. (Psal. LXVII, 22), ipsa sunt capita draconis dati in escam populis Æthiopum. (Psal. LXXIII, 14). Et unde huic valentissimæ dominæ accedit impotentia? quin etiam conterat verticem capilli in delictis suis perambulantium (Psal. LXXVII, 22.) Quisquis contra Virginis partum disputat, in Spiritum sanctum blasphemat. Nemo autem sanus dubitat quin felix eadem fuerit Spiritu sancto fecunda: non est ergo blasphemia hæc remissiva.

Audieramus beatitudinem mundicordium, quod hujusmodi visuri sint Deum (Matth. v, 8). Joannes, qui nemini secundus in natis est mulierum; solvendæ calceamenti Jesu corrigiæ se profitetur indignum (Luc. III, 16). Hi agni carnes coquunt aqua, et fæde nimium ab eis dissipatur calceamenti corrigia, qui genituram Salvatoris discrepare non æstimant ab aliis, nec habere mysteria. Omnium a sæculo sanctorum, et qui ante gratiam prævidere sciendū, et sub gratia tractare de facto, super hujus consideratione sacramenti puritas intellectualis emarcuit. Ubi etsi scintillam momentaneæ intentionis pius quilibet contemplator habuit, ad id tamen quod comprehendendi non poterat, oratione caruit. Meritoque super hoc hominum perspicacitas siluit, ubi totius eorum naturæ exemplum defuit. Ad hoc itaque capiendum nulla subtilitas spiritualis evaluit: *Generationem enim ejus, ait propheta, quis enarrabit (Isa. LIII, 8). Nunquid etiam dicit homo: Homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus (Psal. LXXXII, 5).*

Si ergo nulli mundicordes, si nec uterinus cognitor Baptista Joannes, si neque propheta, neque apostolus quidpiam super tanto præsumpsere negotio, quid sapiet, precor, animus, impudicitis enormibus sordens, apud quem flagitiosa commercia nihil residui habuerunt? Si Paulus nec ad tertium raptus cælum ausus est quidquam tale, optime congruit modo de his hominem turpissimum disputare? Si ipse ex affectu laudaret, laus ejus in se deficeret; in ore enim peccatoris nequaquam speciosa laus esset (Eccli. xv, 9), ne dum omnium spurcissimus cum nostræ exordia salutis exprobrat, et partus cælo ac terra digniores infamet. Dissererem de ejus genere et moribus, nisi mihi per sequentia sese largior aperiret locus. Certo autem nobis constat certius quia continuis ingentium facinorum libidinumque motibus in supremæ hujus blasphemie venit casus. Sed jam aliqua maledictorum ejus proponamus, quibus, quia ex putidissimo Judæorum fonte prolata sunt, ita respondeamus ut impuri dogmatis susurrone cum

A suo promulgatore claudamus. Mariæ vero erit, si sui supplices secundos exitus habeamus.

## CAPUT II.

## QUÆSTIO JUDÆI.

« Nullus, inquit, nisi qui desipiat, credit Deum » ad uteri feminei sese dimittere voluisse vilitatem, » et consuetudinarii incrementi pertulisse moras. » Illud potissimum horroni est ut is, qui Deus dice- » retur, per mulieris virginalia funderetur. Isdem » quoque natus, cum non dissimilia humanitati » membra haberet, et feminalibus usus est, et edendi » ac bibendi necessitati subjacens, his etiam quæ » consequuntur ærumnis addictus est. Unde prorsus » ridiculum est ut is talis Deus habeatur qui in nullo » a miseris discrepare communibus videatur. Porro » si dicatur quia de Virgine natus fuit, falsissimum » est, quia homo, tanta infirmitate depressus, con- » tra leges naturæ nasci non potuit. Maximum de- » nique huic sententiæ robur accessit quia cum latro- » nibus ipse et latronum morte decessit. Et unde » malum se potuit resuscitare, qui non prævaluit » tam putendi exitii facta vitare? »

Hæc ille. Nos autem :

## SEQUITUR QUÆSTIONIS SOLUTIO.

*Deus incomprehensibilis, continens et implens omnia, corporalibus pollui non potest.* — Deus, cui nullus similis, ne sileas neque compescaris (Psal. LXXXII, 2), sed imple faciem ejus ignominia (Ibid., 17), qui minuit nomen tuum. Mihi enim nihil attinet de his qui foris sunt judicare (I Cor. v, 12). Quæramus tamen ab utrisque Deum incircumscripsum omnia regentem credant, nec ne. Si dicant eum aliqua, licet magna, corporalitate finitum, et ac si senem gloriosum ex Danielis libro majestative confingant, quod dicere sunt soliti, quoniam oculos et aures, manus, uterum et pedes Dei ubique Scripturarum reperiunt (Dan. x, 6): et nos pariter nescio quam avem eum dicemus, quoniam alatus legitur et volasse, ut est: *Sub umbra alarum tuarum protege me (Psal. xvi, 8). Et: Filii hominum sperabunt sub alarum tuarum tegmine (Psal. xxxv, 8). Ascendit quoque super Cherubim, et volavit (Psal. xvii, 11).* Quod si quemquam eorum dicti hujus pudeat, et Deum incomprehensibilem, ut est, esse concedat, respondeat mihi an is, qui ubique totus est, et universaliter quæ creavit adimplet, corporalibus, quæ in mundo sunt, aut etiam spiritualibus immunditiis polluat? Totus enim ubique omnia continet ac implet, ut diximus. Quod si dicat, quod et verum est, naturam illam impenetrabilem alterius non posse naturæ diversitate fœdari, consequenter inferimus quia nec Deus potuit aut debuit, aut sua, aut maternæ, humanitate gravari.

## INTERROGATIO.

*Deus creaturas condidit bonas.* — Subinde interrogatio subsequatur: Utrum bona an mala Deus fecerit quæ creavit? **¶** Haud dubium plane quin bona et valde astruat (Gen. 1, 31). Licet enim post hominis creationem solita Moyses verba tacuerit

*Deus vidit quod esset bonum (Gen. 1, 10), A*  
 nstat non sine mysterio factum, tamen esset  
 la absurditate plenissimum, si humiles crea-  
 minum subsidio factæ, valde dicerentur  
 t is qui ad Dei imaginem est conditus in-  
 eret bonitate. Imo valenter excellit; nam  
 re Conditor ordinasset, si bruta intellectua-  
 etulisset. Si ergo bona a Deo est condita  
 nortalium, quod utique est, quid aspernaris  
 eaturæ conditionaliter bonæ pius auctor  
 est?

*ginali peccato. Circumcisio et sacrificia per  
 sruere Judæis. —* Quod si de originalis pec-  
 agio, de quo tamen apud Judæos silentium  
 ir, dicemus quia quique hoc remedio egue-  
 e sua potius, ut parentum, quam circum-  
 B sœu cæremoniis mundati sunt. Verbi gratia,  
 upud Judæos quondam fideles recens natæ  
 æ, nec etiam ad templum cum hostiis dela-  
 uid iere perditum? Certe fides non per sa-  
 sed sacrificia valere per fidem; et locus in  
 ircumcisioni non erat. *Respexit enim Deus  
 : [al., et ad] ejus munera (Gen. iv, 4).* Ergo  
 æ vel in circumcissione, seu præputio, tunc  
 salvabantur, fide meruerunt sua parentum-  
 i. Non immerito itaque Actibus apostolo-  
 itur: *Fide mundans [al., purificans] corda  
 cf. xv, 9):* licet nostris hostibus confutan-  
 minime susceptibilis apud ipsos nequaquam  
 i conveniat. Sine fide etiam in baptismo  
 C sacramenta cassantur. Virgo igitur paritura  
 de sibi munditiam, ubi Deum susciperet,  
 vit. Sed jam ad susceptam seriem redea-

## CAPUT III.

## QUÆSTIO SEQUITUR.

ir a vobis Deus omnipotens. Et certe om-  
 non fuit, si ad hominem, quem bene fece-  
 redimendo suscipiendum pietate duci non  
 eccare enim, est impotentia; pietate supe-  
 entia. In hac enim quam dicitis infirmitate  
 lit. Feeit enim quod debuit. Specialiter sane  
 isericordiarum debitor est. Cur nobis non  
 s quod vos continua murmuratum, et  
 um obstinatione rebelles, quasi aquila pul-  
 serto circumtulit, multimoda idololatriarum  
 ie damnatos in terra promissionis tamen  
 lege et prophetis vestris non modo miseri-  
 od est in natura, aut miserator, quod est  
 ntia, sed ipsa essentialis misericordia voci-  
 si ipse aliter se egisset, seipsum profecto

igitur quia feminei ventris humilitas divi-  
 nitati non congruit. Quare, inquam? Quia  
 præsertim in sexu femineo fragilitates ut  
 plerumque natura sordescat. Et cum sibi  
 anitas ob frequentes quibus obsita est mi-  
 lignetur, ignavum est credere quod his di-  
 nquam implicari pateretur.

## SOLUTIO.

*Quare humanam Deus potius quam angelicam as-  
 sumpsit naturam. —* Bene sensa sunt hæc. Debuerat  
 ergo Deus propter evitandos carnis fetores, angeli-  
 cos sibi uteros præparare. Hos forsitan aptiores  
 conceptioni ipsius poteritis judicare. Minime gen-  
 tium. Non legistis quia *cæli non sunt mundi in con-  
 spectu ejus (Job. xv, 15).* Et: *In angelis suis reperit  
 pravitatem? (Job. iv, 18.)* Si de dignitate agitur, nil  
 Creatori in creatura dignum. Et cum sit tanta Con-  
 ditoris puritas, ut conditorum omnium justitiæ ha-  
 beant unde displiceant, illam rationalem, quæ vi-  
 debatur infirmior, naturam congruentissima sibi  
 ratione connexuit, ubi præter ullam meriti spem  
 sola gratia dignationis apparuit. Nam si angelos  
 apprehendisset, supparilitas quædam videri, quia  
 incorporei sunt, ex assumptione contigua potuisset.  
 Unde et in libris vestris, rebus crebro indignissimis  
 comparatio divina subjicitur, ut quidquid apud ho-  
 mines dignius æstimatur, in Dei comparatione pre-  
 matur, et ubi Deo bonis indignæ hominibus simili-  
 tudines dantur, nullatenus ei conferenda quæ sunt  
 hominibus pretiosa putentur. Hinc est: *Stridebo  
 subter vos sicut plaustrum onustum feno (Amos II,  
 13).* Et: *Eccitatus est tanquam dormiens Dominus,  
 tanquam potens crapulatus a vino (Psal. LXXVII, 65).*

*Fragilitas bifariam accipitur. —* Quid de fragili-  
 tate causaris? hæc bifariam solet accipi. Quia et  
 cibi, potusque, ac somni necessitas, et peccandi  
 labilitas consuevit appellari. Plane in paradiso pec-  
 cati adhuc fragilitate et morte suspensa, ex necessi-  
 tate vescendi, bibendi dormiendique fragiles erant illi  
 generis nostri principes. Quod pareret eis fragilitas  
 illa peccatum, si contigisset non præterire manda-  
 tum? Ex libro tuo habes: *De omni ligno paradisi co-  
 mede (Gen. II, 16).* Et: *Quia misit Dominus soporem in  
 Adam (Ibid., 21).* Hæc dicebantur ei. Hæc in eo cum  
 esset immunis a peccato fiebant. Quid horret Deus  
 in homine? non naturam utique, quam ipse condidit,  
 sed malum quod homo addidit. Quod si horreret, fa-  
 cturam utique suam justissime detractioi expone-  
 ret. Nam si ipse quod statuit, exactorando ac vili-  
 pendendo destituit, prævaricatorem se constituit.

D Sed absistat hæc vecordia. Celeberrimum est in  
 libris tuis Deum et filios et deos homines sæpius  
 appellare. Ne corruptionem carnis et uteri fetores  
 attendas. Non æstimes Deo quidpiam præter peccata  
 fetere. Non habet Deus nares tibi pares. Legisti Noe  
 altari post diluvium fabricato holocaustum de avibus  
 obtulisse, et Deum odorem suavitatis hausisse (*Gen.  
 VIII, 21*). Et quæ in tali vapore voluptas? Forsitan  
 tu Deum æstimas nebulonem, ut patinis fuman-  
 tibus delectetur, et assarum carniū flagrantiam  
 libenter absumat. Certe sobriis hominibus idipsum  
 quod usui præparatur, et nidor displicet coquina-  
 rum, ne dum Deo placeat putor avium exusta-  
 rum. Putasne quia quod hominibus est patidum,  
 Deo suave redoleat? Depone suillum caput, et sen-

sum rejicere carnis. Spiritualibus spiritualia compara. Deus spiritus est, et solius virtutis haurit odorem, et sola morum vitia sibi sordent. Ubi ergo Deus bona animæ universa congesserat, nullatenus in virgine fragilitatem corpusculi horrere debuerat.

## CAPUT IV.

## QUÆSTIO.

*Pro Filii Dei incarnatione nequeunt homines dignas grates rependere.* — Quis vero ex vobis potest ipsam feminam arguere de peccato? At quoniam non suppetit unde arguatur, sola naturæ et sexus indignitas in causa est. Si Deus in propria persona ad homines descendisset, aut persona aliquam divinam, unde nescio quo modo nasceretur, sibi adhibisset, dum sibi in nullo de sua quidquam majestate minuisset, satis mediocres ab hominibus gratias meruisset. At quia totum pro eorum se contulit salute, humilitati et gratiæ, non est quod homo possit dignum rependere. Non fuit quod hominem magis potuisset instruere.

## SOLUTIO QUÆSTIONIS.

*Humana specie Deus apparuit. Inde concludit haud absurdum, Deum corpus humanum induisse.* — Nonne Deus in veteri tua lege sub humana specie in convalli Mambre Abrahamæ apparuit? (*Gen. xviii, 1.*) Et qui vestiri nostra ad horam imagine unius causa hominis voluit, id facere quandoque veraciter pro suæ imaginis salute non debuit? Tantum sane præcellere specialem debuerat utilitas generalis. Nonne illi tuo quem dicis Deo azymus panis, butirum cum vitulinis illata sunt carnibus. Deinde legitur comedis, et discumbenti Abraham asitisse (*Gen. (6-8).*) Et ne dicas angelum fuisse. Lege Deum verbo ad Abraham habito abuisse (*Ibid., 33*); et duos angelos nominatim Sodomam contendisse (*Gen. vii, 1*). Perpende igitur Deum necdum corporatum corporalibus cibis ac potibus indulsisse. Et si tu Deum credis fuisse, nihil quantum ad humilitatem spectat, minus ego eum perpendo fecisse quam quod postmodum visus est; hominem induisse. Creditur enim ille secundum opinionem tuam Deus corpus ex aere perfunctorium assumpsisse. Si ergo credis Deum incorporeum ad horam corporaliter manducasse, cur discredis pro tanto salutis humanæ negotio corpus aliquandiu suscipere voluisse. An personæ illi, licet expertissimæ fidei, pro filii denuntiatione plus debuit quam sæculorum salvationi. Porro in semine ejus benedicendæ erant omnes gentes (*Gen. xxii, 18*). Quod vos non intelligitis, quia non creditis.

## CAPUT V.

Quid quod indignamini per feminæ puerperia fuissem? Cogor insolita loqui, et cum pudore maximo, sed ut B. Gregorii verbis utar: « Hanc ipse verecundiam in me reprehendo. » Qui enim tantas pii Redemptoris injurias non agerrime fert, qui inaudita integerrimæ Matris probra non acerbissima animadversione refellit, qui hæc æquanimis audit, patet

quia Christianus non sit, multoque rectius isti dicitur quod impius hic fueris, si pius esse velis. Quare zelo vehementi non efferar (22), cum videam, eos qui conjugia pulcherrima et honesta deserunt, et anus etiam sub maritis agentes, jamque rugosissimas assectantur, in quarum quoque abusive germanorum suorum rivalitati non parant, qui nulla desponsata Deo verentur, qui nullo studio fidei, sed perjuri et proditionis aguntur, quorum patres et ex quibus isti maternæ Ecclesiæ, destructionibus institerunt, sacri ordinis cædes amarunt. Hi, inquam, ad reprobi sensus augmentum de divina disputant genitura, et assumpto Judæorum patrocinio, cum lingua eorum in terra transierit, in cælum jam posuerunt ora sua (*Psal. lxxii, 9*), et secundum usitatas sordes metiuntur divina mysteria, et cum putores exercitiæ libidinis fastidire cœperit, ex se victa nequitia flagitiorum suorum crapulam in Christianas, imo in rerum cœlestium nauseant puritates.

Nec mirum si Deo, quem non vident, derogent, cum id genus in sese alterutrum implacabiliter hostes existant. Est tamen qui dicat aliquando: *Existimasti, inquam, quod ero tui similis, arguam te, et statuum contra faciem tuam (Psal. xlix, 21).* Interrogo itaque eos qui, dum turpissimos usus attendunt, virginæ et impassibilis munditiæ gloriam non agnoscunt. Adam et Eva quare, post transgressionem mandati, foliis pudenda texerunt? Antea nudi erant, et non erubescabant. Unde pudor? Justum fuit ut quandiu Deo obedirent corpora rationi, concupiscentialiter rebellia non haberent: at, ubi Deum postponerent, fœdis illico in se motibus æstuarent. Hi sunt motus, qui in animas et corpora eorum qui gignuntur, peccatum originale trajiciunt. Conqueritur se proinde David in iniquitate conceptum (*Psal. l, 7*). Merito itaque erubuerunt, qui jam membrorum suorum dominos se non esse senserunt.

*Quare pudenda corporis membra velantur.* — Quæritur proinde a quibusdam quid causæ sit, quod tantopere ea membra velamus, cum nullas corporis nostri partes ea intentione tegamus. Non enim ea sola celamus, sed etiam propinqua eis loca, uti sunt umbilicus et crura videri vix patimur. Quare hoc? Cum moventur digitus meus, oculi mei, labia mea, meo nutu, mea voluntate moventur; et quia placide sub meo agunt imperio, nullum mihi pudorem incutiunt (*Rom. vii, 23*). At quia partes, de quibus agimus, contra jura totius rationis effreni quadam libertate feruntur, et quasi quædam diversa lex est, juxta Apostolum, in membris nostris repugnans legi mentis nostræ, et captivos nos ducens in lege peccati, quæ est in membris nostris (*Ibid.*); idcirco juste erubescimus, quia velimus, nolimus, turpiter hæc erigi ex desiderii passione videmus. Verbi gratia, habe servum alias utilem, sed protervum, coram extraneis ei quidpiam imperare, aut



nem cum eo miscere dissimulo, et quantum n contego, quia si superbe se erigit, conum meum reputo. Jure ergo et virtute, et is rex contumax operitur, quia ad plurimam nis et spiritus contumeliam suscitatur. Sed ad deamus.

## CAPUT VI.

*statu innocentiae pudor nullus. Utrum generatendissent primi parentes, si in obedientia issent.* — Adam igitur et Eva, ante prævariam, his vacantes motibus, beatissime impu- fuerunt. Cui rei simillimum est quod infan- t impubes plerumque pueros conspicimus sine ndia nudos incedere, qui, si titillationes s paterentur, aut seipsos utique aut eos qui t occurrere vererentur. Beatus ergo primus um hominum status. Felix etiam ignorantia orum, quia dum impassibilitatis mœnibus cir- tur, angelica securitate lætatur.

quærendum est, si obediendo persisterent, duo soli paradisu incoherent, an de poste- imo de prole curarent. Posteritas namque on potest, ubi decessor non est; sed nisi pron- nt, numerum non facerent; nisi numerum at, ad id pro quo facti fuerant, non sufficerent. ndum igitur est quem modum generandi ha- , cum alter agendi, altera patiendi nulla un- incentiva sentirent. Peccati immunitas utrobi- nstiterat. Peccatum autem concupiscentia est. si sine concupiscentia, cum et cætera omnia vacarent, miror, sed definire non audeo, si utriusque virginitas indemnis foret. Virginitas onum est: virginitatem igitur deperire malum Jesu bone! licet majora per te meruerimus, unditiæ, quid tranquillitatis in primo parente imus?

*stptates virginitatis ingerunt contemptum.* — nt itaque sordidis rictibus hostes deificæ atis verba putentia. Dicam, et astruam certe ra fuisse illa membra, quæ illo tunc partui issent, quam sint ora spurcissima, quæ se ianis fraudibus et luxuriis imbuunt, et vivifica ienta derident. Quid, quæso, displicet in his ris, nisi fœdæ voluptatis expletio? Aufer libi- uspicionem, non erit quod horreas, sed quod ris. Vos qui turpitudines amatis, juste damna- , qui ea ipsa quæ vos turpes efficiunt membra itis. Deus omnipotens, quid gratius, quid bonæ suavius esse potest quam vera virginitas et is animus? Nos audieramus ex Osee quia et ebrietas aufert [al., auferunt] cor (Osee ). Et Joel de tuis loquitur: supra potationi incans: Puerum, inquit, posuerunt in prosti-

*A bulo, et puellam vendiderunt pro vino, ut biberent (Joel III, 3).* Dic mihi quod vinum est germinans vir- gines (Zach. IX, 17), cum soleant facere pudicitiarum cætera vina jacturam? Scio quia nescis; et ego adhuc inferam, quia illud idem est vinum, quod in libro Judicum Deum lætificare et homines dicitur (Jud. IX, 13). An Deum aliquando bibisse putas, cum juxta litteram sensu deficias? Exponam tua tibi; interim si vis, garri.

*Quid vinum lætificans Deum et homines, ac germinans virgines.* — Vinum quod lætificat Deum et homines, Spiritus sanctus est qui Patrem Filiumque amore conjungit, Deoque subjungit homines. Quid autem amor nisi gaudium? et quod gaudium nisi in amore? hoc vinum, is scilicet spiritualis fervor, germinat vir- gines, quia nunquam nisi per cœlestis flammam de- siderii mitigari poterunt carnis ardores. Si hoc Dei bonum, hoc pulchrum ejus est, ut nihil penes Deum melius pulchriusque putetur. Quis est qui horrere audeat virginis uterum? quis virginalis partus cau- setur egressum? Si velis hoc ob naturales detestari meatus, o, quoties hiremarum carnum pridianas crapulas ore fetentissimo vomuisti? Quoties tetros vomices, et horribiliora flegmata, quam sit liquor ille, jecisti? Sensui tuo respondeo. At Deo talium auctori nihil dedecens præter peccata scio.

*Quod Deus nullam in utero Virginis tabem con- traxerit.* — Habes ergo in primis parentibus formam impassibiliter generandi, quam quis [f., quamvis] qui ad effectum ducere poterat, si perseverasset, in pro- pria matre resculpsit; licet autem sufficere debuerit Deum humanis nullo modo attingi sordibus, accipe adhuc. Solem, ut æstimo, credis natura mundissi- mum. Quotidie vides per publicos sterquiliniorum aggeres radios ejus progredi, putida quælibet, ac visibus ipsis indigna lustrare, putas ex his, quæ prætervolat, aliquam eum sibi labem contrahere, insanis esset. Amplius: si oleum aut balsamum aquæ injicias, neutrum aquæ confunditur, sed per se ipsam solida utraque natura subsistit. Habe iterum: Mens mea recogitans, et res quas viderit uspiam crebra imaginatione retractans, cum memi- nerit leprosi cruentis ulceribus extuberati, aut ex cadavere lacero scaturientium examina vermium, seu recordetur passim jacentium stercorem; quid, quæso, maculæ rotabundus per hæc animus sibi rapit, nisi quantum si pulcherrima feminarum seu marium corpora simplici revolutione percurreret, aut splendidi operis metalla reviseret; atris aurum claude ruderibus, licet putris terra sordescat, tamen auri minime natura deficiet. Disce, miser, de mate- rialibus qualiter spiritualia metiaris, et cum in rebus habeas exempla terrenis, perpende quid valeat Divi- nitas in æternis.

## LIBER SECUNDUS.

## DEUS OMNIA HOMINIS UTRUM SUSCEPERIT AN NON ?

## CAPUT PRIMUM.

**265** *Membra, cum abest peccatum, sancta sunt.* — Porro Dei Filius in carnem veniens, si competentia corpori membra habuit, membrorum compositio non nocuit. Frustraque non pudeat quod ipsum non puduit. Et quid eum puderet, ubi nihil non sanctum fuit! Si quidquid est, bonum est, nisi ubi peccatum est, membra quæ per se bona sunt, cum peccatum non est, sancta sunt. Membra nostra imbecillitati nostræ sunt administratoria, etcum aures, ora vel nares superfluis capitum egerendis inserviunt, cætera quid mali faciunt, quæ inferius intestinorum pondus exponunt?

*Hominis Deus omnia suscepit.* — Interroga, putidissime et nequam, de Domino nostro, si sperit, si nares emunxerit, si pituitas oculorum vel aurium digitis hauserit, et intellige quia qua honestate superiora hæc fecerit, et residua, peregerit. Aut dic mihi, ille tuus, qui Abrahæ apparuit Deus, ea quæ comedit in quem alium [*f.*, alvum] deposuit? quomodo etiam, aut si factum est, quod consequens fuit? Contremisco dum de his disputo; sed vos, filii diaboli, me cogitis. Deus a vobis exigat, qui novit, quo affectu id ago. Breviter accipite Deum humiliter omnia hominis suscepisse, et nihil hominis veritum præter peccata fuisse. Si velitis ex ratione percipere, poterunt, ut reor, vobis ratiocinia superius habita satis esse; si vobis quod patribus vestris; si vos. inquam, non crederitis non intelligetis.

## CAPUT II.

*Rationes quomodo Virgo peperit.* — At vero tractaturus illud quod restat de beatæ Mariæ virginitate capitulum, quod dicitur contra naturam virgo parere nequivisse, juste insanus iudicer, qui cum insanis ratiocinari sic videar. Ratio tamen ea mihi est ut si a dementibus ridear, saltem ab his qui minus me sapiunt, et quos addiscere libet, fidei intellectum habere aliquantisper inveniar. Ipsa, quæ vere Dei Mater est, contra suos nobis hostes præbere virtutem potest. Quid de natura disputas? An natura fuit quod Adam de limo subito plasmatus emersit? natura fuit, quia tunc homo de humo originem sumpsit? Natura non fuit, quantum ad naturæ usum, quo ex homine homo procedit. Crede ergo creationi quam non vidisti, et cujus inter homines tibi minime exempla præbentur. Crede plane non tam Deo quam Moyse tuo. Costam etiam in mulierem ædificatam, non diffiteris. Et hoc de natura non fuit. Age ergo poterisne credere quidquam nasci nisi congruenti illato semine. Certe cattas ex nepeta (23), et capellas (24) ex vervena, et vultures absque coitu concipere

A et parere comperimus. Dei Filius per sanctum Spiritum concipi non potuit, ob hoc solum quia invidia vestra noluit? Apiculæ ex opusculorum semine fetus creant, cum minores musculæ crebris sibi irruant coitibus. Ergo, Deus Pater Filio, et Filius sibi fuit impotens parere conceptum, qui tot etiam minusculis rebus sine suo præbuit semine propaginis incrementum?

*Deus in utero Virginis præparavit semen. Judæi tunc temporis ab Christi coævis discrepant.* — Sed dicitis: Deus quidem id sibi, et cuilibet facere poterat, sed is, cui mater sine maris semine per Spiritum, ut asseritis, fecundanda erat, nec Deus, nec Dei filius erat; ideo nec Deus ei fecit, nec ipse sibi poterat facere. Mentimini. Dicitis mihi: Isaias postquam gentium populum, qui ambulabat in tenebris, lucem vidisse magnam, et habitantibus in regione umbræ mortis lucem dixit exortam (*Isa. ix, 2*), quis est ille parvulus, qui, inquit, natus est nobis, et filius datus est nobis (*Ibid.*, 6), de quo post aliqua loquitur? Scio vos dicturos, sicut et dixistis dum quibusdam vestrum super hoc verbo confligerem: Qui filius, qui natus dicitur, homo est. Et vobis intuli cum hæc de Messia agi diceretis. Messias, secundum vestram opinionem, purus homo erit. An Deus et homo? absit, aistis, ut ei qui homo sit, divinitas ascribatur! Homo erit prudens, tempore aliquo regnaturus, finem postmodum regni et corporis habiturus. Ecce quanta desipientia est, imo hebetudo in modernis Judæis, ad eorum comparisonem, qui Domini Jesu contemporanei fuerunt. Illi dicebant. *Nos audivimus ex lege, quia Christus manet in æternum* (*Joan. xii, 34*); hi ei metas mortis consciunt. Attendite, inquam, infelices, quam absurde sentitis.

Prosequimini quæ sequuntur. *Et factus est, ait, principatus super humerum ejus, et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis* (*Isa. ix, 6*). Qui superior et natus, et filius, et nobis datus asseritur, nunc Deus, nunc Pater futuri sæculi appellatur. Et ne deitas ipsa, ut aliquorum perfunctoria putaretur, (ut est illud: *Applica illum diis* (*Exod. xxii, 8*); vel: *Constitui te Deum Pharaonis* (*Exod. vii, 1*)) addit perpetuitas potestatis, quod est, *Pater, scilicet non Dominus, futuri sæculi* (*Isa. ix, 6*). Ibi plane sapientia, quæ modo attingit a fine usque ad finem fortiter, disponet omnia suaviter (*Sap. vii, 1*). Denique post imperii multiplicationem, post pacis perennitatem, post solii David in iudicio, et ju-

(23) Seu nepetha herba calaminthæ genus.

(24) Seu vanellos aves: sed hic pro quadrupede desumitur.

infirmationem, ☩☩ rursus ejus indefecti-  
rædicatur : *Amodo*, inquit, *et usque in sempi-*  
(*Isa. ix, 7.*) Poteritne iste talis sibi loculum  
præparare, et qui dominatur futuro sæculo,  
erit sibi præbere tantillum in isto? Cogor ad  
siam vestram comprimendam de vilissimis  
vobis exempla. Tradunt physici et historiogra-  
phus veritas in quadam provincia equas vento  
ræ. Ergo sancto Spiritui natura prævaluit,  
vires locorum et aerium privilegia transcen-

## CAPUT III.

*Item unde supra.*

*t ex Veteri Testamento virgineum conceptum.*  
tis adhuc Virginem? agnoscite ejusdem Isaia  
æ illud : *Ecce virgo concipiet, et pariet filium,*  
*illis nomen ejus Emmanuel (Isa. 7, 14).* Sed  
tis, quia *halma*, nomen Hebraicum, apud vos  
ginem, sed adolescentulam significet; et adoles-  
plane potest esse non virgo. At Hieronymus  
lib. iii, cap. 7, post med.), quem vos scien-  
n testari consuevistis interpretem, et quo  
quidam mecum disceptaturus perhibuit,  
confligendo nullatenus exorbitare de ejus  
ionibus vellet, nom modo præfatum verbum  
n sonare, quod *betulam* dicitis, asserit; sed  
roprie virginem exprimere, quæ virorum  
libus maneat semper abscondita. Sed vos  
pentinaciæ memores, illud quod est amphi-  
, id est juvenulam, retinetis. Nam si assen-  
, multum vos videretur vox hæc sola subigere.  
nus itaque adolescentulam ibi esse : dicite  
id est quod præmittitur : *Ecce Dominus du-*  
*signum (Ibid.),* mox supposito : *Ecce virgo*  
*et.* Et jam si virgo non esset quæ conciperet,  
r se conciperet signum esset. Sed objecit  
idam eorum lapide veterior, quod hæc ea-  
lescentula uxor prophetæ erat; et hanc esse  
i sequentibus longe commemorat. *Adhibui,*  
*mihî testes fideles Uriam sacerdotem, et Za-*  
*filium Barachîæ, et accessi ad prophetissam,*  
*cepit, et peperit filium (Isa. viii, 2, 3).* Pro-  
s in nostris voluminibus sub gratia reperi-  
iam filiam Phanaelis (*Luc. ii, 36*), et filias  
virgines, quæ prophetissæ (*Act. xxi, 9*),  
a conjuges prophetas habuerint, sed quia per-  
betaverint, appellantur. Nam Holdam liber  
sub rege Josia non prophetissam, sed pro-  
vocat (*IV Reg. xxii, 14*). In libris veteribus  
uspian legerim hoc vocabulum nescio. Sel-  
nen Holdæ maritum non vocari prophetam  
d.). Ponamus, quæso, iterum et hanc uxorem  
prophetæ, cum certo certius sciam, sicut  
s neque abbatissa, neque diaconissa, uxor  
aut diaconi est; nec virgo, nec vidua si-  
um regeret, comitissæ nomen amitteret; sic  
issa ex solo suo officio, quod sic vocatur

A habet. Sed hoc diverticulum permittamus, unde  
eos ad tempus inconueniens compellamus. Quid est  
ergo quod sub duobus fidelibus testibus accessit ad  
uxorem, ut dicitis, suam? Accessus Hebraica con-  
suetudine pro concubitu solet poni, ut est in Eze-  
chiele : *Ad mulierem*, inquit, *menstruatam non ac-*  
*cesseris (Ezech. xviii, 6).* Si igitur dicatis quia sub  
oculis testium fidelium Zachariæ, ac Uriæ Isaïas cum  
uxore, id est prophetissa, coierit, et illa conceperit,  
et impræsentiarum sub momento pepererit, quorum  
non ore conspuendi estis, quibus non stercoreibus  
lapidandi, qui hinc viro sanctissimo dedecus igno-  
miniosissimum irrogatis, et præpotens mendacium  
illinc astruitis.

B Si itaque stare non potest, concedamus saltem,  
secundum vos, ut adolescentula conciperet, quare  
non est appositum de cujus semine eadem id quod  
conciperetur, exciperet. Quod tamen si fieret, pro-  
fecto signum quod spondebatur, signum jam non  
esset. Ergo aut pater enuntiandus est, aut virgo,  
sive adolescentula si conceperit, peperitque, signum  
est. Si autem signum est, contra usum naturæ est.  
Igitur quoniam id, quod conceptum et partum est,  
vocatur Emmanuel, id est *nobiscum Deus*, quod et  
pro signo generali domui David, id est Ecclesiæ,  
præstat Deus, intelligite aut convincimini nequam,  
quia, velitis, nolitis, paravit sibi quod voluit in na-  
tura, etiam præter naturam, ipse auctor et disposi-  
tor naturæ Deus. Et ipse qui disposuit, ipse qui na-  
tus est in ea et ipse eam fundavit, non eligere potuit,  
nisi quod mundius fuit. Ideo constat quia non  
adolescentula, non virgo, sed supra solitam hominum  
puritatem virgo pudicissima fuit. Et is quem genuit,  
in signum, ut propheta prosequitur, populorum  
stetit (*Isa. xi, 10*), quia nullus, nisi qui ad eum re-  
spexit, salutem meruit.

D Dicitur mihi qui affectatis magisteria vestræ legis,  
quæ consonantia est rationis, ut is puer nutriendus  
butyrum et mel comedat, quatenus reprobare ma-  
lum, et eligere bonum sciat (*Isa. vii, 15*). Nunquid  
ut singulis singula referamus, ideo butyrum com-  
editur, ut totius malignitatis odium subsequatur; et  
in animam mellis esus sic transeat, ut boni electione  
nos imbuat? Fateor, butyrum hucusque oderim,  
melque minus curaverim, a modo ☩☩ utraque  
avidæ fauce diripiam, cum ea docueritis eam habere  
vim. Scio, quia loco in hoc, vestro more cornicabi-  
mini. Audite, etsi aversi, quod verum est. Butyrum  
ex carne est, mel ex rore cœlesti conficitur. Per bu-  
tyrum ergo humanitas Salvatoris accipitur, cujus  
lenitate peccatorum nostrorum asperitas tempera-  
tur. Mel divinitas designatur, cujus sapientia nostræ  
rationis intelligentia dulcoratur. Hæc benedictus  
Puer ille comedit, quia in se uno utramque substan-  
tiam Dei ac hominis adunavit. Per humanam ergo  
naturam, qua virtutum exempla præbuit, scivit, id  
est, nos fecit scire criminum fedtatem, et per di-  
vinitatis haustum internæ dulcedinis intimavit

charitatem. Sed hæc quæ dixi, risui vestro exposita sunt.

#### CAPUT IV.

*Instal, et prosequitur Isaïæ vaticinium* — Sequitur idem propheta post plurima : *Egredietur, inquit, virga de radice Jesse ; et flos de radice ejus ascendet (Isa. xi, 1).* Quare virga? quia recta, singularis et unica puritatis omnimodæ, subtilitate porrecta. Dicite mihi, qui licet in quinque libris Moysi nullas recipere allegorias velitis, propheticos tamen libros mysteriis plenissimos non negatis? Dicite, inquam, quæ sit virga? Quid sit egredi? Quis flos non de ramo, sed de radice conscendens? Certe haud dubium quin de nostro dictum Messia putetis. Peto igitur, ut ea qua proposui a vobis distributione dicatur. Si Messiam dicitis virgam, quis erit flos? Attendite, an quod dixero vel veri simile habeatur. Si virgæ pluraliter dicerentur, de quibus flos oriretur, conjugales significare personas merito putarentur. At quoniam virga est, simplicitatem innuere videtur. Si patrem sine sua jugali intelligas, scimus quia juxta naturam per se nil agit masculus. Si matrem sine patre, nihil secundum opinionem tuam; aliquid vero est secundum meam, imo prophetiam. Hæc egressa est, quia præeminens, et sine exemplo in toto humano genere ostensa est. Si dixisset: Egredietur virga, de cujus ramo flos ascendet, forsitan aliquis maritum, et costam ejus lateralem videlicet suam crederet; at non de ramo, non de pari, ascendit, sed de virgæ radice, de solo concretus per Spiritum sanctum Virginis matris sanguine. Sed quare flos? propter omnium odorem virtutum, et quia speciosus est præ filiis hominum (*Psal. XLIV, 3*), et quia de flore fructus exurgit. Ipse enim est lignum secus decursus aquarum plantatum, quod fructum suum in tempore suo dedit (*Psal. I, 3*).

*Totius divinitatis in Christo inhabitat plenitudo, cæteris vero hominibus secundum mensuram virtutis.* — *Super hunc, inquit, florem requiescet spiritus Domini (Isa. II, 2),* etc. Quoniam convenit inter nos et vos, ut hæc de Christo dicta intelligantur, Christum autem certo vos tempore victurum, certo desitutum credatis, quem et de mari et femina ut cæteros dicitis nasciturum, æstimare non possum quod alicui puro homini tanta inesse valeat opulentia, et continuatio gratiarum, præsertim cum non affutura, sed asseratur requietura super eum. Etsi namque spiritus Eliæ super Elisæum requievit scribitur, aliud est tamen spiritum hominis in hominem devenisse, quem et duplicem legitur meruisse, aliud est totius divini muneris plenitudinem habuisse. De servis plane dicitur: *Quia dedit illis bona sua, unicuique tamen secundum propriam virtutem (Matth. xxv, 15).* De Christo autem non ad mensuram dat Deus spiritum. At quia nostrarum Scripturarum exempla non recipitis, intendite quæ sequuntur, quia plusquam humana videntur. *Non secundum, inquit, visionem oculorum judicabit, neque*

*secundum auditum aurium arguet (Isa. xi, 3.)* Quis unquam homo juste judicat, nisi de his solis agat quæ visus et auditus approbat? Et unde in lege vestra tres aut duos testes, sub quorum testimonio stat omne verbum, esse jubentur (*Deut. xvii, 6*), nisi de iis quæ audiuntur et videntur. Est itaque sensus: Homines judicant de his quæ sensibus comprehenduntur, minus interna curantes; iste interius, dum et judicat humiles, id est discernit juste merita singulorum, sua cuique distribuens, et arguit pro mansuetis terræ in æquitate, dum flagellat quos amat, ut bonitatem, et disciplinam doceat, terramque faciat, non pulverem quem ventus tollat, potum dando in lacrymis in mensura.

*Et percutiet terram virga oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiet impium (Isa. xi, 4).* Christus, quem nos et vos hic intelligimus, terram virga oris sui quomodo percudit, si purus homo existit? *Virga oris terram cadere, est aut famem super terram vocare, aut quibuslibet aliis correctionibus hominum peccata punire. Virga oris terram percudere, est sui virtute sermonis delinquentium animos perterere. Spiritu labiorum suorum interficiet impium (Ibid.),* dum prophetiæ intelligentia locutionis, a statu peccati destruit temetipsum. Quod si juxta illud Job: Tu non es impius: quis ergo est? Labia autem Christi, prophetæ sunt. Spiritus eorum, interior sensus est: tu enim corpus sequeris, id est litteram. *Spiritu quoque labiorum suorum interficiet impium (Ibid.),* illum videlicet quem pro Messia, præstolaris Antichristum; nam per illustrationem sui adventus destruet illum (*Ibid., 5*). Hæcne videtur tibi humanitas quisquam agere posse? Et quomodo etiam justitia, et fides cinctorium renum ejus fieri poterit, quod in materialibus ad materialia admistio nulla sit. Est itaque ac si diceret: Quidquid in illa Dei et hominis persona carnale putatur, totum spiritali virtute ambitur. Lumbi autem et renes quæ voluptatis loca noscuntur, recte pro carnalitate ponuntur. Rides fortasse meam; tuam, quæso, pro me sententiam, sed nullatenus dici poterit, quod hoc totum pure homini conveniens sit; hæc enim terrena potentia terram ore percuet, aut respiciendo tremere faciet, non impium spiritu perimet, non fide, non justitia lumbos cinget.

Inferiora quæ sequuntur de contrariarum substantiarum cohabitationibus attexerem, nisi supervacaneum æstimarem. Si quis enim velit in his, horumque similibus Christum prænuntiatum amica ratione colligere, facile poterit illa quæ pacifice convenit diversa videre, quod totum est: *Omnes gentes quascunque fecisti venient, et adorabunt coram te, Domine (Psal. LXXXV, 9).* Et: *Populus quem non cognovi servivit mihi (Psal. xvii, 45).*

#### CAPUT V.

*Item de virginitate.*

De virginitate ergo beatæ Mariæ quid quæritur

arte sciatur, quia ubi Christus filius delegit mundissime ac superexcellenter debuit aperte uterus idem tanto fuit mundior quanto vilior. Multum digna est virginitas, etiam tationibus perurgetur, sed longe gloriosior, s ac sopitis universis motibus, primorum in primo statui comparetur. Creditis plane itum sanctos quondam inhabitasse viros, et modo ad bene vivendum, verum etiam betandum sæpius animasse. Is quoque, quia it, lege minime stringebatur, quin quos iam malos imbueret, et prophetia acueret. Saulem, quem dudum spiritus pravitatis it, et apparitores ejus qui ad trucidandum enerant, eversa priori vecordia, idem spiritum mutavit, ut perfidus rex cum prophetis interdium et nocte præcineret; quid contra factum super conceptu Virginis disputare i. Quid magis contra naturam, quam auctorem munditiæ sordidis illabi pectoribus. Berte in vestra vetustate viros sanctos habuisse is, quibus angelos nunquam apparuisse leum Danielem omni modo cælibatu dignis ex visione, ni fallor, Gabrielis, per dies

A plurimos elanguisse et ægrotasse legatis. Asinam vero, angelo sibi conspicabiliter apparente, ne ad modicum quidem claudicasse noveritis. An dignior asina quam propheta? An brutum animal sanctius illis sanctis, qui nil tale videre, hominibus? Taceo quia locuta est, quod natura non est, illud dicam quod omni irrationali creaturæ res intellectuales, et angelicas agnoscere multo magis natura non est.

Desistite, pertinaces, verbositas vestra vacet, quia ratio tota jacet. Qui furtis aut fenoribus corda convolvitis, causas Dei sacramentorum et sacramenta causarum quomodo perviditis? An tantillum illud humani seminis, Dei omnipotentiae, aut voluntati præponderat, ut nisi illud præeat, nihil Deus efficere queat, ac si auctor naturæ, naturæ adminiculis egeat? Frustra in obstinaciam vestram nitor, quia nisi hunc credideritis, quem credimus Christum, tractatum contra nos nunquam omittere poteritis istum, nec de matre bene sentietis, qui Filium exhorretis. Verumtamen quod vobis non proderit, fidelibus scisse non oberit. Jam ergo ad alia transeamus.

## LIBER TERTIUS.

### CAPUM PRIMUM.

*mana in terris Christi conversatione.* — Quid ini Jesu Christi diutina inter homines conne loquimini, qui Deum ipsam vestrum quanta vobiscum annis habitasse fatemini? In lane legitur: *Quadragesima annis proximus fui vni illi (Psal. ix, 40).* Et in libro Regum: *ham, inquit, in tabernaculo, et in tentorio cta loca, quæ transivi, cum omnibus filiis II Reg. vii, 6).* In Deuteronomio quoque: *, inquit, locum extra castra ad quem egredi requisita naturæ, gerens pazillum in balteo. sederis, fodies per circuitum, et egesta humo veries, quo relevatus es, Dominus enim Deus bulat in medio castrorum, ut eruat te, ut sint ua munda, et nihil in eis appareat fæditatis XIII, 12-14).* Qui ergo tandiu Deum inter itasse jactatis, ut castra vestra regeret, vos terra in terram duceret, absurdum vobis idebitur Deum Dei Filium, ut gentes Dei repararet, et vos ad spiritualiora vocaret, tatis et contubernii communis pertulisse n?

si sordem cohabitationis objicitis, quia n palos in balteis ferebatis, et egesta humo rebatis, ut castra nitida Deo ambulanti pararete parvuli vestri, et conjuges a palorum atione vacabant, nec minus tamen alvos stercorebusque levabant. Deus itaque, qui

C **☉** subitis circumquaque movebatur occursibus, aut minime ista videbat, aut spurcitiis marium ægre ferebat, femineis ac infantilibus nullatenus gravabatur. Quid, quod peculia inibi ac armenta manebant? Quare non bonorum parentum vestrorum vigil solertia, post vestigia gregum cadentes a podicibus caprarum, et ovium pilulas colligebat, et spuria, ut ita dicam, vitulamina sepulcro condebat, ne dum Deus oberrans iret, simo vaccæ pluris pretii calceos macularet. Profecto et in crepitaculis incontinentias sciinus infantum, et matres, aut asseculæ hujusmodi eluebant illuvies. Quis dicere poterit quoties ostio, ubi hæc fierent, Deus minime feriatustitit. Illæ etiam lues, quæ in penetralibus cubiculorum agi solent, nunquid fieri Deo circumeunte destiterant.

D Miserrimi hominum, qui Deum, qui spiritus est, hos corporum æstimatis haurire putores! Mirumne fuit si Filius Deus corporatus istas sustinuit, quæ vos in corporeum Deum nequaquam per quadragesima annos apud vos tolerasse negotia? Nihil sane Deus homo gravius tulit quam Deus vester vestra tunc murmuratione sustinuit. Ipse revera vos uti aquila pullos suos portavit in humeris, quos victualia e cœlestibus missa, miraculaque frequentia, et Dei legationes assiduae, et futurorum denuntiationes bonorum a querela cohibere non poterant. Facilius scimus Deo nostro suam portasse carnem, imo potius crucem, quam illi vestro vestram inquietudinem. Cum enim occideret vos, quærebatis eum; ore

eum diligentes, corde mentiti. Jam ergo aliqua de eius passione attingamus.

## CAPUT II.

### De Christi passione.

Ingloriosus, ait Isaias, aspectus ejus inter viros, et forma ejus inter filios hominum (Isa. LII, 14). Aspectus et forma, qua speciosus est præ filiis hominum, adhuc contemnitur a Judæis, dum opera divina premuntur, et carnis communio, mortisque proponitur. Iste aspergit multas gentes (Ibid., 15). Unde asperget, vel quid? Hyssopo plane illo, qui nascitur in pariete, quo David aspergi se vult, et mundabitur, quo leprosi aspergebantur in lege. Asperget vero sanguinem, sed suum (Levit. XIV, 7): multas, inquit, gentes, non omnes novit enim Dominus qui sunt ejus. Super ipsum continebunt gentes [al., reges] os suum (Isa. LII, 15). Nullus namque eorum licet sanctissimorum, qui ad integrum regunt seipsos, dispensationis ejus mysteria temerare ausus est; quibus non est narratum de eo, viderunt. Nos sumus qui videmus, quia in eum credimus, licet aliquoties ipsius fidei plenam intelligentiam non habeamus. Patrum tamen fidem tenaciter prosequimur, et quasi sine prædicatore complectimur. Et qui non audierant, contemplati sunt, ante oculos enim mentis nostræ credulitatis amore præscriptus est, quem etsi pene nullus annuntiat, pietatis tamen affectat, vel hoc totum est: *Multi reges et prophetae voluerunt videre quæ vos videtis, et non viderunt, et audire quæ auditis et non audierunt* (Luc. X, 24): et utraque tamen habuerunt, quia in venturum crediderunt. Unde idem propheta: *Utinam dirumperes cælos et venires* (Isa. LXIV, 1)! Cælos quippe dirumpit, qui in effectum prophetica de se promissa produxit.

Sequitur vox credentium conquesta de vobis: *Quis credidit auditui nostro, et brachium Domini cui revelatum est* (Isa. LIII, 1)? Iis, inquirunt, quæ audivimus, id est intelleximus, vix credere quidam volunt, et in hominis infirmitate nequaquam Dei fortitudo cognoscitur. *Et ascendet sicut virgultum* (Ibid., 2), quia humilis apparuit, sed *coram eo* (Ibid.), quia ipse est in quo Patri complacuit. Ascendit etiam quasi *radix de terra sitiendi* (Ibid), quia se passus est tarde cognosci. Ipse plane vivum granum solum pene mansit; mortuum, multum fructum attulit (Joan. XII, 24). Vel ascendit tanquam radix de terra arida, quia ipse sibi origo in Maria, cui nulla se infudit humani seminis unda.

*Non est species ei neque decor. Vidimus eum, et non erat aspectus, et desideravimus cum despectum et novissimum virorum, virum dolorum, et scientem infirmitatem, et quasi absconditus vultus ejus, et despectus, unde nec reputavimus eum* (Isa. LIII, 2, 3). In iis verbis, ubi non personæ ejus, sed humanarum in persona passionem despicabilitas sic notatur; illud quæstioni patet, quod, quem dicit desideratum, post pauca refert nec reputatum. Desiderabatur, ut puto, cum ei dicebatur: *Quousque animam nostram*

*A tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam* (Joan. X, 24). Non reputabatur, cum vorator et bibitor, dæmoniacusque vocaretur, aut in cruce rideretur. *Putavimus, inquit, eum quasi leprosum, et percussum a Deo, et humiliatum* (Isa. LIII, 4), et Judæorum voce a Deo non esse, et peccator esse, quia Sabbathum non custodierat, clamabatur, et pro arrogantia, quia Dei Filium se dixerat, percussus: *Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, et attritus propter scelera nostra. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit. Disciplina pacis nostræ super eum* (Ibid., 4, 5). Ipse enim docuit et fecit modum reconciliationis ad Deum. *Et livore ejus sanati sumus* (Ibid., 5).

Quid prosequor, de alienis mea verbis interficiens? Cui ascribis, Judæe, quæ prætuli, et quæ subsequuntur? quis est ille, in quo posuit Deus iniquitatem omnium nostrum. *Qui oblatum est, quia voluit, osque suum non aperuit, quasi ovis ad occisionem ductus, qui ut agnus coram tondente obmutuit* (Ibid. 7), *qui de angustia et de judicio sublatus* (Ibid. 8), tantam habet generationem quæ enarrari non possit. Ipse secundum opinionem vestram *abscisus de terra viventium, dabit tamen impios pro sepultura* (Ibid. 8, 9), ut eos in baptismo sibi conspeliendo ab impietate distrahat; *et divitem* (Ibid. 9), scilicet diabolum, pretio suæ mortis occidat. Quis est, precor, ut plurima eorum quæ sequuntur omitam: *Qui cum sceleratis reputatus est* (Ibid., 12), qui peccatum multorum tulit, qui pro transgressoribus oravit (Ibid.), ut non perirent. Nunquid Messias ille, quem vos præstolamini feliciter regnaturum, a vobis hic significatus putabitur? Non hoc ei attribuitis, ut credatis purum hominem dolores vestros, et peccata laturum, non minus voluntarie, quam simpliciter moriturum, cum sceleratis deputandum, pro transgressoribus, ne pereant, oraturum.

*Simplex homo pro peccatis satisfacere nequibat* —. Et cum secundum vos non hoc ei pertineat, tanta quæ in uno eo convenere, miseria pariter ac potestas, in quam videbitur concessisse personam? Qui enim tantus est ut, Deo transponente, omnium peccata supportet, ut puto, non homo, sed Deus est. Si enim coram Deo non est, nec infans unius diei, si sit vita ejus super terram, mundus, præsertim cum sit de immundo conceptus semine, cum dicat David, quem Deus invenerat secundum cor suum: *Si iniquitates observaveris, quis sustinebit, Domine?* (Psal. CXXIX, 3.) Et Isaias: *Omnes justitiæ nostræ quasi pannus menstruatae in conspectu tuo* (Isa. LXIV, 6). Et ipse Moyses, qui aliorum deprecabatur exitia, nec aliis impetravit, et culpa exigente, terra promissionis caruit. Si, inquam, omnes propriis sunt præpediti reatibus, quis est qui idoneus omnium peccati portare sit pondus? Si enim verum est quia væ laudabili vitæ hominum, si remota pietate, judicetur; in conspectu enim Dei omnis vivens non justificatur (Psal. CXLII, 2), quomodo de peccatorum, non dicam universorum malis penes Deum acturus est, qui

li insufficiens est? Si autem de peccatorum tate agitur, solerter astruimus nullum parici posse peccatum, quod ad Dei dignoscitur ntemptum. Quia igitur satisfactione quis luat, m quem offenderit pium apud se interpretem?

am itaque erat, ut is pro hominibus ageret, cundum quod homo, mori pro homine poteccati tamen exsors, hominum peccata portasecundum quod Deus erat, Deo et sibi, quia sunt, eundem reconciliaret. Vide ergo quorJudæe nequam, propheta tuus intendat, ubiam propheticis ambagibus evagatur; sed velstorialiter narrat; et si præteritum quempiam agruat nescis, et futurum ignoras, eum cuiur tene, in quo quod prælibatum est lucevis completum constat. Discute evangelia, disquod credimus, prophetæ nobis sensum apertis Christus.

## CAPUT III.

*Utrum Christus mori potuit, an non.*

*ustus Deus et homo est sine confusione utrius- turæ. Quare hominem Deum pro omnibus mori erat.* — Quod si quia eum dici Deum audis, morte causaris, mori enim Deo non conveire debes quia Deus, qui hominem suscepit, nequaquam humanitati confudit, nec homieo miscuit, sed in se stabiliter utraque conatura, una ex duabus, et in duabus substitit ipse persona. Qua ergo parte homia merito se præbuit ipse mortalem, ut quia x peccato obvenerat, ipse peccati expers, cum se morti addiceret (quam tamen, quia non erat, indebite ferret), omnes obnoxios illi conditioni absolveret. Natura namque nulla æter eam, quæ peccaverat, pro eadem satisfaxerat. Congruum tamen non esset, ut quod itas commisisset, de angelico quispiam orxpiaret. Juste itaque homo, qui omnium cauud Deum insumeret, sed sine culpæ ullius a fuit. Nam quia nil debuit, et a diabolo imcoactus est solvere quæ non rapuit, eum qui etiverat, sed injuste, corripuit, et ab humani s possessione submovit. Cum ergo se moriens e, et diabolum domino [f., dominio] exuit; et æcundum tuam opinionem infirmus fuit, superstis sua, ut par erat, humilitate confusa, virtus accrevit.

s forsitan: Qui Deus erat, non potuit, nisi tur, id facere? Potuit, inquam, et Deus tuus, Abrahæ in convalli apparuit, et jejunos in redire. Si dicas mihi causas prandii, multo res polliceor me causas dicere posse supplicii. res mihi: Deus vester, qui si vellet, ut dici- bas aurum faceret, cur præceperit ut super et argento, ac vestibus fraus inferretur Egypt quare agni sanguine vestris illito postibus analtor pepercerit primogenitis? ego occasiones tibi ntissime disseram passionis. Scio autem quia

nisi cor fidei admoveris æquanimiter, ejus rei quam exosam habeas rationem ❧1 suscipere non poteris.

*Danielis de Christo prophetia expenditur.* — Et quia propheticis te oraculis compellere jam cœpi- mus, et tuorum tibi voluminum innovare memo- riam, argutius enim aliorum carmina discutere solemus, quam nostra, audi Danielem ipsos even- tus, et eventuum contemporanea declarantem. *Septua- ginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, et super urbem sanctam tuam, ut consumme- tur prævaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur justitiæ sempiterna, et impleatur visio et prophetia, et ungetur Sanctus sanctorum (Dan. ix, 24).* Intellige angelum prophe- tæ loquentem, ac si diceret: Quoniam de populi tui abductione et dispersione conquereris, spatia adhi- bendi remedii Deum factum propitium contraxisse noveris, ut populus quidem de justitiis carnis ad spiritualem sese transferat cultum, et urbs illa, jam Christi sanguine sancta, novis vetustatem mutabit honoribus, ut prævaricatoris Adæ culpa fatiscat, et illud, quod antonomastice peccatum est, idololatria infidelitasque deficiat. Et quidquid absque æquitate ad proximum geritur, sopiatur, et quie- scat, et adducatur non *sanctum*, ut ait Apostolus, *sæculare (Hebr. ix, 1)*, sed *justitiæ sempiterna*; hanc enim erigendam domum decet sanctitudo in longi- tudinem dierum, ut visionum, ac prophetarum effectui mancipata reveletur impletio. Et hoc totum fiet quando oleo lætitiæ præ participibus suis Sancti sanctorum celebrabitur unctio.

*Scito, inquit, et animadvertite: Ab exitu ser- monis ut iterum ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, et hebdo- mades sexaginta duæ erunt (Dan. ix, 25).* Ab exitu sermonis quo a Dario jussa est restitui civi- tas, et templum, habes numerum annorum usque ad Christum specialiter ducem. Hebdomades autem non dierum, sed annorum intellige. Qualiter autem septem primæ hebdomades, et residuæ sexaginta duæ vigilanter adeo subdistinctæ sunt intelligendæ, lector apud Hieronymum (*Expos. in Daniel. lib. 1, cap. 9*), quamplurimum inibi auctorum compilatione facta, requirat. Ut breviter vero cognoscat, septua- ginta, nisi fallor, hebdomades, quadringentos nona- ginta continent annos. *Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, et non erit ejus populus, qui eum negaturus est, et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, et finis ejus vastitas, et post finem belli statuta desolatio (Ibid., 26).* Hac, inquit, exacta annorum serie, ipsæ vocaturæ [f., vacaturæ], et essentialiter Christus occidetur, et populus qui dicturus est: *Non habemus regem nisi Cæsarem (Joan. xix, 15)*, conclamabit Pilato: *Noli scribere: Rex Judæorum (Ibid., 21).* Cui contra in Psalmis tituli inscriptionem ne corrumpas. Ex patre diabolo erit, non ejus, quapropter? Quia non cognovit tempus visitationis suæ (*Luc. xix, 44*); et urbem, et sanctuarium dissipabit populus Romanus

cum duce Vespasiano, cujus rei finis pereunem A ignoro. Hoc tamen scio, quia si sic eminens est, inibi habitationis Judaicæ pariet vastitatem.

Et post belli finem (Dan. ix, 26), fixum faciens quod dixit, ingeminat: Exterminium idem statuta desolatione firmabitur. *Confirmabit autem pactum multis hebdomada una: et in dimidio hebdomadis deficiet hostia et sacrificium: et in templo erit abominatio desolationis, et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio* (Ibid., 27). Quæ est enim hebdomas, qua confirmat multis pactum, nisi quod alias dicitur, *Tempus, et tempora et dimidium temporis* (Apos. xii, 14), tres videlicet anni, et dimidius prædicationis Dominicæ, et tres cum dimidio subsequentes, in quibus potissimum cuneus apostolicus, cum omni discipulatu pariter se cum Judæis exercuit et multos ab errore diduxit. Quorum tamen omnium doctrina Jesu Domini seminarium fuit. In cujus dimidio hebdomadis sacrificium defecit et hostia, quia corpore, quod est Christus, exhibitio, vitulorum et taurorum hanc nihil profuit umbra. In templo fuit abominatio desolationis, quia ubi Deus non est, neque ullum bonum est omen, neque habitari dici potest, ubi nullus est. Quia enim diabolus non vere est, ubi vera essentia non est, misera solitudo est: *Ecce, inquit, relinquetur vobis domus vestra deserta* (Matth. xxiii, 38; Luc. xiii, 35). Etenim umbra quomodo esse poterat absque corpore? Ergo nil inibi non supervacuum erat.

Et ut certo certius teneremus quod mille et amplius annis jam perstitisse videmus, tertio sententiam desolationis inculcat. *Perseverabit, inquit, desolatio* (Dan. ix, 27), dum et consummatio et finis videlicet sæculorum deveniat. Dicite, profanum et pertinax vulgus, cuius ista iudicabitur pertinere? Forsitan ad Hircanum, quem extremum cum pontifice [f., pontifice, vel pontificio] regem habueritis. Sed quid ista ad illum? nunquid populus, qui ejus erat, negavit? nunquid non parchi ejus desecuerant, non ferro, sed dentibus aures, ut sacerdotio damnarentur? Neque enim a populo aut vita, aut regno privatus est. Velim plane a vobis nosse, quæ sit post abbreviationem septuaginta hebdomadum consummatio prævaricationis et peccati, unde tunc finis, quæ iniquitatis delectio, quis tunc adduxerit justitiam sempiternam. Conferte, mendaces, et certe nequaquam reperire poteritis, quod aliquid horum illi ullo modo tempori valeat convenire. Imo sub novis regibus bellorum ac cædium plurima, secundum historias, excrementa sævisse.

De visione et propheta quid sentiant miror, quia nihil novi secundum quod opinantur, 222 illis diebus acciderit. Et cum annorum adeo evidenter præfixus sit terminus, ut temporum notitia vacillare non possit, et ipsi non aliquid propheticum, visionive conveniens, eo loci tunc evenisse testentur: quæ erit illius, quæso, Sancti sanctorum unctio? Si Sanctus sanctorum est, sanctorum omnium præcipuus est; quem vos hunc sentiatis

ignoro. Hoc tamen scio, quia si sic eminens est, non alius quam Christus est. Quod si Christus est, et is occisus talis temporis diffinitione probatur, cui aversio populi atque negatio, civitatis denique ac sanctuarii dissipatio ad integrum congruit cum duce præfato. Pacti quoque, quod non est aliud quam promissio, regni cælestis confirmatio. *Agitur, ait, penitentiam, appropinquabit* [al., *appropinquavit*] *enim regnum celorum* (Matth. iii, 2). *Et in dimidio hebdomadis, cum Christus se Patri obtulit, hostiæ sacrificiique defectio, ad ultimum loci ab habitatoribus tripliciter repetita damnatio. Quid dicetis, qui neminem cui conveniat nisi hunc inferre potestis? Aut ergo vestras mihi Scripturas exponite, ut a prætaxata serie explanatio vestra non discrepet, aut intellectui Christiano acquiescite, a quo prophetica intentio non abhorret.*

Si tibi minus perspicua hæc sunt, accipe evidenti quiddam: *Aspiciebam, ait idem, in visu noctis, et ecce in nubibus cæli quasi filius hominis venebat, et usque ad Antiquum dierum pervenit, et in conspectu ejus obtulerunt eum: et dedit ei potestatem, et honorem, et regnum, et omnes populi, tribus, et linguæ servient ei* (Dan. vii, 13, 14). Antiquum dierum haud dubium quin ipsum Deum intelligatis; sed quis est filius hominis, qui pervenit ad illum? Nunquid comparabitur homo Factori suo? Potestas enim, honor et regnum in æternitate illa nemini datur, nisi ei, qui Deus habeatur. Populi, tribus, et linguæ ibi nulli serviunt, nisi quem transcendere totius jura humanitatis sciunt. Ideo hunc in conspectu Dei offerunt, quia eum quique fideles solum Patri conspicabilem, Patri specialiter placitum credunt. *Nemo enim novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare?* (Matth. ix, 27.) Ipse etiam subjungit ibidem: *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo* (Ibid.) Et: *Data est mihi omnis potestas in cælo et in terra* (Matth. xxviii, 18). Sic pervenit ad Antiquum dierum, quia qui in sole posuerat tabernaculum, qui tanquam sponsus de thalamo suo egressus fuerat, qui plusquam homo, ideo gigas, ad currendam exsultaverat viam, cujus egressus a summo cælo exstitit, occursum quoque ad summum ejus, ad Patrem videlicet fuit (Psal. xviii, 5).

*Is per visum noctis quasi Filius hominis venebat in nubibus* (Dan. vii, 13). Quia obscure omnino venturus prædicabatur in prophetis locutionibus quasi homo purus; vel quasi filius hominis, hoc est revera filius hominis; quod non est aliud quam Virginis. Ut est illud: *Quasi Unigeniti a Patre* (Joan. i, 14). Sequitur: *Potestas ejus potestas æterna, quæ non auferetur, et regnum ejus, quod non corrumpetur* (Dan. vii, 14). Si filius hominis est, et potestas ejus potestas æterna, immobilis, incorruptibilisque est, ergo Deus et homo est. Ipse est homo sine adjutorio inter mortuos liber (Psal. lxxxvii, 6).

Quis est etiam apud hunc ipsum prophetam lapis



abscisus de monte sine manibus, qui terræ a regna comminuit? (*Dan.* II, 34, 35.) nonne quentibus cum explanaret, adjungit? *Suscipit Deus cæli regnum quod in æternum non abitur, et regnum ejus populo alteri non tradet. Comminuet et confringet universa hæc regna, et stabit in æternum (Ibid., 44).* Si omnes homines mortales non negas, et omnia quæ corpus et transitoria credis, quæ erit ulli regni æterni? Illumne lapidem stolidum aliquid putas? si mons magnus factus est, adeo ut impleat orbem terram, ubi ergo commanebunt homines et rejici ab historia, et typum apertis-parturiri. Accipe itaque quia alias non poteris tibi nomen, quia ipsum est, quod penitus rari non valebit per externam religionem. Ipse manibus abscisus, nullis veneris operibus eatas. Regna comminuit, quoniam ipse est qui omnibus gentibus hæreditavit. Regnum non datur, nec alteri populo traditur, quia justitia, per Sanctum sanctorum infertur, sempiterni-firmatur. Nec aliena scilicet hæreseos alicujus ratione corrumpitur, quod alteri populo tradere-qui superveniente perfidia mutaretur. *Domum Domini Jecet sanctitudo in longitudinem dierum* XCII, 5).

etis, o ingenia omni tortiora falce, his paucis rationibus evidentiam fidei Christianæ, quæ non sunt pauca, ut in vestris voluminibus habeantur, sed tam multiplicia, ut iis retendis, etiam nullius scientia, omnium retundantur elo-

Si illum qui bonos in terram rectam deducit, ut habereis, certe ea, quæ idem per suos locutus est, ejusdem condimento indubie etis. At quia nihil plane aliud quam furta, et a cogitatis, nihil plane ad piam subtilitatem iens affectatis. Si verum est, quia *quod voluit us fecit in cælo et in terra (Psal. CXXXIV, 6)*, tunc, qui Deus probabiliter existens hominem ipsit, quid scrupuli habet, quæso, et quod rem non absque salubri mysterio humiliari t, quoque voluerit postmodum provexerit?

ponite quod contemporaneis Jesus Dominus ipse proposuit. *Dixit Dominus Domino meo, de dextris meis (Psal. CIX, 1)*, et cætera psalmi, valde vestro sunt errori contraria. Perspicaciam vestra aut dicat, aut discat quid sibi videlicet illud: *Dominus dixit ad me: Filius es tu, ego hodie genui te. Postula a me, et tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem terminos terræ (Psal. II, 7, 8)*. Et si enim Damocles modo Filius Dei? *Ego hodie genui te*, quem a vobis habeat, rogo. Gentes quoque an a utrum a matre hæreditas ejus erant, et post-termini terræ multa a vobis mente disquiro. contigua plane sibi loca Palæstinorum aut gentium tributaria fecerit, abhorret tamen a quod hæreditari gentes et possessive non tri-terminos terræ tenuerit. Illud quoque: *Eri-*

*A pies me*, ait, *de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium. Populus quem non cognovi servivit mihi et reliqua usque vivit Dominus (Psal. XVII, 44, 46)*: certe et si contradictiones habuit, non populi sed filii Absalon res novas molientis. Sed esto ubi constitutus est in caput gentium? Non dicam sane gentium, sed nec unius gentis. An dicetis quod cum ad Abimelech Philistinorum regem Saulis timidus concessisset, sit caput gentium institutus? Sed nec eorum decimæ partis. Quis fuit populus quem non cognovit? Certe Philisthæos, et omnia eorum ipse cognoverat. Et unde tanta eorum obedientia commendatur, ut in auditu auris obtemperasse dicantur? nonne Abimelech contra Israellem pugnaturus dixerunt satrapæ ejus ad ipsum: Non egredietur David nobiscum, non enim melius placare poterit Dominum suum, quam in capitibus nostris? (*I Reg. XXIX, 4*). Non sunt hæc verba membrorum de capite. *Filii alieni mentiti sunt mihi (Psal. XVII, 46)*. Nunquid filii alieni secundo replicantur, inveterati et claudicantes appellantur, quia os suum, et caro sua mortuo Absalon, ab ipso vocantur?

Deficite, quæso, quia ratio vobis deficit. Quis ergo caput gentium? Christus profecto: *Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio Gentium (Gen. XLVI, 10)*. *Ispe est qui stat in signum populorum, quem gentes deprecabuntur (Isa. II, 10)*. Lege Isaiam, recole Psalmos, quid aliud quam vocationem gentium sonant? in nomine Christi gentes speraturas? Dicendum in nationibus quia Dominus regnavit: A solis ortu usque ad occasum nomen Domini futurum laudabile, ipsumque super gentes excelsum (*Psal. CXII, 3, 4*). Et deficientibus jam in templo vestro sacerdote et hostia, Malachias infert: *Ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus (Mal. I, 11)*. Vos autem cum a nobis interrogamini quare templo, pontificio, et ara careatis, illico de terra in qua habitatis immunda causamini, sed prædictus in hoc propheta non favet vobis.

Quid præterea Balaam ille ariolus: *Orietur, inquit, stella ex Jacob, et consurget de virga Israel, et confringet omnes duces Moab, vastabitque omnes filios Eth; et erit Idumæa possessio ejus. Hæreditas Seir cedet inimicis suis. Israel vero fortiter aget (Num. XXIV, 17, 18)*. Quæ est stella? Maria a vero sole illuminata, et de qua exorta est in tenebris lumen rectis corde, miserator et misericors et justus (*Psal. III, 4*). Exinde virga consurgit, totius videlicet rectitudinis singularitas ipse Christus emergit. Vide in his exemplis quæ de tuis assumpta est libris, quam pure sine ullo patris aut seminis memoria enuntietur origo. Audi stellam quæ sine sui detrimento lumen illud emisit. At quia lumen oculis non videbatur infirmis, partus stellæ mutatur in virgam, quæ devios dirigat, superbos deprimat, imbecillibus sustentaculum fiat.

Hæc confringit a rigore nequissimo duces Moab, gentilium utique qui sine lege sunt, patremque habent diabolum. Moab namque *ex patre* vel *exlex* dicitur. Eth autem interpretatur *stupens*. Qui sunt stupentes, nisi Judæi qui nescierunt neque intellexerunt, et in tenebris ambulant? Hi sunt filii, sed mentiti, sed alienati. Hos virga vastat, quia legis scientiam, quam falso Judæa usurpat, gentili Christus populo veraciter dat. *Calix enim in manu Domini vini meri plenus misto, et inclinavit ex hoc in hunc populum. Verumtamen fæx ejus non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ* (Psal. LXXIV, 8, 9). Idumæa ejus possessio est, quia tanto castigatius quæque mens ad Deum convertitur, quanto terrenior est. Sicut mons Sion, ita et latera aquilonis civitas Regis magni; ubi enim abundat peccatum superabundat gratia. Seir pilosus dicitur: pili superfluunt corpori, significantque substantiam sæculi. Quæ est hæreditas Seir, nisi lex, aut ipsum regnum Judæorum, quæ jam possidet plebs Christianorum; sed hic sensus apud vos quomodo se capit ad litteram? nil enim in Pentateucho significativum accipietis. In terris sane illis Assyriorum, Parthorum, Arabum, Francorumque nuperrime alternante victoria, gentium istarum ne ipsa quidem nomina resedere. Messias ergo vester quid faciet? sequitur:

*Israel vero fortiter aget* (Num. XXIV, 18). Israel dicitur *directus cum Dea*. Et quis cum Deo dirigitur, nisi qui fidei regulam sequitur? Is fortiter agit, qui fidem Christianam etiam inter atrocia tormenta defendit. *De Jacob erit qui dominetur et perdat reliquias civitatis* (Ibid., 19). Quod est dicere: Licet inter gentes martyrum fortitudo laudetur, de Jacob tamen, id est de Judæis, qui Esau, id est gentes, se per acceptionem legis supplantasse gaudebant, Christus Dominus oritur. Unde superius stella ex Jacob, virga de Israel est. Maria enim de Judæis quidem ducit originem, sed gentium populus cum Christo specialiter directus, Christi præcipue ostendit fortitudinem. Perdit autem reliquias civitatis, quia licet homo ex femina oriundus, ex virtute tamen Deitatis quos a Dei civitate judicabit extorres, perpetuis poterit punire suppliciis.

Quod totum est dicere? Ille, qui Judaici induet generis vilitatem, tantam habebit Domini, quod ad impios pertinet, quantitatem (paternitas enim ad pios) ut quos suæ viderit urbanitatis indignos, eos in ignes potens sit perdere sempiternos. *Pater enim non judicat quemquam, sed judicium omne dedit Filio* (Joan. v, 12). Est autem *Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas* (Psal. cxxi, 3). Miror quas hic vestras beatitudines intelligatis ad litteram. Quod si ita fallimini, attendite quæ post pauca sequuntur. *Assumpta iterum Balaam parabola* ait: *Heu! quis victurus est, quando ista faciet Deus?* (Num. xxiv, 23): ubi præmisit *heu*, spondit utique se dolenda dicturum. *Venient, inquit, in trifieribus de Italia, superabunt Assurios, vastabuntque Hebræos* (Ibid., 24). Hanc quam iste præconatus est vobis

A vastitatem, annorum jam mille continuatione probastis.

#### CAPUT IV.

*De Christi resurrectione.* — Habentes igitur rationes ac exempla de humanitatis assumptione in Deo, de passione, resurrectione, et ascensione, tanta profecto ut eorum copia inopiam dicendi pariat quorum multipliciter, et minus eruditi ad manum habent, et Ecclesia cantat, ea sola protulisse collibuit quæ Deum in homine demonstrarent. Quod si Deus æternus aperta Scripturarum vestrarum astipulatione probatur, quid magnum fecit, si corpus passum vitæ restituit, cum et Elisei cadaver id egerit? Audis David cum de pressurarum nimietate quereretur, quæ solent apud homines provocare vigilias: *Dormivi, ait, et soporatus sum, et exsurrexi* (Psal. III, 6), fossas alibi manus et pedes asserens (Psal. XXI, 17); apud Osee, mortem se mortis Deo exhibente futurum (Ose. XIII, 44). Rursusque in psalmo ascendisse in jubilatione Deus, et in voce tubæ (Psal. XLVI, 6): Aliasque, ascendisse in altum, et captivam duxisse captivitatem, ac hominibus dona dedisse dicitur (Ephes. IV, 8). Cum certo, juxta Apostolum constet, neminem ascendere nisi quem descendisse constiterit (Ibid., 9).

*De vocatione gentium.* — Cum ubique Scripturarum tuarum testimonia hujusmodi in modum scintillarum emicent, illud summopere claret quod gentium vocatio libris passim celebrata prophetica, indubie completa videtur. In omnem terram jam exivit sonus prædicatorum, et in fines orbis terræ verba eorum (Psal. XVIII, 4). In quo nobis objicere nemo potest quarumdam gentium apostosiam, sicut nec Isaïæ qui Judæos, gentem peccatricem, semen nequam, filios sceleratos vocaverat (Isai. I, 4). Postmodum ait: *Audi, Israel, serve meus, et rectissime, quem elegi* (Isa. XLIV, 1). Si enim semen nequam, gensque peccatrix, quomodo rectissimus quem elegerat? Sed totum pro parte, partemque pro toto in Scripturis vestris ac nostris, solere accipi non dubium vobis est, ut est illud: *Ad te omnis caro veniet* (Psal. LXIV, 2), quod non aliter intelligimus, quam si diceret: *Ad te de omni carne veniet*. Illi enim de morte resurrecto dicitur: *Surge, Deus, judica terram, quoniam tu hæreditabis, non omnes gentes, sed in omnibus gentibus* (Psal. LXXXI, 8). Et cum Elias quereretur solum se relictum (III Reg. XIX, 10), audit de septem millibus, qui non curverant genua Baal (Ibid., 18). Si enim populus Dei quondam dicebamini, licet maxima vestrum pars aberraret, non tamen bonæ partis intuitu quod vocabimini, perdebatis. Itaque etsi mundi plurimum retro abiit, in hoc tamen Christi potentiam ex sua retrogradatione non minuit.

#### CAPUT V.

*Judæos alloquitur.* — Igitur quoniam aliqua in vos auctoritatibus et ratiocinatione contu-

jam vos pauculis rogationibus compellam illam adeo carnaliter qua intentione tenescio vos dicturos : Et quomodo legem a cœlis præbitam, imo ipsius digito exaratam, et terroribus, lampadam fulgoribus et montitionibus promulgatam, nulli genti a sæculo mutare poterimus ? Et si leges hominum non, quis Dei præcepta destituet.

*condet Judæis, probatque Deum legem ab auctoritatibus Scripturæ.* — Ad hæc inferam : Quid horridis, quidquid magnificentiæ extrinsecus dandæ constat adhibitum, non magnis ; hæc enim in minoribus sæpe negotiis expenduntur. Plane Samuel cum causaretur regium fastigium affectantes. *Nonne, inquit, tricitis est hodie ? Invocabo Dominum et dabit tibi pluvias ; et scietis quia grande malum feceritis Reg. xii, 17.* Certe et Osias rex sacerdotalis is infulæ, cum sancta ingredi usurpasset, moterræ ingentibus factis, quorum Amos meminit, quoque hiatus præruptissimi patuerunt. Nihil tibi accidit quod non uspiam facilius accidisset. Quæ quadraginta distulit diebus inedia, et leviori ex causa fecisse scimus Eliam. Si domino Moyses loquebatur facie ad faciem, et profitetur Dominum Sabaoth suis se vidisse, quem viderat solum excelsum sedentem, et alii ex prophetis quidam. Quid quod Balaam ariolo et apparuisse, et sæpius occurrens Deus dicitur ? Tonitrua hujusmodique clanculæ aerum importunitate contingunt. Cum etiam provincias alias hieme, alias æstate proveniant, iter, monstrum exhibeant.

igitur solum in causa versetur, quia Deus ea ad præbuerit. Quæ si ideo immutabilia judicantur, videamus ab ipsis sæculorum primordiis instituerit, quæ quoque instituta locis, temporibus personisque mutaverit. Certe in primorum mundi illorum creatione, cum prælatos eos teraquatilibusque Scriptura dixisset, Deum pariter esse subnexuit : *Ecce dedi omnem herbam afferentem fructum super terram, et universa ligna quæ sunt in semetipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam (Gen. 1, 29).* At cataclysmi exacta pluvia, Noe et filiis ejus secundo ejusdem prælationis iudisset, addidit : *Omnes pisces manus vestras sunt, et omne quod movetur et vivit erit vobis in escam, excepto quod carnem cum sanguine non comedetis (Gen. ix, 2, 3).* Habes Deum mutasse sententiam, ut de graminibus ad carniem edulia nos transiret. Denique sub Moyse cum de esum discrettractaret, quasi oblito quod annuerat istis, scilicet quod movetur et vivit, in munera, non vetuit.

et quoque uxore sibi exhibita : *Relinquet, homo patrem, et matrem, et adhærebit uxori suæ (Gen. ii, 24).* Non dixit : Homo, Deo tunc et uxore sua plenus, adhærebit uxoribus, sed uxori,

A cum in sequentibus ob plura connubia diluvium inundasse legamus, et tamen Abraham ex latere Saræ Agar, Deo etiam aliquoties eam procurante, habuisse. Jacob quoque, et Moysen, multosque sub lege probatissimos, numerum conjugum sine legis contradictione cognovimus. Adæ autem dicta indubie pro Dei verbis ponimus ; quem paradisi colam Dei fuisse tunc intimum scimus. Jesus etiam Dominus hæc Deo verba ascribit.

Mulier dixerat Deus quæ virum inobedire suaserat : *Sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui (Gen. iii, 16).* Ipse idem Abrahæ loquitur : *Omnia quæcunque dixerit tibi Sara, audi vocem ejus (Gen. xxi, 12).* Ecce quantum, quamque spectabilem mulierem addixerit, quem per se docere potuerat.

B Cain et Seth, filii Adæ, unde conjugia sibi contraxerint nosti, ex sua germanitate profecto. Poterat vero eis Deus aliunde creare uxores, at ipse fecit ut sic necessario fieret. Quod etiam de amittis, materteris penitus idem est. Et hæc siquidem omnia Dei, qui ea primo sic fecerat jussu, et edicto Moysaico asperissime postmodum vetita sunt. Quid quod unam illam quam viro costam detraxerat, inque mulierem ædificaverat, in tot dividi brevi post ipse permisit, ut jam non duo sed plures admodum fierent in carne una ? Agar ancillam, a domina Sara pulsam, angelus reperit, redire ac humiliari sub hera suavit. Denique Isaac jamdudum nato, et grandiusculo Ismaele, cum Sara lusum eorum ægre tulisset, invito Abraham, jubetur muliercula cum prole repelli. Cui controversiæ vox divina, quæ superius eam dominæ reconciliari præceperat, intulit, et quasi pristini oblita consilii, postposito Abraham, Saræ mandat in omnibus obediri.

Præcepit præterea Deus ne sculptile, ne conflatile, ne qua similitudo, ne quod signum in terra vestra erigeretur, et tamen in tabernaculo Cherubim, Domino jubente, sunt sculpta. Quid dicam de æneo serpente ignitis objecta serpentibus, ad quem toto exercitui eminentem, qui percussus respiceret, salvaretur ? Num signum, num similitudo fuit ? Et certe, libro Regum teste, usque ad Ezechie temporibus eum coluere thura cremando Judæi ; et plane non nesciebat Deus illius institutor ostenti, istud eorum ad idola proclivium magno valiturum errori. Hoc, inquam, contra sua si dicere audeam, scita jussit Deus.

Tabernaculum vero ipsum, quod ab imis ad supra proprio Deus orditus est ore, Salomon nova ædificatione destituit, in tantum ut sacrilegio, imo idololatriæ diceretur, si quis post templi dedicationem ea loca cultu aliquo respectasset. Unde et in calumniam illud crebro dicitur : *Adhuc populus immolabat in excelsis (IV Reg. xiv, 4).* Cui tamen templo, et ante, et post ædificationem favor divinus haud defuit.

Aurum, argentum, vasa, et vestes Ægyptiorum mutuo Deus ab eis accipere vos jusserat, quæ humane vobis præstita, inhumane, ut videtur, satis

Deo tamen permittente, tulistis, unde dicitur, quia dedit vobis gratiam coram Ægyptiis Deus (Exod. xii, 35, 36). Postmodum cum ipse legis illius censuras ediceret, furtum, fraudem, concupiscentiamque prohibuit.

#### CAPUT VI.

*Etsi immutabilis Deum, verum, ut mutabilitati hominum se aptet, sententias mutare videtur. Quod et rationibus confirmatur.* — Habetis, ut æstimo, pleraque divinarum sententiarum mutationis exempla, in quibus conicere potestis Deum, et si immutabilem, mutabili hominum, pro ipsorum erudiendis novitatibus, mutabiles dedisse sententias. Sicut enim videtis puerulos aliis in infantia rudimentis, aliis, cum adoleverint, documentis imbui; at postquam permaturerint modo eos severiore disponi, cum senibus vero profundissima quæque tractari, ita intelligite Deum, cum hujus sæculi processibus operatum. Nam veluti parvulum assiduis gerulorum, ac nutricum confabulationibus, ad rudimenta loquelæ convenit informari, et succrescentem acriori jam pædagogio a licentia infantia cohiberi, a pueribus etiam ævo pubescente omnino restringi, juventam vero ad integrum eruditam sua sponte, propria gravitate, remota ferula, ex virtutis amore jam regi. Ita recens Deus sæculum primo suis, et angelorum vocibus assuevit, et quasi snorum forma sermonum balbutientia mundi labra correxerit. Ut quod optimis modo non sit, tunc etiam improbissimis, et ipsis quoque animalibus præstaretur. Paulo evectum, uti Noë Abrahamæ temporibus, paucis licet in rebus castigare, et signis sibi denotare inciperet. Sub Moyse vero quasi adolescentem a pristinis vilitatibus aliquantum sublevare, et aliqua de viro sentire compelleret.

*Ætas perfecta incæpit a Christo. Vetus lex temporalia, Christi vero æterna docet appetere.* — Porro sub Redemptoris gratia quasi ponderosiori jam animo, et intelligentiarum capaci totius suæ divinitatis, ac si interni sui consilii prærupta detegeret; iis enim qui solo dominis famulantur amore, eorum facilius solent enuntiare secreta: *Jam non dicam*, inquit, *vos servos; quia servus nescit quid faciat dominus ejus; vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audivi a Patre meo nota feci vobis* (Joan. xv, 14). In lege vestra quæ vobis Deus præmia pollicetur? Possessiones, ventrium plenitudines, uxores ac filios, longævitates, et nulla nisi iis contraria comminatur. De æternis silentium est. Cæli præmia, tartari tormenta tacentur. Sicut sola intentatur virgo juvenculo libidinibus æstuantis, et ei dehoneste sermo fit surdus, ita cruciatibus, aut morte absterrebantur a vitiis ad bona qualiacunque, non affectu, non monitis, sed talium munerum lenocinio trahebantur.

Mentior, nisi lex ipsa testetur idipsum: *Introduxit*, inquit, *vos Dominus in terram fluentem lac et mel, ut mandata scilicet ejus observetis, et ut lex Domini semper sit in ore vestro* (Exod. xxxiii, 3). Psalmus quoque: *Dedit illis*, inquit, *regiones gen-*

*atium, et labores populorum possederunt, ut custodiant justificationes, et legem ejus requirant* (Psal. civ, 44). Librorum vestrorum quibusque peccantibus comminationes: *Non inferetur*, inquit, *corpus tuum in sepulcrum patrum tuorum* (III Reg. xii, 22). Et: *Quia humiliatus est Achab coram me, non inducam mala in diebus ejus* (III Reg. xxi, 29). Multi philosophorum gentilium, quæ vobis promittebantur duxere contemptui; et habita, ut Diogenes, abjecerunt, Et cum orbis summa aliquibus incumberet, ut Octavianus Cæsar, parvipenderunt. Quid dicam vobis? An bona lex est, cujus præmia nil stabile pollicentur? Quid victimarum millia ponderatis? Audite Dominum in Isaia: *Plenus*, inquit, *sum. Holocausta arietum, et hircorum nolui* (Isa. i, 11.) Subditque causas: *Manus vestræ sanguine plenæ sunt* (Ibid., 15). Quid autem velit extemplo prosequitur: *Lavamini; mundi estote: auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere perverse* (Ibid., 16), et sequentia. *Non in sacrificiis*, ait alter, *Arguam te, quia holocausta tua mea subjacent arbitrio. Non accipiam de domo tua vitulos. Nunquid manducabo carnes taurorum? Sed immola Deo sacrificium laudis, redde Altissimo vota super sacrificiis* (Psal. xlix, 8-14). Idem utique ait: *Holocaustis non delectaberis. Sacrificium autem Deo spiritus contribulatus* (Psal. l, 18, 19).

Super circumcisione tua etiam pone nugas. Nonne lex, nonne prophetæ pariter tibi cantant, ut auferas præputium cordis tui? Quod si cordis et sensuum tibi circumcisionem inclamitant, illam quæ pellium est figuram solummodo interioris notant.

Quid de jejuniis agis, in quibus litigia cædesque videntur? Quo contra propheta: *Solve*, ait, *colligationes impietatis fasciculos deprimentes* (Isa. lviii, 6), et cætera, quæ ibi Deus appetiari jejunando dignoscitur.

In diligentis Sabbatorum multa vobis solertia. Sed Deum forsitan creditis vestro otio, spectaculisque gaudere. Nec longe est super hoc idem propheta quid sentiat: *Si averteris a Sabbato pedem tuum non facere voluntatem tuam in die sancto meo, et vocaveris Sabbatum delicatum, et glorificaveris, dum non facis vias tuas* (Ibid., 13).

☩☩☩ Pedem avertere a Sabbato fortassis æstimas continentias ab itinere faciendo. Quid super voluntate restringenda tractabis? Quod si ad actionarias te converteris voluntates, audi sequentia: *Et non invenitur voluntas tua, ut loquaris sermonem* (Ibid.). Nulla lex imminet Sabbatis a colloquio feriari, in quo ad id jam necessitate compellimur, ut delicatum in eo solo Sabbatum computemus, si a malis spiritualiter subtilius, quæ lege non sunt vetita, linguam ac animum dispescamus.

Perpende igitur clarissimos tuæ legis auctores, quantum a tuo discrepent intellectu, qui nihil corporeas exercitationes habentes solum medullis spiritualibus intenderunt. Sola namque in iis observationibus carnis vexatio est; his tamen, qui non

id de spiritualitate senserunt. Etsi enim in lege dicitur: *Qui hæc fecerit vel illa mandata, vivet* (*Levit. xviii, 5*), nunquam tamen est, quantumquam, quisquam vixisse credendus, qui non ad fide cæremoniis illis inhæserit. Unde apud Isaiam legitur: cum enim improperaret eis irrationes ab eis in deserto factas, idololatriæ incursus, Sabbatorumque incurias, ad extremum tulit Deus: *Ergo et ego dedi eis præcepta bona, et judicia in quibus non vivent, et polluerunt muneribus suis, cum offerrent omne quod aperit eis propter delicta sua* (*Ezech. xx, 25, 26*). Non bona, cum juxta apostolum nostrum, *et sancta, et mandatum et justum et bonum?* (*1 Cor. vii, 12*.) Corticem et ossa rodentibus non interiora carpentibus utilis, utentibusque melior. Hi sunt inimici in psalmo, qui terram linunt (*Psal. lxxi, 9*). Pollui eos in muneribus, etiam legalia ipsa præcepta complerent, offerendo et omne quod aperit vulvam, cum in ipsis stendi pollutos muneribus, dum nihil offerunt ternis, sed pro exterioribus. Unde est: *Oratio at in peccatum* (*Psal. cviii, 8*). Lucrum utique a Deo temporale, non Deum. In ipsis plane vitæ vita esset, si Deum quis ex toto corde amaret; uti si proximum curaret, si furtum et homicidium caveretur, frausque non fieret. At cum, stantibus, inanium illorum rituum superstitio atur, sine fructu mentium caro vexatur. Iniam ergo prosequeremini omnes conspicibile et nihil pendebatis animam, quæ latebat, tandem Deus nobis, imo si voluissetis vobis, iam exemplaria verorum, sed ipsa vera, et sacrificiora producere; ipse enim per prædictum etiam præstillaverat vobis. *Ecce, inquit, dies tibi, dicit Dominus, et feriam domui Israel, et Juda fœdus novum, non secundum pactum pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehendam eorum, ut educerem eos de terra tibi, pactum quod irritum fecerunt; sed hoc erit et quod feriam cum domo Israel: Post dies laboro legem meam in visceribus eorum, et in eorum scribam eam, et non docebunt ultra virum suum, et vir fratrem suum dicens: Cō Dominum; omnes enim cognoscent me a minusque ad maximum, quia propitiabor iniquitatorum, et peccati eorum non ero memor amplius* (*xxxi, 34-35*). Ubi novum fœdus a Deo cum Israel percipi dicitur, in veteri jam a vobis noto vivitur; ut enim nostri Apostoli verbis tibi dixit: *Novum veteravit prius, quod autem atur et senescit prope interitum est* (*Hebr. viii, 13*), ed quare vetus dicitur, nisi quia caduca et e peritura, visibilia videlicet, repromittit? . autem jure novum, quia incorruptibilia, et immortalibus oculis conspicua, nullis usibus caduca, promittit. Nec secundum illud est, quod scribitur in eremo pactum est patribus, quia ibi et terroribus ad singula præcepta, *Ego Domi-*

*anus*, inquam, hic vero *Pater noster* appellandus prædicatur (*Matth. vi, 9*). Hic Spiritus sanctus, qui amor est, pro magistro adhibetur. Hic non in lapide lex, sed cordibus, visceribusque inscribitur; quia, ut idem alias propheta testatur, cor jam carneum, sublato lapideo, spiritu novo imbuatur (*Ezech. xxxvi, 26*). Tanta vero per Dei gratiam fidei nostræ jam est evidentia, ut non sit instruendus jam quispiam de incarnati Dei Filii notitia. (Jam enim rudes æque ut docti norunt quia ipse est qui ad omnium venit abluenda crimina.) Sed jam passim de corrigendis operibus et moribus sit doctrina.

## CAPUT VII.

*Ex Vetere item Testamento ostendit Christi adventum.* — Translato igitur, non obruto, tuis olim dato patribus testamento, ad sanioris observantiæ intellectus, quid mihi porcum, leporem et ostream, quibus vescimur, nequam Judææ, objicis? Templi tui vestigia nulla supersunt, pontificia subsedere, ut idem fere genus constet abolitum gentis tuæ, ubique terrarum dispersiones oberrant. Sanctuario itaque, sacerdotio, regno, ipsaque pene gente vacantibus, imo destructis, quis restat legis tenor! Tota enim ferme lex in diligentia templi ac sacerdotii pendet. Postquam hanc universæ legis summam, non alter quam Deus ipse subruit, quid de cæterorum præceptorum minutiis dices? Audis novi sideris [*f., fœderis*] pactionem, cujus superventu nemo ad nihilari dubitat vetustatem. Cuine imputas quod dicitur: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech?* (*Psal. cix, 4*.) Cujus ad Deum loqui in psalmo personam putas? *Sacrificium, inquit et oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi. Holocaustum et pro peccato non postulasti, tunc dicit, Ecce venio?* (*Psal. xxxix, 7, 8*.) Si ad David verba hæc referas, cui Deus ideo aures effecerit, id est obedientiam dederit, quia sacrificia neglexerit, æquipollens illi sententiæ erit: *Melior est scilicet obedientia quam victimæ* (*1 Reg. xv, 22*). Si ad Messiam, quem inaniter præstolaris tuum, falsum est, quia eum æstimas subjectissime iis cæremoniis servitutum.

Porro si ad Christum, ipse singulariter plane ex iis quæ passus est didicit obedientiam (*Hebr. v, 8*), quia holocaustis, et pro peccato nullatenus placari didicerat Patrem. Cum multi fuerint sacerdotes, quis eorum exstitit in æternum? Quis vero æternus, nisi Deus? Deum autem sacerdotem dici nusquam, ut reor invenies, nisi Christum intelligas. Christus ergo in hoc solo sacerdos qui dixit: *Ecce venio* (*Psal. xxxix, 8*), quia se victimam Patri detulit pro peccato. Quia, inquit, de futili causarum sacrificio, jam tibi, Pater, me litaturus venio. Ego enim sum, de quo in capite libri scriptum est, *ut facerem voluntatem tuam* (*ibid., 9*). Jam a persona David iste sensus exorbitat. Quid est caput libri hujus? *Beatus vir qui non abiit, et sequentia, usque ad omnia quæcumque faciet prosperabuntur* (*Psal. i. 1-4*). Quis est cui concinat præsens versus, ut secundum sui typum

non abierit, non steterit, non sederit? Quod si tertio hoc quispiam purus homo fortasse carere poterit, duum præmissorum alterutro quisquam homo vivens immunis esse non valuit. Quis est qui die ac nocte, id est indesinenter, in Dei lege meditatus sit! nonne idithum cantat. *Quia universa vanitas omnis vivens; et, In imagine pertransiens, frustra conturbatur?* (Psal. xxxviii, 6, 7).

Ipsum Christum, velis nolis, accipies; quidquid istic supra hominem habes. Ipse non in decursu aquarum, sed secus nascitur; quia non in natura per peccatum fluida propagatur, sed in sola carnis peccati similitudine conspicitur. Et recte non stagnum, sed decursus virgo generans potest intelligi, ubi videlicet nulla subsistit illuvies, quod benedictionis plantarum dedit fructum, sed suum, in tempore, sed suo. Quisque bonus dat fructum, sed non suum, sine Deo enim nil potest quisquam facere. Is vero præbuit proprie suum, quia quod fecit, facere non poterat nisi Deus; et ex se habuit quod fecit. Tempus quoque suum fuit, quia qui quando voluit natus est; quando voluit quoque ocebuit. Tempus suum fuit, cum plenitudinis adventu cæco mundo suæ notitiæ lumen tribuit. Folium ejus non defluet, quia licet cælum et terra transeant, verbum tamen ejus non transibit (Matth. xxiv, 35). Facta ejus prosperabuntur omnia, deducet enim eum mirabiliter dextera sua. His excurrisse per excessum sufficiat.

#### CAPUT VIII.

Ecce habes, impurissime, prophetas tuos, imo per Deum tuis observantiis obviantes in tantum; ut sacrificans, et canem excerebrans pariter conferantur. Quid mihi sues grunnire tuas, et lepores stridere facis? Quid ora ruminantia, et divisiones replicas unguularum, qui pontificum et templum, de quibus totæ tuæ legis vires emergunt, et in quibus ejus versatur intentio, adeo evidentissime videas adnullari? Quam vim putas, infelicissime, habitura sunt infima membra, ubi caput præcisum est? Exaudi, si minus adhuc habeas hinc testium, quod superius paulo libasse videmur. Loquitur Deus in Isaia cum rejectione carnalium spiritualia bona consciscens: *Ad quem, inquit, respiciam, nisi ad humilem et contritum spiritum, et trementem sermones meos? Qui immolat bovem, quasi qui interficiat virum; qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem; qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat; qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo* (Isai. lxvi, 2, 3). Sed dicis: Certe negari non potest quin Deus porcum mandi vetuerit; plane, inquam, non minus constat quia tauros et arietes et cæteros sacrificari præceperit, hæcque postmodum ore proprio, ut ex prophetis audis, irrita duxerit. Sed forsitan sacrificio temploque repulsis, porcorum carnibus abstinere præponderat. Si porcinarum carniū esum nobis, quibus nil jussum est, improbatis, fimbrias hyacinthinas in quatuor palliorum vestrorum angulis quare non fertis? Qui suem

præcepit non edi, ipse idem Deus mandavit et fimbrias ferri (Num. xv, 38.) Longe alia ratione porcum comedimus, quam vos fimbrias abruptistis.

Prævaricatores ergo estis, qui vobis evidenter jussa negligitis. Nos nil præterimus, qui nulla inde mandata suscepimus. Furtis intenditis, fœnora cummulantes cervicibus egenorum. Deum ex corde diligere, et proximum ut seipsum, et cætera utilia seponentes, circa nugas rotamini. Nunquid illud quod dicitur: *Si ambulans per viam, in arbore, vel in terra nidum avis inveneris, et matrem pullis vel ovis incubantem, non tenebis eam cum filiis, sed abire patieris, captos tenens filios, ut bene sit tibi, et longo vivas tempore* (Deut. xxii, 6-7); eo quo exterius sonare videtur modo accipitis? Nunquid Deus illius ad Noë mandati oblitus est: **☉☉☉** *Omne quod movetur, et vivit, erit vobis in cibum, quasi olera virentia tradidi vobis omnia* (Gen. ix, 3). Ut modo bene nobis et longam vitam spondeat, si manus nostra pullorum matribus parcat? Quid rationis habet quod palum in balteo gestare jubemini (Deut. xxiii, 13), quod egesta contegere, ne quid sordium Dei valeat oculis apparere? Si ego hominum minimus in publico tale aliquid proferrem, auditores forsitan mei non facile crederent quod inaniter, aut sine intelligentia latenti ista contexerem. Etsi ego nullius aut gravitatis aut momenti ab aliquibus tanti pendor, ut verba mea expertia ponderis non esse putentur, Deum poteritis æstimare choraulam, ut dicta illius garrulitate vanescant. Quanto igitur humanæ minus rationi eloquia divina concordant, tanto magis subtilitate intellectualitatis exuberant.

Respicite, victi tanto testimoniorum ac testium aggere tandem; et carne discussa sanctæ interioritatis estote capaces. *Venite cum Osee propheta, et revertamur ad eum, quem vos sequi putantes diffugitis Dominum, quia ipse a sæculi origine, prædestinatione, et promissionibus cepit et in fine temporum passionis suæ efficientia nos salvabit, percutiet, id est animarum nostrarum doctrinis nobis potentibus vulnera pandet. Percussos denique cruore, et latice curare non differet. Vivificavit nos post duos dies: in dies tertia suscitabit nos: et vivemus in conspectu ejus: sciemus, sequemurque ut cognoscamus Dominum. Quasi diluculum præparatus est egressus ejus* (Ose. vi, 1-3), etc. Sed his sufficienter, ut putamus, edictis, alia prosequamur.

#### CAPUT IX.

*Confutantur Judæi insimulantes Christianos idololatriæ.* — Impetitis nos etiam quod crucifixi Domini Jesu imagines, vel ipsius crucis lignum adoremus, ut veluti ejusdam idololatriæ insimulatis, quasi quod a vestra constel lege prohibitum. Nos econtra nil nisi ipsam Dei substantiam adorandam ducimus: etsi aliqua extrinseca venerari perspicimur, non id quod videtur colimus, sed quæ ex visis colligimus. Certe Nathan propheta David regem pro Salomone petens apud vos adorasse legitur (III Reg. i, 23), in quo aliquid eum divinitatis sen-

credere nefas creditur. Josue a civitatensibus Israellem conspiciens fugientem, et cæsum, a arca Domini pronus decumbendo (*Jos. vii, 6*), dicitur in libro Judicium continuasse vigiliis. Quid arca Dea erat, aut Deus, sive Dei pars bet in ea delituerat? Daniel, celebrato regis ne quis deorum peteretur a quoquam, fenestras in cœnaculo suo patentibus, tribus contra solum temporibus, genua flectebat interdiu, orabat, et confitebatur Deo suo (*Dan. vi, 11*). Quid Jerusalem aut templum, cujus obtentu illa inflexio, Deus fuerat, quia illorsum sic addecreverat? Nunquid omnia, quæ adorata apud referuntur, divinis cultibus dignata credun-

A 280 si justus, pius et sapiens quis sit : aliud hæc sunt, aliud homo; et sine iis enim est homo : hæc vero cum in Deo esse dicuntur, non accidentaria, sed substantialiter Deus accipiuntur.

*Voluntas Patris Filius, virtus Spiritus sanctus.* —

Si ergo Filium accipitis, non quasi quem extra genuerit intelligite, sed quod gignitur in ipso conspiciat. Accipite igitur Filium ac si voluntatem Patris; quæ voluntas quasi ad effectus evidentiam venit, cum carni ille se indidit. Sed hæc voluntas, quæ a Deo ad nos intenditur, virtutem necesse est habeat, per quam quæ velit queat, et hæc sit Spiritus sanctus, qui eidem corpus in Virgine creat. Voluntas enim hominum otiosa est, nisi posse succedat. Voluntatem ergo Patris possibilitas comitatur. In Scripturis nempe sicut amor, ita et virtus idem Spiritus appellatur, ut est : *Virtus Altissimi obumbrabit tibi* (*Luc. i, 32*). Et : *Virtus Dei operatur omni credenti in salutem* (*Rom. i, 16*). Patris igitur voluntas per virtutem hoc modo mancipatur effectui, et inde qui effectus est, nostræ traditus est cognitioni.

A ratione imagines adorant Christiani. — Ad as itaque in visibilibus signis, quæ significantur, imago, imo vagabundum animam picturarum tunc contuitu, quasi quodam commonitorio ad nos cohibemus. Quare vobis æneus ille anguis situs est, quem postea coluistis, nisi ut quid vellet ejusmodi prodigium quæreretis? Nec ibidem otiosa in templo, et in tabernaculo emissa claruerunt. Boves quoque et leones non sine ubi singulariter exsculpi meruerunt; sed idoneas sitionum vobis occasiones dederunt. Ridete, et nos dissolutum et exsanguem quasi homines in patibulis adorare, videlicet quisque capit, quam magis fidei ridiculi vestri fueret, qui Beelphegor, idolum scilicet tentiginis, est Priapus, adoravere. Ridendi, imo flendi et quod plerique vestrum dogmatis Christiani tatem plene intelligunt, nec tamen ab errore unt. Sciatis tamen quia nobis, quibus Deus urarum notitiam indidit, et, remota etiam natione, fidei et contemplationis contulit aliam, s sculpturarum necessaria non sit, sed his qui idiotæ et hebetes, quod litteris non attinguamentis hujusmodi addiscunt quod sciensit.

#### CAPUT X.

ator tres Deos a Christianis ostendit haud colit in Deo trinitatem. — Restat ultima quæstio, a vobis proponitur ventilanda. Tres deos nos dicitis, quia Patrem, et Filium, et Spiritum am, sub distinctione nos triplici, pronuntiare scitis. Ex superiori testimoniorum congerie probatum est quod Deus Filium habeat, hunc natum constat. Spiritum vero sanctum ubique arum vestrarum dici in promptu est. Ergo nos tres personas proferimus, ita de cultura deorum a vobis patenter arguimur. Deumne umscriptum incomprehensibilemque creditis? si forsitan, quid trium cathedras personarum, membra imaginando conpingitis? Si Deum am pensatis, et Filius, ut credimus, ei est, esse non potest, nisi quod pater est; alioquin non est. Potest in homine esse quod non est, in Deo vero nihil quod non sit Deus. Nam

De Deo cuiquam disputare fas non est. Sed cum de his quæ circa nos sunt exempla præbentur, ad hoc fit ut tria aliqua indisparabiliter coherere sibi posse monstrantur. Quod cum sit, « fides, ut legitur, jam non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum » (*S. GREGOR. hom. 26*). » Hæc siquidem Trinitas vocative potius quam substantialiter in hoc a nobis sæculo dicitur, in quo necessario ad nostram intelligentiam de personis instruendam per momenta et syllabas, quia aliter non possumus, earum vocabula conjugamus. At cum vitæ fontem hauserimus, et in lumine lumen, Deum in Deo videbimus, nulla in his nominandis gradatione sermonis egebimus. Si os nostrum, lingua, et spiritus in usum locutionis pariter nullo horum vacante, aut præstante, moventur, maximæ insanie est diffiteri Patrem et Filium et Spiritum sanctum esse, et posse, ac indivisibiliter operari. Si enim tres Deos diceremus, eorum plane cuique partem mundani regiminis traderemus, nec summus quisque eorum esse posset, qui pares actu ac nomine quoquo pacto haberet. Et dum modo huic, nunc illi pro partium alternationibus faveremus, quemlibet forsitan cujus regnum minus putaretur accommodum, aut minus appetiendum, aut apertis derogationibus urgeremus. Nil tamen apud nostra dogmata experiri vos contigit, nec diu vobiscum super isto tractabimus, quia dum de iis agimus, obduratis animis risus efficitur. Deliberantibus enim credere auctores non deerunt qui potuerunt erudire.

*Vere resurrexit Dominus.* — Illud, velitis, nolitis, audite, quia Redemptor noster, quem putrisse mentimini, vivit, et in novissimo die, quod et vos creditis, de terra surrecturi sumus. In carne quoque nostra Deum videbimus, Jesum videlicet, quem interpretamini Salvatorem. An in carne constitutus quis Deum videre poterit, licet jam corruptionem excesserit, quod vix angelicis spiritibus scintillando

licebit? in eum enim desiderant angeli prospicere. A Desiderium autem efficientiam quærit. Quo modo ergo videbit? In carne utique existens, poterit inueniri carnalem, Dei quippe Filium, in eo jam quod incorruptibiliter resurrexerit, immortalem. Ultraque etenim, et homo per se et Deus, Dei sunt Filius. Cum hoc careat nomine, nec mortuus nec sepultus.

Perlucide etiam valet intelligi quod in carne sua, hoc est in eadem, qua est ipse humana natura, constitutum Job suum Salvatorem se visurum spondeat. Mortalis quoque ac rationalis naturæ individuum signans, quod dixit inculcat: *Quem visurus sum*, inquit, *ego ipse, et non alius* (Job. xiii, 27). Qui alius procul dubio quodam modo esset, si hominem exuens, spiritus remaneret. Tertio denique id replicat: *Et oculi mei conspecturi* (ibid). Ubi oculos adeo vigilanter expressit, corpus plane Dei futurum, quod visurus esset, innotuit. A corpore autem divinitatem videri fas non est.

Ecce contra Dei hostes, contra inimicum et defensorem arma præsumpsimus; quibus egimus quod potuimus, non quod debuimus. Multa suppressimus, quia ambigua de eorum voluminibus ponere testimonia supersedimus. Nil enim agit exemplum, quod litem lite resolvit. Si perfidis ac derisoribus videtur inane quod fecerim, fidelibus, qui talia ventilare non audent, aut nesciunt, non immerito fortassis placuerim, quia si non valde utiliter, valde tamen fideliter quæ injuncta fuere compleverim. Si quid infamiæ pro hoc ipso, sive laudis acquiritur, merito tibi, Pater, qui id imperasti, ascribitur. Si enim bene, fidei et precum tuarum fructus est; sin male, inconsideratus utrobique ausus est. Nemo me arguat, errores improbissimos, cum sim tenuis et stolidus, objurgantem. Meminerit asinam prophetæ insipientiam castigantem. Melior enim sum, licet malus homo, quam bona asina.

## CAPUT XI.

Sed post hanc qualemcunque disputationem, cujusdam mihi Judæi relatio non tacenda videtur, quæ omni conflictatione verborum potentior æstimetur. Erat, ut testatur, Lauduni, et in quadam domo, quemdam cum Judæo aliquo clericum disceptantem adhuc puerulus audiebat. Cumque clericus perfidi illius resistere ventositati non posset: « In nomine, inquit, Jesu Domini titonem flammantem ea parte qua ardet apprehendam nuda manu, et extra ostium domus efferam. » (Focus autem propter [/, prope] erat.) Nec Judæus obnititur, in fide Jesu sui utrum ureretur opperiens. At clericus mirabili crudelitate fervescens candentem accipit dextra reustum, et longius, qua voluit morositate, deportat, et projecto illæsam monstrat ab igne manum. Miratur ille nequam, sed ad fidem miraculo non pulsatur. Id ipsum etiam ab eo qui mihi retulit non nisi præstigiis comparatur.

Dicite, miserimi, nonne nomen deitatis est, cui elementa obtemperant? Sed vos dicitis quia in terra positus se nunquam dixerit Deum. Cum enim an Deus esset sciscitanti, intulit: *Tu dicitis* (Matth. xxvii, 11). Est ut dicitis, ac si diceret: Tu quidem dicitis, sed ego non dico. O vecordes! attendite quod sequitur: *Amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris Dei et venientem in nubibus cæli* (Matth. xxvi, 64). Nempe et proditori significando idem dixit: Dicenti namque, *nunquid ego?* ait *Tu dicitis* (Matth. xxvi, 25). Subaudis rem quæ est. Taceo de cæteris, qui corporaliter gestis intendunt. Joannem legite in quo nihil pene aliud quam de sua cum Patre consubstantialitate proloquitur. *Creditis, inquit, in Deum, et in me credite* (Joan. xiv, 1). *Ego in Patre, et Pater in me est. Qui credit in me, videt et Patrem* (Joan. ix, 10), et millia horum similia.

FINIS.

## VEN. GUIBERTI ABBATIS

## EPISTOLA

DE

## BUCCELLA JUDÆ DATA ET DE VERITATE DOMINICI CORPORIS.

☩ Patri et domino Sancti Nicolai priori SIGEFRIDO [al., Vincenti abbati SIGEFRIDO, frater, etc.] GUIBERTUS Dei familiæ, quæ est apud Novigentum minister, quæ Dei sunt simpliciter quærere ac amplecti.

Quætionem quam mihi tua ingessit sanctitas utrum videam, nedum enucleare valeam, nescio.

D Primo etiam horrore mihi est, si aliqua dicam, in quibus videar Patrum sententiæ refragari. Unde peto, ut si quæ non tamen præter regulam dixerò, ea audias intentione qua dicam. Dicam enim sine præjudicio melioris sententiæ palpantis potius animo quam nitentis.



## CAPUT PRIMUM.

## QUÆSTIO I.

æstio est magistros Ecclesiæ clariores. Augu-  
m videlicet (*enarr. in psal. x*, tom. VIII, et in  
tract. 26, tom. IX), ac Leonem (serm. 3 *de*  
*Dom.*) consentire, quod Judas cum cæteris apo-  
eucharistiam de Domini manu suscepit.  
ium Pictaviensem (*com. in Matth.*, can. 30),  
anumque Victorem ab hac intelligentia quod  
erit dissentire. Illud, nisi fallor, dictorum suo-  
argumento habentes, quod cæteris sacramento  
ipantibus, buccella præbita simplici scilicet  
suum Dominus insignierit proditorem.

## QUÆSTIO II.

id quoque, ad nostri adumbrationem sacrificii  
ibusdam objectari solere, quod sacramentum  
signum magis quam veritas fuerit, et ideo  
quem ante diabolum vocaverit, idipsum Do-  
s irrefragabiliter dederit. Hoc in litteris a te  
ita proponitur.

bus ego subinfero, quia sive veteres, sive  
quicumque super hac re altercantur ac dispu-  
circumstantiam lectionum minus plene consi-  
t. Nam apostolis vetus pascha secundum  
æi dicta cœnantibus, nullo excepto dicitur :  
*ite, et comedite* (*Matth.* xxvi, 26; *Marc.* xiv,  
*Luc.* xxii, 14). Et porrecto calice postmodum  
as : *Bibite ex hoc omnes* (*ibid.*, 27). In Marco  
æ, *Biberunt, ex illo omnes* (*Marc.* xiv, 23).

Lucas primum eum ad esum paschæ discu-  
asserens, et duodecim apostolos cum eo (*Luc.*  
14), quod et Matthæus et Marcus dicunt, post  
rem calicis infert : *Accipite, et dividite inter vos*  
, 18). Sed et panem gratias agens, et fregisse,  
desisse subscribitur.

ergo de calice ab omnibus facta inter eos divi-  
combibitur, Judas nullatenus excipitur; qui a  
n lavatione apud Joannem nequaquam, cum  
onscius esset proditiois, excluditur. Etsi enim  
adniteretur auctoritas, multa tamen ratio  
teret, pro sola conceptione criminis, quem  
opera non probarent, hominem a suis gradi-  
et commilitonum communi gratia nullatenus  
dum. Ipse enim dixerat, et diffiteri non pote-  
*Volite judicare* (*Matth.* vii, 1). Quod in arcanis  
tum adhuc latens, qui omnes ad salutem com-  
e venerat, nequaquam tunc temporis damnare  
rat. Quod autem de calice dicitur, par est ac  
em evidentiâ etiam de pane diceretur, cum in  
ue dignitas par, imo identitas, habeatur.

enim ei et baptizandi, dæmonia ejiciendi mor-  
e curandi cum cæteris jus dederat, si ad ulti-  
ei maligna tractanti collatam aliis gratiam  
cisset, causas ei forsitan peragendæ proditio-  
ixisset. Quid enim virtus, quæ operatur, juxta  
olum, in salutem omni credenti (*Rom.* i, 16), nisi  
us sanctus est, ex quo potestas super dæmonia  
oresque curandas emergit? *ledit*, inquit, *ei*,  
*em et potestatem super omnia dæmonia* (*Luc.*

A ix, 1), etc. Qui etsi cum sit spiritus disciplinæ,  
quantum ad suam ipsorum salutem fictos effugiat;  
fidei tamen aliorum adjumenta ministrat. Cui  
ergo spiritum quem Petro dederat ad miracula non  
negavit, merito nec mysteria aliis communia de-  
trectavit.

At si de buccella agitur, quæ ei intincta porrigi-  
tur, signum fuit, et non signum : signum plane pro-  
ditoris, sed non signum sacramenti; quæ etiam ante  
traditionem novi illius sacrificii, Matthæo et Marco  
testibus, dum quis esset proditor quæreretur,  
data est (*Matth.* xxvi, 22; *Marc.* xiv, 19), quæ quo-  
que si quid sancti in se habuit, non ex mutatione  
sui aliqua, sed ex tactu forsitan Salvatoris accepit.  
Et diaboli ille introitum non tam pro indigna susce-  
ptione ipsius offulæ quam pro sua erga corripientem  
Dominum impudentia et incorrigibilitate com-  
meruit.

## CAPUT II.

Porro de inconvenientia Evangeliorum super ca-  
pitulo illo : *Verumtamen manus tradentis me, mecum*  
*est in mensa* (*Luc.* xxii, 21), quod Matthæus Mar-  
cusque præscribunt (*Matth.* xxvi, 23; *Marc.* xvi,  
19); Lucas vero corporis Dominici traditioni sub-  
scribit. Si tibi respondeam, circa vitem et patulum  
morabor orbem, cum pene ridendus sit, qui hoc  
quæsiit quasi qui in scirpo nodum repererit. Si enim  
ordinem capitulorum eadem dicentium, vel inter se  
dissonantium, in Evangeliiis quæras tam præposte-  
rata, adeo immutata invenies, ut de tantillo hoc tibi  
videatur magistros interpellasse fatuitas. Sive enim  
præcedat, sive sequatur hoc verbum, nil officit. Sed  
in harum partium de quibus agimus, controversia quæ  
videtur plurima non epistolæ sed libri necessarii  
sunt. Et certe in ipso paschæ veteris epulo, et post  
novi traditionem mysterii, aliquantus ad mensam  
illam proditori consessus fuit, et temerarias utrique  
edulio manus apposuit. Aut quid mirum si tempus  
pro tempore ab evangelista positum est, ut diceretur  
*est pro fuit?* Scias quia istic dicendorum copia me  
inopem facit.

## CAPUT III.

*Agit contra Berengarianam hæresim.* — Sed quo-  
niam de Domini corpore objectiunculas fieri episto-  
læ auctor dicit, quod signum, et non veritas exstet,  
pauca etsi exilia, super eo contemlemur. Si umbra  
est, et non corpus, in umbram de umbra decidimus,  
imo in deteriora valde devenimus. Si boves, arietes,  
capræ, turtures, columbæ, et passerres, olim pecca-  
tum fuerant, hostia videlicet pro peccato, ita ut car-  
nis justitiæ vocarentur, et secundum conscientiam  
salvum non possent facere servientem, quanto mi-  
nus si species creditur, et non res, illa tantilli panis  
adeo miserabilis quantitas, omni animarum remedio  
indigna erit, de quo si manducaverimus, non abun-  
dabimus, si non manducaveris, non utique desici-  
ciemus.

Si ergo utrumque species, et in neutro veritas,  
novum baptismati Joannis æquabitur, in veteri non

proderit interna utilitas, sed materiei pretium præeminebit quantum animalia rei exanimæ, quantum ea quæ caro emuntur, panibus, obolo similibus, præstant. Et certe vetus alio quoque modo prævalere probabitur. Si verum est quod ab auctoribus traditur, quo quidem nil verius ante circumcisionem originale peccatum sacrificiis solvebatur. Hæc autem hostia nostra passo semel Domino, si sola passi figura, ut dicitur, sit, si quid veri efficiat, nescio. Quod si sola mortis illius memoria est, quasi aliqua aut Dei, aut sancti cuiuspiam, quæ in Ecclesia pingi solet imago, perfunctoria est. Quod ergo solum præfert rudium oculis monumentum, parvum, aut nullum præstat sapientibus adjumentum.

Sed scire velim quare calix sanguinis novi et æterni testamenti dicitur (*Matth.* xxvi, 28; *Marc.* xiv, 24; *Luc.* xxii, 20), ubi quid innovatur, vetustas abrogatur. Quod enim antiquatur et senescit prope interitum est (*Hebr.* viii, 13). Vetustas in peccato si est, et novitas in gratia; gratia ipsa nulla est, nisi ad æternitatem possit. Æternum autem quiddam testatur, et spondet. Magni igitur cuiusdam boni effectiva, et non inanis, aut umbratica est. Unde et in consecrativo canone calix isdem *mysterium fidei* appellatur; mysterium enim non modo in bono, verum et in malo, et in nugis accipitur. Nam et mysterium iniquitatis dicitur; et inter agendum comœdiam, si videas, quid significet actus ille interrogas. Est ergo utrumque mysterium, sed nullam utilitati quærentium exigens fidem, quid itaque sibi vult adjectivum, *fidei*? Est plane ac si diceret: Arcanum totius fidei, in quo scilicet universæ nostræ credulitatis majestas latet; unde ut sequentia dicunt; ipse calix sanguinis fructum in se portat nonnisi divinum, remissionis videlicet peccatorum.

Dicant ergo quænam umbra est, quæ tantam parit veritatem. Miror quoque quibus auribus audiant ipsius verba veritatis, *Caro mea vere est cibus, sanguis meus vere est potus* (*Joan.* vi, 56), ubi vere quidpiam est; sola species aut sola umbra quomodo est? Et certe si post orationem sacerdotis species panis demutaretur, in carnem, contentio sopiretur. Ideo igitur objectores circa speciem exercentur. Quod si species est, et nil habet amplius quam petra, quæ secundum Apostolum Christus est (*I Cor.* x, 4), miror quare petras, ligna, et cætera quæ Christum in Scripturis significare dicuntur, non ea aspectione, et laude prosequimur, qua illam hostiolam panis, ac vini, quæ in altari conficitur, quare non ea « benedicta, adscripta, rata; » et rursus « pura, sancta, et immaculata; vitæ quoque æternæ, » aut « salutis perpetuæ; » et ultimum postquam « in sublime Dei altare per manus angeli » 154 sacerdotis precatione deferentur, quod non est aliud quam Christi corpus extra quod omnis hostia vacat: quare non iterum sanctificata, vivificata, ac benedicta vocamus?

Si ergo, ut illa omittam, hostia per sanctificationem vivificari dicitur, cui Dominicum congruit dictum: *Qui manducat* non aliud quidlibet sed *me,*

*A* *vivit propter me* (*Joan.* vi, 58.), cesset umbra, cesset species, vitæ ac salutis effectiva quædam in his mysteriis anima sentiatur. Et, o vecordia, elemento baptismatis per Trinitatis invocationem tantum deferretur, ut simplices aquæ ad peccata eluenda fecundentur, ac vivificentur, et huic sacramento quod proprio Dei verbo conficitur, sola stolidi figura tribuitur! Dicant qui hoc signum sine veritate asserant, ipsum corpus Dominicum in terra degens signum fuisse, dum aliud patet, aliud latet. Latentem ergo Dominum in homine diffitebimur? Ipse resurgens a mortuis claritatem, quam resurrecturis sponderat, discipulis non ostendit, quam tamen ante passionem in monte coram Petro, Joanne et Jacobo transfiguratus ostenderat. Quem humilem dispensative statum exhibuit, ne incognitum aliquid rudibus aut insolitum ostentare, unde quos erudire debuerat, eorum sensus magis obtunderet. Quid quod in cælo positus ne vulnera quidem sua obducere aut servilem formam quam futuro præsentibus iudicio exuere voluit, imo post iudicium transiens de humano in divinum statum sese rursus alterabit? Si in illa quæ Deus et homo est substantia tanta specierum mutatio fuit, et est, et adhuc futura est, in ista, quæ interim in præsentibus ad nostræ miseræ munimentum et consolationem præstita est, nova creatura et ad Dei ac hominum unionem, mirum ne est si in hac ipsa specie panis ac vini ob humani sensus horrorem sic relicta, fidem nostram Deus *C* exerceat?

Certe ipsa Trinitas, quæ in hac vita necessario propter nos dicitur, in Deo substantialiter minime prædicatur; quia sensus noster, qui hic nonnisi per syllabas et spatia de Deo imbuatur, in æternitate illa sine ullis morulis, ac nominibus in lumine videndo lumen agnitione deitatis impletur. Si hæc et alia quæ non videmus credimus, ut est in baptismate remissio, supplicia in inferno, præmia in regno, quare hic appulsi dicimus, quomodo poterit Deus parere mensam in deserto? (*Psal.* lxxvii, 19.) Et si multis et bonis et malis quæ non vidimus, credimus, ut quid in uno offendimus, et alias potentem, hic impotentem Deum dicimus? Ne ergo concidamus a facie ejus, quasi inimici ejus, quia veritas et misericordia Dei sit in Christo fateamur; et quia in nomine Patris venit, super carnales hostias exaltari cornu ejus.

#### CAPUT IV.

Alludit his sensibus illud quod in libro Regum ad Eliam dicitur: *Recede hinc, inquit, et vade contra orientem, et abscondere in torrente Carith, qui est contra Jordanem, et ibi de torrente bibes* (*III Reg.* xvii, 3). Elias, qui interpretatur *Deus meus Dominus*, Judaicum populum signat, cui in sua ipsius lege creberrime inculcatur, *Ego Dominus*, huic imperatur ut hinc, id est, ab infidelitate recedat, quod in Abraham primitivo factum constat. Contra orientem jubetur ut vadat, id est ad Dei cognitionem se dirigat. *Contra* namque non solum pro adverso, sed

directione sæpe ponitur. In torrente abscondum intra legis scientiam a multis quæ lege bentur vitiis contutatur, et recte ipsa torrens r, quæ non immutabiliter, sed perfunctorie, asi ad tempus datur. Unde et a Paulo *sanctum ire* vocatur (*Hebr. ix, 1*). Carith autem voca, quod *occursus ignis* interpretatur, quia quo lege mandato ab illicitis arcebat, eo am-concupiscentiarum occursibus pulsabatur. Ignis concupiscentia est. Unde Apostolus : *Conc-tiam*, inquit, *nesciebam, nisi lex diceret : Non visces* (*Rom. vii, 7*). Contra Jordanem est, quia liud, quam secundum gratiam baptismatis vi-volentium præsigium, imo auspiciu est. Lex pædagogus noster est in Christo. De tor-inquit, bibit, dum qualemcunque vapidum, t intellectum, de legis scientia populus t.

vis præcipit Deus ut ibi eum pascant, dum sa-ibus nimia sacrificiorum ambitione rapacibus git, ut eum doceant; quibus Dominus : *Vos, scistis hanc domum speluncam latronum* (*Matth. 3*). Sed et Elias in torrente cum plebs, ut Apostolum loquar, requiescit in lege. Corvi ut panem et carnes mane, similiter panem et vespere (*III Reg. xvii, 6*), dum in prosperis versis, quod est mane et vespere, temporalem ditatem, quod panis significat, per sacrificio-ssiduitatem, et carnales observantias populis antur. *Post dies autem siccatus est torrens* (*ibid.*, tia post illuminationem Evangelii, gratiarum doctrinæ rudimentum visum est credentibus utem minus sufficiens : *Non enim pluerat super* (*Gen. ii, 5*), quia adventus Salvatoris nullam ris veteribus, qui non nisi terrena promittere untur, infuderat intelligentiam. Unde est : *Vir- operum suorum annuntiabit* **☩** *populo suo, illis hæreditatem gentium.* (*Psal. cx, 6*).

tus est igitur sermo Domini ad eum dicens : *Surge, n Sarephta Sidoniorum et manebis ibi* (*III Reg. i, 9*). Sermo Domini fit, cum Verbum invisibile ira factum apparuit. Ut surgat hortatur, quia ut lmis ad superna aspiret per novam gratiam in-r. In Sarephtam ire jubetur, cumque sit intra ulatione panis, id est penuria divinæ intelligen-cire commonetur; Sarephta quippe *tribulatio* interpretatur. Quod enim in Evangelio tres propter Trinitatem (*Luc. ii, 5*), hoc hic sin-ter intelligitur propter unitatem. Hæc Sarephta orum est, quia hæc egestas qua quis tribu-in eis potissimum est qui carnalia inutiliter tur. Sidonia enim *venatio inutilis* interpreta-bi quoque manere præcipitur, dum in hac eratione non horarie, sed stationaliter per- edocetur.

*cepi ibi mulieri viduæ ut pascat te* (*III Reg. i*), id est mandavi Ecclesiæ crucifixi Domini viduatæ, sine ulla panis et carnum matutini spere memoria, ut simplicis documento fidei

A erudiat te. *Cumque venisset ad portam civitatis, ap- paruit ei mulier vidua colligens ligna* (*ibid.*, 10). Porta civitatis ipse est qui dicit : *Ego sum ostium* (*Joan. x, 9*). Est autem Ecclesia civitas, quia ibi unum cor habentes communiter ducunt vitas. Jure ergo primum ad portam venit : tuncque mulier vidua apparet quia primum Christus agnoscitur, tuncque demum quid sit Ecclesia patet. Hæc ligna colligit, quia utrumque populum in se cœunit : quod enim paries alibi signat, hoc istic lignum non incom- venienter ostentat, nam duo ligna crucis sic ista portendunt, ut alterum porrectum Judæos ac si uni- cornes innuat, alterum transversum gentiles, ac si e diverso subintroductos ostendat.

B *Et vocavit eam, dixitque ei : Da mihi paululum aquæ in vase ut bibam* (*III Reg. xvii, 10*). Vocat eam cum patenter addiscit vocationis omnium fide- lium causam. Aquam in vase dari sibi expostulat ut bibat, cum doctrinam non per deuteresses, ut sole- bat fluitantem, sed in Christo, qui est vas electum et præelectum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ absconditi (*Col. ii, 3*), undecunque cohibitam et constantem, exhiberi sibi ab Ecclesia primitiva cor- rogitat. *Cumque illa pergeret ut offerret panis, clamavit post tergum ejus dicens : Affer mihi, obsecro, et buccel- lam in manu tua* (*III Reg. xvii, 11*). Pergit ut afferat, cum, juxta Apostolum, lectioni intendit ut doceat. Post tergum clamat, cum aliqua Judæorum pars aversos apostolos et dicentes : *Quoniam repulistis verbum Dei, ecce convertimur ad gentes* (*Act. xiii, 46*), ad se docendam etiam precario interpellat. Ac si diceret : Hactenus me corvi sacrificiorum carne paverunt, amodo non panem, sed buccellam panis, quod prægustari potius quam exsatiare valeat, tua mihi doctrina suggerat. In corpore enim Dominico, quod ex ejus mensa prærogatur, nefarium est si quidpiam aut corporaliter saporosum aut aliqua ex- teriori sanctitate [*al.*, saturitate] distendens præsu- matur, quia quod spiritui soli est præstitum, a cor- poris esse debet prorsus voluptate diversum.

Buccella ergo, quæ vulgo bucca dicitur, a vidua petitur, dum non armi aut quævis frustra carnum gulæ juvant appetitum, sed panis ac vini in divinam carnem substantialiter per verba Dominica immu- tati, minoritas æque ac majoritas salubriter transit ad animum. Quid enim ibi quantitas, in cujus etiam atomo constat salutis universitas? Ubi notandum quod eam ut in manu sua afferat postulatur, quia in potestate utentium est quidquid inde suscipitur. Si enim in potestate nostra est filios Dei fieri, non minus in nostro sedet arbitrio per fidei amorem tanto mysterio inviscerari. Qui autem super hac re disputat, nunquam se isti interno muneri computat. Cujus edulium, quam idcirco buccellam dicimus, si quis debita parcitate non sumat, imo pestifera largitate quæ cætera quæque præsumat, in eo cor- pus animamque addemnat, quo animæ antidotum gulæ saporis importat, et ab escis communibus cor-

pus Domini, juxta Apostolum, non dijudicat (*I Cor. A* xi, 29).

Vivit, inquit, Dominus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus potest capere farinæ in hydria et paululum olei in lecytho (*III Reg. xvii, 12*). Vivere Dominum dicit, dum eum efficacem ad tantam de substantia in substantiam immutationem fideliter sentit; nec habere se panem perhibet, nisi quantum farinæ pugillus capere prævalet, quia nil de ipsa præter speciem panis essentia in hoc sacrificio se habere fida mente confirmat, nisi quod invocatio Trinitatis sine ullo scrupulo fidelibus administrat, quod farina significat; quasi enim molitur, quo manus ingenii nulla retractione offenditur. Inde est quod crebræ crucum trinitates in sacrativo canone fiunt; quia sicut in Maria carnem, sic in altari hoc mysterium Trinitas operatur. Pugillum autem tres primores digitos appellamus.

Potest et per pugillum Scriptura, quia ex iis scribimus intelligi; et est ac si diceret: Hoc quod in altari videtur substantive panem non habeo, id est non intelligo, nisi quantum capi potest ex sacræ paginæ documento. Hydriam vas aquarium dici nemo hominum disertus ignorat. In hydria farina est spiritualis in hac fragili conversatione scientia; aqua namque pro scientia poni solet. Huic scientiæ oleum additur, quia ne ~~esse~~ inflet ex divina charitate conditur. Lecythus vas olearium idem significat quod in Evangelio nomen vasorum, et hydria quod lampadum.

En colligo duo ligna ut ingrediar et faciam mihi illud et filio meo: ut comedamus et moriamur (*ibid.*). Quod est dicere: Ecce dilectionem quæ ad Deum porrigitur, et eam quæ in amicum inimicumque distenditur, quibus ab omni lascivia restringitur ac si crucifigatur animus, quasi duo ligna complector ut per hæc a mea evagatione cohibita ad me regrediar et faciam, id est figuraliter insculpam, non panem, sed illud quod in pane signatur, non tam mihi quam iis quos in fide genero, ut comedamus quod non ore, sed pio solum affectu manditur. Et moriamur, morti videlicet, quæ per ipsum signatur sacrificium, conformemur. Ad mensam, inquit, magnam sedisti? (*Eccli. xxxi, 12.*) oportet te similia præparare.

#### CAPUT V.

Noli, inquit, Elias, timere, sed vade et fac sicut dixisti. Verumtamen mihi primum fac de ipsa farina subcinericium panem parvulum, et affer ad me; tibi autem et filio tuo facies postea (*III Reg. xvii, 13*). Ac si diceret: Noli vereri immutationem vultus David coram Abimelech, id est translationem sacerdotii nostri ad ordinem Melchisedech, sed vade, id est processu fidei promovere, ut passioni Christi moribus configureris, cui conformia cœpisti sacramenta docere. Verumtamen mihi ex carnali observantia resipiscenti, in ipsa novi hujus mysterii scientiola ac si subtili farinula, quam ex inutilitate veterum cæremoniarum salubriorem quia veriore jam comperi, solidum quid et continens ac si pa-

nem ex farina facias, scilicet nutabundum et mobilem quasi pulvereâ levitate animum, rationis ac si aquæ respersione constringas. Et hunc parvulum, servando videlicet in doctrinæ tuæ exhibitione meæ capacitatis necdum adultæ modum, hunc tamen facies subcinericium, nunquam mihi adimendo, licet in baptisate lota sint, memoriam peccatorum, quia cinis significat acredinem pœnitentium, quibus convenit cinis et cilicium.

Ubi jure notatur quod præmittitur primum, quia iis qui sceleratius et in Judaismo et in gentilitate vixerunt, Dei gratia consuevit exuberare potissimum. Inter quos cognovimus Paulum, qui se inter peccatores fatetur primum, ut in me, inquit, Jesus Christus divitias misericordiæ suæ ostenderet primum (*I Tim. i, 16*). Unde est: Ubi abundavit peccatum superabundavit gratia (*Rom. v, 20*). Quod in Matthæo et Magdalena etiam perpatuit factum. Pro parte ergo horum atque similium intellige dictum. Hunc panem sibi rogat afferri, id est propriæ intelligentiæ penetrabilibus disserendo inferri. Quod sequitur, pro parte justorum, ex legis consummatione venientium, ut fuerunt Petrus, Andreas et Jacobus frater Domini, accipitur. Tibi et filio tuo facies postea, id est quos ad tui conformitatem ex innocentia legis adduxeris ex peccato graviore conversis, per gratiæ indulgentiam undecumque substare cognoveris: Unde Paulus: Nihil, inquit, minus feci ab his qui sunt supra modum apostoli (*II Cor. xii, 11*). Et: Plus illis omnibus laboravi (*I Cor. xv, 10*).

Hæc autem dicit Dominus Deus: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur usque ad diem in qua daturus est Dominus pluviam super faciem terræ (*III Reg. xviii, 14*). Ac si diceret: Licet ex tuo documento Novi Testamenti, o primitiva Ecclesia, rationes acceperim, tamen ex legali et prophetica lectione Deum astruxisse comperi scientiam fidei hujus, et contemplationis, quæ est in Domini corpore subtilissima nunquam desitiram. Domum utique Domini decere sanctitudinem in longitudinem diuturnam (*Psal. xcii, 5*), et sacerdotii Melchisedech sine jurisjurandi pœnitentiæ æternitatem, et donum gratiæ tanquam olei lecythum in mente Ecclesiæ perpeti redundantia emersurum [*al., surrecturum*] usque ad illum sine nocte diem, quo non ab occulto spiritualis nobis unda se suggeret, sed in evidenti post resurrectionem incorruptilibus oculis corporis tanquam pluvia Dei cognitio se infundet. Ubi facies terræ tantopere ditabitur, ut in quo [*al., quod*] mens quamvis sincerissima scintillare modo vix prævalet, ibi carnis oculus irremota et inobtusa acie intendere nunquam cesset.

Quæ abiit et fecit juxta verbum Eliæ (*III Reg. xvii, 15*), et comedit ipse, et illa, et domus ejus. Abit, cum ex Pauli aliorumque ex Judæis sapientium plurimum primitiva Ecclesia conversione profecit. Juxta verbum Eliæ fecit, cum eos, quos erudiendos acceperat, etiam super se magistros acceperit. Ipse comedit, quia non verbo, non lingua hæc declamanda

t, sed ad internam animo satietatem semper A cum vitali et alios ferculo, quo apprime opinabatur, anda retinuit. Ipsa, et domus ejus comedit, inferciit.

FINIS.

---

**VEN. GUIBERTI ABBATIS**  
**LIBER**  
**DE LAUDE SANCTÆ MARIE**

---

**☞ CAPUT PRIMUM.**

*audantes nusquam aspernatur B. Virgo.* — am illam super omnes creaturas post Filium, Filiam benedictam, omnium creaturarum sub ltu dignissimam, labiis omnino fidelibus, licet idoneis, prædicemus. Cujus præconio cum is supercoelestium inefficax æstimetur, multa experientia cognitum est, quod in ejus conus laus hominum atque devotio gratissima ur. Nec id injuria. Cum enim se hominem non possit, homines, pro quorum potissimum e talis facta est, et talis enituit, quomodo, co contemnere, sed omnibus creaturis præius non amare possit? Et amplius, quæ enim io generi ad hoc proposita, imo præposita est, C gignendo sufficeret, unde aliis medendis coninde primo sibi ipsi redemptionis origo fuit, ergo sibi primitus fuit, in aliis non amabit? æ gloriam, quam habuit in Dei Filium paexæquavit meritis nulli a sæculorum initiis ad fines speranda credendo, quomodo non iliter aggaudeat fidei nostræ, quæ ipsum Deum filium pro præmio fidei suæ?

*fides.* — In cujus conceptionis denuntia- llud miraculi ullis ingeniis comprehendi non et, quod puella, et meticulosa sexu, et inusitate, cum sibi angelus insolita et inaudita ret, fidem tanta dare celeritate potuerit; erte non aliter valebimus compensare mirando D nc primum intellexerimus inter omnes homi- nice nutritam a Spiritu sancto. Nisi enim, am humana consuetudo patitur, divinum, ma- umque quiddam ipsa ab ineunte ætate inge- uo concretum cognosceret, tanta facilitate xderet. Tanta enim excellentia promissorum itati subjecto corde non caperet. Ubi quippe ræcesserint munia meritum, spei magnæ ienta non suppetunt. Quis ergo homo per- imo excedens hominem quæ angelica natura it, quæ fuerit puritas, quod pondus, quæ illi ut, ita dicam, cœlesti conscientiæ innu- uæ nullis sibi præmissis Scripturarum exem- illis similibus a sæculo eventum imaginibus

B exhibitis, tanto verborum privilegio sinum suæ credulitatis expanderet?

Si Saræ, si Mauue et uxori ejus, quod ad rei hujus comparisonem usitatissimum erat, vix iastrui, vix credibile videri potuit, isti juvenulæ rerum omnium præsertim muliebrium inexpertissimæ, unde tanta, ex tam simplicibus verbis angeli, tam propere fides ingeri valuit? Si Moyses post tot divinorum efficaciam signorum, qui cum Deo facie ad faciem quasi homo ad proximum loquebatur, ad contradictionis aquas distinxit in labiis suis, de cujus excellentia dicitur : *Quia mitissimus esset omnium qui morabantur in terra (Num. xii, 3)*, pro cujus derogatione adversus Aaron motus Deus Maria lepra percusserit, quid putamus ex quam infinito sanctitatis fonte processerit, quod non cuicumque, sed divino conceptui, ac si semper præagitur sibi fuisset, aurem ista adeo obtemperanter, animumque aperuit? Certe ipse Zacharias Joannis pater, legis prophetarumque doctissimus, dum filii sibi eximia cœlitus enuntiaretur origo, miserabiliter hæsit. Isti, quod ex Spiritu Virgo, non mulier ex marito conciperet, dicto celerius stetit; cui sententiæ concinit quod ei ab angelo plenitudo gratiæ prædicatur, nisi enim divini in ea virtutis ad integrum copia confluxisset, nunquam honorum omnium universitati Dei Filio concipiendi obedientiam, quod ineptis mentibus fabulosum videretur, impenderet. Ex munere enim supernæ infusionis, quod a primævo singulariter inolitum sibi erat, non est, tali stupefacta de nuntio, sed omnimodam totius divinitatis exuberantiam, quasi ab æterno cognitam, gratanter excepit, quam ad hoc ipsum Spiritus sanctus semper imbuerat.

*Quam excellens fuit illius angelo assensus.* — Dicenti plane angelo : *Ecce concipies et paries (Luc. 1, 31)*, nunquam, quomodo posset fieri quia virum non cognoscebat, objiceret, si se ex sponso quem videbatur habere concepturam sciret. Quis ergo istic conjecturam pro tam insolita interrogatione non sumat, quod ex veteri mirabilis gratiæ experientia virginitati perpetuæ inservire delegisset, quæ ex præsentis, cui jam credita fuerat viro, se parituram minime reputasset? quia enim novæ gratiæ principium ipsa erat, plane competens fuerat, ut novæ

specialitatem professionis haberet, quæ novo gignendi genere auctorem totius sanctæ novitatis exponeret. Non igitur angelus cor in ea rude aut imparatum reperit, cui cunctis tunc viventibus adeo inseparabilia [*f. insperabilia*] nuntiavit, quibus tanto fidelius assensum præbuit, quanto humana natura eminentiorem inesse sibi affectum sensit.

*Gratiam dat Deus sanctis ad mensuram.* — in aliis sanctis mentibus spiritualium charismatum ~~esse~~ particulariter mensuræ, non plenitudines in præsentis sæculo prærogantur. Pro quo e regione dicitur quia in futuro erit Deus omnia in omnibus (*I Cor. xv, 28*). Si itaque nunc in eis omnium virtutum scintillæ interemicant, tunc integræ per omnes sine ulla luminis interpolatione coruscant: quod enim dicitur: *Non ad mensuram dat Deus Spiritum* (*Joan. iii, 34*), ad Filium pertinet, cujus totus spiritus ipse est. Quod autem unicuique secundum propriam virtutem, ad hoc utique quod fidelibus supernæ distributiones, juxta Apostolum, pro fidei mensura donantur (*Ephes. iv, 7*), cui simillimum est quod de incomparabili prorsus et benedicta hac Virgine et creditur, et prædicatur. Ipsi plane nihil ad mensuram est præbitum, cum eum, qui apud Patrem totus erat, Virgo mirabilis intra septa uteri tulit totum.

#### CAPUT II.

*Deum in se totum substantialiter continuit B. Virgo.* — Super qua re quæstio se infert omni contemplatione dignissima. De nullo sanctorum sentire aut dicere audemus quod in illa beatitudine sempiterna, nedum in hac mortali vita, cujuscunque excellentiæ sit, Deum substantialiter totum in se habeat, etsi enim omnis intra quemlibet virtutis congeries inesse perfectissime æstimetur, nulli tamen divinitatis universitas essentialiter, ut est infusa, dignoscitur. Quod quippe dicitur futurum Deum omnia in omnibus, nihil aliud est, nisi quod Deus, qui quosque sanctos per singulas quasque virtutes in hoc mundo nobilitat, tunc universos universitate gratiarum perfundendo collustrat. Aliud ergo est exuberare gratia, aliud ineffabiliter incomprehensibili repleti substantia. Quæ utraque singulariter benedicta de qua agimus femina sic habuit ut et plenitudine gratiæ redundaret, et incircumscriptum inter omnes creaturas sola, non in suo solummodo, ut cæteri, munere, sed totum in seipso portaret.

*Status ipsius in hac mortali vita præstantior quam in cælo.* — Unde quæritur, et nobis debita humilitate pensatur, utrum sacrosanctissima illa in mortalibus adhuc constituta membris, Deum gestando plus habuerit, quam nunc habeat filio in cælestibus coregnando; quod plane sic posse sentiri sine præjudicio intelligentiæ verioris existimo, quod in corruptibili carne multo magis plus habuerit, cum plenitudo divinitatis in se corporaliter habitaret (*Col. ii, 9*), quam nunc habeat, licet christo suo coregnet, quamvis enim omnibus potentius creaturis feliciter vivendo persentiat, non tamen illud, quod in modo omnium gratiarum ac gloriarum abundan-

tissima, imo cunctis præstantissima ubertate jam possidet, statui illi, ut mihi videtur, comparari valebit; quo licet mortalis totum in se continuit quod Deus est. Aliud est nempe in quo totus resederit; aliud, quamvis beatissime, quod particulariter implet. Illam itaque ineffabilem Mariam ex quadam parte, dum Deum concipit, beatiorum in præsentis dixerim, quam existat in futuro, ea pene imparitate, qua pars distare putatur a toto. Cui namque personæ, præter istam, attribuas. ut in ea Deus totum personaliter contulerit? Ne in futuro quidem reperies, in quem coagulatum inaccessæ illius majestatis effecerit. Si enim Deo nihil est beatius, et illi beati dicuntur, ut sunt pauperes spiritu, ut sunt mites (*Matth. v, 3, 4*), quos virtutis alicujus splendor illuminat, quid in cælo terraque eo corde et ventre felicius, quo se ad integram illius creatricis essentiæ omnipotens summa coaggetat?

*Objectionibus occurrit auctor. Sapientissima potentissimaque probatur Virgo beata.* — Sed ad hæc jam respiscat animus, et ipsius sacrosanctæ puerperæ ignorantias, et quasi communes ei imbecillitates objectet. Dicat itaque: Cum ergo ipsa Deo concepto omnia pueri futura scire debuerit, toties ad Joseph edocendum angelus vexari non debuit. Occurrat igitur e contra memoriæ, quod ab archangelo inter annuntiandum dicitur, *Virtus Altissimi obumbrabit tibi* (*Luc. i, 35*). Et quid fuit illud obumbrare, nisi illius incircumscripti luminis immensitatem obtutibus mentis obtexere? Virtus plane Altissimi obumbrat, cum sanctus Spiritus, cujus speciale donum est humilitas, in conspectu rationis interioris gloriæ claritates extenuat. In conspectu ergo illo sicut nulli comparabilis existit dignitas, ita dignitatis potentiam non dissimilis aliis obnubilavit infirmitas. Unde et alibi dicitur: *Pone quasi noctem umbram tuam* (*Isai. xvi, 3*). Quasi, inquit, non vere, non enim quo lucemus, sed quo tenebrascimus debemus attendere. Non igitur forsitan quidpiam ignorare potuit, quæ Deum omnia sapientem genuit; quæ tamen et sapientia, pariterque ex Deo carni suæ unito potentia, tanta dispensatione delituit ut sibi nec scire, nec posse deesset, cum tamen opportuno tempori interim virtus contacta serviret, sicut enim in puero Jesu sapientia, ætas et gratia apud Deum et homines pedetentim coaluit (*Luc. ii, 52*), ita et in matre, exolescente Filio, et propalante per doctrinam et signa quod erat, quidquid in ea præter naturam factum nesciebatur, apparuit. Processu sane temporis, et cæptæ efficiëntia dispensationis, et matris imbecillitas, et nati ignobilitas mirabili mysteriorum revelatione perperatuit. Quodam denique modo fragili sexui et ætati, si dicere audeam, lubricæ parsum super isto putamus, dum ut virtus immodica in animo tolerari potuerit corporis tenuitate, sub egestate domestica, scientiæ etiam et exterioris conversationis generalitate temperatur.

Exacto itaque a temporali miseria Filio, et glo-

Mater fidelium omnium opinione eximitur : et siquidem ipsa similia nobis pati, et corporis ulo ab omnimoda scientia, quod Deus est, in-  
 li, et unde tamen intercluderetur, cui semper  
 e dubio quod pepererat præscriptum, animo  
 tur? Si propter sui exinanitionem, formæ  
 acceptionem, crucis obeditionem super omne  
 exaltatur Filius, cum ejus contumelias  
 ortem maternam dissimulare non potuisset  
 is, suppar quodam modo Filio matri successit  
 s. Sicut enim gloriam in Filio præcessit hu-  
 s, sic Matris humilitatem, quæ redundabat a  
 nimirum est subsecuta sublimitas ; cujus gloria  
 r quo magis intrinseca, tanto fuit Deo con-  
 dno subtilior ; et lampas ejus quo apud cogi-  
 s divitum despectior, eo ad statutum Filii sui  
 s paratior. Unde ipse *Tempus*, inquit, *meum*  
*q̄ advenit* (Joan. vii, 6).

ro igitur emissario in solitudinem emisso, et  
 Matris pedibus luna supposita, et in idem  
 ta desertum, ejus jam rite magnificentia, et  
 io, et post Filium omnipotentia multiplicibus  
 ur ostensis. Ipsa in sanctorum visionibus, et  
 um efficacia, ex cœlestium spirituum appari-  
 hominum patrociniis, inferorum exactione,  
 um se cœli terræque ex suis circumstantiis  
 a propalat. O ab intus gloria ! o quam respexit  
 uncillæ singularis humilitas ! Si eum jam per-  
 s qui pertransivit animam tuam gladium  
 1, 35), multo avidiore lætitia uteri tui exsul-  
 d fructum ! O ineffabilem vere etiam angelicis  
 ibus feminam, quæ adhuc carnali septa pal-  
 lud incomprehensibile lumen tulit, quod ne-  
 umanus, neque cœlestis spiritus, non dicam  
 tolerare, sed etiam pervidere non possit ! videre  
 suum qualitercunque Creatorem etsi permitti-  
 mprehendere tamen omnimodis ac pervidere  
 ir. Hinc est quod desiderant in eum angeli  
 cere (I Petr. 1, 12), dum propter sui incom-  
 isibilitatem non cessant insatiabiliter inhiare.  
 œmus ergo, dum eum ista concipit, quam  
 ntius omni creatura viderit, dum portare  
 quod nulli licuit, unde illud mirabiliter sen-  
 st, quod non cognoscebat eam donec pareret  
 . 1, 25). Ab eo enim statu quem ante conce-  
 facies ejus habuerat, tantum prægnantis  
 distabat, quantum a lunaribus radiis solaris  
 ia ; si enim de justo dicitur, quia exhilarat  
 in oleo (Psal. ciii, 15), id est exteriorem  
 habitum clarificat de Spiritu sancto, quis pu-  
 illius gloriosæ feminæ de ingenita majestate  
 or accesserit, quæ excedens decorem angeli-  
 gloria eluxerit? Si Stephanus inter concilio  
 entes tantopere divinitus illustratur (Act. vi,  
 ta ex plenitudine divinitatis cui lumini com-  
 r?

## CAPUT III.

*mus est eburneus Salomonis.* — Hæc est thro-

A nus quem *fecit Salomon de ebore grandem, et vestivit eum auro fulvo nimis* (III Reg. x, 19). Sapientia Dei Patris primum, juxta apostolum, pacifica (Jac. iii, 17), ipsa est Salomon, quæ thronum de ebore sibi facit, dum sedem in Virgine, qua nil unquam fuit castius, sibi ponit. Elephas enim, cujus ossa sunt ebur, continentis ad mundæ naturæ est. Porro grandem, nimirum ex Filio cœlis, terris, et inferis præsidentem. Hunc auro fulvo nimis vesti, cum eam non virtutum scintillis ut alios, sed ipsa substantialiter propria divinitate interius exteriusque infercit. *Qui habebat sex gradus, et summitas throni rotunda erat in parte posteriori* (III Reg. x, 19). Sed gradus sunt timor et pietas, scientia, et fortitudo, consilium et intellectus, quibus pervenit ipsa ad eum, qui sibi specialiter præsedet sapientiam Christum. Summitas throni, singularis eminentia est Genitricis Dei. Hæc rotunda est a parte posteriori, quia humanis usibus despicibilis, dum adviveret, quasi fabri uxor, jam nunc ubi solus Deus videt, supparem quodammodo prodigiis se ostendit omnipotentia Dei, dum trinam machinam, ut prælibavimus, potentialiter circumplectit.

*Et duæ manus hinc et inde tenentes sedile* (ibid.). Duæ manus, duæ sunt in Christo operationes. Operatio carnis licet fragilitati primum addicta sit, tamen ea quæ dicit : *Datu est mihi omnis potestas in cœlo et in terra* (Matth. xxviii, 18). Operatio divinitatis : *Quia per ipsum facta sunt omnia, et sine ipso factum est nihil* (Joan. 1, 3). Hæc utraq̄ue operationes, pro una persona pariter hinc et inde ipsam, quæ gignere meruit, dignitate debita roborantes, æquas et secundum Deum et secundum hominem, quia unus est, habent vires. *Et duo leones stabant juxta singulas manus* (III Reg. x, 19.) Leo super carnis motus regium in quoque fideli dominium signat. Duo leones itaque duo sunt prælatorum et subditorum seipos regentium ordines Ecclesiæ. Juxta singulas manus duo leones stant, cum quidam eorumdem ordinum actualiter sanctæ illi humanitati inhærent. Aliqui summæ contemplationi incumbendo præminent. Unde est : *Æstatem et ver tu plus-masti* (Psal. lxxiii, 17), id est contemplativos et actuales tu instituisti.

D *Duodecim leonculi stantes super sex gradus hinc et inde* (III Reg. x, 20). Per duodenarium fide Trinitatis instructi, et quatuor Evangeliorum impletionem quadrati. Hi leonculi penes alios innocentes, et sui ipsorum rectores super sex gradus stant, cum sese sex virtutibus prædictis roborant. Hinc et inde sunt quia pro captu suo quique in alterutram partem se deflectant. Unde de utraque dicitur : *Per diem sol non uret te, neque luna per noctem* (Psal. cxx, 6). Quod est : Ex divinitate gloriæ, et splendoris nimietas tibi contemplanti non oberit. Porro humanitas Christi, si sis minus perspicax, non officit. Non est tale opus in universis regnis ; quia neque in cœlo, neque in terra, neque sub terra tale quid contigit, ut Deus dignaretur non angelos, sed

uterum Virginis formam apprehendendo Abrahæ A via est, et ad intelligentiam veri luminis vergit, seminis. mentem inspirat.

#### CAPUT IV.

*Porta orientalis apud Ezechielem* XL, 6. — Hæc est apud Ezechielem etiam porta illa, quæ respiciebat ad viam orientalem, et ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per viam orientalem. O porta, per quam Deus ad nos ingreditur! o porta, qua fidei mysteria reteguntur! Speciosa, inquam, porta per quam Dei civitas aperitur. Hæc respicit ad viam orientalem, quia quidquid ipsa est, quidquid in ea actum est, nil aliud quam divini luminis indicat actionem. Cum talis illa inter feminas benedicta a nobis credatur. Ecce mox dum sic amatur, Dei gloria per ipsam viam ingreditur, quia quo magis eam totius venerationis internæ ulnis amplectimur, tanto a nobis evidentius celsitudinis ejus honor agnoscitur; is enim non commutando, sed amando penetratur.

*Et vox ei erat quasi vox aquarum multarum* (Ezech. XLIII, 2). Illi Deo Israel, quod interpretatur cum Deo directorum, hæc femina gloria est, quia dum consideramus ex quanta eam Deus humilitate provexerit, quid in ea fecerit in his ejus excellentiæ contemplationibus mens nulla non deficit. Ipsi gloriæ vox est ac si aquarum multarum (Psal. xcii, 4), quia cum una sit scientia hanc semper esse virginem et Dei matrem, tamen pro diversis et diligentium et amantium qualitatibus, quandiu præsens volvetur C sæculum, non deerunt qui ejus gratissimam et verbis et scriptis promulgaturi sint laudem.

*Ecclesia illustratur Maria.* — *Et terra splendebat a majestate ejus* (Ezech. XLIII, 2). Exlude Mariam ab Ecclesia, quid erit Ecclesia nisi miseria? si ipsa non genuisset, quæ redemptionis mentio exstitisset? At quia genuit, vide quis in omnium piorum mentibus florulentissimus gloriæ spei decor emerit. Et quis ille adeo inter Christianos miserabilis, qui vel ore non præferat, qui non periculis objiciat nomen Mariæ mirabilis? Dum ergo tantæ ejus majestatis genituræ, licet cogitari plene non possit, attenditur, eo Ecclesia splendore respergitur, quia idipsum unde honorata tantopere constat, ad auspici- D um, ad propagationem, glorificationemque Ecclesiæ omnimodis retorquetur. Ipsa est terra, cui dicitur: *Dei agricultura estis* (I Cor. iii, 9), et infra:

*Et cecidi super faciem meam* (Ezech. XLIII, 3). Super faciem cadimus, cum a magnitudine benignitatis a Christo impensæ, in conscientia erubescimus. *Quid retribuam, inquit, pro omnibus quæ retribuit mihi?* (Psal. cxv, 12.) *Majestas ingressa est templum* (Ezech. XLIII, 4), dum digno pudore concutimur: quia nil dignum Matri et Filio retribuemus. Majestas Dei templum ingreditur, quia in consideratione nostra quid Deus in Virgine pro nobis fecerit, affectuosissime ampliatur. Per viam autem portæ quæ respicit ad orientem templum intrat (ibid.), dum per fidem dispensationis in Maria factæ, quæ singularis

via est, et ad intelligentiam veri luminis vergit, mentem inspirat.

*Et levavit me spiritus* (ibid., 5). Levat nos spiritus, cum ex repletione conscientiæ, quod est templum, in eminentiam contemplationis promovetur intellectus. *Et introduxit me in atrium interius* (ibid.). In atrium interius introducimur, cum ad præcordiales divinæ charitatis amplexus admittimur. Exterius autem charitas est proximi; quo enim magis Filii ex Matre humilitatem, et Matris ex Nato potentiam inspicimus, tanto amplius in eorum amore exardescimus. Unde subditur: *Et ecce repleta erat gloria Domini domus* (ibid.). Gloria Dei ratio accipitur in sacra pagina cæli terræque concretio, sed potius pro nostra salute in hominem divinitatis inductio, B Unde psalmus cum Deum mirabilia fecisse diceret, expressit: *Salvavit, sibi, inquit, dextera sua* (Psal. xcvi, 1), subaudis genus humanum., *Et illud: Inhabitabit gloria in terra nostra* (Psal. LXXXVI, 10). Nihil enim de Deo gloriosus, quam quod apud infideles de eo est vilis, apud bonos humiliter, apud omnes salvandos utilius. Gloria autem est frequens cum laude alicujus opinio. In quo ergo Deus nobis erit gloriosior quam ex eo quod nobis exstitit, non sine suis doloribus immensis inflexior? Conscientiæ ergo domus, postquam in cubiculum Regis, quod est atrium interius, introducimur, subito sancti Spiritus illapsus divinarum misericordiarum recordatione gloriabunda, tunc vere repletur, quia nil ad nos invisendos Dei Spiritum magis provocat quam quod mens sui Redemptoris labores, et dona recogitat. Post aliqua quoque addidit:

*Converti me ad viam portæ sanctuarii exterioris, et erat clausa* (Ezech. XLIV, 1). Via portæ consideratio est Mariæ; sanctuarium exterius, corporeæ virginis ipsius decus. Hæc clausa est, omnis pudicitæ circumstantia communita: quæ non aperitur, quia nulla illi titillationi ex parte discingitur. *Vir non transit per eam* (ibid., 2), quia nulla maritalis intentio cadit in eam. *Dominus Deus ingressus est per eam, eritque clausa principi* (ibid.), quia etsi divinitas penetrat matris conscientiam, ipse idem, qui nascendi de Virgine princeps est, non imminuit castitatis custodiam. *Princeps ipse sedebit in ea ut comedat panem coram Domino* (ibid., 3). Sedere D regnantis est. In ea itaque sedit, qui in eam, virginitate illæsa, ut rex naturarum introiit. Ibi panem coram Domino comedit, quia electos omnes in eodem utero sibi incorporavit. *Meus, inquit, cibus est, ut faciam voluntatem Patris mei* (Joan. iv, 34). Quod est coram Domino. *Per vestibulum portæ ingreditur, et per viam ejus egreditur* (Ezech. XLIV, 3), cum per humilitatem, quæ proprie sanctorum animos vestit, Virgo gravidatur; et post exhaustum idem sacrarium sub eadem via, id est intentione, vita transigitur. Sub qua enim vilitate se egerit, teste est Evangelium, cum defertur, ad templum parvulus officio parentum.

*Clarius omni creatura Deum videt et cognoscit.* —



ima quoque subjungitur : *Porta atrii interioris respicit ad Orientem erit clausa sex* (zech. XLVI, 1). Atrium interius, id est Deo diligendo potissimum fervet intrinseca itaque atrii interioris ipsa Virgo puerper quam fit nobis aditus divinæ agnitionem enim scitur, a quo non diligitur. 30 atrii interioris est, per cujus præcormorem ad purissimæ fidei excurrimus in, qui ipsius fidei fructus est, ex quo sentimodo sub eadem persona, et quid Deus et t. Porro etiam porta atrii interioris ipsa non tam prius quam omnium excellentius iam Dei notitiam intromissa est; et quo ita sensit, per eundem idipsum nobis sensas dedit. Hæc respicit ad Orientem, quia is mortalium, imo nulla creaturarum rationascintillare, prævaluit, illuc ista, in Deum auctorem luminis liberrime mentem fixit. iditur sex diebus in quibus opus fit, quia nis ejus mysterium, ex qua introitus ad omni patuit, omnem in præsentis sæculo (quod significare sex dies assolent) latuit t. Cujus si corrigiam solvere dignus non est, or in natis mulierum nullus est, quis putas lum advivitur dignus est?

*one beatifica. — Die autem Sabbati aperietur, sex diebus præsens sæculum, in quo perfectabemus exercitium operum, per Sabbatum ur requies animarum, in qua clausæ portæ sterium aperitur, quia carnis dimoto pariesper speculum et in ænigmate nunc cernigna ex parte perspicitur : quo enim absque tis integumentis simplicior, eo noster spiriti solum ad secretorum notionem, sed et ad : Dei visionem acutior. Sed in die Kalendarietur (ibid.). Dies est aperta Dei et omnium m comprehensio. Unde Paulus : Sequor autcomprehendam, tuncque cognoscam sicut et sum (Philipp. III, 12.) Kalendæ vero, quæ a lione sunt dictæ, diem significant regenerastræ; in qua sine dubio sicut animæ, sic lum cumulabitur plenitudo gloriæ, ad inquoque præbebitur scientia Christi incarnata Virgine, et dispensationis in homine. In r interni luminis omni moditate aperitur, idquid de ejus divina et humana natura n est, scitur.*

*rabit princeps per viam vestibuli portæ defo-* h. XLIV, 2). Vestibulum potest intelligi corpus ; quia veluti domus prætextitur vestibulo, ia carnis obstaculo. Cujus via est sensualitas æ licet corporalis sit, tamen in incorruptibilitpassibilitatemque, versa, quanto spirituali jam præeminet, tanto, si dicere audeam, in tem rationis per vim resurrectionis acumiarius Dei faciem contemplari prævalet; et forasticis distensionibus caret, tanto ad ollecta, ei cui introrsum inhiat immutabiliter

A etiam exterius hæret. Porta autem deforis, ipse est aditus et exitus virginalis; sicut porta intrinseca egressus intelligi potest de secreta essentia Patris. Princeps ergo intrabit per viam vestibuli portæ deforis, cum per ipsos non jam passivos corporis sensus penetratur virtus, ac veritas virgineæ conceptionis. Sequitur : *Et stabit in limine portæ (ibid.)*. Limen portæ summa est virginalis obedientiæ, in qua princeps tunc stabit, cum per divinitatis potentiam, quæ, motis omnibus, semper stat, virginem se fecundasse, et quo modo per Spiritum sanctum eam fecundaverit, virginemque dimiserit ipse monstrabit.

*Et facient sacerdotes holocausta ejus; et pacifica ejus (ibid.)*. Holocaustum totum incensum est. Holocausta ejus per sacerdotes fiunt, cum in consideratione illius ex virgine humanitatis tam mirabiliter assumptæ, reges jam et sacerdotes a Deo facti miramur, et Auctorem omnium angelis minora tulisse, perpetuis desideriorum æstibus nequaquam ardere desistimus. Pacifica ejus, id est principis, pariter fiunt; cum sancti immutabili contemplatione hujus tantæ dulcedinis, et imperturbabili jam securitate quiescunt.

*Obedientia ex humilitate, humilitas autem ex adversitate probatur. — Et adorabit super limen portæ, et egredietur (ibid.)*. Limen portæ superius obedientiam diximus, quæ obedientia dici non potest, nisi ex certa humilitate firmetur; certa autem humilitas tunc esse solummodo noscitur, quæ ex emergenti adversitate inter obediendum probatur. Sicut plane limen portæ instar fundamenti subsidit, et cunctis intrantibus pervium constat, sic ineffabilis Virgo licet alias prorsus inimitabilis habeatur, super hoc pene solo universorum exemplo proponitur.

In anteriori tracti vehemens miraculum exstitisse probavimus, quod ad tam insuspabilia cunctis promissa mortalibus sine exhortatione morosa, sine ullius oblatione exempli, illius benedictæ juvenculæ inflecti valuerit adeo celeriter animus. Cui quidpiam non minus mirum in hac ipsa obtemperazione subnectimus. Si communibus virginibus ex nobilissimis quos essent sortituræ maritis, filii nobiliores futuri præsagio aliquo sponderentur profecto eis, et marium voluptas insignium, et gloriosa posteritas indubie blandirentur. At vero istic summe dispariter : quæ enim, ut supra disputatum est, mentem perpetuæ virginitati addixerat; quæ etiam quamvis specie tenuis in jus virile jam cesserat, unde, quæso, tam facili oratione obtemperare sic potuit? quæ certe humanitas, etsi non aliorum, tamen ejus qui maritus videbatur scandalum timuit. Cujus tactum nescia, in eadem participatione, non fuit : Quæ res cum quanto latuerat, tanto in hujus traductione secreti more humano sollicitare debuerat. Ubi ergo nihil quod carnaliter eam delectaret in conceptu suberat imo tantum mysterium nescientibus suspitioni aut probro patebat : mira ejus obedientia sub hac humilitate probatur, quæ in tam passibili, imo angelica castitate, totius popularis in-

famiae omnimodis incuriosa videtur. Quos enim animos magis munit pudicitia, eo gravior etiam super rumore falsissimo atque rarissimo vexare consuevit verecundia. In quo tamen ejus fides vel maxime super hoc approbatur, quæ et Dei promissa quantacunque forent, sicut incunctanter credidit, sic ea ipsum ordinate, honeste ac sæculum se competenter moderaturum pariter scivit. Princeps ergo super hoc limen adorat, cum affectuosissime venerandam tantæ humilitatis obedientiam omnium menti Christus insinuat. Juste enim honorari meretur, quæ et super se credidit, et in eo quod sibi promittatur nihil carni placitum, sed quo spiritualiter potius præmineret, attendit.

## CAPUT V.

*Beata Virgo gratia haud ad tempus sed continuo plena ostenditur.* — Sed quispiam infideli deterior objicere poterit quod puellam illam rerum divinarum prorsus insciam, quia perfunctorie ad tempus Spiritus sanctus impleverit. Quod si ita est, quæso quid est quod apud Deum gratiam invenisse dicta est? Plane si invenisse dicitur, inveniri dici non potest, nisi super eo quod quæsitum intelligitur. Ergo si gratiam invenit, quoquomodo quæsierat; et quæ est ancilla toties in psalmis, ac Evangelio dicta, si a quovis obsequio exstitit otiosa? Non possum exprimere ancillatum, qui aliquem suo Domino aut dominæ non rependit famulatum. Plurima est procul dubio ancillæ humilitas, quam Deus tantopere dignatur, ut eam respexisse dicatur. Si ergo humilitas meritum est, et non populariter bonum, sed excellentissime bonis aliis præeminens est, quam respexisse Deum probatum est, ad subitum eam sanctum Spiritum inebuisse quomodo verum? Quod si temporaliter ut in Balaam prophetante, et asina loquente, ac angelum vidente (*Num. xii, 23*), miraculum actum est, insensibiliter Christus conceptus est, quod summa Genitricis ac Geniti indignitas est. Apud Suetonium legitur quod in somnis sit claudio cuiusdam imperatum, ut ad Vespasianum Cæsarem iret: pollice dextri pedis ejus clunem læsum impeteret, sicque gressuum æquitate mattingeret, quod et factum est. Si igitur ante conceptum Virgo de Deo aut parum, aut nil sapuit, quid Vespasiano et claudio plus habuit?

Si parasse lucernam dicitur Christo suo (*Psal. cxxxii, 17*) Deus, illius non paratur animus, ac uterus, quo se pariendum universaliter contulit ipse Christus! Et ipsius certe Elisabeth justitia vetus in Evangelio non tacetur, quæ cum ipsa prole prophético spiritu adimpletur, et isti etiam intentio ante conceptum religiosa detrahitur? Si propheta Emanuelelem vocal, quod est *Nobiscum Deus*, nec ab ullo non creditur; angelus qui post *Ave* ei præcinuit *Dominus tecum* (*Luc. 1, 28*), ergo mentitur? Et quæ Dei amoris ei ignorantia inerat, si cum exuberantia gratiæ Dominus ei comes erat? Si Dominus ipse vadit parare mansiones, id est locis manso-

rum mentes, fuitne ante verba angeli vita Virginis ita divini saporis expers, ut quod in aliis, omnium ad comparisonem hujus minoribus negotiis non negat, sibi ipsi matrem coaptando non præbeat? Si philosophicæ mentis est in mediis frequentis solitudinem sibi facere, et tamen ex comitatu rationis solam esse non posse, quod putamus repurgium Filius Dei in illius feminæ corde fecerit, quomodo, ne ad momentum quidem, ab ejus illustratione recessit, quam ad futurum suæ propriæ et totius Christianitatis honorem maternitatis ascivit? Et quomodo vel ad punctum ei, ex quo genita est, defuit, qui quod ex ea sumpturus erat, Verbo, quod ipse est, ante etiam sæcula conivit? ipse enim in Apocalypsi dicitur: *Agnus occisus ab origine mundi* (*Apoc. xiii, 8*).

Ubi quoque notandum quod non dicitur *Ave gratia implenda*, sed *gratia plena*. Nec minus attendendum, quod priusquam conceptum ipsi, partumque denuntiet, gratiæ ei plenitudinem inesse docet, ne post enuntiationem ~~293~~ conceptus quisquam autnet ea gratia de repente profusam, quam non habuerit ante horam. Et certe fides præveniente gratia ex libero maxime arbitrio constat. Unde ergo beata ab Elisabeth quia crediderit, dicitur (*Luc. 1, 45*), si fidei admirandæ meritum nullo in ea jure prædicatur? Quid quod ab eodem angelo ante illius denuntiationem pro qua venerat causæ, inter mulieres benedicta vocatur, nisi quod in hoc ejus, ut sic dicam, idoneitas ad suscipiendum Dei Filium principali singularitate notatur? Quod si ab ignava et cæteris morem gerente virginibus puella tanta res exigitur, non majoris gloriæ esse videtur quantum ad Virginem spectat, quam quod apud Isaïam super Cyro fiendum præ sagatur: quibus dictis subjungitur: *Accinxi te, et non cognovisti me* (*Isa. xlv, 5*). Non quoque quidpiam majus quam quod in virgibus Moysi et Aaron celebratur, quarum altera effigiatur in colubrum, altera expressit amygdalum, si sibi hæc gratia erupit ad subitum, quid exinde beatitudinis ejus attingit animum, ubi nec in interiori ejus gloria tanti boni novitas futura præluserit, et expleto officio in modum scintillæ destiterit? Si sic pectus gessit a primævo stolidum, quid est quod tam moraliter cantat deponi sedes potentium, et exaltari humilium? (*Luc. 1, 52*.) Plane si tanta facilitate conciperet, mysterium eorum, quæ apud se secundum quod objicitur, tam inopinate susceperat, puellari forsitan futilitate jactaret, non, juxta Evangelium, conferendo servaret (*Luc. 11, 19*). Ergo mater Samson pro ejusdem nascituri reverentia cæremoniis addicitur (*Judic. xiii, 13, 14*), et Auctoris omnium mater subito instar dementis arripitur?

*Quare B. Virgo in salutatione angelica turbatur.* — Ad hoc etiam considerandum quod, angeli salutatione præmissa subjicitur: *Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio* (*Luc. 1, 29*). Nota verborum qualitatem nostris et pene universorum inusitatam moribus.

Laudari tantopere se, et ab eo quem angelum indubie noverat, audit. Et quæ causa motus, quæ causa turbatum? Etsi mirari potuit, ut putatur, turbati non debuit. Res est quæ viris etiam sanctissimis multum argute subripit, ut cum videlicet ab instabili non sine adulatione aliquoties vulgo laudantur, illico illac pene præcordialiter inflectantur. At vero istac omni miro mirabilis est quod angelus per se undecunque verax, ex divina ei etiam sententia proloquitur, et tamen super tanta testimonii latione turbatur.

Est ergo rei hujus attentiori animo contemplari materiam. Perfectissimi boni natura est, quo ampliori amore virtutis inæstuat, tanto sibi miseria fragilitatis, aut perminimæ noxæ cujuscumque, cui subijci adhuc se æstimat, in consideratione redundat: nec perpendit quid habeat, sed cui necessitati subjaceat. Et cum divini instinctus sapore nectareo interius irremisse pascatur, nequaquam de his quæ adjacent gratulatur, id potius tantillum quod adhuc videtur officere, lamentatur. Unde David se crebro egenum et pauperem (*Psal. LXXXI, 4*). Jeremias clamat. *Ego vir videns paupertatem meam (Thren. III, 1)*. Plane alter audierat: *Inveni virum secundum cor meum (Act. XIII, 22)*, alter procul dubio; *Priusquam exires de vulva sanctificavi te (Jer. I, 5)*. Et tamen uterque quibus se humilitatibus addixerunt in promptu est. Joannem non latebat quidquid ab archangelo pene ipsi Christo suppria de se dicta fuerant, et tamen verbo ac opere, quo humiliora poterat præferbat.

*Quanto quis sanctitate sublimior, tanto in se humilior.* — Sed impossibile videtur aliquibus ut cum aliis meliora quis gesserit, deteriora de se sentiat. Quod exemplis facilibus sic probatur. Vides homines pecuniarum avidum, gazis exuberare sublimibus, et nulli utilibus exundare divitiis. Qui quo eas multipliciores attendit, eo se ad habenda proprii animo egentiores festinat, et habita non appetiatur dum habendis aspirat. Quo ergo est ditior pauperem se reputat, dum aliena affectat. Et aliorum vide quispiam in gestu amorum, in directione missilium, in vocum discrimine, in anfractibus aut choraulica disciplina, et, ne morer, omnis non solum qui in qualibet utili, sed qui vexatur in arte ludicra, ex sua, quamvis ignobili, intumescere consuevit, et se aliis etiam honestis præferre scientia. Si igitur avarus quasi ex copiis pauperascit, virtutis amor tractus interna dulcedine quanto amplius apud se suo intuitu inanescit? Si enim verum est, quod est, quia ubi intenderis ingenium, ibi valet, quia quisque aut vera, aut falsa intentione se debriat, in ejus rei studio cæteris præstare se putat. Dum enim ad hoc solum oculum dirigit, in quo vel inaniter sibi quasi præeminere videtur, dum aliorum utilitatibus despiciendis supersedet, ex propria arrogancia demeretur.

*Summæ in B. Virgine humilitatis ratio.* — Sunt itaque valentissimi et illustres, qui quo sunt scien-

tiores, scientiæ se æstimant egentiores. Quibus est philosophicum illud: « Hoc tantum scio, quod nescio. » Porro qui alios contemptui primus duxit, sublime omne quidquid est, videt. Unde et verbum quod est despiciere, id est deorsum aspicere dicitur, quia infra se aspicit quos contemnit. Virgo ergo omni creatura excellentior, insolito archangeli favore turbatur, quæ quanto copiosiori apud se merito coornatur, tanto sibi indignior ex sua quasi inutilitate putatur: ipsa enim quæ singularius omni angelo ac homine Domini pedibus, ~~204~~ juxta illud Mosaicum, appropinquavit, specialius cæteris de ipsius doctrina accepit, quæ non nisi humilitatem Filii sui verbo ac opere sonuit, ab eo enim mitis esse ac humilis corde didicerat. Cujus plenitudinem gratiæ antequam nasceretur ex ipsa combiberat.

In angeli itaque non visione, sed sermone turbatur, quæ nihil eorum quæ ferebantur, in se haberi omnimodis arbitratur. Nec putes quod ipsam etiam sibi virtutem humilitatis ascribat, quam respexisse Deum dicat, sed humilitatem (*Luc. I, 48*), non nisi suis ipsius vilitatem appellat. Turbatur, inquam, cujus laus etiam superna non penetrat conscientiam. O infinitum robor animi, cui si vellet, certe non posset archangelus adulari! o beatissimæ insolens robor, quæ etiam ex ipsius Dei approbatione vexatur; sed licet coram Deo apud se dum efferris se audit, pudorem unde turbatur pia patiatur intentio, cogitat tamen qualis sit ista salutatio (*ibid., 29*), virtus enim insensata nec dici, nec potest esse. Quæ etsi quod laudatur exhorre non cessat, accidentes tamen ex meritis causas sub divina agi aliquoties dispositione retractat. Quæ plane Dei sapientiam paritura fuerat, non ad stolidum sapuit, sed in discutendis divinarum ordinationum eventibus fuit ex ipsa mirabiliter humilitate subtilis, quod etiam et est, et competit in omnibus sanctis viris; etsi nempe beatissima illa statum suum parvipendere videbatur, non tamen inane æstimabat, quod peculiari super omnes in se divini amoris munere gerebatur. Nisi sane quæ intra se agebantur ad liquidum discerneret, compos virtutis intimæ nullatenus esset; quæ contuendæ suæ menti adeo majestativa auctoritate præsedet, ut fiducia suæ incomprehensibilis, cujus sibi conscia, munditiæ dicto citius angelicæ legationi subscriberet.

*Gratia pro remissione peccatorum sumitur. Secundum Platonem prius creantur spiritus quam corpora.* — At vero elabi non debet quid sit quæ illi prædicatur affore gratia. Quæ etiam ejusdem gratiæ plenitudo. Gratia pro remissione ponitur peccatorum, ut est in apostolicis litteris: *Gratia, inquit et pax vobis multiplicetur (I Petr. I, 2)*. Remissis enim peccatis pacificamur Deo. Si de peccato vel originali, vel actuali ejus agitur, per sanctum qui ei ex utero coaluit Spiritum, id purgatur. Si via Deo per quam ad cor veniat cujusque fidelis parari jubetur, mater cui se generandum contulit squalori et incu-

riæ dimittetur? verbi gratia (25). Certe si secundum Platonicam sententiam spiritus nostri prius creantur quam corpora, posset Deus cuiuspiam spiritui optionem dare qua vellet procreari ex matre. Quod si fieret, quam putas ille personam sibi ipsi consciret? De corporis forma ac habitudine sileam. Quid honestatis, quid prudentiæ animo ejus ac moribus comportaret, nil procul dubio illi adimeret, quo ipsa aliis invidiosa non esset. Si sic hominis spiritus, civitatem virginalis uteri, quam sibi fundat Altissimus, quo potentior est, nonne Dei multo magis perornat Spiritus? Securus dico, si civium pariter supernorum cordis ejus apparatus explicare proponerent organa, ante deficerent quam dicerent digna. Nam si juxta Apostolum, principatibus et potestatibus innotuit per Ecclesiam multiformis sapientia Dei (*Ephes* III, 10), mysterium quod in Maria actum est, cujus perminimam quæstionem Joannes in natis mulierum major enucleare non potest (*Matth.* XI, 11), quomodo apud ipsos expressibile est? Si ex his quæ circa nos fecit per Filium Deus quæ aliquando nescierant, didicerunt, quæ in seipso Christus egerit quomodo comprehendent?

Gratiam ergo sic accipiamus, ut quidquid ipsa fuit, singulariter selectum ab omni humana traductione credamus, ut pote quam inaudito sæculis privilegio a Patre et se sibi noverat delegandam, per sanctum Spiritum tantis officiis affectandam, haud dubium, si audeam dicere, quod et dicam, quin in creaturis omnibus sibi soli in terra, dum adviveret, et nunc in cælo secundam. Gratia autem hoc totum, licet omnimodo virtutum ambitu id prosequeretur, fuit, quia nulla virtus, nullum exercitium, non cujuscunque meriti labor impensus, ad emerendam cuiuspiam femine Dei conceptionem sufficeret, nisi gratia, et hæc non modo ineffabilis, sed inex cogitabilis omni præter Deum naturæ præiret.

Sed ipsa plenitudo quæ sit, pariter attendendum; nam forsitan ipsi specialitas deferri non potest, quæ multis ascribitur. Si enim hæc plena (*Luc.* I, 28), et Elisabeth dicitur repleta (*ibid.*, 41), et de plurimis alias idem affatim reperitur, sed harum plenitudinum tanta esse dignoscitur pene diversitas, quanta honorum animorum est ubique varietas. Quotæ plane sunt innumerabilium capacitates vasorum, tot fere constant modi statuum internorum. Secundum propriam etenim cujusque virtutem. Justa Evangelium de talentis (*Matth.* XXV, 15), fideique, juxta Apostolum, mensuram (*Rom.* XII, 3), id est secundum quod quemque capere possibile est, munificentia Dei est. Ipsæ quoque capacitates corporum animorumque ætatibus, aut deteriorantur, aut crescunt. Aliter enim sensit Joannes in puero, aliter corpore intellexit adulto. Plenitudo igitur pro Dei munere, et sua devotione plus minusve recipit. Sicut enim comedentium ventres dis-

A pari omnino sese ciborum quantitate distendunt, ita Dei gratiam longe dispariliori mentes distributione cognoscunt. Quo nempe Dei majori quis amore examplatur [*f.*, ampliatur], eo, ut sic dicam, concavior receptui divino probatur. Aliis solæ compunctionum scintillæ sufficiunt; alii supernæ contemplationis focus ferunt. Pro tenuitate itaque intellectus et fidei aliqui parvo implentur, aliqui pro captus amplitudine per infinita tenduntur. Vides ergo benedictam inter creaturas Virginem quam peregrina inter alios gratiarum plenitudine pollet, nimirum quæ totius gratiæ Auctorem beata alvo cœlum facta continet.

Nec illud denique, licet pravum videatur, omit- tam, quod virgini ab angelo Elisabeth senis conceptus, ac si pro astruenda fide proponitur, quod nunquam exempli gratia ab eodem induceretur nisi ut magnum virgini videretur. Porro Deo quid magnum fuit si virginis ex Spiritu venter intumuit, qui olim ut eas secundaret aquis incubuit? Anni dare conceptum non minori facilitate subjacuit. At inter nos non minimum res ista constringitur, ubi difficultas totius naturæ, imo impossibilitas denotatur. Si enim Virgo ex Deo fecundatur, nil mirum est quia creaturarum quæ sine masculis generant exemplo levigatur. Sola post parum virginittatis conservatio magni incomparabiliter æstimatur. Illi nihil omnino componitur, quia et divinum est quod procreatur, et prodit, et in naturis non exemplificatur. In senibus autem et effeto corpore a genitili potentia utrobique subductis, nil minus appetior si generent, quam si fiat hujusmodi commercium fertile in impubibus annis. At multo minus; nam in pueris naturaliter coalescit calor, et physice veteranorum inefficacia ad gignendum juvat, dum quod in his congelatio sanguinis impedit, in alteris primævus fervor explicat. In summe ergo decrepitis res fit prompta miraculo, dum hinc mulieribus tremebundo jam senio non incidenti aliqua infirmitate vacantibus, illinc viribus a solito calore ac humore exhaustis, nihil est profecto residui quod motum cujuscunque voluntatis exsuscitet. Unde Paulus fidem super hoc Abrahamæ vel potissimum probat, quod *emortuum corpus suum et emortuam vulvam Saræ* (*Rom.* IV, 19) viderit, et contra spem in spe crediderit. Si præter naturæ leges ab omnibus æstimatur quod apud Hieronymum puer novennis eum muliercula coisse, et prolem extulisse describitur, multo, ut sic dicam, exnaturalius est quod hi, quibus omnis ingenitus fervor refrigit, ad integrum nec alterutrius vivacitas potest suppleri, utroque torpente per alterum expergiscuntur ad fetum.

Non igitur ab re Elisabeth cognata Mariæ proponitur, quia nisi omnimodis apud cunctos inspe-

(25) Vide notam <sup>1</sup> ad calcem Operum.

ysica obtinente res esset, nunquam Zacharia Gabrielis tam obstinate discrederet.

exemplo adhibito nævum quisquam bea-  
 Virgini quasi ad credendum alicujus de-  
 is inurat, quam nos non immerito pro fidei  
 laudasse meminimus; sed sciat angelum  
 indanti factum in vetula retulisse miracu-  
 t et fidei ejus adminiculum ministraret, et  
 is ipsa cognatæ proventibus exsultaret.  
 t mutuo pudori consulerent, quod videlicet  
 , cui desponsata fuerat, inscio concepisset,  
 ro citra omnium spem juvenilia repetisset.  
 t illa cum festinatione in montana progremora  
 latitura apud eam trimestri, ita ne  
 m videntibus sibi que ruborem pareret, sex  
 is occultatur. Et hæc, inquit, et tibi ac  
 i indubie proventura cognoveris, quia non  
 possibile omne verbum apud Deum (*Luc.*  
 qui virginem æque ut sterilem, cum libuerit,  
 a partum.

## CAPUT VI.

*est B Maria.* — Hæc igitur beatissima dies  
 Maria, quam fecit specialiter Dominus;  
 mus et lætemur in ea : cum enim de Filio  
 , ac si de lapide qui factus est in caput  
 (*Matth.* xxi 42), et hoc mirabile in no-  
 culis (*Psal.* cxvii, 23), a Domino factum  
 isset, ad hanc illico verba transposuit; hæc,  
 t, dies est, quæ solem justitiæ protulit, qui  
 munificentis præclarissimas dignitatum in  
 a horas instituit. Ipsa est etiam porta Jesu  
 , per quam justi intrant; nulli enim justi-  
 sequuntur, nisi per fidem incarnationis ejus  
 nt. Super limen portæ hujus princeps ille  
 Ezechielem paulo ante a nobis expositus, et  
 exponendus, adorat; qui non superliminare  
 tis, sed limen ejus humilitatis quod omnibus  
 vium adorantes, id est in omnimoda vene-  
 habentes inspirat. Hoc plane Deus jure  
 dicitur, quod fiendum aliis administrat.  
 æfatæ diei redeamus ad horas. Hæc, in-  
 florentissima dies postquam luminare illud  
 quos et seipsam potissimum, et lunam Ec-  
 stellasque fidelium mirabilis intelligentiæ  
 illuminat, ediderit : attendamus quantarum  
 felicitatum determinationes admiserit; ha-  
 empe tam origo quam officialis causa fuit :  
 tim aliter voluit, imo debuit Filius Dei ad  
 redi, nec potuit; quia nec debuit violenter  
 irrumpere jura diaboli, cui sponte homo  
 dederat : sed, juxta dicta beati Leonis :  
*æquitatis jure inibi certari dignum fuerat.*  
 ergo ex qua crearetur objecit diabolo, ut  
 um capesseret, nil aliud putaretur quam

*lecim felices horas protulit.* — Prima igitur  
 est, quod principem mundi extrusit, mun-  
 tæ vicit, et hoc cruci se addicendo, nosque  
 præripuit.

## PATROL. CLVI.

A Secunda, quod per laticem suo ex latere pro-  
 fluentem in eadem cruce baptismum sancivit. In  
 qua passione in tantum diabolo vires antiquas  
 extorsit, ut ante judicii diem jam puniri inceperit :  
 dicit enim magnus Origenes quod post ipsam  
 passionem, postquam sanctus quispiam martyr aut  
 confessor de præsentis victor sæculo emigraret,  
 sicut ipse ad coronam exiret, sic hostis ille qui  
 eum spiritualiter impugnavat, statim in æterna  
 tormenta nulli denuo nociturus intraret, et id esse  
 quod ab ipsis dæmonibus Domino dicebatur : *Veni-  
 stis, inquit, ante tempus torquere nos* (*Matth.*  
 viii, 29). Inde etiam tantas quas exercere olim  
 consueverant fortitudines obtusas videbimus; nec  
 mirum cum post tot sanctorum victorias, tot de  
 potentioribus dæmoniis in pœnas decidisse cre-  
 damus.

B Tertia, dum per resurrectionem electos ab inferis  
 eruit, cujus gloriæ tantum quoque privilegii addi-  
 dit, ut, juxta Prudentium, virum sanctum et nobi-  
 lem, sint et spiritibus sæpe nocentibus pœnarum  
 celebres sub styge feriæ. Illa nocte sacer qua rediit  
 Deus stagnis ad superos ex Acheronteis.

Quarta, quod per eandem aperuit credentibus  
 regna cœlorum.

Quinta, quod humanitatem nostram Verbo,  
 quod ipse est, personaliter identificatam paternæ  
 dexteræ comparavit.

C Sexta, quod qui carnem ex nobis sumpse-  
 rat, divinitatem suam, quod est Spiritus ejus, nobis  
 reddidit.

Septima, quod eundem Spiritum non solum  
 fruendum attribuit, sed etiam per manus apo-  
 stolicas, et ex eo pontificales aliis dari consti-  
 tuit.

Octava, quod per magistros Ecclesiæ, quod soli  
 sibi pertinebat, peccata dimitti censuit.

Nona, quod Petro, et in Petro rectoribus regni  
 cœlorum claves prærogat; unde et Romæ quodam  
 in loco ei præscribitur.

*Terruit angelicas acies collata potestas*

*Tanta Petro, reservare polos et pascere caulas.*

D Decima, quod non angelis commiserit corporis  
 ac sanguinis sui tractanda mysteria, sed homi-  
 nibus, etsi peccatoribus; quod et de baptismo  
 itidem factum est.

Undecima, quod corpus nostrum in resurrectione  
 configurabit corpori claritatis suæ.

Duodecima, quod in eadem resurrectione, sic-  
 ut carnem nostram in Filio et matre, omnis prin-  
 cipatus atque potestas in cœlo venerabitur, et  
 adorabit : ita quoque *hi qui in Christo sunt, resur-  
 gent primi* (*I Thess.* iv, 15). Inde est quod procu-  
 rator patrisfamilias a novissimis denarium dare  
 cœpit. Huic sententiæ accedit quod nomen eorum  
 coram ipso honorabile futurum legitur. Quod si  
 nomen Christianum sub tanto auctore honoratur,  
 intelligi profecto necesse est quod alias jure his

omnibus, qui bene vivere sub gratia gloriosior A retributionem prærogativa reddatur.

*Nubes est levis quæ pluvias effudit. Quam sublimem possideat gloriam.* — Videamus igitur quo piæ compunctionis júbilo, diei isti, quæ tam rutilo sole, cælo, inferis, terræque profunditur, gratulemur: per quam dum introitum sol ille ad nos habuit, ad infinitam diei ipsius claritatem, et sub ipsa die degentium glorificationem, perpetuæ suæ et nostræ nobilitatis donativa circumtulit. Hæc est nubes illa levis, quam sol verus iste conscendit, juxta Isaïam, ut tenebrosam mundi hujus illustraret Ægyptum (*Isa. xix, 1*): quæ pluvia totius fecunditatis internæ terrenorum pectorum glebas emolliit: ipsa enim salubrium omnium doctrinarum cataractas aperuit, præsertim quæ panem angelorum mundo exposuit. Quæ tantam a peccati omnis additamento in se levitatem habuit, quantam sacrosanctæ Christi dignitas carnis animæque commeruit. Ipsa igitur ex qua tantos animæ ac corporis haurimus honores quid excellentia habeat, quod Dei Filium corporaliter in sua carne contulerit, attendamus. Si post exhaustam beatissimi ventris aulam minus habuit, forsitan aliquod detrimentum ejus, quam ad plenum gustaverat, gloriæ sensit. Absit! Securus ex ipsa loquar, si læta fuit cum tolleret quod usquam creaturæ non licuit; lætior plane cum gloria et honore coronatum assidere Patri æterno cum apostolis vidit; et quandiu meminerit se peperisse Deum, nunquam ne ad punctum imminui sentiret, quem in concipiendo habuit lætitiæ fructum. Si C Christus Deus quia se humiliavit exaltatur, ergo ipsa perenni residuo gloriæ quod totum Deum contulit potitur; imo clarificato provehitur, quanto reginæ clarius est Filium videre regnantem quam ex eo se scire prægnantem.

Super limen itaque hujus portæ princeps adoret, id est in spiritu et veritate adorantes inspiret. Unde est: *Adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctum est (Psal. xcvi, 5)*. Si enim de Christo homine dicitur: *Adorate eum, omnes angeli ejus (Psal. xcvi, 7)*, de Deo nulli dubium quin adorent. Quid sanctius, quid ea adorabilius carne, ex qua Christus gignitur, quæ habet identitatem cum ipsa, eademque Dei Filio unitur? Et certe in mundo positus si puer parentibus subditus (*Luc. 11, 51*), juxta quod tulerant suæ ipsius scita legis, ipsos honorat; non est plane mirum si id ipsum quod in ea virtutis et gloriæ indidit, quod significat portæ limen, adorat. Adorare namque sicut pro divino cultu, sic aliquoties pro reverentia ad homines ponitur, sicut Nathan propheta David adorasse scribitur (*III Reg. 1, 23*). Unde et Jacob fastigium virgæ Joseph ab Apostolo adorasse dicitur (*Hebr. 11, 21*). Quod est in magna veneratione habuisse summam ejus potentiæ, quæ sic inseparabiliter a Deo paratur. Si de sanctis quibus Dei filiatio promittitur, quod honorabile sit nomen eorum coram ipso dicitur (*Psal. lxxi, 14*), dum id in eis Christus honorat, quod ab

ipso tribuitur; ipse in Matre naturam propriam, unde ex debito sibi obnoxius est, non venerabitur? Pro quo aliis longævitas præmium prærogatur, a qua passus est accipere quod homo vocatur? Si apud illum honori exstat, a quo totum quiddam est sumpsit, nobis tanto propensius honorabilis esse debet, quanto suæ universorumque saluti eam necessario-rem feminam sperare quis prævalet. Super limen ergo portæ apud Ezechielem adorat (*Ezech. xlvi, 2*), cum per humilem obedientiam ejus mentis specialiter insidens, seipsum in ipsius glorificatione mirificat,

*Injurias sibi ab hæreticis et malis illatas ulciscitur B. Virgo.* — Deinde egreditur (*Ibid.*) quia quod apud se benedictam illam beata interioritate prove- xit, manifesta, imo, ut ita dixerim, secunda post se omnipotentia apud homines auctoritate relexit. Quis enim vel hebes nesciat quod ipsa est quæ per Filium cælo præsideat, terris imperet, inferos urgeat? Princeps ergo egreditur, cum per Principem Matris principis virtus emittitur. *Porta autem non claudetur usque ad vesperam (Ibid.)*. Clausio hic non ad virginitatem, quæ sæpius est repetita, refertur. Porta igitur usque ad vesperam ista non clauditur, qui clementiæ ejus aditus usque in finem sæculi nulli pie petenti obstruitur. Non claudetur autem dicitur, aperietur; ipsa enim quæ post sancti Spiritus dationem cognita est nostram omnium Virgo fuisse salutem, in suæ propalatione gloriæ, nullam deinceps passa est vetustatem; sed sicut Fili sui fides nullis persecutionum acta turbinibus destitui potuit, imo promoveri non desiit, sic benedictæ ipsius Matris honor non dico teperi, sed in dies pro successu temporum non semper exaltari nesciit. Si enim in singulis fidelium ætatibus Christiana sententia, qua amplius ventilatur, astruitur et discussa nil aliud quam solidum respondere addicit, sic ipsius in sæculum clarificanda virginitas, et nullis hæresibus devirginanda fecunditas vel momentaneæ obumbrationi succubuit, imo imperiosissime ultrix injuriarum suarum per revolutiones temporum, unde et ubique quantum regnaret mirabilibus ostensis aperuit.

*Proprium ipsi est misereri, utpote sequester inter Deum et homines.* — Unde sequitur: *Et adorabit D omnis populus terræ ad ostium portæ (Ibid., 3)*. Si princeps hoc quod ex ea accepit, id est integumentum propriæ humanitatis adorat, membris scilicet suis adorandum insinuat, rectissime populus terræ, non pulveris, fide stabilis atque fructificans non volatilis, ipsam gloriosorem supercælestibus creaturis, utpote quæ auctrix, et novæ Dei Filii creaturæ alitrix est, non modo ut cæteros sanctos honorat, sed quasi superparem Christi humanitatis adorat. Ostium vero est ad portam aditus patentissimæ omnibus dulcedinis ad Mariam. Quid enim miserationum illi benedictæ non influat, ex qua fons totius ad cunctos qui tenere penitent peccatores largitatis et gratiæ manat? Cui enim totum quod est misericordia se infudit, quomodo dissentiet ab eo quod in se continens

ad nos fudit? Ipsi plane misereri est proprium, quia quæ se ad tanti immensitatem officii misericorditer a Deo perpendit assumptam, factamque inter ipsum Deum hominesque sequestram, non immerito adeo specialia ad nos habet viscera, ex quibus et propter quos est tam singulariter excellens ut misericordiam consequeremur effecta, quia enim nullo modo idonea ut competat pertingendi ad Filium interpellandi ipsum cuiquam facultas suppetit, quæ eloquentia ei cujuscunque mediatoris gratior, imo tantopere grata esse valebit, quam ejus quam honorare, ut si dicam, cogitur et jure necessitudinis et suæ imperio legis? Si enim audientiam suam ab ea in aliquo absentaret, nullus ad rogandam nisi miserabiliter repudians accederet. Plane qui naturam condidit, et naturæ jura consequenter instituit, nulli dubium quod apud eum personalitas materna præponderet, cum id in causis mortalium ingenta bonis omnibus consuetudo conservet.

#### CAPUT VII.

☩ Evangelium in Assumptione B. Mariæ legi solitum explanatur. — Præterea a plurimis quæri solet quare in ejus Assumptione Evangelii illud legi solet capitulum: *Intravit, scilicet Jesus, in quoddam castellum (Luc. x, 38)*. Quod quanto juxta historiæ corticem peregrinari videtur ab ipsa, tanto secundum sensum moralem pleno contemplationis statu subsistit in ipsa. Quod si det Deus dicere ex sententia poterunt monstrare sequentia.

*Intravit Jesus in quoddam castellum.* Quoddam solemus dicere de ea re quam nolemus exprimere, aut nequimus. Castellum autem ex vallo et muro, turrique conficitur, et id ipsum a *castrando*, et *coerendo*, vocatur. Illius igitur benedictæ conscientia castellum fuit, quæ quidquid Deo in se displicere poterat funditus arcere non destitit. Sed hoc prius habet vallum, cui ante omnia usquequaque non deficit totius humilitatis imum. Muro denique cingitur, cum mens ejus beatissima interius bene sibi provida, exteriori corporis sensuum custodia communitur. Turris introsistitur, cum in humili corde, castigato jam corpore, spes in Deum unica tota proceritate porrigitur, verbi gratia, cum enim Domini totius majestatis sibi denuntiata fuisset infusio, quid in ejus ore nisi ancillaris humilitas sonuit, quid ejus tota deinceps vita nisi silentium et modestia fuit?

*Sanctissimi ejus actus describuntur.* — Unde est: *Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo (Luc. ii, 19)*. Ubi considerandum in quantæ sublimitatis femina illa angelis præficienda vallo delituit, quæ cum ipsum Deum animo et ventre jam gereret, inimitabili sese dejectione cohibuit. Cum enim beatam ab omnibus generationibus dicendam se esse diceret, et tantæ gloriæ conscia existeret, maxime mirum fuit quod ea se humilitate continuit; quod in cujuslibet peccatoris habitu multum laudari potuit. Quæ denique ei exterius observantia fuerit, ex ejus in qua ab angelo

reperta est solitudine pensari poterit. Ubi non garulorum, non amasii præsentiam offenderit, sed sola Dei cui innutrita fuerat contemplatione contentam repperit. Quin et videri impatiens cum qua festinatione montana conscenderit, et cum cognata anu Virgo trimestri morari mansione delegerit; quod juvenculæ non minimum insigne exstitit. Et inusitati cælibatus ostentum, ut morum pondus anilium, motusque severos non modo pateretur, sed avidissime alacritas puellaris expeteret, ad hæc tanti majestatis gaudii cum ineffabili concepisset affectu. Ad quem prorsus gloriæ collatæ redundantiam magnanimi respectu contulerit, ex eo propalatum est quod ipsa concinuit: *Magnificat, inquit, anima mea Dominum; et exultavit spiritus meus in Deo salutario meo (Luc. i, 47, 48)*, etc. Habes ergo superius murum, habes istic turrim. Quoddam itaque castellum est, quod videlicet a nemine excogitari, nedum exprimi potest; quid magnificentiæ exterius, quid pretii intro habeat, quæ Dei mater est!

*Martha turbata qui B. Virgini competat.* — *Illius activa vita.* — *Mulier quædam Martha nomine excepit eum in domum suam (Luc. x, 38)*. Per mulierem actualis fecunditas, imo fecunda beneficiis actualitas designatur. Hæc Martha dicitur, quia multis amaritudinibus provocatur. Hinc est quod ei dicitur: *Turbaris erga plurima (Ibid. 41)*. Secundum hæc enim nomen ejus interpretatur. In domum suam eum excepit, cum Virgo post Filium omni humana natura felicior Dei Filium concepit. Domus autem fuit animæ, domus uteri. At vero exceptrici illi quæ actualitas inesse potuerit investigandum. Cæteri sancti suis commembris officia munificentiam pendunt; hæc vero ipsi suo universorumque Capiti specialiter ministravit, quod alii generaliter vestigiis ejus attribuunt. Si enim vulgo egenti tunicam præbeas, illa omnipotentis Filio ex Dei Spiritu et suo sanguine corporeum schema compegit. Si panem porrigas, illa suo Creatori beatorum uberum fomenta suggestit. Si mœrenti solamina præstitisti, ista gaudii universalis altrices lacrymulas maternæ dulcedinis blandimento detersit. Quidquid prærogare poteris beneficio, hæc felici præcessit obsequio. Vis audire amaritudines quibus juxta vocabuli etymologiam, gloriosa, quæ sic obsecundat, mulier irritatur? *Tuam ipsius, inquit, animam pertransibit gladius (Luc. ii, 35)*. Quot Filius probra inter prædicandum sustinuit, tot mucronibus multo gravius quam qui perferebat, imo cui irrogabantur ipsa succubuit.

*Illius vita contemplativa.* — *Et huic erat soror nomine Maria (Luc. x, 39)*. Scitum ubique est contemplandi gratiam in Mariam signari. Et utræque sorores dicuntur, quia in conscientia ex uno divini amoris semine procreantur. Hanc vero benedictam super omnes homines hujus credimus gloria virtutis imbutam, in quam enim plenitudo divinitatis ad integrum sese contulerat, non ad horam ut cæteri, non particulariter intinguendo sentiebat. Unde est quod sequitur: *Quæ etiam sedens secus pedes*



*Domini audiebat verbum illius (Luc. x, 39).* Secus pedes sedit, cum in Christi humanitatis susceptione debita sese humilitate depressit; sedere enim humiliari est. Unde est : *Surgite, postquam sederitis (Psal. cxxvi, 2).* Porro pedes Domini, ipsius sunt humanitas, sicut caput divinitas. Inde et scabellum ipsa vocatur (*Psal. cix, 1*), adorarique in psalmo jubetur (*Psal. cviii, 5*). In qua Christi caro quasi quædam ejus extremitas explicatur. Non immerito igitur benedicta illa secus hos pedes consedit, quia, dum perpendit quantus a se concipitur incomparabili suæ dejectionis intuitu, ejus quem gignit aut bajulat, quasi extremis contactibus hæret. Cujus quanto proniori reverentia tractat carnem, tanto spiritualius acuminatur ad divinæ, quæ est Verbum, substantiæ visionem. Si enim a sanctis viris dum Christi humanitas præcordialiter amatur et creditur, ad contemplandam sensim divinitatis ejus speciem pervenitur, illam, quæ Deum et hominem in se congeniit, totumque intra se indifferenter habuit, de Dei gloria quid latuit? Cujus in hac contemplatione quanto fuit beatitudo secretior, tanta intellectus ad divina penetranda ex simplici et penitus indivisa intentione profusior. In spiritualibus non aliud est videre quam audire, audire quam audire. Quid est ergo audire Verbum, nisi intelligere Deum? Sedens itaque verbum audit, quia per eam quæ humilibus datur gratiam, beatissimæ Virginis matris, animum, non prægustando, sed se universaliter ingerendo divinitas imbuit. Si enim deitas [seipsam latere potest, et ipsam benedictis omnibus, ut ita dixerim, benedictiorem aliquid divinum latere potuit, cujus cordi et utero quidquid illud est, quod Deus est, in nullo defuit.

*Martha autem satagebat circa frequens ministerium (Luc. x, 40).* Frequens ministerium circa quod satagit, ipsa est sollicitudo circa curam Dominici corporis, quam in benedicta Virgine actualitas sic ministrat ut exterioris hominis obsequio magis quam contemplando Deo aliquoties insistendum credat; quod enim carnaliter genuerat, et præ oculis semper habebat, nimirum ferventiori studio indesinenter ardebat. Quod plane ad manum præsto constat, animus multo magis affectat; et quod minus sensibus adjacet, id intellectualitatis acies difficulter penetrat. Animum nempe colligere ad contemplationem, quietam postulat a strepitu forastico intentionem. Unde et stare dicitur, quia crebris ab ea conflictibus laboratur. Dum enim ab Herode occidendus quæritur, dum Judaico jam juvenis livore impetitur, dum præcipio tentatur, dum convitiis obruitur, dum ultimo cruci addicitur multo actualitas in ea animi bello distenditur.

*Domine, inquit, non est tibi curæ quod sora mea relinquit me solam ministrare? (Ibid.)* Quod est ad ipsum Verbum, cui audiendo contemplatio vacat, dicere : Cum sim et infantis obsequiis, et juventæ infortuniis continuis vexationibus occupata, et compassione detrita, nullus hic locus contemplationi et

A internæ quieti jam est, in quo laborum et dolorum detentio crebra hanc obsidet. Et qui pro his illam certum est extra se, velit nolit, fieri, jube eam ad unum actualitatis officium cohiberi. Nulli namque dubium est quod in corde beatissimæ Virginis maxima inter utrumque statum super hoc altercatio fuerit, dum hinc in Deo videndo delectatur, illinc corporali ejus cura distrahitur. Sed attendendum quod dicitur *solam*. Si sola actualitas ministrat, profecto contemplatio vacat. Quæ utique si aliquando actualitati inflectitur, procul dubio annullatur. Quæ ergo sine interna quiete nil agere sinitur, dum erga plurima conturbatur, ad spiritualia non levatur. Quomodo itaque illa quæ se solam relinqui queritur, ab ea quæ inter molestias nulla est, adjuvatur?

B Sed ipsa actualitas a contemplatione auxilium habere videtur, cum mens uniformiter quod in se præponderat, exsequitur; nam cum actualitas aliorum tendit, et mens contemplandi avida secreta requirit, ex eo ipso quo de curarum multiplicitate se retrahit, quasi sorori officiosæ opitulari desistit. Itaque adjuvaret, si a desiderio speculari quiesceret. Solam igitur non relinquit, si mens quæ contemplari proposuerat, actualitatis curas non refugit. Contemplatio ergo quandiu Deo speculari feriat, solam actualitatem non adjuvat. At mens si a contemplandi amore fatiscat, in quantum ab eo deficit, liberius jam actualitati insistit, et ex hoc solam adjuvat.

C *Nisi Deus se carne contexisset, nunquam ferri potuisset.* Attamen Dominus unum esse necessarium pronuntiat, ut enim de gloriosa illa femina taceamus, quæ per ministerium, quod carni illi sacrosanctæ exhibuit, ad divinitatis suprema pertigit, omnis sanctus non nisi per fidem amoremque humanitatis ad scientiam pervenit divinitatis. Unde est : *Nisi ego abiero, Paracletus non veniet (Joan. xvi, 7).* Officia quoque, quæ suo, dum adviveret corpori exhibebantur, approbans ait : *Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis (Matth. xxvi, 11).* Quid ergo benedictæ illi magis necessarium quam corporis Dominici ~~300~~ integumentum? Quod dum texit, superni numinis sacramentum, multum ei ut ad internum lumen integeret, præstitit adjumentum. Si enim Christus se carne non tegeter, purus ille deitatis ignis quo se caperet? Et certe ne ipsa quidem caro, Deo in se latente, tolerabilis esset, nisi mentis ejus sinum virtus Altissimi obumbraret.

*Continuo Dei visione in terra posita est B. Virgo. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea (Luc. x, 42).* Licet igitur beatissima Virgo dulcissimi Filii corporalibus nimium distrahi videretur incommodis, et exterioribus detineretur officiis, nulli tamen credibile sani capitis habeatur quin illa, quæ Deum universitatis auctorem intra se contulerat, unquam ejus quem semel totum hauserat, quod nulli humanæ creaturæ est licitum, continua contemplatione vel ad horam fraudaretur; quibuscumque enim Filii angeretur doloribus, nunquam tamen fidei ejus,



quem indubie Deum noverat, fervor intepuit, præsertim cui dispensationis ipsius occulta dispositio nequaquam fuit. Nam quod de nullo sanctorum creditur, de illa universitate divinitatis tantum non dubitatur habuisse residui, ut quaque versum se ageret, nunquam a Dei visione desciret; quæ enim plus habuit in terra quam angelus, non minor angelo esse debuit post tanti beatitudinem partus. Si namque in angelis, qui ad ministeria diriguntur salvandorum (Act. II, 2), irremotus quocunque se vertant contemplationis tenor invigilat, quid in tanta tam ineffabili Genitrice agitur, quæ proinde præ angelis regnat? In mente plane ipsius sancta, imo, ut ita dixerim, subdivina, absurdissimum est intelligi potuisse, post exhaustum tanti sacrarii locum, aliquod incidere detrimentum, ut quod parturiens habuerit, fuso partu perdidit. Et siquidem plenitudinem divinitatis corporaliter concepsisse dignoscitur quod totum jam enixa non habuit, quidquid tamen ad gratiam, gloriamque cordis pertinet, nullo modo minus habuisse a fidelibus æstimatur. Sicut sane sanctus Spiritus, cum super apostolos et credentes per linguas apparuit (Act. II, 3), recedente miraculo in eorum cordibus per scientiam, fortitudinem, et amorem sine imminutione remansit, ita post exhibitionem cœlestis puerperii, excellentia divinæ amplitudinis in virginea mente, sine ulla contemplationis pristinæ minoratione resedit.

Recte igitur dictum est, *Non auferetur ab ea* (Luc. x, 42), quia sicut in ipsa facta sunt nullorum sæculorum eventibus similia, sic qua semel imbuta est, eidem perseveravit animi eminentia; alioquin si post partum desiisset, prædicta virtus videretur functoria. Etsi ergo conceptus tempore hæc in Virgine vixit gratia, hac scilicet quasi conditione ut teperceret, aut desineret postea; unde ei in cœlis præter humanum modum terris, et inferis tanta potentia? Profecto ubi initium et finis tantis privilegiis convenire; media nunquam fateor detrimento alicui patuere. Ad hanc itaque cessit optimæ partis electio, quia quibuscunque famulatus intra ipsam Martha discurreret ad internæ semper dulcedinis nucleum ejus convertebatur optio. Unde et Maria *stella maris*, aut *illuminatrix* dicitur; in mari nempe ex quo turbatur erga plurima stella et illuminatrix est, quia in tentationibus sæculi, quas actualitati inserviando aliquoties patitur, jugi et invicta inter turbines speculationis luce fovetur. Hæc de capitulo præsentis dixisse sufficiat, ut videlicet ostenderemus quomodo hujus ineffabilis Dominæ prædicationi conveniat.

#### CAPUT VIII

Præterea et Isaianum illud discuti operæ pretium æstimamus si forte præmissæ arrideat: *Quomodo, inquit, descendit imber et nix de cœlo, et illuc ultra non revertitur, sed inebriat terram, et infundit eam, et germinare eam facit, et dat semen serenti et panem*

*A comedenti, sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Non revertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, et prosperabitur in iis ad quæ misi illud* (Isa. LV, 10, 11). Imber descendit, cum angelus ad Virginem verba incarnandi deposuit. Nix de cœlo venit, cum se a Patre sanctus Spiritus non virginum sublaturus, sed candorem munditiæ ei superexcellenter aucturus infudit. Qui enim potuit dare conceptum prius in ea per fidem (<sup>1</sup> [26]), cum actuali abolevit originale peccatum. Illuc ultra non revertitur, quia mens benedictæ illius a percepta nunquam spiritualis gratiæ prærogativa cassatur. Illuc nempe reverteretur, si suscepta in vacuum sine fructu accipientis ad Deum qui dederat, referretur, et hoc est pars Mariæ, quæ ab ea non auferetur (Luc. x, 42). Inebriat autem terram, cum insensibilem, ad universos passionum internarum motus, sanctus Spiritus Mariæ reddit conscientiam. Ebrietas enim sensum doloribus illatis adimit, postmodum infundit, cum non aliunde sed ex se ipso concepturam imbuit. Nota dictum. Si secundum litteram loqueretur, prius infundit, postmodum inebriat, poneretur.

**301** Germinare eam facit, cum sine semine nostræ redemptionis pignus hinc elicit. Cum germinare dicitur sine præmissæ sementis memoria, indubie innuitur singularis benedictæ Mariæ in conceptu munditia. Dat semen serenti cum quæ spiritualiter concepit, cum eo quem peperit spirituale etiam semen emittit. Semen serenti exinde datur (Isa. LV, 10), cum generalis sanctorum prædicatio ex Christi incarnatione exhorta dispergitur: sed hoc doctoribus. Et panem comedenti (*Ibid.*), illud videlicet qui de cœlo descendit (Joan. VI, 33), et qui quotidianus a nobis petitur, nulli alii debitum, nisi qui avida eum cordis fauce complectitur.

Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo, nullis dictionum motibus explanatum, sed incircumscriptæ rationis arcano ab humanis conatibus disparatum. Hic est liber ille qui ab hoc ipso propheta sumere grandis jubetur. *Sume, inquit, tibi librum grandem, et scribe in eo stylo hominis* (Isa. VIII, 1). Hoc nempe Deus apud Deum Verbum stylo, id est intellectu solius Dei capi poterat; sed ut capi utcumque ab homine posset, circumscribi humanitus voluit. Hoc ergo Verbum egredietur, cum se visibile per carnem exhibere dignatur; et hoc de ore, id est de spiritu; ore enim spiritum emittimus. De ore namque egredietur, qui ex sola spiritus puritate in Virgine procreatur: *Non revertetur ad me vacuum* (Isa. LV, 11). Vacuum plane rediret, si Dei Filius ad id quod cœperat inefficax exstisset. Nota quod superius dicitur non reverti, hic etiam, sed non vacuum: a virginea enim se nunquam ne ad modicum, mente retorsit, sed qualem in filio denuntiando reperit, usque in finem proprium, perseverante eadem animi gloria, semper florentior in

(26) Ciffris minutioribus revocatur Lector ad notas quæ seorsim post Opera Guiberti eduntur.

seipsa coaluit; Filius autem licet non vacuus dicitur reverti, qui visibilitatem quam assumpserat, dexteræ necesse erat paternæ restitui. Is facit quæcunque Pater voluit, dum salutem humanam non sine suo cruore exercuit, et hoc est quod nequam vacuus rediit. In iis vero ad quæ mittitur prosperatur, præsertim cum a sua dextera, quod est divinitas, mirabiliter deducatur, quia ex eo quod passus est, nemo in eum pie credulus non salvatur.

Cui illud quoque haud multum dissimile est, quod idem alibi ait: *Rorate, cæli, desuper, et nubes pluant justum, aperiat terra et germinet Salvatorem* (Isa. xlv, 8). Quid sunt cæli nisi arcana consilia divinitatis? Unde ipse Filius: *Ego, inquit, de supernis sum* (Joan. viii, 33). Cæli ergo rorare dicuntur, cum divinæ miserationes hominibus propitiaturæ flectuntur. Nubes pluunt, cum quod in se continebant, super Christo nascitur dicta prophetica evidenter ostendunt. Terra aperitur, cum a benedicta Virgine verbis angelicis felicissimi uteri, imo beatissimi animi sinus obedienter panditur. Hæc est illa terra de qua dicitur: *Benedixisti, Domine, terram tuam* (Psal. lxxxiv, 1); ex qua benedictione, id est a Deo ingenita fructuositate captivitas Jacob avertitur. Hæc est etiam, juxta librum Sapientiæ, terra posita in immensæ castitatis arido; et campus, quem nullus conjugii vomer exciderat, sponte germinans ex humilitatis profundo (Sap. xix, 7). Nota proprietatem verbi quia non de satis, sed de sponte nascentibus germinare dicitur: quod ad Virginem refertur.

#### CAPUT IX.

*Quam gratum est Filio matrem Virginem laudibus extollere.* — Ad laudem communis Dominæ hæc tantilla perstrinximus; in quibus etsi parum fecimus, affectum nihilominus ostendimus. Cujus gloriæ summam tametsi anima nequaquam capimus, nedum lingua solvamus, conatum ipsum tamen non sine præmio magno esse putamus, licet plane mentis devotionem vocis officia nulla commendent, et ad supplendum quod sentimus facultas parva suppeditet, verum affectare feminam illam, et præcordiali amore complecti; non modo ipsi gratificum quæ ubera infinitæ pietatis præterdit ad omnes, sed singularis etiam et aditus per ipsius honorificentiam ad Filium, qui non minori voluntate acceptare dignoscitur quidquid ei reverentiæ exhibetur, quam si suæ cantarentur laudes. Si enim in sanctis suis Deus laudari, jubetur (Psal. cl, 1), et hoc ideo quia quod de eorum virtute retexitur, ad Deum, qui dederat, non immerito reportatur. In hac ejus peculiarior laus est, quæ non solum in eo præcellit quod mater est, sed quod ad levandam nostram miseriam ineffabiliter acclinis est: quod certe apud eam ex debito constat, quia quos Filius sanguine liberat, dignum est ut hæc sereniori dignatione

A confoveat; plane et ipse inter homines sexus viscerum plenior esse solet.

Quamprimum igitur, cum sit Deo, qui misericordia totus est, plena, nec natura vacet, qua fit miserendi studio prona, et id amare debeat ex debito, pro quo se Filius addixit patibulo; in ipsa nostræ intentionis figamus anchoram, cujus vox universorum intercessionibus præstat cum venerit coram. Et cum penes liberalem Filium in hoc sæculo soleat in tantum præeminere matris auctoritate, ut magis jubeat quam exoret; ille qui quondam se ei fuisse non diffusetur subditum, non poterit, securus dico, in omni re illi præstabilem negare seipsum; et quod, ut humanitus loquar, non prece, sed nutu illa intulerit, procul dubio constans erit; et quis sanctorum illa significante tacebit? Quæ cum omni supercælestium agmini spectabilis ac reverenda credatur, cum sanctis cæteris super suis petitionibus haud morosa a Domino audientia non negatur. Tum isti post Filium super omnia benedictæ quidquid libuerit, præ omnibus quanto præstantior est ad vota præstat.

*Cur beata Virgo illis temporibus miracula ediderit.* — Inde est quod fidem, quam de ejus excellentia habemus, huic nostro tempori ostentis potissimum mirabilius astruit. Et corda, iniquitate abundante, torpentia ex iis recalificans, munificentiarum insolitarum impensione recolligit: hæc eadem namque signa, quæ antiquitus fidei ædificandæ valuerant, jam nunc eidem sine operibus vix constanti et moribus erigendis valent. Unde ipsa ingenitæ benignitatis haud immemor, non minoris modo gloriæ portenta percelebrat, quam quondam mundo adhuc fidelioe sueverat. Hinc se post Jesu Domini nomen unicam cui respiscamus edocens, et suum quasi ultimæ necessitati concursum necessariorem declivibus sæculis indicans; quia enim hodie non est prædicator qui mutiat, ipsa seipsam quæri debere, sequæ etiam non rogatam opitulari velle signis enuntiat. Igitur quoniam quanta sit, quantumque veteribus portensa præconiis significare voluimus, dignum est etiam ut quæ nostra ætate peregerit intexamus. Rei autem gestæ locus, ac testes tanta sunt contiguitate probabiles, nec sua numerositate putabiles, ut scrupulo vel insanus hæerere non debeat.

#### CAPUT X.

*Miraculum de muliere, Teodeberta nomine, ab igne liberata* (26\*). — Chiviacus villa est episcopi Laudunensis, ab ipso oppido interstitio ferme duorum millium distans, in qua vir quidam cum sua conjugæ commanens, filiam ex ipsa inter alios liberos extulisse dignoscitur. Quæ annorum nubilium cum habitudinem attigisset, et jucundiori tunc temporis opportunitas substantiæ arrisisset, adolescenti cui-piam nuptum datur. Hunc utriusque parentis affectio sibimet charitudine tanta contraxit, ut sine

(26\*) Vide Herman, lib. iii, c. 27, in Append.

privatæ rei dispendio juveni cum puella sub eisdem ædibus mensa thorusque forent. Cum igitur in paternis illa cum viro sic ageret, et mira mater diligentia eum causa filiæ excoleret, non major poterat reperiri puellæ amor ad puerum quam socrus ad generum. Ipsa igitur celebribus eum ornabat induviis, opipare satagebat in epulis, ipsa faciem ac crines eluere, cubitum ituris mollia sternere, quærenti mancipium prima assistere, officium, præter thalamos, in omnibus præoccupare filiæ, et, ut universa contraham, non matronæ imperium, sed discursus exhibere pedissequæ; nihil tamen adulterinum moliebatur hæc cura. Ut scilicet quasi ad se ei ingerendam distraheretur a filia, sed ut ætati lubricæ propriis filiam obsequiis commendaret, et adolescenti totis urbanitatibus accurato filiæ affectum alliceret.

Interea diaboli versipellis astutia in partem retorquere sinistram quidquid benevola intentione fiebat, et socrui per maledicos nævum multæ fœditatis inurere, quod videlicet nequaquam gratia prolis id faceret, sed ut eidem pro filia sese mutaret. Cum igitur incrementum sumeret in dies tam absoleti rumoris acerbitas, et mulieris animum concuteret tantæ falsitatis intoleranda malignitas, quanto se sentiebat superillatione probri hujus insonem, tanto ægrius ferebat dici unde quod pietatis studio exercebat, vulgi ipsa verteretur in fabulam. His itaque post aliquod tempus evicta molestiis, cœpit quem tantopere arserat subito fastidire juvenulum, verens ne de cætero nota viveret, si eum quotidie præ oculis haberet; unde non a suo eum, quod satis esset, contubernio dirimere, sed perimere jam destinat. Boni enim consulisset, si eum solummodo a sui frequentia dimovisset; at illa ad ferrum se contulit, malens hominem de medio fieri quam obscenæ pateret opinioni.

*Mulier generum occidendum jubet.* — Autumnali itaque tunc tempestate promotâ cum duobus pueris pactum ex placito locat, vicenos cuique solidos pollicens si eum, uti docebunt sequentia, trucidarent. Erant autem ii, ut fertur, genere Nervii, qui, vindemialibus lucris adacti, in provinciam Laudunensem sese contulerant. Ibidem ergo aliquandiu cum mercedis tum inusitate escæ novitate moratos mulier prælibata sponsione aggreditur; iidemque acres ex natura, animo, pretio exacuti, explendo facinori coarmanur. Quadam igitur die virum proprium ex industria quidpiam foras acturum dirigit, filiam pariter aliorum falso nacta occasione transmittit. Quibus ab æde digressis penum mulier secreto aperit, conductitios satellites introducit, hocque a foris obserato, generum nec mora ut vinum pransuris exhibeat sollicitare intendit; qui sumpto ocuis lado cellarium reserat, sed priusquam in vas vina deponeret, ab iis qui latebant intro pervaditur, et illico strangulatur. Quod factum cum illa rescisset, jubet corpus statim ab ejusdem sceleris auctoribus tolli, et in domus superiora dela-

Atum lecto, quo cum filia cubitare consueverat, supinari, sabanoque ac vestibus ac si somnolentum operiri.

Exacto interea exiguo temporis spatio, herus domum rediit, ac filia; et de prandio in commune tractare cœperunt, quibus solitum accelerantibus larem, filiæ mater eloquitur: Vade, ait, et maritum, qui modo dormitum sese deposuit, excitare festina. Procedit ad stratum usque juvenula, soporatum juvenem nomine vocat, tactu quoque morantem provocat; cum ne utique ille compellanti ac vellimenti conjugii responderet, defunctum cunctis complosis palmis inclamitat. Concitatur familia, vicinia glomeratur, tanto miserabilius subito illius illacrymantes casui, quanto justius super ejus intestatione dolebant. Funere igitur ab omnibus vera animorum ægritudine conclamato, mater generi, imo filiæ homicida fucatis mœroribus obstrepebat, cæteris placidior ejulabat. Tanto ergo lamentabilius bonas hominis habitudines, lepiditatem morum, verbi elegantiam, scitæ insignia formæ, et ad hæc obtutus prosequeretur invisos, quanto magis infaustæ crudelitatis ausus fieri verebatur apertos.

*Pœnitet ac crimen sacerdoti aperit.* — Quo talibus modis elato, mulier et eventus utrobique siluit. Verum mulier fœdi facinoræ conscia ad se verum prima prosiliit et infructuosi pœnitudine criminis acta presbyterum, cujus diœceseos erat, facta confessione consuluit; a quo tanto malo convenientibus addicta jejuniis, aliquandiu sub eodem medicinæ spiritualis fasce delituit. Plurimo autem emenso tempore inter ipsam et presbyterum oboriri contigit similitates; quam presbyter canonicæ conditionis impatiens, quo atrociori potuit jaculatur probro. Generi necem fronti mulieris impegit. Hoc parentes juvenis ac si terrifico tonitru experrecti, ad prætorium Iberti vicedomini Laudunensis rem referunt. Is quantum in re militari vivacior, tantum exstitit in episcopii publica procuracione ferocior. Quid verborum laciniis trahor? Vicedominus villæ se intulit, feminam corripit, juri sisti, causam exigit, mulier non diffitetur, sententia Lauduni ferenda differtur.

Porro dum cum ipsa idem causidicus cognationis ejus aliquos eidem notæ subigeret, in me, ait, unicam his liberis arma contorque. Neminem noveris pro certo conscium iniquitatis objectæ. Erat vero Elinandus per id tempestatis episcopus, vir plane quantum litteraturæ invalidus, tantum administrationi forasticæ, et ecclesiasticæ præsertim institutioni non nescius. Latione igitur sententiæ pontificis traducta in curiam, cum vicedomini hæreret animus quid facto conveniens videretur, a quodam grammatico ei suggeritur, quod digne talis culpa incendii plecteretur; quod ille pro suorum morum acredine cum avida fauce legisset, quasi censuram publicam sua allegatione id roborat. At illa adeo triste iudicium cum sibi accessisse prospiceret, quæ jam diu facti pertæsa doluerat, nunc miserabilius sæculo

huic desperata concutitur, quoque magis ei impræsentiarum omnia præciduntur, eo universa animi acies statui futuro exponitur.

*Dei genitricis implorat auxilium. Illasa medio in igne.* — Ab apparitoribus itaque postulat ut ad cathedralem misericordissimæ nostræ Matris ecclesiam ire liceat, et quis id profanus abnueret? multo comitatu qui pro puniendæ exitio spectando conveniant, miserabiliter succenturiata progreditur, et media basilica ad suæ purgationis cumulum, reatum proprium sub generali audientia confitetur. Deinceps communis sæculorum Dominæ pietatem humi imploratura consternitur. Quantis ad eam, quæ neminem, miserum aversatur suspiriis, quanto angore rugierit, ipsa ex sequenti testificatur eventu. Inde a suo exsecutore citata, petiit ab oratione supplicium. Ecclesia Beati Justi, paululum montis devexo posita, circumsitis illic Britonibus oratorium præstat. Illic ministri vicedomini in promptu habuere tugurium, ad cujus furcam pedibus ac brachiis feminam sola tectam subucula colligantes sumptis ex vinea proxima arundinibus et spinulis. Illius antra tegetis struæ multa conferciunt, ignemque subjiciunt. Quo exesa materiei congerie in favillam prunasque deposito, mulier consumptis libera nexibus stare videtur in medio.

At parentes generi, quem illa peremerat, ejus invidentes saluti et ereptionem ejus ignis deputantes inertæ, animositate sacrilega rursus ad sarmenta, fruticesque concurrunt, focus circa illam usqueaque reficiunt, qui etiam impietate quam rabida, quæ solius sumi vaporibus poterat offocari, liberatam miraculo non credentes, porrectis per ignis medium hastilibus atrocissime fustigabant. Quod solum valde eam focus innocentibus læsit; nam cum tota hæc profligata fuisset ambustio, remanserat item discriminis expers. At vicedominus tantæ spectaculo novitatis attonitus, omnibus nostratium regionum personis et partibus inaudito, barbariem protinus exhorruit rusticanam, eosque a propulsanda jam sancta femina heroica, ut par erat, severitate dispeccuit, et per officiales extemplo directis ignibus sibi asciri præcepit. Qua sibi exhibita, dum eam circum circa ex circumstantiis eventum aucupando dispicit, non dico interulam, sed ne crinium vel ciliorum particulam ne minime quidem addictam læsioni comperit, in quo potissimum sola vincula experta ignes obstupuit.

304 Assumpta itaque ille Laudunum ipse contendit, et satis copiosiori urbem frequentia ingreditur ad gloriam, quam pridem habuerit cum proficisceretur ad pœnam. Quam vicedominus cum domum propriam divertere potuisset, et curam inflictis doloribus adhibere, beata illa renuit, sed non alias plane ituram quam ad eam, quæ se salvaverat, dixit. Vestigium igitur ad ecclesiam retorquet, media basilica dominæ suæ pro beneficiis nostro tempore

A inauditis gratulatura provolvitur. Indicibile est quid ibidem fuderit lacrymarum. Tacebimus jubilos qui multipliciter singultuum exhalabant, cum nusquam cohibere sese valeret turba videntium, quibus superexcellens, super tantæ subsidio peccatricis generaliter præbebatur exemplum.

Tunc eam vicedominus sola indutam linea cum pavimento hæreret, sublata ab humero lacerna operuit, et post inexplebiles orationes et gratias, a terra exemptam domum ducit. Quam quia hastarum impulsibus læsa erat, et ignium commaculata favillis, balneis, et quibus potuit fomentis, nec non et stratum mollitie mulcens, dum se putat restituere sospitati, post triduum consuluit Deus ipsius sempiternæ saluti; tertio enim die salvatricis suæ manibus spiritum securam deposuit. A qua plane potuit corporale exitium deprecari, in anima meruit fusa libertate beari; ex quo etiam benedictæ ipsius claruit misericordissimum pectus; quod cum feminæ illi tanta viscera in exteriori periculo prætendisset, post gratiæ suæ experientiam noluit eam mundana denuo conversatione fœdari, sed mox quam cremando imaginarie sine læsura purgaverat, ad apicem supremæ liberationis eduxit. Vocabatur autem mulier eadem Teodeberta (27).

#### CAPUT XI.

*Miraculum de viro qui quod arari præcepisset B. Mariæ Magdalensæ festo die plexus fuerat, sospitati redditur.* — In Gratianopolitano territorio vir quidam ex vidua, quæ sibi nupserat, privignum habuerat, qui dum vitrico bubulci ferret officium, dies beatæ Mariæ Magdalensæ natalis obvenerat, quam idem juvenis indictione sacerdotali cum audisset ab opere forensi inhibitam, vitrico agricultum imperanti reverentiam vetitæ solemnitatis objecit. Vocabatur autem idem Petrus. Vicit vitrici jurgantis imperium, bovesque aratro subjungens cum ipsius operis, ac animalium exsecratione prosequitur. Cum ergo jugibus cœpta maledictis illapidat, inutile sibi exauditur ad votum. Nam boves ac utensilia motis subitaneo tonitru elementis, fulmine absumuntur, et ipse qui id fieri exegerat, imprecando, supplicio atrociori quia diuturniori addicitur. Quæ enim bruta ac lignea cœlestis flamma voraverat, eadem ejus D pedi extemplo subripuit, quem in brevi cum reddidisset exesum, tibiam quoque pervadens cruris pariter suprema corripuit; carnes namque vorans, nervorum duritia tabidis fluoribus latescente, ossa retexerat, eademque casu quotidiano usque ad geniculum hac illaque disperserat; ad hæc cruris pulpa deficiens usque ad ipsa narium inguinumque contigua nudo osse jam male pendulo, pari sententiæ succumbebat.

Cum igitur pro misera sua habitudine, et putori, et pudori suis cœpisset esse parentibus, totum subsidio divino se contulit, et ad quamdam ecclesiam beatæ Mariæ Magdalensæ nomini dedicatam efferri

(27) Herman. lib. iii, c. 27, in Append., eam appellat *Soiburgam*.

: nec id plane injuria, ut cujus temerata A occasio punitionis exstiterat, si sibi placeat ra tandem remedii causa rursus existat. Cui anator quam sperabatur a plurimis eventus nam sacer ille, qui partes jam corporis es attigerat ignis, merito illius exstinguitur, pedes Jesu concupiscentiarum ignem exstinguit lacrymis. Interea unius experientia pie- i jamque majora præsumens, cum ab extre-ibus prorsus esset inutilis, comperit quam- clesiam Dei genitricis, communis dominæ, us ubique dici miraculis insignem; habebat olyti martyris memoriam, ad quam cum se mpetrasset, ingreditur navem, quam dum ascendere, os illud quod protendebatur quo nescio infortunio pupi illiditur, et a page resolvitur. Quod ille sumptum cum ad n appulisset, intra parietis ecclesiæ foramen it.

igitur inibi crebris obsecrationibus mundi are reginam, ut quod aliis impendebat va- us, sibi prorsus impoti non negaret. Conti- ierat Natale Dominicum, et miles quispiam m intuens basilicam reptando subire, elec- causa in domum propriam declinare suasit. go illic aliquandiu desedisset, die quadam um proxime defluentem sese contraxerat, et i, qui veteris vulneris stillabat ex venula, manu laticibus eluebat. Quod procax aliqua ttendens intulit. Frustra niteris, Petre, quia m aut coxam, aut tibiam, habiturus es dein- inc Petrus vocem ægerrimo concepit affectu. estate præfati uxor militis partu edito de- at, miles vero, ut familiaris illa rem gere- alteram domum concesserat. Pedissequæ escio quid acturæ, a camera in domum ex- i devenerant, et Petrum subaudiunt 305 planctibus ingementem, quorum gemituum æc fuerat: Virgo et mater super omnia be- cum beato martyre Hippolyto in visione jus astiterat, quæ martyri, ut jacenti vide- imperabat. Restitue, inquit, eum antiquo Martyr vero imperanti humiliter obsecun- us, tibiam, pedemque quaquaversum olim divinitus ad instar futuræ resurrectionis in compacta, recolligens, corpori ejus ac si m arbori cœpit subjungere. In qua inser- atis torquebatur angoribus ut vicissim non moribus substridendo, et crebris rictibus, rumque motibus quid pateretur indicando, is ancillulas quæ per donum vagabantur

ntigitur, et illato adjacentis cubili faro, dum cque dispiciunt, duos pedes Petrum et duo crura reperiunt. Tantus illico ex hoc intuitu s stupor exanimat ut se non eas quæ vened mutari in alteras æstimarent. Contrecta- ra vera membra quæ tetigerant, sentiebant. ra inde id tam insolitum sibi prouverat

A æstuabant. Tandem difficillime excitatus, quis sibi restituisset amissa, a feminis perrogatur. Dixerat, inquit, mihi funesta mulier quia nunquam coxam, tibiam aut pedem essem habiturus. Cumque aperuis- set oculos benedictam cum martyre Virginem adhuc lectulo æstimabat astantes, quibus invisibiliter ab- sentatis, rem refert. Interea ad dominum curritur domus, eique insuspiciabilis ille narratur eventus; cunctatur diu. Nænas quæ ferebantur existimat, ab asserentibus tandem victus suis se ædibus infert, videt, vix præ stupore ad fidem se cohibet. Intra idem oppidum fratrem miles habebat unicum, cui super ipsa fortuna statim direxit nuntium, quem ille ex pridianis uxoris fetæ epulis appellavit ebrium; at vero postridie oppidanis jam illo ruentibus frater B ille factum videre sustinens credit.

Additur ergo illi miraculo mirum quiddam, quod novum illud Dei opificium, et infantili teneritudine impari prorsus robore, et minus congrua inventi majestate. Coxa distabat a veteri in qua ex cruris alterius asperitate atque grossitie compositio valde diversa videbatur haberi; et hoc erat quod eorum qui eum ante non noverant valde adnitebatur fidei. Non tamen poterat cruri vetusto ad corporis sustinentiam ullatenus exæquari; attamen quorsum- cunque migrabat, quocunque videbatur in loco, totum divinæ commilitabat laudi, quod in ejus carne tam mirabiliter constiterat celebrari. Anno itaque integro magnificentia miraculi in ho- mine claudicavit. Quo obducto, super omnes crea- turas post Filium, et per Filium benedicta cum suo Hippolyto, sub eadem quæ prius venerat et nocte, et figura revertitur. Cujus novum plasma cum jubente piissima martyr beatissimum contrectare cœpisset, quidquid illi annotinæ creationi defuerat, excepta teneritudine cutis, et specie novitatis veterano fenori simillime conformatur. Experrectus igitur, et visionis veritatem ex habitus pristini melio- ratione persentiens, dum superni spectaculi itera- tionem gestu suo cunctis enuntiat, et fidem facti roborat, apud Deum, et Dei opera, nil existere imperfectionis acclamat.

*Leodegarius Vinariensis episcopus discutit miracu- lum.* — Præterea cum ubique loci rei adeo inusi- D tata ferretur opinio ad Leodegarium Vivariensem, qui nunc advivit, episcopum pervenit relatio, id ipsum plane in Gratianopolitano territorio, unde homo erat oriundus, fieri cœperat, sed in diœcesi Vivariensi finis obvenerat. Episcopus ergo insolito omnimodis rumore percitus, cum die quadam plurima proce- rum frequentia causas acturi coram eo venissent, adfuit et is cujus domo acta res fuerat cum fratre proprio. Ad quos sic oravit episcopus: « Cum vos inter omnes diœceseos meæ viros veraces ac con- versationis legitimæ norim, obtestor vos coram hæc probabilium præsentia personarum, ut quæ since- rius dici a vobis quæunt super signo illo, quod apud vos gestum prædicatur, referatis in omnium qui præsto sunt audientia. » Qui assurgentes uti relata

sunt retexuerunt omnia; a quibus etiam post perorationem ob astantium scrupulum dimovendum, certitudinem sacramenti exegit. Quo præbato, dilatis illico quas dicturi erant causis, pariter episcopus et proceres castrum adeunt, et hominem in ecclesia turba circumstante reperiunt. Aggreditur Petrum episcopus, et primum de infortunio sciscitatus causas audit cum effectibus. Demum fortunæ recentis eventus inquirens auribus relationem, ac rem obtutibus haurit. Perscrutatur denuo utrum aliquibus conjicere valeat argumentis, si eadem sibi essent insita membra quæ prius an altera, respondit ille se nescire: « Non, ait, possum me hac illaque pro curis ipsius novitate dispiendo torquere, vos potius scrutamini, et si in ipso cicatricem reppereritis ipsum quod quondam habuerim fore noveritis. » Subtilius quærun, nec mora vulneris signa conspiciunt, nec diffitentur mirabilem Deum.

Igitur recedente episcopo cum ille pro tanta sibi impensa gratia quam Deo redderet vicem cogitaret, ad hoc tandem animum appulit, quatenus a forensi quod omnibus ubique erat factus theatro, Deo victurus soli sub reclusionem secederet, et quia **306** erga se inaudita fecisset, dignum retur ut conveniens Dei munificentiam quid ageret. Itaque divinæ speculationi sic vacans, cum de omnipotentis beneficio humanæ visitationis præmia nulla jam quæret, invenit diabolus contra ejus immunitatem quid machinarum ingereret. Sciebat plane maximum intentivum ad affectandam Dei genitricem, et ad sperandas magis ac magis ejus misericordias id miraculi omnibus accidisse. Unde nitebatur ex aliqua morum ejus corruptione, divinitus in ipsa perpetrata fœdare. Quem ergo insolentissima Deus pietate sanaverat, insolentiori diabolus infestatione pertentat.

Intempesta enim cujuspiam noctis hora dum cubitum sese deponeret, inopinatum ad purum sine exuviis species, imo vera effigies sibi mulieris apparet. Quæ cum cætera corporis, tum maxime puerperii ignominiam impudenter ostendens, ad fœdos usus lenociniis moliebatur allicere. Porro blanditiis minus agens, hominem terrore mactabat, cum neutro posset, injectis etiam manibus pellicere vi volebat, et quo ille vivacius flagitio resistebat, tanto pestis hinc et inde rabidior incumberebat. Ab illa ergo nocte omnibus se ei noctibus femina ipsa præbebat, et quibus poterat versutiis turpi licentiæ inurebat, intantumque fatigabat ut mane ad se venientibus visitandi gratia vix respondere valeret, vix id quod perpetiebatur edicere.

Cum igitur multis quod ab eo ferebatur veniret in scrupulum, accidit supervenire castro illi quem prælibavimus Vivariensem episcopum. Ea denique nocte quidam equites cum cereis suis pro reverentia proximæ basilicæ, cui ille appendicem habebat cellulam, in ipsius vestibulo vigilabant. Et ecce in ædicula interiori ubi commanebat solita de qua audierant turba perstreperat; ad fenestram itaque sese

A propriunt, intro prospiciunt, et in medio Petri conflictum atque mulieris attendunt, quorum ille robotior præsentia jamjam lassabundus exclamat. Pro Deo stolam sibi ab ecclesia sacerdotalem ocium exhiberi; qua raptim sibi injecta, collo diabolicæ illius pellicis implicuit. Et in tantum perniciæ illius jugulum torsit ut eam pavimento prosterneret, ac penitus suffocaret. Hoc in crastinum milites episcopo referunt. Adest episcopus, victoriam stupet quam per Petrum exercuit Deus, clientes proprios dirigit, qui tecto relecto, et fune demisso, gulæque innexo extraxere anum ingentissimam, et ab oppido elatam addixere sævis ignibus concremandam.

Postquam autem eam Petrus offocavit in cellula, tantus fetor ipsum qui sacris illam armis peremerat et astantes obsedit ut nemini ambiguum foret cadaver turpissimæ cujuspiam exstitisse, quod diabolus induisset. Cui opinioni hoc non minimum præstitit argumentum quod in fenestrellula latrinarum panni scissi ac putridi reperti sunt. Et quis hos alios esse putaverit, nisi hos quos circa se impurissimum illud in obvolutione sua cadaver habuerit? Etenim per fenestram illam irruere consueverat. Denique additur a quibusdam, a quodam etiam constat scripturæ mandatum, quod, triumphato hoc modo diabolo, consilio pontificum Gratianopolitani ac Vivariensis abdicata reclusionem quasi periculosiori statu, monastico contubernio quasi contigui solatii gratia sese contulerit. Quod minus ideo ratum constat, quia Vivariensis episcopus, qui hæc ipsa quæ magna ex parte viderat, domino nostro regi excellentissimo Ludovico, præsentem venerabili Guillelmo Catalaunensi episcopo retulisse dignoscitur, nil tale dixerit. Et hoc quam nuperrime a Vivariensi auditum Laudunensi episcopo domino Bartholomæo, et mihi cum ante paucos dies Catalaunensis ipse narraverit, cum Petri monachatum ei, sicut ab aliis audieram, objecissem, Vivariensem nil super hoc dixisse perhibuit. Nec mea vel cujuspiam interest utrum monachus sit, vel non, cum sit credi operæ pretium, ipsum bonum sub quocumque degat proposito habere studium, cui tantum Deus tribuerit post exhibita in se signa triumphum.

D Ecce benedicta ista quod desperatissimum est apud homines, quam ambienter efficit. Et certe si in sancto quolibet viro tale quid patravisset, merito id fieri acclamasses, verum in bubulco simplici et omnium in scio, quid, nisi consuetudinariam gratiam, dices? Raro enim alias se mirabilis ipsa glorificat, nisi in iis qui eam rogare nesciunt, aut extremo peccatores sunt. Nec id injuria, quid enim obsequenti sibi dabit ipsa justo, si tantum fit pia ac visceralis averso? nec super hoc ipsa degenerat. Venit Filius suus non justos, sed peccatores vocare (*Luc. v. 32*). Qua enim ratione humano generi matrem se magis esse monstrabit, quam si offensos sine meritis ad se contrahit?

#### CAPUT XII.

*Miraculum quo B. Virgo adulteram convertit*

eterea aliud quiddam relatu breve, exemplo leum, cui arrigendæ sunt aures omnium peccatorum. Ex relatione Atrebatensis episcopi mulier in fuerat, quæ conjugatum virum quem a propriæ uxoris latere illecebrosissime distrahebat. Quæ licet aut pretiis, aut vobus acta cum quotidianæ mœchiæ non pariet homini misero fœdis amoribus obvoluto, conjugis etiam memoria ab animo pene deflucens quoties ad ecclesiam ibat antequam iam oratura precis expromeret, quocumque em benedictæ dominæ nostræ prius sibi contingeret, angelicam sibi salutationem poterat reverentia exhibebat. Ave, inquit, plena, Dominus tecum. Conjugis itaque viri, ibi adulterinos præferri dolebat amplexus, simul in æmulam stridebat ardoribus, et ariti timore nihil auderet in illam, quanto in se ne quidem grunnire fas fuerat, tanto rabidius se fremebunda furebat. Ergo ad beatissimam conversio ejus tota sic erat ut ei quæ se raudabat conjugio, per hujus dominæ potentestates imprecaretur iras, atque mulierculæ purcissimas rivalitates non diu pateretur

que piissimos reginæ celestis affectus ad eam se lamentis jugibus graviter irritasse, ipsa per se benedicta eidem in visu dirraret. « Quare, ait super muliere illa, a me expetis? ego plane nihil adversus te, quam quotidiana sedulitate illud mihi denuntiat gaudium, quo gratius aliquid ab ætatura audire non possum. Putasne quod hanc pro te debeam irritari, quæ de mea illi gloria quasi commemorans me provocat i. »

quo dicto cum animus feminæ a solitis imprecoribus penitus desedisset, contigit æmulam sibi in die venire obviam; quam veluti a divinis sperata judiciis, conviciis lacessere sic intendit turpissima, quot animæ meæ angores iniquæ et lenociniis tuis carnem meam a me, et præsentiam tuam, quam incomparabiliorim, mihi obviando opponis? Quam libenter, am debite tuo mala corpori inferrem, quæ in anum menti, auribus, ac oculis meis non irrogare dolorem? Ubi enim a continuis non ut thorax aut mensa rancoribus, quid ista mihi infers hostilitate crudelius? Restabat illud spei, quod Virgo Dei mater aliquam in laretur ultricem sententiam, sed ab hac omnino decidi, ipsa enim mihi dixit, quod ipsum quod sibi depromere quaque die præoccupas, iam eam demulceat, ut nullum tibi inconveniēter prævaleat. » Quod illa audiens, utrum esset, et hæc ab ea audisset argutissime statatur. Quod ea asserente, altera intulit: modo, ait, noveris quod nullatenus maritus e deinceps ad tui injuriam coutetur, et illi

A super hoc meam devoveo pudicitiam, quæ meo tam parvo obsequio tantam præstitit indulgentiam. » Unde factum est ut ex eo quo ista castitati se redderet, illa similitatem deponeret, et hoc totum ad salutem utriusque inter omnes feminas benedicta disponderet.

## CAPUT XIII.

Pro iis itaque peccatrici animæ devotionibus tam liberaliter acceptatis, pro salute etiam corporum in quibus non quæritur nisi communis sospitas animarum, ad ipsius laudem iterum vertamus articulum. *Magnus Dominus et laudabilis nimis, in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus* (Psal. XLVII, 1). Et in quo dicitur magnus, qui exprimi non potest quomodo magnus? Dicit qui melius sentit: mihi major Deus in nullo videtur, quam quod humanitus nobis condescendisse dignatur. Si enim, ut dicitur: « Omnipotentiam parcendo maxime et miserando manifestat (Orat. Dom. 10 post Pentec.), » dicam et ego quia nil in Deo sublimius quam quod se homo factus humiliat. Qui sane in eo quod mitis et humilis corde est (Matth. XI, 29), se imitandum solummodo proponit, in quo penes ipsum magnificemur ostendit. Unde omnipotens sermo a regalibus sedibus dicitur venisse (Sap. XVIII, 15). Qui enim cælo terraque non capitur, majus nihil mirum est quam quod in utero puellæ concipitur. Nec alias, ut mihi videtur, ipse omnipotentior est quam quod creaturæ Conditor intra creaturam contentus est. Nec usque laudabilior quam in quo factus est clementior. Sed hoc in Dei civitate, de qua dicitur: *Gloriosa dicta sunt de te* (Psal. LXXXII, 3), in qua natus est homo cum eam fundaverit Altissimus ipse. Et quid gloriosius dici de ea potuit quam quod universam regni cælorum gloriam intra se continuit? Et quis est mons civitatis, nisi Filius virginitatis? Ipse lapis abscisus de monte sine manibus, qui implevit universam terram (Dan. II, 34, 35).

Hæc fundatur exultatione universæ terræ (Psal. XLVII, 3), quia per sanctum Spiritum in matrem suscitatur qui est oleum totius ecclesiasticæ lætitiæ. Unde est: *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime* (Psal. XLIV, 4). Gladio super femur accingitur, dum concreto sibi per Spiritum sanctum corpore circumscribitur; et hoc super femur, quia ex divinitate præcedit quidquid ex genitrice fore assumitur. Hoc etiam facit potentissime, nihil utique magis quam quod fit parvus in Virgine.

*Mons Sion, latera aquilonis civitas Regis magni* (Psal. XLVII, 3). Si civitas Dei est in qua Deus habitat, videamus idem habitator unde constat. Mons, si divinitas intelligitur, consequenter latera aquilonis humanitas appellatur: in excellentiam namque deitatis omnis acies spiritualium nititur, quia Sion *contemplatio* interpretatur. Latera aquilonis improvidentiæ sunt antiqui hostis. Quidquid enim a latere est, in profectu mi-



nus est : *Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent* (I Cor. II, 8). Unde et homo captus dicitur, quia suo impetu ignaviæ addicitur. Mons ergo et latera aquilonis Deus est, et integumentum corporis, quo fallitur aviditas cæca latronis. Et quare non latus, sed latera? Quia duo sunt in quibus sibi improvidus fuit. Alterum, quod ex indebita Dei Filii pervasione jus, quod usurpabat in homines, perdebat antiquum; alterum quod subiturus erat ante tempus perenne tormentum.

Ad hanc civitatem confluunt qui in omni criminis labyrinthum præruptius ruunt. Istic alienigenæ sunt qui regno cælorum vim faciunt, factique pie violenti diripiunt (*Matth.* XI, 12). Istic Tyrus, qui repellunt omne pondus, et circumstans se peccatum. Unde et Tyrus interpretatur *angustia*. Hic populus Æthiopum (*Psal.* LXXXVI, 4), nigri videlicet fuligine peccatorum, quidquid est peccatis immanius, ad hujus benedictæ tutiorem omni civitate sinum se immergit proclivius. Et ipsa est civitas, in qua qui per affectum non habitant, nullius momenti habent vitas. Quæ quoque lætantium omnium est (*Ibid.*, 7), quia quæcunque ad illam piissimam præcordialiter se ingerit, gaudiosæ spei exsors non est. Et quæ sunt portæ Sion, quas diligit Dominus (*Ibid.*, 2), nisi æternæ virginitatis, quem prima habuit appetitus, nulli comparanda in tanta sublimitate humilitas : transcendens omnia fidei ac obedientiæ virtus? Quid est Sion, nisi ipsius felicissima anima, in qua supereminuit ejus quem in se continuit divinæ speculationis gloria? Per has exterioris exempli portas nostra addiscit intelligentia quanta in ejus interiori habitu viguerit cælestis urbanitas. Nec ad has Jacob tabernacula valent (*Ibid.*), quia quæcunque exterius exercentur perfunctoria sunt, et spiritualia corporalibus neutiqum æquipollent. Præsertim cum ejus fundamenta fuerint in montibus sanctis (*Ibid.*, 1), id est cum Abraham, Isaac, Jacob, David patres, ex quibus Christus, non tam cæremoniis, quam spirituali benedictam hanc filiam suam virtute præcesserint.

*Igitur lætetur deserta et invia* (*Isa.* xxxv, 4). Et quid Maria desertius, cujus ad instar angeli ab omni sensu voluptatis extorris fuit animus? Quid magis invium, quæ nunquam mente admiserit vel ipsius legitimæ conjugationis assensum? Potest plane in mente cuspium vacare appetitus, et patere tamen viæ martialis adventus. Unde sequitur : *Et exsultabit solitudo* (*Ibid.*). Quæ deserta fuit per impassibilitatem, invia etiam per licitorum contemptibilitatem, in tanta solitudine jam exsultat, quia sine præcedentium ac succedentium exemplo constat. Unde et beatam se dicendam ab omnibus generationibus cantat (*Luc.* I, 48). Quæ enim adeo solitaria quam illa quæ totum quod est in creatura prætervolat?

*Et florebit quasi lilium* (*Isa.* xxxv, 4). Natura lillii est ut desecto solo tenus stipite si terra obvolvatur, aut aquæ ab imo inferatur, coma ejus efflo-

reat ac si radicitus hæreat. Virgo radice caruit, quia ad concipiendum Dei Filium usus omnino naturæ defecit. Ab humana ergo dum massa succeditur, humilitatis terra inferius introrsum videlicet sepelitur, sancto pariter Spiritu humectatur. Inde candor divinæ illius humanitatis egreditur, cujus fidelium universitas singulari odore nutritur, cujus folia repanda patent, quia virtutum ipsius claritudines ad nostra se exempla retorquent. Subtilissimi intus virgularum radioli aureum colorem præferunt, quia omnes ejus motus intrinseci supernæ sapientiæ gloriam promunt. Unde quæ sine humano semine per Spiritum germinavit, per eundem Filii sui membra germinabit, id est germinis causa constabit. Lætabunda exsultat (*Ibid.*, 2), cum non tam lætitiâ quam similitudinem lætitiæ exterius affectat. Laudat vero cum ineffabili Deum interius sonoritate glorificat. Unde magnificat ejus anima Dominum, et exsultat spiritus ejus in Deo (*Luc.* I, 46, 47), quod est psallere spiritu, psallere et mente (*I Cor.* XIV, 15).

*Gloria Libani data est ei* (*Isa.* xxxv, 2). Libanus dicitur *candor*. Gloria Libani cælestis est speciositas regni. Hæc dominæ illi benedictæ specialius datur, cui ipse Rex gloriæ principaliter obnoxius, ex propriæ carnis collatione dignoscitur. Et quid in cælo ei non obtemperat, cum ipsa suo et omnium Creatori ex parte pene imperat? Deus bone! quantum mentis in illa femina est, quæ, licet proportionaliter, divinum quiddam tota est. Et in terra datur ei decor Carmeli et Saron (*Ibid.*). Carmelus, *cognitio circumcisionis*, Saron *princeps tristitiæ*. Per Carmelum, justos; per Saron, intellige pœnitentes. Loquitur enim Deus *pacem super sanctos suos, et in eos qui convertuntur ad cor* (*Psal.* LXXXIV, 9). Cognitio circumcisionis experientia est omnimodæ vitiorum abscisionis, hoc ad sanctos. Principes autem tristitiæ sunt, quorum unus ait : *Venit Jesus peccatores salvos facere, quorum primus ego sum* (*I Tim.*, I, 15). Effectum autem pro causa ponendo, tristitia peccatum est. Tristitiæ ergo sunt principes qui se non diffitentur potissimum peccatores. Quod totum est dicere : Quidquid innocens, et peccator pœnitens ad Deum possunt habere decoris, totam sui boni originem ad gratiam referant tantæ Genitricis; quæ nisi sic genuisset, sic justus, sic pœnitens nullo modo splendisset. Hi visuri sunt gloriam Domini (*Isa.* xxxv, 2), quia illam, in cujus uteri thalamo de suis gloriatus est nuptiis, cum sui Christi, et eorum quos redemit fructu sunt visione perpetua complexuri. Visuri etiam sunt decorem Dei nostri (*Ibid.*), ipsam scilicet jam clarificatam carnem cui Deo propitio merebimur conformari.

#### CAPUT XIV.

*Apostrophe ad B. Virginem.* — Aliquandiu, super omnes benedicta feminas, in tuis laudibus delectati, ad te tandem licet supra modum peccatores, cogitationes ac verba convertimus. Desiderio nostro ad te laudandam, ad te complectendam satisfacere non



DE LAUDE S. MARIE.

us, a te tamen medullitus posse deposcimus. A  
 rant nos carnalitatū turbines; verum ad  
 dos illos provocant nos expertæ semper in te  
 ies. His exsatiari, has avidissimis præcordiis  
 re satius est quam vivere. Et quis vivit nisi  
 affectualiter sentit? Quis nisi demens non  
 nori, si videre te possit moriendo mercari?  
 est nostræ consummatio gloriæ, si vel pos-  
 nter nos et tuum Filium te mediatricem ha-  
 ex debito est, Domina, si nostri memineris,  
 hoc enim facta: propter hoc es electa, ut  
 ulcissimum Filium causam nostram piissima  
 Inlere cordi et ori nostro tui numinis irre-  
 memoriam, quam cui dederis, securus dico,  
 m celestem incipit prægustare gloriam. Quid  
 i dulcius, quid tua recordatione securius?  
 m non orare, sed ubique imperare præsto est.  
 go ut in præsentī miseria te nobis invisceres,  
 miseria non est. Fac ut quidquid sumus ex-  
 s, et cum nos tibi feceris, præter tua nil restet  
 s.

*ythmus ad B. Virginem, et S. Joannem  
 Evangelistam*

arum et dolorum plena gerens viscera,  
 rum execranda peccatorum fovea,  
 i miser, velim nolim, patior damna,  
 imo salvatricem, puritatis domina.  
 rum me factorum mentionem confero.  
 i meam singularem, te salutem computo.  
 pernans me contemnas, dum te, Mater, invoco.  
 i licet sim indignus, fac mihi quod filio.  
 i orbis omnis pretio valentior!  
 dicta Dei voce mundi sub primordio,  
 partum tota vatū præconatur concio,  
 ebis expetenda Christianæ portio.  
 dives prisco pietatum quondam tempore,  
 bus non minora signa da clementiæ;  
 taces, o miranda, quæ spes erit veniæ?  
 vulsos quam crudeles depriment miseriæ!  
 mei sunt reatus; placa Deum, Domina,  
 am sensit olim meretrix Ægyptia,  
 qui te atque tuum Filium negaverat.  
 ote te quærentem cur fraudabis venia?  
 nquam moris fuit miseris despiciere,  
 rumque non rogata consuisti visere:  
 magis ergo debes postulata adfore,  
 ofundo appellaris mentis meæ vulnere [f., vi-  
 [scere],  
 Dei, et piorum plena prorsus viscerum,  
 omne quod humanæ linguæ valet studium.  
 orum elucescunt claritates munerum.  
 aores in me curans quidquid est mortiferum.  
 am fuit, nec existit par tibi vel similis.  
 im creaturæ superexstas nobilis.

A Apud Deum sic vox tua constat impetrabilis  
 Ut ad aures Regis regum nulla tam sit habilis.  
 In nos ergo per materna respice præcordia,  
 Atque nostra tu tuæ proli suggere suspiria,  
 Fluxum carnis atque vagos appetitus tempera;  
 Rore semper castitatis pectus hoc refrigera,  
 Omne nequam quod in nobis execraris, obrue,  
 Mores aptos, cor quietum, sancta quæque, congl  
 Virus ejus atque dolos pellens, obsta Satanæ,  
 Nec ipsius hortamentis nos permittas cedere.  
 Sola namque si cælorum surgis in concilio,  
 Præcatura piūm Patrem cum prædulci Filio;  
 Succlamabit mox sanctorum tibi juncta concio  
 Et petita quæque tuo suberunt arbitrio  
 310 Et, Joannes, tu qui quantæ castitatis conse  
 C Tantæ matri, Christo dante, successisti filius.  
 Audi mea secum vota claris, precor, auribus,  
 Et a cunctis me diverte pessimis operibus,  
 Tu, qui terras incolenti mire charus Domino  
 Exstitisti, tam felici dignus privilegio  
 Pro tuorum apud ipsum loquere remedio,  
 Frangens regna mortis, ejus subde nos imperio.  
 Illi Verbo prompsisti quanto est vicinior,  
 Tanto magis interventum præsta sollicitior.  
 Prosint tuæ sanctæ preces se deflentī misero,  
 Ora semper pro multorum peccatorum conscio  
 Tuæ multum indigemus largitatis munere.  
 Quid remittat ut offensas Deo differs dicere.  
 Quidquid enim postulabis consequeris facile.  
 Ergo tandem exoratus infelices respice.  
 C Da perennem quam amasti castitatem corporis,  
 Et a cunctis quæ molestant exime contrariis.  
 Auge sensum, firma pacem, quidquid nocet rem  
 A futuris me refrenans facta mala dilue.  
 O Regina, jam præsentī inclamata carmine,  
 Custos ejus ac minister præpotens apostole,  
 Apud eum qui præ cunctis vos probavit agite  
 Ut dignetur ad se nostros animos erigere.  
 Passo sane Christo quondam satis estis memores.  
 Juxta crucis ejus aram quam stetitis flebiles.  
 Per hanc ergo sanctæ mortis ore vos mæstitiam  
 Impetretis ubi nobis Jesu pii gratiam.  
 O Maria, quamvis ore te polluto nominem,  
 Audi tamen, et a culpīs interim da requiem.  
 D Jugem quoque hac in vita da tui memoriam.  
 Da, Maria dulcis tota, in futura gloriam.  
 O Joannes, digne multum Dei dici gratia,  
 Nos et omnes qui te quærunť in periculis libera.  
 Etsi corpus tribulatur, mentis pelle nocua,  
 Comprobetur ex effecto quod sit in te gratia.  
 Da, Maria, tuis servis animæ munditiam.  
 Da, Joannes, adversorum vincere molestiam.  
 Nosmet ambo ad virtutis lineam reduce: :  
 Ut conjungi mereamur claritati cœlicæ.

FINIS.

**VEN. GUIBERTI ABBATIS**  
**AD OPUSCULUM DE VIRGINITATE**  
**EPISTOLA NUNCUPATORIA.**

**III** *Quam de se auctor humiliter sentiat.* — Etsi nos tam eximie hujus virtutis et credimus, et credi volumus, pene totos exsortes, si copiose ipsius gloriæ eminentiam ne excogitando quidem attingere, nedum explicare, possibile est, tuæ dilectioni, licet supra vires a nobis exigat, nihil novimus quod usque ad sanguinem sit negandum. Præsertim cum ad puritatis studium nostra te oratione inhortari expetas, quamvis incongrue, et indigne nos hac de re constet esse dicturos, arbitramur tuæ petitioni non obedire nefas. Notitiam sane divinæ paginæ, etsi tenuiter, attigimus, cujus præcepta scita verbo, sed opere incognita, maxime, fateor, nostræ damnationi didicimus, si vel ea, non dico his qui respuunt, sed pie rogantibus dilargiri distulerimus. Si ergo nec salutis, neque præmii cura nos advocat, saltem undecunque desperati, et quasi pro certo puniendi, id solum in omnimodo illa pœna lucremur ut non pro benedicendi inertia, cum pro aliis male gestis plectemur, dolor nobis gehennalis accrescat. Nec enim absque remedio est, si inter mortes vel ab uno nos redemerimus ictu.

Tibi igitur humiliter, licet aliis impudenter, obtemperare proponimus; sed a te, seu a quibuslibet nobis exprobandum non est, cum ea de qua cupimus tractare virtute vacui reperti fuerimus, cum idem coacti fecerimus. Et certe si hoc ipsum ex nostro arbitrio, simpliciter tamen, et non quasi ex magisterii auctoritate fuissemus aggressi, spontaneum nostrum bonum non supercilio, aut temeritati ascribi, sed gratulatorie excipi debuisset.

**A** Est et altera ratio non admodum cassa. Si enim persona quælibet sacris enuntiandis dogmatibus sibi met minus apta videtur, et ex pravæ conscientiæ objecta silere disposuit, nimium pudens mihi videtur, iste, hunc inutilem necesse est mutet intuitum, et licet plenarie corrigere non possit vitium, agat tamen pro persona quam portat. Talentum humo non subruat, etsi non doctoris, aut prædicatoris officio, clamet, ne secum alii pessima sectando pereant, vel præmunientis voto.

*Doctus licet, peccatis obnoxius, debet alios verbis ad meliorem frugem provocare.* — Verbi gratia : Ecce cujuspiam divitis filius, paterno ære consumpto, relicta sibi prædia abliguriens totum gulæ immersit, et egens ad infame vivendi devenit exemplum. Si is igitur talis, erroris quidem pœnitens, sed pristino statui reddere non prævalens, aliquem moneret locupletem ne nimia effusione suas dilapidaret opes. Vide, inquires, ne ventri aut inutili largitati studendo ad hoc ut mei sis similis delabaris, quis istum in hoc ridiculum æstimaret? Sane iste aliter audiendus quam ille quem quondam Terentianus legitur Parmeno risisse : Scitum hercle, aiens, hominem, qui de stultis prorsum hominibus insanos facit (Ter. Eun. II, 2, 23). Ille suæ gulositatis fortunas jactando miserum incitat auditorem, is ne ad calamitatem ruat, sui imitationem caute evitare doceret. Sed quia nos nosti, et quales nosti a talibus admoneri cupis, pudore recusso, non qua debemus sed qua possumus, tuis auribus voce cantamus.

## OPUSCULUM DE VIRGINITATE.

### PRÆFATIUNCULA.

*Possit plus justo delectabatur auctor.* — Subjectum valde in tenera adolescentia positus peregi opusculum. Nam cum arti metricæ, quæ comes esse consuevit tumoris ac lasciviæ, plus justo insisterem, quidam e meis contubernaliibus, homo sine invidia litterarum studiosus, qui rogatu non plures a me carminum nænias extruserat, Salomon nomine, ad hoc etiam impulit ut super virginitate aliquid dictarem. Quod opificium, utpote insolitum, metuculosus [*al.*, meticulosus] aggrediens biformiter horruï, dum et lusibus versuum mens dedita, seria prosaicæ gravitatis minus attigerat, et res, quæ tractanda proponebatur, difficilis etiam grandævus intellectibus

erat. Quod quomodo explicuerim curiosus sic lector advertat ut, quæ beno senserim, Deo, si qua secus quam debui, pubertati referat.

### CAPUT PRIMUM.

*Quam excellens sit virginitas et ardua. Voluptuosi, quomodo possit contineri, capere nequeunt.* — Quid mirum, si illud felix integritatis nomen adeo gloriosas in humanis moribus possidet laudes, cur per homines suo adhuc cinere amictos, et cadaverosi hujus corporis de fasce gementes, suum, modo satis arduo, et pene vires excedenti imitatione, auctorem sectari contendat? Arduo quidem. Et non minimum, cum eos, qui diuturno carnalis experien-

am extædiari debuerant, videamus in tan-  
 appetitui non valere resistere, quinimo non  
 mirentur etiam ipsos, qui se continent ab  
 tio, cohibere se posse. Quod plerumque  
 crius ac magis indomitum, proh pudor!  
 os fatigat senium, quorum caput pessima  
 te incanuit, reperiri solet.

*imitatur qui virginitatem servat.* — Pene,  
 vires excedenti Deum imitatione sectatur,  
 ra naturalis irritamento caloris, et ingenitæ  
 s acumina, non in alterum, sed in semet-  
 de certando, quod difficilius est, sem-  
 namine refragatur. In re qualibet exteriori  
 sæpe valent astuta ingenia, armorum  
 achinæ, obsidionum molestia. Operantur  
 r verborum fallaciam plurimi, quæ non  
 ær prælia; sed horum nihil in intestinis  
 quidquam juvat. Se enim quisque penes se  
 mo se in se ferens, quia aliud quam quod  
 ue non est, nec in duo dividi, ut pars parti  
 r, potest. Seipsum plerumque superare in  
 ene non potest ut sua a seipso dissecari  
 posse levius æstimet quam nolle id quod se  
 ppetere ipsa potissimum natura docuerit.  
 itur voluntarie quidpiam mens ambiat (de  
 itatibus loquor, quæ nos originaliter affi-  
 . universi illico corporis amor voluntati  
 omes assistat, cum flagrent venæ, cum  
 ur elangueat, cum ignis intimus viscera  
 lvat, cum caro et animus in unum mise-  
 uant, quæso, in uno illo tunc homine tot  
 bruto, quæ pars remedium aliunde dela-  
 nsit, unde ad reprimendum mentis rogam  
 mam stillam eliciet, totus est flamma?  
 mpe unum aliquid contra se in bellum suæ  
 voluntatis posse consurgere, ut in cujus  
 præcipue defecerit, id ne agat sibi imperet.  
 recitari docta conflictibus illa viva antiquo-  
 citas, dum inter se et bestias quid debeat  
 listare non unum a Deo in nobis corpus  
 re et spiritum, ut nil efficiat spiritus nisi  
 poris usui prosit, quod satis in animalium  
 ptum esse dignoscitur, prudentissime re-  
 ut non alterutrum alterum vicissim aut  
 , aut præferret, sed regimen totius mor-  
 poris spiritui æterna soliditate maneret, et  
 dversum se divisum perpetua horum duo-  
 illitate noscet, dum viveret nos instruxit. Sed  
 lante de his alias morosius tractare licebit.  
 s quam prælibavimus sententiæ redeamus

## CAPUT II.

*s simile quid cum Deo.* — Cum omne datum  
 et omne donum perfectum a Patre descen-  
 sum (Jac. 1, 17), prudentis animi cuique  
 lum est, quomodo quæque quas ex eo ex-  
 fonte virtutes, quiddam suo semper simile  
 præbitori. Si *Deus nosler*, ut scribitur, *ignis*  
*s est* (Hebr. xii, 29), non inconcinnum æsti-

A mo quod hi igniculi, quasi quidam æternalis illius  
 solis radioli, nos ad eundem a quo infunduntur,  
 arrigunt. Sed patenter rei hujus enuntiat conside-  
 ratio, et nostra ab ipso procedere debere credi bona,  
 et nullo modo credi debere bonum, quod ad ima et  
 terrena nostros, quamvis imagine pietatis, imprimat  
 cogitatus. Si namque materialis hæc flamma suæ  
 sic naturæ semper indicat qualitatem, ut indesinen-  
 ter ad superna contendat, quanto plus incorruptibilis  
 illius ignis portiones, scilicet a Deo nobis insitæ  
 virtutes, ipsum imitari ad ipsumque evolare de-  
 bebent? Hæ sunt illa Dei similitudo, ad quam homo  
 in Genesi legitur factus (Gen. 1, 26), hoc signatum  
 super nos lumen vultus ipsius (Psal. vii, 4), propter  
 hoc, juxta illud poeticum :

B *Os homini sublime dedit, cælumque videre [al. tueri]  
 Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus.*

(OVID. *Metamor.*)

Ut cujus regionis esset accola futurus, illuc crebro  
 lætæ spei inferret intuitus.

Omnes itaque virtutes, cum, ut dicere cœperamus,  
 simile quid suo portendant datori, hæc, de qua  
 loquimur, integritas mentem sui hominis servans,  
 et corpus integre purificat, geminoque quodam officio  
 similitudinem sui Conditoris affectat. Et hæc quan-  
 tum reor cæteris specialius. Aliarum sane pleræque  
 ita soli menti pertinent ut si plenarie habeantur in  
 animo, quamvis diversa et penitus sæpe contraria  
 exhiberi videantur exterius, mens tamen solida  
 C absque ullius destitutionis damno arcem suæ obtinet  
 bonitatis, verbi gratia, inter operandum aliquis  
 orat, et ore compresso, immotis labiis dum universi  
 in quovis exercitio corporis implicat artus, Deum  
 sola meditatione precatur. Alter filium pro ipsius  
 flagellat facinore; prælatus quilibet in subditos  
 acerrime, et, ut putatur, plus æquo infrendet, et  
 tamen discretionis neuter prætergreditur libram,  
 qui scelera ferire, non explere novit iram.

*Ad servandam pudicitiam continuo invigilandum  
 est.* — Hæc sane cum cordi mundando cautissima  
 provisione incumbat, membra totius corporis, ac si  
 quosque, qui suæ præsent domui officiales, observat,  
 ne eorum inertia, seu libidine interiori substantiæ  
 diminutio fiat. Et licet sæpius animus quiddam  
 D polliceatur quietum, ne se velle nisi pudicitiam pa-  
 cemque testetur, nulla tamen securitate sua patitur  
 membra laxari. Jam illam cœli civium serenitatem  
 etiam inter carnis crebra convitia quasi dissimulato  
 cogitatum strepitu imitari affectat, imo illum sum-  
 mum æternæ quietudinis sinum, cui nulla admistio  
 incommodi accedit, cui proprie, et non collative, sed  
 naturaliter essentialis inest integritas, cui per se,  
 et ex se, et in se existenti nihil eorum quæ per ali-  
 quid, aut ex aliquo facta sunt necessario accidit,  
 nec Creatorem adminiculo suffulcitur. Extra quem  
 nihil omnino conditum continetur.

Vere feliciter æmula, nil in se extraneum admit-  
 tens, quidquid corrumpit fugiens spiritus et carnis  
 impassibilitate prosequitur. Felix! et millies felix

audacia quæ, etiam celestium spirituum gloriæ similari non contenta, ipsius sui, quod dictu mirum sit, tranquillitati **313** beatæ nimium invidet Creatoris, non spe quidem eandem, qua Deus est, naturam adipiscendi, sed ea qua sancti ex Dei filiatione deificantur requie et pace fruendi. Hæc est illa fortitudo asini, non ob irrationabilitatem, sed ob mansuetudinem tolerantiamque in Issachar benedictione positi (*Gen. XLIX, 14*), qui vident requiem a carnalium bello tumultuum, quod esset bona, et terram corporis scilicet in quo nunc peregrinando hospitatur carcerem, quæ mitibus in possessionem dabitur, quia optima, humerum supposuit ad portandum pondus diei et æstus, et habitus est contemptui, quasi quædam gravis molestia mundi luxus. Hæc sunt sanctæ hujus prima excogitamenta virtutis, ut sicut suus auctor essentialis potentia ab omni motu, et superflua cogitatione dignoscitur exors, ita quemque sui studiosum integritas quantum in corruptela positus homo fieri patitur, ab inordinato quolibet impetu reddat immunem; in tantum ergo similem dixerim.

#### CAPUT III.

*De Filii Dei temporali generatione.* — Accedit et huic tam præcipuæ adventioni altera non usquequaque improbanda ratio, quod videlicet indisputabilis ex Patris æternitate coæterni Filii ortus, non de exterius adhibita, quæ illi nativitati cooperaretur, substantia, ne nostrarum geniturarum, conjugaliūve necessitudinum officio, corruptivoque semine constat celebratus, sed ex illo inscrutabili sacrario, thesauroque Patris, non aliud quid alterum quam quod ipse, aut effigiale, sed sua, absque qua nec puncto quidem fuit, sapientia virtusque prodiit, competenti sibi generandi modo, ut ipse munditia mundificans omnium quæ mundificat glorias excederet, et ex se, igne scilicet vivificante, qui cuncta foveat Filius tanquam splendor exiret. Talibus ad roborandam continentiam Christiana vivacitas instruitur argumentis, et in temporaria voluptate gerenda cedens aliis, omne quod sibi de sæculari amore irreperit, subnervat, et perpetua sterilitate mundo infructuosa marcere disponens, spiritualiter Deo fecunda, et illibata de pretio pudicitæ, omni flore gratius, spe gaudiosa præpollet.

Cum igitur Deum, non sine Scripturæ testimonio, quasi quemdam ignem accipiat, de quo nil nisi quod spirituale sit certum est gigni, non absurde ei in isto se comparat, quæ dum ruitura carnis posteritate sese spontanea privat, fit ut eo studiosius demum fidei documentis, quos poterit Deo parturiat, et non morituræ sobolis semen ad dolorem, sed æternaliter victuræ ad gaudium fundat. Nefarium est si Christianus quispiam tam beato vitæ generi refragetur, et nimis causetur arduum, nec debere servari contendat, cum apud veteres observatum evidenti gentiliū litterarum pateat exemplo. Vestam quamdam voluerunt esse deam, quam et matrem magnam, et nescio quæ alia infinita de ea fabulantur, quam,

A quia virgo fuit, inter cætera potentæ suæ miracula adjicientes, deitatem sibi ignis ascripserunt. Ignis enim nihil generat; nihil etiam virgo. Unde et virginis ipsius servituras fano cum instituissent, tanta disciplinæ severitate earum lasciviæ obstiterunt, ut legibus edicerent Vestalem virginem stupri insimulatam, et convictam, cum suo vivam stupratore terra debere obrui. Quod attentissime vestigare, nec inultum dimittere Romanis solertia multa fuit.

Si igitur tantopere vilissimum, ne laberetur, vitrum tunc temporis servabatur, quod certe cum præcipue reniteret nullum erat, et integrum ne duo quidem vilia corna valebat. Quid illud omni topazio nobilius margaritum debet habere custodiæ, præsertim apud nos, quibus sua præ auribus crebro leguntur præmia? locum ergo in Christiano pectore virtus obtineat, quos regno et gloria pollicitis Christus invitat. Si inter paganismum viguit, cum sine vitæ utriusque præmio sola greges miseros pœna cogebat, amplectatur suam solitudinem quisquis jugali consortio huc usque caruit, et ex conjugatorum molestiis, imo miseriis, astutior factus, suæ paci, magis vero beatitudini nunquam deceptus, precor, invideat. Noverat plane Apostolus cum clamaret, tribulationem habituros hujusmodi (*I Cor. 1, 28*), sed quam bonum sibi fore non reticet, si sic manerent, ut ipse maneret (*Ibid.*, 7). O quantæ alacritatis penas, quibus cælum subeat, sibi subripit qui tam negotioso commercio se immergit!

#### CAPUT IV.

*Ratio qua virginitas amplectenda suadetur.* — Excitat, et non injuria, sed perquam juste illud etiam ad hujus virtutis amorem, piorum quorumque affectus. Quod scilicet olim propositum a sæculis incorporandi verbi mysterium, non aliunde quam ex sacrosancta pretiosæ Virginis alvo patratum, de suæ salvationis jucunda proventu, fidelis mens nulla non gaudet. Quis enim vel quæ potius posita in ancipiti de sua servanda virginitate consilio, dum eminentissimum decus tanti partus attendit, non ad prosequenda protinus vestigia tantæ Genitricis aspiret? Mirandum si sufficere considerando huic miraculo valeremus, magnopere nobis esset quod Deus humanæ continentæ bonum adeo magnipendat, cum omnes nostræ munditiæ puritati collatæ, pannus menstruatæ a propheta **314** judicentur (*Isa. LXIV, 6*), et ea, quæ plerumque ipsi in nobis minus placitura putamus, aut certe quod non sine pœna est, habenda pro nihilo (*Luc. XVII, 10*), hæc, etsi apud nos nulla sint aut vilia, tantopere acceptare dignetur. Cum enim aliunde, et longe nobilius, sublimiusque quam feminea sit virginitas, multis modis aliis sese procreare divinitas posset. Licet enim foret virgo, tamen quia femina, uteri sui dignitas non confertur ad Deum, qui virtutum quarumque glorias mortalibus intumescere veniebat. Singularem istam, quam ne conjugium fœdare videretur, laudavit quidem, sed non ex præcepto edidit, quam reverendo

bilis aestimari debeat solo, ut sic dixerim. A tas est, indesinenti studio satagamus, præfixit eosdem electionis ostendit.

ergo suo corpori Virginis corpus, quodam odo silenter innuens quod aperte hæc sonare : : Etsi vestræ causa fragilitatis, imo ne conalium putetis, ut virginitati studeatis præci-reor, evidentibus tamen meæ conceptionis tionisque indiciis, ad quid potissimum anebeatis insinuo, cum per integram natus ad enerim, et integerrime vobiscum me habueinter eos, quos mei magisterii scholæ ascionnes quidem præcipue, sed illum specia-i Virgo fuerat, meæ charitudini familiariusgeram. Quos ergo privilegiis me honora-donare videtis, quanti apud me sint eorum tis merita cæteris clariora pensare debetis, B possent hæc virginitatis exempla.

## CAPUT V.

*los puros et corporis expertes sibi ministros deus. Dignitate angeli præcellunt homines. longe superat B. Virgo.* — Aliud quoque non e operæ pretium reor, quod illud singulari-dum, utpote quod est et supra et extra etiam n, cui nihil, dum corruptibilia regit, corru-tis aut vitii infligere aliqua valet molestia, s ad sibi familiarius obsequendum quam eæ substantiæ creaturas assumpsit. Quos n immutabiles æterna Deo obediendi volun-xcellentis honor naturæ, ab omni quod est i integerrimos reddit, sic suo Auctori crea- C is gloriosus eorum ordo vicinius hæsit, Quo-anta habeatur summa, quamque præemineat, ex eo præcipue potest perpendi quod certa te scitur nullum hominum ad eum sancti-dum pertingere posse, ut minimum angelo-riæ quantitate præcellat. Inde tamen excipi- Dominum gloriæ ex se protulit Virgo, cui am nil celeste non subjectum, non novitia, i et probata testificatione didicimus.

itaque nobis acumine animi pervidendum sum sibi ministros instituit, tunc adhuc fu-eri hominum, quos peccaturos noverat, mu-ndam in suis angelis regulam præscripsisse, Regis sui curiam et ejus officiales singulos D ent, in cubiculariis et pincernis, ut ita lo-amiliarioribusque necessariis singularem e claritudinem mirarentur; et exinde colli-quod intra palatinorum ejus contubernia nullo modo possent, nisi maximo sudore participes nitoris ac pudicitæ, quam illi ter insitam possident, prius esse curarent. em eos carnali præpeditos condidit grave-ribus colluctatio adversus carnem esset et am, et violentia diuturna belloque nimio sicuti nos ad impassibilitatem pertingerent; æ sexu, absque exteriori interiorique creans, similitudinem nobis perfectionis, cujus tati inhiare, quantum nostro pulveri facul-

PATROL. CLVI.

tas est, indesinenti studio satagamus, præfixit eosdem.

Sed hæc tanti decoris, hæc tam digna Regis Dei familia, quibus nihil post suum auctorem conferri potest, illi in mulieribus benedictæ, quæ Deum suum peperit, virginitati subjacet, et ipsa vere sublimis, quia humilis, dum sui dispensationem Con-ditoris adorat, ejusdem dispensationis ministram consequenter honorat. Læta se ei subjicit per cujus officium partus damna proprii ordinis, de humani generis supplemento reparari gratulabunda cognoscit. Mirum sane, sed veri plenum, Virginem angelis principari.

Sed scio mihi objiciendum non Virgini, sed Do-mini Matri angelos fore subjectos, rem in nimium me extollere velle. Esto, attamen constat quia si Domini Matri subjiciuntur, et Domini Mater non esse virgo non potest, profecto Virgini subesse probantur. Privilegium siquidem potentiæ ascribendum est Matri, sic tamen ut virginitas non negetur pariter honorari, quamvis ejus laudi, integritati scilicet satis esse queat, quod de illibata nascitur Deus. Sed quid tantopere a proceribus ei honorem queramus impendi, cum per se Rex ipse ita eam muneribus prosequatur, ut ille affectus, quem beato apostolo, qui pectori ejus cœnantis incubuit, Matri ad totius decus gloriæ sufficere posset. Mira cætera, quæ pene modum felicitatis exeunt, pigritamur attexere. Pensanda sagaci ea lectori committimus, qui si plene intenderit, quod queratur de Joannis honore non erit, qui virgo Virginis Filio sub tanto matris adoptiva successione successit. Haud dubium igitur, quin majestas angelica omnem virgineum ordinem præmaxime veneretur, cum nihil inter quarumque virtutum sanctos nobilium, sibique similium ha-beatur.

*Ad quid Paulus dextrum, Petrus sinistrum locum obtineant in picturis.* — Illud quoque laudi isti ex superfluo adjicere **§15** audebimus quod in veteribus quibusdam Romæ picturis Salvatoris imago Paulum dextræ, Petrum vero apostolum, quod præ-posterum putatur adpictum, perhibetur habere sinistræ. Quod cum quid significaret is ordo, qui videretur inordinatus, a prudentibus exquisissem, dictum mihi est, Paulum fore idcirco ad dexteram, quod virgo fuerit, Petrum ad sinistram, quod con-jugatus. De Petro nemo hæsitat, cujus ex Evangelio socrum, filiam ex gestis Petronillam novimus. At Paulus plurimum aliquibus forsitan scrupulum mo-vet, sed si verba ipsius pro ipso consulerè volumus, fateor lucidum quid reperimus. Qui cum consilium nubentibus, et uxores ducentibus daret, intulit no-vissimo melius illis futurum, si sic permanerent sicut et ipse (I Cor. vii, 40). Ex quo hæc opinio non prorsus ignava putatur. Dum enim ante Christiani-smum patrio suo Deo sine querela se deseruisse te-stetur (Phil. iii, 6), et æmulatorem divinæ legis, pa-ternarumque traditionum se supra suos coætaneos exstitisse commemoret (Gal. i, 14), et hoc in adole-

scientia, in qua et ad fidem vocatus est, frustra putabitur postmodum Christianus amisisse, quod Judæus observarat.

Æstimatio igitur, quæ in tam celebri urbe et urbis loco, Ecclesia videlicet B. Petri, sub tot pontificum prudentia coaluit, ad certum nobis habenda est. Eusebius Cæsariensis cum hujus Apostoli dictum de potestate sororis mulieris circumducendæ (*I Cor.* ix, 5) in ecclesiastica Historia retractaret, sororem absurdissime Pauli dixit uxorem. Quod nos ita refutamus, sicut illud, quod ad Abagarum Epistolam scripserit Dominus. At ergo dominus Paulus non sine re in ipsa ejus basilica præponitur Petro.

#### CAPUT VI.

*Castitas post conjugium, vel lapsum magni est habenda.* — Sciendum inter has virginitatis laudes, continentiam aut post conjugium, aut post lapsum magnis itidem attolli debere præconiis, quæ tantis muneratur præmiis quanto acrioribus de experientia voluptatum exagitatione incendiis. Quo enim gravius luctantis est prælium, gratius et gloriæ sequitur incrementum, licet nullis sudoribus ad ejus qui immaculatus est venire possit tripudium. Quos ego duos ordines, duorum illorum ducum typo arbitror posse intelligi figuratos, Moysi scilicet, et Josue, quos Hebræis nemo olim ambigit esse prælatos. Moysen ergo, quem duarum conjugum mulierum novimus, peccata carnis expertorum viam significare credamus, qui de Ægypto cum filiorum Israel exercitu fugiens, aquis hinc inde stantibus mare transiit Rubrum (*Exod.* xiv, 22), quia cum quis in mœrore et tenebris mundi positus de suæ actionis fœditate erubescit, et eundem mundum deserit, omnem suum cogitatum, quem ad Dei visionem informat, quasi quemdam Dei populum secum ductat, et hoc per mare Rubrum, id est per amaritudinem, multam lacrymarum, quibus peccata sibi remitti clamant dicens: *Libera me de sanguinibus, Deus* (*Psal.* i, 16). Cujus undas quasi muros dextra lævaque habet quia sive tentetur, sive quietem mens habeat, suspirio et precibus, et in prosperis et in adversis nulla unquam remissione præmunire se cessat.

Quarum affluentia Ægyptiis, id est criminibus vitæ anterioribus submersis, ad solitudinem deserti, scilicet aliquantulam cordis serenitatem, ubi remotis urbanitatibus Deo, sibi que vacantius vivat, accedit. Ibi in sui solius bello occupatus cogitationum importunitates, quasi vulgi enormis querimonias adeo graves plerumque patitur ut nisi ad Domini oraculum, id est orationem, sæpe recurreret, tolerare vim tentationis nullo modo sufficeret. Ibi vitulus superbix clam ipso factus erigitur, sed a suis auctoribus continuo comminutus consumitur. Ibi Beelphegor, id est Priapus dux libidinis furtivæ a procaci turba, sed mox propellendus admittitur, et ipsæ victoriæ quoties celebrantur, non sine damno plerumque, et aliquantulum difficilius, perpetrare noscuntur. Novit enim Deus sæpius expedire his qui,

A post peccata ad se conversi, ad aliquod perfectionis fastigium pertingunt, ut adversis crebro premantur. quia sicut pauperes qui repente quolibet modo ditescunt facile superbiunt, sic tales nisi assidue pœnis terantur cervicem pristini obliti erroris erigunt. Unde et rara minusque diuturna eis contemplationis virtus suppetit, quæ etsi aliquoties sibi conceditur, ad hoc fieri creditur, ut cum ad horam cœlestis quidpiam mente attigerint, nec tamen quando voluerint post amissionem ad ipsum redire valuerint, peccato suo imputent, quod videndis cœlestibus minus valent. Quod per illud innuitur quod Moyses montem conscendere jubetur, ex quo terram promissionis contempletur, cui tamen in ea habitare non datur. Sanctorum enim conversatio in cœlis est (*Phil.* iii, 20). Sed si omnes illuc ardent per mentis desiderium, non tamen omnes æqualiter illic habitant per contemplationis donum.

*Josue eos qui baptismalem candorem conservarunt indicat.* — Et Josue, qui in Dei tabernaculo; id est militia mansitans, sub quadam virginali reverentia Mosaicæ disciplinæ indivisus semper inhæsit, et nulli obligatus conjugio cælebs mansit, horum, qui integritate corporis, et animi pollent, gestare mihi creditur formam. Qui secundo populum circumcidens (ut qui baptismum aliqua maculaverint labe, eos ostenderet conscientiam confessione debere purgare) ad Jordanis introitum ducatum Israelis accipit, quia tales, qui ab ineunte ævo amorem divinum conceperint, cum ad eorum desconsuam, quod Jordanis interpretatur, scilicet ad cogitatum suorum humiliationem, non timore criminis, sed regni desiderio pervenerint, motus mentis spiritusque impetus, quasi levis vulgi turbas, spiritus imperio protinus addicunt. Per aquas plane Jordanis, illa prorsus absurde compunctio mihi sentienda videtur, quam non amaricat, instar maris, facinoris perpetrati memoria; sed quam omni potu ciboque voluptuosiore efficit æterni gaudii nanciscendi fiducia. Quæ, juxta nominis etymologiam, diuturnam sui descensus moram in convalli vitæ istius illacrymat, sed tamen spe fructus percipiendi sæpius maxima hilaritate triumphat.

Iste Josue, dum hujus beati fluminis profunda vestigat, duodecim pretiosos illic lapides reperit, quia videlicet legis Decalogum, vel potius universa Scripturarum præcepta, quæ numero valent denario pro sui perfectione signari, solis duobus didicit mandatis charitatis impleri. Cum enim cujuslibet mens adeo sincera crebro compungitur, nihil invenias ubi tantum de Deo discatur.

His ergo demum purificata fluentis, terram promissionis ingreditur, quia in contemplationis æthere constituta, quasi quædam nobilis aquila singulari amplitudine spatiat. Talis etiam quisque non solum per se ad tantum culmen evehitur, sed et per eum aliis eadem gratia impertitur, dum plerumque, quæ sint illa indefectiva cœlesti regni bona, potenter docendo secundum capacitatem cujusque

funiculum locutionis exporrigit. Qui tam omnium mediocritati conformare sese non ardua sibi et montana, ut olim Josue, pro conversationis excellentia eligit, et attribuit. tionum discrimina si contigerint, ad felicem veniunt tanta alacritate triumphum, quam a virgineum flamma excitat de experientia affectum. Etsi bella frequentia, rara tibi damna, nulla murmuris memoria, nec usu in Ægyptum crebro sub Moyse reversata bella, inquam, etsi assidua, jam non adversis incendia, sed contra ea quæ extrinsecus principum aeris hujus spiritualis nequitia. non comparando ut alterum alteri præduorum horum diximus, sed ut aliquid peri de veterum gestis typice atexamus.

## CAPUT VII.

*odo generationi intendissent primi parentes peccassent.* — Sed inter ista optime satis occurrit memoriæ creati hominis, si in paraverasset, qualis vita, imo ex conjugē sibi alis futura esset propagatio, si sine peccato creditur, et sine damno totius suæ bonis, quæ nisi per peccatum non patitur daturus, vel Deo obedisset, si non peccasset, et felici loci jucunditate fruiturus, et etiam et sine peccato generaturum con- Si tamen dicere audeamus, quod talis, tali a talibus quoque personis exerceri operæ si non generatur in illo, qualiscunque et, loco dicantur; et hoc commercium, odo prorsus reputatur immundum, a tam non fiendum astruitur, fabula esse videbitur omnes duos, ut duo soli toti terræ præesset, frustra etiam eis *crescite et multiplicatisse.* (*Gen. 1, 28*).

*merassent, virgines nihilominus permansissent.* Sed quia mira est absurditas id sentire, quis quis modus generandi esset, qui sine veragi posset. Nulla assertionem indiget, hobsque delicti contagio si creatum dicimus. nni malo, ergo et carnis stimulo, quod malum tus caruit. Si carnali motu caruit, procul si verbo Dei paruisset, æternaliter virgo is fuit, et tamen multo plusquam virgo hic; bus enim multo sua sudore voluptas restin- fuit neque quod tentaret, neque cui tentati porteret, inerat, sed novum istud, et singu- um virginem scilicet Adam generare, virgi- licet Evam parere. Unde et illud beatum e omnem hominum quæ nunc esse possit inem felix sæculum fuisset, si fuisset, quasi a fuit, quod in ipso suo principio cum esse esse destiterit. Certum sane habetur illa , quæ generandi explent officia, sine pravo on solere moveri, motusque illos, quos jam naturales, sine peccato non posse fieri, um sic ac nobis tunc alienum foret, ut sicut manus, seu alii quilibet artus, innocenter

A sæpe moventur in nobis, sic totum illud negotium in nullo patrantium animum carnemve a bono quolibet affectu detraheret, et sicut in gignendo nulla utrobique dominaretur passio, sic in partu nullum dolorem incenteret effusio.

*Unde originale peccatum.* — Inde jam prolapsa per suam inobedientiam origine vetus illud peccatum, a parentibus in eos, qui nascuntur ex concubitus voluptate devolvitur ut semper veteris damni immensitatem ex novis et quotidianis suis corruptionibus homo miserabilis penset, et intimam animæ vilitatem ex corporis tam sordida procreatione pendat; et jam saltem sero malis, etiam quæ minima putat, voluntarie se pertimescat immergere, cum maxima soleat ædificia permodicæ quantitatis scintilla, si male foveatur, exurere. Idcirco suæ vitiatæ propaginis non ignarus David conqueritur in iniquitatibus se conceptum (*Psal, L, 7*), et se aspergi illo hyssopo, qui nos humilitati suæ informans pulmonem tumorem explans, sanum nos sapere docuit, postulat, et se lotum baptisate gloriosa præsumptione testatur super nivem protinus dealbari (*Ibid., ix*). Ad hoc primæ suæ creationis initium hujus nobilis virtutis respondet intentio, quæ dum majora se, et quæ in præsentem consequi plenarie non valet, **III** laudabiliter æmulatur, quiddam inter cæterarum virtutum glorias singulare habere meretur. Dum enim avidius insequitur illud quod perdidisse in patribus se recolat, efficacius invenit quod nullus dissimiliter querens similiter adipisci possit.

Illud itidem contemplantur qui huic proposito adhæserunt, quod in ea hominis parte, cui proprie Dei imago impressa est, integritas quædam et angelica manet sinceritas, quam licet corpus, quod corumpitur, aggravet (*Sap. ix, 15*), et terrena inhabitatio deprimat, nihil tamen est quod eam a corpore suo liberam tentet aut ad vitia carnis ulterius inflectat. Sed tota angelorum cohabitationi habilis effecta, ad suum purissima evolat Conditorum; eam enim quam æternam Deitas et incorpoream fecit, non est immerito quod eam sua proprie similitudine insignitam dixerim. Vim igitur suæ rationis ad animæ naturam mens quæque munditiæ intenta convertit, et, dum sibi in se ipsa exemplar propositum agnoscit, et se in duobus, altero quidem infimo et corruptibilibus indigenti, altero spirituali et ad æterna tendere debenti, constare attendit, totum se meliori parti confert, et ad eam cui magis gloria incorruptibilitatis pertinet, quam nulla corporei fluxus fragilitas obsidet, imperium sui totius optime discernendo transfert. Anima nempe nisi carnis molliæ laberetur, et extra corpus semper esse liceret, in quo ab angelis distaret? Quid ea parius, quid integrius esset secundum quemdam modum non video. Ad hoc ergo suum corruptibile quisque pius inclinatur, ut quasi duci perspicaciori meliusque sensato incorruptibili suo, hoc est spiritui regendum subiciatur. Recta itaque consideratione ad imitatio-

nem sui superioris caro contendit, quia dum forsitan excellentiora, seu cœlestia, mente contueri non est possibile intra seipsum homo ex Dei opere, qui provide totum fecit, præscriptam et proximam omnino inveniat formam, ubi quid agendum sit, relegat, et quasi ad applicitam normam pravitatem suæ dirigat actionis.

Ad postremum denique valet virtutis hujus gloriæ commendandæ, quod eam cui redimendæ suum pretiosum impendit cruorem, sanctam videlicet Ecclesiam, virginem appellare Deus gratiosissima quadam delectatione consuevit. In quo etiam perlucidum est in pudicitia observantia miro modo ipsum delectari, cum proprium istud suis generaliter fidelibus nomen toties soleat coaptare. Hunc virginem beatus Apostolus illi uni viro, qui solus cunctis sufficiat, castam exhibendo desponderat (*II Cor.* xi, 2). Quibus omnibus etsi non inesset carnalis integritas, tamen illibatæ inviolabilitas et soliditas fidei non deesset.

Hæc igitur virtus agredientibus se, ut ineffabilis pene cæteris præmium parat, ita absque cautissima diligentia, et sui ipsius irremissa circumspeditione, vix aut nunquam incolumis ad fidem usque perdurat; quo enim pulchritudine gloriosior, eo erga curas inutiles subeundas tenerior, et ad vitri qualitatem quantum perspicua, tantum omnis molestiæ impatiens debilitationi contigua. Sed jam ad eam plenius explicandam eamus.

#### CAPUT VIII.

*Quibus mediis tueri debeat castitatis virtus 1. humilitate, 2. submissione animi, 3. mansuetudine, 4. compunctione, 5. patientia.* — Parum igitur tot et tantorum quas prædiximus considerationum animata sententiis, quasi levissimis agitata pennis, mens cujuslibet ad amorem pervenit puritatis. Sed tantus amor natus qua nutrice foveri debeat, non præterire decrevimus.

Cum omnis virtus, si sola humilitatis virtute careat, virtus esse non possit, hanc incunctanter profiteri audeam absque illa in nullo penitus valere posse. Etsi aliquandiu statum habere videatur, statum omnino non est habere credenda, quæ jam impulsu superbiæ gratanter accepit, ex cujus pœna peccati obscenissime ruat: in mente sane eorum ea voluptatis experientia incognita est, dum aliorum lapsus, fragilisque sæpius inutiliter tractatur vita, dum auditi quorumlibet turpes actus, quasi horrorem mundo cordi incutiunt, et velut amore puritatis zelo quodam, quem optimum putant, cum factis talibus factorum quoque execrantur et abigunt. Infiniti tumoris fastum concipiunt, dum suam sanctimoniam ex illorum flagitiosa conversatione sustollunt. Nec mora ei quam contemnebant ruinæ succumbunt. Nec pravos artus non debere sperni dicimus: sed sic personæ male gesta, ne ad eorum trahamur imitationem, liberaliter aspernari; ut personam non liceat pro quantitate facinorum desperare, vel contemni.

A Nec id injuria, fateor enim me plerumque aliorum inordinate levitati tantæ acerbitalis me invexisse iudicium, cum ego ipse iudex eadem, ut puto pejus, passione vexarer, ut non humana mihi eorum videretur tentatio, nec modeste corrigenda, sed impie, et eos me etiam videre tæderet. At cum Dei gratia non omni modo cæcus meo impudenti cogitatu objectarem, quod cædem illecebræ, imo perquam molestiores, crebro meum animum incurserent; unde zelo curiositatis potius quam charitatis alios abhorrerem, vix multa lucta, multa cogitatum rotatione, quibus me mihi excusabilem, illos aspernandos merito ostendebam, quasi de crassa caligine erutus, ad rationis radium scintillare poteram. Est enim vitium humanis altissime moribus insitum, ut sua quisque errata proprio apud se iudicio leviget, in alteros etiam pro minimis asperissime invehat.

B Huic ergo morbo nostra hæc sæpissime et specialiter virtus contigua esse dignoscitur, quia dum liberiolem hac in parte se conspicit, eo miserabilius obligatos omnes, in quibus intemperantiæ quidpiam aucupatur, suimet penitus improvida, credit; et dum perversos quorumlibet aut audit, aut considerat actus, solet fieri ut ad suos impuros, qui forte sibi non desunt, mentis aciem reflectat cogitatus, et in quadam aliena facta, et ea quæ cogitat, trutina ponderans tam levia sua æstimat, in tantum aliorum gravat, ut largiter ea quæ volet cogitandi indulgentiam, quasi sui jam securus sibi præbeat, ac si diceret: Cum illi, et illi in suorum se criminum semper actione revolvant, humanum valde omninoque; perdonabile est, si quando mea mens in id cogitationis quasi deambulando excedat, in quo etsi animus paulisper, ut solet fieri, incidat, nunquam tamen ad carnis motum, non dico ad opus, quod accidere nulla arte posset, accedat.

C Talibus cuniculis libido ad muros continentis cordis irrepit. Sic curioso, et alterius plusquam sul studiosa mens ad remissum vitæ ordinem, imo ad extremæ perniciæ lapsum cogitur labi. Humiliter ergo unicuique de se sentiendum. Mansuetudini præcipue studium adhibendum. Ineptæ lætitiæ parcendum, iræ in ipsis initiis limen est obsfrudendum. D Sæpe nempe, et si nusquam legeretur, experire nos in nostris moribus contigit, gravissimum superbiæ tumorem in luxuriæ detumescere solere mollitiem. Ipsi itidem vitio inanem non minus famulari lætitiæ; iræ quoque, ut beatus Augustinus sensisse legitur, qui primordia non subruit, luxuriæ pondus aliquando non sufficit.

Istud est lilium convallium; iste flos campi, qui licet præmlserit, flos campi, tamen non abs re subintulit, lilium convallium (*Cant.* ii, 1), ne florem absolute dicendo, aliquos inutiles et pulchros, ut sunt malvacei et carduales, vellet intelligi. Ad didit convallium, ut candore et odore nectareo optimum quidpiam designaret. Campum meo sensui occurrit posse accipi tolerantiam corporalem ubi



mo exterior adversitatum frequentia tundi-  
si ager quidam Dominicis sementibus ap-  
flore[m] pudicitiae mire redolentem uberius  
lent profecto et pleraque gramina florigera  
ro lilium in convallibus, id est in intimis  
tiae nascitur; nulla enim est carnis Integri-  
ex amore prodeat mentis.

autem per florem campi designata credi  
in impubi aetate, in puerulis scilicet ac  
illis, ex sola naturali innocentia constat  
s, vel potius quae in quibusdam, qui frigidi  
poris, et temperantia ingenita his motibus  
rgentur, saepius reperitur. Et hi quidem  
ri exercitio summum quiddam possident, et  
ne bene vivendo alias exercentur. Sed ta-  
quisquam perfectioni operam dare invenie-  
e et spadones, quaedam sui securitas ad  
animi deflectere dignoscitur. Fateor me  
o vidisse duos fratres origine germanos,  
alter cum sacerdotalis esset ordinis, conse-  
cohibere non potuit: alter laicus adeo  
e naturae perhibere solebat, ut, quod dictu  
e penitus assereret hac titillatione caruisse.  
ille incontinens ad sui continentiam stu-  
didisset, quam melior illo frigido existi-

orem itaque campi, non lilium, ut supra  
, sed qualemcunque, bonum tamen, ista  
initas accipiatur. Cui sensui concinit quod  
terra inculta consuevit intelligi. Habet  
mpus sine laboranti manu florem, cum se  
sine tentatione exultat virginem. At li-  
od uti praescripsimus et circumfossione, et  
hibitione colitur, et plurimum exuberat,  
i votivam animae carnisque castitatem, quae  
i facili conquiritur, innuit? quae, terrenas  
nes ligone rationis discutens, et culpas  
contractas, quasi stercus, quo fecundetur,  
i menti admovet, et sic in convalli illa, quae  
i quod mortuum multum attulit fructum  
(1, 24), semper abundat, gloriosa gradatim  
humiliat exaltatione, ad perfectum totius  
integritatis emigrat.

*istatis praerogativa.* — Haec etiam humilita-  
nitas, non nisi in cujus apice haec de qua  
integritas stare ullatenus sufficit, propensius  
nda. Cujus laudi valere singulariter illud  
ur quod nulla humani exercitii arte, nul-  
evius loquar, ullarum virtutum adminiculis  
rvix obruitur, ejus astutiae acies hebetatur,  
anc, cujus irritamentis, mox ut humilitas  
r, nihil fit illico quidquid sua feralitas ma-  
et se rudem ad eam aggrediendam invenit,  
itudinem penitus talis propugnaculi nes-  
sit enim spirituali creatione subnixus, et  
ntilitate ad nullas corporeas necessitudines  
r, quid terra et vile lutum homo contra  
m, et qui diffugi localiter non potest ho-  
tra pene impenetrabile tanti hostis acumen

A tacere praevalebit, qui ne ab homine quidem, quem  
videre, quemque subterfugere potest, quique inge-  
nio plerumque se inferiorem, servare se sufficit?  
Sed Deus, qui omni terreno spiritualique malo instituit  
medicinam, et hunc qua industria evinci queat,  
edocuit. 319 Quia enim sola sui tumoris occasione  
defluxit, a cinere et luto, imo ab illis, qui se cinerem  
lutumque attendunt, spiritualis ipsius fortitudo divi-  
no subsidio superari promptissime se conspicit;  
quo enim quisque penes suam opinionem vilior, eo  
ad effringendum inimici verticem fit efficacior.

Carnis ergo continentiam quam suis praecipue  
irritat facibus, quo tutius quisquam clypeo commu-  
nibit, quam ut in carne positus de se semper hu-  
milia penset, quod ille typo proprio facere supersedit  
cum spiritus esset? Carnis itaque sensus dum pre-  
mitur, vis impii spiritus annullatur, et ipsa caro  
patiendi animi vel rationis imperium, mansuetior  
redditur, quo sibi ingenitae superbiae arrogantia,  
imo ipsa exterior laetitia, qua saepius foede resolvitur,  
et intima vagae cogitationis, qua inepte discurrit,  
lascivia resecatur. Sub hac igitur nutrice cum tanta  
proles, ut praelibatum est, alitur, necesse est ut  
quae post ipsam tantae infantis gerula esse debeat,  
virtus altera requiratur; nobiliter enim oriundis  
-infantibus solent grandiusculae ancillulae, seu clien-  
tuli, qui eos quolibet ferant, praeter nutrices, attri-  
bui; nec aequum est ut id decoris non habeat, quae  
nobilis singulariter exstat.

#### CAPUT IX.

*Modestia castitati tuendae pernecessaria, et circum-  
spectio. Noxiae familiaritates sunt vitandae.* — Post  
quam itaque mens pia suae conscia vilitatis, et ac-  
cidenti injuriae tam subjecta quam parata subjici,  
semet sibi subdidit, necessarium est ut quidquid  
agat, quacunque vel quocunque eat, morum sibi  
gravitas semper comes, quasi gerula ac procuratrix,  
motus incongruos et quidquid est juvenile, conti-  
neat. Solet plerumque post orationes inter longa  
jejunia, post fletus et devota suspiria, cum ad exte-  
riores usus et commune colloquium reditur, quasi  
ob relevandam a fastidio mentem, vel ob ostendendam  
benevolentiae et hilaritatis causam, quoddam gau-  
dium exhiberi, quod dum honeste videtur incipi,  
ad turpitudinem saepe delabitur. Nam cum per  
hilarem collationem verborum multiplicatur jucun-  
ditas, sensim accedit jocularia garrulitas, inde  
concurrentibus turpium narrationum historiis, per  
blanda ludicra tepefactus, imo laxatus animi rigor,  
ad ea, quibus aures linguamque sponte attribuit,  
cogitanda, insperata et jam pene invincibili dele-  
ctatione mollescit. Sic, inquam, dum male dulcia,  
quibus facile tamen resisti posset, colloquia praeli-  
bantur, mors, cui eliminandae neque mens, neque  
ratio sufficit, et merito satis consequitur.

Vulnerata igitur gravi hoc jaculo mente, et  
cogitatione huc illucque pro motu suae voluptatis  
erranti, ad amatorias tota devolvitur intentio nugas.  
Haec loqui, haec quaerere ardentissimi sibi studii est.

est. Etsi quando ad se redeat, hanc in se multa A excusatione humanissime levigat culpam, et se non vitii, aut obscenæ cujuspiam rei amore id agere, sed potius gestationis, et alacritatis indulgentia efficere sibi incantat. Inde pedetentim ad familiaritates venit noxias, quæ quidem tanta religionis sinceritate, et quasi per alterutram orationum collationem, vel ædificatorii sermonis impensionem, a compunctione etiam solet incipere; sed postmodum usu, et amatoris adulationis frequentia, ad verba levia, jocosque, quibus menti improvidæ extruuntur incendia, devenitur.

Paulisper itaque confabulationis ludique facibus inyectis, sua incipit impudens animus damna sentire, diu enim fota male concepti amoris scintilla, si in extratiles [f., exitiales] proruat flammæ quis miratur? Tunc jam experiri cogitur morbida conscientia eas quas in se funestus amor passionis habet. Tunc inimicitias et redivivas ad suam perniciem paces, tum suspiciones, tum timores, iras et rixas juxta illud Terentianum dictum, in tali negotio licet invitus exsolvere compellitur. Tanta est enim ejus pestiferæ societatis molestia, ut licet interdum ex consuetudine mulceat in tantum tamen plerumque rei quæ amator fruendæ difficultas exasperat, ut exsanguem et languidum amatorem omni febre crudelius reddat. Sed cum quasi pacifice et honeste ab eo quod amat, sine ira et motione personæ se abrumpere nititur, fit modo miserabili ut pejus omnimodis obligetur. Non enim uxori ad lasciviam pronæ, lepidis sermonibus palpandæ sunt aures, sed dorsum verberibus severissime abradendum; sic menti cum perversis affectibus se inclinat, seu, cum inclinata facile cum voluerit se erecturam pollicens emendari procrastinat, non solum non assentiendum est, sed etiam spretis omnium odiis, tantæ frenum illico cohibitionis ejus libidini imprimendum ut totius corporis obsequium impuris ipsius voluntatibus omnimodis debeat denegari.

Cui enim nisi desperato ægro cibis noxius, quantumlibet avide eum comedit, et nisi ab insanissimis detur? Dicit solet sæpius ab ægrotis: Permittite, aiunt, nobis quod volumus manducare, quidquid voluntarie sumimus saluti proficiet. Dicitur et ab amantibus, saluberrime a nobis agitur, si saltem D simplici confabulatione, et exteriori consortio, mente in suo statu durante, quam grave onerosumve sit vagis servire amoribus experiamur: et dum quam noxia res existat perpenderit, eo execrabilius quo expertius ~~330~~ contemnemus. Quod cum plerumque aliqui, jam quod amarant fastidientes, facere moliti sint, dum quasi ex consensu sub quadam pace se cupiunt separari, consuetis illecebris, quibus jam caruisse austerum est, aut etiam personæ molitivis sermonibus sic arctantur ut in omni perditionis, obdurata mente, devolvantur abyssos, et absque reverentia, et cunctatione impudenter ardeant, quod veluti religiose sensimque adamare ac si innocenter cœperant, sed quicumque quocumque

amore se trahi sentit, quod suum curis aliquibus cor a Deo separat, personam, quantumque valeat, aptaque videatur, etsi spreta infamiam aut damnum sibi excitet, a se rejiciat, præmii non offensionis esse sciens, si Deum sibi tali ex odio concilians, hanc offendat. Non igitur enerviter, aut ludendo, aut eo iræ genere, de quo in Andria Chremes ille, nisi fallor, ad Simonem loquitur: « Iræ, inquit, amantium integratio amoris est. » Sed tam acri ut abrupta dissensione, ut spes amoris separandi denuo nulla restet, imo non modo mentis, quæ mobilis fallaxque crebro dignoscitur, sed corporis situ, juxta Apostoli prudens dictum, celerrime fugiatur.

## CAPUT X.

B *Elegantis vultus et vestium cultui minime incumbendum.* — Præterea contingere aliquando haud dubium est ut cum primum ad hujus febris igniculos paulatim inuri cœperit animus, et licet tentationis cæjuslibet minime extrinsecus sentiatur calor, tamen in tantum accurando proprio vultui, habendæ etiam laudi urbanitatis, et amatoris jucunditatis anhelat. Vestibus denique pro corporibus habitudine coaptandis, ut tota hominis solertia circa hæc studia occupata deserviat, qualiter acceptetur a quibusque suæ formositatis speciei diligenter explorat, et cum secum, imo apud se quidquid pulchrum æstimatur vilipendat, se potissimum singulariterque prædicari affectat, summopere adamari desiderat. Amans igitur amari, dum curiosissime personarum gratiæ C acquirendæ exæstuat, et ut ejus rei natura est, quo pluribus insinuat, plurimorum concupiscentiæ inhiat, dum, inquam, in aliquo optati compos efficitur, illius cui inhæserit viscosissimo raptatur amore, etiam, velit, nolit, victus desiderii amat amare. Sane si non inhoneste vagabunda conscientia vulgi inordinatum prosequeretur, non sine turpi superbiæ genere, affectum, nunquam ad hunc amoris tenacissimum compedem prorueret, per quem detrahitur ad totius flagitii, etiam quod est deterius scienter, effectum. Vestium itaque vultusque nimia affectatio, cum sicut fumus ignem, et ventus pluviam, libidinosi pectoris signa portenda, et ab exteriori pellenda est usu, et multo magis ab animi, utpote D mes scelerum, excludenda aditu.

Non de eorum qui foris sunt, id est sæcularium lascivia, hæc tractamus, nam nec nobis pertinet, sed eis consilii quidpiam propinquamus quorum vitæ propositum ab extrinseca sollicitudine mundi silet. Hoc plane vitium proprie vagos et instabiles, non tam corde quam et corpore sui cultores efficit, juxta Salomonem de muliere garrula ait et vaga, quietis impatiens (*Prov. vii, 14*), etc. Alioquin res sibi contrariæ essent, pulchrum se facere, et pulchre ornari, et ab his quibus placeat, nolle videri. Hinc prosiliunt fœdissimi illi exterioris hominis habitus, ineptus superciliorum rigor, rotatus indecens, et procax oculatorum, improbus, imo meretricius membrorum gestus, risus indecores, et ad om-

nateriam prompti, stupidus in incedendo A quod sæpius frequentari video, opponatur. Apud  
m jactus, verba quidem primo lasciva, et diabolum qui suis calet et callet artibus, nec anno-  
qui intro fervet amorem redolentia, postmo- sitati, nec decoris aut indecoris parcere curat; nihil  
ruptæ jam turpitudinis impudentiam palam tutum reperire possum.

## CAPUT XI.

a. Sed tanti typi elata, et impatientissime  
riditas, tam execrandus gaudii hujus tumor  
deperit, et subito dum triumphat, affectum  
em et languidum redditum dolor intoleran-  
cerat. Inter sua enim prospera dum a qui-  
personis non modo affectari, sed alto super-  
postponi, imo nec respici vident, ab illis,  
, personis, quarum exanimantur amoribus,  
mundi formæ voluptatesque suppeterent,  
præter quas ambiunt eis sufficerent, et quæ  
libidines, non sunt remedia, dum aliarum  
sibi subjugatur superbia.

veteres ethnicos Cupido, Veneris ex Vulcano  
latus, facem sagittamque tenens quolibet  
tur. Quod non sine mysterio huic operæ  
minime agebatur. Cum enim ex adamata ve-  
pecie calor illius flamma, quæ per Vulca-  
nis deum notatur, famulante generetur cul-  
l est libidinis æstus, idem Cupido primo  
st, quia quem abripit infelicem, in tantam  
rcitat levitatem, ut nulla hypocrisis animi  
roventu amoris comprimere valeat exsultan-  
ipes etiam pingebatur, quo talium amorum  
tas signabatur. Cæcus quoque, quia in iis  
videntia operatur. Denique et puer, quia  
dicta hujusmodi nulla ratione aguntur.  
agittamque tenet, quia cor, quod penetrat,  
iliter incendit, pariter et vulnerat. Legun-  
tore Ovidio duo ejus jaculorum genera, al-  
uod amare cogat; alterum cujus ictu  
igeat. Ad hæc igitur funesta vulnera me-  
alterutro percussus telo dolet pectus, et  
deri sibi mutando amores nititur, vulnus in  
augmentatur. Mutatio enim exaggerat,  
da desertio sanat.

ne jaculo feriri illas vellem quæ adamantur  
s, quod amorem fugare dicitur, ut cum  
s rejici se viderent, saltem pudore penite-  
pollinis illud acerbissimum damnum vellem,  
do in hos verteret scilicet quod cum heros  
s de draconis illius divini victoria juvenili-  
ærbiret, nec jaculum cupidinis jam timeret,  
s sibi unica plumbeo telo, quod fugabat  
, percutebatur, et ab ipsa protinus sædissime  
respicitur. O Deus, male amantibus et de se  
entibus, qui bene per superbum Apollinem  
ur, ita proveniat, illud præcipue cunctis,  
in bono curam habent indicimus et monemus  
utum virtute præemineat, quantumvis impene-  
cor habeat et amator et quod amatur, ita  
ique familiaritas discindatur, utpote quæ mul-  
operatur quam illa frequentatio, quæ utro-  
quibusque levissimis inchoatur. Non mihi  
miam corporis, et diuturna religionis expe-  
objiciatur, non Æthiopica sæditas, in eo

A quod sæpius frequentari video, opponatur. Apud  
diabolum qui suis calet et callet artibus, nec anno-  
sitati, nec decoris aut indecoris parcere curat; nihil  
tutum reperire possum.

## CAPUT XI.

*Qui austeram vitam sunt professi, quomodo in car-  
nis vitium misere labuntur.* — Sed quæri interea so-  
let, et pro maximo miro habetur apud aliquos, cum  
cujuslibet sexus persona continentiam virginitatem-  
ve professa in vitium ruit, de illis præsertim, quo-  
rum adeo ardua est abstinentiæ institutio ut ab  
omni quod coquitur præter panem se arceant, tri-  
bus in hebdomada diebus nil comedant, gravi mira-  
culo solet esse desperationique multis. Et de his  
sileo quos adolescentia, si labantur, excusat; illos  
B adhibeam qui juventutis infortunia prætergressi,  
cum maturitas ævi exhausisse tumores, humoresque  
passionum debuerat, præposteri facti spurcitiæ ju-  
venili jam veteres immerguntur; sed si causas ta-  
lium ruinarum, quas non repentinas, sed antec-  
cedenti diu materia contractas arbitror, perpendere  
et examinare noscent, dolere eorum lapsibus, non  
mirari possent. Subita adeo aliquem incursione  
cadere posse sicut nec experiri me contigit, nec  
legisse definire me recordor, dicere minime audeo.  
Caus, qui vocantur subiti, aut inolita desidia, aut  
veteri interius coalescente superbia fieri mihi solere  
videntur. Dum enim mens a suo rigore paulatim  
laxari per minima quæque cœperit, et in teporem  
pessimum in dies deficiendo deciderit, succedente  
tentationis vi, quæ nunquam, diabolo id aucupante,  
menti remissæ deest, mox agitari ad nequiora con-  
suevit. Inde non jam insperatæ, sed male assuetæ  
cogitationis indulgentia in opus ex pena peccati  
curritur, et quod turpiter conceptum humano, sub  
hypocrisi abscondebatur aspectui, Deo juste ulci-  
scente producit. Solet etiam remotos a sæculari  
cohabitatione plurimos confabulatio mundanorum,  
et qui terrena et sapiunt et querunt ad extremum  
totius dementiæ voraginisque deducere.

*Castitati invigilans circumspecte admodum se ge-  
rere debet.* — Hæc igitur et talibus similia, quorum  
vecordia gravitati non concordat, sic attendamur  
dixisse ut ex ipsis contrariis quæ congrue salubri-  
terque agenda sint videamur prudentibus innuisse,  
ac si, verbi gratia, alicui dicerem: Perdis te ipsum,  
quia male vivis, et ille procul dubio nil aliud intelli-  
geret, nisi salva te ipsum bene vivendo. Hæc itaque  
morum maturitas totius temperantia est actionis, ut  
quantum humanum est, nil minus aut nimium sit,  
aspectus, sermo membrorum motus, gradus etiam  
ipse nil supervacaneum præterdat exterius. Supra  
omnia interior animi regula tam subtili provisine  
incedat ut nullo ab æquitatis ordine permittatur  
derivare torpore. Ergo nihil eorum, quæ caro deside-  
ranter intendit, intra mentis portas admittendum  
est, nec ad illa oculorum intorquendus est intuitus,  
quorum cordi Christiano constat prohibitus appe-  
titus.

Sub tali igitur gerula, optimo, fateor, omnium A provisore sanctæ hujus virtutis provehitur honestas, et quæ per se progredi præ tenero adhuc robore, nec per se subsistere sufficit, sanctæ gravitatis quasi circumcincta sustentaque brachiis repentino casui, et ingruenti molestiæ subtrahatur, sicque veluti ab ineunte ætate ejus solidata ducatu cum ad provectiorem devenerit statum, tracto in naturam pio usu, per se jam firmior ubique vigeat. Sed quia nutriticem ac gerulam pro nostra facultatula distribuimus, pubescentem adolescentulam lascivia superbiave pulsata, quis magister deprimat, et intermisso, objectove subjiciat, remancipetque operi, parce dicendum.

*Timori Dei studendum.* — Nihil æstimo tali officio aptius, quam divini timoris jugem memoriam. Primo quidem pœnæ judicialis metus, si adsit, nil officit, imo proficit, dum conversionis initia bono mœrore afficit, et virtutis appetendæ prima plerumque materia sit. Sed ille sanctus in sæculum sæculi permanens timor (*Psal.* xviii, 10), quo sui gratiam Patris offendere mens devota veretur adeo tuendæ integritati necessarius est, ut nulla sine illo ejus gloria constet, nulla inquam, quæ sine hac, amoris scilicet divini intentione, parvissimos tentationis cujuslibet impetus tolerare non prævalet. Hac enim spe Dei dilectionis obtinendæ robur, contra cuncta discrimina piorum animis innascitur; qui castus filiationis, non servitutis timor (*Rom.* viii, 15), dum vagos animi carnisque motus liberali curvat imperio, tutam irruenti animam reddit periculo; nec uspiam desidiæ præbet locum, qui formidat amittere solum bonum; nec placet sibi si impune patrare liceat quidquam malum. Accedenti igitur ad Dei servitutem standum ☩☩☩ in justitia et timore est (*Eccli.* ii, 1). « Beatus enim vir qui semper est pavidus, qui autem mentis est duræ, corruet in malum (*Prov.* xxviii, 14). »

*Ex Dei amore jugis lætitia.* — Sed tanti disciplinæ documenti instanti studio informatæ, quis maritali fœderabitur lege, nisi is, de cujus semine indesinens sibi accedat non aliud quam juge gaudium partus, amor videlicet Dei, qui charitas dicitur? Cui cum nunc assidua inesse lætitiæ ex conscientiæ puritate dignoscitur (nam si sæcularis amor suos inaniter exsultare facit, quam potius spiritualis?). Quid cum de convalli hac doloris erutus, omni nubilo caruerit, nisi totus in conspectando Deo gaudium et totus jucunditas erit? Non igitur cuiquam transitorie virtuti, ut sunt fides et spes, virginitas consummata conjungitur, sed illi qui nunquam excidit (*I Cor.* xiii, 8) spontaneo amori, qui nunc quidem cœptus, sed in regni perceptione perfectus, gloriosus infinite Deo de sua felicitate gratulabitur. Post tot et tam graves carnis spiritusque congressus, post tumultus et desideriorum levium voces importunissimas, quæ cum tanto sudore comprimi solent, justum sane est ut post tot prælia, Deo annuente pacem, sileat omnis terra a facie victoris spiritus, et quasi pro cujus-

dam belli optime exacti præmio, quietum et solidum, absque insolentia cujuspiam incursus carnis habitulorum rector spiritus obtineat, et totius conquiescat incendium passionis, quam adeo copiosa reserit confligendo unda sudoris.

*Quantum boni ex eodem amore pudicus exhauriat.* — Ad impassibilitatis itaque gloriam anima suo etiam adhuc corpore angustata perveniens, tanto tamque affectuoso ad omnem puritatis integritatem amore contrahitur, ut non modo quasi naturaliter aliquid voluptuosum, sed veluti paradisi amœnitasve incomparabilis quædam sibi videatur, et quod prius pene importabile, nunc leve supra omnem æstimationem fiat. Isti ergo post illos prælibatos pædagogos, qui ejus adhuc adolescentis, discipulari jure, fregere cervicem, isti, inquam, quasi perpetuo marito neccitur virginitas, ut etiam præmulta vi dilectionis, securitatem de sua in hoc sæculo perseverantia præsumat, et, juxta quamdam gloriosi Antonii sententiam, Deum non jam timeat, sed amet, et bonum non tam propter boni ipsius præmium, quam propter idipsum quod est bonum, sectari studeat et peccatum non pro debito supplicio, sed solius tuendæ suæ bonitatis diffugiat voto. Sed ad prosequenda cætera eamus.

#### CAPUT XII.

*Objectiunculis in virtutem pudicitie fieri solitis, occurritur.* — Ad hunc igitur, o sanctæ integritatis cultrix anima, tantæ eminentiæ statum anhelans C dum sincere vivere incœperis, tuæ perseverantiæ profuturas sitienter accipe rationes.

Multi plerumque cujuslibet professores religionis sibi objectare solent, non magnopere curandam carnis continentiam, quæ veterum exemplo paginarum nusquam pene firmatur, nusquam ex præcepto ulli servanda indicitur, imo cum in principiis humanæ creationis homo non sine femina cum membrorum competentia ad gignendum producitur. *Creacite, et multiplicamini, et replete terram* eis dicitur (*Gen.* i. 28). Fatuus est cui tale ut excipiat jugum suadetur.

Contra hæc refellenda non opus est laborare sermonem. Audiant tamen breviter Deum pro tempore et causa sæculis mandata dedisse, et in initio propagando semini per uxorum numerum vacare licuisse majores, sed successu concrescente generis homines ad una legitime redactos conjugia. Gentilis etiam sub hoc tenore cohibita est licentia. Romana quoque liberalitas adunitates conjugii, pariente etiam Christianismum ratione consensit. Verbum itaque illud de genere multiplicando, quoad opus fuit, vigit. At tamen etsi Scripturæ nil ob infamationem connubii de virginitate dixerunt, tamen quia dignum erat ut Dei Filius quiddam majus quam conjugium, quod bonum et legitimum, est ostenderet, si non voce præcipiendo, tamen exemplis innuendo, quod ex ejus imitatione, et nativitatis singulari puritate collegit Christiana fidelitas, exercere præcipua studuit voluntate.

Nec illud impudens genitalium artuum argumen- A tum ad tutelam suæ libidinis advocat, sed quæ licent et non expediunt a se prudenter eliminat, ut ad ea quæ non licent evincenda robustior fiat. « Melius sane nubere quam uri (*I Cor. vii, 9*), » scilicet quibus illis neque professio obviat, neque votum aut suum aut cuiuspiam parentis obligat. Votum parentis dico secundum quod canones (27\*) usque ad duodecennium fieri posse sanxerunt. Hos a voto resiliere sacrilegium permaximum est. Sed his pondus diei æstus (*Matth. xx, 12*), id est anxietates vitæ hujus tentationum tolerantibus grande, imo speciale præmium, dum eis canticum novum, exceptis aliis, cantare datur (*Apoc. xiv, 3*), in quo, præ cæteris qui hoc carent munere, singularis eorum de carnis integritate lætitia denotatur, et Agni B vestigiis quocunque vadit, inhærent (*Ibid.*), quia cum reliquis virtutibus conformari Christo gestiant, etiam in ista acutius ejusdem gressibus prosequendis invigilant. Sed hæc vulgatissima ejus laus est. Ad alia promoveamur.

### CAPUT XIII.

*Caute se gerant qui monasticum institutum fuere professi.* — Ordo illorum qui ita vivant in sancta Ecclesia non plurimus est. At qui sunt? Aut ab aliis ineunti ætate Deo offeruntur, aut se ipsi offerunt. Porro talium vitæ cæpta munditia sub qua debeat cautela tutari breviter mordeamus. Primo in ipsis puerariis rudimentis, et inepta familiaritas expuenda, et lubricum deceptoriumque magisterium, quamvis alias utilissimum, refutandum. In primordio enim colligi solet quod toti postmodum noceat vitæ. At introitus ipse adolescentiæ, si timorem Dei comitem habeat, facili tentationem congressione deturbat. Quanto namque aliquis experitur carnalia, eo leviora corporalis appetitus patitur discrimina: Nam quid periculosius ~~est~~ quam præteritæ voluptatis memoria? Talibus plane, quibus escæ mortiferæ necdum male dulcis sapor inhæsit, si seductorii collegæ lenocinium aspernentur, si vagos visus contegant, si ad viam cogitationum revocare sciant errores, leve fit quidquid tentationis ingruerit.

Solent tamen hi ex nimia sui fiducia, quadam curiositate videndarum specierum, plerumque liberius æquo laxare intuitum, et dum alienas aucupantur facies, dum clypeum palpebrarum nimium temere ab oculis amoveant, cordis lumini quæ improbe contuentur crudelis stimuli jaculum intorquent. Trahuntur igitur per id sæpius ad totius mali voraginem. Contingere tamen solet ut neque visus admodum incendat, sed placide ad amandum visa suadeat, neque confabulatio, vel etiam ipse tactus usquequaque ad turpitudinem proruat, et ideo fœdus ille carnis motus parum displiceat. Sed animus, quavis occasione, aliquando facti pœnitens, ad pœnitendum culpæ dolore adducitur. Sed ne perfidiæ probrum apud eam cui perpetuitatem

amoris promiserat personam incurrat, admonetur a sua mente ut quasi sobrie jam cum ea acturus usum colloctionis non deserat. Unde fit ut absque ulla cunctatione amor male repetitus in tantum efferveat, ut ad imum abruptissimæ profunditatis avidissime ruat. Ex quo providus lector advertat quanta animadversione primi tentationum assultus, quantumlibet adulentur, refutandi sunt.

Præcavenda itaque dæmonum, vel ipsius carnis illecebrosa et dolosa suasio, ne cum nostras nobis virtutes præterimus, et per plana nos campestria ituros confidimus, in foveas, fraude hostis adoperatas, miserabiles devolvamur. Omnimodis quoque miroque studio attendendum ne, dum volubilis animus acriter, ut solet, inæstuaverit ad videnda quæ appetit, cupidini addicti oculi animo obsequantur, quia, cum crebro id quod simpliciter respicimus, nobis atrociter noceat, illud quod prævia mente mala fit, quantum putamus infelicem animam eviscerat? Et contingit aliquoties, ut cum visa ad nullum calorem noxium videntem moveant, tactus procaciter præsumptus in tantam libidinis fornacem, etiam mente inaniter renitente, præcipitet, ut vix aut neutiquam absque contagione conceptos digerere queat ignes. Inaniter, fateor, tunc mens renititur ut exstinguat, cum manus sponte emittitur ut incendat. Non solum denique visus arcendus, tactus plus omni igne vitandus, sed ipsa perquam maxime vicinitas allocutioque cavenda.

### CAPUT XIV.

*Quibus modis maculetur virginitas.* — Quæri præterea ab aliquibus solet quibus peccandi modis perdita virginitas æstimetur. Quæ inquisitio nimium obscena videtur, cum [magis rimari debuerant qua virtutis instantia plenius obtineri posset, quam quod discrimine perdi. Hæc enim questio remissioris animi est, illa ferventis. Sed tamen quia in stamine lineo laneum non debet subtegmen inseri, nec grossitudo corporis vitiatæ spe subtilitatis virginæ gloriari audeat, quisque non quousque discurrat, sed quod vitare debeat. Restringendæ cordis lasciviæ quisquis hujus puritatis obtinendæ studiosus est, tantopere invigilet ut vix, aut quo minus, seu rarius potest, delectationem hujusmodi caro præsentiat, ne ulla vi delectationi consensus accedat. Beati Gregorii et non nostra sententia est, quod consensus a culpæ effectu non distat, cum voluntas misera interius quod extra non potest, ambienter peragat, si tamen Deus districtè hunc judicare proponat.

Quæ igitur spes illic exsulet virginitatis, ubi theatrum totius perstreptis fœditatis? Et patens, fateor, ruina talibus foret utilior, quæ et spe falsa animum tumere vetaret, et casus experientia a talibus ulterius affectandis acerrime absterret. Cum ergo Deus quid juste, quid pie judicet ignore-

(27\*) Concil. Tolet. iv, c. 48; Triburiens., cap. 6. Vide ad cap. 66 Concord Regularum Menardi.

mus, idcirco sciamus nil de præmio virginis nos manere, quos mentis luxuriæ constiterit obedire. Frustra de macula exteriori fabularer, quæ interdum colloquiis impudicis, et inhonestis tactibus extorquetur, in quibus et naturaliter spado quispiam ingenitam sibi ab ortu carnis integritatem, per hanc spurcissimam animi corruptionem absque dubio amitteret.

## CAPUT XV,

*Quantis voluptate carnis irretitus malis coarctetur.*

— Sed quia ad satis de his infortuniis huc usque latravimus, integritatis hujus gloriam de sui quoties accederit casus miseria contemplerur, ait nobilis ille auctor Boetius (*De consol. Philos.*, lib. III, metro 7), cum de latrone pudoris voluptate ageret :

*Habet hoc voluptas omnis;  
Stimulis agit furentes, etc.*

Sed quibus stimulis? Qua, inquam, doloris insania languidum excarnificat pectus, et dum furibunda remedia furiosi cupidini ad exaggerandas furias exquiruntur, ad extremos defectus, et cruentas torturas mens undique lacera, et dissipata devolvitur. Etsi aliquoties doloribus acta pœniteat, exactores illico redeunt Pharaonis, et flagellatum cor miserum ad solitum suæ pensionis cogunt, duriora semper adjactantes, properare vectigal. Unde mox ad odium totius religionis acceditur, sancta claustra et fraterna contubernia fetent, quidquid perverse amoris resistit, quamvis optimum, maledicitur, cœpti cujuslibet boni pœnitentia consequitur.

Pessimæ istius cicutæ primos, uti referimus, profectus, et ejusdem contritæ obscenos odores, succosque mortiferos prælibatus auctor 334 in anteriori, ut opinor, sententia plenè elucidat. « Quid, inquit, de voluptatibus loquar? Quarum quidem appetentia plena anxietatis est, satietyas vero pœnitentiæ (Boetius, *prosa* III, 7). » Sed ex præfatis habes anxietatem. Quæ vero illa satietyas, quam venenosi et atroces illius cruentæ comessionis gustus, cujus tam putidi sunt ructus ut sua auditores fama terrime vexent. Cujus refectionis defectus ad effectum quidem suum momenti spatium pene sufficit, sed infiniti doloris mœror brevissimæ ipsi delectationi succedit. Sed quis mœror? acerrimus, et nullius damni temporalis tristitiæ conferendus, qui in tantum suum plerumque stimulo angoris agitare consuevit auctorem ut propria seipsum dextera in mortis eligat præcipitare discrimen et cum perpetrati facinoris sibi præter se conscius non existat, neminem non scire arbitrans suæ dente suspicionis adeo dire infelix animus corroditur ut jam omnium inter quos habitat exsanguis ac pavidus, super suo cum adhuc lateat flagitio, iudicium præstoletur.

Talibus igitur subesse suppliciiis, quid nisi imaginarius quidam infernus verisimillime æstimetur? Sed dum post lapsum aliquoties erubescit vehementer confiteri quod egerit; apud se quamdam conti-

(28) Vide capp. 4 et 7 Regulæ S. Bened.

entiam profitetur, seque per se tantumdem cohibiturum pollicetur. Quantum ne suus quidem pastor, si sibi foret confessus, arceret. At ista fallax præsumptio male folum in multiplicia crimina crimen propagare protinus non desinit, et dum latens delectat cor iniquitas, quoque pacto signo vel opere quovis ad omnium propalatur notitias. Tunc impudens, et pariter induratio consequitur: reprobosentia, et desperatione ad ultimum concluditur.

Verecundiam sane ante peccatum tanquam servilem metum utilem plerumque dixerim, post culpam tanto perniciosiorem, quanto pravo suo pudori tuendo personam videris non confitendo cautiorem. Ametur igitur confusio quæ gloriam adducit; ad Babylonem enim hoc modo venisse plurimum nostræ liberationi proficit.

## CAPUT XVI.

*Monastica instituta, fugaque sæcularium, virginitati tuendæ optimum remedium.* — Tacere prorsus nos proposuisse de cœlestis remunerationis quantitate, quæ debetur virginibus, nemo miretur, quia et nos laet, et ei enuntiandæ non sufficimus, et quæ non patent oculis tepidos minus excitant auditores, ea vero quorum dura experientia est, et quæ abs quolibet usualiter probari quam mala sunt creberime solent, exempli adhibitione digniora mihi visa sunt, ut saltem horreat animus tantillum mellis in apis ore quærere, dum cogitant aculeum qui cruciet inesse illius caudæ. Et illud inculcare non abs re est, quod eo stimulo concitatis nil sit utilius quam claustrum monasteriique perpetuitas, sæcularium quampræcipue colloqui fuga personarum, rumorum evitatio, et quidquid animose carnalis amplexatur electio.

Inter quæ summopere ciborum et victualium omnium ingens in sumendo habenda discretio, et servilis multi operis instantia, et iugo parcimonie curvanda ferocitas, ne dum cordis munditia sine abstinentia exteriorum voluptatum quæratur, quærentis effectus, ut dignum est, eludatur.

*Tentationes Patri spirituali sunt aperiendæ.* — Supra hæc permaxime et extreme bonum fore arbitror, obrepentes animæ qualiscunque lascivie motus proprio, cui sui potissimum pertinet cura, pastori quamprimum in ipsis suggestionis initiis pandere (28); nec summam aut simulate, sed suum adeo quantum valet denudare cogitatum, ut totum se rectoris iudicio insinuet gubernandum; nemo enim bene subditus regi a prælato poterit, cujus ipse conscientie ignarus erit. Si ergo æger oboriente morbo sibi prudenter providet, menti medici necesse est ut materiam modumque ægritudinis pronuntians, universum se mancipet. Hæc quidem facta gravia, sed quo graviora eo utiliora.

*Quantum boni pacisque vel in hoc sæculo obveniat puritatis studioso.* — Igitur tantilli laboris virtuti præmium ego mire potens, mire suave præfigere etiam in hoc sæculo audeam, ad cujus comparatio-

nem tantillus vere labor ille putetur. Neminem hujus talis titillationis gnarum latet, ut reor, quanto suspicionum turbine, ut animo adhuc celante fota, aut opere perpetrata libido miseram vexet mentem, quantis captivum sollicitet hominem curis. Libido sane transacta, ut ait quidam, semper sui relinquit pœnitudinem. Et mens male conscia, ut alter ait, propriis semper agitur stimulis. Sed pius quisque puritatis studiosus talis spurcitiae ab intimis rudera discutiens, cum corporeis jam regnare motibus cœperit, et obsoleti sui vulgi quadam vi imperatoria sedare tumultus, quis digne disserat quæ lux, quæ pax, quæ securitas cordi illico illi innascitur, quod non meditati flagitii fœditas inficit, non appetitus impudici ardor inurit, nulla quæ a Deo separet cupido distendit.

Hoc est illud oleum, quo mens gloriose delibuta, faciem contemplando suo exhilarat Creatori (*Psal. ciii, 15*). Ipsum etiam lætitiæ oleum, quo Sanctus sanctorum præ sui participibus ungitur (*Psal. xlii, 8*). Hoc, inquam, est oleum, quod doloribus intestinibus medetur, quo ossa nostra, scilicet virtutum nostrarum abdita, irrigantur et roborantur, juxta illud contrarium in psalmo: *Sicut oleum in ossibus ejus* (*Psal. cviii, 18*). Hoc itidem nostrum debere caput impinguari, mentem significans, alias perhibetur (*Psal. xxii, 5*). Bona itaque conscientia quid suavius, quid in præmium præsentis felicius dixerim? quæ cum obtineatur aliquoties cæterarum studio, potissimum virtute castitatis acquiritur.

### 365 CAPUT XVII.

*Quorundam animalium puritate homines ad pudicitiam provocantur.* — Sed quis adeo prædicatæ tantisque privilegiis muneratæ refragari continentiae audeat, quam neque suis propriis neque humanæ cujuspiam vitæ exemplis Salvator solum imitabilem fore perdocuit, sed etiam bestiarum aviumque feralium documento celebrare non renuit? Consideremus castores quos usualiter beveres [*Gallice Bieures*] vocitamus, quorum testiculi cum plurimum valeant medicinæ, maximas insectationis molestias eorum causa in suis referuntur regionibus perpeti. Qui, dum pro eisdem acrius se viderint infestari, cum suæ fugam saluti sufficere non posse persenserint, sese humi dejiciunt, ea pro quibus urgentur membra mordicus abscidunt, et suis insecutoribus quasi quamdam redemptionem pro se dimittunt, Quid, tu Christiana persona, facies an amorem tuæ libidinis factitandæ tuæ vitæ præpones? Abscide a te quod diaboli nequitia a te exigit. Gaudere et pasci de tua luxuria appetit, abscede, inquam, et projice abs te, ne cum ea infernum subeās (*Matth. v. 30*). Sine luxuria vivere potes, cum illa, etsi corpore, infeliciter anima.

Accidit demum eidem bestię ut, amissa corporis illa parte, rursus ab ignavis aliquibus impetatur, sed cum fatigari cœperit, fugiendo sese divaricatis posterioribus cruribus resupinat, et se quod quærunt non habere pandendo clamat, sicque dimittitur. Et

A nos quælibet nequam, suggerente Satana et acriter instante, humiliantes nos sub potenti manu Dei (*I Petr. v, 6*) rejectis terrenis affectibus cœlo inferamus intuitum, opere conclamantes: *Mihi mundus crucifixus est et ego mundo* (*Gal. vi, 14*). Vade retro, Satanas, cum nugis tuis. Hac tua libidine jam dudum ne cœlestis castravit amor. Si bever ultro-neus officio tam utili, scilicet quo generat, caret et quod præcipuum habet pro vita libenter impendit, perdendum ab homine gratantius est quod plus sibi officit quam proficit.

Scimus quoque vultures crudeles aliter absque concubitu pro modo suo et parere, et fetus creare. Si hanc Deus integritatis gloriam nequissimis in-sevit avium, quid tu rationalis anima quam præmium virginitatis non latet, a continentię tenore refugis?

A *quibus caveat castitati invigilans.* — Sed quia nisi summo erga Deum vigente affectu virtus hæc valere non potest, ignis quidam non honorarius, sed continuus nostro suggerendus semper est pectori, cujus ea natura sit ut omne quod aliunde noxium fervet, extinguat. Anima ergo nostra amore illius dilecti singularis ardendo incandeat, et osculum oris ejus anxia votis, anhela desideriiis exposcat, osculum, inquam, illud quod intima supernæ aspirationis illapsione perficitur, quo ore de illis ineffabilibus labiis, et anhelitu tanto mirabilibus et dulcius, quanto secretius hauritur; qui, juxta beatum Joannem apostolum, concupiscentias in se exsuscitet sempiternas, et ubi omni favo gratiori saliva ejus tingimur, quæ totius divini verbi salutiferum nostra innovat in mente saporem. Sicque cum singulari titillante lascivia, post alieni oris blanditias animus tenere agitatus oberrare voluerit, memoriæ ea dulcedo revocata totum quidquid vagos exterius fomentat obtutus contemplatione expertæ aspirationis amaricat. Sed quando tactus impudice lenis et inhoneste delectans menti nostræ suggeratur, non illi desit nec vitio aliquo oppiletur illius foraminis apertura, per quod dilectus suam possit immittere manum, ad cujus tactum venter, id est nostræ carnalitatis fragilitas, intremiscat (*Cant. v, 4*), et cum Ezechiele, eadem manu nobis D semper facta comite, assidue confortetur et mollia quæque refutet (*Ezech. iii, 14*).

Si amplexus et cætera mundi frequentia voluptatum interioribus irruat oculis, et ad se eos contorquere velit, æmulemur sexaginta illos fortissimos proceres Israelis qui *lectulum ambiunt Salomonis, omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi* (*Cant. iii, 7, 8*), qui quidem sexaginta, operis pii perfectione, eum qui post exercitium laborantes manet denarium jam merentur, ideoque tanto vigilantius lectulum Salomonis, id est sacram suam animam, quo vera pax et pacificans Christus quiescit, observant; quando interiori curæ ab exteriori exsulles vacant. Et hoc non sine gladiis, id est magnis acuminibus discretionis, quibus hinc superflua co-

gitationis excidunt, illinc operis noxii repentinis A incursibus militari quadam instantia obsistunt. *Uniuscujusque ensis super femur suum propter timores nocturnos* (Cant. III). Per enssem istic mihi longanimitas inter adversa posse intelligi videtur, quia ex transverso capulo, et prominente parte, crucis effigiem, in qua tolerantia notatur, præfert et ex inferiori longitudine patiendi perseverantiam portendere æstimatur. Ad hoc adjiciendum quod a summo sperula præeminet, quia totam nostram inter incommoda sustententiam a spe superni bravii descendere haud dubium est. Hoc igitur ensẽ femur carnalium concupiscentiarum comprimendum irremisse est, nec frustra, timoribus enim nocturnis excludens, diabolicis scilicet dolositatibus arceendis, immodica vigilantia adhibenda est.

Deinde si nebula et terra omnium obscenorum motuum densitas animam irruerit, cantare necesse est animum resistentem : **396** *Nigra sum, sed formosa, filix Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis* (Cant. I, 4). Nigra, inquit, ut tabernacula Cedar, utpote quæ inter obscura vitæ mundalis, in caliginibus erumpentium tempestatum sub spe manentium civitatis milito, et corporalis molestiæ nubilo necessario adhuc turbor. Sed licet his aliquoties invita subjaceam, formosa tamen sum, ut pelles Salomonis, quia quiddam simile martyrum molior, dum eum quem illi contra principes potestatesque tenebrarum visibilium persecutorum, incentorum, positis corporum, in tegumentis animæ scilicet, pellibus, conflagando sortiri studuere triumphum. Hunc ego adversus carnem et sanguinem exposito vitiorum pondere, circumstans me peccatum excutiens, non sine carnis acri injuria, et animi angustia diuturnis conflictibus dimicando obtinere nitor.

Dispensative sane a Deo agitur ut, cum tentationis fuco aliquando mea conscientia offunditur, a timore suæ, quæ forsitan subriperet, elationis exci-

(28) Nota auctoris summam animi demissionem.

dat, et quanto suo judicio nitorem consuetum amississe se dolet, eo apud intimum inspectorem formosior exstet. Sicut enim liliū inter spinas (Cant. II, 2), et si quando earum aculeis illiditur, vim sui tamen odoris non minuit, sic mens æterni Sponsi jam amore donata, inter illas, quas rex Ægypti, diligenter maribus enecatis, fovere desiderat filias (Exod. I, 22), id est fluxos mollesque cogitatus, ac si inter mulierculas turpes, regiæ virgo munditiæ, speciei et honoris gloria excellentis emineat. Expergiscamur igitur, et omnimodum a nobis laboris exigamus vectigal, et emundandæ operam demus menti, nec vacando virtutes sponte nobis æstimmus innascituras, et sicut vulgo joculariter de presbyteris solet dici quod infulati operantur, et rebrachiati comedunt. Ita nos exertas habendo manus exercendæ corporis voluptati, ac sopitos habendo divinis officiis sensus somniando putemus promereri Deum; at longe aliter (28").

Hæc tibi, o sancta et excellens omni pio exercitio anima, coactus monitū contra me ipsum vehementi impetu delatravi, et dum vitia animorum tibi multa circumlocutione distinxi, me ipsum, vellem nollem, tibi expandi. At si virtutis studio quidquam dixi, naturæ potius ascribere debes potentiæ, quæ nunquam a bono prorsus est exors, quam meæ in aliquo studio experientiæ. *Narratio stulti*, ut ait quidam, *quasi sarcina in via* (Eccli. XXI, 19). Sed penes te excusatum de longiloquio præsumere me audeo, qui quod ausus sum, rogatu potissimum feci tuo. Dant tibi alii pictos et copioso ornatu spectabiles libros, ego utinam utile aliquid tuis queam deferre conspectibus! Accipe igitur de tua te salute monentem, et licet me secus agere quam dico cognoscas, ne asperneris quod pro tua tibi salvatione depromitur. Libens quæ jusseris egerim. Præmium saltem laboris hujus tuas mihi orationes impende.

FINIS.

## VEN. GUIBERTI ABBATIS IN LIBROS QUATUOR DE PIGNORIBUS SANCTORUM EPISTOLA NUNCUPATORIA.

**397** Domno et Patri, Sancti Symphoriani abbati D ODONI (?); GUIBERTUS Dei Genitricis utinam minister ac servus; lætos in Dei servitium habere processus.

*Auctor instituti sui rationem reddit.* — Cum plurimæ questiones super dente Salvatoris, quem nobis contigui Sancti Medardenses habere se asserunt, apud me perstreper, cum vulgariter aliquibus sate-

D gissent, censi litteris pauca super capitulo isto perstringere, et tacitis aliorum sensibus quid animus meus inde sentiret edicere. Dum ergo rem ipsam in ipsa libelli fronte aggrederer, et quod conceperam vix pagina integra dictando eniterer, tanta pro similibus dicendorum influxit copia, ut cepta indelinite mox desereretur materia. Cumque



alia, sed non aliena, ab hac occasione prosequeretur, excudi primum, imperfecta quam adorsus fueram oratione libellum. In sequenti (re quam dicere de-voeram jam libata) ubi de Domini corpore sermo incidit, totum etiam tunc quod loqui super dente cœperamus excidit. Unde iis quæ irruerant disserendo profligatis, tandem in tertio conatum meum exercui. Sed nescio utrum quidpiam, quod prudenti cuiquam sit satis, explicui.

*Auctori objectum. 1. Quod corpus Christi in Eucharistia vicarium Christi appellari.* — Cæterum si quid senserim, ex fide sensa tota fidei securitate protulerim, si quis melius sentiat, velim. Attamen ex meis benevolis lectoribus illud in secundo libello subnotavit quod panis ac vini mysterium vicarium Christi appellari, quod ob hoc sibi minus idoneum dictum visum est, quod id quod vicarium dicitur, minus eo, cuius vicarium est, aliquo modo æstimatur. Sed si dicta mea attendisset quibus..... quod est ex Virgine, et significati quod in..... constat, a me sæpenumero identitas enuntiatur, omnis ejus illico ambiguitas sopiret, cum ipsa verba Dominica mox inibi subjecta met.... ad sui memoriam id fieri imperant, nunquam de vicissitudine quæstio motaretur. Quis enim vicar... [f., vicarium] cujuslibet repræsentandi dubitat, quod super repræsentata... [f., representatam] memoriam innovat? Magis plane in causa esse videtur quod Spiritus sanctus *Pignus* dicitur (*Ephes. i, 14*), quod Filius ipse *Splendor gloriæ, Figura substantiæ* (*Hebr. i, 3*), et alias *Imago Dei* appellatur (*II Cor. iv, 2*). Et certe vicarium quid obsistat vocari non video, quod et ipse quotidianum appellat, ac si suggereret, sic eo in præsentem, dum dicitur hodie, utendum, ut ad illud æternæ fruendum, quod considet dexteræ paternæ, nos ducat. Quod plane sic in hoc sæculo fruendum mandat ut in sæculis sæculorum, cum ad speciem hujus originis pertigerimus, fieri non egeat, sentire non possum quin opportune vicis cujusdam speciem ipsa licet omnimoda, veritas gerat.

Hujus itaque opusculi te judicem, vir amantissime, creare disposui, quem et acrimonia nusquam torpentis ingenii, non modo litteræ statum examinare perdocuit, sed ad ipsius litteræ, ut sic dixerim, spiritum disquirendum contemplandi assiduitas assuevit. Te ergo securus elegerim, quem ad corrigenda etiam hostilia progredi non nisi ex ingenita tibi humilitate didicerim.

*2. Quia male verba interpretatus illud Sap. cap. v, 3. Quod potissimum in lib. De interiori mundo refutat.* — Porro quod te audiente quidam..... us [f., æmulus] mihi objecit, satis utique promptulus ad loquendum, sed minus providus ad id quod delataverat tuendum. Scilicet quod contra sapientiæ librum eos qui in inferno sunt, aut futuri sunt, cor impotens et habere, et habituros dixerim, ubi videlicet legitur: *Dicentes, inquit, intra se, pœnitentiam agentes, et præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus atiquando in derisum* (*Sap. v,*

A 3), etc., tali oratione, ni fallor, occludam. Quod enim eorum mens in diabolicum furorem, obstinationemque deciderit, satis in eodem quem de interiori mundo vocaverim libro, probasse me memini, sin alias, ea sola quasi contrarii oppositione conclusi, quod qua benevolentia Christus in cœlo suos sibi commembres unit atque incorporat, ea rabiei similitudine diabolus eos, quibus caput efficitur, sibi conformes factos inviscerat.

☩☩☩ Valde enim absurdum, et omni rationi inconcinnum nemo dubitat quod qui malevolus a præsentem migrat, illic recuperet quod hic, dum advivit, habere non curat; alioquin Salomonis sententia vacat, qui lignum præcisum, sive ad austrum, sive ad aquilonem decidens, quocumque loco ceciderit, immobiliter manere pronuntiat (*Eccl. vi, 3*). Non enim maneret, si a capitis sui alteruter, sive bonus, sive malus, conformitate statuque desciret. At quia a tanti libri sensu sese absentare dignoscitur omnino nefarium, ita eorum pœnitentiam disseramus, ut ipsorum impœnitentiam perpetuam non nege-

In hoc sane solo eis pœnitere posse ascribimus, licet pœnitendi eis usquequaque nullus sit fructus, quod inter acerbitates suppliciorum sic peccata, pro quibus sunt puniti, fastidiunt, ut rursus extemplo cum infructuositas animo tanti sui doloris occurrerit, quod nulla ratione mutari possit, furor desperationis corda subvertat, et in tantum oderint quod sunt ut eos pœniteat quod minus peccatores minusque in suis voluptatibus, dum adviverent, efferati fuerunt.

Cui concinit Isaiæ illud: *Sola, inquit, vexatio intellectum dabit auditui* (*Isai. xxviii, 19*). Quod in libro Sapientiæ pœnitentia dicitur, hoc apud Isaiam intellectus appellatur. Et licet apud Salomonem nec ratio, nec scientia apud inferos futura pronuntietur (*Eccl. ix, 10*), tamen sine intellectu in hoc solo non esse noscuntur, quod semper discernunt pro quo patiuntur, sed inter patiendum, quia nullus discretionis est fructus, ad obdurationis et contemptus insaniam relabuntur.

Unde est illud Job, cum terram miseræ ac tenebrarum describeret: *Ubi, inquit, umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat* (*Job x, 22*). Ordo plane esset, si is, qui pœniteret, ab ejus rei effectu, imo et affectu, de qua pœnitentiam gerit, absisteret. Nullus ergo ibi ordo est, dum pro malo cruciatus hinc pœnitet, illinc desperatur mali appetitu furens fervet. Quem furorem sempiternus ille horror significat, qui in animis spei omnis alienatione crudelibus enormiter flagrat. Quod totum liquidissime in Judæi proditoris facto perpenditur, quem dum factæ proditoris pœnitet, nequaquam tamen resumpto culpam corrigendi studio, a sua pernicie manus arcet.

Certe si ipse, qui tali quæstiuncula obligare me voluit, præsens esset, ab eo quærerem, et multo rectius quam quæsivit, quid super fatnarum in

Evangelio virginum verbo sentiret, quæ dari sibi oleum a prudentibus, et a sponso clausa jam janua aperiri sibi petunt (*Matth. xxv, 8, 11*), cum nulli dubium sit, quod post resurrectionem, quæ illic evidenter innuitur, nullus de suo statu seu salvandus, seu perditus, inibi dubitare sinatur. Cum enim dies quorum mortis, dies judicii in Scriptura aliquoties nominetur (in ipso enim exitus nostri puncto sententiam aut salvationis, aut damnationis nostræ suscipimus) nullo modo quempiam latere potest quas hæreditates in posterum sortiatur, ubi ab integumento corporis exuto spiritu, ad æternitatis seu bonæ seu malæ notitiam nullatenus caligatur.

Si ergo exutum recens a corpore suarum sortium nihil latet, et post resurrectionem multo evidentius per experientiam corporis et animæ, vitæ sequentis habitus patet, ubi nec falsa pietas, nec adulatio, non dico se promovet, sed esse non prævalet, verba ista quomodo in illa veritate constant, quæ in hujus sæculi vanitate, si apud aliquem sapientem modo depromantur, non stant? Quis enim in præsentia alienæ conscientiæ, si sanum sapiat, testimonium ferat, quod suæ, si juste penset, nequeat? Quis ergo nugaciter a Deo quidquam tunc expetat, aut ab homine exigat, qui in præsentia quomodo se metiatur, ignorat? Non enim mendacia ei obtendi poterunt, cujus cuncta judicio nuda erunt.

Quod etiam alibi legitur, multi dicent: *Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, dæmonia ejecimus, virtutes multas fecimus?* (*Matth, 1, 22.*) Nunquid

A in illo supremo examine, quasi sui ipsorum ignari, elementariis vocibus cum Deo cordium teste contendunt? Dum ergo in absurdum littera tendit, attendendum est qui in iis sese sensus aperiat. Erit itaque non quod perspicax tunc spiritus dicat, aut cogitet, sed quod ab homine in præsentia magnis hypocritarum virtutibus, quæ putantur, stupefacto pensari possunt, vel ab iis hypocritis captata ab hominibus laude cæcatis sentiri queunt, qui ea quæ de se ab hominibus celebrantur, apud Deum constare credunt. Unde est: *Væ desiderantibus diem Domini!* (*Amos v, 18.*) Cæcus enim præmia sperat, quibus se dignum falsus miserorum adulationibus æstimat.

B Sic itaque qui in inferno sunt intra se poenitentiam gerunt, cum per sui considerationem, et damnationis exemplum perpensa sanctorum excellentia alios poenitere compellunt. Si enim eos qui in inferno puniuntur, Solem justitiæ quia eis non luxerit doluisse sentimus, verbum Sapientis: *A mortuo scilicet perit confessio* (*Eccli. xvii, 26*). Et Psalmi: *In inferno quis confitebitur tibi?* (*Psal. vi, 6.*) Et: *Non est in morte qui memor sit tui* (*Prov. xviii, 3*). *Impius quoque cum venerit in profundo malorum* [al., *peccatorum*] *contemnit*. Pravo intellectu obruimus. Ubi enim sancti stant in magna constantia (*Sap. v, 1*), nisi inter hujus vita ~~...~~ adversa? Hinc impii labores eorum abstulerunt (*Ibid.*), dum eos frustra tantopere pro Deo labore dixerunt. Igitur in Scripturis pensemus similia, alioquin adversum se constabunt plura rebellia.

## LIBER PRIMUS.

### DE SANCTIS ET EORUM PIGNORIBUS

#### CAPUT PRIMUM.

Si de statu generalis omnium resurrectionis errare malum est, multo amplius ipsi Capiti resurgenti aliquid detraxisse perversum. Cum enim totius hujus spei efficientia ab ipsius exemplo dependeat, procul dubio tota sponsonis hujus consequentia infirmatur, si in eo qui spondit faciendi possibilitas titubaverit, aut de eo quidpiam, quod promissum est, quomodocunque cassatur. Nam cum qui promittit promissa non implet, aut falsitatis arguitur, aut de eo, quod alios ditaturum se dixerat, minus posse se perhibet. Deo ergo aut potentiam imminuendo decoquere, aut quasi infidelitatem in promissis inurere, cum sit vel sic cogitari horrendum, nemo sibi sub nomine pietatis attribuat, quod impium omnium rationi probabilissime constat, quodque ad contumeliam credulitatis universæ respondeat.

*Qui Ecclesiæ falsa tribuit, ipsam dedecore afficit.* — Si enim pro singulari Ecclesiarum suarum excellentia sibi ascribunt, unde potissimum fidei nostræ jura succumbunt, omnino hic honor detestabilis

æstimandus, qui spebus universorum parturit declinationes et lapsus. Certe si dextram tantopere auro oneres ut vires eo ornatu corporis totius enerves, multum erit hujusmodi inutilis pulchritudo, quæ pro particulari decore, officiat universo: sicut ex emergentium frequentia surculorum interitus accidit ramo, imo in arboris corpore toto.

*Ecclesiarum consuetudines diversæ nil efficiunt fidei catholicæ.* — Porro etiam in iis quæ ecclesiasticæ aut tenentur aut docentur, tanta moderatio hæcenus constat inolita ut nullus promulgare præsumat, nisi quod catholicæ consonantiæ sub ratione, aut exemplo examinatio censura confirmat. Sunt etenim quædam, quæ tenentur, sed non docentur, sicut sunt consuetudines aut jejunandi, aut psallendi; quæ etsi diversa sunt actu, nusquam tamen discrepant a fidei sensu, nec aliter faciens argui potest, qui a dissimiliter abstinente, aut canente per intelligentiam nullatenus abest. Alioquin, qui in simili fide diversitatem [*f.*, fidem diversitate] frugalitatum officiorumque defenderet, ex sui singularitate privilegii

schismaticus et merito dici posset. Si ergo diversum A quibusque sanctis relationes, quibus potius eorum quidpiam psallis, dissimiliterque jejunas, non est præconium apud infideles impiari poterat, quam aliquatenus illustrari. Ubi enim etiam quæ vera sunt competens aut idoneum, ut hoc aliis non minora bona tractantibus importunus prædices, aut injungas. Audi Apostolum : *Qui manducat, Domino manducat; et qui non manducat, Domino non manducat* (Rom. xiv, 3). De similibus idem judicare in promptu est.

*Abque baptismate et Eucharistia fides constare nequit, quorum ubique par est forma.* — Sunt præterea quæ tenentur et docentur, uti sunt et baptismatis, ac hostiæ Dominicæ sacramenta, quæ, quia in tantum sunt Christianitati communia, ut sine iis subsistere non valeat fides nostra, sic auctoritate tenentur semper indissimili ubique immota, ut semper et ubique eadem comitetur, præcedat, et subsequatur paris formæ doctrina. Paris, inquam, formæ, ut quod extrinsecus pronuntiat, secundum id docentium procedat oratio. In quibus tamen duobus id refert ut sine aqua aut sanguine Christianus esse non valeat, sine Eucharistia vero esse possit, si tamen in ejus constanter fide permaneat. Quod in plerisque potest probari martyribus, sive eremitis, quorum alteri nunquam, alteri semel aut rarissime sumpta, sancto deinceps opere se ei incorporantes, longæva solitudine sanctificati sunt.

*Aliquando fides sine operibus ad justitiam reputatur.* — Idem est et in præceptis, ut vacantibus cæteris, fides aut salatem sufficiens tenenda doceatur, Unde Apostolus : *Ei autem qui non operatur, fides reputatur ad justitiam* (Rom. iv, 4). Amplior nihilominus charitati prærogativa tribuitur, dum fidei speique præponitur, dum sola pro omnibus æstimatur, dum sola opus quasi antonomastice prædicatur : *Opera, inquit, manuum nostrarum dirige super nos* (Psal. lxxxix, 7). Quæ sunt communia cujuslibet professionis bonæ exercitia. *Et opus manuum nostrarum dirige* (Ibid.), id est, meliora charismata, eminentiorem scilicet viam, nos doce. Hæc apud nos et tenta docentur, et docendo tenentur.

Præterea sunt quædam, quæ etsi inter summe necessaria saluti nostræ, de quibus aginus, non computantur, sine quibus vivi recte non potest, tamen et tenentur, et in Ecclesiis prædicantur, sine quorum plane usu, et præsentia multi vitas bene transegerunt, et transigunt, ut sunt cadavera sanctorum; ut pignora, de iis videlicet quæ fuerunt in usibus ipsorum. Hæc nobis sunt reverentiæ ac honori, pro exemplo præsidioque eorum. In quibus equidem sola authentica ratio habenda esset, ut is duntaxat diceretur sanctus, quem non opinio, sed vetustatis, aut scriptorum veracium traditio certa firmaret. Is enim quomodo putas, ut ita dicam, sancitur, cujus auctoritatis memoria ulla nescitur, nedum quod nec litteris, aut aperta miraculorum experientia solidatur? Litteris dico ad roborandum efficacibus : sunt enim quam plurimæ super

quibusque sanctis relationes, quibus potius eorum præconium apud infideles impiari poterat, quam aliquatenus illustrari. Ubi enim etiam quæ vera sunt adeo pannoso, et pedestri, et, ut poetico verbo utar, humi serpenti eloquio proferuntur, imo inconditisime delatrantur, ut cum minime sint, falsissima esse credantur.

Et quomodo talium auctorum subornandæ astipulabitur falsitati oratio, quæ ex sui indignissima cruditate etiam veritatem ponit in dubio? Et quibus super hujus inflicione nævi parsum putamus, cum non vitas, sed potius nenias aliquorum apostolorum tanta infuscata fuligine videmus? Et harum rotatus fabularum omnis carri stridore deterior; quam ædificationum afferet piis, qui etiam incentivum blasphemix suggerit impiis? Quid Thomæ historia, nisi strepitus aurium appelletur, cui non semel Augustinus, sed locis pluribus refragatur? (*Job xiii, 7.*) (\*) Egebat forsitan aut Deus, aut sancti eorum, juxta illud Job, mendacio, ut pro ipso loquerentur dolos. Si ipsi sancti apostoli qui quasi capilli aut barba summo capiti cohæserunt, hujusmodi fallaciis minime caruerunt. Et nisi ex evangeliiis, et suis ipsorum actibus nostræ insignirentur notitiæ, aliquorum animos talium figmenta turbarent.

Quid dicam de illis, qui nullis aliorum testimoniis claruerunt, et ex eo quod scripturis qualibuscunque celebrari putantur, potissimum tenebrantur? Quid super illis agam, quorum nec initia, nec media ulli patent, et in quo omnis laus cantatur, finis penitus ignoratur? Et quis illos, ut se juvare debeant, deprecetur, quos nescit utrum quidpiam apud Deum mereantur? et nonne graviter hominis conscientia offendit, quæ eum, de quo nil magnum sperat, Deo pro se intercessorem obtendit? Nonne suæ prorsus acumen orationis, imo intentionis obtundit, qui eum quem rogat, utrum commune quid cum Deo habeat, nescit?

Certe vidi quosdam, qui cum diutissime aliquem, ut ferebant, sanctum, ex Britannia delatum pro confessore habuissent, mutato de repente animo pro martyre celebrarunt. Causas cum rogitassem, nil dignius super martyrio hominis, quam de prætermissa confessione dixerunt.

Legi testor Deum, et iis, qui mihi præsto fuerant, cum nimia detestatione relegi : scilicet in Vita Samsonis celeberrimi, apud Francos et Britones, sancti, abbatem quemdam, quem sanctum Pyronem (\*) lectio illa agnominat; cujus cum finem ut beatum putabam rite legendo prosequerer, reperi cumulum sanctitatis, hominem videlicet ebrietate madentem, puteum incidisse, sicque enectum.

(\*) Nec illud excidit, quod Lanfrancus Cantuariæ apud Anglos episcopus, successori postea suo Anselmo, tunc abbati Beccensi quæstionem infert, super quodam prædecessore suo (29), qui in vincula conje-

ctus, quia pecuniis sese redimere renuit, preemptus A *Philippo patri criminibus obvoluto negatum est. Id Anglicus rex potestatis minime habet.* — Quid quod dominum nostrum Ludovicum regem [consuetudinario uti videmus prodigio? (6) Hos plane, qui scrophas circa jugulum, aut uspiam in corpore patiuntur, ad tactum ejus, superaddito crucis signo, vidi catervatim, me ei cohærente et etiam prohibente, concurrere. Quos tamen ille ingenita liberalitate, serena ad se manu obuncans, humillime consignabat. Cujus gloriam miraculi cum Philippus pater ejus alacriter exerceret, nescio quibus incidentibus culpis amisit. Super aliis regibus qualiter se gerant in hac re, supersedeo; regem tamen Anglicum neutiquam in talibus audere scio.

*Antequam quis invocetur de ipsius debet constare sanctitate.* — (7) Quid dicam de iis sanctis, quorum aut finis est in malo propatulus, aut latet utrum bonus an malus, aut inter utrumque sit scrupulus? Jesu pie! cujusmodi sanctus cujus finis constat ambiguus? Antequam ergo eum deprecer, necesse est ut de veritate sanctis ejus altercer. Illud dicere audebo profanum, quod ararum pone sacraria altissimos tribunalium instar thronos obtinent, quorum tempus, natalis, ac vita, dies quoque et qualitas mortium in nullius viventis memoria resident. Etsi eos fideles pro nomine sanctitatis honorant, sacerdotes tamen (quod pace ipsorum dixerim) non recte judicant, qui vulgus opinionis suæ vento circumlatam non corripiunt, nec emendant. Si enim sine testimoniis ad gradus summos legitime nemo provehitur, illi temere falsis imo sacrilegis vocabulis insignientur, ad hoc ut cunctis mortalibus emineant, proponuntur, qui forsitan in loca pœnalia relegati, aut in tartara perditum ducti, si sibi profuturum scirent, et facultas suppeteret, opem a mortalibus cum illo divite precarentur.

*Ecclesiæ prælatorum est, ut debile sanctorum culti incumbat populus invigilare.* — (7) Sit itaque videre pontificum, sit Dei populi videre custodum, quatenus suis provideant, ut si æmulationem Dei habent, hanc duntaxat habere sinantur secundum scientiam, ne peccent, si recte offerant, et recte non dividant. Si, secundum prophetam, *Væ eis qui dicunt malum bonum, et bonum malum (Isai. v, 20)*: quæ major perversitas, quam tales sacris altaribus intrudere, quos fortassis ab ipsis sacris aditis conveniebat extrudere? hi Si e quorum corporibus post mortem miracula effluerunt, a cruciatibus in anima liberi, ut legimus, non fuerunt, justum enim vix salvari experto didicimus, quid de illis sperare licebit, quorum claritudini neque visus, neque auditus, neque scripta, neque miracula concurrerunt? et certe difficillime credendum **331** signis erat, præter illa quæ bono continuatus initio finis ediderat.

*Signa exteriora hæc indicia sanctitatis.* — Hæc etenim ita, ut sic dicam, amphibola reputantur ut sicut dextris sic et sinistris partibus glorias suppeditare dicuntur; qui enim filiis Israel mare Rubrum divisit, Magno Alexandro Pamphylicum. Lege Suetonium, quomodo Vespasianus impactum pedis pollice sustulerit claudum. In promptu quoque est in ortu præpotentum principum, utputa præfati Alexandri, Julii Cæsaris, Octaviani; sed et aliorum signa præmissa, et in mortibus habuisse Carolum, et Ludovicum filium ejus prognostica. Unde et nostro tempore in nostrorum, et Lotharingorum seu Anglicorum regum occasibus, et innovatione regnorum, sæpius cometes emersisse conspeximus.

*Ludovicus Grossus seu sextus, scrophas curat. Quod*

B *§ I. Signa et visiones non eorum quorum ministerio fiunt, sed aliorum identidem utilitati inserviunt.* — Sciendum ergo plurifariam signorum dona distribui. Sunt enim quidam per quos ac si canales eadem portenta feruntur, et dum per hæc aliorum utilitati militant, ipsi eorum quæ per eos fiunt exsortes habentur. Quod in loquela et angeli visione, prophetia Balaam (*Num. xxii, 27*), et Caiphæ (*Joan. xi, 51*) certissime conjici potest, quia quæ exterius sonuerunt, a se penitus aliena fuerunt. Unde et a morientibus cujuscunque meriti multa videmus futura prædici, et de sequentis sæculi statu plurimam enuntiare. Inde et secundum hunc modum verba infantium prorsus innocentium solemus appetiari, nam super suis ipsorum, aliorumque eventibus, ab eis solent quasi per hebetudinem plena providentiæ dicta jactari. Quod sub sequenti patebit exemplo.

## CAPUT II.

C *Infantulus videt inter agentem sacra mysteria presbyterum manu puerulum hostiæ loco tenentem.* — Nuperime, scilicet Pascha præterito, die ipsa, cum eadem festivitas ageretur, in urbe nobis contigna Suessorum (8), mulier quædam ad ecclesiam proprium infantulum suscipiendæ gratia communionis adduxerat. Cumque tempus Eucharistiæ conficiendæ accederet (10), et puerulus rerum adhuc omnium inscius, sub præsentia matris a sacerdotis tergo consisteret, vidit in medio altaris, dum res divina geritur, infantulum omni specie pulchriorem inter manus sacerdotis erigi. Quod cum intueretur puerili curiositate, D qua visa silere non sinitur, Ecclesia audiente, exclamavit ad matrem: « Domina, inquit, nonne attendis quam pulchrum puerum super altare presbyter tenet? » Matrem vero respicientem, nihil hujus visionis attigerat. Post paululum autem, cum post elevationem demitteret sacramentum, et operiret sindone, rursus inclamavit: « Ecce, ait, albo panno involvit eum. »

Cumque cunctis audientibus hæc eadem replicaret, capacioris intelligentiæ quidam animadvertunt, innocentiam puerilem aliis oculis pulchrum illum puerulum intueri; aliis pallam materialem qua intellectualis obvolvebatur attendi. Ecce ille qui hæc vidit, huic sæculo innutritur, nec sequentem spei æstimatur melioris ad vitam. Unde scitur indubie

sio hæc, ejus qui vidit nec prodit meritum, A deat sanitas. Quod et novo nostris temporibus ipse glorificat gloriam, sed audientium fidei addit monstravit exemplo.

æntiam. Et quomodo id suæ utilitati aut ridisse dicatur, qui vix aut nullo modo, ultra sensum, quid olim viderit meminisse tur?

Reperiuntur porro et alii, quibus nec præcedentia merita id provenit, neque iis ex a rationis obtingit, sed sine respectu omnino laboris, pene totius justitiæ gloria accidit. In sanctis innocentibus perspicuum constat, contemplatione aut Dei, aut præmii passi, d Dei est obtinere in præmio; figuli enim ntiæ facere vas in honorem, facere in commun (Rom. ix, 21). Ipse nempe est qui objicit : *ut mihi quod volo facere?* (Matth. xx, 15.) *Cui ill miseretur, quem vult indurat* (Rom. ix, 18). dernæ super hoc differtur ætatis exem-

*thus puer imaginem alloquitur; cui et ipsa dedit* em. — Apud Sanctiquintinense (Saint-Quentidum, quidam itidem parvulus fuerat, pa-judicio allectus ad clerum; jamque acolythi or, gradum subierat. Is ante absidis frontem, tare videlicet ac absidem, quadam solemnitate sacrificii pro officio acturus astiterat. Pate-tem cum hostia quæ erat offerenda gerebat. lenique a fronte cancelli gypsea, crucifixi speciem præferens, eminebat, quæ non longe ini martyris sepulcro distabat. Cumque ima- C assisteret, et offerenda deferret, puerilibo quam sensu ad imaginem dixit : « Vultis, nine, de pane meo? » Cui ille evidentissime ere dignatur : « Ego, ait, in proximo tibi de re dabo. » Qui his auditis morbo corripitur, dies paucissimos suo quem brevi tenuerat hominiculo, compos trabæ cælestis efficitur, imaginem, quæ id sibi sponderat, sepe-

clero Ecclesiæ ipsius referente edidici, et astipulante rem vidi, et credidi, sicut pri-quod retuli, a domino archiepiscopo Remensi ho audiui. Suessio quoque testatur clerus, ique Lauduni. Dicit Seneca in libris De bene- D Quia qui vicem alienæ largitati restituit, oribus exæquatur, qui autem gratuito impen-um imitatur. » Certe et securus dicam, quia magis naturale est Deo gratiam impendere ujsupiam merito respondere.

unt præterea aliqui quorum fides multum ericordia divina meretur, ita ut ille, cujus it ut faciat voluntatem Patris sui (Joan. iv, s potissimum efficientiam suæ ipsorum scribat, quos in expetendo quod ceperant fide iores invenit. Unde et ad multos ejus fami-orbum est. *Fides tua te salvum fecit* (Marc. x, od est dicere : In tantum mihi placet fidei importunitas ut mei vice vestra ex vobis pen-

*De puella quæ postquam voluptatibus indulisset, et peccata fuisset confessa, a summo vitæ discrimine fide sua meruit liberari.* — Circa confinia, nisi fallor, Cameracensis, Adartensisque provinciæ, juvenis et puella, plurimi consanguinitate finitimi, ruri sub eisdem ædibus commanebant. Cumque assiduitas contubernii familiaritatem, familiaritas ineptiæ conceptæ præberet ausum, male cautam subito propinquitatem impudens vitia vitavit incestus. Nec mora, ingestæ libidinis juvenula persentiente conceptum, cœperunt mutuo assiduo non sine lacrymis murmure conqueri, infamiam suorum oculosque vereri. Itaque digredi a natali solo constituunt. Sed puella B proprii admodum meticolosa reatus, concurrat ad presbyterum, et cum atroci dolore suum confitetur admissum. Quo facto, a rure illo, noctu quasi in exteram secessuri regionem, utrique commigrant. Qui extra agros illos haud procul euntes, marginem putei jam dudum desolati pervium habuere. At juvenis : Consedeamus, ait, ut uteri gravetudinem super oram putei pausando leves. Credidit illa dolis, et cum recordi juveni assedisset, impulsam a pectore illam nequissimus præcipitavit in puteum.

Cumque post paululum reddita sensibus ex casus altissimi dolo gemisceret, cœpit ad eam an viveret quasi compellendo clamare. Vivam itaque sentiens querulæ vocis mussitatione captata, sensim ad eam lapides prærogare aggreditur. Illico muliercula conticescens, in adjacentem putei angulum non tam quietura quam saxeos imbres evitatura concessit. Et dum nec spiritum, ne motum quidem facientis, impio hauriret auditu, mortuam non minus ex lapsu quam ex lapidum collisione putavit. Recedit itaque et ad propria facinore lætior tecta regreditur. De puella, nisi quod incommitata excesserat, fabula rara fuit.

Igitur in sinu illius cavæ constituta, cum desperatissima pastum ne Deo quidem præstolaretur ab ipso, sensit ex eo qui capiti ejus imminere cepite stillam laticis elabi frequentius, cui ora subjiciens eo tantillo reficiebatur illapsu, ut Sardanapali copias exæquaret. Quid differam? Quadraginta inibi ferme dies exegerat, nec alio victu quam ea quam prædiximus fovebatur ex gutta. Interea die infra quadragesimum quodam, subulci et opiliones per agros undecunque compascuos pecora circa viciniam putei ductitabant, in quibus dum discursitant locis, audiunt e profundo vocem suggrunientis ibidem. Qui capita per supremum putei demittentes, humanum ruisse quidpiam inibi ex voce percipiunt, quem dum multa vocalitate civissent, feminam advertunt. Rogitant quænam esset. Quæ et cujus esset, magna clamoris eruptione pertonuit.

Quo audito pastores ad villam proximam Pegasea alacritate se conferunt, illam, quæ exitaliter periisse, vel extorris abiisse ab omnibus ferebatur, reperisse se aiunt! Nec mora illo ruit rusticana frequen-

tia, muliebre convolat vulgus, non teneritudo puerulos, non annos pigritia pressit aniles, quin ocior quisque concurreret. Dimittitur quoque qui demersam funibus efferat, et expectantibus turmis exhibeat. Qua exhibitā, et relato tantæ salvationis eventu, non intra rus idem miraculi sese fama cohibuit, sed in remotas se regiones, virtus isti tempori prorsus inusitata circumtulit.

Ecce quid valuit fides in pœnitentia. Ecce quid valuit in intentione corrigendi perseverantia. Ille fidem habet in pœnitentia, qui post confessionis gratiam, ex securitate emendationis conceptæ nunquam diffidit de venia. Hæc est ergo illa fides quam in omnibus pene præcedentibus patriarchis tanta replicatione commendat Apostolus, ut etiam Raab et Jephthæ connumeret (*Hebr. xi, 31, 32*), qui fidei tantopere prædictæ obscuriores admodum cæteris causas habent. Est autem hujus quæ mihi videtur præcipua mulierculæ fides, fidells et irreverberatus in sua ad Deum necessitate concursus. Quæ tamen tanta apud Deum est, ut etiam iis, quorum correctio est nullatenus secutura, negare subsidium pietas superna non possit. Unde a prophetis crebro ei ingeritur: *Ne moreris*, inquit, *propter temelipsum* (*Dan. ix, 19.*) Et: *Propter honorem nominis tui libera nos* (*Psal. lxxviii, 9*). Inde et certo certius dicam Deum, qui pietas est, seipsum negare non posse (*I Tim. ii, 13*), quin et iis qui a se futuri sunt extorres etiam celerius quam justis assistat, dum justos salubriter tentat, et illis quod expetunt ad suum ipsorum iudicium citius prærogat.

§ IV. *De Erlebaldo, Cameracensi decano, sanctitate et doctrina conspicuo.* — Sunt denique et alii, qui non pro sola fide ad subitum sed modernas et supercœlestes glorias multa sancti laboris longævitate merentur. In Cameracensi Ecclesia, ante hoc ferme biennium decanus, qui et summus ædituus templi fuerat, cui Erlebaldo nomen erat, qui multis quos circumquaque faciebat ad populum sermonibus, ad fructum veræ confessionis ostendendum, idem quod modo retulimus referebat exemplum.

Is corpus proprium gravi abstinentiæ fasce profligans, perpetuo ciliicii squalore contabuit, in quo vix aut nunquam munditias habuit, in quo tanta vermium ingenitorum scaturiginis instar insolentia coaluit, ut mirum haberetur quomodo id caro humana tolerare potuerit, cum eo nunquam ne quidem cubitando caruerit. Culcitra neutiquam usus, scamnum pene sine ullius sternii fulcro pro cubili habens, nunquam nudus accumbens. Igitur cum vitæ hujus propinquaret ad finem, cœpit in spiritu gravissime a dæmonibus molestari, et ab ipsis veluti per volubra trahi. Cumque passionis hujus causæ ab eum invisentibus quærentur, intulit hæc sibi apprime a diabolis objici, quod sibi commissum minime plene coercuerat clerum.

Morte igitur sibi obita, cum plurimis bona specie apparuisset, tum maxime episcopo, modo tali, interrogatus ab eodem qualiter secum ageretur, respon-

A dit: « Triginta, inquit, iis diebus præteritis quotidiana sum flagellorum cæsione multatus: » Ad quem episcopus: « Et tu, inquit, domine, quam ob causam? » Et ille: « Mirum, ait, est quod dixisti cum scias hominem etsi sanctum, tot, velit nolit, fragilitatum lapsibus subjacere; sed et de iis quæ Deo, et mihi confessus es cogitare debueras, ut corrigere-  
ris, sicut mihi sponderas. Ne cuncteris ergo corrigi, quia expedit tibi ut facias. » In natali itaque Domini sibi finis obtigerat.

Hæc deinde visione et aliorum aliis publicatis, cum jam secundum seriem earum, et vitæ ipsius pietatem sub spe bona de eo omnia crederentur, festum consequenter Paschale transierat. Et ecce in monasterio Brotburgensi, quod multæ religionis sanctorum est virginum, duæ adolescentulæ clarissimæ indolis fuerant, quarum cum obiret altera ante Dominicæ Resurrectionis diem, a sodali conventa, et multis obtestationibus est obstricta, quatenus carne deposita, si spiritui ejus Deo permittente liceret, ad se rediret, et quid secum boni aut mali gereretur, ediceret. Tantopere enim mutua se dilectione devinxerant, et quæ inter vivendum omnium suorum consciæ vicissim fuerant, obeuntes non esse volebant.

Igitur post aliquot puellæ mortis ac festi Paschalis dies, cum superstes juvenula dormitorium nescio quid actura petisset, ecce comes amantissima nil funebre, nil horridum præferens, sed quod gratiosius sensibus poterat apparere, subrutilians repente astitit. Infinito illa stupore succingitur, et hæsitanti tamen ore qualiter se ageret, ipsa requirit. « Feliciter, inquit, ago; die enim sanctæ Resurrectionis recens actæ, dominus Erlebaldo Cameracensis decanus, et ego cum eo, cum immensa frequentæ cœlestis lætitia ad omnipotentis Dei faciem recepti sumus. » Dixit et excessit, sed tam cito dimissam immodico dolore compressit. Fuit autem homo iste cum sacerdotio, quo fulgebat, et in Scripturæ scientia copiosus, et mihi valde amicitia affinis, cui sicut de ejus honore supremo, ut debeo, gaudeo, utinam a modo inveniar gratiosus. Hæc fides operosa commeruit, quæ pii laboris commercio Deum sibi effecerit debitorem. Hæc ab episcopo Laudunensi domino meo Bartholomeo cum audissem, tot propemodum postea de provincialibus hujus beati hominis testes secuti sunt, qui super hæc re indissimilia sonuerunt, quot jam in memoria mea recenseri non poterunt.

§ V. *Sicut vera sanctorum acta honori Deo, ita et falsa dedecori vertuntur.* — At quia hæc signa non tam pro sui novitate quam pro causarum ipsarum reddenda diversitatis ratione retulimus, illud adjiciendum reor, quod sicut evidentia et indubia sunt præcordialiter affectanda, ita fucis aliquibus non facta sed ficta, diris sunt animadversionibus punienda. Qui enim Deo quod nequidem cogitavit, ascribit, quantum in se est, Deum mentiri cogit. Si quis me homuncionem alicujus falsitatis accerseret, aut mihi quod non fecerim fecisse impingeret, mul-

ni horrore et odio esset. Et quid eo funestius. A  
ius, damnatius, qui ipsum totius puritatis  
ontem solo 331 ambitu fœdissimæ volun-  
tūminat?

*defunctus velut sanctus imprudenter colitur.*  
e vidi, et retulisse me pudet, vulgarem  
m puerum militis alicujus, ut ferebatur, ar-  
n die Parasceves biduo ante Pascha proxima  
o villa occubuisse; attinebat autem viri  
m prædicatissimi abbatis. Cœpit mortuo illi  
a illa in qua obierat die gratuita sanctitas  
i. Cum id rustici rerum novarum cupidi  
sont, repente oblationes et cerei ab omni  
m pagensium vicinia ad ejus tumulum con-  
ir. Quid plura! Tumba superstruitur, locus  
o ædificata præcingitur, ab ipsis certe Bri- B  
ñibus ad eum peregrinantium soli rustico-  
llorum vero procerum cunei tendebantur.  
hæc ille sapientissimus abba cum suis reli-  
onachis, et munus comportatorum blan-  
requentia, infecta miracula fieri supportabat.  
fani vulgi avaris pectoribus capi potuerunt  
surditates, affectatæ vesaniæ, digiti studio  
ati ad volam, vestigia contorta sub clu-  
uid facit modestus et sapiens, qui præfert  
um sanctitatis, dum fautorem se præbet in

o teri perspicimus ista susuro, et facta fe-  
n circumlacione ridicula, et eorum quos a  
clamandi rabulos Hieronymus vocat menda-  
otidie cerninus alicui marsupii profunda

Quorum tanta nebulonitate concutimur,  
vinorum adulatione ferimur ut juxta præfa-  
torem, scurras, helluones, et catellaneos ligu-  
xsuperent, corvos ac picas importuna gar-  
præcedant.

*Quid de falsis reliquiis ipsomet præsentem  
actum fuerit.* Sed quid crimen in numerum  
, si non ad errorem potius improbandum  
aliquid inferamus? Celeberrima quædam  
hujusmodi circumvagaciones agebat, et ad  
irationem damni quæstus adhibito prolocu-  
erebat. Cumque super reliquiis suis sermo-  
is æquo extuberat, prolato phylacterio ait :  
item impræsentiarum) Sciatis, inquit, quod D  
anc capsulam de pane illo, quem propriis  
is dentibus masticavit, habetur, etsi minus a  
reditur, ecce heros, ait (iste de me autem  
l, quem vos in litteris plurimum valere testa-  
erbo meo si necesse fuerit testis assurget.  
erubui, cum audissem, et nisi eorum præ-  
quos ille auctores habere videbatur, reveritus  
ut pace ipsorum potius quam illius qui lo-  
rr, agam, falsarium ostendere debuissem.  
icam? ne monachi quidem, nedum clerici,  
turpi emolumento se continent, ut res hæ-  
super fide nostra etiam me audiente pronun-  
uxta enim illud Boetianum : « Jure insanus  
er, si contra insanos altercarer. »

## CAPUT III.

§ I. *Tabulis ecclesiasticis quinam ascripti censendi  
sunt.* — Sed ut res quæ præ manibus est, liberius  
valcat prævideri, de iis, qui appellantur sancti  
primo tractandum. Certe cum pro sanctis habeamus  
apostolos, et quos pro martyribus tuto probavit Ec-  
clesia, certe super confessoribus serior sententia  
ferri potest. Martyres plane etsi scripta conticeant,  
soliis prærogativa sanguinis extulit, nec quæritur  
in martyre quæ vita præcesserit, cum ad vetustissi-  
morum repurgia criminum cruor ipse satis sit. Jesu  
bone! quidni, cum ad omnem gloriæ sufficientiam  
etiam sceleribus abolitis potis sit, pœna enim ipsa  
sicut ante baptismum, ita post baptismum culpas  
oblitterat, et vices agit lavaeri, ac salvationis, imo  
clarificationis certissimæ effectrix est. Pœnam dico  
quam rectissima causa præcesserit, proinde in ca-  
nonibus præcipitur (*Concil. Eliberit. can. 60*), ut si  
quis reperiat idola destruens, et pro hoc ipso eum  
contingat interim, ut non pro tali occubitu martyr  
habeatur et certe hic bona causa videtur, sed quid  
quod intentio causæ aliquoties depravatur. Dona-  
tistæ non imparia martyribus passi sunt, et quia  
extorres a charitate fuerunt, frustra tulerunt. Reli-  
quæ Manichæorum pridem Suessionis zelo Dei ple-  
bis arserunt, sed extorres a justa causa, solummodo,  
ad demnatis corporibus sibi damno fuerunt. Super  
quibus in libris Monodiarum nearum lacinosius  
dixi.

*Monodiarum librum edidit Guibertus.* — Si ergo  
de martyris sanctione sententia tanta ambiguitate  
profertur, de confessoribus, quorum finis minus ali-  
quoties certi habet, quæ censura ferenda? Si in  
Martino, Remigio, ac similibus totius Ecclesiæ  
sensus adæquat, quid de eis proferam, quos præfa-  
torum æmulum per villas ac oppida quotidie vulgus  
creat? Cum enim alii alios summos conspicerent ha-  
bere patronos, voluerunt et ipsi quales potuerunt,  
et fecere [*f*, facere] suos. Sic poetæ cum primo  
opuscula nobilia emisissent, postmodum ipsorum  
æmulatione quique inertium ducti, « scripserunt (ut  
ait Horatius), indocti, doctique poemata passim. »  
Artium repertoires, et qui suis aurea sæcula duxere  
temporibus antiqui in deos deasque levarunt, medii  
D tantopere numerosa numina cumularunt ut post-  
tremi abrogatis quibusdam, quosdam secernerent  
selectosque vocarent. Samaritæ relegatis in Baby-  
loniam Judæis deos sibi conficiunt : « Unaquæque,  
inquit, gens fabricata est Deum suum (*IV Reg.,  
xvii, 29*). » 335 Babylonii fecerunt sibi Socoth Be-  
noth, Cuthtei Nergel, et alii alios. Apud beatum  
Gregorium (*Pastoral. part. II. cap. 11, initio*) con-  
sta: quod is, qui displicet, cum ad intercedendum  
mittitur, irati animus ad deterius provocatur. Sed  
omnes diffidentur se tales qui displiceant patronos  
elegisse.

*Quem sanctum nescit cum quis orat, peccat.* —  
Dicant ergo mihi quomodo sibi illum patrocinari  
æstimant, de quo quidquid est sciendum ignorant.

Nusquam de eo scriptum præter nomen invenies. Cæterum, tacente clero, anus, et muliercularum vilium greges, talium patronorum commentatas historias post insubulos, et litiatoria cantitant, et si quis earum dicta refellat, pro defensione ipsorum non modo conviciis, sed telarum radiis instant. De quibus ergo ne suspicio, quales fuerint, residua quidem exstat, quis hos nisi extreme demens ad pro se interpellandum provocat? Et oratio illa quid valet, ubi orantis animum ejus quem Deo pro se præterdit omnimoda incertitudo remordet? Quid, inquam prodest, quæ sine peccato numquam est? Si enim oras quem sanctum nescias, in eo ipso peccas, quo veniam impetrare debueras, quia non recte dividis cum recte offeras. In quo plane orans dubitas, Deum nullatenus placas; sed dum de tua petitione diffidis, irritas, ad ejus namque injuriam respicit, ad quem is prolocutor dirigitur, quem non novit. Et quomodo tibi proloquatur qui tibi suspectus habetur? Et si bene non opinaris, de eo, quid te meritum credis ab ipso? Dicit quodam in loco Ambrosius: « Super me debet esse cui me committere paro. »

De cujus itaque statu omnino ambigis, talem petere nonne insani prorsus est capitis? et quem ignoras utrum melior te sit, quare postulas ut penes Deum pro te sit? Vide Dominum usque ad translationem montis fidei meritum commendantem, et hæsitacionem cordis aperte vetantem (*Math.* XXI, 21). Ac si diceret: Si quid magnum proponitis, quantumcunque illud est, si vel parum hæsitatis, amititiss, et multo tolerabilius est de suo merito quemque diffidere quam de eo in quo spes tua penes Deum pependit, patrono tuo videlicet, desperare. Quia enim minus tibi attribuis, illum adhuc, et certe nosti quia si interpres tuus falsitatis arguitur, quidquid impetrare potueras, perdes.

*Apertis argumentis corpus B. Virginis glorificatum asseri non potest; nefarium tamen est credere illud corruptioni obnoxium, reliquisse Filium. Ratio suadet in cælum fuisse assumptum.* — Sed quid in iis diu versor cum tanta sit in totius sanctæ Ecclesiæ ore pudicitia<sup>(10)</sup> ut etiam Matris Dominicæ corpus resurrectione glorificatum dicere non audeat, ob hoc videlicet quod necessariis argumentis comprobare non valeat? Et cum vas illud omni creatura post Filium præclarius, quod Dominum majestatis universorum contulit, quod nunquam ulli ne angelicæ quidem naturæ licuerit, irremuneratum, inhonoratumve dimisisse ad experientiam corruptionis credere nefarium sit (præsertim cum quod corpori suo glorificando debuerit, materno corpori, ex quo est quod est, redhibere obnoxius sit), resuscitatum nequaquam dicere audeamus; nec ob aliud profecto, nisi quod probabilibus iudiciis id asseverare non possumus. Etsi enim alias in dissertatione sacræ paginæ ratio aliquoties sola conveniat, rationem autem adhibita Scripturarum in se exempla contineant, hic tamen etsi ratio eam ad integrum corpore resuscitato clarificatam opportunissima undecunque comportet, verum quia evidentia probamenta non

suppetant, credere quidem de ipsa quidquid glorificatus est, etsi tacite possumus, neulquam vero approbare valeamus.

Ratio plane procul dubio evidens videtur, ut cum multa quorumcunque sanctorum corpora cum ejus Filio resurrexissent credantur, illa, cujus caro non altera quam Filii est, præsertim quæ nulla Patris nisi sola sancti Spiritus in conceptu ejus fometa cognoverit, quomodo sub legibus antiquæ maledictionis in pulvere terræ resederit, quæ auctorem benedictionis singulariter electa protulerit cum sine detrimento, si dicere audeam, carnis Filii esse non possit, si Matris carnem sub communi sorte dimiserit, et privilegium peregrinæ carni contulerit, quod Matri suæ ipsius veræ carni, negaverit? Latenter quidem id minime sentire vetamur, quia tamen testimonia non adjacent, asserere prohibemur.

*Recusat auctor incerta atque incognita sanctorum acta conscribere.* — Si de illa cujus gloriam metiri omnis creatura non prævalet, ea quæ præmissa sunt docere non possumus, de iis quorum salus et perditio incerta sunt, quid nisi silentium sempiternum imperare debemus? Porro sunt quædam de aliquibus scripta, quæ multo deteriora neniis ne subulcorum quidem essent auribus inferenda. Certe cum plures sanctis suis summas antiquitates attribuunt, moderno tempore eorum scribi vitas expostulant. Quod a me profecto sæpe petatum est. Ego autem in his quæ obtutibus subjacent, fallor; et de iis quæ nemo unquam viderit, quid veri profiteor? Si dicerem quæ dici audivi, et etiam sum rogatus ut super laude horum tam ignobilium dicerem, quin etiam ad populum declamarem; et ego, si quæsitâ dicerem, et illi, qui talia suggerebant dicere, publico pariter cauterio digni essent.

§ II. *De sanctorum reliquiis quarum nullum prorsus est dubium. Constantinopolitani et Angerienses monachi caput S. Joannis Baptistæ habere testantur.* — Sed iis, quos sui ipsorum auctoritas exauctorat, omissis, eos, quos certitudo fidei exsequitur attingamus. Certe et ipsis ~~336~~ error est infinitus, aut hi illum, et eundem alii habere se asserunt, verbi gratia<sup>(11)</sup>, caput Baptistæ Dominicæ cum Constantinopolitani habere se dicant, Angerienses monachi idem se habere testantur. Quid ergo magis ridiculum super tanto homine prædicetur, quam si biceps esse ab utrisque dicatur? Sed abrogatis ludicris seria attendamus. Cum ergo constet id quod nusquam geminari potuerit a terutros habere non posse, perspicuum est hos, vel illos, plurimæ falsitati succumbere. Quod si in hac re quæ tota pietati commilitat, mutua ad se versus arrogantia mendacique configunt, pro divinis dæmoniaca agunt. Alterutri ergo qui decipiuntur atque decipiunt, id ipsum profecto quo se jactitant, indebite colunt. Quod si indignum aliquid ab eis colitur, ecce quanto discrimini series ei obsequentium universa addicitur. Quod si Joannis Baptistæ non est, alicujus vero sancti est, non mediocre tamen mendacii malum est.



*Nullum de corporis S. Firmini existentia in Ambianensi Ecclesia, sed in Dionysiano monasterio evidens testimonium reperitur.* Quid de capite Joannis ago, qui de innumeris sanctorum corporibus itidem in dies audio? (13) Plane decessor meus Ambianensis episcopus, cum corpus Firmini martyris, ut putabat, quatenus de theca in thecam efferret, nullum inibi placium, ne unius quidem litteræ testimonium, quis ibidem jaceret, invenit. Ab Atrebatensi, et ipso Ambianensi episcopis, audivi quod refero. Qua de re urbis episcopus plumbeæ laminæ mox inscripsit, quod illic conderetur: *Firminus martyr Ambianorum episcopus.* Nec mora in monasterio Sancti Dionysii idem actitatur. Parata ab abbate ornatiore capsâ dum inde extollitur, dum cum membris caput evolvitur, membranula in martyris naribus reperitur, in qua quod esset Firminus Ambianensis martyr exprimitur.

Igitur Ambianensibus cum nil in tanto astipuletur negotio, aliis autem e regione cum vel vocem testimonia qualiacunque suppeditent, ratio, quæso, cujuslibet judicium factura consedeat? Quidquid in plumbea a Domino episcopo scriptum est lamina nonne jure cassabitur, cui in conscriptione illa nil prorsus testificatur? Et certe Dionysienses illi quomodocunque vel mutiunt, qui saltem litterulis utcunque subnixi sunt. Qui ergo venerantur quod nesciunt, etsi sanctum quid sit, nunquam tamen sine magno periculo sunt. Si alias, in enormi multum sacrilegio. Quid enim magis sacrilegum quam pro divino excolere non divinum? Quæ namque Deo pertinent divina sunt. Et quid Deo pertinacius quam illi qui Deo unicorporales sunt?

§ III. *S. Exuperii loco, Exuperii rustici corpus subinfertur.* — Audi quod querimonias nostras elucidet, et de iis quæ sunt prælata dijudicet. Odo quidam Bajocensis episcopus, Roberti comitis Northmannorum naturalis filius, et Guilelmi senioris Anglorum regis naturaliter frater, sanctum Exuperium prædecessorem suum castro Curboillo cultu permaximo honoratum desiderantissime requirebat. Cumque Ecclesiæ cui inerat ædituum centum denariorum libris numerasset, ut eundem ab ipso reciperet, ille male argutus aucupato cujusdam rustici Exuperii nomine tumulo eruit, et ad episcopum detulit. Interrogat episcopus utrum sancti Exuperii quod intulerat esset, necne, quin etiam sacramentum ab eo exigit. Hoc, inquit, jurejurando tibi asseverabo, quod corpus Exuperii sit, de sanctitate autem nunquam, quia multis id prænomen ascribitur, quorum sententia longe peregrinatur a sancto. Igitur hoc modo episcopus æquivocatus a fure quievit. Oppidanis autem mercimonium de patrono suo quod fecerat custos inclaruit. Qui conventus ab ipsis, respondit: Revisite signa feretri ejus, et nisi illibata videritis, luam pœnas.

Ecce quantum totius religionis dedecus coemptio episcopalis evaluit, dum, promotum tam profane rustico Exuperio, sacro Dei quo intrusus est altario

A accessit, nunquam fortassis desitura contagio (14) tanta indissimiliter facta ubique loci memoriæ meæ sese subjiciunt, ut ad referendum tempus viresque deficient, cum non de integris eorum corporibus tantæ, quantæ de membris et membrorum particulis fraudes fiant (14), dum ossa vulgaria pro sanctorum pignoribus venundanda dispertiant. Hoc plane fit per eos qui, juxta Apostolum: Quæstum existimant pietatem (*I Tim. vi, 5*), dum quod esset, si saperent, suarum conducibile salutem animarum, hoc excrementa efficiant crumenarum.

#### CAPUT IV.

§ I. *Defuncta sanctorum corpora non auro aut argento includi debent.* — Sed hæc omnia a perveritate radicis emergunt, quæ non est alia quam quod eisdem adimitur quod communi sorte debuerat omnis commereri humana natura. Si enim certo certius de terra hominis origo consistit, et persoluto mortis debito in eandem ex primæ damnationis legibus recidit, præsertim cui dictum est: *Terra es, et in terram ibis*: Deus, mea sententia, nec præsentem, nec secuturo cuiquam dixit: *Aurum vel argentum es, in aurum vel argentum ibis*. Ut quid, precor, homo a sua natura, imo a Dei imperio eruitur, ut quod conditionaliter nulli competit, aureis vel argenteis conchulis inseratur!

Si vir sapiens alia præter terram humanorum corporum sciret receptacula, non diceret: **337** Quod grave jugum super filios Adæ a die exitus de ventre matris eorum, usque dum redeant in matrem omnium (*Eccli. xl, 1*). Nota quam concinne dictum sit, matrem eorum et matrem omnium. Si mater mihi dicitur, quæ ventris loculum, et hunc immutabilem, qui altari non potuerit, præbuit, consequentius et mater ipsa est, quæ materiam essendi mortalibus dedit, et plusquam mater est plane, quia, quod secundis non licet matribus, iterato nos recipit. Quocunque enim apparatu sarcophagorum amoliri a te tactum terræ volueris, velis nolis, terra sis. Et quæ dignitas ut quis auro argenteove claudatur, cum Dei Filius saxo vilissimo obstruatur? Quod ad sæculorum primordiis ne superbissimis quidem regibus constat inolitum, nec unicum memoriæ meæ suppeditatur exemplum; et cum infinitas thesaurorum copias sepulcris immergerent, (15) nunquam legisse me memini quod loculis aureis seu argenteis marmorata pura mutarent. Quæ Dei æmulatio est, sed non secundum scientiam (*Rom. x, 2*), ut fides nullum fructum afferens, sed quæ multum pariat indecens, nostro tempore commentetur, quod nulli unquam religioni, nullis usquam divitiis exhibitum a sæculo comperimus.

*E tumulis erui corpora sanctorum Guiberto non probatur.* — (16) Certe si sanctorum corpora sua, juxta naturæ debitum, loca, id est sepulcra servassent, hujusmodi quos recensui errores vacassent. Per hoc enim quod e tumulis eruuntur, membra-

tim huc illucque feruntur, et cum pietatis obtentus A occasio circumlationis exstiterit, ad hoc subeunte nequitia detorqueri cœpta est intentionis rectitudo, ut pene quæ simpliciter fieri consueverant corrumperet univēsa cupido. Si tanti loco meriti Tobie mortuorum sepultura ascribitur, ut inter cœterarum beneficia humanitatum Raphaelis specialiter fere testimonio collaudetur, et ante Dei oculos grate admodum delata dicatur (*Tob. xii. 12, 13*), quid impietatis et culpæ putamus obtineat, qui corpora naturali debito privans quavis levi occasione molestat? Et quæ non dico levior, sed importunior occasio quam ut discipulus præponatur magistro? ille lapidi intrudatur, hic auro claudatur? ille nec pene subtili sindone obvolvatur, hic palliis aut sericis, aurove textili subcingatur?

(17) Apud splendidissimum papam Gregorium, hi qui corpora Pauli apostoli, Laurentiique martyris inscii conspexere gravissime sunt puniti. Quid de iis iudicii proferetur, quibus avaritia sola in causa est, et sanctorum corpora faciunt irrequieta dispergi, imo, ut sic dicam, pro sola oblationum illatione quotidiana ostentui haberi? Solent namque pyxidibus eburneis aut argenteis nuda sanctorum ossa contegere, et ad tempus et horam pretio sese ingerente retegere. Spiritus Samuels, qui, ut spiritus naturali alacritate vigeat, per Pythiissam inquietari se quia evocabatur, queritur (*I Reg. xxviii. 15*), et ossa materialia quæ hac illacque dispersioni patent, si possint justissime non querantur? Jacob et Joseph tantopere de sepulturis mandant (*Genes. xlvi. 30; L. 24*). et omnes sancti sepulcra sibi præparant, de reportandis ad genitale solum ossibus operam gerunt, in domo sua, id est in parentela, inter scilicet contribules suos non sepeliri, quasi pene damnari metuunt: quid aliud videtur nisi quod corpora ad resurrectionis gloriam immutanda omnimodis magni pendunt?

Si nemo, id est ratione se agens, carnem suam odio habuit (*Eph. v. 29*), quin escæ ac potus obsonia quotidianæ indigentiae comministret, quanto magis illud, in quo necessitati luxuria nulla comunicet, ut in haustu victualium aliquoties contingere solet, præcordialiusque quamvis sumptuoso tristis hujus, ut ait poeta, ministerii ambitu, spem ad melioris vitæ statum porrigens extruere debet, ubi liber ab hieme sæculari, et præsentium tutus ab imbre turbarum, vocem archangeli surgere jubentis exspectet? Si hujusmodi vocat Apostolus dormientes (*I Thess. iv. 12*), ego tales existimo inquietare nefarium, præsertim cum in hac ipsa quiete neminem qui evigilare compellat alium præstolentur, nisi eum qui faciat de mortuis viviscentes.

Dicat quisque quod sentit, securus plane ego inferam, (18) non Deo, non sanctis ipsis unquam fuisse placitum ut eorum cuiuspiam debuerit reserari sepulcrum, aut dirimi per frustra corpusculum. Apud gentiles respectu humanitatis omnino inopi-

bus pollinctorum, et vespillonum generaliter obsequabantur officia, et vulgaris sandapilæ, et certe quorum spes, intereunte corpore, pariter interibat, et nos eorum busta suffodimus, membra dividimus, quos sane plurimis documentis super hac motione irasci comperimus!

Plane Gregorius (lib xxxi, *epist. 30*), cum Pauli apostoli caput ab Augusta, nisi fallor, Tiberii peteretur, (19) se prorsus id non audere respondit, illa quam superius dixi super ejus repertoribus animadversione prætensa. Eadmundus apud Anglos non ignobilis gloriæ rex et martyr existit, cujus in sui tuitione corporis zelum vellem sancti æmularentur cæteri, qui in statu dormienti simillimo huc usque persistens a nemine videri se dignatur aut tangi.

B Nostra enim ætate, ut ea quæ in ejus passione leguntur taceam, (20) abba quidam ejus loci plus æquo curiosus, utrum, uti vulgabatur, caput ejus post abscissionem corpori esset unitum, præmissis jejuniis cum 336 quodam suo monacho adniente tentavit; sed tentationem illam tanta confestim punivit infirmitas ut in neutro ulla deinceps remaneret manuum utilitas.

Si sic quietum suis tumultis fore quemque liceret, super corporum, pignorumve sacrorum mutatione sine concambio altercatio tota sileret, nec ii illum, illi eundem habere se dicerent, si illibata universorum, ut justum esset, monumenta manerent, et dum omnes in sibi attributa terra immoti C quiescerent, fraudes, quas prælibavimus, super eorum multifida distributione non fierent, nec indigni dignorum loca tenerent.

§ II. *Non peccant qui reliquias cujusdam sancti pro alio venerantur* — Quæritur quoque ab aliquibus utrum eorum reliquiarum cum alteræ pro alteris honorantur, et non sint ejus, cujus esse putantur, aliquid perniciosum colentibus importare credantur. Quod ego non æstimo: cum enim Dominus de eis dicat, *ut sint*, inquit, *unum sicut et nos unum sumus* (*Joan. xvii. 22*), cum ipsorum universitas sub Christo capite sit quasi quædam identitas corporis, et unus cum Deo sit spiritus ipsi adhærentis, inter eorum ossa qui sancti sunt, non est error si alia pro aliis excolantur, qui commembres in sui auctoris corpore dignoscuntur. A quo sensu non discrepare videtur, quod quatuor coronatorum festività sub aliorum quinque martyrum nominibus ex Romana auctoritate recolitur (die 8 Novemb.).

*Qui certe sanctum existimat, colitque, quamvis talis non sit, fructum recipit orationis apud Deum.* — Sed ad hæc forsitan quivis quæ utrum Deus simplices quosque exaudiat, cum per eos invocatur quos esse sanctos non constat. Cui respondendum, quia sicut Deum, qui eum, de quo est incertus exposcit, irritat; ita eum si fideliter sanctum illum credens, qui non est sanctus exoret, placat. Verbi gratia, ponamus aliquem qui eleemosynam putet esse peccatum: si ergo is scienter eleemosynam faciat, revera profecto ex conscientie intuitu pec-

m tamen aliorum vere sit bonum quod facta plane si sanctum quis aestimet, quem san- quidem dici audiat, sanctum vero esse non ; si eum præcordialiter, et secundum fidem ellet, apud Deum, qui causa et fructus est is, intentio deprecantis tota deligitur, quo- modo animus per simplicitatem super suo ssore errare videatur, et quod sub spe boni tur, nunquam a boni remuneratione cas- dim recipias prophetam in nomine prophetæ, qui solum, sine re, aut justi aut prophetæ no-

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

## LIBER SECUNDUS.

## DE CORPORE DOMINI BIPERTITO, PRINCIPALI SCILICET AC MYSTICO.

## CAPUT PRIMUM.

r iis, ac si proœmio futuræ nostræ disputa- explicitis, ad fundamentum quod in initiis t, pretiosos fidelis eloquii lapides apponamus, eum difficillimæ et a multis mihi propositæ nis terendo, et quasi dentibus effringendo nus. Ob hoc nempe densissima tractatus ti veluti rudera exhaustimus, ut licentius idum, utinam Deo favente, solubilem, elabo- ssemus.

quidem super sanctorum reliquiis, quid dum, quid agendum sit hucusque dixerimus, spositioni nostræ omnimodo supersedit quod Salvatoris, quem novennis forsitan exigente emisisse potuerit, quidam in vicinia nostra se contendunt. Nec desunt alii qui umbilici laum quod nuper natis abscinditur, sunt qui sibi præputium ipsius Domini habere se as- de quo magnus Origenes, « Fuere, ait, qui- i de ipsa Domini circumcissione non erubue- ros scribere. »

Duobus ergo sequentibus omissis, primo quod nos propinquius urget hæreamus. im abrogato, liquidius exinanientur et cæ- si probari potest hoc in terra resedissee de oprio, miror quam vicissitudinem nobis no- limittere in corpore figurato, figurato, in- quod sic umbra fit secundum speciem ut non st a virtutis efficacia secundum præcedentem m. Præcedens autem, ipsa est personalis in quam refertur et identificatur significa- iod enim ob sui memoriam tradidit facien- adubiam suæ proprietatis præsentiam refert. men hic præsentia, si aliud esset quam ipsa tas, non major esset quam annuli conjugalis ixorem præstantia. Ad uxoris enim memo- nnulus vicissitudo fieret mariti. Alterum ergo ascendo de Virgine, patiendis in cruce ali- la temporum mora præcesit, dedit causas

B alteri, quod ad ejus, ut sic dicam, vicariam identita- tem sub ejus exemplo successit.

Inde a me potissimum illud primum veritas ap- pellatur, de quo ista quæ agimus tractabilia nobis sacramenta manarunt, quia qualemcunque recipiat veritatem illud quod a primo sub figura demittitur, primum tamen principaliter verum est, quod cau- sam subministrat illi, quod ab eo derivatum est. Illud enim procul dubio veritas principalis et est et dici potest, in quo nil aliud adumbratur quam capi intuentium atque tractantium tam sensibus quam intellectibus valet. In altero autem, et si omnis ha- benda veritas est, principale tamen non est, quia a principali inflectitur quod est, et ad id reciprocari sibi semper convenit, cujus species ac relativum est.

C Speciem vero non particularitatem, sed figuram, quam usus exterior præterdit, accipio, cum sit hoc totum quod est præcedens suum. Unde et in psalmo Spiritus principalis Pater appellatur (*Psal. L, 14*), non quod secundum divinam essentiam Filio ei san- cto Spiritui principetur, sed quod Filii ac sancti Spiritus ab ipso origo deducitur. Unde qui in psalmo principalis dicitur, personarum tamen ultimus no- minatur, cum ex ipsius ore Filii in tribus vocabulis primo ponatur, ut a propheta evidenter innuatur, in natura illa quod nil prius, nil posterius habeatur, licet grata levitas substantiis subsistentiarum quasi origines supponere machinetur, cum neutrum in divina essentia capi posse videatur, cum sola essen- tia, dum de divinis agimus, dici convenientius æsti- metur. Cum enim subsistentia ab aliquibus sub- stantiæ origo dicatur, qui vigilat diligenter attendat quomodo in Deum substare ac subsistere cadat, cum humani capacitas ingenii, et linguæ humanæ licentia nil præter essentiam de Deo habiliter dicat.

## CAPUT II.

§ I. His per excursus dictis, tandem repetamus omnia. Illud itaque principale corpus, quod mate- riam sequentibus præstitit sacramentis, si sui resi-

duum in terra dimisit, parte provecta ad superos, A quæ necessitas fuit non quasi alterius corporis in hac vita oppignerare mysterio, cum satis omnino esset de propriæ carnis ejus gaudere residuo? Et certe sine ullo intellectualitatis acumine, sine ulla experientia contemplandi, carnis nostræ adjacebat obtutibus, Dominicæ carnis quas prædixi particulas intueri, et digitis atrectare nec opus erat per vini panisque materiam, rerum videlicet apparentium, fidei, juxta Apostolum, nostræ substantiam exercere (*Hebr.* xi, 1). Plurimum enim animus exercetur, et quasi extra suæ habitationis castra egreditur, cum ex intentione visibilia invisibilia speculari docetur. Gratosum plane est, et cunctis desideriorum æstibus affectandum, rem quæ est excolenda ipsam sine typis, sine figurarum velaminibus, præ visibus habere, ardere præcordiis, ulnis cordis astringere. Et cum Deum non lateat amorem eorum quæ videntur et sensibus adjacent, affectuosius in hominibus sedere ac hærerere judicio, nunquam decuit ut qui in ejus semper possumus delectari proprie proprio, impenetrabili multis subtilitate fatigemur potius quam jucundemur umbratico.

Cum ergo sufficeret tantillum illud residui, si tamen tantillum dici potest, quod toti mundo præponderat, ad gaudii universalis fideique tenorem, quid Jesus Dominus in figurata rursus hostia carnem suam mortalibus dat obsidem? Certe securus dicam, quia frustra ad sui monumentum vicarium dimisit corpus, qui tot portionum, quæ sui sufficerent facere mentionem, in terra reliquerit munus. *Hæc*, inquit, *quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis* (*I Cor.* ii, 25).

Scire velim quam de se haberi memoriam affectat, et cur alia, quibus magis inter suos celebretur, inducat, cum non dico tot ac tantæ partes, sed ad totius mundi concursum corporis ejus, quod de sancto Spiritu Virgo conceperit, minutia in atomi modum vel una sufficiat. Videtur autem mihi quasi sit dicere: Cum nihil in terra resideat, unde mea apud vos memoria recalescat, ubi enim nihil sensualitati vestræ præstat, quod **340** intellectualitati præsentiam meam innovando exhibeat, dignum est ut tale quid vobis a me fiat, unde me vobis pro me restituam, et de mei apud vos præsentia quam amastis et adhuc desideratis, nihil imminuam. Quid aliud prælibatus sermo, si vigilanter attendas, resonare videbitur?

Duo ergo erunt corpora nobis ad hanc memoriam inculcandam præstituta? Nonne apostolis, sed contra solum Judam agens, loquitur: *Pauperes semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis* (*Joan.* xii, 8). Sed ne hoc contrarium æstimetur illi promisso: *Ego autem vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi* (*Matth.* xxviii, 20), sciendum procul dubio quia hoc intelligendum est de tutela, in quantum Deus est, spirituali, illud de præsentia corporali. Quod si de præsentia hac agitur, profecto qui dentem ejus, vel

umbilicum, seu quod legitur circumciscum? sibi arrogat, usquequaque mentitur. Quod enim dicit, *me*, quidquid humanitas unquam fuit, complectitur.

Quod si particulas illas illum esse negas, partem pro toto, et totum pro parte poni posse forsitan ignoras, synecdochice nempe non solum loqui Scripturas, sed et ipsos quosque illiteratos et vulgares hac figura sermonum uti, nulli non perspicuum. Si enim tibi casu quolibet pedem, manum vel ultimum unguem atteras, et interrogaris quid habeas, nonne illico inferis: *Læsi me*, inquis? Et quota pars unguis ad totum? Si te læsum non difliteris cum perminima tui particula quitatur, illud *me* quod semper ab ipsis haberi non posse fatetur pari sensu tenebitur. Si amicos, animarum nostrarum dimidium, et propinquos sanguinis, carnem nostram appellare solemus, cum singuli dicimus *me*, quid aliud quam totum quod est in nobis et ex nobis exprimimus? Certe si sanguinem minuas, capillum tondeas, reseces unguem, et rogitare quis cujus essent hæc, aut tua esse, aut de te responderes. Si de agro aut corio fieret subciscivum, non ideo non esse de agro aut corio quod excisum fuerit, nisi insanus asseret.

§ II. *Quod in sumptione corporis Christi efficit meritorum inæqualitas.* — Audi adhuc antequam ad arctiora contra te progrediamur, quod partem tuam premat, ab eo ipso Domino alibi dicitur: *Qui manducat me vivit propter me* (*Joan.* v, 58). Ecce, sicut superius diximus: *Ego vobiscum sum* (*Matth.* xxviii, 20). Et: *Me non semper habebitis* (*Joan.* xi, 8), diversa sonare, ita primum illud *me* aliud significat quam secundum. Est enim dicere: Qui exterius meum, carnem videlicet et sanguinem, manducat, vivit ex eo ipso quod interiorem hominem illuminando vivificat. Cum ergo fieri non possit ad litteram, ut totus ab aliquo manducetur, nisi pars pro toto accipiatur, secundum interiorem sensum indifficiliter id agitur, præsertim cum fides corporis ita habeatur ut quod minutatim porrigitur, totum in sui minutiis teneatur. Sicut enim de manna in Exodo legitur quia: *Qui plus collegerat, non amplius habuit; et qui minus paraverat, nihil minus* (*Exod.* xvi, 18); sed cuique prout edere poterat est impensum, ita hujusmodi sacramentum, prout in quoque sese capit intellectus, aut minuitur, aut excrescit: minuitur, secundum propriæ obscuriorem intelligentiam fidei, ubi tamen minor non est utilitas sacramenti; excrescit autem, secundum capacitatem fidelis ingenii, in quo eadem quæ in simplicibus manet æqualitas ad salutem sacri cibi, omnibus, juxta pietatis a Deo indultæ mensuram, in nullo clauda est sufficientia tanti doni.

In omni autem materiali re majoritas et minoritas ideo esse dignoscitur, quod quorumque in quibusque naturis quantitates corporum æquas magnitudines habere non possint, et quod in majorum molium enormi crassitudine continetur, in minorum tenuitate neququam capiatur. In hujus vero sacrificii mystico apparatu longe aliter se modus habet,

rtim cum in illa dispartitione, licet non dis- A  
s aliis quantitibus disparitas habeatur, secun-  
tamen interioris oculi pensum, non plus refert  
ari qui totum quidquid conficitur inibi sumit

qui portiunculam omnino perminimam. Si  
multos in ara proponas panes, putas quod  
li illi singula Dominica corpora faciant, et non  
numerositas quantacunque fuerit hostiarum  
nam internæ contemplationis redigatur effi-

res qui in pyxide inscio sacerdote super altari  
ueruul, non esse sacratos, quia requiritur offe-  
intentio. — In quo etiam illud adnotandum,  
proposito minus conveniat, quia aliquos in hoc  
rrasse cognovi, quod sacramentarios illos pa-  
per oram, dum solemnia aguntur, in pyxide B  
ignorante sacerdote, dimiserit, et divina re  
remansisse compererit. Casus ille ad cleri  
um, qui illi Ecclesiæ serviebat, delatus, hunc  
t censuræ finem, quod videlicet quidquid erat  
xide, quæ super aram, dum fierent sacra, re-  
it, pro confecto sacramento haberetur, et com-  
aturis pro eucharistia præberetur. Quod absur-  
re factum, hebes est qui dubitat. Quo enim  
is intentio, imo memoria aut notitia quidem  
porrigitur, qua ratione sacrari posse creditur?  
te si ipsi pallæ corporali sacerdote inscio sub-  
tur, aut in quavis parte calicis gutta, præter  
od ab ipso propositum est, **3.11** pependisse  
xactum mysterium videretur, nihil profecto C  
ad sacramentum pertinens a sapiente aliquo  
etur. Nil enim ibi fit, nisi in eo quod fines ex-  
lantis attingit, nec quidpiam quod sacrum fiat  
le contrahitur, nisi id solum cui verbum Domi-  
i, quod solummodo sacramentum conficit,  
atur. Quod facit infidelis aut catechumenus  
vangelium in ecclesia, hoc facit panis impro-  
appositus, aut in aliqua parte calicis fortuito  
dependens inter sacra.

*Eucharistiam sumit, totum Christum, hoc est  
em et Deum, manducat.* — Sed iis semotis, ad ea  
cøperam redeundum. Qui inquit, *manducat  
ivit, propter me* (Joan. vi, 58). Si ergo Christum  
nducari intelligas, ut in distributione illa per  
ra, membrorumque segmenta in ora suscipien-  
cedere credas, verbi gratia, ut iste digitum,  
giti partem percipiat, sicque per singulas par-  
rporis, et item partium frustra procedat, pro-  
huic sensui verbum Christi non consonat.  
ergo dicit, *me*, universitatem substantiæ, quæ  
erat, significat, imo id quod ex utraque nar-  
rat. Ac si diceret: Qui manducat me in quan-  
homo sum, vivit propter me in quantum  
sum. Cum enim sit Deus in duabus ex dua-  
e naturis, ex altera nostrum mortale vivificat,  
era nostrum vitale clarificat. Hinc est quod  
s et sanguinem, quodque singulariter tradit,  
od corporis nostri humilitati eximendæ ab  
nis naturalibus attinebat, per suum corpus in

nostros us<sup>us</sup> præbitum induceret; et juxta quod in  
Levitico legitur: *Anima enim omnis carnis in san-  
guine est* (Levit. xvii, 14), per sanguinem suum ani-  
marum nostrarum interna lustraret.

Quod luce evidenti<sup>us</sup> ostendit, dum ad exhibitio-  
nem corporis nil aliud infert, nisi: *Hoc est corpus  
meum quod pro vobis tradetur* (I Cor. xi, 24). Quod  
tamen et ipsum addimentum apostoli Pauli est.  
Ad sanguinem autem, tanto laxius tractat, quanto  
a<sup>u</sup>imam corpore pretiosiore<sup>m</sup> existimat. Hunc enim  
et pro eis quibus loquebatur, et *pro multis* effunden-  
dum perhibet *in remissionem peccatorum* (Matth.  
xxvi, 28). Si ergo sanguis ad diluendas a peccatis  
animas exponitur, profecto patenter ostenditur,  
nullum animabus inesse peccatum, nisi quod ipsarum  
animarum appetitu ac consensu peragitur; sicut  
enim manubrium sine ferro nil explicat, ita corpus  
sine animæ voluntate præter originale non peccat.

Si adhuc exempla rogitas, præsto plane erunt  
simillima. Cum enim dixisset Joannes: *Multi ex  
Julæis crediderunt in eum*, adjecit: *Jesus autem non  
credebat se eis* (Joan. ii, 23, 24). Juxta beatum nam-  
que Augustinum, non se eis credit, quia, etsi cred-  
dat, non nisi tamen baptizato eucharistiam corporis  
sui committit. Dicit et alias: *Qui credit in me, non  
credit in me, sed in eum qui misit me* (Joan. xii, 44):  
Alias etiam: *Nisi manducaveritis carnem filii homi-  
nis, et biberitis ejus sanguinem* (Joan. vi, 54), etc.

## CAPUT III.

§ I. *Ab altaris sacramento manant cætera sacra-  
menta.* — Quia igitur de bipertito corpore Domini,  
vero videlicet (quod superius principale diximus,  
unde hæc sequentia sacramenta manarunt) ac my-  
stico, quod figuratum supra appellavimus, quo omni  
luce purior Veritas sub panis ac vini umbra confici-  
tur, loqui cœpimus, antequam de dente, et reliquiis  
Salvatoris disserere adori<sup>amur</sup>, quæstiones quæ  
exinde fieri solent sub præmissis testimoniis venti-  
lare quidem volumus; nescio tamen si definire po-  
terimus.

Quæritur utrum corpus illud, quod ab altari su-  
mitur, speciem viventis Domini aut mortui gerat.  
Viventem autem eum scimus, semper cohabitantem  
in se habuisse personaliter Deum; nomen vero Dei  
Filii, et cum nomine ipsam rem non amisisse, ne-  
quidem mortuum. Cum ergo se asserit manducan-  
dum, ostendere plane videtur suæ personalitatis in-  
d<sup>id</sup>viduum. Personaliter autem Deus ac homo est;  
Deum ergo et hominem mandibilem fieri quæ per-  
mittet ratio? In eo enim verbo quo dicitur: *Qui  
manducat me* (Joan. vi, 58), sic necessario intelli-  
gere debere videtur. Temperantius autem illic: *Qui  
manducal carnem meam, et bibit sanguinem meum,  
in me manet* (ibid., 57). Quæ itaque altercatio inter  
sani capitis homines ex hoc versari debet? Si Christi  
anima Deum sibi habuit insessorem, mysterium  
illud simplicis creaturæ, quod pure sacris officiis  
adhibetur, quis audebit dicere quin Deum habeat

vivificatorem? Qui enim de sancto Spiritu et virgineo sanguine cretus, individuum Dei ac hominis personam exhibuit, panis ac vini substantiæ ad sui nobis repræsentationem affluentissimum totius divinitatis illapsus inviscerare non debuit?

*Sacramentum illud omnia delet peccata.* — Si aqua baptismatis non modo vivifica per Spiritum, sed vivificans appellatur, illi naturæ, quæ in divinum universa mutatur, a superna præsentia, a perfecta Dei inhabitatione exanimata credetur? Illa per cloacas ruitura, Spiritu fecundante, diluendorum temporalem, imo horariam accipit potentiam peccatorum, hæc hostia, sive ad salutem hostium sumpta, sive a peccatoribus et indignis præsumpta, ad thronum gloriæ semper refertur, nunquam desitura provehitur, **349** fidenter dico, in ejus corpore a quo prohiit, nullas unquam indignitates, non indignas humilitatis usquam ab improbis perlatura suscipitur. Si enim a quolibet digne percipietur, quid aliud quam summo illi Capiti cohærentium per sui ipsius quam suscipit carnem illico commembris efficitur? Quo namque magis modo in corpus Jesu quisque trajicitur, quam si communicando huic carni ac sanguini intimetur?

*Ab indignis suscipientibus nil læsionis accipit Christus.* — Porro si improbus illud sumas, teipsum, quia sacra sacrilege suscipis, profecto condemnas, et in eo quod corpus Domini nequaquam dijudicas (*I Cor. xi, 29*), idipsum quidem, quantum tibi attinet, vilipendis atque dedecoras, sed a tuis injuriis summam illam excellentiam impenetrabilis usquequaque tuetur immunitas.

§ II. *Objectio 1. Christum ab isdem non suscipi falso nonnulli putabant: quos infra consulat Guibertus.* — Sed nemo ægre ferat, si ex persona cujusdam aliter sentientis paulo longius videar disputare. Pro fide, inquam, aut perfidia suscipientium constare putatur, aut quasi delicere sacramentum, qui infideliter, aut contemptui ducens illud sumit, in quantum non reveretur, nec honorificat, si fidelis est, in quantum discredidit, si sit infidelis, et mente refutat corpus Domini. Ergo sensu meo non video quomodo animabus aut corporibus talium possit aptari. Si enim in sacrativo canone pro iis solum oratio prætenditur, qui orthodoxi, qui cultores fidei catholicæ sunt, et maxime qui famuli ac famulæ Dei sunt, quod meritum obtendi sufficeret, nedum cum additur: *Quorum, inquit, tibi fides est cognita, et nota devotio*, qui hic habet infidelis, quid reprobus Christianus? Si pro vobis, o apostoli, et cæteri sancti discipuli, et pro multis effunditur sanguis ille in remissionem peccatorum, multis videlicet, non aliis quam electis, habent quamcunque, sibi tamen pessimam pravi quilibet facultatem exterius suscipere sacramentum, sed rem sacramenti non habent. Suscipiunt quidem quod visibile solum est, sed quia ad vitam nequaquam nutriuntur ex eo perpetuam, illis exinanitur quod invisibile et utile est. Et quomodo illi tanta res adaptatur, quæ in vitam æternam per-

cipientibus datur, si ad gehennæ incendium irrecuperabiliter præparatur?

Si bonæ fidei catechumenus qui nondum baptizatus est, divinis sacrificiis jubetur absistere, ei qui infideliter aut impudenter accedit ad ista, quomodo poterit prodesse, imo non ad cumulum damnationis obesse? Cum evangelizantibus diceretur ut hospitaturi dicerent: *Pax huic domui*, adjungitur: *Si ibi fuerit filius pacis requiescet super illum pax vestra. Sin autem, ad vos revertetur* (*Luc. x, 5, 6*). Si prædicatoris beneficium, reprobis infructuose dilargitum, ad ipsum recipiatur cujus est meritum, in corpore inepte irrationabiliterque suscipientis et in anima sordide tractantis, putas tantum munus tam lædo carcere claudetur, squalentibus adeo locis indebitum? Si Spiritus sanctus disciplinæ effugit fictum, nec habitat in corpore subdito peccatis, imo corripitur a superveniente iniquitate (*Sap. i, 5*), divina ista substantia, quæ Filii Dei corpus, per ejusdem Spiritus plenitudinem et Filii personæ identificationem, efficitur; illi spurcissimo cordi se quomodo inferet, cujus sanctus ille Spiritus habitationis impatientis sordes ferre non prævalet?

§ III. *Objectio 2.* — Sed dicit quispiam: Ergo sacramentum non est, nec rem sacramenti habet quisquis est qui tale quid suscipit, quare damnationi subjacet? Ad quod ego inferam: Si panis ille nihil in se sacrum præter quam panis communis haberet, ille tamen qui id sumit corpus esse Dominicum æstimaret, et ad id impudenter accipiendum sese ingereret, non minori procul dubio judicio succumberet quam si Jesu verissimum corpus esset. Videtur ergo mihi sentire profanum, ut tanta dignitas, quæ loco indebito nihil utilitatis, imo nefariæ huic proditori causas totius maledictionis importat, tali intrusione damnetur. Ad cujus honorem nullo modo pertinet, si gratia hæc, quæ totius mundiæ nutrix est, turpis conscientiæ contagiis obruatur, et miser homo sub hac præsumptione muletetur.

§ IV. *Objectio 3.* — Putasne quod, si quispiam infidelis id sumeret, corpus Domini esset? Et quomodo irrisorie aut ignoranter sumenti corpus Domini est, cui super ipso mysterio nulla fides est? Etsi a puerulo aut quolibet insensato, qui utrum sit sacramentum discernere nesciat, præsumatur, huicne tali, quod corpus Domini insolenter susceperit, imputatur? nullatenus assentior. Dicam, sed sine præjudicio melioris sententiæ, nulli imputari debere bene sumptum aut male hoc corpus, nisi qui primum potuerit vel ex parte agnoscere fidem ejus. Certe naturaliter fatuis, et amentiam incurrentibus peccata etiam gravissima, quæ dementia et fatuitate committunt, ad damnationem imputare nullus audet, nec eum addicere peccato quis debet, qui malum, conscientia discernente, non perpetret.

Plane indubium et innumeros episcopalis et secundi ordinis exstitisse viros, qui et **343** hæc sacra populis celebrarent, et fidem veritatis internæ sacrorum eorumdem nullatenus haberent. Putas ergo

ita gererent, nec pretium eorum quæ exterius A a quibus Simoniaci nesciuntur, sacrum quidpiam per eorum manus impositionem accipitur, per fidem suscipientis, et pestem illam ignorantis, virus totius illius hæreseos vacuetur, in tantum ut quod Simonicus ipse non habet, cum videbitur etiam non habita præstitisse, ratum ex sola accipientis fide constet. Ponamus quoque e regione sanctum aliquem totius Simoniacæ cladis expertem, cujus secundarii, archidiaconi scilicet, aut decani Simoniacæ quidem ad eum ordinandos inducant, a sancto conducti illo, quantumlibet sanctum legitimumque sit quod dat, nihil accipiunt, sed tanquam exanimis ad solem nec vident, nec sentiunt.

*Objectio 4.* — Sed ad hæc, in quo vel præci-  
vina virtus eminent, gratia ista, quæ fictos sa-  
es effugit, fideles populos, quibus ista gerun-  
on deserit, dum corpus idem, quod non est  
; apud illos qui id ipsum infideliter admini-  
, sit sacramentum et res sacramenti iis qui,  
nfideli, fideliter tamen astant, verbi gratia, si  
mum subeat Judæus quispiam, quod crebro  
git mente perfida, lucri causa, nunquid immu-  
n peccatorum assequitur? Et qui ad tantam  
tem fictus malevolusque procedit, is ipse Spi-  
anctus, cujus potentiæ fuit sanctificare bap-  
, nullo modo prævaluit indulgere peccatum  
unquæ, vel minimum; quod quidem si potuis-  
on potentia profecto, sed impotentia, et hæc  
a fuisset. Sane vecordi et imprænitenti condo-  
eatum, nihil aliud est, ut mihi videtur, quam  
iosis atque superbis favore indulgendo præ-  
malignum. Et quomodo Deus erit, si scelera  
rreverantibus in eis impiane remittit? fictus  
baptisma subit, et illud nempe quod sanctus  
is ad imprecationem cujuscunque sacerdotis  
e imbuit et efficax fecit, et tamen inefficax  
t, qui fictus accessit.

e luce clarius fit evidens quod ubi fides non  
ramentum etiam fit impotens. Nec mihi quis  
it quod etiam ethnicus hæreticusque baptizat,  
lia auctoritas est in dando quam confessionis  
nominis in suscipiendo. Ad dantem enim et  
cantem ministerium exterius refertur, ad  
um vero efficiencia reportatur, cui, sicut dici-  
Hic est qui baptizat (*Joan.* 1, 33), » perhibe-  
iam, quia solus sacrificat. Si ergo dantes, id  
inistros, singularis, quia eam sibi retinuit,  
i commendat auctoritas, in confessoribus uti-  
liscernendis, dum in hoc versamur sæculo,  
t multa dubietas. Unde psalmus : « Statuit,  
, aquas quasi in utre (*Psal.* LXXVII, 13). » Si  
spiritualia dona sunt, de quibus alibi dicitur :  
nen Dei repletum est aquis (*Psal.* LXIV, 10), »  
am ipse baptismus, hæc cui vult Deus infun-  
divult obserat, pro intentione videlicet ac me-  
cedentis, et cohibet, et dat.

. *Objectio 5.* — His etiam aliquid, non minus  
superiora, poterit valere subjectum. Scimus  
multiplici canone tenemus Simoniacæ ordina-  
e præsules sive presbyteros, nihil a suo ordi-  
recipere, sed et cum alios ideo ordinaverint,  
crificaverint, quod a nemine acceperint, seu  
, seu dare non posse. Huic tamen tam nego-  
ericulo conditio divina se ingerit, ut si ab illis,

a quibus Simoniaci nesciuntur, sacrum quidpiam per  
eorum manus impositionem accipitur, per fidem  
suscipientis, et pestem illam ignorantis, virus totius  
illius hæreseos vacuetur, in tantum ut quod Simonia-  
cus ipse non habet, cum videbitur etiam non habita  
præstitisse, ratum ex sola accipientis fide constet.  
Ponamus quoque e regione sanctum aliquem totius  
Simoniacæ cladis expertem, cujus secundarii, archi-  
diaconi scilicet, aut decani Simoniacæ quidem ad  
eum ordinandos inducant, a sancto conducti illo,  
quantumlibet sanctum legitimumque sit quod dat,  
nihil accipiunt, sed tanquam exanimis ad solem  
nec vident, nec sentiunt.

Si hæc ad sacrificii divini comparisonem per-  
minima ob unius peccati immanitatem et detrahun-  
tur et dantur, et divinæ pro gratia suscipientium  
censuræ mutantur, in illo sacrosancto mysterio a  
damnatis justus non discernitur? Scio nec in iis  
beato gentium Doctore me obvium præbeo dicenti :  
« Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi man-  
ducat et bibit (*I Cor.* II, 29), » quia qui de Domi-  
nici corporis veritate non dubitat, et id ipsum  
atrocis aut flagitiosi animi improbitate, ut sic dicam  
ecclesiastico verbo, communicat, in quo tantæ per-  
sonalitati non defert, nosse velim quid sacri, quid  
utilis ab altari refert? Esto : Ecce vel sacramentum,  
etsi insolenter et ~~stolide~~, non tam sumptum quam  
præsumptum. Etsi hoc certe conceditur, quomodo  
tamen rem sacramenti inde referat, non videtur :  
quod si res sacramenti deest, sacramentum sum-  
pisse quid prodest?

*Sacramentum trifariam usurpatur.* — Sacramen-  
tum autem trifariam dividitur. Pro jurejurando  
namque ponitur, et pro re quoque sacra dici solet,  
pro mysterio etiam accipitur. Sit ergo res sacra,  
sitque mysterium, hoc totum fit sublata re sacra-  
menti, indigno supplicium. Dicemus itaque quod  
hujus tanti muneris cælo ac terræ adoranda majes-  
tas putentissimo pectori scelesti cujuscumque se li-  
benter immergat, ob hoc scilicet solum, ut dam-  
nandi hominis miserum 344 cor exurat? Absit hoc  
a piissima benigni Jesu anima! Corde credo ac ore  
confiteor quod ad hæc sancta præsumpta accedens  
dignissime puniatur, sed nullatenus profiteri au-  
deam quod tantæ veritatis dignitas locis infamibus  
teneatur. « Etsi novimus, ait Apostolus, Jesum se-  
cundum carnem, sed nunc jam non novimus (*II Cor.*  
v, 16). » Jam ergo in paternæ coæqualitatis prove-  
ctus assessu, ad contumelias tolerandas iterum re-  
digetur, ut vitioso, qui quondam quo caput reclina-  
ret non habuit (*Luc.* ix, 58), obsolescere modo  
cogatur hospitio? Audeo et bonam fidem ad Deum  
habeo. Unde et tutius dico Jesum Dominum crucem  
potuisse portare facilius quam humanam conversa-  
tionem tolerare fœdis in moribus. Ad hoc igitur eum  
reciprocata miseria referat, ut ad referendos nostri  
generis rursus errores redire invidet? Impossibili-  
tatem suam forte fastidit, et ad consueta quondam  
corporis molestias quietis impatiens decedere gesti!

Addiscere velim ab aliquo, quid sit: Qui manducat me, vivit propter me (*Joan.* vi, 58). » Quid est *manducare*, quid est *me*? Amphibolum est, et bene ac male manducari potest Dominus absolute, Apostolus conditionaliter ponit. Sed quid manducatur? » Panis, inquit, quem ego dederò, caro mea est (*ibid.*, 52), » et psalmus: « Panem, inquit, angelorum manducavit homo (*Psal.* LXXVII, 25). » Manducare mihi nihil aliud videtur, quam ad seipsum Jesu vitam exemplificare, et hoc est quod dicit « me, » ac si diceret: « Me » non manducat, qui non se mihi uniendo concorporat. Mihi non credatur, nisi verba Dominica meis consonare probentur. « Panem, ait, nostrum quotidianum da nobis hodie (*Luc.* xi, 3). » Ex quorum persona id loquitur? Eorum plane qui dicunt, et dicere possunt: « Pater noster, qui es in cœlis (*Matth.* vi, 9). » Quorum, putas, Pater? utique electorum, qui Dei Patris moribus assimilari contendunt. « Estote sancti, ait, sicut [*al.*, quia] ego sanctus sum (*Lev.* ii, 44) »: Hi, inquam filii clamant: « Panem nostrum, » ac si dicerent: Te opere ac veritate fatemur Patrem nostrum, da nobis panem, non exterorum, sed proprie nostrum, Cujus est hæc oratio? Indubie salvandorum, dicunt enim: « Adveniat regnum tuum (*Matth.* vi, 10), » id est, coalescat sancta Ecclesia, quæ speciale Dei regnum est, quod alias dicit non esse de hoc mundo. Si enim de mundo esset, mundus suum diligeret (*Joan.* xv, 19). Ergo panis iste qui et dicitur angelorum (*Psal.* LXXVII, 25), quis audeat dicere quod alicui pertineat reproborum? Soli itaque sorti conceditur electorum. « Qui igitur manducat me, vivit propter me (*Joan.* xi, 58); » id est, nemo carni et sanguini meo communicat, nisi quem inspiratio mei interna vivificat.

Pensa, si vis, quid homo damnandus hic habeat, quem sibi diabolus ad gehennam vitiis innutriendo mortificat? Nam hujusmodi hominem, quod tamen Dei solius discernere sit, cum sit provisus ad mortem, quomodo vel semel in vita, digne sacris illis participare valeat, nullatenus video. Quem enim pani (qui in vitam datur æternam, et qui pignus salutis æternæ vocatur) constat procul dubio fieri non posse concorporem, tantum reor in hoc sæculo a veri sacramenti omnimoda susceptione discordem, quantum in futuro ab ipsius re sacramenti esse constabit extorrem. Dico namque, nec sanum quis sapiens diffiteri poterit, quod qui semel illud digne susceperit, ullo modo exsors ab æterna, cujus certissimum pignus est, salute non erit. Vides itaque cujus, ex toto, usui pertineat esus iste.

§ VII. *Objectio* 6. — Si animum insolentem ambiguitas adhuc ulla remordet, lege beati Cypriani librum De lapsis. Illic, nisi fallor, invenies aliquos, qui in persecutione conciderant et de sacrificii cruore gustarant, tempore pacis indultæ ac si innocentes Ecclesiis se immiscuisse fidelium: ac æque ut cæteros idem Dominici corporis suscepisse sacramentum, aliquos nescio mares aut feminas nitidis,

ut tunc temporis moris fuerat, linteolis extulisse domum et arcis suis indidisse servandum. Nec mora cum id sumendum reviserent, in favillas ac cineres reperere redactum. Pusiones etiam ipsi qui genitricum ulnis ad Eucharistiam ferebantur, postquam ipsam de sacerdotis manu ore susceperant, tussitantes rejiciebant, si tamen et ipsi quidpiam de immolatio cruore sorbuerant. Quid igitur corpus Domini ad favillam? Quæ causa ei proprium puniendi corpus, cum eos qui a corpore suo desciverant, potius ultum iri debuerat? Certe qui tantum suo corpori honorificentiae alias ac humanæ tuitionis attribuit, nunquam si corpus suum esset, in cineres redigi permittere debuit.

Dic mihi, quivis, quare Dominus abiturus e mundo vicarium quo frueremur interim nobis corpus effecerit? Plane inferam, propter commune solatium, sique memoriam, fidem quoque exercendam. Si ergo tria hæc causa videntur, ubi hæc ipsa deesse probantur, vices inibi Christus omnino cassas habere putatur, præsertim ubi solatio nulli est, memoria desit, cujus fides exerceri debeat, imo velit, non habetur. Hoc non modo in ethnicis, sed in aversis a Deo Christianis aspiciamus, quod infidelibus deteriores vocat apostolus (*I Tim.* v, 8). Ubi ergo fides non est quæ adjuvetur, et devotio quæ id exigat, nescio quas ibidem vices Christi corpus efficiat. Vide itaque quia solis fidelibus, et hoc ad partem salvandorum pertinentibus mysterium istud attineat. Cæterum qui procaciter id usurpat, bonis enim ac malis interim facultas ista suppeditat, nescio utrumne vel ipsum sacramentum sumat; scio tamen quod, ex eo quod æstimat sacramentum esse, se damnat.

§ VIII. *Objectio* 7. — Quid quod a muribus, canibusque absumptum audivimus, quod negligentia custodum putre aut mucidum disperit, quod casibus diversis addicitur, quod denique flammis aduritur? An corpori sacrosancto quod mures abroserint, quod canes prolambuerint, applicabitur, ut quod ad animæ potius quam corporis usum fidei nostræ vix magnanimitas emeretur, hoc gratuito murium canumque dentibus apparetur? Dicemus ergo quod vilium bestiarum dentes fortuito molant, quod tantis affectibus totque cum lacrymis Christiani præsules, cum piis gregibus, Christo tamen præpontificante, immolant? Hoc, quæso, omnibus sanctis omnino oblitteretur a sensibus.

Superius constat utcunque probatum, ad fidei veræ subsidium hoc muneris a Deo præstitum; et quod solius fidei merito attribuitur, nulla creatura. nisi vere fidelis hinc pascitur. Et cum hoc unico cibo vera quorumque fides alatur, nullatenus constat esse sacramentum, nedum præstare rem sacramenti, postquam ad impias animas et animalia bruta transigitur. Quod si hoc mysterio nostræ redemptionis ascribitur, res nostræ credulitatis adversariis valde ridicula promovetur. Si enim occentari possunt qui super Dominico corpore libenter



at, et id figuram, non veritatem esse volunt, istis et hominibus commune sit idem, facilitatione nos subigent, et ex solo pudore inis nostræ convincent, dum nostra sacraminibus ac bestiis communia dicent.

Idem ergo ubilibet reperitur, sacramenti habeatur, ad incidentes bestiarum seu quot aliorum discriminum casus, quia non est i hæreat, substantia quæ prius fuerat hapotius quam nævus illi unicæ sinceritati, urpifudinis inuratur. Si enim, dum uritur, trefit, dum roditur, lambiturque, eadem ubijestate procedit, tanta gloria nulli miseræ objecta decedit. Et licet iis videatur addicta s, non tamen vacant a gravibus animarum exitiis, qui tantæ rei præstituti videntur stodiis, corpus Domini vere produnt qui rvantia digna destituunt. Quod tamen satum non est, dum transit in externa pabula; o est proditio totius veri mysterii et crimen nis horrendæ quibus rei hujus erat attributa ia.

*Objectionum summa.* — His ultra quam purius digrediendo tractatis, hæc nostris super sermonibus clausula supponatur, ut nulli humo terrigenæ creaturæ cibus iste, in quantpersubstantialis dicitur, in alimentum nisi delium, et ad vitam prædestinatorum æterevenire posse credatur. Quod si devenerit, iud quam pure panis esse putetur, ne hoc dictum repetere piget, quia si infidelis aut indignus accedat, ex eo quod impudenter quæ sibi non competunt se ingerit, se connec tamen credi licet quod tanta dignitas edæ habitationi cohæreat, sed sicut baptinuctus est et benevolos sanctos facit, ita mæpre er suæ fraudis crimen, nil aliud quam unda facit. Hæc pro meo captu dico, et ad Deo teste, dico. Si quis aliter sentiat, videinum sapiat.

#### CAPUT IV.

— Contra hæc, minus temperanter asserta, i, quia temperatori, ratiocinatione respon-

simum quidem est quod eucharistia proprie im veræ fidei sit alimentum. Sed contra illud ndignis, non modo res sacramenti, sed, non cramentum dicitur, non solum auctoritate, iamsi ipsa deesset, plurima ratione reni-

*Illuntur objectiones. Ab dignis et sceleratis totus tur Christus.* — Primo si quidem, quia incon; valde est ut mutabilitas et alternatio tantis is ascribatur, ut quod Petro et sacramenrem sacramenti præstiterit, hoc Judæ submomento neutrum constiterit, ut baptismatis quæ, post sacramenti perfunctionem subteridmista laticibus, nil jam refert [differt., E. P.] is communibus, in nullo præponderare videat-

atur dum quod isti quasi pro sua dignitate aliquid est, isti pro indignitate sua nihil illico fiat, et tantæ majestatis eminentiam miseri homuncionis malignitas repente destituat. Ille quippe qui, in præsentia agens, non minus Judæ suisque persecutoribus quam Mariæ suisque complicitibus se tractabilem præbuit, qui etiam retro abituros (*Marc. viii, 33*) ad suum discipulatum dignanter ascivit; qui etiam nunc Patri conregnans solem suum bonis æque ut malis imperit (*Math. v, 45*); qui etiam, juxta Danielis librum, sicut fidelibus sic perfidis angelicam custodiam delegavit, quod in Michaele Hebræorum principe, cui Græcorum princeps obnibebatur, ostendit (*Dan. xi, 13*): nunquam credendum est, quod in hoc tempore quemquam a suis sacramentis excipiat, præsertim cum tempus miserendi sit (*Psal. ci, 14*), quo neminem a sua largitione sequestrat.

*Innumeri ex iis quæ objecta sunt (si admitterentur) errores atque incommoda scelerent.* — Quod si extores eos a dono isto nunc faceret, in judicio quid ab eis exigeret, quibus nihil super hac gratia in præsentia commisisset! Etsi apud improbos sententia ista constaret, 346 quod scilicet improbitas eorum sacramenta subverteret, frustra mens eorum de sua fœditate metueret, quæ corpus Domini pro sua nequitia ad priorem substantiam redire sentiret; verbi gratia, ecce nescio fragilitatis meæ conscius utrum odio an amore sim dignus (*Eccle. ix, 4*), cum ad sacramenta illa accessero, quid spei, quid fructus inde me relaturum credere potero, si propter peccata mea tantam rem annullari desperata mente cognovero? Et quis in carne positus aliquoties non de sua electione diffidat! Quoties ergo miseria mihi meæ humanitatis ingruerit, accedenti ad Dominicam mensam corpus Domini nec sacramentum, nec res sacramenti mihi erit? Consideret itaque sapiens quantæ inconvenientiæ ex hac opinione generentur, et firmissime sine prava ulla interpretatione sentiat, quia « Qui manducat, juxta Apostolum, corpus idem indigne, judicium sibi pro certo manducat (*I Cor. xi, 29*). »

§ II. *Quis sacramenti gratiam percipiat, solus novit Deus.* — Remotis igitur pessimis et quæ infiniti erroris causa sunt indagibus, hoc solum cogitetur quod sacramentum et res sacramenti dignis, sine re autem sacramenti, simplex sacramentum constet indignis. Qualiter autem versetur in indignorum animis atque corporibus, ipse solus novit, cujus substantia quocumque dispertiat, quidquid inde contingat, nec perire, nec uspiam obsolescere possit. Cui illud parabolicum Salomonis non inconcinne coaptatur: « Sortes, inquit, mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur (*Prov. xvi, 33*). » Quæ sortes, nil melius quam soli Deo cognitæ, intelligantur hujus muneris dispertitiones. Intra sinum ergo latent, quia clausæ mutuo sub divinis mysteriis se continent. Ex quo vigilanter et pluchre a Domino temperari dicuntur, quia multi sine re sacramenti hæc suscipere æstimantur, qui, Deo eorum

correctionem providente, vitæ exinde æternæ nutriuntur, dum aliud longe in Dei sedet arbitrio quam hominum temeritas arbitratur, cum proba initia sine improbo demutantur, aut bona initia terminis ignobili decoquantur. Temperat igitur superna pietas, quæ judicare, imo præjudicare non metuit sibi ipsi incircumspecta severitas.

*Sortes itaque mittuntur in sinum (ibid.)*, quia fingit singillatim corda hominum (*Psal. xxxii, 15*), sed intellectualiter, postquam intrabimus in sanctuarium Dei (*Psal. lxxii, 17*), discerni faciet opera singulorum. Unde non modo diligentibus, sed quocunque etiam nunc detineantur in crimine, dilecturis aliquando Deum, Spiritus sanctus in suis preventibus cooperatur ad bonum (*Rom. vii, 28*), etiam in suscipiendo hujus eucharistiæ donum.

Objiciat mihi qui vult Cypriani, quos mihi opposuit contensiosus ille, cineres, et senis illius, de quo in Gestis seniorum legitur, visiones, qui sacramento redeunte ad aram indignis ab angelo videbat prælibari carbones, quia super hoc mea nunquam vacillare poterit fides.

§ III. *Nulla læsione aut turpitudine afficitur Christus, cum a sceleratis bestiis manducatur, vel species sacramenti corrumpuntur.* — Porro si de muribus aut bestiis agitur, aut de eo quod casualiter uspiam consumi videtur, nos non aliter asseverare præsumimus nisi quod substantiam a Deo speciei illi inditam adimi nulla ratione credamus. Scripserunt quidam falli oculos nostros super tanti quæ videtur corruptione mysterii, oculos Cleophæ et Mariæ Magdalene a Domini notitia aliquantisper abstentos inferunt. Quæ argumenta nescio si mihi et pluribus aliis unquam satis erunt. Hoc tamen scimus quia ex ea parte, quæ species est, hujusmodi quasi infortuniis subjacere putatur; ex ea vero quæ veritas est, suo principali quod paternæ dexteræ considet insertum nullo detrimento mutilatur. Ex his ergo accidentibus, quæ apud infideles derogationi mysteriorum nostrorum patent, nec auctoritatibus defensari prævalent, hanc qui non desipiunt sententiam teneant, ut hoc residuum quasi de hoc specialiter sit dictum, igni reservent, et eum a mortuis redivivum sic habeant, ut quidquid de eo est, non alibi quam in glorificato ejus corpore sentiant, nec magis horreant murium ventres quam scelerosorum, quæ magis Deum exacerbant, mentes, quia quocunque trajiciatur, ad suum redeundo principium, ab omni injuria contutatur, nec hæreticum dici debet, si quis pro defensione tantæ rei, ne locis vilibus deputetur, sententiam paulo liberius æquo præbet.

§ IV. *Idem prorsus in sacramento, qui et in cælo.* — At quoniam de conformitate hujus quod in sacra mensa conficitur corpori antelibavimus, hoc diffinire debemus, quod corpori illi omnino conveniat quod jam apud Patrem immortale incorruptibileque conregnat. In quo mihi nullus objiciat quod cum idem Deus et Dominus mysteria eadem traderet,

A dixerit: « Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur (*I Cor. xi, 24*). » Et: « Hic est sanguis qui pro vobis et pro multis effundetur (*Math. xxvi, 26; Marc. xiv, 24*). » Quasi illud traderet, juxta statum, quem habebat tunc temporis, determinandum esse doceret; sed hoc falsum æstimet, quia qui ex unitione deitatis semper fuit immortalis (mortem enim non suscepit ex debito, sed adhibuit ex proposito) hæc ipsa tradidit in statu incorrupto, quem statim ostendit in monte Petro, Joanni et Jacobo (*Math. xvii, 2*).

#### CAPUT V.

*Nec passibilis, nec mortalis est in Eucharistia Dominus.* — Sed quia quemdam de amicis meis apprimè litteratum audivi plurimum ab hac exorbiare sententia, ut dicat: « corporis illius mysterium, quod sacerdotis et populi fide, Dei verbo præcedente, in altari conficitur, carnis Christi passibilis et mortalis habere figuram, » dignum mihi videtur ut latiori paulo disquisitione tractemus, et minus omnino quam tantæ eruditionis viro competere, competenter et astute eum super re tanta sentire monstremus. Si enim, quod superius breviter dixi, circumspecte attenderet, longe alia de Domini nostri Jesus passibilitate aut mortalitate diceret. Procul dubio namque, si illud quod ab ipso Salvatore dicitur: « Nemo tollit a me animam, sed ego pono eam (*Joan. x, 18*), » debita subtilitate discuteret, nunquam adeo improvide Domino notam passionis et mortis inureret. Plane ab homine animam tolli possibile constat, cui in patiendo atque moriendo casualis experientia horis et momentis omnibus astat. At vero is, de quo crebro retextitur, quia nondum venerat hora ejus (*Joan. ii, 4*), (cui nimirum eventus horarum et horæ eventuum immutabiliter subsunt) animam ponit, quia per se sumptam, et a se creatam quando vult, et quomodo vult emittit. Hominibus etenim extorquetur, ab eo autem, qui quidquid est a se est, et in quo nihil fit nisi quod voluntarium est, sponte sumpta, sponte resolvitur. Quæ enim illi foret moriendi necessitas, quem in sua secunda nativitate sancti semper est Spiritus in concipientis utero comitata libertas? Unde solvisse dicitur quæ non rapuit (*Psal. lxxviii, 5*), qui pœnas peccatorum non a se commissorum solus inter mortuos liber luit (*Psal. lxxxvii, 6*).

Si peccandi nobis per corruptionem naturæ contracta necessitas, moriendi nobis necessitatem consequenter indicit, is, qui neque originali, quia de Spiritu et Virgine sancta natus est, neque quam non addiderat macula fuscatus est, qua lege peccati titillari potuit, qua quoque pœna ad persolvendum naturæ peccatricis debitum adactus est? Ubi ergo originis atque actus culpa vacare dignoscitur, quæ exactiones mors et passibilitas habere permittitur? Si enim per peccatum mors nostræ humanitati inducitur (*Rom. v, 12*), ubi peccatum non est, mortis efficientia annullari probatur, quia procul dubio

o causæ, effectus exinanitionem facere nulla dubitatur.

rimi hominis primo statu, si peccati ejection incessisset eventus, nullus profecto passus aut mortis intervenire potuisset occursum, cessisset in progeniei ejus propagatione genitricisque vetustas, ubi concupiscentia et angelorum nulla animam demoliretur atrocitas. Quid enim ibi novum, quid alacris, quid inanimis, ubi rodit anxietas conscientie mordacitas? Si enim, juxta Salomonem: « Animus in ætatem floridam facit (Prov. xvii, 22), » esse cognoscitur paradisi, quem ab initio plantaverit (Gen. ii, 8), intellectualibus et angelorum et hominum animis primitus, licet plerisque angelorum, se omnino nominum perfunctorie stationis loca, sed mox præbuerit, ut nimirum nullo modo de sue ac corporis impassibilitate continua gratia possit; quid de mente et corpore Filii Dei dum est, ubi in identificatione personæ non homo, sed et plenitudo divinitatis corporaliter est? (Col ii, 9) cum etiam de puro homine, et de peccato vivere non didicit, dicatur quia vitam quasi quoddam regnum Dei, pax est etiam in terra, et gaudium in Spiritu sancto. (Rom. xiv, 17). Quis, inquam, homo ante peccatum, si diceretur, passibilis et impassibilis, mortalis et immortalis fuit; quia ad passiones et mortem peccatum suo, sed non libero, abusus arbitrio contigit, et si intra veram se libertatem non do continere voluisset, impassibilis procul perseverans mori nullatenus potuisset. Cuius homo, Jesus scilicet Dominus, pene parimodo forma successit, tanto impassibiliorem quanto liberiore editus, imo ineffabilioreriter et hominis genitura. Unde enim passibilis posset, cui omnimoda peccati in origine a remotio pœnam, quod est passio et mors, re nullatenus sineret? Si impassibilis primus per peccati continentiam, et immortalis esset, Dei Filius unitam sibi nostræ fragilitatis naturam multo impassibiliorem, et, ut sic dixerim, immortaliolem reddere non deberet? Sine peccati ergo ex solo sancto Spiritu intrinsecus concretus uterum, naturaliter impassibilis immortalis in mundo natus est.

inquam, impassibilis et immortalis, ut sicut primus per inobedientiam ad passiones et morte sponte demisit, ita et iste secundus ob resurrectionem justitiæ ad dolores ferendos et mortem, in nullo erat debitor, sese ultro deponeret. Nam is pro hominibus pœnas, quas non meruerat, lueret, eos qui merebantur et supplicii obnoxerant, nullatenus liberaret. Passibilem ergo reddas et mortalem ob hoc solum, quia pati mori pro humana redemptione voluit, non liquod naturæ debitum in patiendo atque morte traduce primi parentis attraxerit.

A Passus est itaque et mortuus, quia voluit, non quod ex Adam lege debuisset. Quam ergo similitudinem Christi passibilis et mortalis sacrificio Dominici corporis et sanguinis irrogas, quem certis ex sui ipsius ore sententis immortalis impassibilemque scire debueras? « Nullus, inquit, ascendit in cœlum, nisi Filius hominis qui est in cœlo (Joan. iii, 13), et alibi: « Ego in Patre et Pater in me est (Joan. xiv, 10), » et multa horum similia antequam ex hoc mundo transiret de sua cum Patre consubstantialitate commendans. Si filius hominis in cœlo est, et ibi unum cum Patre est. Dicit enim alias: « Ego, inquit, de supernis sum (Joan. viii, 23); quod non est aliud quam si diceret: Ego in Spiritu principali, quod est pater, sum. Quam passibilitatem. quam quoque mortalitatem illi inferre conaris, qui sicubi Scripturarum passibilis, et mortalis appellari invenitur, ob hoc procul dubio solum dicitur, quod pro voluntatis arbitrio morti se exposuit, non aliqua necessitate succubuit?

Non est igitur passibile et mortale in Christo quippe, quod vilificis illis sacramentis comparare debeas; dum, si fidei et non perveracis intentione perpendas, nihil omnino nisi incorruptibile et immortale, nisi quod sponte mori voluit, in ipso reperias. Aliud est enim quod ex libito et gratanter facimus, aliud quod angariati, et quasi debitis urgentibus adimplere compellimur. Sed super hoc dictum sapienti sat sit.

#### CAPUT VI.

§ I. — *Quendam confutat auctor asserentem quotidie in altari Christum crucifigi.* — Relatum quoque mihi a quibusdam ejusdem amici mei necessariis, quod non modo consulendo, vel cum familiaribus litteratis, ut assolet, conferendo, sed palam, in medijs videlicet frequentis omnino ignavorum et rudium, disputando soleat dicere quod in confectione hostiæ salutaris Jesus Dominus quotidie crucifigatur in altari. Quod nos catholicos et omnes pie sapientes tanta animadversione convenit execrari, quanta eundem Dominum nostrum auctoritate oportet de summa impotentia vel æterna miseria expiari. Quid enim de Deo indignius est miserabilis et sentire quam quod Deus fiat miser æternus pro nostra beatitudine? Quid vero impotentius Deo imputare poterimus quam quod quotidianis ejus suppliciis ad nostræ reparationis adminiculum indesinens egeamus?

Certe, si sic se res haberet, ut vitæ Auctorem quotidiani suspendii atrocitas trucidaret, nihil in cœlesti præmio adeo felix, adeo gloriosum esset, quod non tam diuturnæ calamitatis contemplatione in ipsius remunerationis Christo sponsore vilesceret. Et quis non mortem illam magnæ inutilitatis argueret, quam non modo numerosis, sed ineffabiliter infinitis in dies vicibus repeti constaret? et quid quod in singulis quotidie ecclesijs, quin etiam altaribus plura sacrificia delibantur? Ergo tot patibulis impotentissimus ille, si ita est, Salvator di-

ceatur affigi, quot missas ubique altarium constiterit celebrari.

Certe si nulla suppetent Scripturarum suffragia, totam tamen hanc vecordiam ratio obrueret universa. Etsi enim ipse ecclesiasticæ institutionis actus, qui sit inter sacrificandum, similitudinem Dominicæ passionis innuere non dubitetur, et in Domini nostri fieri commemoratione credatur, nefas tamen est ut ob hoc ipsum quotiescunque sit, crucifigi dicatur. Quamvis namque significantia quælibet significatis aliquoties præponantur, non tamen eadem sunt quæ umbratice prænuntiant, et quæ veraciter subsequuntur; verbi gratia, in baptisate trina mersio triduanam Domini significat sepulturam, nec tamen dicimus quod quotiescunque alicubi baptizatur, toties ubilibet Christus sepeliatur.

Licet plane hostia illa memoriam nostram quotidianis accessibus in sui reficet veritate, nil tamen iteratæ injuriæ Deo infert, nunquam deinceps morituro pro passionis imagine. « Christus sane resurgens ex mortuis jam non moritur; mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel; quod autem vivit, vivit Deo (*Rom. vi, 9, 10*). » Quod si resurgens non moritur, et tamen omni die per omnes aras, juxta tuam sententiam, crucifigitur, illud apostolicum *semel* scire velim quomodo a tua prudentia intelligitur, quo peccatum, id est hostia pro peccato factus, mori dicitur. Et quomodo Deo vivit, qui millies repetitis ubique terrarum appensionibus sic vexatur?

Si, juxta Petrum apostolum in hæc ipsa verba tractantem: « Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, ut nos Deo offerat (*I Petr. iii, 18*), » qui tot poenarum casibus addictus est, ad Deum offerendo quomodo quemquam levat? Si semel moritur, et salutem æternam ex eo nos reparat, dignum est utique et competens divinitati mysterium quod celebrat. Si autem mortuus postquam resurrexerit perpetua sese ut sic dixerim crucum illatione carnificat, miser factus beatitudinem quam non habet nemini plane suppeditat.

« Non enim, ait Apostolus, in manufactis Sanctis [*al.*] manufacta Sancta] Jesus introivit, exemplaria verorum, sed in ipsum cælum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis: neque ut sæpe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in Sancta per singulos annos in sanguine alieno, alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi; nunc autem in consummatione sæculorum, ad destinationem peccati, per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium, sic et Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata (*Hebr. ix, 24-28*). » Ecce vides ad lucidum, nisi tuæ mentis cæcutiens ex peccato reperitur obtutus, quomodo tuis verbum apostolicum occentet erroribus. Sed rogare te velim utrum Novum, Veteri, an Vetus Novo apud te præponderet Testamento. Non ambigo quin dicas Novum. Quod si Novum præeminere

existimas, quid auctoritatem mortis Christi per quotidianas ejus crucifixiones in tantum evacuas. ut multo magis authenticus pontificis in Sancta quotannis ob sui charitatem videatur introitus, quam indesinens omni dei nostri Salvatoris interitus? **349** Si enim, secundum Scripturas, passionis ejus primæ efficax supplicium crederes, nunquam ejus improprium, quod pro te si sanum sapias pertulit, in suspendia etiam sæculo coæva distenderes.

Quod autem idem sacrificium quotidianis iterationibus frequentatur, non ejus pœnaliter crucifixioni in dies repetendæ refertur, sed quod diurna excessuum varietate malitia quotidiana tanti mysterii representatione diluitur. Non enim eum qui hoc semel opus explicuit eadem semper resculpando vexamus, sed fluidam memoriam ad eorum menti originem innovandam revocamus, quæ sine ulla iterandi necessitate omnium salutem quondam acta comperimus.

§ II. Interrogandum etiam censeo utrum corpus illud, quod semper, ut dicis, crucifigitur, idipsum sit quod de Virgine natum constat et quod in cruce pependerit. Scio quod respondebis idipsum. Ergo si idipsum creditur; et huic passibili et mortali, ut doces, conformari debere creditur quod in altari conficitur, doceri velim utrum idem corpus sit, an aliud, quod passibile et mortale a te traditur, et illud quod paternæ jam dexteræ impassibile et immortale consedissee dignoscitur. Si dicas idem non esse, certe duo corpora Jesu Domino inducuntur. Aliud enim erit quod passioni et morti constabit obnoxium, aliud plane quod ad incorruptionis jam pertigit firmamentum. Cum ergo sacri panis et calicis mysterium corruptibilis sit carnis indiculum, in perversam dualitatem secernitur Salvatoris substantiæ individuum. Porro si hoc te dicere pudeat, et unum esse fateris corpus, passibile scilicet in altari, et quod Patri in gloria cœlesti considerat. Vide, secundum præfatum Apostolum, ne Christum factum incorruptibilem, atque immortalem, iterum crucifigas, et ostentui habeas (*Hebr. vi, 6*), imo quod veritati convenientius esse cognoscitur, te ipsum universis de Deo digna sententibus ridiculum exhibeas.

Hæc tibi, ut opinor, tractata sufficiunt, si animum correctioni admoveas; si vero obdurari delegeris, hæc forsitan non improbanda fidelibus ridebis, ut fabulas. Desistant ergo quærere Dominicorum trutinatores statuam, utrum hoc, quod inter nos sit sacramentum, conveniat passibili an impassibili, Christo mortuo an viventi.

§ III. *Tule Christi corpus in sacramento, quale post resurrectionem.* — Aliter enim neutiquam intelligi debere perpendunt, nisi ut in ea qualitate accipi debeat, in qua, cum corpus idem manducandum discipulis proponeret, erat. Si enim, inquit, in convivio quæ post resurrectionem exercuit cum eis, hæc ipsa mandasset et hoc corpus suum esse

, nemo corpus aliud rite intellexisset nisi A  
ne fuerat cum ista dixisset, imo inter cœ-  
i dixisse recolitur, non se de genimine vitis  
im donec illud in regno suo cum eisdem bi-  
leretur (*Marc.* xiv, 25), quod regnum non  
nam passi jam corporis clarificatio est. Unde  
Spiritus nondum fuerat datus, quia Jesus  
i fuerat clarificatus (*Joan.* vii, 39.) » Qualis  
ne erat cum talia ediceret : « Qui manducat  
meam, et bibit sanguinem meum in me  
(*Joan.* vi, 57), » et : « Qui manducat me,  
propter me (*Ibid.*, 58), » tale existimant ip-  
uod vitalem ex altari esum præbet.

massa de Jesu mortui similitudine quæstio  
a qui mortuus est, in sua ipsius morte non  
nam Dei Filius est. Qui enim ab origine mun-  
quam temporaliter nasceretur, occisus dit  
quæ cum patribus acta sunt egisse legitur  
xiii, 8), sicut, ut ita loquar, antequam esset,  
mortuus semper idipsam quod vivus fuit,  
il inter viventem et mortuum discerni de-  
se apud Judam apostolum secundo populum  
pto eduxit (*Jud.* v). Et Paulus Christum in  
ab Israelitis tentatum dicit (*I Cor.* x, 9).  
a autem eadem per omnimodam divinitatis  
iam vivificari, sin alias saltem sacrativus  
ion evidenter ostendit. « Sanctificas, inquit,  
s, benedicis et præstas nobis. » Per quæ omni-  
m efficacia reddit.

*Nil reliquiarum suarum in mundo Christum C*  
*se contendit Guibertus.* — Hæc itaque sepo-  
et ea quæ de dente et umbilico Salvatoris  
fuerant, repetamus. In quo primum illud est  
ndum, quod sicut de sancto Spiritu dicitur :  
dit, inquit, vobis, ut ego vadam; si enim non  
Paracletus non veniet (*Joan.* xvi, 7), » ita qui  
modi reliquias sibi arrogant, verba, ut mihi  
, veritatis infirmant. Quid est enim *si non*  
Plane nisi præsentiam corporalem subtra-

xero. Paracletus ergo non venit nisi ista subtrahi-  
tur, quasi nisi quiddam corporeum ipsius est a me-  
moria abrogetur, ad contemplandi animus fidem  
nullatenus sublevatur. Superius dictum est, quod ad  
exercitationem fidei nostræ, a principali corpore ad  
mysticum Dominus noster nos voluit traducere, et  
exinde quasi quibusdam gradibus ad divinæ subti-  
lilitatis intelligentiam erudire.

Quasi ergo de extrinsecæ visionis crassitudine ad  
imaginationis tenuiorem contutum, ac si de can-  
nabo subduxit ad linum, dum de specie sua corpo-  
rali ad agnitionem hujus 350 mysterii nos pro-  
movit, ut de tractabili carnulentia resipiscentibus  
alterum quiddam pollicens, imo continens, species  
effingeretur altera. Dum enim rudis, et formarum  
allegoricarum inscius quispiam duo illa materialia,  
panem ac vinum scilicet, in altari proposita contem-  
platur, et in iis corpus Jesu ac sanguinem sentire  
docetur, ad quantam putamus summam divinæ cu-  
rialitatis educitur?

Quod si hoc tam operosum fieri mandavit Deus,  
sic tamen ut primi parte corporis non careret mun-  
dus, ergo tria corpora habet Deus. Erit itaque,  
primo, conceptum corpus ex Virgine; secundo,  
illud quod sub figura agitur in pane et calice; tertio,  
quod impassibile, imo glorificatum jam assidet pa-  
ternæ dexteræ. Cui sententiæ, si velit quilibet re-  
fragari, dicens idem esse de Virgine natum crucique  
appensum, et illum incorruptibilem in paterna pro-  
vectum, fallitur, quia etsi eidem existit personæ  
proprietas, longe dissimilis tamen in qualitatibus  
naturarum invenitur essentia. Glorificato etenim  
nulla deinceps mortis poterit passionisve suæ domi-  
nari potentia. Sed hunc libellum congruenti jam ter-  
mino sucludentes, aliud initium adoriatur, et hæc  
ipsa quæ in præsentiarum mittimus, et alia quæ Deo  
inspirante, nos adjecturos credimus, resumentes,  
contra eorum non reliquias, sed blasphemias accin-  
gimur.

## LIBER TERTIUS.

RA SANCTI-MEDARDENSES, QUI DENTEM SALVATORIS HABERE SE ASSERUNT.

### CAPUT PRIMUM.

*Num falsa Deo aut sanctis adscribit, honori  
lerogatur devotio. Error ubi religio creditur diffi-  
corrigitur.* — Penes Deum ac sanctos ejus om-  
s est approbanda devotio, sed, cum sibi tan-  
votio arrogat quantum nullatenus religionis  
bministrat, unde pius quilibet divinorum cul-  
mum operiri potuerat, fit miserabile quid-  
it inde pœnam nequissimi erroris insumat.  
nim de Deo aut colitur aut dicitur aliquid,  
ipsius veritatis testimoniis indubie obluete-  
mirum accidit ut tanto deterius quanto incor-  
us mens exorare probetur, dum sub pietatis

PATROL. CLVI.

D colore peccatur. Nil enim pejus quam mala agere,  
et hæc ipsa quæ inconsulte geruntur, pro exercitio  
boni operis æstimare. Unde ergo et quando error  
iste corrigetur, qui non solum error non creditur,  
sed etiam divinæ dignationis prærogativa puta-  
tur?

Omnis peccati correctionem animo delinquentis  
inducit aut timor, aut pudor. Timor, aut divinæ  
aversionis, aut extremæ animadversionis; pudor,  
aut mordacis intra conscientiam reatus, aut timidi  
ob vulgi fabulam ad homines vultus. Ubi ergo nec  
cogitationum animus ambage turbatur, nec facies  
ex cujuspiam visione suffunditur, resipiscendi pro-

21

fecto materies nulla suggeritur. Quidquid vituperabile, et etiam alienationis a Deo plenum, et Ecclesiasticis auctoritatibus omnino obvium, dum quasi prædicabile jactatur, et privilegio cujusdam singularitatis ascribitur, nunquam ad regulam veri studii ullo modo castigatur. In quo namque alicujus piaculi conscientie penetralia metus urget, spes correctionis plurima commovet; ubi vero cultura sanctitatis obtenditur, in quo tamen mentis intentio a justæ crudelitatis æquitate diducitur, nunquam ad lineam emendationis assurgitur.

§ II. *Dentem salvatoris habere se contendunt monachi S. Medardi Suessionensis.* — Inde est, quod finitimi nostri Sancti-Medardenses monachi antiquo penes corda hebetum coaluere mendacio, dum ea sibi super dente Salvatoris, quem novennis pro natura ediderit, attribuunt; in quibus spei universalis columen atque fastigium quasi phalarico jactu destituunt, et dum se celebrare appetunt, fidei communis præcipua munimenta provolvunt. Cui enim post fidei agnitionem spei vigor obruitur, qui aliud quam radix totius boni appetitus et exercitationis exciditur? Si succum integræ credulitatis habuero, et sanctorum actuum undecunque thyrsos emisero, arefacta spei radice, qua caucex atque ramusculi humectantur, **351** nil in omni arboris machina quod delectet aut expediat expectabo. Si bene seris, si bene proveniunt incrementa sementis, totamque grando dilapidet dum falcem mittis, quid ex hoc emolumenti prosequeris?

*Probat Guibertus dentem nusquam in terris Christum reliquisse.* — Velim a vobis agnoscere quænam de resurrectione sentitis. Ut in fine sæculi fienda reticeam, Dominum ipsum, cujus dentem præ manibus habere vos traditis, nequaquam resurrexisse negatis. Si resurrexit, particulariter, quæso, resurrexit an totus? Si totum resurrexisse testamini, ubi quas vobis assumitis partes erunt? Si partim, quæ de nobis resurrectoris edixerat promissa quid proderunt? Plane si probari potuerit in seipso quæ nobis de nobis sponderat non implere, ambiguitatem non minimam nostris videbitur spebus inferre. Inferendum enim ac si propositis aliquis argumento putabit: Quid, inquit, cæteris sequentibus, qui in seipso fidem dictorum suorum non explicat, faciet? <sup>(21)</sup> Capillum de capite nostro non periturum dixerat (*Luc. xxi, 18*), et ipse, corpori suo quasi subcisivum efficiens, particulas terræ mandat, residuum cælo inferens se resurrexisse pronuntiat? Qui istis implendis sibi constat insufficientis, qui sua ipsius colligere fit impotens, nostra membra per humanam incuriam hac illacque dispersa quomodo colliget?

Dnm ecclesiam vestram peregrinis opibus vultis attollere, et de vestro statu longe nobiliora, longe ab aliis excellentiora jactare, ad id extremæ vesaniæ ad vestri sensus reprobi cumulum erupistis, ut non solum, quod dictu nefarium æstimatur, dici tamen opere pretium est, prophetica dicta, sed ipsum Do-

minum Jesum mendacii velitis accersere. Si a Propheta dicitur: « Non dabis sanctum tuum videre corruptionem (*Psal. xv, 10*), profecto Propheta isdem non immerito falsitatis arguitur, quia Deus ipse sine dubio perpetuæ corruptioni addicitur. Et quid magis corruptelæ sine spe recuperationis expositum quam Deus ille est, quem a resurrectionis gloria et incorruptione constat extrusum?

Deus meus, quid infortunii accidit denti illi, nunquam ego eum fatebor cum reliquo corpore de sancto Spiritu in alvo virginea procreatum, sed aliunde adventantem Dominicis hæsisse faucibus, ac si de externæ surculo arboris insitivum. Corruptur ergo dens ille, quia, ut verbum ipsum ex seipso resolvam, dum a suo corpore abrumpitur et eo clarificato in terra relinquitur, et sempiternæ miserie addemnatur, dum, sin alias, vel in fine sæculi cum cælo terraque cremabitur. Igitur aut arrogantia, aut mendacii arguemini, et non qualiscunq; mendacii, sed ejus, quod in divina blasphemos, et si obstinatius repugnetis, circa catholicam vos doctrinam reddam hæreticos.

Major itaque nobis suggeritur spes, quam parti et auctori spei nostræ Jesu Domino, dum per ipsum colligi a corporum nostrorum dispersiones nos credimus, in quo ipsum labefactari conspiciamus! Et ecce vestri gratia nos plus quam Jesus hic. Nos igitur omnimoda regeneratio manet; Jesu autem in tantum particularis est facta, ut aut nunquam in sempiternum, sed usque ad communem resurrectionem perfici restet. Tunc forsitan venturo Jesus denti locum aperiet, aut hiulca adhuc fauce dentem tunc vagabundum hucusque recipiet; sicque dentis ac umbilici, et si qua sunt alia, iterata clarificatio, sicut fuit olim secunda circumcisio, fiet.

§ III. *Sancti-Medardenses vehementer insectatur.* — Attendite, falsarii, quam parvus ignis hic vester quantum virorem veritatis Christianæ consumat. Si nulla, præter propheticum quod præmisimus, suppetent testimonia, præsertim cum id ipsum beatissimus Petrus contra Judæos super Dominicæ resurrectionis assertionem protulerit (*Act. ii, 27*), sub hoc arcto positus vobis saltem super isto capitulo multum esset respondere conveniens. Prophetam etenim adeo egregium, et tanti principatus apostolorum refellere cum vehementis insanie sit, miror quomodo dicere præsumitis, unde evidentissime tantis auctoribus contraitis. Certe si multimodæ vobis rationes aliæ concurrerent, quæ quoquo modo vel ad momentum hoc asseverare valeret, magnopere tamen hoc aggredi conscientie vestræ horrere deberent, quæ contra ullos longe inferioris gloriæ viros, super hac re nequiquam merito vel mutirent.

Quod si dicitis corruptionem non esse, est plane, etsi nondum corruptus est, corrumpi necesse. Et qui valeat deteriore modo corrumpi quam clarificato corpore universo perpetuæ desperationis squalori dimitti? Et quomodo audetis rem adeo ineptam asserere, cum eum non negetis surrexisse, quomodo

git dentem proprium aliqua oblivione præterse? Quod si a memoria excidit, aut eum sponte sit, in resurrectione quid faciet, cum aliorum bra coadunans ipse in sui parte perditum

*dem ratio de umbilico accedente Salvatoris.* — mus itaque quasi posse fieri vos tanto munere letes. Velim ergo respondere dignemini: in corporis jus in resurrectione cessurum dentem, terra quæque putatis (22)? Non minus etenim de lico et cæteris quæ de ipso habere dicuntur, de dente apud nos agitur. Quod plane de uno dicitur, redundat ad cætera. Ubi igitur serent quæ de Domino Salvatore servantur, cum us dies ille ingruerit? Si ad pristinum reditura corpus, quo se recipient, quæ loca sese iis reidis aperient? An edentulus Salvator clarificatusque mansit, ut locum denti superventuræ ret? Et certe denti tantillo locus conveniens in quod est Dominica fauce nequaquam compete-  
Esto. Quo se umbilicus, quæso, reponet? Nundæ clarificationes in eodem corpore celebran-  
Res est quæ nusquam legitur, quæ nullis testis approbatur. Quid ergo infertis, qui omnia ntæ vestræ circumstantia infirmari et ridicula perspicitis?

V. Porro ipsi Domino, ut prophetis superse-  
i, cur nævum tantæ infidelitatis inuritis? Si n in præsentiarum haberetis: *Quis ex vobis arde peccato* (Joan. viii, 46)? Quod infirmus, que insensibilis in homine exstat, non peritum nobis perhibuit, et ad sui ipsius confusionem, xtram omnium diffidentiam, vestra prudentia um sibi residuum, non de capillis, sed de ejus ) et ossibus astruit? In qua diffidentia tamen am emergit utrobique respectus, quia sic sensic dicere et divinorum dictorum fidem paten-  
npugnat, ac infirmæ cujuspiam considerationis um non parvo cogitationum turbine densat, dum ) Dei promissionem non expleri posse quique unt, quam in semetipso nequaquam præmississe adiunt. Si enim cuilibet promittas copiam, cum . tu ipse supplere non possis inopiam, certum jus cui sponderis penes te labefactari fidu-

o quod infirmis aut versipellis animis ali-  
do queat officere, sed quia Dei misericordia us circa nos super tali contuitu videmus, non acui, sed potius cæcutire versutiam, hoc non æ cautelæ imputabitur, quæ juxta legis velitum, male profunditatis cisternam effodere non ve-  
(Exod. xxi, 33), in qua brutorum quocunque alium præcipitium aperitur. Certe etsi nemo edi, Deo auctore, et sæculo nostro minus hanc inam appetiæ, permittitur, non minor ta-  
impudentiæ vestræ reatus intenditur, quia a ) indesinens subministratur occasio, qua quis ovidus periclitetur.

7. In quo illud vobis permaxime objectatur,

A quod cum hæc in evidentia omnium docere soleatis, nunquam tamen, cum quasi signum cui contradicatur sit, cui generaliter a prudentioribus in dies obsisti audiatis, nunquam, inquam, exagium melioris sententiæ perquisistis, nec quam esset a Scripturis absonum attendistis. Si enim vel tenuiter ipsas de suæ ac nostræ statu resurrectionis sententias tentassetis, nec mora plane scintilla hujus quam dicimus ad liquidum eluxisset veritatis. Et quid est furiosius quam ad aures Ecclesiæ promulgare, quod non possit ullius disputationis assertionem constare? Paulus ascendit Jerosolymam, et confert cum Petro et cæteris Evangelium ne forte in vacuum curreret, aut cucurrerit (Gal. ii, 1, 2), et vestra prudentia in quibus hæsitat addicere erubescit? Ad Horatianum illud advertite mentem:

B *Cur, inquit, nescire, pudens prave, quam discere [malo?*

HORAT. Ad Pis., 88.

Nec tantæ tamen hebetudinis per vos estis, ut ad plenum capere non possitis, quod ad paternum solium pars una commigret, altera corruptionibus addicenda a tanto exsul corpore substet. Quæ ratio patiat, ut partem tanta gloria maneat, partem infelicitas æterna subducat?

Si nulla opem verbis nostris suppeditaret auctori-  
tas, sufficere valeret adeo partium suarum impatiens in tam sacrosancti corporis majestate diversitas. Si enim in nostris purorum hominum corporibus in resurrectione, quando immutabimur, tanta erit uniformitas, ut, glorificata universitate membrorum, ne quidem quantum capit atomus in aliquo resideat ulla de pristina vilitate indignitas, in illo quæ demencia æstimare nos faciet inconcinnum quidpiam, qui personaliter et Deus et homo est, ut aliquid in illo sit dignum, aliquid secludatur a digno? Si ore Doctoris gentium, in quo loquitur Christus, nobis promittitur quod ipse reformaturus sit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ (Phil. iii, 21), qui partem corporis sui sub inutili humilitate, sine ulla rationabili occasione dimisit, quomodo corruptionis humanæ despicibilitatem, ad suæ claritatis provehet conformitatem, qui quasi impotem se præbuit ad id resumendum quod sui D fuit?

Videte ergo ne dum membra Dei quasi pro honore et genio, ac speciali prærogativa ecclesiæ vestræ vobis arrogatis, ex eo quod in hac sententia vestro vos honori commilitare putatis, Deum usque ad terram, ut sic dixerim, humilietis, de cujus vos dente jaclatis. Si honorem ex Deo quæritis, quem Deum, quæso, eum putare poteritis, quem apertissime videmini arguere falsitatis. Si vester honor ad ejus, ex quo honorari cupitis, redundat infamiam, quam excepto 353 honori redhibetis gratiam? Et quomodo est vestrum rationabile obsequium, si id colitis, et aliis colendum ingeritis, quod nullius præfert fidei argumentum? Obsequium plane rationabile, dicit Apostolus (Rom. xii, 1), in quo non sine

verissima redditione causarum libere exercetur animus. Nam cum quemvis quispiam veneratur et prædicat, et venerationis ac prædicamentorum causas ignorat, multa facilitate labefactatur, aut claudicat.

Et certe cum apud omnes jactantiæ hujus percrebrescat opinio, rarissime tamen credulitas quorumlibet sapientum suppetit isti verbo. Cum enim ratio super hac re vestra undecunque titubet, vix reperitur nisi rudis et inscius, quem ad credendum informet, et ubi omnis arguti animi diffidentia occurrit, quis ad tractatus hujusmodi promulgationem nisi impudens et perversus erumpit? Solus hanc pudor garrulitatem cohibuisse debuerat, ne documentum quod sanis constat probabile non esse capitibus, hebetudini quisque disertus ascribat. Quod si quilibuscunque intellectibus rationes nequaquam oblatae sufficiunt, ecce pro partibus vestris paratus sum mihimetipsi, quæ vestro possint dogmati munimenta adniti, objicere, et postmodum sine ulla simulatione objecta, tota etiam puritate referere.

## CAPUT II.

§ I. *San-Medardensium objectio 1.* — Sic itaque vestra procedere putatur opinio, imo talibus emergere argumentis vestra videatur assertio, non quod tale qui unquam ratiocinationis a vobis audierim, sed quod tale aliquid per animi conjecturas mei adversus hanc meam disputatiunculam dici, imo oblatrari a quolibet posse putaverim; nihil enim a vobis dignum probi alicujus auditione percepi, hoc vos consuetos interrogantibus respondere cognovi. Nunquid non secundum ætatulæ morem naturaliter dentes novennis emisit? Quibus, inquam, assentior; sed multæ aliæ rationes se ingerunt, quæ longe diversiora quam referatis ferunt. Hæc dicens, quæstionis pelagus motare verebar, illud Boetianum menti subjiciens: « jure, ait, insanus judicaretur, si contra insanos loqui intenderem. » In eo namque quod cujusque menti pro voluntate præponderat, non multum sibi providet qua ratione respondeat; hoc solum incubat cordi, quatenus diversæ partis intuitum obstinatis clamoribus subigat. Probum enim videtur improbis tantopere alia pro aliis absurdissime intonare, ut quod ratiocinando non prevalent, saltem valeant strepitibus obtinuisse continuis, quasi viciniora victoriæ. Age ergo, et pro vobis nostra exerceatur oratio.

§ II. *Objectio 2.* — Si Deum et Dominum nostrum dicis ob sui memoriam, et suis ac suorum sequacibus, quod in mensa sua sit reliquisse mysterium, ut consolationem, quam suis suæ præsentis cohabitatione præstabat, absens vicario munere præpararet, nos ita non capimus, ut pro perfunctoria præbitione mysterii, ad gaudii universalis cumulum datæ corporis illius, ut sic dicamus, superflue portiones idcirco debeant absentari, perfunctorium plane ideo

A dixerimus sacramentum, quia et ipse idem panem nominat *quotidianum* (Luc. II, 3.), solummodo videlicet quandiu, juxta Apostolum, cognominatur *hodie* (Hebr. III, 13), necessarium. Hoc itaque sic ad ejus memoriam celebrari dicitur, ut istorum habendorum nequaquam ratio denegetur, quia etsi generalis est utilitas per sacramentum Christi corpori cuniri, non debet tamen privatorum gloria suorum privilegiorum majestate privari. Sicut enim privilegia singulorum legem non possunt facere communem; ita communis gloriatio suam privato cuilibet nullo modo detrahit claritatem.

§ III. *Objectio 3.* — Si Christum pro sæculo passum visibilis reportat memoria sacramenti, quæ tamen figura soli cuilibet perspicua est sapienti, cur Deus ad eorum consolationem, pro quibus ista suscepit, hæc a sua carne decidua, et quasi sui corporis excrementa haberi non permisit? Si illius in cruce de latere sanguis et aqua profluens, forsitan terram aut saxum attigit, si absorptum aut attritum quoquo pacto aboleri contigit, quomodo putas ea, quæ vocasti superius subcisiva, ac si nostræ fidei refricandæ vades, sub potiori colenda honore non potuisse dimitti? Sacramenta igitur illa rite nobis ad ejus memoriam prosunt, quia nobis etiam unionem cum Jesu Domino suscipiendo pariunt; hæc autem animis minus intellectualibus fidei, ut sic dictum sit, tractabilis invisibilia rudimenta conferunt.

§ IV. *Objectio 4.* — Sunt ergo quidam hujus agnoscendæ veritatis gradus, ut dens ac umbilicus ille visibilis tractabilisque simplices erudiat, quod fit in altari mysterium (29), Imagi... tiones [f., imaginationes] exerceat, jam quasi ad tertium cælum contemplatio ad eum, qui paternæ dexteræ considet, sese exacuat. Quia ergo esui communi caro et sanguis convenire non poterat, 354 mutatur a Domino in usibus humanishabilesacramentum. Sacramentum itaque ipsum aliud quiddam exhibere videtur quam caro aut dens, qui a resuscitato residuo perhibetur, Residua enim ipsa carnis quondam exhibitæ veritatem insinuant, carnis autem significatæ mysterium eorum fit efficax, quibus per ejus usum carni diuinæ incorporantur et vivant. Est ergo dens ac umbilicus probabile sub temporum nostrorum extremitate susceptæ olim dispensationis indicium, et generaliter animarum saluti committat sacramentum.

§ V. *Objectio 5.* — Quod si controversia putatur post resurrectionem illud esse residuum, controversiæ itidem ascribitur baptismus post baptismum. Baptismus nempe quem Christus exceperit, gloriosior videri potuit quam sequens, cum ipse longe melior præcedente successerit. Sic et Christus cum resurrexit, si ad nostræ mutabilis mentis monimentum aliqua post se sibi attinentia dimisit, futurus post judicium gloriosior hæc eadem glorificata inserere sibi non poterit? Dicimus enim quia etsi resurrexit, non tamen resuscitatum corpus, ad eam quam post

(29) Hic aliquid deest.



um habiturum est immutabilitatis gloriam. Si namque esset integre clarificatum, non visisset latus quod Thomæ ostendit apertum (xx, 27); nec vulnera patula hucusque persistit pedum ac manuum, quæ paternis illata conus sic conservat, ut in die iudicii tam iis, qui pupugerunt, quam omnibus reprobis conservata ierat. Ubi ergo cicatrix non obducitur, perfecta lenus semimutato, ut sic dixerim, corpori icatio adhibetur, et ubi perfecta adhuc corlarum integratio nondum est, quod minus n in eo ipso constat, aliquo modo supplendum

d autem de supplemento tractem, cum forma servi, quæ justis ac reprobis æque erit, ipso ante, perspicua, post iudicium tota in divinam eretur formam! Unde et illud est: *Et tran-* inquit, *ministrabit illis* (Luc. xi, 37): Quem tum nos non intelligere debemus alium, nisi totius humanæ, quod in eo apparet dispensationis ministerium, in divinæ illius majestatis redigetur, imo dominium, in quo transitui electorum m visioni comministrat, dum suæ satieta-ontemplationis eis nunquam fastidiendæ sup-

igitur in divinitatis speciem, formæ servi trans-est futura, ubi cicatricum obductio, per imionem legitimam adventura, quid cunctamur quod residui, quod nos habere credimus, reio sit illico secutura? Dum plane vulnerum vitas æquata superficie complanatur, quid n, si quod ad fidei nostræ solatium nobis intermissum, eidem unde derivatum constat i compingatur? Certe si quid majus aut minus Deum esse potest, non majus apud eum æsticatricum hiatus obstruere, quam reliquias no affectui ex consulto ingenitæ provisionis itas, invisibili qua dispersa recolligit sibi conne subnectere.

[*Objectio 6.* — Si Filius Dei ipse super Junimicis suis ostensum sibi a Patre testatur: occidas, inquit, eos, nequando obliviscantur mei (Psal. lviij, 12). » Deum præsentia Japopuli, quem præ oculis habemus, memoriam bis refricat Christi crucifixi, et libros veteres, i ipsis scripti sunt, et ad ipsos ex suis ipsorum, si prænuntiata sunt, infortuniis, nostrarumque itibus fortunarum magis reddunt authenticos, super dente illo, quis itidem super umbilico m poterit obscurare sententiam? Quin sicut um illud corpus ad sui nostrique unionem icitur institutum, ita quidquid de illo, quod pale vocamus, non quod præcedat majestate, mpore, residui in terra haberi dicitur, ad proem ejus quam suscepit dispensationis, et ad ionem fidei infirmorum valere cognoscitur?

#### CAPUT III.

*Respondet objectioni 1.* — *Quid fides.* — Ad ferre poterimus: Si de principali suo corpore

quasi ad experientiam suscepit quondam hominis superesse quid creditur, fidei catholicæ pene virtus universa convellitur; nam « si fides sperandarum substantia rerum est, argumentum quoque non apparentium (Hebr. ii, 1) » quomodo in corde credentis cujuslibet sperandæ res subsistunt, vel substant, cujus cogitationum intelligentiæ de invisibilibus ad visibilia remeant? *Quod enim « videt quis, quid sperat? (Rom. viii, 24) » Si fides ac spes solummodo ex intellectualitate appetenda consistunt, sicut ex acie interiori foventur atque proficiunt, ita ex consuetudine corporea et sensualitatis affectatione lentescendo deficiunt.*

*Si Salvator non nihil corporis reliquisset, fidei exercitationem impediret.* — Fides itaque substantivum quidam debet esse in animo cujuspiam, ut quæ in spiritu contemplatur, quasi aliquid solidum intra mentem teneatur. Quo ergo fidei acumen intenditur, imo quid speratur, quid creditur, ubi res sperata, res credita in conspectu materialiter aspicientis appenditur? Quæ exercitatio animi illic fiet, ubi in iis quæ intuitui subjacent consideratio se exercet? Ut quid, nisi se primo subducat, Paracletum non venturum denuntiat si idcirco corporis sui reliquias in terra dimittit, ut incarnationis suæ credulitatem humanis magis pectoribus inserere possit? Qui carnis præsentiam ideo discipulis absentaturum se perhibet, quatenus intellectui copiosior se spiritualitas repræsentet (Joan. xvi, 7), credendum nullatenus quod verba sua ullo pacto infirmare voluerit, in eo videlicet quod secundum vos in terra residuum facere de se voluerit.

Plane indubie suis sermonibus contraxisset, ut qui Paracletum non venturum dixerat, nisi ipse abisset (Ibid.), partem inter nos ejusdem corporis, cui mens humana rursus intenderet, reliquisset. Esset quippe facere, nec minus, ut ita dicam, eadem facta deficere, si corpus proprium, ut nos ad spiritualia castigaret, subtraheret, partemque alia subtracta parte dimitteret. In verbis Dominicis nil repugnans, nil absoum reperitur, tota evangelicorum dictionum congeries immutabili semper unanimitate vestitur.

§ II. *Respondet objectioni 2. Capilli, sanguis, aqua, elo., quæ e corpore Salvatoris deciderunt, haud perire.* — Igitur si de sanguine et aqua quæritur, et quod in terra sint oblitterata objicitur, non aliter plane ex hoc respondebitur quam de capillulis infantæ, corpusculo utique grandescente, deciduis, quæ, quo defluerint, in quidve versi fuerint, sicuti de aquæ et sanguinis quæ prælibavimus illo profluvio, non nemini fixa sententia est. Putas ergo perditum ierint? Si dens tuus, quem tu tibi arrogas, adhuc usque in miseriis non subsistit, cæteri dentes, quos sub eadem natura eum emisisse constiterit, qua putas incuria, hac illacque disjecti credentur? Tuo quem habes denti fortunator aura subrisit, dum aliis tabido secundum verborum tuorum consequentias squalori addictis, auro et niveis lapillis coornatus obrutilat. Et mirum quia, cum plures emisit, et

par universis reverentia debeat, obrutis reliquis, tu unicus unicum hunc habere te jactas.

Si igitur capilli, dentes, aquæ fluxus, et sanguinis quadrifidi vulneris cruor, qui indubie ad terram usque distillare potuerit, in terrenis rudibus in finem corrumpenda desederint, resurrectionis humanæ status, ac nostræ promissio ex ore Dominico ad sui similitudinem conformitatis, non video quomodo constare sine enormi fallacia possint. Et certe multo tutior quam stultior dico, quia, si in aliqua promissorum quis suorum portione declinat, ambiguum omnino efficitur quod de cætero recitandam pollicitationis adimpleat. Et si tantum de ejus corpore, qui auctor est promissionis, corruptum iri conceditur, facili disputatiuncula annullari poterit, quidquid in eo factum vel de nobis fiendum prædicatur. Si enim ex perceptione præsentium munerum firma est expectatio futurorum, et qui in suæ præmio locutionis fallitur, textu orationis procedente neglectui ducitur, perpendendum procul dubio constat, quia si constanter in sui ipsius restitutione quod spondit exhibuit, omnes eos quibus sponsorem se præbuit, fidei dictorum suorum indubitanter adnexuit. Quod si in promissorum veritate titubare dignoscitur, quidquid in verborum ejus statura præeminet, totum incontinentia fluitante subigitur.

§ III. *Respondet objectioni 3. Infantis Christi defluentia corporis qui colligeret nemo. Quare.* — Sed illud potissimum obtendi sufficeret, etiam si nil quod ad hæc posset responderi suppetere, quod Domini Jesu pueritiae tempore profecto nullus esset qui ejusmodi defluentia ex ejus capitulo sacrosancto colligere affectaret, præsertim cum de eo nemo majus quidpiam tunc temporis æstimaret, quam de æquævo aliquo qui tunc esset. Et quis de humani generis [f., corporis] reliquiis tunc tractaret, cum post mortem alicujus aliquid de ejus corpore reservasse apud Judæos profanissimum esset? Et quid apud eos pollutius quam mortui hominis ossa contingere, cum ad singulos quosque contactus excubare aliquandiu pro castris, et aquas jubeantur expiationis adhibere. Præter tabulas Testamenti, auream urnam, Aaronque virgam, nil quod a veteribus accepissent monumenti usquam exstitisse dignoscitur. Et quis ea, quæ illi puero attinebant, servanda duceret, in quo nil a communi respectu dignius autumaret?

§ IV. *B. Virgo minime id præstitit. Ipsius lac assertari dicitur in ecclesia Laudunensi. Quod improbat Guibertus.* — Quod si objicitur beatam Virginem Matrem id potuisse servare, et quasi superstitionosa ipsius posteriorum cultui voluisse traducere, ita suscipietur, (22) sicut Lauduni apud nos lac ipsius benedictæ in columba cristallina hucusque retineri dicitur. Quod quantum a vero, etiam a verisimili exorbitet, facili argumento liquet, quia neque ipsa asservari, præsertim cui nunquam in Jesu infantia tantum otii, tantumque securitatis exstitit, ut sui memoriam tanti penderet, quatenus de sui in futura sæcula lactis productione curaret, cui vix

intra natale latere solum, vix vivere tunc liceret. Et quis tantæ arrogantiae vel signum in ejus benedictis moribus, in ipsius adorando habitu 356 reperire potuerit, in cujus ore nil nisi ancillaris humilitas unquam sonni? Quæ res quoque tanto minus poterat, non dico in plurimas ætates, sed nec in aliquot annos sub ulla constare custodia, quanto magis idem coagulum semper decoquitur naturali inconstantia.

Esto autem. Et quæ vetustatis exempla illi maturissimæ, ac nullius laudis avaræ menti suppetebant in talium observantia pignorum, ut quod nunquam fieri viderat, nec eatenus factum audierat, prima quasi imaginem cujusdam ventositatis inciperet? Et si per eundem Spiritum, ex quo conceperat, non nosse non poterat, quod is, quem genuerat per fidem, suæ dispensationis mundum omnem impleturus erat, quid dentulus, quid umbilicus ille, quid denique cætera custodiri debuerant, quæ in tanta Filii sui claritate non amplius, si ex aliqua veteri consuetudine servari possent, valitura putabat, quam meridiano valet lucerna sub sole?

Certo itaque certius sæculorum Dominam novimus nunquam neniis talibus studium impendisse. Næniæ plane essent, si is, qui se Deum et hominem sæculo plenis fide prodigiis publicaret, segmentis atque minutis hujusmodi ad nihil omnino utilibus celebrari appeteret. Quod si ipsa non fecit, quis ergo fecisse potuerit, cum id temporis nullus, qui hoc appetiatur, nedum aliqua charitudine appetaret, exstiterit?

#### CAPUT IV.

§ I. *Respondet objectioni 4. Integre Christi corpus in resurrectione fuit glorificatum, licet non aliter quam antea appareret.* — Sed iis paulisper amotis, ad propositum redeamus. Si ergo corpus Dominicum post resurrectionem dicitis necdum integre immutatum, necdum plene clarificatum, quia non obduxerit foramina cicatricum, ostenditis, fateor, in hoc ipso hebetudinem indubie sensuum vestrorum. Si igitur clarificatus integre non est, quia eas non obduxit, ergo non dicam integre, sed ne ad modicum quidem vel immutatus vel glorificatus est, qui nulla vel immutationis vel glorificationis suæ signa post resurrectionem discipulis ostendit. In nullo enim ab ea specie quam videre pridem fuerant soliti, alteratus ipsis apparuit. Ergo quia nihil eis novæ claritatis resuscitatus ostendit, dici ab aliquo potest quia nihil majus a Patre resurgens, quam antequam pateretur, emeruit.

Certe nec ipsa qua in cælum conscendit hora quidpiam novioris aspectus objecit, ut in ipsa declaratione resurrectionis non alium seipsum ostenderet quam idem ipse fuerat antequam obiret. Si enim insolitum aliquid splendescendo proponeret, nunquam quod caro rediviva foret, crederetur, sed potius ut suspicati sunt, quod alter, aut spiritus esset. Unde est: « Ego sum, Nolite timere (Joan. vi, 20). » Et: « Spiritus carnem et ossa non habet, sicut me

s habere (*Luc. xxiv, 39*). » Dignum itaque fuit A  
mpliciter in ea quam assueti fuerant specie,  
eisdem rudibus appareret, ne de inusitata  
te ad externæ opinionis errorem animos mi-  
apacium derivaret.

*re Dominus vulnerum cicatrices resuscitatus  
lis ostendit.* — Qui itaque in subobscura habi-  
quasi spontive suscepta, jam gloria imminu-  
pparuit, quid mirum si inobducta clavorum  
is exhibuit? Quibus tamen? Apostolis plane  
m, et postmodum Thomæ, et hoc utrisque  
ntibus, hoc et semel. Vide si duobus Emmaus  
ntibus, vide si in creberrimis per dies quadra-  
pro argumento convivii aliquid obducendum  
lit; vide si mulieribus pedes ejus tenentibus,  
d iam alias cum ostento passionis apparuit. Quid B  
uit dubiis cicatricum antra contrectanda por-  
, nisi identitatem propriæ personæ non con-  
line faciei, sed recentioribus mortis suæ signis  
lere? (74) Quid post resurrectionem vulnera  
eservata portenderent, si etiam hucusque ma-  
t? An ut Patrem ac si virum obliviosum per  
dispensationis pro hominibus susceptæ com-  
ret? Esto. Certe alia curanti Patri sola sine  
ribus caro suæ dexteræ assidens commonere  
ret.

*. Respondet objectioni 5. In die judicii eorum-  
vulnerum notæ in Christo nonne conspiciuntur?*  
l objicis quod vel in die judicii visuri sint re-  
ac impii eum videlicet quem pupugerunt. Si  
cui te injuriam irrogasse memineris, sine ullo C  
quam intuleris injuriæ monumento conspicias,  
confestim perpetrati in eum facinoris temet  
lo commemoras? Et quid tibi lacerum faciet  
quid in manibus pedibusque fixuræ clavorum,  
illi hominis parebit signum? In illius gloriæ  
quomodo conveniet quinquipertiti vulneris  
? Et certe cum discipulis comedens ac bibens  
us mandenda tractabat, nunquid sanies hianti  
tunc fluebat? Absurditas infinita.

, pro veræ testimonio quam resumpserat car-  
anducavit sæpenumero cum suis, non neces-  
sed dispensative (*Luc. xxiv, 43*); qui januis  
s intravit ad ipsos sola potentia, non natura  
xx, 26), interstitia namque parietum non pe-  
it pondus carnis ac ossa, nec ætheream habi- D  
em talis naturaliter patitur corpulentia, quod  
virtuti resurrectionis ascribitur; qui se lon-  
iterum fingit 357 dum a duobus præfatis  
iere compellitur (*Luc. xxiv, 28*), non potuit ad  
signa passionis recens actæ cuilibet dubitanti  
nere, ex quo sui ipsius tum natura, tum per-  
roberet? Nonne illa coram Petro, Jacobo et  
e in monte transfiguratio perfunctoria exstitit,  
b. xvii, 2), ut probaret quem post resurrectio-  
statum habuerit, quem tamen ut erat, cum  
rexisset, pro infirmitate videntium ostendere  
sedit? Ac si diceret: Quia vobis non expedit  
amutati corporis claritatem vobis redivivus

eam, hanc modo vobis superstes expono, ut eam  
perpendere ac revolere addiscatis, cum naturæ glo-  
rificatæ excellentiam habitu humiliore, quia obscu-  
riore, contexero.

§ II. *Respondet objectioni 6. Explicat quomodo  
Christus in judicio extremo formam servi immutabit.*  
— Porro de translatione servi formæ in divinitatis  
formam, si sic intelligas ut in alteram speciem de-  
mutetur, et tunc cum obductione cicatricum dens  
et umbilicus ille, et si quid est aliud residui, quasi  
veteri trunco insitivus surculus apponatur, dicimus  
plane quia, si sic se res habet, duæ resurrectiones  
Christi erunt, et bis immutabitur. Si tantus error  
coalescit in capite, quid poterit de membrorum re-  
surrectione quis credere? Transitum illum de forma  
in formam Christi nil aliud intelligimus quam  
absorpta morte in victoria (*I Cor. xv, 54*), et exacto  
impio et impietate ejus, diviso videlicet ab ira vul-  
tus ejus, appropinquat cor illius (*Psal. lrv, 22*),  
stulto scilicet impio ne videat gloriam ejus, admit-  
tuntur electi soli ad videndam gloriam divinæ vi-  
sionis ipsius. Hinc est quod Juda exeunte dicit:  
« Nunc clarificatus est Filius hominis (*Joan. xiii, 32*). »  
Tunc plane transit ad hanc clarificationem, cum  
de forma servi, quæ justis et injustis communis est,  
transire nos facit, scilicet solos electos ad æternam  
sui visionem. In hoc transitu eis ministrat (*Luc.  
xii, 37*), cum reprobis abdicatis ipsos suo vultu  
exsatiat. Christus itaque transit, cum post judicii  
diem etiam servi formam a reprobis contem-  
platione secludit, et electorum obtutibus sese viden-  
dum aperit, imo eos sibi videndo transigit.

## CAPUT V.

§ I. *Producunt Sancti-Medardenses quoddam miracu-  
lum tempore Ludovici Pii patratum. Id non probat  
dentem Salvatoris exstare inibi.* — Igitur iis contra  
hujus sententiæ executores emissis, illud advertamus  
quod in Sancti-Medardensi ecclesia miracula pluris  
pretii super illo dente declamitant. Primum, nisi  
fallor, et quod potissimum memoriæ succurrit, id  
est, inter capellanos Ludovici Pii imperatoris in ejus  
ipsius præsentia super isto tractabatur. Cumque  
valde a monachorum sententia resilerent, nihil de  
corpore, quod Virginis uterus fudit in terris, rese-  
disse ferentes, ad missarum solemniam constat ven-  
tum. Illic in sacris mediis phylacterium ab altari  
dicitur substituisse suspensum: quod sibi, et aliqui-  
bus, qui viderunt, exstitisse aiunt argumento. Sed  
quod, quæso, argumentum? Quæ superna, quæso,  
vox, quis, precor, angelus detonuit, dentem Salva-  
toris tunc esse quem tenellus ediderit? Sed quid ad  
me angelus, quid vox? Si throni et dominationes  
istud assererent, nulli vere fidelium, sed fidei scien-  
tiam habentium animi assentiri ullo modo deberent.  
Qui, ut superius diximus, et millies repetendum du-  
cimus, si capillum de nobis non periturum asseverat,  
si quidpiam in terra habet residui, in se credentes  
potius exemplo suo desperare quam doctrinis cre-

dere mandat. Et certe martyrum cineres nunquam nec ossa toto orbe circumlata recolligit, qui sua fieri post resurrectionem patria hac illacque permittit.

Sed perpendere libet quam hebes miraculum ipsum fuerit, dum animadverti non prævalet quorum suspensio illa intenderit; quod enim ab ara in aerem volucritat, de sacro, ut sic dicam, ad insacrum se subrigens, altaris sanctitudinem ac si impatienter se ferre demonstrat. Et si verbum idem, quod est suspensio, velimus attendere, quod videtur suspensum, putatur ambiguum; sed quid loquor ambiguum, cum ambiguum proprie sit quod esse et esse non possit. Hoc vero nullatenus, nisi seipsum velit inficiari, qui est veritas Deus. Adeo autem surditatis ineptæ miraculum, quod in argumento rei hujus ne multum quidem faciat, cum stulte scriptum sit, stultior est qui retractat.

§ II. *Deus ille sancti cujuspiam esse potest. — Fides sæpius causa miraculorum.* — Sequuntur et alia non minus dubia, quæ idcirco dixi dubia, quia ad id approbandum omnino sunt muta. Hoc enim, cui signum ascribitur, sanctum aliunde esse potest; hoc autem quod dicitur, esse non potest; et si esset, talium signorum testimonio, quia dens sit Dominicus, portendi non posset. Sancti ergo cujuspiam dens ille credatur, cujus merito forsitan tale quid concedatur; et si certe nullius sancti esset, vel fides plane credentium exigeret ut quod speraretur obtingeret. Multa enim fieri possunt, non tam ejus merito, per quem prærogatur, quam illius cui impenditur.

358 § III. *In Lunensi urbe puer nuntiat piratas adesse in portu dum vigiliæ Natalis Domini agerentur.* (Isa. XL, 1). — Quod in Lunensi urbe (30) ante annos aliquot contigisse dignoscitur. Vigiliæ Natalis Domini a fideli populo inibi agebantur. Interim piratica classis portui allabebatur, qui appellatur Veneris, urbem depopulatura repentinis incursibus, dum res noctu divina protenditur. Interea dum citatis myoparonibus vadosum præproperant scindere rostra salum, in ecclesia cathedrali puer primam nescio an secundam primi nocturni lectionem pulpitem lecturus ascendit. Cumque benedictione suscepta adoriretur legere: « Consolamini, consolamini, popule meus, » illico ex ejus ore Spiritus sanctus subdistinguendo subjecit dicens « Ad portum Veneris Salandræ (Salandræ autem naves dicuntur a *saliendo* vocatæ). » Quod cum ab omnibus non mussitando, sed strepente repeti ac corrigi juberetur, puer sæpe numero eadem replicavit. Mox decanus Ecclesiæ concepta dicti sententia, populos in arma consuscitat, et portum Veneris adire mandat. Illic ingenti classico appellente littribus obvia turba resistit, et urbem nec mora pervadendam ex Deo armata, hoste fuso, præmuniit. Ergo sicut ad meritum proloquentis pueri ne utquam pertinuit, ita multoties non per eum, a quo-

putatur, exporrigi fit, sed in illum, qui meretur accipere beneficii fructus, excurrit,

§ IV. *De quodam scortatore aquis absorpto.* — At signorum illorum tenuis mihi valde videtur auctoritas, imo scripti illius vilis admodum probatur indignitas. Nam in eorum libello qui super dente hoc, et sanctorum loci miraculis actitat, de monacho aliquo refertur, quod scorto soleret muliere abuti, quo tamen noctu dum pergeret, aquas tranare propinquas necessario oporteret; in quo transitu, inter undas eum peccati sui pondus necuit. Qui abbatibus iudicio a cœmeterio fratrum extorris est habitus. Sed abbati, ut pagina illa refert, nescio quis sanctorum inibi, ut dicitur, apparuit, eique, ut dicitur, dixit: « Confer, ait, cum cæteris, quia in obedientia tua mortuus est. » In qua, quæso, obedientia? An abbas ei præceperat ut se periculo fluminis ingerens, impudicæ concubitu sectaretur? Certe quoquo pacto eatenus abbatibus alias obedisset, in hac profecto re obedisse dici non potest, quia obedientia nusquam nisi in bono, nisi per abusionem, intelligi potest. In qua igitur obedientia mortuus est? Sane si de obedientiæ nomine dubitatur, audiat Apostolum de ipso Filio Dei: « Ex iis, inquit, quæ passus est, didicit obedientiam (Hebr. v, 8). »

Potest itaque conjici, quia quibus præter modum totius rationis talia adnexa sunt, fide et idcirco susceptione penitus indigna sunt. Et certe videmus gemmulis ac perulis [*melius*, perulis, id est margaritis. Gal. *perles*] peregrinorum littorum undecunque ornatum, ex antiquitate dentis memoriam non dentem esse traditione susceptum, et quid intra idem phylacterium lateat non experimento præsentium, sed sibi succedentium sola ratione probari. Venerantur ergo ipsi bifariam illa quæ nesciunt, dum eos prorsus latet quod auro illo ac lapide clauditur, et nullo modo constare prævalet quod continere theca ipsa putatur.

§ V. *Nullas corporis Filii sui reliquias posteris conservavit B. Virgo. — Matri suæ Salvator primo non apparet, quia certo resurrectionem ipsa tenebat.* — Imputabitur itaque Mariæ, quod quæ apud illos haberi dicuntur, sola servare potuerit? Ergo eam quæ ex Deo supra omnem angelicam humanamque naturam statum Filii sui futurum agnoscerit, nimirum quam supra omne quod est post Filium Spiritus sanctus, imbuerit, quomodo resurrectionis ordo latuerit? Si enim latuisset, dignum profecto fuisset ut, resurrectionis suæ fidem facturum, ipsi primum appareret. Ipsi vero quare appareret, quæ resurrecturum indubie scivit antequam pateretur ac resurgeret? Et sane dictum scitur: « Tuam, inquit, animam pertransibit gladius (Luc. xxix, 57). » Unde et eventum, et de eo loquentium verba conservans, conferebat in corde suo (*Ibid.*, 19). Cui enim fidus nemo habebatur, cui tantam rem crederet, non inconcinnum utique erat, ut sua apud se sensa et

(30) Vulgo, *Luni*, Etruriæ oppidum ad mare situm.

ta congereret. Cum ergo neque ipsa futuri  
ejus non ignara, neque ullus qui eum a com-  
hominum massa secerneret, hæc posteris re-  
rit, supervacanea omnino habeantur quæcun-  
quis de corpore tanto præsumpserit. Constat  
ne apud nos Apostoli quantum brevis tantum  
sententia, quia corpus idem annuntiatum est ab  
is, prædicatum est in mundo, assumptum est  
ria (*I Tim.* III, 16).  
*reliquis sanctorum quæstum persequi, profanum*

*est.* — Porro de cæteris definimus, quia si in cano-  
nibus cautum est ne quando martyribus connume-  
retur si quis inter confringendum idola [perimatur,  
alio enim forsitan errore diducitur, ut nullus quam-  
vis bonum ad speciem habitu efferens, pro sancto  
facile habeatur, nisi quoquo pacto ex divina reve-  
latione probetur. Quæstum autem ex sanctorum  
vel circumlatione, vel ossium eorum ostensione  
quærere, quam profanum sit discite, si velitis  
æque sanctos avaritiamque taxare.

## LIBER QUARTUS.

### DE INTERIORI MUNDO

#### CAPUT PRIMUM.

● § I. *Res terrenas abdicare debet qui contem-  
ni se addicit.* — Interioris mundi statum,  
visio externa non capit, imaginatio ulla non  
pit, sola nimirum virtus contemplationis attin-  
bi enim nihil materiale, nec quod sensualitati  
ceat invenitur, uno plane intellectualitatis acu-  
penetratur : illo procul dubio uno oculo, illo  
olli sui crine, id est unica et indivisibili cogita-  
m intentione et cohibitione, qua sponsa in  
eis sponso potissimum placere dignoscitur  
(*iv*, 9). Cujus intuitum sicut in iis tractabili-  
abere non possumus, ita locorum corpora, et  
corporum in illius consideratione sentire neu-  
m pervalemus. Sicut in qualibet pagina, si  
ntiam contemplativam attenderis, aliis oculis  
is, quibus sententia continetur, inspicias, aliis  
sum, quod sola ratione colligitur, contempla-

hæc autem vis imaginationum nulla se confert,  
ubi nec temporalitas, nec temporalitati obnoxia  
aliqua menti se ingerit, nihil visum, aut  
videri possit, exterius in se admittit. Quæ enim  
isi formas et corruptibilium consuetudinem  
t, semper tenuitatis impatiens usitatarum re-  
recordatione grossescit. Quod si ad quamlibet  
m subtilitatis velit eniti, non nisi externæ  
is extrusa frequentia ad intellectualia discer-  
t valet intendi. Inde et clauso ostio jubemur  
Patrem (*Matth.* xi, 6). Hoc et primum, et se-  
am, et tertium cælum, de quo Apostolus (*II*  
*i*, 2). Hoc igitur modo cum spiritualitas quasi  
ioddam æthereum cælum et sola, et a terre-  
nnibus incomitata progreditur, specialiter spi-  
ibus spiritualia comparat, dum intellectuali  
itate incorporeas illas species mundi interioris  
inat.

. *Visiones in sacris Scripturis menti solum cor-  
s ingerunt imagines.* — Sed quod dicimus præ-  
valde sacrarum in Veteri ac Novo Testamento  
um videntur historiæ, quæ ad illum evectæ  
m nonnisi corpore earum imaginum visa re-

B portant. Cum enim in Dei visione Ezechiel, et ven-  
tum turbinis et aquilonem, nubem magnam et ignem  
involventem, splendorem in circuito, quatuor ani-  
malia quadrifidam habentia speciem (*Ezech.* i, 4, 5),  
cum etiam ædificium in monte metiri conspiceret  
(*Ezech.* xl, 5), quid aliud quam effigies corporalita-  
tum præscriptas aspexit? Ibi limina, ibi portæ, ibi  
vestibula et fenestræ, ibi vir sub specie æris, ibi  
calamus funiculusque mensuris, Quid plura? Ibi aut  
corpora aut similitudines corporum contuentur,  
nec aliud quidpiam pervidetur, quod non formas  
præsentium undecunque resculpat. Hoc Isaias, Jere-  
mias, Daniel, et si qui alii, quibus se conspicabilem  
præbuerit Deus, non veritate, sed signis ac figuris  
enuntiant, dum solium Dei se vidisse declamitant,  
et solii speciem saphiro, ac chrysolitho comparant.

Cum fergo divinam formam aut igni comportent,  
aut in humanas habitudines per membrorum singu-  
lorum schema distribuant, non est ibi quod de vera  
omnipotentis Dei simplicitate dicatur, cum quidquid  
de illo incirconscripso agitur, corporalibus angus-  
tibus comprehendi posse putetur. Nil enim ibi est  
quod secundum puritatem sempiternæ essentiæ di-  
citur; est autem quod figuris et ænigmatibus  
adeo præstringatur, ut de ejus natura nil proprium,  
sed quod membris ipsius allegorice attineat, prædi-  
cetur. Signis igitur ac figuris cum univera consi-  
stant, et in Veteris Testamenti auctoribus nihil quod  
de Deo essenziale credatur, inveniri queat, præter  
illud : « Ego sum qui sum. » Et : « Qui est misit me  
ad vos (*Exod.* iii, 14), » cætera quæ de eo feruntur  
tantopere humanæ consuetudinis dicta factaque re-  
dolent, ut in omni præter peccatum passione nostris  
moribus vel motibus morem gerant.

Hæc quidem apud antiquos pene omnia figuraliter  
contigisse cognoscimus, testemque Apostolum hinc  
habemus (*I Cor.* x, 11). Sed et in Novo Testamento  
non longe secus ac alias se res habet, dum quæ-  
cunque 300 in Apocalypsi dicuntur, a formis in  
nullo extrinsecis dissentire videntur. Vide ergo  
quam die Dominica et ejus ac si circumscriptionis  
formam viderit. Et summopere tamen attendendum

quod dicitur : « *Fui in spiritu* (Apoc. 1, 10). » Quid est fui in spiritu? Scilicet in spiritualium contemplatione. In spiritu enim non fuisset, nisi quod spirituale est, conspicuum habuisset. Si ergo nihil nisi spirituale conspicuum sibi fuit, quid est quod nisi formas corporeas dicere non potuit, quas duntaxat præ oculis habuit?

Attende itaque divinæ descriptionis nonnisi humanum modum; attende gladium bis acutum, candidabra, et stellas; et, ut ad habitum redeam, lanæ albæ capillos, pedes aurichalco compositos. Ita universum volumen evolve; nusquam nisi humanitus dicta reperies; nusquam non dico substantiale, sed essenziale aliquid de Deo ibi profertur; si quid autem prolatum ibidem constat, multo allegoariarum velamine palliatur. Quidquid quoque illic de statu sanctæ Ecclesiæ præcantatur, coloratis sermonibus inumbratur, et licet qui viderit, in spiritu fuisse dicatur, quæcunque intrinsecus spiritualitas delitescat, nihil nisi corruptibilis speciei et corporale proloquitur.

§ III. *Quæ in mundo, nil nisi materialia suggerunt.*

— Igitur quoniam qui de præsentium visione ad interna videnda commigrant, nil aliud quam quod in mundo consueverant videre reportant, putari ab aliquo posset quod eædem formæ apud spiritualia haberentur, quæ apud superiores, imo apud inferos, quod nos sumus, haberi videntur. Quæ uniformitas specierum si ita est, quod nullatenus credendum est, ergo inter corpus et spiritum nec distantia nec dissimilitudo est, imo, ut brevius omnia contraham, certe nec ipsa spiritualitas aliquid est. Si enim nullus sæculum inter utrumque gradus, si ðe altero in alterum quasi de corpore transitur in corpus, nunquam de præsentī hoc qualicumque bono transitur in melius. Bona enim sunt a Deo condita, sed imaginaria; his utimur interim, donec frui detur iis quæ, ob transibilitatem horum, vocantur æterna.

§ IV. *Qui visiones retulerunt suis, corporeis rebus similia exhibuere.* — Denique et prælibato sensui adniti videtur, quod apud beatum papam Gregorium omnes qui de exteriori isto ad interiorum illud redituri rapiebantur, nonnisi iis similia quæ hic assueverant, vidisse se recoluerunt. Si enim pontes, si fluvios, si fetores sulphureos, si amœnos præterea campos, si aureis laterculis exædificatas domos quique retulerint, hoc nimirum de similitudine præsentis status intulerint. Nec secundum solam dialogi seriem hæc aliquibus apparuisse putaveris, et non potius per omnes quas me non dico legisse, sed etiam audisse meminerim visiones.

Quid enim quod Beda in Gestis Anglorum dum hinc timoris, hinc gloriæ plenas suæ genti aliquando manifestatas revelationes intexit, nulla nisi nostris usibus convenientissima dicitur. Illic enim et montes, et castella, inclementias aeris, et plumbeas damnatorum arcas, laceras in pœnis positorum tibias, quædam loca putoribus exhalantia supplicio punitorum apparatus, principis cujusdam virilia

quotidiano animalis nescio cujus morsu corrosa, pecuniarum quoque montes, pallia et oloserica, pannos opipare textos, multifidam supellectilem, iis in illo examine ad suæ perversitatis argumentum opponenda, qui libenter accipiunt munera, ut scilicet pervertant judicia. Nec desunt exempla moderna, cum si qua videri de animarum statu hodieque contingat, a modo quem prædiximus nulla disparilitate differat.

§ V. *Itidem Dominus in Evangelio materialibus utitur exemplis.* — Super hæc autem omnia Jesus ipse Dominus quid nisi materiale supplicium minitari videtur? Ubi enim ligari manus et pedes mandat, in tenebras quoque exteriores projici imperat, ibique fletum affuturum et stridorem dentium pariter denuntiat (Matth. xxii, 13), quid aliud quam consuetudinarias nobis passiones ostendat? Et certe si vexari criminosas, sive levius peccatrices animas, eodem materiali supplicio quo corpora læstimamus, non bene, juxta Apostolum, spiritualibus spiritualia comparamus (I Cor. ii, 13). Quod tamen exemplo proposito satius comprobamus.

*Quam multi ob terrena acquirenda supplicii et laboribus diversis sese immolant.* — Vide hominem infinita quæstus cupiditate detentum, cruentissimis ut cupita acquirat ambienter addici laboribus, quantæ fame sese disrueat, quantis insomniis, quantisque sudoribus, ut certe celeri vitam terminaret exitio, si id tolerantia alicui intorqueretur invito. Quod perpendere ex captivorum patientia, qui pro pecuniis cruciantur, est liquidum. Nam tormentis adeo enormibus illos excarnificari videmus, pollicibus genitalibusque suspendi, dentes forcipe erui, ungues ligno coarctante comminui, calces sale illitis caprarum lingua sublambi, et hæc omnia tanta æquanimitate, imo animi jucunditate perpeti, quanta thesauri spe repositi animum in suis angulis exsultantem conjicere valeas deliniri.

Certe turrim miræ magnitudinis ignibus candescentem experimento didicimus, lingua quemdam suam madenti prorsus exstinguere solitum, ob id studii solummodo exigentem nummi pretium. Si ergo corpore tantis profligato miseriis animus spei occultæ gaudio debriatus ab eadem molestia conquiescit, cernere in promptu est quia, sicut caro vexationibus agitatur, anima aliquantisper tantis vacante turbini-bus, ita corpore nullatenus molestato anima multoties sola tristitiæ conceptione mactatur.

*Sancti martyres spiritualia spiritualibus comparant. Aliter autem desides et hypocritæ. Sancti viri qui ponderent quotidianas mortificationes.* — Corpora itaque corporalibus, spiritus spiritualibus, ut præmisimus, comparantes, alterutrum sine altero crucis suas pro loco et tempore tolerare conspiciamus. Quod in sanctis martyribus, exterioris sui hominis doloribus interiori gaudente, constat evidenter expositum. Altrinsecus autem super iis quos acrimonia consumit acedia, perspicuum est quantis lacerum pectus disjiciatur angoribus, plane, ut putatur,

ve extrinsecus requieto. Vides in hypocritis, frigorum tolerantias, interdium vix nocte das stationes, noctu quasi pervigiliis orationis, et hæc levissima ducit gloriæ inanis aviditidem quoque in sanctorum mentibus efficit ianas suarum carniū mortes breves ac moneas expectationis supernæ suavitas. Constet probatum, quia sicut pœna forinseca reddere citur cadaverosa corpuscula, sic spiritualis alaut latens mentis vitium, nostra aut fovet, quæquet interna.

## CAPUT II.

*Quas prophetæ sanctique viri a Deo accepere, sæpiusculè aperire nequiverunt.* — His itaque a distributione dispectis, quomodo animarum a tormentis corporalibus distare putanda est quare ipse Dominus, ac sancti quique de illo adeo carnaliter non dico senserint, sed ita, pariter attingamus. Si enim de sensu cogitur, sensa prophetica, ut seriem præmissæ nis exsequar, multo spiritualiora fuerunt, ipsi suis insinuare auditoribus non dicam, aut, sed debuerunt. Dicam tamen, quod et e asseram, quia nec potuerunt, nec debuerunt non possent, quæ ex parte de Jesu nascituro, tertiis Ecclesiæ noverant, ad publicum propagata, si ea quæ partim sibi interluserant, explicentiam habuissent.

e Psalmistæ vox est : « Incerta, inquit, et a sapientiæ tuæ manifestati mihi (*Psal.* L, si incerta apud ipsum, de cuius semine erat arbor, erant, dubiæ sententiæ si ferrentur, quid vident? Porro si occulta pro sui incertitudine, sunt utique manifestanda. Quo enim quidpiam ius est, eo, si incertitudo sese objiciat, promulgericulosius est. Quæ ergo sibi quidem manibus, sed cæteris incerta ac occulta noverat, admodum dispensatione silere decreverat. Unde dicit : « Audivi, inquit, arcana verba, quæ ceter homini loqui (*II Cor.* XII, 4). » Quid bifidum intelligere possumus, et est ac si diceret : « Non se licitum est homini talia dicere, nemini loquentes scribere solemus, non homini loqui est altari cuiquam explanare.

*nani arbitrii non est Dei contemplationem, et Scripturæ notitiam habere.* — Non itaque potuit, quia non debuerunt. Spiritus enim prophetici nisi eos sicut quis equum freno cohibuisset, rium quod mente conceperant, mysterium non disset. Prodere sane non poterant quod sub dictatoris sigillo tenuerant. Si enim humani ingenii aut potentiæ humanæ non est contemplatio Dei, aut sacræ Scripturæ cum velit, habere eis nullatenus licere potuit, de futuris mysteriis sentire quantum vellent, imo nec ipsum penetrare quod dicerent. Sicut nec in prophetibus quæ ex Deo sunt multoties de nostris prophetis edocemur, quæ tamen quomodo aut quando astra sint inibi colligere non valemus, ita parti-

culariter eorum tacta sunt corda, ut nulla eis dem suppeteret quæ viderant explicandi potentia. Impotentia autem eorum nil aliud quam indebitum est. Unde est quod de Domino dicitur quod nullum signum potuit facere in Capharnaum (*Luc.* IV, 23). Non potuit ergo, dictum intelligere, non debuit; indebitum enim erat ut eis signorum beneficia impenderet quos fidei suæ applicare non poterat. Unde et margaritas ante porcos poni vetuit (*Matth.* VII, 6), quia divini eloquii candor spurcis mentibus minime congruit,

§ II. *Probat iterum de scientia Dei, quæ in contemplatione hauritur, fundi facultatem humanam non suppetere.* — Igitur, ut ad seriem redeamus, quidquid a prophetis corporaliter de Deo non tam sensum quam dictum est, humanæ intelligentiæ constat condescensum, quia nec ipsi verba, quibus divinæ essentiae modum comprehenderent, invenire potuerunt; nec ulli animos, qui, quæ dicerentur (si dici ab aliquo ullatenus possent) valerent capere, habuerunt. Qui ergo dicere, quæ audire non poterant, merito super Dei natura silebant. Quæ autem dici necessitas exegisset, nisi consuetudine locutionis humanæ dixissent, et in sua ipsi dictione amentium more deficerent, et si qua supra se dicerent, sicut ipsi sua dicta non caperent, sic intellectores dictorum neutiquam reperirent. Unde et indignas Deo aliquoties comparationes similitudinesque attribuunt, dum plaustrum onustum feno (*Amos.* II, 13), dum potentem crapulatum a vino dicunt (*Psal.* LXXVII, 65).

Quibus ergo capaces illi non fuerant, non nisi corporalia et nostris usibus familiaria enuntiare poterant, et quæ minus bonis hominibus convenientia videbantur, etiam Deo nequaquam ascribere verebantur, ut ex eo ipso quod summæ majestati indigna componerent, quidquid apud nos majus ac dignius esse potest, indignum Deo prorsus, si ei conferatur, ostenderent. Inde est quod Ezechiel quatuor animalium monstrorum simillima corpora, et facies portentuosiores quam Jani, nam quadruplices ostenduntur (*Ezech.* I, 5, 6), ut ex enormi, quantum ad nos, specie, sola intellectualitas quaerenda notetur. Si enim angelos suos facit spiritus (*Psal.* CIII, 4), et non nisi spiritualia constant in cælestibus, indignissimum in aliquo supernorum credere est tales inveniri corporum habitus. Cum plane angeli gloriæ claritate explaceant, hæc autem invisæ nimium effigiei horrore displiceant, cum litteræ ratio deficit, solum quaerere restat quid innuant.

*Homines corporalia tantum enuntiant.* — Homines ergo ad homines de sola corporalitate loquuntur, quia si quidpiam de intellectualitate senserunt, sensa tamen sua nequaquam exprimere potuerunt. Unde et æstimare est eos qui ad internum ejus sæculi statum, ad nos tamen redituri exeunt, quod alia videre non possunt, nisi quæ corporaliter viventibus usitata sunt, et sub imagine terrenorum sub-

scintillent nobis aliqui radioli æternorum. Si enim ita capere possent, uti illi qui ad hoc sæculum redituri non essent, in carne sane ista adhuc positus, non modo verba, sed et ipsi extra carnem subtiles pridem et acuti intellectus hebescerent, et in sese visa deperirent, nedum aliis sibi incomprehensibilia explicarent. Ad eorum itaque similitudinem loqui possunt hominibus, dum ab internis redeunt, quæ foris videre consueverunt, quia sancti omnes quæ in divina contemplatione cernere aliquando, vel momentanee potuerunt, nunquam sermone vel litera emittere possibile habuerunt.

Cum ego de gloria Sanctorum in visione, aut odores præsentiant, aut hymnicos choros exaudiunt, aut claritates hauriunt, tota hæc non secundum naturæ spiritualis veritatem, sed juxta visibilia, qua assueti sunt, qualitatem. Quæ enim aut speciosiora, seu pretiosiora, aut delectabiliora sunt inter homines, ea nobis per internas ostendunt visiones, ut ex eis quæ apud nos potissimum appetiari solemus, indultæ sanctis gloriæ argumenta sumamus. Unde in Apocalypsi, et stolis amiciri albis, et palmas gestare, victoriæ signa in manibus; et coronas in capitibus aureas habere dicuntur (*Apoc.* vii, 9), quod regnantium sit. Quæ igitur in amœnitatibus, in florulentis, in splendoribus habitudinum denotantur, non illorum, qui Chiliastræ vocati sunt, hæreticorum nænias recreant, qui post resurrectionem mille annos in carnalibus deliciis pollicentur, sed quibus homines delectari solent, hæc pro salvatorum demonstranda gloria visionum ordines exhibent.

Porro quæ de revelatione glorificatorum dicimus, ea ipsa de punitorum damnatione sentimus. Nam cum ignibus crebro animæ secundum Scripturas videantur aduri, cum flagellis addici, putentibus undis immergi, et ea, quæ ex Gregorio et Beda doctoribus exhibita sunt, fieri, non aliud sunt quam quod corporaliter reis solet infligi; hoc spiritualiter patiuntur, nec nos, quibus denuntiatur, cruciari talibus miseriis adæmnatos crederemus, nisi quia pœnas, quas assidue consuevimus experiri, cognoscimus. Quia ergo spiritualem illam linguam, qua spiritualia spiritibus respondent, audire non possumus, ex corporalium notitia quasi fucos intellectualitatis exprimimus, et ex iis unde constat corpora profligari, animas animadvertimus coartari.

§ III. *Cum materialibus minime, quibus ergo pœnis afficiantur animæ?* — Igitur quoniam corporalibus suppliciiis animas puras coerceri posse non credimus, quibus pœnis angi possit et debeat [*f.*, possent et debeant] attendamus. Superius ex Apostolo dixi spiritualibus spiritualia comparanda, et mirum valde est si tormentis tractabilibus intractabilis anima dicitur affligenda. Dicere tamen primitus esset de eo, qui, sicut Apostolus gentibus ait: « Qui dicimini præputium ab ea quæ vocatur circumcisio (*Ephes.* ii, 11), ab exteriori hoc mundo appellatur interior. Sicut enim in corpore meo,

A quod omnibus in promptu est, intrinsecus subjacet anima invisibilis, ita huic materiali creaturæ, quæ rationabilibus irrationabilibusque naturis conspicua est, altera subest machina, quæ solis rationabilibus, et hoc immortalitate exutis, constat visibilis et per via. Cujus statum ulla mens visibilium imaginibus occupata metiri non prævalet; animorum tantum oculis a sæculi pituita liberis adjacet.

363 Sicut nempe verbum spirituale dicimus, quod spiritu, lingua et dentibus efficitur, unde Apostolus: « Psallam, inquit, spiritu (*I Cor.* xiv, 15), » verbum etiam, ut sic dixerim, mentale, quod sola cogitatione labiis tacentibus disponitur vel disseritur, verbum quoniam etiam intellectuale, quod sine interiori ulla ordinatione verborum purissima contemplatione tractatur, ita mundus iste, in quo degimus, visibilis et imaginarius dici potest, quia et obtutibus nostris substat, et oculis vacantibus ejus corporalitas menti retractabilis est. Ille autem interior toto difficilius penetratur quanto corporibus, locis, ac temporibus nil ibidem continetur, nil agitur. Et quanto a nostro usu discrepat, qui vix uspiam intuitum mentis affligimus, nisi ad ista quæ consuevimus, tanto ad illum interiorum pervidendum obnixius nebulas nostræ intentionis abrumpimus,

#### CAPUT III.

*Utrum diaboli mundum hunc inhabitent.* — Ubi quaeritur utrum diabolo et ejus angelis generaliter habitabilis habeatur hic mundus, quoniam principem hujus mundi, in quo agimus, vocat eum Dominus (*Juan.* xii, 31). Et apostolus, principem aeris hujus (*Ephes.* ii, 2), principem etiam tenebrarum harum, spiritualia nequitiae in cœlestibus (*Ephes.* vi, 12).

Quæritur itaque si is qui ita ob sui intra hunc aerem diversationem aerius appellatur, ac inter nos invisibiliter divagatur, utrum et illi tali sæculo contiguus habeatur. Cui quaestioni primo ingeritur quod, quantæcunque dignitatis ac puritatis sæculum illud sit, dicere non audeo quod bonis ac malis commune non fuerit. Natura enim dæmonum cum sit ingenitis alacritatibus præacuta, sic ob sui perspicacitatem, imo spiritualis potentiae agilitatem, quantumcunque exteriori divagetur in mundo, tanto proprie propriam conversationem in interiori obtinet illo, quanto sibi major cum eo constat naturæ communio. Si enim spiritualis est mundus, nec crassioris corpulentiae constat diabolus, ubi identitas substantiarum excepta rationalitate utrobique dignoscitur, alter ab altero absentari non sinitur.

*Nunc diabolo pervius est mundus.* — Ante diem ergo judicii mundus ille interior diabolo idcirco pervius est, quia animabus in æternum supplicium detrudendis hoc spatio, Dei exactor et servus est, et datur crudelitati illius huic officio obsequendi libertas, donec grano discreto a paleis judicetur ei auferenda potestas. Et certe ipsum cum funesto suo exercitu infernum hujus mundi incolas æstimo.



cum ergastulis relegati pœnarum tantum a  
 ti sæculi statu dirimantur, ut sive nobiles  
 i eorum, sive ignobiles a beato Job ignorare  
 r? (*Job* xiv, 2.) Hoc tamen ab hujus mundi  
 dine alter ille dividitur, quod in isto boni ac  
 romiscue continentur; illic vero cœlibes ac  
 sub infinia ab invicem distinctione clau-

*diem judicii haudquaquam: mundus enim  
 rus. Ipsum tunc habitabunt sancti.* — Post  
 aque extremum cum suis complicitibus diabo-  
 communicato supplicio, liberos ad exercen-  
 istinam pestem jam non poterit habere mea-  
 tanto uniformior in solita sua puritate fiet  
 s quanto per eum ultra transire valebit ne-  
 lutus. Hinc est quod cœlo novo facto ter-  
 nova (*Apoc.* xxi, 1), interior exteriorque  
 ac habitabilis erit sanctis. Sanctis namque  
 ne purgatis quam beata corporum immuta-  
 romotis, et sæculo imo mundo ipso a veteris  
 is conflagrato, et in incorruptibilem habitum  
 o, fiet status habitationis habitatorumque  
 nque conveniens, fiet utrobique una facto re-  
 mansor ac mansio florens. Et sicut corpus ac  
 in sanctis sub unius beatitudinis gloria jubi-  
 sic exterior interiorque mundus ad unam  
 em ex alterius concrematione redacti, splen-  
 ine omni importunitate discursus sanctis ubi-  
 umphantibus apparebunt.

## CAPUT IV.

*Neque electi in cœlo corpoream gloriam, neque  
 rno reprobi corpoream pœnam habent.* — Ad  
 ique quæ cepta fuerat redeamus. Pœnas ill-  
 iæ in illo additori mundo reprobis inferri  
 s, corporeæ vel incorporeæ sint si diffinire  
 is, ex contrario melius sentire valemus. Quæ-  
 i plane prius est utrum electi corporeas, an  
 oreas in cœlesti regno glorias assequuntur.  
 oreas glorias æstimemus, ut scilicet volupta-  
 gustui ac epulis vacent, nihil explicamus,  
 ripturis obsistimus. Non, ait, gaudeatis super  
 us qui vobis subjiciuntur, sed gaudeatis quod  
 i vestra scripta sunt in cœlo (*Luc.* x, 20).  
 psi apostoli adhuc rudes Domino inferunt :  
 ne, inquit, ostende nobis Patrem, et suffi-  
 is (*Joan.* xiv, 8). » Illud quoque : « Iterum  
 videbo vos, et gaudebit cor vestrum (*Joan.*  
 i). » Si in talibus cœlicolarum gloria, quid  
 m hic quæritur? Quæ jucunditas corporalis  
 Patris visione putetur? Quid quod psalmus  
 Quid enim mihi est in cœlo, et a te quid vo-  
 er terram? Deus, inquit, cordis mei et pars  
*Psal.* lxxii, 25, 26). » Si ergo « Qui videt  
 et credit in eum, habet vitam æternam  
 vi, 40), » et in cœlo ac in terra nihil quæri-  
 ut Deus habeatur, rogo quis locus corpo-  
 uptatibus datur?

Cum ergo nihil exemplorum suppetat, per  
 is carnale in cœlo quid intelligat, mirum est

A si quis secus æstimet, ac si in ipsa veritate men-  
 dacium quærat. Si igitur totum spirituale est, quid-  
 quid in Dei præmio est, consequens mihi videtur,  
 ut quod in spirituali mundo a spiritibus licet mali-  
 gnis administratur, idipsum quoque quod puniendis  
 pravorum spiritibus attinet, etiam spirituale pute-  
 tur. Sicut enim angelos fetore humano gravari non  
 credimus, sic animas corporalibus supplicii vexari  
 non posse dicimus.

§ II. *Quid fletus in inferno, et stridor dentium.* —  
 Sed, sicut superius dixi, ex contraria parte melius  
 rem attingere possumus. Si juxta Apostolum : « Re-  
 gnum Dei non est esca et potus, sed pax et gau-  
 dium in Spiritu sancto (*Rom.* xiv, 17), » videam-  
 mus e regione quam diversa ab iis, turbulentia sci-  
 licet æterna, ac perpetuus motus atque tristitia,  
 vigeat in inferno. « Erit, ait Dominus, ibi fletus, et  
 stridor dentium (*Matth.* viii, 12). » Quid anima-  
 rum fletus, nisi præcordialis earum et interna mœ-  
 stitia? Fletus enim qui non nisi a corporatis rebus  
 emittitur, et stridor, qui dentatis rite ascribitur, ad  
 dolorem incorporearum ipsarum, insaniam furoremque  
 refertur. Stridere namque, cum de homine dicitur,  
 furentium est. Est ergo dolor perpessæ, et in  
 æternum perpetiendæ miseræ. Est etiam stridor,  
 dum commembris diaboli anima, jam contemptrix  
 omnium divinorum penitere incipit, non se pejora  
 quam fecerit effecisse.

Unde est : « Impius cum venerit in profundum  
 malorum, contemnit (*Prov.* xviii, 3). « Omnis, ait  
 arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, et  
 in ignem mittetur (*Matth.* iii, 10). » Exciditur  
 videlicet a potestate peccandi, quod tantumdem  
 valet, ac si diceret : Ligatæ illi manus ac pedes  
 (*Matth.* xxii, 13). In ignem vero mitti, perpetuo  
 male agendi est appetitu cremari. Unde et illud :  
 « Supercecidit ignis, et non viderunt solem (*Psal.*  
 lvii, 9). » Si enim est, ut vere est, quia in interiori  
 illo mundo cupiunt, metuunt, gaudentque, dolent-  
 que, licet impiis nequaquam gaudere conveniat,  
 tria tamen alia eis ne momento quidem abesse  
 queant; non dicam quod eisdem passionibus addi-  
 cantur, quibus olim subjacuerant, sed tanto rabidius  
 quanto spiritualius, ut nil aliud in eis ipsæ, non unæ  
 D sed omnimodæ passiones, quam ignis indefectivus  
 et semper inurens flant.

§ III. *Igne materiali animas torqueri dicit B. Gregorius.* — Quod si quis mihi objicit beatum Grego-  
 rium, quod corporeo dicat animas igne puniri  
 (*Dialog.* lib. iv, cap. 29), advertat, quod ibi dicitur.  
 « Teneri, ait, Spiritum per ignem dicimus, » ut in  
 tormento ignis sit videndo ac sentiendo. Ignem  
 namque eo ipso patitur, quo videt, et quia cremari  
 se aspicit, crematur. Quod totum est, quia damna-  
 tum se aspicit, animi sæva exacerbatione decoquitur.  
 Vide hominem æterno ergastulo relegatum,  
 mortifera mortificatur acedia. Vidi hoc anno quem-  
 dam, qui timore paupertatis laqueum sibi, nisi a  
 suis erueretur, injecerat. De circumstantia ergo sua,

secundum beatum papam spiritus habet, unde crucietur.

Quod si divitis pœna ignis corporalis objicitur, libentissime papam sanctum, si præsens esset, inquirerem, si ignis ille corporeus, ut dicit, habetur, et gustus, et digitus, et lingua, pari modo corporea tenebuntur. Quia ergo non assentire tanto magistro nefarium ducimus, et spiritualibus corporalia in omnimoda illa interioritate miscere nescimus, Deo, quæ necdum nobis experiri contigit, committamus. Nemini enim obnitimur, sed pro captu nostro sensa simplici intentione perferimus.

#### CAPUT V.

§ I. *Quid sanctorum exercitii in cœlesti gloria; quid impiorum in cruciatibus æternis.* — *Diaboli cibus peccata suggerere.* Constat itaque quia sicut sanctorum benevolentia, cum ad Dei visionem perveniunt, inæstimabili semper dulcedine crescunt, ita reproborum animæ capiti suo diabolo unitæ, tanto vehementius peccandi desiderio non sine atrocissimo tormento æstuant, quanto ab eo, cui cibus est peccata suggerere, nulla intentione discordant. Et sicut sanctos pœnitet visa Dei gloria, quod amplius pro ea adipiscenda non laboraverint, sic impii ægerime dolent, quod ad ea supplicia deveniendi non amplius malignis voluptatibus inservierint. Quidni! De advente impio dicitur: « Sub lingua ejus labor et dolor (*Psal. x, 7*). » Labor videlicet, quod male agendi studio insudat; dolor, quo ea quæ desideraverit crimina perpetrare non prævalet. Et quid de illo qui Satanæ incorporatur dici poterit, quanta in eo vehementia pessimi appetitus erit? Si sancti sempiternis in Deum ardoribus fervent, improbi perpetuis furoribus strident.

§ II. *Ad quid dives non se, sed Lazarus ut in mundum mittatur orat.* Huic opinioni nostræ se confert evangelicum illud capitulum de divite et Lazaro, in quo, si bene discutitur, status interioris mundi plurimum aperitur. In quo primum si perpendas quid sibi velit, quod idem dives non se resuscitari, et ad patris domum mitti, sed Lazarum postulat (*Luc. xvi, 27*), invenies eum, qui de hac vita cum nequissima voluntate exierat, quia nullam sese corrigendi voluntatem, si resuscitaretur, et ad sæculum rediret, habebat, eandem namque perversitatem qua inter cruciatum carere non poterat, sese nullo modo deserturum pro certo cognoverat. Nec eum e regione profecto latebat, quia si pristino statu restitueretur in mundo, et prioribus studiis emendatiora non gereret, ad centuplicationem damnationis in eadem postremo, tormenta recideret. Lazarum ergo resuscitari secure precatur, de quo non aliud sperabatur, quam, qui ante experientiam gloriæ pius sub morbo ac inopia vixerat, redivivus non nisi bono melior fieri poterat.

§ III. *Quare tanta benevolentia fratrum saluti consulit dives ille.* — Accedit quoque nostræ sententiæ quod qui, juxta Salomonem, nec sapientiam, nec scientiam neque rationem apud inferos habebat

A (*Eccli. ix, 10*), quem scilicet diabolicæ intentionis furor agebat, quare pro fratribus ne et ipsi perditum irent tam benevole postulabat. Quod si benevolentia bonum est, et hæc ipsa supplicio subest, profecto et sapientia, et scientia, atque ratio contra præfati sapientis dictum inibi est. Quia vero sanctus in eo Spiritus mentiri non potest, quam sit futilis ista petitio videre in promptu est.

Superius dictum est reprobos in inferno non solum carnalibus affectibus non carituros, sed perversis etiam amoribus coarsuros. Hæc dives ille perpendit, dum fratres adventare metuit; scit enim in quocunque fratrum geminari sibi supplicium, et in quorum cultu ac desiderio a divino amore descivit, in eorum quam propositam sibi habet damnatione incenditur pariter ac insanit. Dum ergo sibi gehennam, ut sic dixerim, quincuplicari veretur, a suo conventu fratres Lazaro docente amoliri precatu.

Sed ab aliquo objici potest, quia pœna illa sine bono actu evitari non poterat, ergo sine benevolentia non erat, qui eosdem correctiora agere præoptabat. Cui inferimus. Sunt multa quæ velle videmur, quæ tamen nolle nos evidenter agnoscitur; nam si insanabilem morbum patiaris in digito, quem abscindere monearis a chirurgo, dicis tibi malle præcidi quam manus totius ope, morbo gliscente, destitui. Dicis te hoc malle quam illud, cum neutrum probatissime nolis. Talis fuit voluntas in divite, ut volendo nollet, et nolendo vellet, potius quam supplicii incrementa subiret. Quoscunque itaque impii contra Deum amarant, hos justo judicio coram se cruciari considerant, quorum pœnas ipsi semper in se recipiunt.

#### CAPUT VI.

*Corporales non sunt animæ, nec sensibiles, nisi modo spirituali. Quid vermis spiritualis.* — Quæ autem corpora animæ habeant ego nescio, illud potissimum meo sedet arbitrio, typice debere intelligi quod dicitur ore Dominico: « Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur (*Isa. lxvi, 24*). » Si a beato Job putri et tabido juste dicebatur: « Qui me, inquit, comedunt non dormiunt (*Job xxx, 17*), » ad spiritum non video quomodo referatur, quia nasci vermes ex spiritu nondum audivimus, aut vermes mordere spiritum. Quia ergo dissentit a littera vermem spirituales, quod est perpetui angoris aculeus, et semper infructuosa compunctio, compingamus in anima, cujus ignis nequam exstinguitur, quia in finem totius desperatæ miseræ indefectibili anxietate decoquitur.

*Quanta damnatorum tormenta.* — Si parum crucis iis qui in inferno sunt ac tortionis existimas, quid pejus quam infinita rabie efferari, et diabolo ac angelis ejus omni vecordia conformari putas? Et justa plane eorum amentia, quia quibus in sæculorum sæcula refrigerii omnis desperatio constat æterna, quid aliud est eis nisi rabies semper nova?

postolo teste, tristitia hujus sæculi appellatur a dum operans (*II Cor. vii, 10*), dum ex concepto re et nimietate doloris manus sibi quis inferre illitur, quam irremotæ mortis acerbiteriam um illarum atrocitas fovet, quæ ne momenti m unius otium sustinet? Spebus etsi falsis sties lenitur animus in hac vita, illic est adeo r sine omni ineptæ cogitationis adulatione tas, ut nulla surrepere possit, quæ vel ad pun-miseris allubescat inanitas.

## CAPUT VII.

a *Domino fuere ab inferno liberati quomodo in is constituti fuisse dicuntur. Præcipua repro-pæna in inferno, a Dei contemplatione privatio erna.* — Porro si ii qui de inferno, Domino B gente, sunt eruti, dum inibi essent in tenebris tur fuisse constituti, cum nullas ibi tenebras olius fastidii paterentur, quæ divinæ visionis nis privationibus quotidie auferentur, qui men ejus aliquando potiundæ nullatenus pritur; quid, non dico eorum oculis, sed cordibus rius, quibus tantæ crassitudo desperationis litur? Dicant alii ignes, sulphur objiciant, larum spiritus pariter attaxant, securus senm fero, nullum deterius barathrum, nullum ius apud illos exitium, gravius universo tormentum, quod tam pium, tam serenum tum sunt desperabiliter amissuri, quem ad am infelicitatis atque miseræ non sunt usque- C tæ visuri, usquequaque enim non tenebrasce- si aliquorsum respirarent.

B Si enim « Qui videt Filium, et credit in habet vitam æternam (*Joan. vi, 40*), » et : est vita æterna, ut cognoscant te Deum, et misisti Jesum Christum (*Joan. xvii, 3*), » ut eantidini sanctorum sufficiat Dei visio sem- a; quis contraire vel obniti audeat, principa- mo singularem damnatorum calamitatis esse m, quia sint æternaliter a Dei contemplatione i? Nec in aliquo videtur absurdum, imo et s et verisimillimum constat, quia quod sanctis sicut oculi corpori claritudinem præstat, probis mortem sicut noctem privatio luminis t.

## CAPUT VIII.

*Incorporeæ animæ probantur.* — Præterea animarum a quibusdam sic forma tractatur dem ab ipsis humanæ appingantur effigies, ego sententiam sicut non sentio, ita nec Si enim aurem et oculum, narem et labium, et uterum, renes et coxas, pedes ac tibias scribas, nimirum facis esse corporeas. Quod oreæ sunt, quomodo intra corpus se capiunt? si ita capiuntur, sicut minora vascula intra a tenentur, scire velim quomodo duo intra trum corpora sub tanta arctitudine cohi- r. Hæc dico non contra ipoos, sed secun-

dum potius verba ipsorum, qui scripserunt animas corporum suorum habere effigies; tales enim sunt quos refellere temerarium dico. Si ergo corpori corpus inseritur, ita necesse est coaptetur ut os ori, manus manui, quodque cuique membrum mem- bro apponatur : ut si, ut assolet, præcidi contigerit, pro uno duo amputentur.

Denique etsi ita effigiatas credas, necesse est eas, et locis, et morulis circumscribas, totumque quod spiritus sunt et vocantur his auferas. Quæ etiam quantitas earum major quam corpris, quæve ala- critas erit? Quod si pro argumento assumitur, quod secundum species corporum in visione videntur, facile obruitur, quia nec corpus, nec anima est, quæ sic videtur, sed sola visæ rei imago ad animum reportatur.

*Quid aquæ quas dives expostulat in tormentis.* — Putent itaque suffragari sibi quod dives in inferno linguam, digitum, Lazarus habeat (*Luc. xvi, 24*). Sed velim iis objicere, utrum in spiritali illo mundo aquæ erant? Quod si erant, ergo incolæ ejus materialibus his egebant. Esto. Et unde ad restin- guendum gehennæ focum adeo efficaces fuerant? Deus meus, ibi gutta quid faceret, cum incassum linguæ illi Ganges et Indus influeret? Extremum ergo digiti Lazari guttam inferre intelligimus, cum per intentionem vel minimam ejus ministraretur diviti cujuslibet parvissimæ indulgentiæ munus. Iste est minimus digitus, quem Pharisei et Scribæ, impositis oneribus gravibus et importabilibus, in humeros hominum nolunt ad ea levanda movere (*Matth. xxiii, 4*).

Quod si adhuc imago humana defenditur : Quid apud beatum Gregorium in sphæra ignea Germanus efficiet (*Dialog. lib. ii, cap. 35*)? In quam partem Scholastica in columbam versa se conferet (*Ibid., cap. 33*)? Tota igitur controversia hæc collidatur ad unum, ut neque humanam, neque igneam, neque columbinam speciem eis imputemus, sed prorsus eas omni corporea re ac similitudine denudemus, eamque subtilitati intellectuali universam mancipemus. Inconveniens enim est ut spiritalis habitatio habitatores dicatur habere corporeos. Si sane Jesu Domini verba sunt : « Regnum, inquit, meum non D est de hoc mundo (*Joan. xviii, 36*), » et : « Non bibam de genimine vitis, donec bibam illud novum in regno meo (*Matth. xxvi, 29*), » et hoc idem regnum quotidie petitur ut adveniat (*Matth. vi, 10*), indubie dicimus quod cælum, id est superior illa pars triplicis machinæ, quæ et ob digniorem sui partem sedes Dei appellatur, nihil aliud est quam spiritalis interioritas ista, in qua ac si extra mun- dum istum regnare se Dominus perhibet, quia hic princeps sibi aeris hujus cum suis plurimum adver- satur, in illo autem quiete omnia possidet.

Hoc regnum, id est, quibus per charitatem regnavit et regnat, postquam « tradiderit Deo et Patri, tunc erit Deus omnia in omnibus (*I Cor. xv, 24*). » Unde et latroni dicitur : « Hodie mecum eris, » non

dicit in cœlo, sed • in paradiso (*Luc. xxiii, 43*). » A Paradisus enim est, ubi jugis Christi visio est; quod nusquam nisi in illo spirituali sæculo est. Nequenamque cœlum discipulis videntibus, ideo ascendit, ut, parte inferiore vacante, partii superiori insideat, sed quasi digniorem locum obtinere se monstret, ex quo minus intelligentibus apud Patrem præsidere se indicet, cum apud interiorem illum mundum, neque altum, neque imum, aut locale aliquid esse constet, præsertim qui tempora et loca non habet.

Sicut ergo sensualitas per seipsam rationem atque intellectum non dico superordinat, sed nec penetrat: « Animalis enim homo non percipit quæ Dei sunt (*I Cor. ii, 14*), » ratio autem et intellectus non solum ista sub se discernit, sed et divina subintrat, sic Deus et sancti, quasi intellectus et ratio, corporea cuncta dijudicant, ita tamen ut neutros corporea illa contingant.

Hæc sine præjudicio melioris sententiæ hucusque decursa, non verborum ambitu, sed sola fide munimus.

FINIS.

---

HISTORIA QUÆ DICITUR  
GESTA DEI PER FRANCOS

EDITA

**A VEN. GUIBERTO**

ABBATE MONASTERII SANCTÆ MARIE NOVIGENTI.

—————  
EPISTOLA GUIBERTI

AD LYSIARDUM SUESSIONENSEM EPISCOPUM.

**367** Patri et domino sanctæ Suessionensis Ecclesiæ episcopo LYSIARDO, GUIBERTUS, perpetuo suæ liberalitati debitor, quidquid dulce et unicum creditur in affectu.

*Lysiardus nobilitate et scientia clarus. — Quare elegantior hujusce historix stilius, quam in aliis Guiberti operibus.* — Cum ab amicis meis sæpe suggeretur aliquibus, quare opusculum præsens proprio non insignirem nomine, hucusque repuli, plane veritus piam historiam, personæ odibilis fœdare vocabulo. Ratus autem ipsam per se claram præclari hominis titulo posse fieri clariorem, ad te tandem appuli, et operi sui auctoris nota depresso, jucundissimum luminare præposui. Cum enim tuæ vetustissimæ nobilitati, scientia litteralis, serenitas specialis, modestiaque moralis accederet, Deo juste creditur provisorio dispositum, ut tantæ reverentiæ munus pontificii dignitas honestaret. Sequens itaque schedula tuo amplectendo nomine infloretur; quæ ad se quidem incondita, tui, cui scribitur, amore condiatur, et officii quo præemines, auctoritate firmetur. Non deerant sane præsules et alii, quos hujus aliorumque

B scriptorum meorum notiones, aut etiam opiniones attigerant. His certe sepositis, ad te summa fuit concurrisse voluntas. In qua tibi est lectione pensandum quod, si etiam aliquoties me a vulgari grammatica peregrinari contigerit, idcirco fecerim, quod vitia, imo illud humi serpens eloquium præcedentis corrigebam historiæ. Et villas video, urbes, ac oppida studiis fervere grammaticæ. Unde a veteribus historicis noluissem, si facultas suppeteret, discrepare. Pensa denique quod inter rei familiaris curas, et crebras auditiones causarum, dictandi mihi, imo quod gravius est, translalandi æstuabat intentio, et dum diversa, non sine mordaci importunitate, foris audire compellerer, stabiliter intus quæ orsus fueram cœpta tenere cogebat. Longe alio, quam in *Expositionibus Geneseos* vel aliis opusculis tractatoriis, me usum stylo nemo miretur; decet enim, licetque prorsus operosa historiam verborum elegantia coordinari; sacri autem eloquii mysteria non garrulitate poetica, sed ecclesiastica simplicitate tractari. Id ergo peto grate suscipias, et pro perenni tui nominis monumento retineas.

—————  
EXPLICIT EPISTOLA.

## PRÆFATIO SEQUENTIS HISTORIÆ.

Ad præsentis opusculi executionem mihi præbuit ausum, non scientiæ litteralis, apud me constat forma pertenuis, ulla sens, sed historiæ spiritualis auctoritas. Quam certum semper tenui solo Dei numine, et uos voluit consummatam, eam non dubium per quos etiam rudes ipse voluerit conscribi. Qui enim eos per tot difficultates traduxit, qui succidit ante ipsos tot excrementa, dubitare non valui, quod rei gestæ mihi, sibi placeret modis, inderet veritatem, nec et competentium ordini ornamenta dictorum. *is narrationis, quæ tunc exstabat, stylus similibus. Qualis historici, qualisque res divinis contexta plus æquo simplicibus, et quæ grammaticæ naturas excederet, lectorem apidi insipiditate sermonis sæpius exanimare. Ea plane minus eruditus, nec de locutionis curantibus, ob illius novæ relationis amotis opportuna videtur, nec aliter quam illi, ab auctore dici debuisse putatur. His auctibus pabulum eloquentiæ æstimatur honestas, a minus apte dicta perpendunt, ubi narrationis citur expedire comitas; et prolata succincte, undiæ paregorizantis decuit laciniosa varietate susceptæ materiei seriem nudo procedere o vident, juxta poetæ sensum, aut dormitant, lent; quin etiam, malæ præsumptæ orationi, longe diverso oportuisse cantari modo consist, invident. Pro statu plane casuum sermo codebet orantium, ut verborum acrimonia belata ferantur; quæ ad divina pertinent, gradu atiore ducantur. Quæ gemina, si facultas appeteret, forma, in hujus stadio operis excurrebueram, sicut et facinorum suorum insignia quam verbis recitata disparibus insolens Gragnosceret, et nunquam gravitatis sibi inditæ, cum de pietate res agitur, modestia Mercuexcederet. Quæ licet ex sententia adimplere verim, bene tamen ab alio gesta, plurima exprobare nec minus probare didicerim.*

*grammaticæ tum fervebat studium.* — Ergo alienudiciorum, valde temerarius (sed ex fidei et impudens, me fateor incidisse discrimina, um corrigendi voto, hæc me compererint astudia, fortassis secunda deterius appetiariunt quam priora. Cum enim passim videamus grammaticam, et quibusque vilissimis præositate scholarum hanc petere noverimus disci, horrori fuit, et si non uti debuimus, vel uti us, hanc nostri gloriam temporis non scribere: aliquisse sub inconditi scabredine sermonis

PATROL. CLVI.

A historiæ, videram, his Deum diebus quam fecerit a sæculo, mirabiliora gessisse, gemmamque hujusmodi extremo diversari in pulvere; tantique contemptus impatiens, curavi quibus potui eloquiis, id omni charius auro, quod neglectui tradebatur, absolvere.

*Poesi plus æquo incubuerat Guibertus.* — Nec id solo præsumptive, instinctu egi meo, sed sua aliquibus petitione, huic adnitentibus fideliter voto. Quidam sane, prosa ut scriberem, metro autem id fieri plerique rogabant, quoniam talis me studii in primævo rudimenta celebrasse satius justo, compererant. At ego juventute, gradu, experientiaque provecior, non id verbis plausilibus, non versuum crepibus enuntiandum rebar, sed majori, si dicere audeam, quam omnes belli Judaici historias maturitate dignum digeri, si esset cui Deus copiam super hac re tribueret, arbitrabar. Nec diffiteor me post Jerusalemæ captionem, ex quo illi, qui tantæ interfuerant expeditioni redire cœperunt, ad scribendum ea animum appulisse, sed quia quarumdam circa istud importunitatum obices astiterant, distulisse. Sed quia, Deo permittente, nescio si volente, voluntati meæ constat oblata facultas, in id quod pie affectaveram fortasse a cunctis ridendum, incessi, cachinnos ac triscuria prætergrediens aliquorum, dum modo diurni eruptioni conceptus quacunque delatratione sategerim, Et si sit qui rideat, non tamen juxta posse gerenti ac sanum intendenti detrahat, nec meis præpropere nævum dictis inurat, sed si penitus aspernatur, posthabita lite verborum, ipse male perorata rescribens, exempla dictandi præbeat.

*Ex relatione textit Historiam.* — Porro si quis aliquid subobscurum dictum causetur, notam sibi hebetudinis infligere vereatur, cum pro certo noverim quod ex his quæ in subjecto libro dixerim, nemini in litteris exercitato juste quæstionem moverim. Corrigenendum igitur, nescio an corrumpendum, historiæ ipsius aggressurus exemplar, primo causas et necessitates quæ hujus occursum expeditionis urgebant, sicut audieram, proposui referendas, et sic, occasione præmonstratis, res demum attexere gestas. Quorum tenorem, ab illo priori quem prosequor auctore, multa varietate [al., veritate] prolutum, ab eis qui eidem interfuerant viæ, edidici. Ea sane quæ ferebantur in libro, contuli crebrius cum ipsorum qui facta viderant verbo, et procul dubio expertus sum quia neutrum discreparet ab altero; quæ autem addiderim, aut ab his qui videre didicerim, aut per me ipsum agnoverim.

*Idcirco non mirum si in nonnullis hallucinatur.* —

Quod si quidpiam aliter dictum quam se res habet, constiterit, incassum fateor mendacii mihi probra callidus deprehensor objecerit, cum me fallendi

desiderio nulla dixisse, sub Dei testimonio scire possit. Quid enim mirum si fallimur, dum aliena facta referimus, cum nos ne nostras ipsorum quidem cogitationes ac opera, non dico verbis exprimere, sed ne colligere tacita saltem mente possimus? Quid de intentionibus loquar, quæ adeo latere plerumque probantur ut vix ab ipso interioris hominis acumine discernantur? Non est igitur severius arguendum, si ignoranter in verba prolabimur; sed illud est irremissibili censura terendum, cum falsitas ex industria deceptionis, vel cujuspiam subornationis voto contexitur.

*Quare nomenclatura recentiori in citandis propriis, nominibus fuerit usus.* — Porro de nominibus hominum, provinciarum et urbium multa mihi est difficultas ingenita. Dum enim quædam, quorum attigerim notionem, male ab illo auctore expressa cognosco, remota quælibet, eoque magis incognita, eadem pravitate enuntiata non dubito. Verbi gratia: *Turcos*, quotidiano increpitamus strepitu; *Corozaniam*, quiddam novi nominis vocitamus. Ubi vocabulorum vetustas quoniam pene prorsus oblitterata delituit, antiquitate omni, etiamsi ad integrum patuisset, amota, nihil nisi quod publice cantatur dicere libuit.

A Si enim *Parthos*, ut aliquid sentiunt, non *Turcos*, *Caucasum*, non *Corozaniam* ponerem, quasi sectando authentica, obscurus fierem, meque illis qui de propriis regionum nominibus certant carpendum exponerem. Et maxime illud attendo quia, sicut in his provinciis, terras novis constat vocabulis insignitas, itidem immutari non dubitamus et exteris. Namque si ea quæ olim *Neustria*, modo *Northmannia* appellatur; et quæ *Austria*, nunc *Lotharingia* pro aliquibus occidentiis nuncupatur, idem apud Orientales quomodo fieri non credatur? Ut asserunt plane quidam, ipsa quondam *Memphis* Ægyptia, *Babylonia* nunc dicitur. Vulgari itaque modo malui enuntiare aliqua quam obscurari aut contendere ponendo diversa. De nomine autem *Podiensis* (vulgo, le Puy) episcopi diu hæsi. Vix in hujus operis fine edidici, non enim in meo habebatur exemplari.

B Parcat quoque lector meæ sermonis incuriæ, indubie sciens quia quæ habuerim scribendi, eadem mihi fuerint momenta dictandi, nec ceris emendanda diligenter, excepi; sed uti præsto est, fœde delatrata membranæ apposui. Nomen autem indidi quod arrogantia careat gentisque honori proficiat, scilicet: DEI GESTA PER FRANCOS.

# GESTA DEI PER FRANCOS

SIVE

## HISTORIA HIEROSOLYMITANA

### LIBER PRIMUS.

#### CAPUT PRIMUM.

[I.] *Coævorum virtus minime est vituperanda.* — Quorundam mortalium vitiose aliquoties, sed non semper, moribus constat inolitum, ut modernorum facta vituperent, præterita sæcula sustollant. Et quidem laudanda fuit veterum modestiæ temperata felicitas et retractatione consilii moderata vivacitas; sed nemini discreto, qualicumque virtuti nostræ, sæcularis eorum fuerit ullo modo anteferenda prosperitas. Etsi enim in antiquis virtus defæcata præeminuit; tamen in nobis, in quos licet sæculorum finis devenit, dos naturæ nequaquam prorsus extabit. Prædicantur merito pro hominum novitate priscis acta temporibus, sed multo justius efferri digna sunt quæ mundo prolabente in senium, peraguntur utiliter a rudibus.

Regna quondam externa bellis suspiramus insignita potentibus. Stragem Philippicam, et ubique inclementem, non sine continua sanguinis effusione victoriam, suscipimus; Alexandri rabiem de camino Macedonum ad totius Orientis exitia emergentem, tonantibus eloquiis pensitamus. Xerxis in Thermopylas, Darii in Alexandrum copias, cum execrabili infinitarum gentium digladiatione metimur. Chaldai-

C cam superbiam, Argivam acrimoniam, Ægyptiorum spurcitiæ, instabilemque Asiam Pompei Trogi et auctorum disquisitione sublimium miramur. Prima Romanorum instituta, sub communis utilitatis censura et imperii propagatione, complectimur. Et tamen, si horum omnium ad purum discutiatur essentia, non modo apud probos quoslibet laudabilis ipsorum habetur audacia, sed merito patet infamiæ pertinax belligerandi sine ulla ratione, pro sola dominandi libidine, vecordia.

*Præcellunt gentilium, Christianorum gesta bellica.* — Respiciamus ergo, imo resipiscamus, ad hujus quas despiciamus ævi fetulentas, ut sic dixerim, fæces, et minimum digitum nostrum, patrum quos plus æquo extollimus, nostrorum dorsis grossiorem, juxta illud fatui regis dictum, reperire poterimus. Si enim prælia gentilium, 370 et regna multo armorum labore pervasa perpendimus, nullas eorum vires, nulla prorsus exercitia nostris, per Dei gratiam, æquiparanda censebimus. Si Deum in Judaico populo magnificatum audivimus, Jesum Christum, sicut heri apud antiquos, ita et hodie apud modernos, esse et valere certis experimentis agnovimus. Reges, duces, dictatores ac consules, uspiam pugna-

turi populorum examina, conflaverunt, et edictis potentibus, undecunque gentium numerosos exercitus contraxerunt :

*Hi tamen, hi coeunt hominum terroribus acti.*

Quid de illis dicam qui sine domino, sine principe, solo videlicet Deo impulsore, non modo extra natalem provinciam, extra etiam originale regnum, verum quoque extra multitudinem interjacentium nationum progressi atque linguarum, de extremis Oceani Britannici finibus, usque ad totius terræ mediterraneum castrorum suorum acies produxere? De [al., illa] nova et incomparabili Jerosolymitanæ expeditionis victoria loquimur, cujus tanta erga eos qui non desipiunt existit gloria ut nostra, quod nulla præterita meruerunt, tali titulo jubilemus insigniri tempora. Hoc nostros aggredi, non inanis famæ, non pecuniarum, non dilatandi limitis coegit ambitio, quibus occasionibus innituntur aut nisi sunt pene omnes qui contra quoslibet arma movent, sive moverunt. Quibus illud poeticum opportune dicitur :

*Quis furor, o cives, quæ tanta licentia ferri,  
Gentibus incisis proprium præbere cruorem?  
Bella geri placuit, nullos habitura triumphos.*

Si enim pro libertate tuenda, aut pro publica re defendenda sumerent causam, excusationem utique præterire possent honestam. Ubi autem aut barbararum gentium, aut metuitur gentilitatis incursus, ab armorum jure nullus debet miles arceri, et si ista defuerint, pro sola sanctæ Ecclesiæ tuitione consueverunt quam legitime bella tractari. At, quoniam in omnium animis hæc pia desinit intentio et habendi cunctorum pervasit corda libido, instituit nostro tempore prælia sancta Deus, ut ordo equestris et vulgus oberrans, qui vetustæ paganitatis exemplo in mutuas versabantur cædes, novum reperirent salutis promerendæ genus, ut nec funditus electa [f., ejecta] (uti fieri assolet) monastica conversatione, seu religiosa qualibet professione, sæculum relinquere cogerentur, sed sub consueta licentia et habitu, ex suo ipsorum officio, Dei aliquatenus gratiam consequerentur.

*Omnigeni status et conditionis homines cuncta abdicabant uti contra perfidos ad bellum proficiscerentur.* — Deo ergo incentore, motas audivimus [al., vidimus] nationes, et ad omnia necessitudinum affectionumque genera præcordiales aditus prædurantes tanta aviditate ad Christiani nominis hostes evertendos exsilium petere, orbemque Latinum, notitias etiam terrarum excedere, quanta neminem alacritate viderimus aut epulas aut dies festos adire. Honores amplissimi, castellorum et urbium dominia spernebantur, uxores pulcherrimæ quasi quiddam tabidum vilescabant, omni gemma quondam gratiores promiscui sexus pignorum fastidiebantur aspectus, et ad quod mortalium nullus aut urgere imperio potuisset, aut suasionem propellere, ad id subita mentium demutataram obstinatione ferebantur. Non erat ecclesiasticæ cuiquam personæ necessarium ut ad excitandos pro hoc ipso populos in ecclesiis de-

A clamaret, cum alteri non minus monitis, quam exemplo domi forisque protectionis vota clamaret. Ardebant studia singulorum, et tanta illis facultas videbatur illud iter ineundi, quibus nullæ sumptuum copię suppetebant, quanta illis quibus ingens possessionum venditio, aut thesauri repositi opulentissimum viaticum convehebant. Videres dictum Salomonis evidenter illud impleri « Regem locusta non habet, et egreditur universa per turmas suas (Prov. 30, 27). »

Hæc locusta nullum bonæ operationis saltum dederat, quandiu longæ iniquitatis congelatione torpuerat : at ubi solis justitiæ fervor incanduit [al., excanduit], genuinæ illico transmigrationis evolutione prosiliit, dum de patris domo ac cognatione digreditur, et per sanctæ intentionis assumptionem moribus immutatur. Ipsa regem non habuit, quia quæque fidelis anima omni ducatu, præter solius Dei caruit, dum illius se contubernalem æstimat, eumque prævium sibi esse non dubitat, cujus voluntate et instinctu se cœpisse, quem in egestatibus solatio sibi futurum conjubilat. Sed quæ est quæ egreditur universitas, nisi illa, quæ ad unum idemque appetendum numerosissimarum plebium corda vertit simplicitas? Cum solam quasi specialiter Francorum gentem super hac re commonitorium apostolicæ sedis attingeret, quæ gens Christiano sub jure agens non illico turmas edidit : et dum pensat se Deo eandem fidem debere quam Franci, Francorum quibus possunt viribus, nituntur et ambiunt communicare discrimini? Videres Scotorum apud se ferocium, alias imbellium, cuneis crure intacto, hispida chlamyde, ex humeris dependente psitarcia [al., sytarchia], de finibus uliginosis allabi, et quibus ridicula, quantum ad nos, forent arma copiosa, suæ fidei ac devotionis nobis auxilia præsentare. Testor Deum me audisse nescio cujus barbaræ gentis homines ad nostri portum maris appulsos, quorum sermo adeo habebatur incognitus ut, lingua vacante, digitorum super digitos transversione 371 crucis signa prætenderent, hisque indicis. quod nequibant vocibus, se fidei causa proficisci monstrarent. Sed de his suo loco uberiori forsitan circumlocutione tractabimus; nunc de Jerosolymitanæ vel Orientalis statu, qui tunc erat, Ecclesiæ, aliquantisper agamus.

## CAPUT II.

[II.] *Orientalium fides nutabunda. Unde hæreses.* — A temporibus fidelis Helenæ. Constantini principis matris, per loca Dominiorum et suppliciorum [al., Dominicorum suppliciorum] vestigiis insignita, basilicæ sunt, per eandem Augustam, et ministeria digna basilicis instituta. Quem institutionis ordinem post decessum præfatorum, per Romani imperii successiones, diuturnis temporibus, ecclesiastica historia docente, comperimus perdurasse. Orientalium autem fides, cum semper nutabunda constiterit, et rerum molitione novarum mutabilis et vagabunda fuerit, semper a regula veræ credulitatis

exorbitans, ab antiquorum Patrum auctoritate descivit. Ipsi plane homines, pro aeris et cœli cui innati sunt puritate, cum sint levioris corpulentiae, et idcirco alacrioris ingenii, multis et inutilibus commentis solent radio suæ perspicacitate abuti [*al.*, acrioris ingenii perspicacitate solent abuti] : et dum majorum sive coævorum suorum despiciunt obtemperare magisterio, « scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio (*Psal.* LXIII, 71). » Inde hæreses et pestium variarum genera portentosa : quarum tanta pernicies et inextricabilis exstitit labyrinthus, ut veprium vel etiam urticarum ferocior uspiam fieri nequaquam incultissima possit humus. Omnium hæreseon catalogi perlegantur, libri antiquorum scripti adversus hæreticos recensentur, mirabor si præter Orientem et Africam vix aliqui sub Latino orbe cernentur.

*Pelagius, Arius, Manis, Eunomius, Eutyches, Nestorius hæresiarchæ.* — Pelagium, nisi fallor, Britonem hæreticum nescio quo legerim; sed illorum vel erroneos, vel errores colligere neminem unquam potuisse crediderim. Ipsi fuerunt terra in suorum maledicta magistrorum opere, spinas et tribulos germinans operantibus se. Ex Alexandria Arius, ex Perside Manis emersit. Alterius rabies sanctæ Ecclesiæ vestem, maculam aut rugam non habentem, tanta scidit atque cruentavit instantia ut ejus consideratione, brevior penitus tempore, locis contractior æstimetur persecutio Deciana, utpote cui post Græciam, plenissime succubuerunt Hispania, Illyricum [*al.*, Illyres] et Africa. Alterius fabulæ, etsi ridendæ, argutissimorum etiam virorum longe lateque obtuderunt quasi præstigiis quibusdam acumina. Quid Eunomios, Eutychetes, Nestoriosque loquar? monstrorum millia texam? Quorum adversus nostros tam pertinax vecordia fuit, adeoque difficilis victoria provenit ut viderentur hæreses non gladiis sed fustibus decollari. Reclamamus veteres de originibus regnorum historias, et garriamus super ridiculo statu regum et Asiaticam levitatem, super subita principum destitutione ac restitutione miremur.

*Græcorum erronea doctrina.* — Qui ergo doceri de eorum fœda mobilitate desiderat, rotabundos in regnis alternantesque Antiochos Demetriosque recenseat, et quem hodie florentissimum viderit in imperio, gentium facilitas subditarum eum non modo a fascibus, verum naturali cras exsulem disperget a solo. Unde hæc ipsorum, et in actu sæculari, et in Christiana professione nugacitas, ad hoc usque tempus in tantum viguit ut neque in Eucharistiæ confessione, neque in apostolicæ sedis subjectione pene quidquam illis commune nobiscum sit. Sed si illud quod de panibus fermentatis sacramenta conficiunt, convenienti aut vero simili rationatione defenditur, quia, quod recta cum fide geritur, materialis fermenti admixtione non læditur, et quod veteribus cæremoniis Dominus fidem ponens, postquam cum azymis agnum comedit, de

A eodem pane, quia alius non aderat, nec secundum legem quam implebat, induci tunc poterat, corporis sui sacramenta contradidit, azymorum illatio, quæ tunc affuit necessitati, non eis videtur ad institutionem pertinere mysterii; sicut buccellæ intinctio, non sacramenti peragendi, sed Judæ proditoris fuit ostensio; si, inquam, ista aut quælibet alia aut falso aut veraciter obtendi possunt, quid Spiritu sancto dicturi sunt, qui adhuc eum secundum reliquias hæreseos Arianæ, minorem Patre et Filio profana mente contendunt? Cum ab institutis paternorum canonum, et ab Occidentalis Ecclesiæ pio ritu, sensu ac multimoda actione discordent, hunc damnationis suæ abjecerunt cumulum, ut claudicare perhibeant, inflicta ei propriæ naturæ inæqualitate, Deum. Si enim, ex Filii Dei præcepto, in Patris et Filii et Spiritus sancti nomine baptizandum est (*Matth.* xxviii, 19), et hoc idcirco quia hæc tria unus Deus est : quidquid in his tribus asseritur minus alterutro, Deus profecto non est.

*Ob ipsorum peccata gentibus tradita sunt diversæ provinciæ.* — Talium ergo congregatio taurorum inter vaccas populorum, excluserunt etiam nunc eos qui probati sunt argento (*Psal.* LXVII, 31), dum quidam nostratium, hæc Græcorum altercatione citati, clarissimos de sancti Spiritus processione ediderunt libros. At quoniam offendiculum ponit Deus coram his qui voluntarie peccant, terra eorum ipsos sui habitatores evomit, dum primo fiunt a notitia veræ credulitatis exsortes ac merito deinde ac jure, omnis suæ terrenæ possessionis extorres. Dum enim a Trinitatis fide desciscunt, ut adhuc sordescant qui in sordibus sunt (*Apoc.* xxii, 11), paulatim usque ad extrema suscipiendæ gentilitatis detrimenta venerunt, et procedente pœna peccati, alienigenis irruentibus, etiam solum patriæ amiserunt; at si quempiam ibidem remanere contigit, externis indigenæ sese sub tributis redibitionibus subdiderunt. Prædicatissimæ nobilitatis urbes Antiochia, Jerusalem ac Nicæa, etiam provinciæ, Syria, Palæstina et Græcia, et quibus novæ gratiæ seminaria pullularunt, abortivis florentibus Italis, Gallis, Britonibus ab interno virore radicatus defecerunt. Taceo quod in ipsis, ut ita dixerim, quibus Ecclesiarum tantæ abusiones inoleverunt ut in plerisque illorum regionibus, nemo ad presbyterium provehatur, nisi primo conjugium sortiat, ut de unius uxoris viro, qui eligendus est, Apostoli sententia compleatur (*I Tim.* iii, 2) : cum idem dictum non de eo qui habeat et utatur, sed de eo qui habuerit habitamque dimiserit, constantissime Occidentalis Ecclesiæ auctoritate firmetur. Taceo quoque, contra consuetudinem Latinam, marium feminarumque dignitatis etiam Christianæ personas indifferenter emi, ac si bruta animalia, distrahi, et longius a patria ad crudelitatis augmentum, ut gentiliū fiant mancipia vendendas emitti.

*Nefanda Orientalium scelera.* — His denique omnibus præponderare videtur quod imperiali apud



eosdem constat generaliter lege sancitum quod, de omnium videlicet filiabus, concessa passim quasi pro justo licentia, assumi debeant subituræ prostibulum. Verbi gratia : Ecce qui habet tres aut quatuor filias, una earum ad lupanar exponitur, et de eo ipso tam putenti lucro, quod infelicitum illarum est passione quæsitum, pars nescio quota miseri imperatoris defertur ad fiscum ; pars in sumptus ejus quæ turpiter admeruit, retinetur. Ecce clamor in Domini Sabaoth aures nimis truculenter ascendens. Præterea sacerdotes quibus est sacramenta divina tractare commissum, Dominicum corpus post prandia in locis, ut audivi, plerisque conficiunt, et jejuno cuilibet absumendum porrigunt. Dum his et aliis similibus malitiarum modis exerrant ; dum in suis adinventionibus eunt (*Psal.* lxxx, 13), novum constituit Deus super eos legislatorem : Ut sciant gentes quoniam homines sunt (*Psal.* ix, 21). Et dum terminos patrum suorum scienter transgrediuntur (*Prov.* xxii, 28), ad hoc merito devoluti sunt ut, pecoribus facti petulantiores, opprobrio habeantur. Sed aliquantisper edisserendum est, cum Christianum cultum aliquando deseruisse noscantur Orientalium nationes ut in paganismum redierint quo tandem auctore nitantur.

#### CAPUT III.

[III.] *Mahometi dogmata.* — Plebeia opinio est quemdam fuisse, qui, si bene eum exprimo, Mathomus nuncupetur, qui quondam eos a Filii et Spiritus sancti prorsus credulitate diduxerit (30\*), solius Patris personæ, quasi Deo uni et creatori inniti docuerit, Jesum purum hominem dixerit, et, ut breviter ejus dogma concludam, circumcissione quidem decreta, totius eis impudicitiae laxavit habenas. Quem profanum hominem parvæ multum antiquitatis existimo non ob aliud scilicet, nisi quia ecclesiasticorum doctorum neminem contra ejus spurciciam scripsisse reperio. Cujus mores vitamque, cum nusquam scripta didicerim, quæ a quibusdam disertioribus dici vulgo audiverim, nulli debet esse mirum si dicere velim. Frustra plane ab aliquo, si falsa an vera sint discutiatur, dum hoc solummodo attendatur, quantus ille magister fuerit, de quo tam nobilium facinorum gloria propagatur. Securus enim quis de eo male cantat, cujus malignitas quidquid pravi dicitur transcendit et superat.

[IV.] *Unde suum hausit venenum.* — Alexandrinum, quo nescio tempore, patriarcham obisse constiterat, et vacans, ut assolet, Ecclesia sese multa animorum varietate disciderat ; et dum quisque in eam quam affectat personam liberiori voluntate protrahitur, erga eos qui diversa sentiunt, acriori severitate invehitur. In quem ergo plurimæ consideratio partis incesserat, haud procul inde eremita manebat. Quem, causa ejus essentiam comperiendi, scientiam facundiamque noscendi, cum crebro quidam eorum argutiores inviserent,

A ex ejus confabulatione conjiciunt eum intelligentiam catholicæ fidei non habere concordem. Quo cognito, confestim penitus ab hominis quam ceperant electione desciscunt, et in maximo mœrore pro sui reprobatione constituunt. Contemptus igitur cum molestia [*al.*, mœstitia] dilaceraretur atroci, quoniam non potuit ad id quod ambiebat assurgere, ad Arii similitudinem meditari secum anxie cœpit, quo modo effuso quod conceperat perfidiæ veneno, ad sui ultionem catholica passim posset documenta pervertere. Tales namque homines, quorum tota intentio humanæ prona est laudi, lethaliter feriuntur, intolerabile rugiunt, si æstimationem suam qualibet senserint occasione imminui. Hac antiquus hostis apud eremitam suum opportunitate provisa his miserandum dictis aggreditur : « Si, inquit, vis evidens repulsæ tuæ solatium, et multo majus quam patriarcha valeres habere magisterium, inter eos qui ad te proxime venient, nota diligenter juvenem tali veste, tali vultus et corporis habitudine, 373 tali etiam nomine. Hunc animis acrem, tuisque competentem moribus, ea doctrina quæ cordi tuo adjacet imbue. Hunc institutionum tuarum fidissimum auditorem propagatoremque tuo magistratu prosequere. »

*Vidua ipsi ab eremita uxor adjungitur. In epilepsiam incidit.* — Ille sollicitus hoc oraculo redditus, prædicta sibi inter adventantium cuneos circumspexit insignia, juvenemque recognitum affectuose tenuit, peste qua tabescebat imbuat ; et, quia pauper erat et pauperi minus auctoritatis suppetebat, hoc ei statim modo divitias procuravit. Ditissima quædam mulier viduitatem, obeunte marito, inciderat. Eam sibi nuntio sordidissimus eremita contraxit, et de conjugii iteratione submonuit. Illa cum diceret, juxta suæ statum honestatis, non se præsto habere quem duceret, ipse intulit, se sibi aptum invenisse prophetam, et eam, si sibi acquiesceret, per ejus nuptias felicem omnino victuram. Multa mulierem circumlocutione præstringit ; et ad præsens ei futurumque sæculum affuturas prophetæ illius provisiones pollicens, in amorem ipsius quem non noverat hominis femineum jecur exporrigit. Spe igitur omnium quæ fierent et quæ fienda essent præcognitionis illecta, suo vati conjungitur ; et pridem miser Mathomus, fortunis undecunque micantibus, ad inopinatos fasces, forsitan non sine sui ipsius incredibili stupore, provehitur. At cum sæpius utrorumque commercia lecti unius urna susciperet, propheta cœpit egregius morbo epilepsiæ, quem caducum vulgo dicimus, aliquoties acriter, prophetissa cernente, vexari, et eversis obtutibus, facie tabida, labiis spumantibus, dentium ejus stridoribus ipsa terreri. Insuperato hoc eventu perterrita, recurrit ad solitarium, quodque sibi accidit causatur infortunium, et, adimi prorsus ægritudine consternata, præoptare sibi fatetur interitum quam execrabile arreptitii subire conjugium.

30\*) De iisdem, et Mahometi origine vide Cedrenum, et Damascenum De hæresibus, sub finem.

*Mahometum uxor repudiandum dicit, sed eremitæ A* *suasionibus deterretur.* — Innumeris itaque querimoniarum modis eremitæ inproperat, nequam sibi præbuisse consilium. At ille, cum incomparabili præmunitus esset astutia : « Desipis, inquit, fatua, dum id quod est claritatis et gloriæ, tu tuæ ascribis injuriæ. An nescis, improvida, quia quotiescunque prophetarum mentibus Deus illabitur, tota corporis humani massa concutitur, quia ferre non prævalet carnis infirmitas, cum ei se applicat divina majestas? Resipisce tandem, ne insolitis visionibus expavescas, beatasque sancti hominis tortiones gratanter attende, præsertim cum eum tunc virtus spiritualis instituat super his omnibus quæ sciri et fieri in futurum a vobis expedit. » His feminea levitas relevata sermonibus, totum jam non modo tolerabile, sed etiam sacrosanctum et spectabile arbitrabatur, quidquid prius fœdum ac despicabile putabatur. Interea per hæreticum eremitam ad profana dogmata ille, diaboli fistula, imbuebatur, et ipsius quæ versum præeunte præconio, propheta ab universis creditur.

*Qua astutia fert legem.* — Cumque jam longe lateque, in omnium opinionibus fama proficiente, claresceret, et suis documentis circumjacentium ac remotarum provinciarum acclines populos conspexisset, communicato cum suo doctore consilio, legem scripsit, ubi suis sequacibus totius turpitudinis, per quod magis traherentur, frena remisit. Quo facto, infinitæ multitudinis vulgus aggregat, et ut magis vaga corda præmissa religione deciperet, triduo eis jejuna imperat, et ut Deum attente postulent pro legis acceptione sollicitat. Hoc etiam eis signum dat : Quia si Deo sibi legem dare placuerit, more eis insolito, et per manum, de qua non speratur, dabit. Interim vaccam habebat, quam ita manui suæ assuefecerat ut quotiescunque aut hujus vocem audiret, vel videret præsentiam, vix eam vis ulla teneret quin ad eum intolerabili quadam aviditate concurreret. Factum igitur libellum cornibus animalis circumligat et in tentorio quo versabatur illud occultat. Tertio denique die super omnem qui convenerat populum eminens, tribunal ascendit, et declamare productis vocibus ad populum cœpit. Quæ cum, ut ita dixerim, summa ore verborum sonum attigisset, e tentorio subterjacenti confestim egreditur, et per medias coadunatarum gentium turmas, volumine cornibus imposito, ad pedes loquentis quasi congratulatura vacca contendit. Mirantur omnes, raptim volumen evolvitur, anhelanti turbæ exponitur, petulantia turpi lege permissa, gaudenter excipitur. Quid plura? oblatis libri miraculum centuplicatis favoribus celebratur.

Propagatur ubique gentium quasi cœlitus veniens indifferenter coeundi nova licentia. Et quanto magis pollutionem concessarum exuberat copia, tanto magis tacito fœditatis nomine, Dei remissiora tempora indulgentis prædicatur gratia. Tota Christianitatis censura convitiis mille damnatur, et quidquid olim

honestatis ac vigoris ex Evangeliorum tenore constituerat, crudelis vocatur acerbitas. At præceptum, quod vacca detulit, generale appellatur, et ipsa solum a Deo commendata libertas. Non Moysi antiquitas, non catholica novitas reputatur. Quidquid ante legem, sub lege, quidquid sub gratia, inexpiable falsitate notatur, et, ut psalmo minus congrue utar, Deum non fecisse taliter omni nationi, et judicia sua nulli a sæculo alii manifestasse cantatur (*Psal.* cXLVII, 20). Profusior libidinis adimplendæ facultas, et bestialem **374** jam superans appetitum, non conjugiorum jam, sed scortorum numerositate voluptas, procreandorum liberorum superficie palliatur. Sed, dum in his quæ quasi usualia sunt, nequaquam fluxus naturæ restringitur, usque ad ea quæ non conveniunt, nec nominari in nobis debent, brutis etiam pecoribus inexperta, concurrunt.

Hujus nefariæ institutionis obscuritas Christianum tunc nomen obtexit, et adhuc pertinentia [*al.*, per Orientis] pene universi, Africæ Ægypti, Æthiopiæ Lybiæ, et juxta nos Hispaniæ remotissimos sinus, obliterat. Sed hunc tantum tamque mirificum legislatorem quis exitus de medio tulerit, dicendum est. Cum subitaneo ictu epilepseos sæpe corrueret, quo eum superius diximus laborare, accidit semel, dum solus obambulat, ut morbo elisus eodem caderet, et inventus, dum ipsa passione torquetur, a porcis in tantum discerpitur ut nullæ ejus præter talos reliquæ invenirentur. Ecce legifer optimus, dum Epicureum, quem veri Stoici, Christi scilicet cultores, occiderant, porcum resuscitare molitur, imo prorsus resuscitat, porcus ipse porcis devorandus exponitur, ut obscenitatis magisterium obscenissimo, uti convenit, sine concludat. Talos jure relinquit, quia perfidiæ ac turpitudinis vestigia, deceptis miserabiliter animabus infixit. Cujus talorum titulo exegimus tetrasticum, juxta poetam (*HORAT. Od.* xxx, 1, 2):

*Ère perennius,*

*Regalique situ pyramidum altius,*

ut vir egregius omni jam porco felicior cum poeta eodem (*Ibid.*, 6-7) dicere valeat :

*Non omnis moriar, multaque pars mei*

*Vitabit Libitinam.*

Quod est :

*Manditur ore suum, qui porcum dixerat; hujus*

*Membra beata cluunt, podice fusa suum.*

*Cum talos ori, tum quod sus fudit odori,*

*Digno qui celebrat cultor honore ferat.*

Quod si Manichæorum sunt vera repurgia sectæ, ut in omni quod comeditur pars quædam maneat commaculata Dei; et dentium comminatione et stomachi concoctione pars ipsa Dei purgetur; et purgata jam in angelos convertatur, qui ructibus et ventositate extra nos prodire dicantur, sues de hujus carnibus pastas, quod credimus angelos effecisse et magis hinc inde flatibus emisisse? Sed omissis jocularibus quæ pro sequacium derisione dicuntur,

st insinuandum quod non eum deum, ut aliqui iant, opinantur, sed hominem justum, eumque patronum, per quem leges divinæ tradantur cœlitus assumptum astruunt, et solos talos ad suorum fidelium monumentum, quos etiam tanta veneratione revisunt; porcorum vero esum, prorsus ratione contemnunt, qui morsibus nondominum consumpserunt.

## CAPUT IV.

] Hæ igitur quas supra diximus gentes, postquam per longa tempora, post multas posteritates, cœptæ gentilitatis invaluit, cum Palæstinam, Jerosolymam ac sepulcrum Domini pervasæ Armeniamque, Syriam, partemque Græciæ, usque ad illud mare quod Brachium Sancti Iosaphat dicitur, obtinuerunt. Inter omnia Orientis imperia Babylonicum imperium, ab antiquo præpositum fuit, et regnis quampluribus imperavit. Inter hæc Parthorum regnum, quos Turcos corrupto nomine vocitamus, in re militari et equestri ele-  
a, animi etiam virtute præpollent; sed terrarum vastitudine minus patet. Imperator itaque Babylonicas quas præmisimus provincias magno exercitibus occupavit; sed temporis processu, Turcorum gente copiat, Assyrii evictis amiserat.

*Titus imperator Græcorum a Roberto Flandriæ rege auxilia.* Hii igitur armis vivaciores, et consilio utentes audacia, dum Constantinopolitanum imperium, et eidem urbi pene obsidendæ impediunt irrumperere, imperator Græcorum minister frequentibus, et assiduis incursionibus tractatus, misit in Franciam, scribens Rothberto regi Flandrensium comiti epistolam, multiplices obiectans causas, quibus excitari ejus animus ad defendendam periclitantem Græciam. Non propterea ideo sollicitabat eundem virum, quod tanto magis, solius ipsius æstimaret sufficere posse committere, licet ditissimus esset, et magnam valuisset prestare manum, sed quia non ignorabat quod, si deo potens id ipsum aggrediretur iter, nostræ gentis auxilia plurima pro sola novitate rei adferret. Fuit vero comes isdem, quantum sagax homo bellicis, tantum perspicax et facetus ingenio. Is Jerosolymam orationis gratia aliquando profectus, forsitan Constantinopolim perviam habens cum ipso est imperatore locutus, unde et eum sumpta majore fiducia, de adiutoriis est deprecatus. Ipsam autem epistolam, quam comes in opusculo isti omnino piguit, quædam ibi-  
fictorum, verbis tamen vestita meis, proferre

*Imperatoris epistola.* — « De Ecclesiis querendum est, quas siquidem gentilitas eversa Christianitate tenebat, in quibus equorum, ac mulorum circumque animalium catabula construebantur. in tantum verum fuit ut etiam fana sua, quæ idolatrias vocant, inibi instituerent [al., constituit], et infinitæ quoque turpitudinis commercia haberent, ut non jam basilicæ, sed merito-

ria et scenæ fierent. Porro de Catholicorum necibus frustra agerem, cum mortuis in fide, vitæ æternalis videretur instare concambium, superstites sub miseris jugo famulatus vitam gererent, ipsis, ut arbitrator, mortibus acriorem. Virgines enim fidelium deprehensæ, publicum fieri præcipiebantur scortum, cum nusquam pudori deferretur ac honestati conjugum. Matres corruptæ in conspectu filiarum, multipliciter repetitis diversorum coitibus, vexabantur, cum filiarum assistentes, carmina præcinere saltando nefaria inter hujusmodi cogebantur. Eadem statim passio, quod dici quidem et dolor et pudor est, revolvebatur ad filias, quæ etiam fœditas obscenitatis infelicium matrum cantionibus ornabatur. Totius denique nominis reverentia Christiani, prostibulo tradebatur. Cumque sexui feminino, quod tamen excusari poterit, pro competenti natura non parcitur, in masculinum pecualitate transgressa, solutis humanitatum legibus, itur. »

Unde, ut unius execranda et penitus intolerabili auribus majestate flagitii, illa, quæ in mediocres et infimos, defurebat petulantia, panderetur, dicit quemdam eos abusione Sodomitica intervenisse [al., interemisse] episcopum. « Et quomodo præceptum et omnibus omnino vesaniis præferenda libido, quæ semper consilii frontisque fugax perpetuo impetu agitur, et quo crebrius exstinguitur, eo vivacior flamma iterato succenditur, erga humana se temperet, quæ brutorum animalium inauditiis, et ori Christiano vetitis commistionibus sordet? Et cum sit miseris permissa suo ipsorum arbitrio multiplicitas feminarum, parum est apud eos nisi et dignitas tantæ spurcitæ volutabro commaculetur marium. Nec mirum si Deus exoletum eorum nequitiam, et in clamorem versam impatienter tulerit, tantaque funestorum habitatorum execramenta, more antiquo, terra vomuerit. »

Cum ergo de Constantinopolitana quam potissimum verebatur, et quæ transito Sancti Georgii Brachio imminerebat obsidione, multa querela tractaret, inter cætera intulit: « Quod videlicet si non alia subveniendi sibi videretur nobis occasio, saltem propter senos, quorum corpora ibidem tumultata habentur, apostolos, ne ab impiis, aut incendio conflarentur, aut in voragines demergantur, celeberrimam perhibet civitatem omnimoda opitulatione dignissimam. » Et certe nihil verius. Urbis enim illa, non modo sanctorum illorum monumentis excellens, sed et auctoris merito et nomine præcluens, præsertim cum ex revelatione superna, ex vetustissimo oppidulo eam toti mundo spectabilem, Romamque secundam fecerit, universi, si fieri posset, orbis concursu et suffragio digna fuit.

*Caput B. Joannis Baptistæ Constantinopoli.* Non probat auctor sacrarum reliquiarum ostentationes. Quare. — Sequitur demum post apostolorum illustrationem, et dicit « apud se beati Joannis Baptistæ caput haberi. » Quod, quamvis falso dicat: « Hodieque, ac si viventis capillis, et cute videatur insi-

gniri. » Quod si verum est, quærendum apud Agriacenses est monachos, de cuius Baptistæ Joannis capite glorientur, cum pro certo habeamus : neque duos Joannes fuisse Baptistas, neque unum ipsum, quod dici nefas est, fieri potuisse bicipitem. Et considerandus etiam sub hac occasione, plurimus quidem, sed non perniciosus error, qui Gallicanas præcipue, de sanctorum corporibus obsedit Ecclesias (31); istis illum, illis eundem, seu martyrem, ad pecunias corrogandas circumlationes. Quæ omnia desivissent, si eorum, ut ipsius Domini Jesu, forti apposito obice immobili clauderentur membra sepulcro. Sed his omissis sequentia attin-gamus.

*Quam perversa imperatoris mens.* — Præterea adjicit ut, « si non tanti cohibitio mali, si non præfatorum sanctorum ad hoc ipsum eos animaret amor, saltem auri argentique, quorum innumerabiles illic habentur copię, cupiditas illiceret. » Infert denique et quiddam honorum virorum frugalitati incompetens, ut videlicet, « præter hæc universa pulcherrimarum feminarum voluptate trahantur, » quasi Græcarum mulierum species tanta esset, ut Gallicis modo quolibet præferrentur, solaque earum causa Francorum exercitus in Thraciam ageretur. Dum hæc sordidissimus ille tyrannus ediceret, meminisse debuerat quod ob hoc ipsum, hæc sibi suisque adversitas potissimum ingeneret [at., ingrueret], quia evicto celebri, de pluribus universorum filibus, unam per omne imperium suum prostitui juberet, et fisco proprio lucrum sædissimæ passionis inferret. Nec minus illud, quod de pluribus filiis, unum eunuchizari, data præcepti auctoritate, mandaverit, et corpora marium ademptis viribus

A enervia ac effeminata reddiderit, quæ usibus militiæ jam non habeantur utilia, imo ad detrimenti cumulum, abscidatur in ipsis propago futura, cujus incrementis sperari valent contra hostes auxilia. Qui ergo damnaverit ultro sua jam quærere merito cogitur aliena.

Sed attendendum etiam quod is ipse imperator non ex legitima purpuram successione susceperit; sed cum de officialibus palatii sub principe, qui, nisi fallor, Michael vocabatur, 376 esset, et cuidam portioni plurimæ occidentalium militum præset, quos excellentiores apud Græcum imperatorem, et ad ejus custodiam magis contiguos ingenta eorum probitas fecit, collecta ex subjectis militibus audacia, novas res contra ipsum principem moliri cœpit. Qui Constantinopolitana contra imperatorem civitate pervasa, captum eundem luminibus illico feraliter privat, et in quodam municipio arcis custodiae mancipat, et jura imperii totius expers juris usurpat. Qui Francos quidem, ea quam diximus necessitate compulsus, expetiit; sed postquam tantæ dignitatis proceres convenisse adeo instructos modestia et armis, equites vidit, multitudini multum, sed multo amplius prudentiæ eorum invidit. Ast ubi ad effectum eorum pervenit intentio, crevit hujus contra nostrorum efficaciam invidentiæ magnitudo, dum post Jerosolymitanam victoriam veretur, ne victricia in se arma retorqueant, præsertim cum eo potioem sibi æmulum, inter nationes nequaquam esse didicerant. Auditum tamen nobis constat, ante hujus viæ compertum primordia, matrem hunc habuisse sortilegam; quæ sibi sæpe prædiceret, quia ex Francis originem duceret, qui ei imperium vitamque adimeret. Cujus oraculum ipsi effectibus explere forsitan Boemundus affectat. Qui tantopere illi insistit, ut sæpenumero cum eodem confligens vertere terga compulerit, et plurimam provinciarum ejus partem suæ ditioni addixerit. Qui cum genus ex Northmannia ducat quam Francia partem esse constat, ob hoc vel maxime Francus habebitur, quia regis Francorum filiæ conjugio jam potitur.

## LIBER SECUNDUS.

### CAPUT PRIMUM.

[1.] *Urbani papæ præconia. Post mortem clarus miraculis.* — Urbanus papa, ante papatum Odo vocabatur, ex Francis claro germine oriundus, ex territorio et clero Remensi, et existens, ut ferunt, nisi falluntur, papa primus ex Francis. Is Cluniaci factus ex clerico monachus, post abbatem gloriosæ memoriæ qui adjuvit Hugonem non multo post rexit officium prioratus. Inde proficiente merito, civitati

(31) Prolixius de his in tractatu De pignoribus sanctorum, lib. 1.

D Ostiæ, Gregorii septimi papæ jussu, destinatur episcopus; ad extremum apostolicæ sedi præficitur pontifex summus. Cujus quanta magnanimitas existit, hujus profectionis incentivo innotuit, quod dum primus ipse præbuit, quonam pacto id fieret, totus mundus obstupuit. Attestatur statui mentis finis ejus splendens miraculis. Defuncto etenim ac sepulto eo, sicut succedens ei Ostiensis scripsit episcopus, cum plurima signa jam fierent, astitit quidam sepulcro illius juvenis, et membrorum damnum sibi

catus est, si per Urbani merita, qui Odo dice-  
signum unquam factum fuerit ac fieret. Nec-  
pedem a loco extulerat, cum officio sermonis  
o, et altero laterum paralysi intercurrente  
to, postridie, Urbani virtutum testimonia  
tus ipse perhibuit.

*spetias ab antiquo soliti sunt Romani pontifices  
ncis expetere.* — Is itaque vir eximius, cum  
lexi Græcorum principe magnis honoraretur  
uiis, et precibus quidem, sed multo propensius  
ali Christianitatis periculo pulsaretur {quæ  
lianis Gentilium minuebatur incursibus (et Sar-  
orum namque irruptionibus Hispanias audie-  
ppissime conturbari), pro hoc ipso, suæ gentis  
taturus homines, commeatum facere destina-  
Franciam, apostolicæ nemp̃ sedis pontificibus  
tūquo consuetudinarium fuit, si quam sunt  
a finitima gente molestiam, auxilia semper  
ere a Francis. Stephanus et Zacharias pontifi-  
terque sub Pippino et Carolo regibus confu-  
fecit ad ipsos. Quorum prior, e pontificibus  
ntem, facta usque Ticinum expeditione, Ec-  
suum patrimonium reparando, propriæ sedi  
uit; Desiderium regem, qui violentiam intule-  
d eorum quæ diripuerat redditionem sola ar-  
n intentione coegit. Cæteris enim gentibus  
beatum Petrum ergaque pontificalia decreta,  
tius humilisque se habuit gens eadem, nec  
itate, qua alii assolent, velamen malitiæ ar-  
contra Deum voluit libertatem.

*ncorum erga summum pontificem devotio con-  
a.* — Vidimus, jam annis emensis pluribus,  
nicos, imo totius Lotharingæ regnum, beati  
ejusque pontificum præceptis barbarica qua-  
obstinatione reniti, et ambientes malle aut  
no sive sempiterno anathemati subjacere  
subjici. Audivi anno præterito, dum cum ar-  
cono quodam Magontino super sua ipsorum  
one congregeder, quod regem nostrum cum  
in tantum vilipenderit, ob hoc solum quia  
um papam Paschalem 377 cum suis princi-  
grate ubique susceperit, ut eos non modo  
os vocaverit. Cui inquam: « Si ita eos inertes  
aris et marcidos ut celeberrimum usque in  
um Indicum nomen, fœde garriendo detor-  
dic mihi ad quos papa Urbanus contra Turcos  
lia contracturus divertit? nonne ad Francos?  
si præissent et barbariem undecunque con-  
um gentium vivaci industria et impavidis vi-  
constrinxissent, Teutonicorum vestrorum,  
m ne nomen quidem ibi sonuit, auxilia nulla  
it. » Hæc ad illum.

*m firmia perseveransque Francorum fides.*  
eor vero et omnibus credibile est huic tanto  
i istam Deum reservasse negotio, præ-  
cum pro certo noverimus quia ex quo fidei si-  
beato Remigio tradente, sumpserunt, nullius  
m perfidiæ suscipere contagium vel ad horam  
verunt, quo vix, aut nullo modo, nationes

A aliquæ mundæ manserunt. Hi sunt qui, dum adhuc  
sub errore gentili positi, Gallorum, sed Christiano-  
rum arva pugnaci intentione subigerent, nemini  
unquam pro Christi fide aut pœnas intulerunt aut  
mortem; sed eos quos Romana severitas ferro igni-  
que punierat, auro argentoque recondidit, gemmis  
electroque contexit ingenita liberalitas gentis. Nec  
solum intra se passos, his honoribus contendit am-  
bire; sed et Hispaniis auf Italia seu quibuslibet  
gentibus advectos, tantæ desiderio affectionis exco-  
luit, ut martyrum seu confessorum, quos tantopere  
servat, amor et celebrem reddiderit et illustrem,  
fideique irremisso tenore donaverit; ad extremum  
hujus Jerosolymitanæ victoriæ triumphis extulerit.  
Quia enim portavit jugum ab adolescentia, sedebit  
solitaria, inter omnium videlicet gentium proprie-  
tates, gens nobilis, prudens, bellicosa, dapsilis ac  
nitida. Quibus proprium cum sit nomen, quarum-  
cunque nationum homines, mutuo imo præstito  
ipsorum agnomine honorantur. Quos enim Britones,  
Anglos, Ligures, si bonis eos moribus videamus, non  
illico Francos homines appellemus? Sed jam ad pro-  
posita redeamus.

## CAPUT II.

[II.] *Papa venit in Galliam convocatque Claromonti  
concilium. Quot inibi antistites. Papæ facundia et  
æquitas.* — Papa igitur Urbanus, regni nostri fines  
ingrediens, tanta urbium, oppidorum, villarumque  
lætitia et concursione excipitur quanto omnium qui  
adviverent memoriis incompertum fuerat, quod ali-  
quando apostolicæ sedis antistes in regiones has  
venisse videretur. Annus itaque incarnati Verbi  
millesimus nonagesimus quintus properabat evolvi,  
cum præsul idem, valde frequens acceleravit convo-  
care concilium, cui tandem in urbe Arvernica, scho-  
lasticissimo omnium præsulum Sidonio gloriosa, de-  
dit locum, cui tamen immutatæ Claromonti constat  
esse vocabulum. Quod fuit tanto celebrius quanto  
excellens et inusitatæ personæ ora cernere, verba  
audire erat desiderabilius. Illic, præter episcoporum  
et abbatum examina, quos circiter quadringentos  
per prominentes ferulas fuisse aliqui numeraverant,  
totius Franciæ et appendicium comitatum littera-  
tura confluit. Erat ibi spectare quam serena gra-  
D vitate, ponderosa comitate præsideret, et ut præfati  
Sidonii verbis utar, quam « piperata facundia, » ad  
objecta quælibet papa disertissimus detonaret. No-  
tabatur quanta vir clarissimus modestia tolerabat  
suas tumultuose causas ingredientium, loquacitatem;  
quam parum appetiabatur, nisi secundum Deum  
cujuspiam personalitatem.

[III.] *Philippum regem a piorum cœtu ejicit.* — Inde  
Philippum regem Francorum, cujus trigesimus sep-  
timum tunc regni recensebatur annus, qui propria,  
Bertha nomine, uxore relicta, Andegavensis comitis  
uxorem sibi, Bertradam vocabulo, devinxerat, tanta  
auctoritate excommunicavit ut intercessionem specta-  
bilitium personarum, et multiplicium munerum illa-  
tiones contempserit, et quod intra regni ipsius de-

morabatur limites non extimuerit. In hoc ipso concilio, sicuti antequam ab urbe digrederetur proposuerat, hacque de causa Francos expetiverat, maximam ad sibi assistentes concionem habuit, et inter cætera, quæ excessere memorias auditorum, hac intentione disseruit. Ejus enim scientiæ litterali eloquentiæ cooperabatur agilitas, non enim minor ei videbatur in Latinæ prosecutione locutionis ubertas quam forensi cuilibet potest esse in materno sermone pernicitas. Nec altercantium multitudo obtundebat concionantis ingenium, sed licet prædicationum grammaticorum elegantis ambitretur, et causarum emergentium nebulis offundi videretur, et oratorum superexundare copias, ac sermonum quorumcumque facetias superequitare litterali luculentia putabatur. His ergo, etsi non verbis, tamen intentionibus usus est.

*Urbani pontificis oratio habita in concilio.* — « Si inter Ecclesias toto orbe diffusas aliæ præ aliis reverentiam pro personis locisque merentur: pro personis, inquam, dum apostolicis sedibus privilegia majora traduntur; pro locis vero, dum regiis urbibus eadem quæ personis dignitas, uti est civitas Constantinopolitana, præbetur: [IV] illi potissimum Ecclesiæ deberemus, ex qua gratiam redemptionis, et totius originem Christianitatis accepimus. Si enim verum constat quod a Domino dicitur, quia videlicet *salus ex Judæis est* (Joan. iv, 22), et Dominum Sabaoth **☩** semen nobis reliquisse constat, ne sicut Sodoma simus et Gomorrhæ similes flamus (Rom. ix, 29), et semen nostrum Christus est, in quo salus et omnium gentium benedictio est: ipsa terra et civitas in qua habitavit et passus est, Scripturarum testimonio sancta vocatur. Si enim hæc terra, Dei hæreditas et templum sanctum, antequam ibi obambulet ac pateretur Dominus, in sacris et propheticiis paginis legitur, quid sanctitatis, quid reverentiæ obtinuisse tunc creditur, cum Deus majestatis ibidem incorporatur, nutritur, adolescit, et corporali vegetatione hac illacque perambulat aut gestatur? et, ut cuncta quæ longo verborum gyro narrari possunt, digna brevitate constringam, ubi Filii Dei sanguis, cælo terraque sanctior, effusus est, ubi corpus, parentibus elementis, mortuum in sepulcro quievit, quid putamus venerationis emeruit? Si, ipso Domino nostro recens interfecto, et a Judæis adhuc civitate possessa, sancta civitas ab evangelista vocatur, cum dicitur: *Multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt, et venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis* (Matth. xxvii, 53); et a propheta Isaia dicitur: *Erit sepulcrum ejus gloriosum* (Isa. xi, 10); cum ipsa sanctitas, civitati semel Deo ipse sanctificatore per seipsum indita, nullo malo superveniente exinaniri valeat, et eodem modo indivisibiliter sepulcri gloria constat: summis studiis, fratres charissimi, vobis elaborandum est, ut sanctitas civitatis, ac sepulcri gloria, quæ gentilium frequentatione quantum in ipsis est crebro polluitur; si ad Auctorem illius sanctitatis et gloriæ aspiratis, si ea

A quæ in terra sunt vestigiorum ejus signa diligitis, si expetitis, Deo vos præeunte, Deo pro vobis præliante, mundetur.

*Rationes quibus Christianos ad expeditionem Jerosolymitanam arma induere adhortatur pontifex.* — « Si Machabæis olim ad maximam profuit pietatis laudem, quia pro cæremoniis et templo pugnarunt, et vobis, o milites Christiani, legitime conceditur ut armorum studio libertatem patriæ defendatis. Si limina etiam apostolorum, vel sanctorum quorumlibet, tanto sudore petenda putatis, quid crucem, quid sanguinem, quid monumentum eruere, quid visitare, quid pro his eruendis animarum pretia impendere detrectatis? Indebita hactenus bella gessistis, in mutuas cædes, vesana aliquoties tela solius cupiditatis aut superbiæ causa torsistis; ex quo perpetuos interitus, et certa damnationis exitia meruistis. Nunc vobis bella proponimus quæ in se habent gloriosum martyrii munus, quibus restat præsentis et æternæ laudis titulus. Ponamus modo in Jerusalem Christum neque mortuum, nec sepultum, nec ibidem vixisse aliquando. Certe, si hæc deest, solum illud, ad subveniendum terræ et civitati vos excitare debuerat, quia de Sion exierit lex, et verbum Domini de Jerusalem (Isa. ii, 3). Si enim ex Jerosolymitana, quidquid Christianæ prædicationis est fonte manavit, rivuli, quaquaversum toto terrarum orbe dispersi, catholice multitudinis corda retorqueant, ut solerter attendant quid fonti tam irriguo debeant. Si ad locum unde exeunt, flumina revertuntur, ut iterum fuant, juxta dictum Salomonis (Eccle. i, 7), gloriosum vobis videri debet, si ei loco repurgium possitis impendere, unde Baptismatis purgamentum, et fidei documentum vos constitit accepisse.

« Et est vobis præterea summa deliberatione pensandum, si ipsam matrem ecclesiarum Ecclesiam, vobis elaborantibus, ad Christianitatis cultum florere, Deo per vos agente, contigerit, ne forte contra propinqua Antichristi tempora ad fidem partes Orientis aliquas restitui velit. Perspicuum namque est Antichristum non contra Judæos, non contra gentiles bella facturum, sed, juxta etymologiam sui nominis, Christianos pervasurum. Et, si Antichristus ibidem Christianum neminem sicuti hodie vix aliquis habetur, inveniat, non erit qui sibi refragetur, aut quem jure pervadat. Juxta enim Danielem, et Hieronymum Danielis interpretem, fixurus est in Oliveti monte tentoria, et Jerosolymis, *In Dei templo, tanquam sit Deus*, certum est, Apostolo dicente, quod sedeat (II Thes. ii, 4), et juxta eundem prophetam, tres reges (Dan. vii, 24), Ægypti videlicet, Africa ac Æthiopiæ, haud dubium quin pro Christiana fide primos interficiat. Quod quidem nullatenus fieri poterit, nisi, ubi nunc paganismus est, Christianitas fiat. Si ergo piorum præliorum exercitio studeatis, ut sicut ab Jerosolymis Dei notitiæ seminarium accepistis, ita illic mutuatae redditionem gratiæ restituatis, ut per vos nomen catholicum

igetur, quod Antichristi Antichristianorumque lia refragetur. Quia non conjicere potest quod qui universorum spem exuberantia virtutis erat, per scintillam vestram tantæ paganitatis lineta consumat, ut Ægyptum, Africam, Æthioque, quæ a nostræ credulitatis communione scunt, intra hujus rudimenta legis includat, et peccator, filius perditionis aliquos rebelles fiat?

It ecce Evangelicum clamat *Jerusalem calcantia gentibus, donec impleantur nationum tempora* XXI, 24). Bifariam intelligi possunt *tempora* num, aut quia Christianis dominatæ sunt ad um, et pro suis libidinibus turpitudinum omvolutabra sectatæ sunt, et in cunctis his nullo habuerunt, tempus enim suum habere tur quibus ad votum cuncta suppetunt, ut est: *Tempus meum nondum advenit; tempus autem um semper paratum est* (Joan. VII, 6), unde et tuosis solet dici; vos habetis tempus vestrum. rursus, *Tempora nationum* sunt plenitudines um, quæ antequam Israel salvus fiat, subintrant. Hæc tempora, fratres charissimi, modo in implebuntur, dum per vos, 379 Deo conte, paganorum potentia repellentur, et fine i jam propinquo, et si gentes desinent converti ominum, quia, juxta Apostolum, oportet fieri *discensionem* (II Thess. II, 3). Primum tamen æ est, juxta prophetas, ante adventum Anti i, in illis partibus, aut per vos, aut per quos lacuerit, renovari Christianitatis imperium, ut im malorum caput, qui ibidem regni thronum rus est, fidei aliquid contra quod pugnet reputrimentum.

igitate itaque apud vos quod vos Omnipotens c fortasse provideat, quatenus Jerusalem per tanta conculcatione restituat. Rogo, perpendite s cordibus gaudia illa poterunt concipi, cum m civitatem vestro adminiculo viderimus ari, et prophetica nostris temporibus, imo la divina, compleri. Moveat memoriam vestram roce ipsius Domini ad Ecclesiam dicitur: « Ab e adducam semen tuum, et ab Occidente conbo te (Isa. XLIII, 5). » Semen nostrum Deus it ab Oriente, quia duplici modo orientalis ovincia edidit primitiva incrementa nobis Ec. Sed ab Occidente eam congregat, dum per i ultimi, fidei documenta cæperunt, occiden scilicet (quod per vos, præstante Deo, fieri putamus), Jerosolymitana damna restaurat.

Scripturarum vos non excitant dicta, nec vestros animos penetrant monita, excitet vos eorum qui sancta loca adire desiderant i miseria. Perpendite eos qui peregrinantur, et lediterranea illuc vadunt, siquidem opulensunt, quantis redhibitionibus, quantis viousubjacent, dum pene per singula millaria

A pensiones coguntur et tributa dependere, per quas que civitatis portas, per ecclesiarum et templorum ingressus redemptiones exsolvere; ad quasque de locis ad loca demigrationes, inflicta qualibet accusatione, ad redemptionem compellere? dare vero munera detrectantes, quomodo gentilium præfecti consueverint, verberibus truculenter urgere? Quid de his dicturi sumus, qui nihil prorsus habentes nudæ fiducia paupertatis, dum nil præter corpora videntur habere quod perdant, iter illud arripiunt? Dum ab eis pecunia, quæ non est, supplicii intolerandis exigitur, dum callos talorum, ne forte quidpiam, ibi insuerint, dissecando ac revellendo rimantur, crudelitas nefandorum ad hoc usque perducitur ut aurum vel argentum miseros absorbuisset putantes, aut data in potum scamonia usque ad vomitum, vel etiam eruptionem eos vitalium urgent, vel ferro, quod dici nefas est, discissis ventribus, intestinorum quorumcunque involucre distendentes, quidquid habet natura secreti, horribili concisione aperiunt. Recolite, precor, eorum millia qui detestabiliter perierunt, et pro sanctis locis agite, unde vobis pietatis rudimenta venerunt, ante vos, in sua bella mittendos, Christum fore signiferum indubitanter credite, et præcursores individuum. »

[V.] *Cruz militum vestimentis affigitur.* — Peroraverat vir excellentissimus, et omnes qui se ituros voverant, beati Petri potestate absolvit, eadem, ipsa apostolica auctoritate firmavit, et signum satis conveniens hujus tam honestæ professionis instituit, et veluti cingulum militiæ, vel potius militaturis Deo passionis Dominicæ stigma tradens, crucis figuram, ex cujuslibet materiæ panni, tunicis, byrris et palliis iturorum, assui mandavit. Quod si quis, post hujus signi acceptionem, aut post evidentis voti pollicitationem, ab ista benevolentia, prava pœnitudo, aut aliquorum [al., aliqua] suorum affectione resiliat, ut exlex perpetuo haberetur omnino præcepit, nisi resipisceret; idemque quod omiserat fœde repeteret. Præterea omnes illos atroci damnavit anathemate, qui eorum uxoribus, filiis, aut possessionibus, qui hoc Dei iter aggredierentur, per integrum triennii tempus, molestiam auderent inferre. Ad extremum, cuidam viro omnimodis laudibus efferendo, Podiensis urbis episcopo, cujus nomen doleo quia neque usquam reperi (31\*), nec audivi, curam super eadem expeditione regenda contulit, et vices suas ipsi, super Christiani populi quocunque venirent institutione, commisit. Unde et manus ei, more apostolorum, data pariter benedictione, imposuit. Quod ille quam sagaciter sit exsecutus, docet mirabilis operis tanti exitus.

### CAPUT III.

[VI.] *Expeditio Jerosolymitana.* — Terminato itaque concilio, quod Claromonti habitum, circa Beati Martini octavas, Novembri mense considerat, magnus per universas Franciæ partes rumor emanat.

) Ademarum sive Aymarum nuncupabatur.

et quisque ad quem primo pontificis præceptum, A prævolans fama detulerat, de proponenda Via Dei (sic enim antonomasice vocabatur), contiguos sibi ac familiares quosque sollicitat. Jam Palatinorum comitum pruriebat intentio, et mediocritas equestrium virorum parturire jam cœperat, cum ecce, pauperum animositas tantis ad hoc ipsum desideriis aspiravit, ut eorum nemo de censuum parvitate tractaret, de domorum, vinearum et agrorum congruenti distractione duraret, sed optimos possessionum quæstus, multo pauciori pretio venditaret, quam si eorum quemque ferocissimæ captivitatis carcer includeret, qui necessitatem celerrimæ redemptionis indiceret. Erat ea tempestate, pro generali defectione, frugum etiam apud ditiores magna 380 penuria, cum, etsi aliquibus passim emenda suppeterent, nulla tamen aut vix aliqua unde emerentur haberent. Jam inopum greges addidicerant herbarum sponte nascentium victitare radicibus, dum panis rarissimi parcitatem, quæsitæ undecunque escarum edulio propensiore compensant. Imminebat plane etiam potentiorum obtutibus omnium æstimatione conclamata miseria, et dum singulus quilibet, vulgi minimi per crudelem inedium considerat torsiones, indicta sibi parcimonia magnis elaborare sudoribus metuit, ne sumptu facili dilapidentur opes. Avarorum sitibunda præcordia, qui tempora lætabantur cruentis arridere fœnofibus, dum modios diu servatæ frugis intendunt, crebris annorum numerare recursibus pensant, quid superaddere possint, ea vendita, cumulandis pecuniarum montibus.

Interea dum illi cruciantur, hii ambiunt, repente : « in spiritu vehementi conteres naves Tharsis (Psal. XLVII, 6). » per omnium pene animorum aures Christus intonuit, et is qui educit vincetos in fortitudine (Psal. LXVII, 7) adamantina, quibus irretiebantur desperatorum hominum corda, cupiditatis vincla dirupit, Cum enim, ut superius dixi, illud minus fertile tempus omnium substantias coarctaret, dum ad spontaneum innumerabiles animasset exsilium, diversæ plurimorum copię deferuntur in medium et quæ chara videbantur, dum nullus movetur hominum, commotis ad hoc iter omnibus, vili pretio traduntur venum. Cumque multi negotium hujus protectionis accelerant, ut unicæ rei exemplo eorum quæ vendebantur subitas et insperatas vilitates exprimam, quod insolitum dictu est, quinque denariorum pretio, septem distrahebantur oves. Frumentorum illa defectio, vertebatur in copiam, et dummodo suppetat cuique quantulamcunque quoquo pacto congregare pecuniam, dat quidquid habere videtur, non pro sua, sed pro taxatione eminentis, ne Dei posterior aggrediatur viam. Erat itaque ibi videre miraculum caro omnes emere, et vili vendere, caro quidem, quæ ad usum deferrentur itineris, dum præproperant; vili vero, dum sumptuum impendia coaggerant, et quæ paulo ante nec carceres nec tormenta ab eis extorquere poterant, brevi nummorum numero cuncta constabant.

Nec illud minus ridiculum quod hii plerumque quos nulla adhuc eundi voluntas attigerat, dum die super omnimoda aliorum venditione cæchi eos misere ituros miseriusque redituros mant, in crastinum repentino instinctu pronummulis sua tota tradentes, cum eis prabantur quos riserant.

Quis pueros, qui dicat anus ad bella moveri?

Quis quit virgineas annumerare manus?

Quis referat senium trepida gravitate fatiscens? Bella canunt omnes, nec se pugnare fatentur.

Martyrium spondent, gladiis vel colla daturos.

« Vos juvenes, aiunt, manibus tractabitis ense.

At nos hic liceat Christum tolerando mereri. »

B Licet enim æmulationem Dei habere videri sed non secundum scientiam, tamen Deus qui vane cœpta ad pium intorquere consuevit simplicibus illorum animis comparavit, ex surum bona intentione, salutem. Videres mirum dam, et plane joco-aptissimum, pauperes vi quosdam bobus biroto applicitis, eisdemque in dum equorum ferratis, substantiolas cum pa in carruca convehere; et ipsos infantulos, dum viam habent quælibet castella vel urbes, s esset Jerusalem, ad quam tenderent rogitare.

[VII.] Cum cuncta bello arderent, actutum, i a summo pontifice expeditione Jerosolymitana, extincta. — Erat eo tempore antequam ge fieret tanta protectio, maximis ad invicem ho tibus totius Francorum regni facta turbatio, i ubique latrocinia, viarum obsessio. Passim bantur, imo siebant incendia infinita, nullis i sola et indomita cupiditate existentibus extruebantur prælia, et ut brevi totum cla quidquid obtutibus cupidorum subiacebat, nu attendendo cujus esset, prædæ patebat. Mox et mira et incredibili ob inseparabilitatem, anin immutatione commoti, signum pontificis pr præceptione indictum, cruces videlicet, ab epi et presbyteris sibi precantur imponi. Et sica pidissimi venti impetus solet non magna i unda restringi, ita illico contigit ad invicem i tates universorum et bella sopiri, per indita aspirationem, haud dubium quin Christi.

#### CAPUT IV.

*Petrus eremita, dux exercitus. Per Galliam v Dei disseminat. Ipsius vitæ genus. Pili ex ejus pro reliquiis extrahebantur.* — Principibus qui multis expensis et magnis obsequentium steriis indigebant, sua morose, ac dispensati ctantibus, tenue illud quidem substantia, se mero frequentissimum vulgus, Petro cuidam mitæ cohæsit, eique interim, dum adhuc re nos agitur, ac si magistro paruit. Quem ex nisi fallor, Ambianensi ortum, in superiori qua Galliarum parte, solitariam sub habitu chico vitam duxisse, comperimus. Unde digr qua nescio intentione, urbes et municipia pr



obtentu circumire **331** vidimus, tantis potestatem multitudinibus vallari, tantis muneribus, tanto sanctitatis præconio conclamari ut non meminerim similem honore haberi. Multa merat, ex his quæ sibi dabantur, dilargitione pauperes liberalis, prostitutas mulieres non toto munere maritis honestans, in discordibus pacem et fœdera, mira auctoritate, restituens. Nihil agebat namque, seu loquebatur, quasi in subdivinum videbatur, præsertim cum de ejus mulo pili pro reliquiis raperentur, quos non ad veritatem, sed vulgo referimus novitatem. Lanea tunica ad purum, cucullis trisque talaribus, byrro desuper induebatur; minime, nudipes autem; pane, vix pisce, ac vino alebatur.

*Militum dissolutiones per Hungaria proficiscens* — Is itaque vir, partim opinione, partim suo more immanem conflasset exercitum, per Hunnorum terram delegit abire. Quorum regiones cum rerum quæ ad alimentum pertinent opulenti, idem vulgus indocile reperisset, cœperunt se enormibus contra indigenarum mansuetudinem debacchari. Cum enim plurimorum annorum triticeas, ut in ea terra moris est, in modum non per agros stabilitas cernerent, quas nos vulgariter vocare solemus; cum carium diversaliorumque victualium, quorum illa feracissellus est, copiam suppetere, non contenti itate eorum, mira dementia, ipsi alienigenam conculcare gentiles, et cum idem, ut polemi Christianis venalia cuncta gratanter ingeipsi, libidinis impatientes, piæ hospitalitatis effluentiæ immemores, bello gratis eos aggesser; dum illos opinantur nihil ausuros contra, tus futuros imbelles. Rabie igitur exsecranda, s quos diximus horreis per eos ingerebatur um, puellis eripiebatur, violentia allata, tas, dehonestabantur conjugia crebris raptiminarum; vellebant, sive ustulabant suis hospitibus; nec jam de emendis usui necessitudiniam tractabatur; sed quisque eorum, poterat, rapinis et cædibus nitebatur, sic se mira lascivia contra Turcos libere mina-

rum quoddam interea habuere pervium, cujus modo poterant evitare transitum, is enim itus est, ut in modum angiporti nequaquam teram vel sinistram pateat diverticulum. Ipsum insolentia obsidere aggressi sunt, sed cum capiendum esset, repente, non curo quo; ita obruti sunt ut pars gladiis occumberet, fluvialis unda submergeret, pars sine ullis iis, imo turpi pauperie, magis autem pudore, ciam consumpta rediret, Et quia idem castrum nem vocabant, et reversi ad suos ad Moyssoque se fuisse dicebant, magna omnium irricepti sunt.

Petrus autem cum illud indisciplinatum vul-

Agus, utpote mancipia et publica servitia, nullis hortamentis cohibere valeret, cum Alemannorum aliqua frequentia et nostrorum fœce residua, qua potuit inde provisione elapsus, in Kalendis Augustilibus Constantinopolitanam attigit urbem. Sed hunc ejus adventum, Italarum, Ligurum, Longobardorum, cum Transalpinarum videlicet partium hominibus magnum præcesserat agmen, qui ejus et cæterorum Franciæ principum ibidem decreverant præstolari comitiam: non enim eam arbitrabantur se habere militiæ frequentiam, ut Græcorum auderent, contra Turcos exituri, præterire provinciam. Imperatoris autem edicto jussi sunt omnium quæ vendebantur in urbe, uti vellent, habere commercia; sed Brachium Sancti Georgii, quod a Turcorum partibus limitaneum erat mare, ipsius principis consilio vetiti sunt transmeare, quia paucos innumeris perniciosum dixerat obviare.

*Francorum insolentia.* — At ipsi nec provincialium sunt humanitate detenti, nec imperatoria ullatenus affabilitate molliti, sed nimis insolenter agebant, urbis palatia devolvebant, publicis ædibus ignes subiciebant, et detectis ecclesiis, quæ plumbo operiebantur, plumbum idem Græcis venale præbebant. Hac imperator tam fœda præsumptione turbatus, præcepit, procrastinatione remota, ut memorati Brachii æquora transmearent. Cui freto transpositi, eadem, quæ citra egerant, nequaquam ultra iterare cessabant, et qui contra paganos voto certamen insumpserant, passim ecclesiarum excidiis, Christianorum involando substantiis, contra nostræ fidei homines factorum immanitate pugnabant. Dum enim nullius experiuntur severitatem regis, qui judiciali devios vigore retorquet, nec divinæ reverentiam concipiunt legis, quæ mentium levitatem matura recogitatione deprimat, repentino prolabuntur interitu, quia *indisciplinatis mors obviat, et quidquid pensi moderatiquè nihil habet, parum durat.*

#### CAPUT V.

[X.] Tandem Nicomediam attingentes Itali, Longobardi, et Alemanni Francorum impatientes superbiam divelluntur ab ipsis. *Franci* namque, juxta naturam nominis magnæ quidem sunt titulo vivacitatis **332** insignes, sed, nisi rigido frenentur dominio, inter aliarum gentium turbas, sunt justius æquo feroces. Transalpini itaque, quos prædiximus diremptos a Francis, Rainaldo quodam sibi duce creato, eam quæ dicitur Romania provincia, intraverunt, et quatuor dierum itinere Nicomediam prætergressi, inter eundem castrum offendere quoddam, quod auctori placito nomine vocatur Exorogorgum, quod habitatorum suorum omnium vacuatum præsidio, sine mora turbæ patuit influenti. Incolæ autem profugerant, supervenientium timore extrusi, et dum de sua ipsi salute desperant, de substantiarumque suarum copiis, quæ plurimæ erant, transponendis omnino non curant. Unde, multam victualium opulentiam ibidem reperientes, ad plenum fuere refecti.

*Conflictus cum Turcis, qui plures e Christianis interficiunt. Aquæ penuria in castris ipsorum.* — At Turci comperientes Christianos obtinuisse castellum, magna illud obsidione cinxerunt. Ante municipi portam puteus, et subter idem, non longe a mœnibus, profluebat alter, ubi positus ipse dux eorum Rainaldus insidiis, Turcos quasi callidus observabat. Nec mora, qui observabantur occurrunt, eaque die, qua beati Michaelis memoria celebratur, pervaso cum suis comitibus duce, plurimos ex eis qui sibi insidiabantur interimunt, alios castri munimenta turpiter subintrare compellunt. Quod illico Turci circumvallantes tanta incursione presserunt ut hauriendarum facultate, penitus obsessi, privarentur aquarum. Sibi fuit tanta sitis ariditas ut, flebotomo equis suis asinisque illato, animalium cogentur haurire cruorem. Alii, in piscinam zonas demittentes atque panniculos, eaque in os exprimendo suum, remedii sibi aliquid contrahere videbantur. Alii, quod horrore est dicere, id ipsum quod minxere bibeant. Alii fodiebant, et se intra id quod foderant immergentes, arenâ pectora terra ipsa recens fossa operiebant, sic interiorem æstum suum temperare aliquantulo humore se posse credebant. Sed episcoporum presbyterorumque præsentium, idemque patientium, non ibi defuere solatia, qui quanto videbant atrociora pericula, et humana negari auxilia, tanto magis eis, ne deficerent, satagebant spondere cœlestia.

[XI.] *Dux Rainaldus, abjecta fide cum Turcis fœdus inquit, eisdemque suum tradit exercitum.* — Hæc octo dierum spatio apud illos perseveravit angustia. Interea dum uni pariter videntur subjacere miseriam, non uni tamen omnes pariter suspirant Dei misericordiam; sed potitus machinantur sibimet, hii qui duces exstiterant, præsidium perfidiæ. Rainaldus etenim, qui eis in prosperitate præfuerat, clam sibi Turcos fœde conciliat, pactus eisdem quod totius militiæ comitatum sibi proderet quem regebat, Egreditur itaque ad illos quasi pugnaturus; sed in ipsa dirigendæ aciei affectata specie, cum multis suorum profugit ad ipsos, perpetuo remansurus. Residuos est captivitas consecuta. Quibusdam eorum captis de sua fide est facta discussio, Christumque negare jubentur; sed Christum inflexibili amore, animo et voce fatentibus capita amputantur.

Et veterum similes modo Christus habebit honores,  
Martyribus decorans sæcula nostra novis.

Quam redolente ferunt insignia tempora lauro,

Qui breve quid, secto ferre parant jugulo!

Dixere felices, qui per momenta tulere

Hos tenet æternum vivere certa fides.

Jam fæces nostras non desperare licebit,

Ausas quod cuiquam vix imitabile sit.

Captivorum alios, data vivendi, imo morosius moriendi, indulgentia, sed magis violentia, inter se dividunt, funesta sub cruentis dominis exhibituros servitia. Quosdam alicubi prostituentes, quasi ad signum, sagittis jaculantur, allii quasi pro donativo

dabantur, alii vendebantur. Quibus dati fuerat proprias abducebant eos sedes: alios in eam Corozaniam dicunt regionem: alios ad Antiocum pertrahunt urbem, miseram pro qualibus stissimorum dominorum passuros servitutem. Hos in supplicium fateor diuturnius isse;

Quam quibus ad subitum mucro caput tulerat  
Hunc agitat crudelis herus, duroque labori

Mancipat, ingrato servit ubique pias.

Vapulat officiosus nec tormenta fideli

Desunt, quo studio commodiore gerit.

Quod videt aut audit, quem transigit in dies a

Quod cælebs est ad turpia sit sibi crux

Hos ego non dubitem satis acrius excruciarum,

Quam queat equuleus per spatium tridui.

Hos primos novitati nostræ, et desperato  
hujus vitæ nostræ statui martyres fecit Deus,

Petrus ille interea qui a nobis supra expositus de multa comitum suorum vecordia sæpe ve et crebra strage confusus, tandem cuidam Turco, et cogniti generis viro, armis quantum strenuo, nomine Gualterio [*al.*, Gualtero], fratrum suæ gentis dederat, ut quos documentis nere non poterat, ille saltem militari auctore restringeret. Is itaque Civizum [*al.*, Cizicum], civitatem quamdam, quæ Nicææ urbi, secundum positionem loci, præminere dicitur, cum suo illo de exercitu properabat attingere. **SSS** Quod

nostrorum vestigia aucupantes ubi comperiunt cum multa pessimæ voluntatis aviditate contendentes  
Euntes igitur præfatum Gualterium cum sua familia, medio itinere offendunt, eumque cum suorum rima parte interimunt. Petrus vero, quem Ereagnominant, dum vesaniam ejus, quam comperaverat, gentis comescere non valeret, stantinopolim provide secesserat, quia impetum effreni et incircumspecta levitate involvi metur  
Turci ergo in eos inopinate effusi, quosdam mentes reperiunt; alios non modo armis, verum etiam nudos vestimentis inveniunt, quos per continuo neci tradunt. Inter eos presbyterum quendam reperiri contigit missa agentem, quem in sacrorum statim confectione mortificant; et immolat Deo, ipsum eundem coram ejus de sacrificant.

Quæ ferri potuit gratior hostia,

Quam cujus Domino sit caro victima?

Quid tunc corde precum fudit ab intimo,

Cum grandi streperent prælia classico?

Victores lacerant, arma retinunt:

Mœrens exululat turba fugacium.

Aras ambierat presbyter optimus,

Complexensque Dei sacra medullitus:

Jesu, dixit, ades præsidium, bone;

Cum te jam teneam spes pereat fugæ:

Jungam perpetuo jam tibi fœdera,

Occidor: perages cepta, Deus sacra.

At vero si qui evadere potuerunt, Civizeno

fugientes inferunt. Alios, quos tueri fuga aluit, præcipitium maris absorbit, dum sas est mortem eligere, quam inferenti succum— Alii montana petentes fovebantur in rupibus; lituere per silvas. Nec mora, Turci, correptis ut punitis quos extra repererant, eos aggerr, et obsidione concludunt qui in castrum gerant, in tantum, ut ad succendendum idem um ligna conveherent. Quibus deinceps hii bsidebantur ignem subjiciunt et, Deo iudice, os qui intus erant Turci æstimant concreman- ta vis ignium concessit in Turcos, et ex eis mpsit aliquos; nullatenus autem nostrorum ullos. Instantibus deinde illis, municipium r; vivi, quos quærebant, comprehenduntur; ue, uti pridem de aliis egerant, dispertiunt ad eas, unde hostes venerant, provincias, uo futuri exsulés, destinantur. Hæc ut dicta mense peraguntur Octobri.

perfidus imperator, comperto fidelium infor- nequam elatus lætitia, facultatem residuis attribui, transito videlicet Sancti Georgii Bra- in citerioris Græciæ partes regredi. Retros cum in suæ ditionis terra vidisset, arma i eorumdem venderentur, jure jam necessita- git. Comitæ Petri Eremitæ talis fuit exitus : historiam ideo sine alterius materiæ inter- prosecuti sumus, ut eam aliis nullam impen- opem, sed Turcis addidisse audaciam mon- mus. Nunc itaque ad eos quos omiseramus, adem, qua Petrus præcesserat, subsecuti via, sed longe feliciori modestia, reverta-

## CAPUT VI.

[I.] *De Godefrido, qui duobus cum fratribus, olimam valido exercitu conflato pergīt.* — Dux ridus, Eustachii Boloniensium comitis filius, habuit fratres, Balduinum, qui Edessenæ urbi it, et post ipsum fratrem, rex effectus Hiero- æ, nunc usque regnat; et Eustachium qui io comitatu præest. Hi patrem habuerunt po- n, et sæcularis ingenii virum; sed et matrem s quidem, nisi fallor, eruditam, et ex Lotha- ingenue admodum oriundam, sed potissi- ingenua serenitate, et magna erga Deum devotione præstantem : cujus diutinæ reli- tam spectabilium debebantur, ut credimus, a filiorum. Illi plane, de quo loqui adorimur, rido, ex materna hæreditate apud Lotharingos us accesserat. Hi tres, a matris nequaquam sim- ite degeneres, cum multa armorum gloria, tum stia non minore floruerunt. Solebat narrare sa mulier, cum hujus protectionis exitum et um suorum miraretur eventum, quoddam se æ ex ore filii ducis tale præsagium, multo nam fleret aliquod peregrinationis initium. at namque se desiderare proficisci Hieroso- n, et hoc non simpliciter, ut alii, sed cum tia exercitus, si sibi copia suppeteret, magni.

A Cui secundum divinum, a quo intuebatur, instin- ctum, mirabilis super hoc postmodum opportunitas arrisit.

Tres itaque ii, maximis quos habebant oblitis honoribus, perrexere. Sed quo cæteris fratribus prudentior, eo Godefridus dux exstitit militia nu- merosiore potentior. Huic adjungitur Balduinus comes de Montibus, Rothberti Flandrensis comitis junioris patris filius. Cum nobili igitur rerum eque- strium pompa et spectabili fortissimorum juvenum frequentia, Hungarorum ingrediuntur terram; ha- bentes tamen eam, quam Petrus tenere non valuit, erga suos milites disciplinam; et duobus ante Do- mini Natale diebus, primi ante omnes Franciæ principes, urbem attingere Constantinopolitanam, B sed hospitali sunt extra ipsam.

At perfidus imperator territus, audito clarissimi ducis adventu, detulit ei reverentiam, sed minis extortitiam, præbens ei pro mœnibus, in burgo videlicet urbis, commanendi licentiam. Hospitio itaque ad imperium imperatoris accepto, ad contra- hendas undecunque paleas equisque necessaria, dux et quique suorum, armigeros proprios desti- nabant. Et cum arbitrarentur licite ac secure se discurrere posse quo vellent, clam princeps ille ne- quissimus, his qui circa se versabantur imperat, ut ducis ministros, quorumque pervadere possent, in- differenter occiderent. Quod ubi Balduino, ducis fratri compertum est, obtendit insidias; et cum suos reperisset Turcopolarum violentia molestari, acerrime eos, uti decebat, aggreditur : et Deo prosperante tanta victoria potitur, ut ex eis sexaginta comprehensis partim occiderit, partim duci fratri obtulerit. Hæc ad impii imperatoris ubi devenere notitiam, multa animadversione torquetur. Quo ejus motu cautior sibi redditus dux, burgo urbis, quo successerat, cessit, et extra fines ejus castra figit. At princeps, illati doloris non immemor, cum dies esset acclinis ad vesperum, directo eo quem co- gere poterat exercitu, ducem cum sua gente ad bella lacessit. Quos dux vehementi excepit instanta, et in fugam pulsos, persequendo coegit in ur- bem, septemque peremit eorum. His ita feliciter actis dux ad sua castra rediit, ac per quinque dies D resedit ibidem, donec ipse imperatorque confædera- rentur ad pacem. Sed sibi timidus princeps exegit a duce monitis, ut Sancti Georgii Brachium trans- iret, spondens quod omnium victualium negotia, uti haberentur Constantinopoli, eis deferri juberet, et pauperibus quoque eorum eleemosynam impen- deret. Quod et factum est.

## CAPUT VII.

[XIII.] *Aimarus Podiensis episcopus pietate et scientia clarissimus.* — Quoniam igitur de duce diximus cujusmodi huc usque comæatum habuerit, restat ut ad interioris Franciæ proceres redeamus; et qui fuerint, quave perrexerint, quos etiam even- tus habuerint, aliqua ex parte tangamus. Podiensis episcopus vir, vita, scientia, documentis et militaris

dispositionis sagacitate mirandus, cum innumera suarum partium gente per Sclavorum regionem proficisci delegit. Cujus vocabulum, quia superius me ignorare dolueram, nec per eam discere potui, cuius esse videor interpretes, historiam : per eos tandem qui in illa expeditione eum noverant, eoque usi sunt, attigimus ejus notitiam : vocabatur autem idem pretiosus vir, Aymarus.

[XIV.] *Hugo Magnus strenuissimus.* — Inter cæteros principes, initium mihi videtur a Philippi regis Francorum fratre Hugone Magno sumendum ; qui, etsi ab aliquibus opulentia ac potestate præceditur, nulli tamen quantum ad originem spectat morumque probitatem secundus habetur. Cujus in armis strenuitas, cum generis majestate serenitas, præter hæc etiam erga omnem sacrum ordinem humilitas, quam suæ ipsius nihilominus temperantiæ condiebat honestas, justissime prædicatur. Huic quidam procerum innitebantur : et si quid bellorum jure evictis gentilibus : eos obtinere contingeret, ipsum sibi regem præficere meditabantur.

[XV.] *Stephanus comes dilissimus ac liberalissimus.* — Post hunc comes Stephanus vir tanta potentia præditus exstitit, ut fama testetur tot eum pollere dominio castellorum, quot annus constat honore dierum : cujus, dum hic ageret, admodum excellens liberalitas fuit, grata satis personalitas ; consiliorum vero undecunque librata maturitas ; in rerum equestrium industria, tanta nobilitate [*al.*, mobilitate] præeminuit, ut eum tota illa sancta militia, cum in procinctu contra Turcos existeret, dictatorem sibi ac magistrum efficeret [*al.*, effecerit]. Huic sagacissima feminarum uxor accesserat, quæ Guilielmi senioris regis, qui Anglorum Scotorumque sibi regna subegit, filia fuerat : cujus prudentiam, munificentiam, dapsilitatem, opulentiamque si laudare velimus, vereor ne viro magnifico nubem ex feminea, quam et in viduitate meruit, laude feramus.

*De Roberto Flandrensi. Principes illi uxores, possessiones, etc., derelinquunt.* — Ad horum cumulandas vires, Robertus junior senioris, ad quem imperatoris missa est epistola, filius, tota animi vivacitate dirigitur : et Flandrensi comitatu, cui multa armorum magnanimitate præfuerat, ad hoc ut eorum qui pro Christo exsules fieri delegerunt, commilito vocetur, immutat. Qui huic quod cæperat negotio quam perseveranter institerit, gestorum præsentium prosecutio declarabit. Hii uxores clarissimas, cum filiis gratissimis relinquentes, quidquid in affectionibus majus est, proposito postposuerunt exilio. De honoribus possessionibusque reticeo, quæ quidem extra nos sunt. Sed illa stuporem nobis generant : quomodo maritorum uxorumque, sobole mediante imo agglutinante charitates, sine alterutrorum periculo ab invicem divelli poterant.

[XVI.] *Roberti Northmanniæ comitis laudes.* — Denique Robertum Northmanniæ comitem tacere mi-

nime convenit : qui quidem corporis pondus, lenitatem [*al.*, levitatem] quam hic habuerat **385** voluntatis, nimiamque effusionem pecuniæ animi esculentioris, non sine majori somnolentia, celebriori petulantia, fluxum, ea qua in Dominico viguit exercitu perseverantia et virtute piavit. Isti adeo naturaliter insita clementia fuit, ut in eos qui penes se reatum prodicionis ac judicium mortis inciderant, ulcisci non sineret ; quin etiam si qua accidissent, eorum infortuniis illacrymaret. Cujus quidem in rebus bellicis audacia, et quantum ad parvas machinationes, quibus multos fedari cernimus, nulla versutia, merito laudaretur, nisi quibusdam tacenda indignitatibus urgeretur ; quod totum jam tamen ei condonari debet, quia pro his horumque similibus, Deo ei temporaliter retribuente, carceralem, amisso omni comitatus honore custodiam fovet.

#### CAPUT VIII.

[XVII.] Cum istorum quos de sua quisque provincia secum traxerat inclytis ordinibus, mediocrium principum exiti multitudo. Quorum numerositas, quia nostram videtur obnubilare notitiam, in præsentem suprimimus, habituri meliorem, processu historiæ, quosdam forsitan exprimendi causam. Unius enim, duum, trium, seu quatuor oppidorum dominos quis numeret ? quorum tanta fuerit copia ut vix totidem coegisse putetur obsidio Trojana.

Eo tempore cum inter regni primates super hæc expeditione res fieret, et colloquium ab eis, cum Hugone Magno, sub Philippi regis præsentia, Parisiis haberetur, mense Februario, tertio Idus ejusdem, luna eclipsim patiens, ante noctis medium, sanguineo paulatim cœpit colore velari, donec incruentissimum tota horribiliter est conversa ruborem. At ubi auroræ crepusculo naturæ rediit, circa ipsum lunarem circulum insolitus splendor emicuit. Quadam autem æstivi diei vespertina irruente hora, tanta ab aquilonis plaga efflagratio apparuit ut plurimi e domibus suis sese proriperent, quærentes quinam hostes provincias suas adeo gravi ambustione vastarent. Visæ sunt præterea non multo post tempore, mense Aprili stellæ noctu, ac si pluvia dense de cælestibus labi. Quod in tantum apud plerasque Ecclesias portento simile, quod et fuit, habitum est, ut litaniis pro hoc ipso quod significatur damno avertendo instituerent, et scriptis tempus et eventum traderent. Mense rursus Augusto, sexto Idus ejusdem, ante solis pene occubitum, luna pars prope media est in nigredinem, multis intuentibus, versa, ubi dicendum, quod licet luna in pleniluniis naturaliter patiatu defectiones, sunt tamen aliquæ in ipsis colorum ejus mutationibus portensiones. Unde et in pontificabilibus et regum gestis exinde solent fieri adnotationes. Visa sunt et alia pleraque quæ narrare supersedimus.

[XVIII.] *Raimundus comes S. Egidii proficiscitur cum aliis.* — Ad extremum Sancti Egidii comes Raimundus, non ad sui vilitatem, sed pro summa ponitur. Qui, quia in supremo Franciæ limbo

tur, quanto minorem operum suorum nobis præbuerat, tanto hujus seriem historiarum principii usque ad finem, maximæ suæ et constantiæ monumento nobilitat. Qui naturali cuidam suo filio comitatu quem relicto, propriam conjugem, cum filio quem exegerat unico, secum duxit. Erat autem nostris principibus ætate maturior, et nisi quantum ad garrulos hominum Procerum mores spectat, nulli inferior. Cum ergo summa fortissimorum militum manus, ea qua proficisci solemus via, usque in Apuliam venissent, ex calore insolito, quæ tunc erat æstas corruptione aeris, de escarum insolentia, viri perniciem nimiam contraxerunt infirmitatis rursus. Ad diversos itaque sese contulerunt, viri mare, portus.

disium plures, hos suscipit avius Ydrons, piscosi patuerunt æquora Bari.

[.] At Hugo Magnus, non expectata suorum um com principumque comitia, nimis inconcinnis præpropere adito Bari portu, naviga-

tionem prospera devehitur Dyrrachium. Considerandum namque sibi fuerat, quia ad tantarum expectationem personarum, ad tantas equitum pedumque copias, totius Græciæ, ut ita dixerim, fundamenta tremuerant. Et licet aliorum procerum multo major, quam ipsius, apud nos reputaretur auctoritas, apud externos tamen, præsertim apud inertissimos hominum Græcos, de regis Francorum fratris prævolarat infinita celebritas. Cum ergo dux imperatoris, qui ibidem commanebat, non magna hominem spectabilem attendisset cinctum manu, subripuit [L. subrepsit. E. P.] illius animo ex tantæ solitudinis opportunitate nequitia, illumque comprehendens, præcepit Constantinopolim ad imperatorem cum multa provisione ac reverentia duci; ob hoc solum ut fidem timido principi daret quod per eum vitæ suæ et honoris prorsus indemnis existeret. Is ergo illustri viri casus, maximam sequentium procerum fortitudini enervationem intulit. Idem namque facere quod ab isto exigebat, seu vi, seu clam, seu precario cæteros coegit principis fraudulentæ astutia. Sed jam finis huic libello accedat.

## LIBER TERTIUS.

### CAPUT PRIMUM.

[I.] *De Boemundo Roberti seu Wiscardi filii.* Ex cunctis fere occidentalium partium regionum innumerabilis exercitus appulisset Apuliam, ad Boemundum Rotberti, qui Wiscardus dicitur, filium, singularis magnificentiæ virum, tantis multitudinis pervenit verbum; is tunc in Amalfitanis obsidione compresserat. Cuiusmodi de ea quæ confluebat gente supervesciscitatus itineris causas, audit quia quædam gentibus, imo Dominicum sepulcrum et ibidem loca ignominiose habita, ab eorum locis eximere properarent. Nec ei demum taciturnitas quot cujusque generis, quantæque excellens viri, relictis, ut sic dicam, honorum majestatis hæc peragenda quam inaudita aviditate pererant. At ille interrogat an arma deferant, an peras, an aliqua hujus novæ peregrinationis præferant, quæ ad ultimum in bellis signa nent. Respondetur: Arma plane Francisco constant. Crucis autem figuram, aut in humeris, sibi libet, ex qua volunt materia vel pannotum est ut vestibus assuant. Remota autem nti, varietate signorum, humiliter in bellis rque conclamabant. DEUS IN VULTU. Ad hæc dis excitatus a fundo, Deo inspirante, comur, et pallium pretiosissimum jussit afferri. Et per cruciculas fecit incidi, suaque sibi ta, suis, qui id ipsum quod voverat affectaruces apponendas expendit; nam milites qui illa obsidione obsequabantur animo repente

PATROL. CLVI.

C mutato, ipsum, quod suus ipsorum Dominus, iter aggrediebantur. Tanta autem ad id voti tunc militum multitudo confluit ut frater ejus, Siciliæ comes, Rogerius, admodum doleret quia in ea obsidione omni pene suorum fidelium solatio fraudaretur.

[II.] *Boemundi Northmanni res gestæ.* — Sed paucis expediendum est, quo sanguine cretus; quibus idem Boemundus ad hoc honoris sit promotus accessibus. Robertus quem agnominari Wiscardum diximus ex Northmannia exstitit oriundus, et tenui satis loco natus. Is a nativa quam præmissimus regione utrum sponte egressus nescio, an pulsus, pedes in Apuliam abiit; ibi equos et arma, quibus eques fieret, qua potuit arte, commeruit. Inde castella quædam, contractis jam undecunque qui sibi auxiliarentur prædonibus, non absque nævo tamen proditoris usurpans, aliaque perinde crebris incursionibus fatigata occupans, etiam urbes præditas obsedit, et ad necessitatem deditiois impulit. Et, ut paucis absolvam, tantopere novus homo suæ loca dominationis extendit, in tantum quæ voluit quæque perdomuit, ut sicut in epitaphicis ejus versibus dicitur:

*Urbe expulerit eum,*

*Quem Ligures regem, Roma Lemannus habet:*

Henricum videlicet Augustum, virum utique innumeris, imo fere jugibus victoriis fortunatum.

*Parthus, Arabs, Macedumque phalanx non texit*

[Alexim]

*Græcorum, qui nobiscum sæpe agit, principem.*

Sed sæpenumero eum subigens, nisi veneni haustus ei subito vitam præripuisset, caput coronatum infra paucos, ut dicitur, dies, Constantinopolitanis sedibus intulisset. Videat qui vult hodie filii ejus Boemundi potentiam, qui veterum oblitterata vilitate parentum, Philippi regis Francorum filiam duxit in conjugium, et prædicti Alexis aggressus est obtinere violenter imperium. Rogerio igitur fratre ejus remeante Siciliam; et prope omnimodam gentis suæ amissionem, quæ tota Jerusalem videbatur itura, dolente.

*De Tancredo Boemundi nepote.* — Idem Boemundus contractis, quæ ad tantam professionem necessariæ erant, copiis, conscensis cum suo exercitu navibus, aura famulante secunda, littori Bulgarico, feliciter evectus, exponitur. In cujus comitatu cum multa equestrium virorum probitas, tum principium non parva sublimitas exstitit. Inter quos, Tancredum, marchionis eujusdam ex Boemundi, nisi fallor, sorore filium; cujus frater cum Hugone Magno præcesserat, cui Guillelmus erat vocabulum, et quemdam qui dicebatur de prima civitate Richardum nominatiores agnovimus, virum sane pulchra corporis habitudine spectandum, quem pro Constantia, Boemundi conjuge, ad Franciæ regem vidimus legatione perfunctum. Ingressus igitur cum suis Bulgariæ regionem, multam opulentiam eorum quæ ad victualia pertinent repererunt. Et cum ad Andropolitanam devenissent vallem; ibidem donec tota eorum classis perenatasset et allaberetur, exspectaverunt. Tota igitur 387 gente coacta; collectis proceribus consilium cum eis communicat, pari omnium indictione præcipiens ut, per Christianas transitum habituri gentes, benigne innocenterque se agerent, nec eorum patriam depopularent, pro quorum suffragio venisse debuerant; ea solum, et quam pacifice, dato tamen pretio, acciperent, quæ ad victualia sufficere possent. Processerunt inde, et dum de urbe in urbem, de rure in rus, de oppido transierunt in oppidum, uberrimum ubique reperere commercium, donec in eam quæ vocatur Castoria devenere provinciam; ubi et Dominicum solemniter celebravere, Natalem, commoratique sunt aliquot diebus ibidem.

Quæsierunt igitur a provinciali gente negotium, sed ipsi noluerunt eis præbere consensum eo scilicet quod vererentur eos, militares illos æstimantes, non peregrinos, et quia vellent exterminio terram tradere ac perimere illos. At illi modestia, quam habuerant, in furorem versa, diripiebant equos, boves, asinos, ac quælibet sibi utilia. Egressis tandem de Castoria occurrit Pelagonia, ubi quoddam hæreticorum castrum reperiunt, quod undique aggressi, ad suum subdi coegere imperium, et igne subjecto, combusserunt cum suis habitatoribus castrum. Inde ad fluvium perveniunt qui dicebatur Baudarum [al., Bandarum]. Progressus est ergo Boemundus cum aliqua suorum militum parte, in manu autem cujusdam sui comitis partem dinisit

A residuam. Quod imperatoris, qui inde non procul aberat, dum comperisset exercitus, comitem, ducis qui præcesserat destitutum præsidio, aggreditur, et comitis socii repentina hostium incursione turbantur. Perveniunt hæc ad aures Tancredi fortissimi, et dicto citius retrogradum sumens iter, seque in flumen præfatum projiciens, ad eos qui impetebantur tranando pervenit: et duo pene millia secum auxiliatorum, qui post ipsum enatuere [al., enataverunt], contraxit. Hostes reperit, et contra suos acriter confligentes, acriori, ut par erat, animositate pervasit: nec mora, subegit. Apprehensi itaque ex eis plurimi, ante Boemundi præsentiam deducuntur, et in vincula conjiciuntur. Ad quos idem princeps: « Cur, inquit, et Christi et meam insequimini gentem? Ego imperatori vestro nihil eversionis molior. » E contra illi: « Ex nostra deliberatione nil agimus, togam [al., rogam] principis emerituri, militiam professi sumus, et quidquid nobis præceperit, necessario prosequemur. » Quod vir egregius cum audisset, impunitos ac irredemptos, illico laxavit abire. Quarta feria, quæ apud Christianos est Caput vocata jejunii, bellum istud factum constat.

#### CAPUT II.

[III.] *Fœdus cum Boemundo fraudulenter init imperator.* — Alexis imperator comperti viri eximii facinore, uni ex suis necessariis, cujus potissimum innitebatur consilio, tunc mandavit ut magnanimum cum suo exercitu ducem per terram suam honorifice deduceret, donec ad sui præsentiam Constantinopolim deveniret. Cumque per ipsius imperii municipia et urbes transiret exercitus, regionum quarumque incolis imperiale jubebat edictum, quatenus ei satagerent comportare copiam rerum undecunque venalium. Sic autem militiæ illi per provincias properare dabatur ut nullus eorum qui Boemundo cohæserant, intra cujuslibet civitatis muros ingredi permitteretur. Nisi sunt autem iidem milites irrumperere quoddam castrum, bonis quæ tunc videbantur competere opulentum. At vir ille illustris id vetuit, partim ne terræ jura turbaret, partim de imperatoris tenerum adhuc animum offenderet, imo ne pacta cum eo per internuntios recens facta cassaret. Unde cæptam ineptiam, ægre ferens, iratus suis qui cæperant, et specialiter Tancredo, repressit. Id vespere contigerat. Mane autem facto, procedunt castrenses, et præ se crucis vexilla ferentes, ad Boemundi conspectum cum multiplici humilitate et religione contendunt. Ipse vero affabiliter eos ac mansuete admittens, indulta eisdem sua gratia, a se lætabundus emisit.

Denique ad quamdam deveniunt urbem, quæ Serra vocatur, ubi sua fixere tentoria; nec illis diebus congrua sibi defuere commercia. Ibi Boemundus cum duobus præfectis palatinis in concordiam rediit. Unde pro eorum novo fœdere, et pro jure servando provinciæ, jussit restitui quidquid incolis sublatum fuerat prædæ. Exinde alterius, quæ dicitur Rusa, civitatis fines attigerant, et ecce, Græcorum

secum vulgus, illi nobili obviam viro concur-  
 quælibet venalia pro tempore conferebat :  
 , triduo ante cœnæ Dominicæ diem, castra  
 re. Boemundus autem proprio illic comitatu  
 o, Constantinopolin proficiscitur, paucis secum  
 us eductis, cum imperatore colloquium habi-  
 Interim Tancredus procurabat exercitum, et  
 ridet quousque, jam exhausto marsupio, victui  
 aria difficulter emere, proposuit apud se,  
 tritam viam desereret; et ad partes minus fre-  
 tatas itinerantium assiduitate, suos deflecteret,  
 rgior emendorum affluentia cunctis suppeteret.  
 it igitur eos a strata publica, vallemque di-  
 um alimentorum ubertate confertam, **SSS**  
 rioribus suorum consulendo, subintrat; in  
 Pascha Dominicum debita populus cum ipso  
 one concelebrat. At Alexis Boemundum ad se  
 comperiens, plurimam adventanti reveren-  
 ussit impendi, et hospitalia in ipsius civitatis  
 præberi. Quo recepto, ad colloquium accersi-  
 ensisque apud ipsum secreto acturus exci-

A in latitudine. Frangitur illustris hominis hac pollici-  
 tatione severitas; nec differt sacramenta tyranno,  
 et quod Hugo Magnus cum necessitate, tum pecunia  
 lenocinante juraverat, hoc is eo consensit, tenore  
 jurare, ut « si Alexis ea qua jurando [al., viro]  
 pasciscebantur [al., pasciscebatur] infringeret, ille  
 ab his, quæ jurejurando firmaverat, liber esset. »  
 Sed si quis percunctetur quare is et alii a suo sint  
 rigore, ad deferenda tyranno sacramenta, deflexi;  
 sciat proceres suorum in Domino commilitonum  
 subvenisse necessitati, quibus erat multa penuria,  
 si mercatum euntibus negaretur stipendii. Alexis  
 quoque nihilo secius et ipse nostris fidem sacramento  
 præstiterat, quia « ipse cum eis, suo pariter comi-  
 tante exercitu, deveniret, terraque marique juvaret,  
 B ac utrobique convehi victui emenda juberet; si qua  
 etiam illis evenire damna contingeret, siue immi-  
 nutione restitueret ad supplementum [al., supre-  
 mum]; neminem in hac expeditione vexari, lædi,  
 occidi, aut vellet aut sineret, quantum sibi facultas  
 suppeteret. »

## CAPUT III.

] Interea dux Godefridus, cum fratre Bal-  
 ac deinde Sancti Egidii comes, utrique cum  
 non exigua, attigere Constantinopolitana sub-  
 Tunc Alexis perfidus, qui olim contra Tur-  
 xilliorum putabatur avidus, acerbitate ranco-  
 frepduit, et qua fraude tot militias, sibi, ut  
 it, ingruentes, turpi præcipitare exitio sæpe  
 it. Sed Deus, cujus illa pia ægmina ducebant  
 stinctu, ita eos est tuitus ut nullus ad eorum  
 em nequissimo pateret locus, imo, omni pos-  
 te succisa, gravis misero incuteretur metus.  
 æ visis confluentium cuneis, Constantinopo-  
 turbantur; consiliumque quæsitura, glome-  
 . Dum enim timent ne civitas supervenien-  
 numerositate prematur, et eorum provinciæ  
 alationi tradantur, in consilii habiti eventila-  
 reperiunt, quatenus sacramentum exigat ty-  
 s a Francis « quod nunquam sint sibi nocituri  
 is. » Quod ubi fuit nostrorum primoribus agni-  
 magna est illico subsannatione contemptum.  
 nderant plane quia si quo pacto primos exer-  
 a cæpto exerrare contingeret, tot tantosque  
 stipendiorum inopes factos, contra ea quæ  
 nt sacramenta, perfido principi inferre præ-  
 porteret. Et certe, « si nobis, inquit, nullus  
 beret timor futurorum, id solum, quod per  
 los istos, omnium inertissimos, jurare coge-  
 , nobis esset sempiternæ pudendum. Plane eos  
 os minime ambigimus, quia, velimus nolimus,  
 m imperio paruerimus. »  
 hæc imperator, fortissimum Boemundum ag-  
 ur, et muneribus parat allicere quem plurimum  
 stur. Bello enim eum sæpe vicerat; et ideo illi  
 quam cæteris imminabat quem suum specia-  
 æmulum agnoscebat. Spondet ergo ei quin-  
 dietum itinere terram eidem se daturum,  
 Antiochiam, in longitudine, octo nihilominus

[V.] Comes præterea Sancti Egidii, cum castris  
 suis occupasset Byzantia suburbia, pars vero mili-  
 tiæ neædum ad integrum convenisset, cœpit tyran-  
 nus comitem sollicitare per nuntium, ut, uti alii  
 fecerant, facere et ipsi sibi pateretur hominum.  
 Mandabat hæc tyranni insolentis astutia, sed e con-  
 tra, quomodo nequissimi ulcisceretur invidiam,  
 comitis gloriosi cœperat jam secum ruminare pru-  
 dentia. At principes, dux utique Godefridus, Hugo  
 Magnus, Robertusque Flandrensis, et cæteri dixe-  
 runt quia nunquam contra aliquem qui Christiano  
 censeatur agnomine, arma portabunt. Insuper et  
 Boemundus intulit quia si bellum imperatori move-  
 ret, et sacramenta securitatis abnueret, imperato-  
 riæ ipse adminiculum partis existeret. Itaque comes  
 communicato cum suorum quoque necessariorum  
 consilio [al., cum suis consilio], « vitæ ac honoris  
 indemnitate, » jurat Alexi impio, quod « nec per  
 se videlicet, neque opitulando alii, illius faveret  
 exitio. » Cumque ei verbum de hominio replicas-  
 sent, dixit se capitis malle subire periculum quam  
 tali modo se ei fore obnoxium.

D Interea Boemundi exercitus Constantinopolitanis  
 arcibus propinquabat. Tancredus itaque, sacramen-  
 tis quæ exigebantur ab imperatore compertis, cum  
 ea quam ductabat omni pene Boemundi frequentia,  
 Sancti Georgii celeriter Brachium prætergreditur.  
 Ad hæc, Sancti Egidii comitis exercitus, per ejus-  
 dem urbis confinia castra ponendo dispergitur. Qui  
 comes ibidem cum suis copiis aliquantisper desi-  
 dere disposuit. Boemundus etiam cum imperatore  
 remansit, ut cum eo valeret tractare licentius, qua-  
 tenus imperiali edicto, pro convehendo victualium  
 undique negotio, gentibus trans Niceam positis  
 denunciaret. Godefridus autem dux, qui præcessa-  
 rat, cum Tancredo **SSS** pervenit Nicomediam,  
 Nicomede auctore, qui subegisse Cæsarem, et non

triumphasse, in triumpho cantatur insignem, et triduo cum suis uterque copiis mansit ibidem. Pependens itaque dux quibusdam vias præpediri obicibus, nec facultatem suppetere, qua tanti numerositas exercitus Nicæam valeret adire; quoniam eam, qua Petri eremitæ homines transierant semitam, tanta non posset ullatenus multitudo prætergredi, direxit ante se tria hominum millia cum ascis atque securibus, qui callium præpedimenta dirimerent, iterque fieret liberum, aperiendo angustias usque Nicæam. Erat autem via incredibiliter ardua pernicis scrupea, et minacis proceritatis montana procedens : quam, qui præmissi fuerant, excisis cautibus dilatantes, cruces ferreas ligneasque stipitibus imponebant altis : ut nostri non exorbitarent a tramite, signis eminus stipitum visis. Tandem venere Nicæam, quæ totius Romanicæ metropolis est civitas, Bithyniæque caput, trecentorum decem et octo Patrum synodo clara; sed Omousii assertionem, et Arii damnationem præclarior : pridieque Maii Nonas, circa urbis territorium castra sedere, tertio ex quo a Nicomedia recesserant die. Antequam autem Boemundi adventaret exercitus, tanta panis ibi dicitur exstitisse penuria, ut unus panis aut vicenis aut tricenis denariis venderetur. Ai Boemundus ut adfuit, maximas quorumque venalium copias, teraque marique evexit [*al.*, convexit, contraxit], statimque omnium usui aptorum opulentia repentina confluit.

#### CAPUT IV.

[V.] *Nicæa obsidetur a Francis et capitur.* — Dominicæ ergo die Ascensionis, cœpere pro muris urbem undecunque pervadere, et machinas instruere, phalax erigere, instaurare phalaricas, murorum ac turrium gyros frequentibus per ambitum pulsare balistis. Tanta autem animorum acrimonia obsessio urbis incipitur, ut solius bidui infra spatium, muros effoderent. Verum Turci, qui civitatem obtinebant, ad alias nuntios civitates dirigunt, quo ad eos, scilicet opem laturos, conveniant : eo utique modo, ut indubitanter per meridianam portam introeant, quoniam ea pars ab obsidione sit libera nec opitulanti voluntibus illic ipsis ullus obsistet. Unde contigit ut ea ipsa die, cum Sabbatum post Domini Ascensionem esset, a comite Sancti Egidii, et a Podiense episcopo portæ aditus muniretur. Accidit ibi res clari nomine digna facinoris. Egregius namque comes isdem, cum fidens ad Deum, tum fortis et aptus ad arma, nec minus instructissimo cinctus exercitu obvios habuit auxiliariorum cuneos properantes in urbem. Qui animo divinæ subsidio virtutis innixi, aggreditur Turcos et superat, compellit in fugam, partemque eorum maximam truncat. Sed fœde repulsi, novas intendunt conflare copias : quarum fisci adminiculo cum multa exsultatione iterare bella decernunt, advectis pariter secum funibus : quibus nostros ligatos Corozaniam abductare proponunt. Hac ergo spe dum extolluntur inani, ex supremo montis, qui urbi prominebat,

A pedentem alter post alterum cœpere progredi. Qui a nostris gratanter, ut decebat, excepti, cæsa sua capita, pro testimonio nostrorum victoriæ, reliquerunt. Quæ post eorum fugam balistis ac fundis ad terrorem gentilium, projiciebantur in urbem.

At beatæ memoriæ Podiense episcopus, et Sancti Egidii comes Raymundus, infirmando urbis statui insistentes, turrim quamdam, quæ erat ipsorum contigua castris, factis subter ad ejus fundamenta enervanda cuniculis, destituere aggressi sunt. Fossoribus igitur ad hæc efficienda locatis, cum arcibalistis, et arcubus, et balearis habenæ tortoribus, pariter suffodientium defensores adduntur. Itaque usque ad soli subsidentis extremitates arce succisa, nutabundum interim parietem tignis asseribusque sustentant, et penitus ædificii calce jam diruto, sic ignem subjectis trabibus inde subjiciunt :

Ast ubi nubila nox indixit utrinque quietem,

Lapsa facit subitam turris castrata ruinam :

Tempora sed noctis quia sunt minus apta duellis,  
Francigenæ cessant, ne Turcos nocte lacessant.

Illico tamen Turci, pro suæ salutis tuitione solliciti, tota sagacitate consurgunt : et murum tantæ ibidem fortitudinis, tanta celeritate restituunt, ut postridie nullum eos lædendi valerent nostri reperire locum. Interea loci, recens adveniunt viri, armorum gloria celeberrimi, comitesque ditissimi, de quibus supra egimus, cum frequentibus quæ sibi cohæserant militaribus; ad quorum adventum omnis ille Domini conjubilavit exercitus : Northmannorum scilicet comes Robertus, et Carnotensis comes Stephanus.

[VI.] Igitur Boemundus, urbem obsedit a fronte, et Tancredus a latere; tertio loco, dux Godefridus; quarto, Flandrensium comes; quinto comes Northmannicus; sexto Sancti Egidii comes, et Podiense episcopus. Ita vero eam obsidere intendunt, ut nullum introeundi exœundique obsessi reperire quirent aditum. Erat ergo ibi considerare collectum totius Francorum militiæ, nobilitatis, prudentiæ, armorumque claritudinis **300** florem; quos in equestri loricorum galeatorumque decore, ii qui exercituum quantitates pensitare didicerant, centum circiter millia putavere. Porro pedestris populositatem turbæ, et illorum numerum qui assectabantur equestribus, posse ab aliquo supputari non æstimo penitus. Plane, non modo quæ a clientibus sive mancipiis solent præberi officia militaribus personis, deferebantur a talibus; sed ad absidiones, ad prælia, adeo eorum fuerat virtus, et instar leonis audacia necessaria majoribus, uti solent arma vel utensilia quælibet, bello seu opere exercendis, opportuna aliquoties esse manibus.

[VII.] Dicere nullus	Sermo valebit,
Quanta per ipsum	Tempus ibidem
Armipotentum	Fulsit honestas.
Tam generosi	Germinis agmen
Nulla coisse	Terra per orbem,
Viderit usquam.	Singula si vis



i retexam,  
 i dicam :  
 ueat horum,  
 parare.  
 arentum,  
 giorum :  
 domus sunt ;  
 cura  
 ue cruoris  
 i trahatur,  
 inertiem ?  
 re fertur.  
 a cingi,  
 us equorum  
 alerarum  
 e placebat :  
 rior haustis  
 ne flavo  
 is eodem  
 videres,  
 crebro  
 it arcus [al., artus]  
 ica duros.  
 ius ossis  
 arat illos  
 Turcos,  
 us illis [al., illic]  
 i quique  
 um ; vis.  
 nopina  
 nostros  
 lerat : tunc  
 nere.  
 ia morte.  
 t audax  
 melioris  
 robarit.  
 ia mentis  
 lit omnis  
 digni  
 pararent.  
 nis honesti  
 at actum,  
 rium Scythicos non his conferre triumphos  
 nus ; aut sciri poterunt molimina Cyri  
 viro Thameris, quæ clauserat utre cruoris.  
 is eventum, bone Pyrre, tuendo Tarentum.  
 num garris nova sumere prælia barris.  
 balis comites semel et bis, terque Quirites  
 etem cædunt : victi tamen urbe recedunt.  
 : indemnis sub Cæsare pugna decennis.  
 o jactura per Gallica mansio rura.  
 us huic operæ breve, prospera cuncta fuere  
 Deus esset in his ; probat optimus omnia finis  
 rit cui mors cum martyre gloria fit fors,  
 nis eget, taxat, quia crimina pœna relaxat.  
 II.] Quamdã ejusdem urbis partem objectio  
 onge lateque stagnantis, ambierat : unde ho-  
 abmissis ratibus, liberum exeundi inrandique

Factaque passim  
 Aut genus, aut vim  
 Non erit ille [al., illic]  
 Ecce, relicta  
 Fœdera vitant  
 Pignora sordent,  
 Fervet in omni  
 Martyriorum.  
 Omine fusi  
 Quis reperire  
 Quisque leonis  
 Ergo Nicææ  
 Cernere gratum.  
 Flore nitebat,  
 Forma sonusque  
 Lux thoracarum  
 Solibus ibat :  
 Cassis et umbo,  
 Fulgidus exstat.  
 Turbinis instar,  
 Volvere muros.  
 Cuspis eorum  
 Obtudit enses  
 Vulnus acutos.  
 Mœnibus altis  
 Lignea turris.  
 Prælia fervent :  
 Spicula torquent.  
 Jactus inanis.  
 Quosque supinat.  
 Cœlica fortes  
 Corpora fatis  
 Quærere gaudent  
 Marcidus omnis,  
 Redditur istic :  
 Optio vitæ  
 Laudis Javaræ  
 Inde procul sunt.  
 Iddare Christum,  
 Nominis auram,  
 Nec sibi quisquam,  
 Quidlibet egit,

A videbantur habere meatum : ex quo etiam ligno-  
 rum pabulique fiebant eis, et quorumcunque deve-  
 ctiones utilium. Quamobrem proceres, coacto con-  
 cilio, sua omnium assertione decernunt, ut ad prin-  
 cipem Constantinopolitanum legatio destinetur, quæ  
 suggerat naves quamplurimas Civizenam [al., Cizi-  
 cenam] usque urbem debere perducì, ubi portum  
 constat haberi ; ac deinde bonum sine numero paria  
 conglobari, qui eas per montanas silvasque con-  
 vectent, donec prædicto inserantur lacui. Nec mora,  
 velox operis exsecutio deliberata ac expostulata,  
 principe maturante, prosequitur : pariterque ii qui  
 vocantur Turcopoli, quos non alios quam familiares  
 ejus militias intelligimus, diriguntur. Adductis ergo  
 prout principis urgebat imperium, puppibus, ipsa,  
 qua deportatæ sunt illic siluerunt die, at noctu eas  
 intruserunt lacui, et cum eis Turcopolos armis in-  
 structissimos. Mane itaque classe composita, cum  
 multa modestia, ac si ex eorum vectigalibus essent,  
 proficiscebantur ad urbem. Turci quibus erant ista  
 spectaculo mirabantur, ambigentes, an sua ipso-  
 rum, vel imperatoris hæc eadem esset evectio. Post-  
 quam vero ea quæ viderant hostilia fore noverunt,  
 timore lethali extabuerunt, sed quantum illi lamen-  
 titis et fletibus, tantum nostri indulserunt gaudiis,  
 gratiarumque Deo repensarunt plausibus.

B Reddidit igitur id ipsorum infortunium ho-  
 stes usquequaque defectos, jamque de suis et au-  
 xiliariorum viribus desperantes, imperatori missa  
 C legatione promittunt quia deditionem facerent urbis,  
 si eos cum uxoribus et filiis abire licere, apud Fran-  
 cos impetraret, permissis una substantiis. Quorum  
 tyrannus petitioni gratantissime favens, non solum  
 impunitate donavit, sed etiam summo sibi sarcien-  
 dos amore, Constantinopolim usque contraxit. Cujus  
 infidæ per omnia menti, principalis in hoc opere sub-  
 jacebat intentio, quod si Francorum discrimini lo-  
 cus forte ullus aliquando pateret, penes se ipsos  
 haberet quos eisdem opportune objiceret. Septem  
 hebdomadis tribusque diebus hac sunt obsidione  
 detenti, et ex nostris plurimi munus ibidem rece-  
 pere martyrii. De quibus indubie sententia profe-  
 retur quod qui mortis exitio sese pro fidei objecere  
 D justitia, inter eos profecto apud Deum censeantur, qui,  
 sanguine in pretium dato, præmia meruere cœle-  
 stia, nec eos illis impares dixerim qui famis occu-  
 buere miseria. Hoc enim ibi modo periit | multitudo  
 perplurima. Si namque juxta prophetam, quod his-  
 torialiter dicere liceat, « Melius fuit occisis gladio  
 quam interfectis fame (Jerem. iv, 4), » qui procul du-  
 bio cruciatu diuturniore sunt moriendo torti, non  
 erunt, ut credi fas est, absque corona nobiliore  
 martyrii.

## CAPUT V.

[IX.] Civitate itaque reddita, et Turcis Constan-  
 tinopolim ductis, tyrannicus ille princeps, nimium  
 de urbis restitutione gavisus, nostrorum primoribus  
 munera infinita largitur ; et quibusque pauperrimis  
 eleemosyna copiosa tribuitur. Ex quo mediocribus

exercitus personis, quas magnificentia illa est visa prætergredi, multa fuit invidentia contra principes ac similtas ingenita. Nec, juxta quemdam modum id prorsus injuria. Hii nempe exercere prælia; ad hos attinuit totius obsidionis effectus, molium vectiones, machinarum balistarumque impactio. Hii, inquam, ut breviter claudam, portaverunt pondus diei et æstus. Prima igitur die qua ab urbe recepta digressum est, pontem quemdam pervium habuerunt, circa quem biduo continuato manserunt. Tertia autem die cum expromeret jam tenuis aurora crepusculum, surrexerunt nostri, et dum adhuc dubia sub luce cæcutiant, bivio scinditur in uno, et biduo integro sub duobus disparati profiscuntur agminibus. In altero agminum Boemundus erat, Robertus ex Northmannia, Tancredus quoque cum plurima militia; a comite Sancti Egidii, duce Godefrido, Podiensi episcopo, Hugone Magno, comite Flandrensi, per avia quædam adducebatur alterum.

*Turci Francos impugnant.* — Tertia denique die in Boemundum, comitesque ejus, sit Turcorum infinitæ multitudinis, cum repentina, tum terribilis, et prope non ferenda collisio. Videres eos scenice super nostrorum, qui putabatur, timore garrere, æstimantes eos ex inopinata incursione terreri, et bellicum, quod consueverant, signum terrificis suæ linguæ vocibus inclamare. Licet ergo vir eximius, manu impeteretur enormi, non amisit timore consilium; sed confestim sistere gradum præcipit omnibus, et papilionibus devolutis, jussit celeriter castra consterni. Priusquam vero ea quæ præceperat explicarentur, propriis militibus infit: « Si vos meministis militiæ quam professi estis, considerata necessitate quæ urget, ite: viriliter eis occurrite, honorem, pariterque vobis vitam defendite. At, vos pedites, tentoria diligenter extendite. » Quo dicto citius expleto, ecce eos Turci subita prævolatione obambiunt, spicula jaciunt, pugnaque, pro more, fugaci, pectoribus sagittas incussere sequentium. Franci vero proposito fidelis memores, nec semper celebris suæ virtutis ignari, licet evidenter agnoscerent tantæ numerositati se impares, tamen obviare furentibus vivaci animositate contendunt. Illic comes Northmanniæ, recordatus, uti decuit, paternæ bellicositatis et nobilitatis avitæ magna illico armorum exercitatione, hostiumque repulsiõne, defensionis exempla exercitui nostro, aliquantisper exterrito, præbuit.

Adfuit etiam Deus ut feminarum quæ comitabantur non illic quoque illis deesset instantia; ipsæ enim aquas recreandis militibus, quam sedulo deferrebant; sed multo vigilantiores instigationibus eos suis ac monitis, solertioresque reddebant quam illata fierent unda recentes. At ubi Boemundus moneri cœpit tanti inæqualitate congressus, iis qui devia sequebantur, illico nuntio mediante, notificat comiti Sancti Egidii Raimundo, duci Godefrido, Hugoni Magno, Podiensi episcopo, aliisque eorum comitiæ ut celerius advenire præproperent, non ob

A aliud, sed ad holla quæ imminet. « Si inquit, prima penes Turcos pugna rudimenta videre colibeat, jam sunt quæ vultis, præsto venite. » Ducis itaque nomine dignus, specimen militiæ Godefridus, et ab ea quæ regi competit, fortitudine non degener, imo pardalica, ut sic dicam, animositate patrisans, Hugo Magnus, cum suis primicipiis, quadam epulari alacritate concurrunt. Deinde Podiensis episcopus, non modo multis quibus emicat armis, sed monitis precibusque sacris communiit ipsum:

Sique foret tepidum, fervescere compulit agmen.

B Ad extremum sicut erat ætate gravior, experientiaque instructor, et consiliis idcirco securior, comes Sancti Egidii Raimundus Provincialium suorum manipulis succenturiatus erupit. Superinspecto igitur hostili exercitu tanta nostris admiratio increvit, ut nil aliud mirarentur, nisi ubi gentium ubive terrarum tam infinita coaluerit multitudo. Erant autem Turci, Arabes, ac Sarraceni, quorum inter hostes et numerus et dignitas eminebat; copia minus patens, de auxiliariis et minus celebribus populis erat. Videres montium juga de hac collectione profana, et collium convexa densescere, innumerabilibus frequentis omnia operiri campestria.

*Suos milites hortantur duces ad pugnam.* — Priores itaque cum sibi subditis commonitorium habuere sermonem: « Si Deo, inquit, hanc quam exercetis militiam devovistis; si patrias, si domos, si conjuges, si liberos, si denique corpora contempsistis, et ipsa quietiam sola resederunt gloriosis exponenda martyriis, quid vos ad istorum considerationem, precor, exterreat? cum unius vestrum ex Deo fida sagacitas, totius hujus vilissimi vulgi superstitione prævaleat. Si hic vobis fuerit obeundum, regnum vos cœleste manet, felici obituros exitio; si vivendum, expectat vos, si de fide præsumistis, certa victoria; post victoriam, gloria; post gloriam, major audacia. Ad hæc ex hostium divitiis opulencia copiosa. Utrumlibet ergo accidat, inest vobis utrobique securitas; et ubique neutiquam quid timeatis habetur, nulla vos jam retractatio vel dubietas remoretur. Ergo mentes et corpora C fidei Dominicæ crucis addicite, et contra hunc aggestum palearum, tantillos videlicet ac pene nullos homines, arma capessite. »

D Præterea, ordinatim acies disponuntur. In sinistro cornu magnanimus Boemundus, comesque Northmannorum, miles acerrimus Tancredus, et qui dicitur de prima civitate Ricardus. Podiensis autem episcopus altrinsecus e regione hostium per montana progrediens, Turcorum exercitus ambiebat. Sinistræ etiam illi parti Raimundus comes adequitat. In dextro autem dux Godefridus, Flandrensisque Robertus, Hugo Magnus, et reliqua præpotens, utpote Christo pugnaturorum manus. O bone, internorum cognitor, Deus, quid in tanto lacrymarum tibi fusum est apparatu? Quid in illo

nctu, ex omnium animo, piæ compunctionis confessionis emerit? Et digna, ut par est, conatione quis penset, quanta mentium teneritudo tui solius spe, cunctorum generaliter corda derint? quantis ad te, Christe, mœroribus lorum quorumque justitiæ aut peccata clamant? Fleverant, Christumque adhuc piis piissispiriis irritabant, cum ecce crucis frontes as præeunte sigillo, non dico leonum, sed quod competit, martyrum amicitate, confertis vexilla feruntur in hostes.

abeunt Arabes, Persæ, Turcique feroces : te pios populi, terga dedere truces.

iga, disperse miserum protenditur agmen ;

secus ac lepores diffugiunt Arabes.

ta fugax acies ! sit eorum prodiga cædes ;

strorum gladii vix potuere neces.

ra ferens membris, cuiusque retunditur ensis.

ce velut segetes, sic resecant homines.

aput, hic nares, hic guttura truncat, hic aures.

aditur alvus huic, obuius omnis abit [al., obit].

puere manus, riguerunt brachia cæde.

no repellit eos, quoque ferente mori.

e subinduerat sensus hebitudo profanos.

siipiunt veniens pectora cæca malum,

*Potiuntur victoria Franci* — Fuisse autem

hostium qui victi fuerant numerum quadringenta millia traditur, præter Arabes ;

im adeo enormis exstitit pluralitas ut omnis

hebetarit nostros quantitas. Primum quidem,

imata desperatione salutis, ad sua quam propere

repidi tentoria tendunt ; ibique quæ præ

habuere correptis, diffugiunt ; totaque una

ostri eos instantissime persequuntur. Spoliis

illis recedentibus farciuntur ereptis, et post

teras sanguinum fusiones, copiosæ pecuniæ,

sarum vestium, pecuariorum plurium, quæ

nt fugacibus, solatio potiuntur. Ab hora autem

usque in horam nonam hujus pugnæ, imo

ecionis Arabicæ, flagravat incendium. Duo

ex nostris reverendi nominis proceres, Jos-

quidam de Monte Scabioso agnomen habens,

illelmus, de quo supra diximus, Tancredi

, aliique quam plurimi, quorum nomina solius

otitiæ sunt credita, ibidem occubuerunt. Hic

hic experimur virtutis Christianæ insignia,

n hæc paucorum cum innumeris bella mira-

mparia ; totum necessario referre cogimur ad

i solius auxilia. Si enim de his qui nondum

desciverant Judæis, dicitur in veteri pagina :

persequebatur unus mille et duo fugabant

millia (*Deut.* xxxii, 30) ; non minus de hac

videtur sentiendum victoria, ubi hominis

is ingenium, qua arte a tantillis innumera-

evinci valerent, spes et æstimatio defecit hu-

forstian quivis objectat : Rustica manus erat,

gariorum militum peripsema, passim

A undecunque coierat. Certe ipsi Franci, qui se tanto obtulere discrimini, pleno ore fatentur nusquam Turcis illis genus hominum comparabile posse cognosci, adeo argutos animis, ac strenuos armis, qui etiam cum in initiis cum eis bello configere cœpissent eorumdem novitate armorum prope sunt desperati. Nostris enim inexperta erat tanta eorum in equitando agilitas, in evitandis nostrorum incursibus vel ictibus mira pernicitas, præsertim cum non soleant ipsas emittere nisi fugaciter pugnando sagittas. Est autem eorum opinio quod Francorum contribules existant, et præ cæteris gentibus solis specialiter Turcis et Francis deberi militare fastigium.

## CAPUT VI.

B [XI.] Igitur eis hoc modo repulsis, et die noctuque a Francorum facie fugitantibus, contigit duces qui Nicææ præerat, cum multa amentia timoris post finem obsidionis elapsus, decem millibus occurrere Arabum, cui inquit : « Minime gentium, quamobrem ita misere exterritus fugis? Francos, ait, me penitus dispersisse ac interemisse putaveram ; totamque eorum summam rebar jam sempiternæ captivitati traditam, et dum eos paulatim per manipulos adventantes et turmas, subacturum me æstimo, et in exteris ligatos terras abducere, tunc subito tam numerosi apparuere exercitus ut campis et montibus eorum multitudinis enormitate repletis, nusquam ab eorum frequentis nostrarum videretur regionum terra vacare. » Captivitatem quam asserit factam, ad exercitum convenit Petri eremitæ referre, sequentem vero multitudinem ad eos qui urbem nuper subegere Nicææ. « Cum ergo, inquit, tot populorum examina vidissemus et instar segetum cuneos crebrescentes, qui armorum nequaquam defensione præsumpsimus, nec enim tutum fuerat mortem contiguam evadendam, vel pede adminiculante censuimus. Unde, fateor, etsi remoti, ex eorum, quos vidimus, dira recordatione concutimur, adhucque de experta, licet ad momentum, ipsorum ferocitate timemus. Quod si et vos meæ experientia fidem præbere velletis, huic quam propere loco cederetis : quia si vos eorum manus contingat incidere, multiplices sine dubio vestræ improvidentiæ constabit penas vos luere. » Hæc illi audientes, et credendum judicantes expertis, verterunt celeres cuncta retrorsum, et per universam sese diffudere Romaniam.

[XII.] *Simulant Turci Francos devicisse, unde intra urbes admissi grassantur, diripiuntque ecclesias.* — Interea e vestigio fugitivos Turcos subsequi curabant nostri ; præcedentes autem illi, dum urbes et castra pertranseunt, sese Francos vicisse passim jactitando efferunt, sicque terræ habitatores, quæ ibant, mendacibus verbis eludunt : « Nos, aiunt, agmina Christiana repulimus, eisque totius deinceps ausum congressionis abstulimus. Itaque nos intra urbes vestras admittite, et gratanter eos qui tanto pere vos tuentur excipite. » Civitates ergo ingressi,

ecclesiarum diripiebant ornatus, publicarum ædium A spoliabant copias, aurum argentumque, diversi generis animalia, et si qua suppetere, eripere moliebantur utilia. Ad hoc etiam quosque Christianorum filios pro mancipiis abducebant, cætera quæ minus prædæ patebant, incendiis absumentes, adventum nostratum semper præeundo verentes. Hos denique profanos per solitudinum nostri avia disquirentes, terram desertam inviam et inaquosam intraverunt (*Psal.* LXII, 3), de qua vix miserandi emergerunt. Hinc famis, inde sitis agitabantur inopia, nihilque pertinens esui poterat reperiri, nisi quod spicarum confricatione aliquoties videbatur crudelis inedia temperari. Ibidem plures equestris viros dignitatis constat obisse, dum desertorum insolentia vitam equis adimeret, itinerumque impatientia delicatas perimeret. Unde boves, capros, arietes, et, quod mirum magis est, canes sagmarios tunc fieri, equorum vehiculorumque grandis coegit egestas; his enim omnibus pro modulo impertiebantur vel qualescunque sarcinulas.

*Turcis expulsis Iconium ingrediuntur Franci.* — Exinde opulentam ex his quæ usui prosunt, eos contigit introire provinciam; attigeruntque Iconium civitatem, Pauli apostoli tolerantia et scriptis insignem. Ast provinciales admonebant præmuniendo nostros, ut aquas utribus impositas secum deferrent, quia dici unius itinere, nihil aquarum penitus reperiretur. Ita ergo fecere, donec ad cujusdam oram fluminis devenere. Ibi per biduum hospitia sumpserunt. Præeuntes itaque qui præcursorum officio fungebantur, pervenerunt Erachiam, ubi Turcorum plurima phalanx agglomerata coierat, id solum præstolans, quomodo Christi valerent perturbare militiam; quos nostri invenerunt, et solita audacia intrepidè pervasere. Hostes vero celeri elabuntur fuga.

Non sæcus ac missa jactu Baleare sagitta.

*Lapsi in fugam Turcis Tarsum ultro cives Tancredo dedunt. Item Athenam et Mamistram.* — In urbem ergo, jam libero patente aditu, nostri intrant, quatuorque mansere diebus ibidem. Ibi Tancredus Boemundi nepos, et Balduinus ducis Godefridi frater, non diffugio militiæ, sed animorum acredine, ab exercitus contubernio digressi, vallem quamdam, quam Botentroh vocitant ea lingua, sunt ingressi. Tancredus itaque, uti erat consortis impatiens, a præfato etiam ducis fratre dividitur, Tarsumque specialis apostoli nostri adoranda nativitate præcluam, cum 394 suis aggreditur. Turci ex urbe obvii adventantibus ad bella prosiliunt; sed imminente concursu, ad urbis de qua prodierant munimenta refugiunt. Tancredus vero, admissis post hostes equo, portam urbis castrorum suorum positione conclusit. Nec mora, Balduinus adveniens, ad obsidionem civitatis ipsius altrinsecus et ipse conserdit; et Tancredum expositulat ut capiendæ civitatis participium indulgeat, quam suo secum exercitu collaborante capessat. Quod Tancredus multa animi

indignatione refutat, dum sibi et civitatis dominium, et victoriæ insignia arrogare desiderat.

Nox itaque supervenit, et Turcorum vulgus, obsidionis impatiens, nec ejus qui obsederat pertinetiæ et virtutis ignarum, universum prorsus aufugit. Quibus ita extrusis, hii qui in urbe commanebant, ipsius profecto terræ gentiles, Christianæ scilicet hominis conditionis, in ipsa egressi ad nostros nocte, conclamant: « Franci, inquit, maturate ingredi civitatem, quia alienigenæ diffugiunt. In tantum vestræ fortitudinis concepere timorem! » Ast ubi eluxit, loci ipsius primores urbem ultro dedunt, et his, quos super ejus dominio jurgia motare compererant, aiunt: « Illum nobis præsidere deligimus, quem cum Turcis adeo acriter hesterno egisse cognovimus. » Verum Balduinus, Tancredo pervicaciter instans, civitatem secum pariter cohortabatur intrare, et prout cuique facultas inesset, spoliis diripiendis insistere. At Tancredus non inconsulte refert: « Id se habere propositi, impugnare utique Turcos, non spoliare Christianos, præsertim cum se sponte elegerint, nec alterum quam se velint. » Licet hæc diceret, considerans tamen eum potentia præeminere copiosioris exercitus, vellet nollet, viro illi pro tempore cessit. Cui inde recedenti dux per deditionem optimæ se ei subdiderunt civitates, Athena videlicet, et Mamistra, et castella quamplurima.

*Actus breviter perstringuntur Balduini.* — At quoniam de hoc ipso Balduino nullus forsitan deinceps referendi sese aperiet locus, paucis insinuare velim quam fortuniosus ejus fuerit exitus. Apud Edessam Mesopotamiæ urbem, sicut ab his qui ibidem versati sunt, accepimus, vir quidam ducatus honore præfuerat, qui Christianam provinciam, quam regebat, non tam armis a gentiliū incursibus quam pecuniaria redemptione protexerat. Is senio gravescente jam squalidus, cum esset ei uxor sine liberis, identidem anus, dum Francos agnovisset Mesopotamiæ contiguos finibus, multo æstu desiderabat quempiam, quem sibi adoptaret, ex Francorum habere nobilibus, qui, quod ipse pretio, hoc ille defensaret armis ac viribus. Contigit interea quemdam familiarem illi militem, hujusque sui desiderii conscius, cum hoc ipso Balduino habere colloquium. Cui eum ille adipiscendi ducatus spem indidisset, si a præfato seniore se adoptari permitteret, comes credidit, et milite comitante Edessam adiit. A quo affectu nimio, præterquam sperabatur exceptus, ab utrisque est in filium adoptatus. Adoptionis autem talis pro gentis consuetudine dicitur fuisse modus. Intra lineam interulam, quam nos vocamus camisiam, nudum intrare eum faciens, sibi astrinxit; et hæc omnia osculo libato firmavit, idem et mulier post modum fecit. His explicitis, cum civitatenses eum ab honoris pristini culmine expositum, privatum jam cernerent, conjuratione clam facta, eam, in qua cum Balduino morabatur, obsedere repente curiam. Recordabantur enim quo-

am quæ eis intulerat malorum. Obsesso itaque A m adoptivus eorum novus resistere Francica sitate pararet, senior eum mira fide cohibuit, pro certo scire se ab eorum manibus nullatuerui, ipsum vero, pro sua defensione facillime periclitari. In finitibus ergo ab eo extorsit preut repugnare desisteret, et cum ille illacrymiserabiliter, malle se cum eo mori diceret, t hominem, et cum obsidente se populo egit, ius novo illi principi parceret, seipsum vero vellet occideret. Quod et actum est.

rempto itaque eo, Balduinus, ducatum sibi optione delatum, strenue obtinuit, et ex Franquites ac famulos ad sui custodiam, memoræ nuper proditionis, adhibuit. Non multo autem tempore, cum Dominicus Natalis adnovi ducis necem in ipso solemnibus die iterata ratione, definiunt. Qui eorum tractatus ducem e latuit. Insinuat igitur et ipse his qui in seclatu erant Francis, ut festis Ecclesiæ loac galeati, imo ac si ad bella parati, equites rent, pedites lanceis, gladiis, bipennibus se ent, et sic ubique procederent. Quo facto,

urbani se a duce præventos intelligunt; ipse enim cum multa armatorum ad ecclesiam constipatione processit, ac sacro officio interfuit. Ipsa tamen die siluit. Postridie autem convocat Edessenos, et de proditione causatur, et cum legibus eos ad confessionem cogeret, diffiteri quæ proposuerunt minime permittuntur. Convictis itaque totius urbis primoribus, his quidem pedes incidi, illis manus, aliis cum naribus aures, quibusdam linguas cum labiis, generandi vero officialia cunctis; omnibus nihilominus diversa 395 per exsilia longe lateque distractis. Et cum denique nullus resedisset qui turbam denuo sibi concitare quivisset, tum demum secure experitur quis tanti ducatus fructus ac felicitas esset. Vitam ergo cum multis opibus et prosperitate ducebat, plurimis urbibus imperabat, inter quas Seleucia ab antiquo celebris eminebat, donec post fratrem Godefridum, qui Hierosolymæ regnaverat, ex ducatu quidem pervenit ad regnum; sed exinde, nullius exceptit terrenæ felicitatis augmentum, imo pro Deo beati laboris exercitium, utpote cui iuge est cum gentilibus prælium.

## INCIPIT LIBER QUARTUS.

### CAPUT PRIMUM.

*Objectionibus, quod quæ narrat minime audierit, it auctor.* — Nemo juste, ut æstimo, me id deridet aggressum. Etsi enim neque Hierosolisse, et plerasque personas, loca nihilominus tibi hactenus contigerit non novisse, in nullo tibi utilitati reor obesse, siquidem ea quæ tibi vel scripsero, a viris veritatis testimonio tibi constat audisse. Si mihi plane id objicitur non viderim, id objici non potest quod non auctori, cum visui auditum quodammodo supparem to crediderim. Quamvis enim

ignius irritent animos demissa per aurem, quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus.

ten quis historiographos, quis eos qui sanctofitas edidere ambigat, non solum quæ obtutied ea scripsisse quæ aliorum hauserant intelrelatibus? Si namque verax, ut legitur quidam, quod vidit et audivit, hoc testatur (*Joan. III, 32*). Antica procul dubio vera dicentium narratio, ubi non suppetit, comprobatur. Si sit itaque qui tibi, qui cœpta despiciat, habet utique liberam mentem, si velit ut corrigat, et cui nostra displicentia scribat.

*Revertunt Armeniam Raimundus, Boemundus et Egidius. Deinde Cæsarem Cappadociæ.* — Igitur Raimundus exercitus cum ducibus suis, Raymundo, Egidii comite, Boemundo atque Godefrido, cum ampluribus Armeniam ingreditur, de

C Turcorum incursibus, si accederint forte, lætatur. Inter eundem itaque pervium habuere castellum, cui adeo difficilis esset accessus ut cassum videretur ibidem cujuslibet molimen assultus. Erat autem illic Simeon quidam, Christiano insignis agnomine, provincinæ gentilis ejusdem, qui a proceribus nostris dominium hujus regionis expetiit, quo eam a Turcorum irruptionibus deberet tueri. Nec dare ei munus distulere petiit; ipse vero desedit ibidem, laturus terræ præsidium. Denique nostri progredientes, Cæsaream Cappadociam attigere. Postquam autem Cæsariensium excessere provinciam, ad quamdam multæ pulchritudinis et situs uberrimi civitatem pervenere, quam trium spatio hebdomadarum Turcorum obsedit exercitus, antequam ad eos pertingeret nostræ expeditionis adventus; sed nullus eis obsidendo provenit effectus. Nostris ergo advenientibus, sua ipsorum deditione civium, urbs eadem suscepta est. Hanc eques quidam, qui Petrus de Alpibus vocabatur, a principibus precario exegit quatenus quantum ad imperatoris Græci, ac procerum fidem nostrorum spectat, defenderet regionem, cui, cum nimio affectu, uti fidelitas interpellantis emerebatur, indulta est. Nox diei illi accesserat, Boemundo auditum est, quod hostes, qui pridem urbem illam obsederant, crebris, sed non magnis promotionibus subsequentes, nostros præcederent. Contentus itaque sola sibi pertinentium militum comitia, præcessit; sed eos qui quærebantur, non reperit. Urbem quoque, quæ Coxon apud eos dicitur,

attingunt; ubi earum, quæ usui habilia erant, rerum plurimam opulentiam reppererunt. Loci ergo illius indigenæ, intra civitatis portas, nostris gratanter admissis, trium dierum opportuna satis refectio confortant.

[II.] Audit præterea Sancti Egidii comes Turcos, qui Antiochenæ urbi consueverant præstare custodiam, ab ejus decessisse præsidio; partemque sui præmittit exercitus, qui eam obtineant et dominio servent ejus. Electis igitur de propriæ militiæ primoribus quatuor, quorum tribus idem inerat, scilicet Petri, vocabulum, quartus Guillelmus de Monte Pislarii dicebatur, qui et apud nos armis celebrior habebatur, dirigit, eos illo cum quingentis equitibus. Haud procul itaque ab urbe prædicta, vallem intrant, et in ipsa valle castrum reperiunt, et ibidem civitati Antiochenæ, Turcos eum manu copiosa præsidere audiunt. Quos etiam maximo apparatu et armorum et hominum sese instruere contra Francos, si quando sibi ingruerint, addiscunt. Petrus ergo, unus ex his quos superius Petros ~~396~~ vocari diximus, cui etiam agnomen a loco, qui Roasa dicitur, fuerat, a sociorum cœtu se dividens, urbis cujusdam quæ Rugia dicitur, vallem ingreditur, et inventis Turcis Saracenisque, cum eis concreditur, et, interemptis eorum quamplurimis, alios persequitur. Hoc Armenii attendentes, et de viri fortitudine jucundati, propter insolitam adversum Turcos audaciam, ditioni illius se manciant. Nec mora, cuidam Rusæ nomine civitati, habitatorum deditio, præficitur; in plerisque itidem castellis excipitur.

Exercitus autem residuus, a Coxon, illa quam diximus urbe, digressus, per angustam ac confragosam incredibiliter quorundam processit montanorum semitam, adeo arduorum, ut nemo eum qui præibat ullatenus præcedere potest, sed alios post alios sigillatim pedetentimque procedere necesse foret. Arcto namque et nimis scrupulo calli prærupti maximi [*al.*, maxima] vorago subtererat, ubi, si equum equo offendi contingeret, desperabili statim præcipitio deperiret. Videres cuneum militarem, qui pridem insolentia itinerum inediaque de equestribus pedites facti erant, feralibus affici tristitiis, pugnos collidere, vellicare capillos, et, mortis sibi imprecato exitu, loricas et galeas, quælibet arma, sine ullius pretii respectu, denariis tribus aut quatuor seu quinque distrahere, et dum non suppetit emptor, clypeos, aliaque peroptima in profunda disjicere, dummodo valerent tanto discrimine corpora vix sibi sufficientia expedire. Ex his tandem scopulis ac rupibus postquam cum intolerandis emersere laboribus, urbem quamdam Marasim dictam introeunt, cujus cives eis obviam lætabundi prodeunt, et abunde exercitibus venalia convehunt. Recreavitque exhaustos tellus uberrima, quousque restitueretur eis domini Boemundi, qui subsequēbatur, quemque præstolabantur ibidem, præsentia.

#### CAPUT II.

[II.] *Antiochiam tandem perveniunt Franci, quam*

*A et expugnant.* — Denique perveniunt in illa campostria, ubi Syrorum prædicatissima metropolis sita dignoscitur Antiochia, cujus titularum sunt specialia, præter ea quibus ad sæculum floruit privilegia, quod Christiani nominis inde pullularunt insignia. Pharphar ipsius civitatis fluvius nuncupatur. Ad cujus cum nostri pervenissent contigua loca pontis, quidam ex eis quibus præcedendi castra officium fuerat, maximam Turcorum offendere manum, qui plurimis suffarcinati copiis suggerere properabant obsidendis auxilium. Quos nostri ubi perspexerunt, Francica in eos ferocitate concurrunt, et pene sine ullo temporis interstitio subigentes, hac illacque dispergunt. Laniant miseros instar arietum, et, quæ paulo ante terrere potuerant arma, projiciunt; fugit per cuneos turba gregaria, vulnerat et obruunt, dum mistim properant, socia agmina; pridem superba rabies sentit humilia, et quæ nostrorum æstimabat se gavisuram stragibus, lætatur si possit eruere, vel cum pudore, corpora. Hi qui venerant expugnandis ferre suffragium, fiunt continuo congeries læda cadaverum, et quas deferebant obsidendis copias, destinavit Omnipotens obsessoribus, consilio misericordiore, præbendas. His igitur non aliter quam segetes grandine comminuuntur, oppressis multa nostris resederunt spolia, innumera frumenti vinique relinquuntur impendia; equorum, camelorum, asinorumque pedestribus cessere subsidia. Itaque nostri super præfati fluminis oram castra constituunt.

At Boemundus, junctis sibi lectissimorum militum millibus quatuor, portæ civitatis sese opposuit, et ne quis ab ea exiret vel ingrederetur in ipsam, vigiliis ea ibi nocte continuavit. Postridie ad ipsam usque Antiochiam, duodecim Kal. Novembris, cum quarta esset feria, et media jam ageretur dies, deveniens consedit exercitus, trium civitatis portarum, obsidentium diligenti instantia præpeditis aditibus, sed quarto vacante, quoniam nullus ei obsidendæ patere poterat locus, montanorum contiguum altitudine plurima angustiaque obstantibus. Tantus autem non modo civibus, verum Turcis præstantibus, nostrorum metus incutitur, ut eorum contra nostros nemo procederet, nemo, ac si nundinas acturi venissent, ulla eis hostilitatis molimina intentaret, et hæc fucatæ superficies pacis quindecim ferme diebus, veluti conclamata, persisterit. Circa urbem autem ipsam fertilissima hujus obsidionis exsistere primordia; omnium usui convenientium, tempore novorum inibi recens acto, fervebat opulentia; vineas, sed quo tempore miror, vindemia dependente refertas, frumenta non horreis, sed foveis atque cuniculis immersa ubique reperiebant, cum nec arboribus poma deessent, et quælibet vitæ ipsorum commoda solo uberrimo suppeditante confluerent.

Armenii autem et Syri, ex quibus præter, ut sic dixerim, Turcos epibatas, tota urbs illa constabat, cum urbem ipsam incolerent, et Christianæ sese

conditionis efferrent, crebro nostros invisere; A eorum universum addiscere, et suis quæstros aucupati fuerant nuntiare. Cum enim suæ assiduæ confabulationis visco allicese a Turcorum facie fugitare, multæ adulenocinio, nostrorum auribus **397** mussi- uxores tamen proprias excedere, nullate- urbe sinebant, et ad ipsas, digressi a Fran- liminium facientes, quæ istinc subintelligere, ad Turcos Christianorum partium infir- erebant. Proposito igitur eorum cognito, ac Syris interpretibus sita [f., scita], Turci ate aliquoties erumpere, aliqua nostris sub- lum victualibus quæritandis oberrant, calles s obtexere, plagam montanorum marisque us ex insperato proruere, nihil ab insidiis B tionibus vacare permittere.

procul autem inde Castrum habebatur quod ar Areg, in quo præcipuæ ferocitatis Turcos sidii ipsius tuitione locaverant, qui Francis, s inconsideratoribus, frequentium incur- urbas incutiebant. At principes, tantæ im- s injuriæ, non parva equitum peditumque manu, mittunt qui explorent ubinam deli- soleant qui tot suis mala irrogant. Reperto- umdem latibulo, obvios quidem primo se bent, sed postmodum, fuga callide simulata, insequentibus duci sinunt, ubi indubie no- atere in insidiis Boemundum. Ibidem, Turcis C tibus, duo ex nostris occubuerunt. At de sese Boemundus excutiens, hostibus cum nimadversione occurrit; eos qui videbantur artisse reduxit, et confertissima armorum one conflavit. Ex eis itaque plurimos interi- s captivos abducit; ad urbis portam quos pertrahit, ibique, ad terrorem spectantium capitibus cædi præcipit. Ast aliqui civita- , cujusdam conscendentes portæ suprema, versum fatigabant nostros suarum jactibus im: in tantum ut intra ambitum castrorum di, missilium nimbus influeret, et mulier tu sagittæ occumberet.

ue principes consilium communicant, con- que et ordinant ut castrum fieri deberet in n vertice montis, quod Malreguard appella- D jus præsidium formidinem sibi valeret sub- Turcorum. Fiebat itaque oppidum, sed e illic videres, in lapidum comportatione, m manus elaborare principum. Non istic nanus conqueri poterat, aliquas sese per a potentiam angarias tolerare, cum eos qui inabantur attenderet, in extremi etiam ex- e operis, nullo modo sibimet otium indul- iebant namque piæ naturæ instinctu, etsi rant, quod Marius ille secundum Salustium tu te, inquit, molliter agas, exercitum au- erio cogas, hoc est dominum non imperato- e. » Peracto itaque castro, principes illud re vicissim.

Appropinquabat Natale Dominicum, et frumen- tum, cæteraque corporum alimenta cœperant vehe- menter imminui, et caro constiterat in toto exercitu omnia vendi. Victualium quærendorum causa nulla patebat facultas vel longiuscule evagari; intra Christiani quoque nominis fines, nihil pene jam ad usum [al., esum] pertinens poterat reperiri. Porro in Sarracenorum regionem nonnisi cum expeditione plurima quisquam valebat progredi. Igitur urgente inedia, coacto proceres concilio sese discutunt qua- liter consuli debeat tantæ frequentiæ hominum, famis atrocissimæ, nisi ei subveniatur, subituræ periculum. Tandem vicaria consultatione reperiunt, uti aliqua pars exercitus stipendiis undecunque contrahendis insisteret, altera cœptæ obsidioni va- caret. Ad hæc itaque Boemundus intulit: « Si vobis, inquit, o strenui milites, tutum videtur, ego Flan- drensium comitis suffultus comitia, victualium procu- rationi operam dabo. » Quod a quibusque junioribus tanta est gratulatione susceptum, quanto majori extabuerant, non modo ariditate, verum omnimoda necessitate ciborum. Celebrata itaque, affectu et alacritate qua poterant, Nativitate Dominica, postri- die, cum esset secunda feria, duo illi prædicti prin- cipes, allectis sibi viginti peditum militumque millibus, Sarracenorum provincias depopulari ag- grediuntur.

## CAPUT III.

[IV.] Interea Turci et Arabes, Sarraceni aliique gentiles, qui coierant ab Hierusalem et Damasco, et Alep, aliisque gentibus, pari animo conglomerati, præsidium eidem laturo, cum infinito agmine Antiochiam properabant. Ii jam compererant Chris- tianos in suos fines, pro frugum cæterorumque utilium collectione, cursuros; et crepusculo adhuc dubio, contra nostros acie præparata, ubi eos exspe- ctare didicerant, cum alacritate in tristitiam mox vertenda, contendunt. Dispertiuntur itaque sese per duarum læcierum turmas, alteram a nostrorum frontibus præmittentes; altera retrograda omnem eorum ambire exercitum molientes. At Flandren- sium comes, de divina nullatenus virtute diffidens, præfixo cordi ac corpori suo signo crucis, fretus insigni comite Boemundo, ea, qua tantos decebat viros, hostibus magnanimitate occurrit. Pugna con- seritur, sed in ipsa primi attentione congressus, fugax hostis avertitur. **398** Mutantur bella tro- phæis, atque terga vertentium illisa corporibus, multipliciter rasilis hasta confringitur. Fraxinos creberrime longas hostilis excipit umbo, et magnis impactæ viribus, per nimietates ictuum in hastulas minutantur. Galea mucronibus operta, occipitium non defendit a vulnere; loricarum, ut putabant, impenetrabilium prætextiones, tenuitatis accusant. Nullis corporum partibus munimenta profuerant quidquid tutum Barbari judicant infirmatur; quid- quid Franci tetigere conscinditur. Sternitur campe- stris superficies numerositate cadaverum; et crebra

mortuorum congeries, graminosi pridem ruris exasperat æquor; in viso ubique terra gentilium cruore respersa nigrescit. Qui nostrorum cædi fuere superstites, vitam sibi gressuum celeritate lucrantur, et spoliis propriis, non ad horum charitatem sed ob sui agilitatem exonerari lætantur. In alterum itaque statum, sese animi nostrorum habitudo commutat, dum metus in audaciam, pugna in victoriam, mœror in lætitiã, fames in opulentiam suscitatur; nudus induiis, pedes vehiculis, pauper pecuniis, erutus gratis, victor tripudiis ampliatur.

[V.] Interim dum ista geruntur, Turcos, qui Antiochiæ præerant, Boemundum cum Flandrensi comite obsidioni deesse non latuit. Tanta ergo tutiores absentia, sæpius ad bella lacessere nostros exhibant sollicitè, quæ pars obsidentium haberetur infirmior, aucupantes. Tandem aptum diem, cum esset tertia quædam feria, suæ fortitudini exerendæ videntes, subito minus providis ingruunt, et ex perditibus militibusque quamplurimos, dum nihil verentur, occidunt. Magnificus quoque Podiensis episcopus suæ curiæ majorem, eundemque significum suum, inter eos qui perimebantur, amisit. Et nisi fluminis alveus, cujus crepidini castra conserant, interjacens obstitisset, nostrorum interitio non parva et quam crebra fuisset. Ad hæc egregium Boemundum regredi contigerat, direptis Sarracenorum provinciis, et ea in quibus Tancredus morabatur montana revisere, dum æstimat aliquid quod prodesset obsessoribus civitatis se posse ibidem reperire. Cum enim quidquid præ oculis haberant quique nostrorum diripissent, multi tamen ex eis nihil invenere, vacuicque rediere, eorum scilicet quæ victui necessaria forent.

At nusquam expers consilii Boemundus, dum eos inepte oberrare conspiceret, adoritur, dicens: « Si commoda vitæ vestræ disquiritis, si vestris rite, prout urget inedia, corporibus providetis, ita agite, quatenus, dum victus quæritur, victum quærentium nullo modo vita necetur. Desinite discurrere montanorum per avia, cum sciatis hostes vestros incognita vobis horridarum solitudinum fovere latibula. Junctus pariter (alter enim ex altero fit fortior) procedat exercitus, ut si parti infertur violentia, partis alterius valeat experiri præsidio. Sic enim, si ovis a manu vel præsentia pastoris exerrat, rictibus dignoscitur patere lupinis; sic miles si a commilitonum contubernio solivagus exeat, quibuslibet procul dubio ludibrium prædonibus exstat. Satius itaque vobis sit apud vos et cum vestris, vel tenui cibo pasci, quam inextricabili captivitate addictos lautiori edulio vesci. Itaque una ire, pariterque redire, cœtibus delectari, præsumptive nil agere, quorumque est censura bonorum; libere evagari perirevolentium. » Dixit, et ad socios repedans, in nullo obsessores reditu suo opulentiores reddidit.

Verum Armeniorum Syriorumque calliditas, cum videret in exercitu extenuari cibaria, exinaniri venalia, per quælibet sibi cognita obambulantes loca,

A coemptas circumquaque fruges ad exercitum inopia laborantem deferunt; et adeo immoderata charitudine vendunt, ut asini unius ex frumento sarcina octo eorum Bysanteorum pretio distraheretur, quos ibidem purpuratos vocitant, qui centum viginti nummorum solidis æstimabantur. Ibi pensari potest, quam horrendo famis succubuere discrimini, quibus ulla suppedibat facultas pretii. Et ubi principes coangustare jam cœperat pecuniæ difficultas, quid ageret ille, quem, omnibus quidem opulentis, jam extrema premebat egestas?

[VI.] Torserat grandis cruciatus illos,  
Victus arctabat tenuis supremos,  
Viribus fuis rabies famei  
Reddidit imos.

B Copiæ panum fuerant remotæ  
Non boum carnes, nec erant suillæ:  
Vulserat passim manus indigentum  
Gramina quæque.

Quidquid escarum poterat fuisse  
Suppetit tandem reperire nulli.  
Solverant artus, tulerant et ausum  
Pectora laxi.

Tenditur dirum cutis in tumorem  
Qui cibi nullum tenere morem.  
Esca defecit, periit facultas:  
Dant ea mortem.

C Solvit occisos brevis angor omnes,  
At fame tactos agitant dolores:  
Unde protractæ meliora gesiant  
Præmia mortes.

Hos fovet plane cibus angelorum,  
Optimo gaudent bravio laborum,  
Quo magis pondus tolerasse constat  
Suppliciorum.

Cæteri pugnant, variosque casus  
Ferre concertant, gravibus secunda  
Ulla vix præstant, meliora lætis  
Tristia censent.

Jam cruces Christum geminas ferendo  
Prosequi curant, potiora jussis  
Aggredi gaudent quibus auctor unam  
Jusserit isdem.

D Huic fames atrox cor inane carpit,  
Aridus dudum stomachus fatiscit.  
Viscerum strages, cerebri ruinas  
Passio fecit.

Intus hæc tabes animum fatigat,  
Inde bellorum feritas molestat,  
Et dies et nox ibi plena curis  
Cædibus instat.

Acris exstat mens, tennesque vires,  
Ægræ sed mentis reparant vigores  
Inque fundendos minimum verentur  
Ire cruores.

#### CAPUT IV.

[VII.] *Guillelmus, qui se inaniter prædicabat, clam aufugit.* — Guillelmus interea quidam, qui Carpentarius, non quia faber lignarius esset, sed quia in



cædendo more carpentarii insisteret, dicebatur Transsequanus; dictis potens, sed opere s, magni nominis umbra, vir majora se aggreget qui nihil relinquebat explicitum. Qui etiam Hierosolymitanum esset aggressurus iter, distantiuorum sibi pauperum substantioliis, tum viaticum præparavit; is, inquam, inediæ, multo egentiores summa cernebat tolerare impatiens, silenter aufugit. Cujus quidem in gloria, in jactantia verborum solummodo, haur, nullatenus in re gesta. Is in Hispaniis, cum itinatio Francica ad avertendos, qui ex Africa ibi confluerant, paganos, moraretur, iste, cujus rsa erat in verbis audacia, fœde recessit, et reros sua aversione fefellit.

sine evidenti Dei creditur accidisse judicio, ios popularis celebriores fama reddiderat, deios omnium, laborumque impatientissimos, aret divina sententia. Nec in hujus solum perid portenti patuit, verum de aliis, quorum sedebat nominibus, id ipsum claruit, ut quorum ter nos armorum terribilis admodum fuerat et a ferocitas, eorum in illo Dominico exercitu, fieret etiam leporibus miseranda tranquilliuod quanto a recto diversius fuit, tanto magis nptibile haberi debuit. Si enim hic positi, dum ure pugnarent, dum scelestæ pauperes præda n fierent, non immerito plane inter ista, pro vrum suarum damnatione, timidi fuissent. At ubi omnimoda salutis erat æternæ [al., in] securitas, ibi profecto fuit criminosa timi-

[I.] *Petrus Eremita in insipientiam versus, ex.* — Ad hoc, ut stellæ quoque juxta Apocalypde cælo cadere viderentur: Petrus ille, de upra actum est, celeberrimus Eremita, et ipse ipientiam versus, excessit:

geris hæc, Petre consilio? cur nominis imme-

[mor exstas?

ra constat origo Petri, solidum quid denique

[signat?

tibi vis meminisse fugæ? faciles nescit petra

[motus.

gradum: veterem recolas eremum, jejunia

[prisca.

ris hactenus ossa cuti, tenui radice ruen-

[tem

re debueras stomachum, peculi gramine

[vesci

dapis immodicæ memor es? nil tale monasticus

[ordo,

a te genitura docet; vel te tua dogmata pul-

[sent

populos ad id angis iter, fieri quoque cogis

[egenos.

æiens modo jura feras, quæ quosque docendo

[tulisti.

liquando fugax Cereris, pisces ac vina tere-

[bat.

A Sanctior esca foret monacho, porri nasturcia, [napi, Cardamus, atque nuces, coryli, tysanæ frux, lentis [et herbæ, Pisce meroque procul posito, frusto tamen addita [panis.

[IX.] *Guillelmum et Petrum Tancredus redire cogit.* — Hos itaque piæ obsidionis, imo sanctæ passionis refugas, Tancredus vir pertinacis in hoc Christi negotio constantiæ, persequitur, comprehendit, et ut par erat, non sine plurima eos contumeliam illatione, reduxit. Quibus tamen reditum sermone spondentibus, credulitatem distulit, donec fide media uterque pepigit quod ad exercitus communionem redirent, et principum judicio pro militiæ desertione satagerent. Guillelmus igitur, vellet nollet, remeare compellitur, et pro curia magnifici Boemundi, tota nocte ibidem excubaturus, exponitur. Postero vero die, ubi auroræ libra recanduit, ante illius viri spectabilis ora inducitur. Cui eo quo merebatur pudore suffuso, ita senior ille proloquitur: « Cum, inquit, ubique genitum Franciæ nomen regiæ, inter omnia regna, majestate prææmineat, cum virtutis atque constantiæ, post Deum Genitrix integerrimos hucusque viros emittat, te, garrule nequam, et omnium impurissime, te suo dedecori ac infamiæ tulerat, te amodo ac si portentum 400 habeat. O bone rerum Pater, cujus modi Carpentarium habebamus, qui, sicut architectus dolabrò lignum, ita lanceis et ensibus triverit terga gentilium? Ecce ictuum assiduitate faber idem mille interdiu spathas obtuderat, et populos ethnicorum solus ipse, feriatis nobis exciderat. Ubi est illa fastuosa rigiditas, et circa Ligerim ac Sequanam innutrita loquacitas, ubi constare dignoscitur parci-monia actus, et crepitat indesinens loquacitatis tonitrus? Solus iste laboranti poterat succurrere lunæ, (Juv. Sat. 6) cum tamen nil efficax, fœde torpens, prætendat in opere. Et certe competeat illi tuæ tantæ fortitudini ut qui gentis Dominicæ exstitisti proditor in Hispania, idem cœpti honoris hic habiturus cumulum, molireris in Syria. Esto. Plane tibi conveniebat nil aliud agere, et ideo super reatu adeo turpi, largissima venia donabere. »

D Jam hujus tam irrisoriæ declamationis Francos circumstantes pudere cœperat, vixque a viro sub-stomachante impetrant ut sileat. Pepercit improbo illustris viri severitas, non ignara modestiæ, eo quidem contenta tenore ut dato polliceretur sacramento, nunquam se ab Hierosolymitano resiliere itinere, sive prospera occurrerent, vel tempus obviaret inopiæ, spondet et ipse Tancredum, qui eum a subterfugio cohibuerat, amicum deinceps fore, si eum viriliter constiterit permanere. His dictis utrobique assensum est. At non multo post tempore Carpentarius ille mirabilis, qui quondam, in tuto positus, carnificium se exercere minabatur in Turcos, sacramenti incontinens, fideique prodigus, furtivus fugam iterare non distulit.

Has autem exercitui ipsi, licet pio, penurias obtigisse nulli mirum habeatur, cum indubie credi possit quia divinæ quæ eis si bene agerent non deesset, prosperitati maximis criminibus oblucebantur. Cum enim tanta eos urgeret egestas et quique negatis atrociter profligarentur eduliis, si quempiam ab exercitu remotius ire contingeret, pro pretio exiguo aliquis, non alius tamen quam nostrorum, eum si solum reperiret, occideret. Inde igitur ea per omnes infelicitas bacchabatur, ut vix in tanto hoste mille equi reperirentur. Hinc panis universos feraliter excruciat angustia; quæ tamen non arcebat, sed aliquos acrius instigabat ad crimina. His verum sibi divinitus accedentibus flagellis, non dubium est multos, eorundem ad sui recordationem poenitendo reductos, et de suis desperantes viribus, ad Dei solum subsidium, sub tanta miseria, unice præstolandum, spei instinctu melioris, appulsos. Fiebant plane his jam eruditiores eventibus, ut quo magis suas attenderent aut copias extenuari, aut fortitudines enervari, eo amplius ad Deum, cui omnia possibilis crederent, docerentur debita humilitate subijci.

[X.] Præterea, quidam quoque ex legatis, nisi fallor, tyrannici imperatoris, qui Tetigus vocabatur, et illi obsidioni intererat, vir siquidem gravis ævo, sed naso, qua nescio occasione, deciso, et ob id utens aureo. Hinc timore Turcorum coactus, illinc famis periculo coarctatus, multa mendaciorum conatione politus. seniores adoritur: « Vestram, o optimi duces, excellentiam grandis cogit scire necessitas quantis intra nos anxietatibus deprimamur, quantis etiam extra terroribus stimulemur. Et cum foris habeantur pugnae, intus famis non desistant nos excruciare dolores, nullum usquequaque patere videtur effugium, nullum adjacet quod nos faciat respirare solatium. At, si prudentiæ vestræ fore credatur idoneum, detur mihi facultas in Romanæ partes eundi, et faciam istinc frumentum, vinum, hordeum, carnem, farinam, caseumque et cætera diversis usibus commoda cum plurima ac frequenti classe deduci, ac indesinentem quorumque venalium per maria comæatum, imperatorio passim præeunte edicto procurabo institui. Equorum, et si quæ sunt aliæ animalium atque vectigalium utilitates, omnis vobis per terram, Græcorum provincia deportabit. Imperator ipse quem vestra latuit hucusque penuria, ad deferenda indigentia tantæ subsidia summopere ubi compererit properabit. Et vobis sacramento astruam quod hæc, ut dixi, omnia fide perseveranti compleam. Quæ etiam cum explicuero, cœptæ hujus obsidionis laboribus me nullatenus representare timebo. Quod si vestrum contubernium, famisque participium me detrectare veremini, ecco tentoria mea, ecce remansuri sunt apud vos necessarii mei, quos etsi ad tempus reliquero, in finem contempsisse non potero. » Dixit, et procerum aures multæ lenocinio circumlocutionis illexit. Igitur ille recessit omnino non veritus crimen quod in eum,

A turpiter dum pejeraret, incessit, nec unquam deinceps ad id quod sponderat, cuncta mentitus, accessit.

[XI.] *Ingenti fame cruciantur oppugnantem urbem.* — Itaque in tantum eos cœperat instantia hostium visque constringere ut nostrorum nullus, pro quocunque negotio, præsumeret papilionem suum aut communia castra excedere. Ad hoc omnino miserabilius eos inquietabat domestica, et rabiei simillima, pestis inedia. Si enim, ut ait quidam, *Nihil illa fame molestius quæ extorquetur incito*, quas torsiones astimamus passos, quibus continue crucibus addictos, qui nulla spe ad modicum, vel falsa, relevati, illis vere inexpugnabilibus muris quotidie assidebant? Vulgus autem, pauperie omnimoda exesum, per diversas oberrabat provincias. Alii Cyprum, 401 Romaniam aliqui, quidam per montana vagari, victus insufficientia coangustante, jam cœperant. Porro viam maris, occursum ubique Turcorum creber occluserat. Nusquam denique patebat nostris exitus.

[XII.] Audiens interea Boemundus innumera Turcorum agmina nostrorum superventia castris, principes alios aggreditur, dicens: « Cum tanta jam nostri paucitas exercitus habeatur, ut uni conficiendo certamini tenuis jam ac insufficientis videatur, nedum ad duo exercenda prælia bifariam disparetur, retractandum nobis est, si a nobis, cum quacunque exercitu, Turcis obviam ingredientibus iur, quis huic civitati obsideri cœptæ impugnatorem interim, quis tabernaculorum nostrorum defensor relinquitur? Si ergo vestro ratum videtur arbitrio, delectam optimorum partem peditum, ad custodiam urbis destinemus obsessæ; equites vero, quasi fortiores, Turcorum insanie comparari debere censemus. » Dixerat, et nulli principum ab ejus dissensere consilio.

#### CAPUT V.

[XIII.] *Boemundus Turcos aggreditur. Milites adhortatur.* — Jam hostium examina juxta castellum urbi contiguum, quod vocabatur Areg, castra posuerant, trans pontem Pharphareum. Dies erat proclivis ad vesperum, et omni Boemundus citata militia de castris egreditur, et prosperans inter flumen adjacentemque lacum castrametatur. Ubi mane inclaruit, celerrime exploratores dirigit, ut Turcorum quantitate perpensa, qualiter se agant et ubi commaneant, festinent renuntiare maturius. Paulo processerant, hostesque, quorum personabat adventus, quærere cœperant, cum ecce infinita eorum cernunt emergere examina, per duarum acierum legiones dispersa; retro vero eorum pedetentim multitudo subsequabatur maxima. Quibus prospectis quantocius regrediuntur: « Hostes, aiunt, jam imminent, videte ut fortes vos et paratos inveniant. » Ad hæc Boemundus, suis in Christo fratribus ac commilitonibus excitandis, eloquitur: Victoriarum vestrarum, o optimi milites, creber eventus non parvè vobis ministrat occasiones audaciæ. Fidei hactenus

perfidiam bella gessistis, et inter omnia dis-  
a felices exitus habuistis. Delectare vos pro-  
am debuit Christi fortitudinis sæpissime evi-  
xperimentum, præsertim cum certo certius  
tis, in illis quæ potissimum urgebant præliis  
s pugnasse, sed Christum. Quæ ergo valeat  
menti, pro incurso aliquo, desipientia despe-  
s irrepere, quos mala nulli hactenus atten-  
leo sublevante, evadere, quibus triumphos ho-  
impossibiles contigit provenisse? in tantum  
ecor, apud vos fides experta proficiat ut nulla  
humana deinceps fortitudo resistat. Hac ita-  
nimos tutiores efficit, caute procedite, et  
am vestra, ut assolet, vexilla ferentem, tota  
im acrimonia consecrari nunc et conclamare  
.

us fideliter ac vivide circumspecteque se actu-  
clamantibus, et acierum quoque suarum ei-  
listributionem, utpote bellorum expertissimo  
tibus, jubet idem Boemundus quemque prin-  
appendices suas sibi colligere, et propriam  
os aciem ordinare. Sex igitur, uti dixerat,  
s expositis, ad pervadendos hostes factis  
atim cuneis, cum summa cautela quinque pro-  
t. At Boemundus cum suo agmine, ad feren-  
si necessitas incubisset, subsidium, posterior  
atur. Nostris itaque hoc modo distinctis,  
animis spirantibus stipati confertissime gra-  
ir ad prælium, alter alterius latere tacto solli-  
t socium, ut nullus, quantum spectaret  
jusque personam, pateretur claudicare con-  
n. At urbi res manibus agi cœpit.

ora, curvatis adeunt hastilibus hostes,  
ue calent animis, et equos calcaribus urgent,  
oblique feris quatitur clamoribus æther,  
rrunt acies, torserunt spicula Turci.  
igenæ impactis tebrarunt pectora telis.  
s ensis hebes fuerat, fecere fragorem  
i chalybes, molitur vulnera ferro,  
sitit obscenum rapidissima dextra cruorem.  
cornicum videas examina mota,  
lat immodico processerit agmine turdus :  
eleste jubar tunc protexere sagittæ,  
densantes jaculorum grandine cæcum.  
crepant et equos rapit impetus, æsque retinnit.  
dolent, victricia gaudent, dissona vox it.

vero totum pondus exercitus quod primas  
quebatur acies, atrocissimo illi certamini se  
it, cœpit nostrorum gravi hostium impetu  
en obtundi, et eorum proficiente numero, a  
sita virtute parumper inflecti. Quod Boemun-  
tendens, qui custodias retro auxilium laturus  
vat, multæ animadversionis motu infrendit.  
tem stabuli ergo accersit suum Robertum sci-  
Girardi filium, illoque dirigit : « Vade, inquit,  
jam nunc magnanimitate qua debes, et quæ  
negotio competit, et assumpti hujus intentio-  
tibi propone laboris, dum causam nobis et tibi  
noveris totius Christianitatis auxilium, Hiero-

A solymam Deo redimere ac ejus liberare sepulcrum.  
Nec minus tibi constat divinis potius adjumentis id  
operis administrari, quam humanis. 400 Age ita-  
que et tuam patienti Christo jam defer audaciam,  
nec tam opportunus te segnem locus inveniat, quem  
tuo forsitan Deus honori præparat. » His concitus  
ille sermonibus, tota Deo mente innisus :

Exsilit, et densas dirimit mucrone catervas :  
Signa ducis præfert, quæ sic diversa veretur,  
Ut sibi dum præeunt pars nostra vigore levetur.  
Non igitur secus ille furit quam fetibus orba  
Assolet ereptis, objecta necare læna.  
Mucro vias aperit, confertum discidit agmen :  
Obvia contuderat, cuneum docet ire sequentem.

B *Tandem victoriam referunt Christiani.* — Hinc ita-  
que nostri, dum Boemundi non incognitum signum  
sibi in nullo vacillare conspiciunt, et prædictum  
stabuli comitem tanta in Turcos animositate bac-  
chari, resipuere simul, tantaque hostes violentia  
propulere, ut solius fugæ cogentur sperare præ-  
sidia. Nostri denique fugientibus instant, et dum  
sine ordine properant, præcipites actos usque ad  
Pharpharici pontis angustias cædere ac detruncare  
non cessant. Qua Turci cæde suscepta, castrum,  
quod Areg superius nominavi, subintrant, omni-  
modis spoliant, ignem municipio eidem subjiciunt,  
nunquamque deinceps ad id redituri diffugiunt.  
Armeniorum autem Syrorumque gens perfida, qui  
inter utrosque populos medii, præliorum aucupaban-  
tur exitus, ut cui cessisset victoria, illi potissimum  
inhærent; dum Turcos inferiores attendunt, ag-  
grediuntur quasi semitas obsidere, et Turcos præter-  
euntes perimere. Igitur ex hiis quæ hostibus de-  
tracta sunt victis, crudelis nostrorum indigentia illa  
convalluit, equis et sumptibus sublevatur, ab ipsis  
insuper, eventu triumphorum crebrescente secundo,  
Turcorum feritas contemnitur. Unde et post victo-  
riam, centum eorum qui bello occubuerant capita  
præciduntur, et ad Turcorum, qui obsidebantur,  
exanimationem, ante muros Antiochiæ suspendun-  
tur. Est autem consuetudo gentilium ut cæsorum  
capita, ad indicium victoriæ, reservare ac ostentare  
soleant.

D *Fidem amplexurum se imperator spondet, si a Tur-  
cis ablata ipsi restituantur.* — Interea dum hæc per-  
aguntur a nostris, Babylonicus imperator legatio-  
nem ad principes nostri exercitus direxerat, per  
quos de his quæ erga Turcos egerant eis gratula-  
bundus extiterat, pariter quoque, etsi falso, spo-  
ponderat quod Christianus fieret, si gens nostra  
Turcis ea quæ de ejus imperio diriperant, ademisset  
sibi que restitueret. Diximus plane superius Ba-  
bylonicum imperium longe potentius regnis Orienta-  
libus exstitisse; sed Turcos armis animisque fero-  
ciores multa ejus usurpasse. At hii qui urbi obsi-  
dendæ relictæ fuerant, et ipsi quoque cum civitaten-  
sibus acerrime conflixerunt, non modo uno in loco,  
sed ante portas fere omnis ejus urbis. Dies autem  
triumphi hujus quinto Idus Februarii, pridie ante

jejunii caput. Nec id injuria, ut qua die ante ipsa A  
 jejunia debentur Christianis epulæ, ea quam potissimum affectabant hostium iniquorum saginarentur cæde. Franci igitur, tantæ victoriæ fervente tripudio, votorum multitudine Deo cooperatori gratulantes, non sine plurimo prædarum fructu, ad castra recedunt; Turci vero impatientes præ pudore videri, cuniculis et caveis, si valerent, regrederentur in patrias.

## CAPUT VI.

[XIV.] *Castrum prope urbis obsessæ portam constituitur.* — Denique majores exercitus, dum crebro perpendunt plurimas se perpeti ab his qui obsidebantur incursuum indignitates, coacto concilio diffiniunt ut, antequam aliquam quovis casu suæ militiæ minorationem patiantur, ad portam urbis, ubi eorum fanum habebatur, ubi quoque pontem constat haberi, castrum instituant, unde aliquantisper hostium tentamenta restringant, Cui eorum sententiæ, cuncti sunt juniores assensi. Ad hæc Sancti Egidii comes primus intulit; « Ego, inquit, stipendiis fulciam: idemque servabo castellum: tantum mihi opitulamini ad ædificandum. » Cui refert Boemundus: « Si libitum vobis sit, spondeo me iturum cum comite isto, qui se præobtulit, ad portam Sancti Simeonis, ubi pariter eos tuebimur qui huic insistent operi. Residui obsidioni operam dent, nec hostes urbis portas excedere sinant. » Comes itaque ac Boemundus ad Sancti Simeonis, uti proposuerant, processere portum. Hii vero qui remanserant, castellum instituere fuerant aggressi, sed Turci hujus ædificii principia vehementissimo impetu turbaverunt. Repentino ergo nostros pervadentes incursu, terga eos vertere coegerunt, plurimos occiderunt, diem Francis lugubrem intulerunt.

*Turci, irruptione facta, e Christianis nonnullos interficiunt.* — Comperit postridie Turci aliquos principum obsidioni deesse, et quod ad portum Sancti Simeonis abissent; multo apparatu se instruunt atque a portu redeuntibus subito occurrunt. Cumque comitem ac Boemundum cum militari frequentia adventare conspicerent, cœpere stridores et garritus sæde nimis conclamando emittere, undecunque nostros ambire, jaculari, sagittare, vulneribus etiam inflictis truculenter occidere. Tanta namque fuit eorum irruptionis acerbitas, ut nostri vix elaborerentur per contigua montana præcipites, et quaqua versum patere potuisset excessus. Qui potuit aliqua volucres, ut sic dixerim, equos celeritate 403 prætergredi, evasit; si quem gentilis alacritas reperit signiorem, occubuit. In hac tanta, quæ putabatur, calamitate, nostrorum millenarium mortui superavere numerum. Quos fidei testimonio probabiles, juxta Apostolum, inventos (*II Tim.* II, 15), gloriosa post necem exceperunt præmia passionum, quibus, si quas necesse fuerit peccatorum luere pœnas, sola sanguinis effusio omnem fuit potentissima purgare reatum.

*Illos persequitur Boemundus, morteque afficit quamplurimos.* — At Boemundus infinita super tali infortunio anxietate detritus, via compendiosiore digressus a sociis, cum paucis ad obsidionem pervenit equitibus, quos et reperit congregatos insimul. Efferatis itaque omnium super suorum internecione animis, et Christo amarissimis fidelium singulibus provocato, eos qui tanta sibi incommoda intulerant unanimiter invasuri, ad prælii loca perveniunt. Stabant hostium cohortes, de recens acta victoria, e regione securæ, æstimantes istic se itidem effecturos quæ cum comite et Boemundo se egisse jactabant. Verum malignis de nequitia proponentibus, benignus Deus pie disponit quæ debeat remedia præstare mœrentibus. Insignes ergo viri, dolore fratrum interfectorum compassionis adacti, signo crucis Dominiæ frontibus animisque præfixo, universa in illos virium suarum collatione funduntur. Quorum illi unanimitate perpensa continuo cedunt, et ad Phartharicum pontem per ejus angustias transituri contendunt. Angustabatur transeuntium multitudo, dum fuga præproperat, et cum peditum equitumque cuneus, spatio sese brevior coagget, suum quisque comparem, dum nititur prætervolare, præcipitat. Nec nostris super isto [*al.*, istos] vigilantia deerat, ut ubi vulgi fugientis frequentia densescere videbatur, ibi non de vulneribus, sed de præcipitio ageretur. Quod si quis aquis immersus, aut per pontis columnas rependo, aut manibus enatando ad aridam conarentur emergere, illico a nostris, ripam fluminis ambientibus, medias undas cogebatur absorptus insumere.

Tanta autem hujus redhibitio cædis exstitisse cognoscitur, ut Phartharis unda potius cruoris quam laticis putaretur. Tantis ibidem victi victoresque concrepuere clamoribus, tanta pereuntium et perire cogentium, tamque terribilis vocalitas ferebatur ut pulsari strepitibus cœlorum supremis crederetur. Crebris telorum jactibus, cæterisque missilibus fiebat nubilus aer, globique solaris claritas, jaculorum errantium interstitio tegebatur. Mulieres urbis indigenæ, Christianæ quidem, circa muri propugnacula spectaculo hujusmodi pascebantur, et dum Turcos perimi, totque ærumnis addici prospiciunt, a facie ingemunt: sed aversis vultibus Francorum prosperis eventibus latenter applaudunt. Cogebantur autem Armenii ac Syri, cum essent Christiani, sagittas ad nostros emittere, quidam autem ex ipsis, et id ipsum faciebant sponte. Occubuerunt siquidem istic duodecim de eorum primoribus viri, quos verbo Chaldaico satrapas, secundum eorum barbariem admiravisos dicunt, alique quamplures de magis præditis ac solertioribus ipsorum personis, quibus tota incumbebat defensio civitatis. Qui ferebantur mille exstitisse quingenti. Qui vero huic residui fuere exitio, nostris, uti ante consueverant, insultare desierunt, nulla eorum garrulitas, nil deinceps scurrile apparuit, dies ista diuturnum illorum gaudium mœrore mutavit.

superveniens nox, vulgus utrumque diremit, A  
ranteque manus, animis agitantibus arma.

ntum autem hæc nostris profuit victoria ut  
am ulterius tantum roboris ac virium videren-  
bere, eorumque vox conticesceret irrisoria.  
stiam de multis, quorum nostros necessitate  
at surgeri, affatim refecta est, Deo propitio,  
tia.

ro igitur die cum diluxisset, Turcorum ali-  
urbe prodeunt, mortuorum suorum cadavera  
nt, quædam quidem reperere; alia vero, intra  
is alveam enecta disperere, et quæ invenire  
t, ad fanum suum quod Mathomariam vocant,  
pontem Phartharicum sepeliere, ad portam  
hiæ. In quorum tumultis reposuere pallia,  
eos aureos, sagittas et arcus, pluraque alia B  
ia, quæ exprimere supersedimus. Quarum  
rum cum ad nostros devenisset notitia, fune-  
xæmeterium illud, multo armorum freti appa-  
deunt, fractisque sepulcris erui corpora  
præcipiunt, factaque congerie in cujusdam  
ima devolvunt. Quorum capitibus tamen am-  
s, ad sua ea deportari fecere tentoria, quate-  
rum qui occubuerant, supputatio haberetur  
exceptis quatuor equorum oneribus, quæ  
averant imperatoris Babylonici legati, patratæ  
t contra Turcos victoriæ testimonia. Quæ  
attendentes, multo ægrius tulere de exposi-  
adaverum quam tulerant super interfectione  
m. Non enim jam mœstitiam modestis flibus  
rabant, sed pudore recusso, ejulatibus prædi-  
t.

ia abhinc die castrum præfatum ædificare  
unt, ex his videlicet lapidibus 404 quos  
gentilium sarcophagis tulerunt. Castro deni-  
xplicito, cœpit jam civitas quæ obsidebatur  
i, in tantum ut is, quem pridem habuerant,  
iciperet tumor omnino reflari. Nostris autem  
quovis eundi aperiebatur facultas, montano-  
tiam, quondam difficiles, opportunas deinceps  
re ad quærenda victualia semitas. Igitur om-  
quaquaversum viis Turcorum utilitati præclu-  
ædam pars a flumine, ubi castrum, et juxta  
um sita erat Ecclesia, possibilitatem exitus sive  
tus adhuc præstare videbatur. Quod si quidem D  
um, cum nostræ esset partis, si fuisset a nostris  
e communitum, frustra jam hostium aliquis  
undi libertatem præsumeret attentare. Conci-  
que proceres coacto, id reperere consilii, ut  
e suis eligant, qui castrum custodiæ præsticia-  
sollicite muniat, fideliter tueatur, quatenus  
paganorum oberrantium per montes et cam-  
xcursus omnimodis abstinenceatur, aditus vero  
itus urbis nihilominus abscondatur.

nque persona tanto negotio passim per princi-  
lisquireretur idonea, Tancredus ille, qui in  
Dominicis titulum sagacissimæ juvenutis nunc  
meretur et meruit, propriæ vivacitatis impa-  
illico erupit, dicens: « Si scirem pro tanti

laboris instantia quid mihi imposterum utilitatis  
obtingeret, ego sollicitudine competenti, domestico-  
rum meorum contubernio fultus, idem castrum sa-  
tagerem roborare, et vias per quas hostes nostri  
procedendi solent habere licentiam, Deo auxiliante,  
conabor occludere. » Cujus principes benevola illa-  
tione gavis, spondent continuo se eidem præbitu-  
ros quadringentas marchas argenti. Ægre tali pro-  
misso, quia ad quantitatem studii videretur exiguum,  
Tancredus assensit. Attamen, si desisteret ne de-  
putaretur inertiae, equitibus atque clientibus, qui  
sibi familiariter adhærebant, confestim et indubi-  
tante assumptis, dominium castelli obtinuit, facul-  
tatem egrediendi extra urbis portas hostibus abstulit,  
maximamque eorum quæ ad equorum pabula  
pertinent penuriam, lignorum etiam cæterorumque  
utilium, plurimam raritatem indixit.

Itaque vir egregius, [perseveranter commanere  
delegit ibidem, et subtractis commealibus cœpit  
circumcingere, imo obstruere omni vigilantia civi-  
tatem. Ipsa autem die qua idem castrum subierat,  
magna frequentia Armeniorum atque Syrorum per  
montana veniebat, quæ obsessæ civitati diversorum  
alimentoꝝ stipendia convehebat. Quibus optimus  
ille eques, ut officii cœpti prosperos haberet even-  
tus, non tam sorte quam Deo ingerente, fit obviam,  
et apprehensis, multam frumenti, vini atque olei,  
aliorumque non minus necessariorum diripuit copiam.  
Nec jam vir bonus conqueri potuit, cum tam  
pio exerceretur negotio divinitus sese oblitum, sed  
in hac quamprimum fortuna edidit quod neque  
unquam nimie corporalibus indigeret, et deinde  
fructus æternitatis, post ipsa carnis subsidia, sibi  
non deesset ad Deum. Erat itaque Turcis, quolibet  
extra muros eundi, sive gerendi, penitus circumclu-  
sa potentia, hisque quæ infra urbis mœnia reperiri  
poterant, cogebantur esse contenti, donec caperetur  
Antiochia.

## CAPUT VII.

[XV.] *Christiana pietas in castris vigeat.* — In hac  
ipsa obsidione magnus Christianæ legis exstitit vigor,  
ut si aliquem quibuslibet convinci criminibus con-  
stitisset, acerrimæ sententiæ principum exercitus  
judiciali censura succumberet. Præter hæc autem,  
specialiter corporalis impudicitiae flagitia jubebantur  
ulcisci; nec id immerito. Qui enim penuriis ambie-  
bantur atrocibus, qui quotidie hostium, nisi Deus  
protegeret, videbantur patere mucronibus, his pro-  
fecto nullus rationabiliter debuerat ingeri petulantiae  
eogitatus. Et quis ibi esse poterat aditus voluptatis,  
ubi erat indesinens suspicio mortis? Unde fiebat  
ut ibi nec mentio scorti, nec nomen prostibuli tole-  
raretur haberi, præsertim cum pro hoc ipso scelere,  
gladiis, gentilium Deo iudice, vererentur addici.  
Quod si gravidam inveniri constitisset aliquam earum  
mulierum, quæ probabantur carere maritis, atroci-  
bus tradebatur cum suo lenone supplicis. Contigit  
interea quemdam prædicatissimi omnium cœnobii  
monachum, qui monasterii sui claustra fugaciter

excesserat, et Jerosolymitanam expeditionem, non pietate, sed levitate provocatus, inierat, cum aliqua femina ibi deprehendi; igniti, ni fallor, ferri judicio convinci, ac demum, Podiensis episcopi cæterorumque præcepto, per omnes castrorum vicos miseram illam cum suo amasio circumduci, et flagris nudos ad terrorem intuentium dirissime verberari.

[XVI.] Adhæc etiam ut patientiores ad penurias, circumspectiores ad vitia fierent, præfatus Podiensis episcopus multifariam exhortationi vacabat, nec ullus dies Dominicus, aut festa apud Christianos transigebatur celebritas, qua non per quosque castrorum angulos divinatorum verborum prædicaretur auctoritas. Injungebatur autem id, si qui forte interfuissent, ab eodem præsule, episcopis, 405 abbatibus, aut clericalibus, quæ videbantur eruditiores, personis.

[XVII.] *Fraus abbatis cujusdam. Qui tamen multum profuit Christianis. Factus Cæsareæ archiepiscopus.* — Dignum autem relatu mihi videtur, quoniam se operi nostro abbatum nomen immersit, quemdam ibi exstitisse abbatem, qui cum hujus viæ adhuc inter nos tractaretur initium, et se competens tanto itineri non habere comperisset pretium, illud Crucis signum, quod vestimentis ex aliqua materia factum apponi consueverat, ipse nescio sibi quo artificio media in fronte præsculpsit, ut non modo pictum, sed militaris stigmatis instar ferro esset inflictum. Quo facto, ut fraus mendacio firmaretur, ab angelo sibi per visionem illud celebravit impressum. Nec spei hujus qualiscunque defuit fructus, nam id cum subintellexisset indocile et novarum rerum cupidum vulgus, plurimis hominem in sua et extra suam regionem persecutum est numeribus. Nec tamen poterat argutiam solertè inspicientium talis latere fallacia, cum patenter virus exstillare videretur crucis ipsius violenter inscripta lineola. Is tandem profectus, cum Antiochenæ obsidioni interesset, quæ mendose confinxerat, licet ab aliis jam dudum deprehensa, aperuit, et lucri intentionem non tacuit. Qui quidem honeste ibidem se habuit, et Dominico exercitui multa documentorum gratia profuit. Æmulationem quippe Dei habuerat, sed non secundum scientiam prorsus id egerat (Rom. x, 2); in tantum autem eminuit ut, capta Hierusalem, Beatæ Mariæ ecclesiæ, in valle Josaphat positæ, abbas præficeretur, ac tempore succedenti, Cæsareæ Palæsthorum metropoli archiepiscopus crearetur.

*Martyrii palmam plures adepti.* — Illud autem constat esse indubium quod, nisi divini verbi creberrima eis ministrarentur solatia, nunquam inter tanta famis bellorumque discrimina adeo perseverans eorum exstitisset patientia. Unde quoslibet vita probos, scientia præditos, non minus, imo magis, inter eos valuisse dicimus, quam eos qui arma ipsa propriis contra hostes tractavere manibus. « Qui enim animi defectum admonitione consolidat major profecto eo est cui vires suo hortatu præ-

A « stat, præsertim cum hi qui commonitores erant, « eidem tolerantia in omnibus communicarent. » Quid de illis ad ultimum dicam, qui in hac ipsa expeditione diversis in locis martyrii professione sanciti sunt? Quid, quod non modo sacerdotes, non litterati quilibet, sed viri militares, et quique plebei, de quibus nulla poterat fore confessionis spes, ab hujus sortem gloriæ asciti sunt? Multos etenim captos ex his a paganis audivimus, qui, cum juberentur fidei sacramenta negare, maluerunt capita gladii exponere quam fidem, qua semel imbuti fuerant, Christianam prodere.

*Quid nobilis, Matthæus nomine, gloriose egerit.* — Inter quos specialiter quem referam elegi unum, militarem equidem virum, genere nobilem, sed præ omnibus suæ cognationis et ordinis hominibus quos noverim moribus magis insignem. Hunc, a puero mihi cognitum, sancto vidi adolevisse ingenio, præsertim cum ex eodem quo et ego municipio oriundus exstiterit, et tam ipse quam parentes ejus, parentum meorum beneficia tenuerit, eisque hominum debuerit, una mecum creverit mihi que ad integrum vita ejus studiumque patuerit. Cum enim equestri jam præminuisset officio, armorum fuit singularis titulo; sed omnis petulantia immunis a vitio, in Constantinopolitani imperatoris, scilicet Alexis, celeberrimus palatio, nam in ejus obsequiis consueverat peregrinari sedulo. Qui quidem, quantum ad suum spectabat modulum, cum esset in exteriori bene fortunatus copia, adeo largus habebatur in eleemosyna, in tantum frequens circa divina mysteria, ut non videatur militis, sed potius antistitis ejus vita. Cum enim ejus recolo jugitatem in oratione, pietatem in verbo, benignitatem in munere, sanctæ ejus nimium aggratulor intentioni; sed non minus ingemo meæ. Talem enim ipsius sum expertus actionem, quæ meruerit, non alium quam martyrii finem. Glorior certe, et gloriari possunt quicumque illius consequi potuere notitiam, non præsumo dicere amicitiam, quia quisquis eum vidit, procul dubio martyrem vidisse se noverit.

*Dempto capite illustre fidei testimonium Christo dedit.* — Is plane a paganis captus, cum cogeretur Christi negare fidem, inducias expetiit a perfidis usque ad proximum sextæ feriæ diem. Cui cum libentissime annuissent, æstimantes eum morosiori retractatione mutandum, accidit demum ut dies præfixus adesset, eumque furor gentilium urgeret, quatenus eorum sententiæ cederet, dixisse fertur: « Si idcirco gladium me impendentem distulisse putatis, ut horum dierum mihi lumina parva lucrar, et non potius ut ea ipsa die, qua Dominus meus Jesus Christus crucifixus est, mori mihi contingeret, dignum est ut evidens fiat, quid mens Christiana cogitat. Insurgite ergo, inquit, et quod vultis me exemplo occidite, tantum ut ei pro ipso interemptus, animam meam restituam, qui pro generali omnium vita hodie impenderit suam. » His dictis, gladio imminente subjectum pretendit

1, et cæso capite, transmittitur ad eum, A vocabatur Matthæus, vere, juxta interpretationem similitudini mortis inhiaverat, dominum. Is sui nominis non alii quam Deo donatus.

## INCIPIT LIBER QUINTUS.

### CAPUT PRIMUM.

●● *Qua mente auctor scribat historiam.* — i hujus mei, præter spiritualementem, si quistamen est, fructum, ea intentio est ita me velle uti ab alio, si eadem scriberet, mihi referre. Talis namque animo meo voluntas adjacet agis subobscurorum appetens, rudium vero ite dictorum fugitans. Ea quippe quæ meum queant animum pluris appetitior quam ea uti facilia; nihil memorabile avido semper largiuntur ingenio. Ego plane cum plurimum et scriptitum, ita omnes extrusi ab animo soli profutura putem, nulli alii placitura Opinionibus itaque omnium supersedi, ideo securus aut negligens, præstolor me quot verborum verbere cædi. Prosequamur igitur, æquanimiterque toleremus hominum nos e judicium.

*Antiochenam obsidionem prosequitur.* — Quæ sunt in Antiochena obsidione, nemini relatu ita existimamus, quia, inter eos qui ibidem erant, nullus profecto potuit reperiri, qui quæ circa eandem urbem agi potuerunt, ut pervidere, et ita ad integrum comprehendere se habet ordo gestæ rei. At quoniam ea cæssi sunt in penuriis, bellorumque diversis summatim perstricta sunt, amodo videlicet ut, ad quem finem obsidendo devenirentque fructum tanti laboris habuerint, ut carpamus. His diebus, nocte quadam rutimodum ignis super exercitum nostrorum, et speciem, haud ambigua forma, pariter et crucis. Quod quique illic sapientium invidiam ad bella retulere futura, ubi tamen esset, rux videretur innuere, certa salus et successoria.

*Pyrrus Turcorum dux, urbem tradit Boemundum.* — Quidam de primoribus qui urbi præsidebant Turcabatur Pyrrus. Qui, familiaritatem Boemundi escio pacto nactus, cœpit intercurrentibus crebrius ejus usitare colloquium, et mutuo utrisque quæ et hinc et inde gerebantur communis sapius ambo consilium. Interea soliditati, per assiduitatem colloquii, gliscente fiducia, cum Boemundus suggerere ei aggreditur qua Christianæ ditioni subiceret urbem, cui donei plurima ex parte constabat, suadens etiam istianismum suscipere, spondens nihilominus, duo fieri acquiesceret, quod multum ipsiquæ potiori honore quam ibi hactenus obtinenderet. His promissionibus ille non se-

mel, sed multoties sibi ingestis, tandem lenocinante emolumento, consensit, eique hujusmodi mandata direxit: « Trium, inquit, turrium custodiæ præsum. Ipsas tuo tradam dominio, quaque hora tibi collibuerit et opportunum fuerit, te in ipsas, vel quos volueris, gratanter admittam. » Hæc spes quam maxime attollere cœperat Boemundum, et dum securus præstolatur civitatis introitum, conceptam mente lætitiâ vultu præferebat eximio. Verens igitur ne, cum ille proderet civitatem, aliquis nostrorum sibi principum totius principatum civitatis eriperet, callide exercitus seniores adoritur.

« Non latet, ait, vos, o excellentissimi comites, quas inedias, quos algores quamque truces excubias hanc urbem obsidendo tulerimus, cunctisque personis magnorum, minorum atque mediocrum incumbere æqualiter dignoscitur ferale fastidium, nullumque patere remedium. Consilio itaque apud vos habito, quæso, perpendite an hujus urbis dominium unicuilibet nostrum obtinere sinatis, si alicui contingat istius prodicionem fieri civitatis. Mihi autem videtur non incongruum, ut si seu vi, seu clam, seu precario quisquam ejus obtinebit ingressum, illi procul dubio ab omnibus concedi urbis debere dominium. » Ad hæc principum sententia longe diversa exstitit; et ejus opinioni severa fronte restitit, dicens: « Non satis esse conveniens ut, ubi par labor atque metus, non sine pretii majestate, petita sunt et ubi periculum æqua omnibus lance pependerit, ibi unicuilibet, tot tantorumque dolore quæsitus, debeat magistratus attribui. Qui enim non justum esse censeat ut, in quo universorum certamen exæstuat, illic generalis omnibus requies et pars post victoriam jure perveniat? »

His Boemundus ægre susceptis, et gravi audita trutinans animo, abscessit. Nec mora, pervenit ad principes quod ab hostibus eorum innumerabilis barbararum nationum 407 ad subveniendum Antiochiæ conflaretur exercitus, et mutato repente quisque animo, ad alterutros, coacto concilio, fabulantur: « Si, inquit, Boemundus qualibet techna occupaverit civitatem, nos sibi redditam eum patienter habere feramus, ea sibi conditione indita ut si imperator quod pollicitus est præstiterit auxilium nobis, et ea quæ pariter spondit ac juravit congrua largitione prosequitur, civitas ipsa, nobis tradentibus, juri imperatoris cedat; si vero fefellerit, in partes Boemundi, sicuti ipse expetit, tota concedat. » Quo cognito, vir ipse clarissimus jam preces ad Pyrrum quotidie securus ingeminat, et multa hujusmodi promissorum adulatione circumvenit:

« Ecce optime, inquit, Pyrrus, vides, ad hæc nobis efficienda quid opportunitatis arrideat. Ne ergo, quæso, differas, ne, quidquid communiter utile molimur, si per aliquem, quod absit! detegatur, amittas. » Pyrrus, Boemundi legationi congratulans, opem suam non se dilaturum ullo modo renuntiat. Et, ne virum illustrem redderet diuturna effectus mora suspensum, Pyrrus idem proprium filium latentèr Boemundo dirigit, et de urbis deditioe ut fidenter speraret admonuit: « In crastinum, ait, cum primo diluxerit, universam Franciæ militiæ manum tubis insonantibus in unum coege, et quasi deprædaturos Sarracenorū terras, ut assolent, longiuscule a castris progredi jube. Continuo tamen dextrorsum per montana revertere. Ego vero intra civitatem tuam præstolabor adventum, tuos absque dubio quos immittere libuerit, in eas quæ meo jure parere videntur turres utique recepturus. »

[IV.] Ad hæc Boemundus quæ audierat non segnitèr exsequi properat, et accito quodam cliente suo ei præcipit ut, quasi præconis functus officio, Francorum castra circumeat, quibusque denuntians quatenus summa se cuncti diligentia præpararent ac si in terram Sarracenorū procedere debeant. Nec mora, principis imperio famuli sagacitas irretractabiliter obsecundat, nec Francorum expeditio obtemperare detrectat. Quid apud se lætæ spei concipiat Boemundus duci Godefrido, Flandriensium comiti, itidemque et illi de Sancto Egidio, necnon et Podiensi episcopo denuntiat, jamque tutior ex sponsionibus Pyrrici fatetur sibi Antiochiam ea nocte tradi. Ea igitur exercitu qua diximus ordinatione disposito, militares equidem viri per campestria obambulare jubentur; peditum frequentia per montana processit. Totā itaque nocte proprium iter expediunt, et antequam pareret aurora crepusculum, pro turribus, quas ille felix proditor pervigil excubans observabat, assistunt.

[V.] Ibi Boemundus de equo desiliit, et Francis insolita jam auctoritate intonuit, dicens: « Procedite, et ab ea quam dudum passi estis inquietudine respirate, præerectam vobis scalam conscendite, et ne diu vos morer, diu exoptatam vobis Antiochiam capite, quia quæ pridem Turcis subjacuit, vestræ in proximo, si Deus annuerit, cedit custodiæ. » Ad scalam Franci perveniunt, quæ, mœnibus civitatis innixa et ad eadem fortiter illigata, sexaginta illico hominibus ascensum præbuit, quibus, intra turres exceptis, earum ipsis homo custodias delegavit. At ipse Pyrrus, attendens quod adeo pauci ex Francis ascenderent, non tam nostris, ut postmodum claruit, quam sibi timidus, verens ne ad sui ipsius perniciem cœptæ proditiōis trepidaret eventus. severissime ad præsentēs Græca lingua infremuit: « Parum, inquit, Francos habemus. » Hisque dictis Boemundum vehementer inclamat, negotium nimirum accelerans quod gerebatur, ne civibus, antequam Franci conveniant, innotescat. At Longobardus quidam ex famulis, Pyrrum intel-

ligens de Boemundi absentia conqueri, quam celementer ad virum qui petebatur properat: « Quid, inquit, adeo stupide agis? Quid cum tanto languore tam ardua cœpta prosequeris? Ecce jam nos trium turrium custodias obtinemus, et tu, hujus rei eventus adhuc dubios quasi contemplaris eminus? Expergiscere, manus admove, mediæ teipsum actioni intersere. » Ocior ille festinat cum suis ad scalam, et tam proditoris boni quam eorum qui ascenderant erigit intentionem.

Confestim qui subierant illas Pyrrici turres, attendentes Francos undecunq̄ue confluere, proprium cœperunt cum multo inclamare jubilo signum: DEUS ID VULT, DEUS ID VULT. Idem autem magnis acclamant vocibus, qui ascensuri pro mœnibus stabant. Prævenire tunc alter alterum in subeundo scalam infinita contentione certabat, et quisque subvectus, uti prius poterat, turres et alias occupabat. Quicumque his obvius exstitisset, tradebatur neci. Inter quos etiam occidit frater Pyrrici. Interea scala dirumpitur, et tota nostrorum multitudo subterjacens, et quæ præcesserat, gravi animorum ægritudine sauciat, dum superiores differri sibi verentur auxilium; et infra positi his qui ascenderant timent detrectare suffragium. Sed industria reperit cito locum. Porta namque ibidem clausa atque contigua a sinistra parte latebat; nocte nimirum præpediente reperiri non poterat, quæ etiam interdum, loco infrequenti constituta, minus patebat. Palpando tamen, urgente cura, sentitur. Ab omnibus statim ad eam curritur, fractis repagulis serisque panditur, ~~400~~ Francis irruentibus pervia efficitur.

[VI.] Audires horribili universam civitatem fragore confundi, et dum isti de tanta laboris fine conjubilant, illi insperata omnino sui omnium subversione collacrymant. Nihil moderati usquam penes victores victosque constabat. Illico Boemundus, ut intentam sibi redderet urbem, illud Turcis omnino notabile cognitumque vexillum, coram prospectu castelli, quod adhuc captioni restiterat (suum utique), jubet in cujusdam montis supremitate præstitui. Erat in urbe pervasa ejulatum enormis immensitas, et, dum per omnia fugitantium sit angustia occursus incitantium victorum ad cædem, feralis ferebatur ac truculenta vocalitas. Et, dum recordantur quas pertulerant in eorum obsidione miseras, quas ipsis mortibus acerbiore inedia, omnes quas inferre potuerint insufficientes arbitrantur eorum reatu pœnas. Puniebatur Armeniorum Syrorumque paganorum cohortibus omni merito exæquata perfidia, quia, quos ad suam ipsorum internecionem, Turcorum adminiculo haud segnitèr invigilasse compererant, tandem a supplicii pensione disparare nolebant. Et certe tamen fateor quia ipsorum innumeris pepercissent, si, inter ethnicos ac nostræ fidei homines, aliquam habere discrepantiam scissent. In tanta plane confusione temporis atque negotii, nox quippe fuerat, et populandæ cunctos civitatis aviditas, et morarum impatientia



barat; nihil forsitan vestium qualitates di-  
re, nihil barbarum, incrementa permiserant.  
tris autem in assiduo positus procinctu fati-  
um genarum maciem horribilis primum situs  
rat, et Francico more, incuria diutinæ pere-  
ionis omisso, barbulam quisque rasantem dis-  
t. Quod Podiensis episcopus attendens, et ne  
tuas ruerent cædes, si quando uspiam præliari  
ntingeret, pro barbarum similitudine Turcos  
trum se putantes, verens, et crebro eos radi-  
ices argenteas, vel cujuslibet materiei alias,  
que collo præcepit appendi, ne alter ab altero  
alienigena possit intercipi. At hi, qui in ten-  
resederant, dum mane civitatenses audiunt  
entissimo tumultuatione moveri, e papilionibus  
rodeunt. Boemundi vexillum ante mœnia  
i, nondum capti, celso in monte conspexere  
um. Currunt propere, portasque civitatis  
punt, Turcos Sarracenosque quos reperere  
iunt, illis tamen a cæde salvatis qui subintra-  
castellum. Turcorum vero aliqui, Francos  
gentes civitate potitos, per alias urbis portas  
sunt. Intra urbem autem sexuum diversitas  
rete perimitur, exiguæ spes ætatis excidi-  
t, dum seniori effeto non parcitur, ambigi  
olest quanta ferocitate juvenus bellis apta  
itur

.] Interea Cassianus, qui Antiochenæ præse-  
urbi, dum Francorum metuit manus incur-  
ugæ subsidio vitam sibi lucrari desiderans,  
turimis comitibus, haud procul ab Antiochia  
credi confinia devenit. Sane dum fugere præ-  
ant, equos suos omnimodis defectos reddide-  
jamque nequaquam progressius ire valentes,  
necilium quoddam diverterant montanorum.  
habitatores, Armenii videlicet atque Syri,  
um immanissimum hostem paupere delituisse  
o, fortuna eum jam adversante, cognoscunt,  
ehensum capite truncant: succisamque cer-  
ad Boemundi præsentiam deportant, ut  
penes eum, pro insoliti oblatione muneris,  
tis gratiam obtineant. Cujus balteo vagina-  
iltelli sublatis, sexaginta Byzanteorum pretio  
ida taxarunt. Gesta sunt hæc Nonas Junii,  
uinta haberetur feria. Cerneres civitatem cæ-  
explicitis, intolerandis exundare fetoribus;  
plateas, atria, vestibulaque ædium, quæ pri-  
nulta æquoris gratitudine, marmoreæ crustulæ  
terant, teterrimo jam uniformiter cruore sor-  
t: inflinitorumque cadaverum passim decum-  
congerie, truculenta spectacula, aurarumque  
starum feralitas, oculorum ac narium misera-  
sensus infecerant. Sternebantur vicorum  
tiæ corporum strage putentium, et dum nec  
di tot funera facultas aliqua subjacet, nec  
a fetoribus diverticulum usquam patet, assi-  
visionis ac spiritus, præ sensibus constitu-  
cutiebat horrorem. Unde jam per ipsa cada-  
vribus stratæ erant semitæ, nemo, usu præ-  
audaciam, verebatur incedere.

## CAPUT II.

[VIII.] *Curbaran Persa militiæ princeps contra Fran-  
cos progreditur cum maximo exercitu.* — Igitur Cur-  
baran quidam dictus, regis Persarum, quem veteri  
Sogdeanum nomine, ut Romani Cæsares, vocare  
solent, major domus, vel potius militiæ princeps,  
cum adhuc infra regnum Persidis, in illa quam Co-  
rozaniam vocant provincia moraretur (dicunt autem  
quidam terram circa Caucasum Corozaniam, cor-  
rupto a rudibus nomine, appellari) a præfato Cas-  
siano, Antiochenæ urbis principe, crebris compel-  
labatur 400 nuntiis quo sibi sub tanta obsidionis  
angustia posito concurreret, pollicens quia, si Fran-  
cos averteret, aut urbem liberatam ipsius dominio  
contraderet, aut subventionis laborem maxima im-  
pensione munerum exæquaret. Cumque admodum  
grandem jam idem militiæ princeps, hujus spe pol-  
licitationis illectus, conflasset exercitum, et a  
summo sui erroris pontifice (habent enim et pa-  
pam suum, ad instar nostri) licentiam Christianos  
perimendi poposcisset ac accepisset, ad eruendam  
Antiochiam properare, infinito agmine succenturia-  
tus intendit. Hierosolymorum præfectus (quos bar-  
barica illi lingua Admiravisos vocant) plurimo con-  
festim exercitu, ipsius adventantis copias auxit.  
Itidem Damascenum regem, cum expeditione non  
minima, suis contraxit auxiliis. Gentes autem illæ,  
quas profanus evocaverat princeps præter Turcos,  
Sarracenos, Arabes ac Persas, cogniti videlicet apud  
C historiographos nominis homines, novitiis cense-  
bantur vocabulis, Publicani scilicet, Curti, Azimitæ,  
et Agulani, cum aliis innumerabilibus nequaquam  
gentibus, sed portentis. Eorum siquidem quos  
Agulanos appellant tria numero millia existisse  
feruntur. Qui neque gladios, neque lanceas, aut  
sagittas, nulla penitus arma formidant, quia omni  
ex parte cum ipsi, tum equi eorum ferro adope-  
riuntur. Hi nihil armorum prorsus in bellis præter  
enses usui habent.

Curbaran igitur cum tanto gentium fastu ad  
Francos ab Antiochia divertendos contendebat. Cum-  
que jam fieret urbi contiguus, ecce Cassiani de-  
functi filius, Sensadolus vocabulo, obvius eidem  
principi adfuit, et cum multa ad eum mœstitudine  
dixit: « Cum magna tuæ fortitudinis habeatur ce-  
lebritas, et tuarum victoriarum ubique gentium  
incomparabilis procedat opinio, de tuis, ut spero,  
præsiidiis neutiquam, vir invictissime, mihi despe-  
rare licebit. Dum enim tua nemini videam non va-  
lere suffragia, tuaque passim constet ob facinorum  
claritatem reverenda potentia, non nisi pudori est  
coram te mea deplorare infortunia, cum certum  
teneam, ea quæ exoravero in cassum nullo modo  
prorsus itura. Meminit gloria tua quot a patre  
Cassiano, dum in Antiochia obsideretur, legationes  
habueris, et quod, dum ei subvenire deliberas, cap-  
tam a Francis urbem audieris, nunc interempto  
parente intra præsidium ejusdem civitatis obsideor,  
eadem procul dubio mihi ipsi præstolans eventura,  
quæ patri cognoverim facta. Si Antiochiam perva-

serunt, idemque plurimis Romanæ ac Syriæ municipiis urbibusque fecerunt, indubium profecto est quod et vobis et aliis nostræ hominibus gentis atque locis, identidem facere proposuerunt. Excellentia itaque tua, admotis contra tam rabidos ausus viribus, excitetur, et, omnia occupare volentibus hominum pauperrimis, cœpta possibilitas abscondatur. Mihi nempe in meis infortuniis, tuorum auxiliorum spes suprema restiterat. » Cui querimonias exaggeranti me refert : « Si, inquit, vis ut his tuis instantibus periculis obstem tuisque utilitatibus attentius operam dem, oppidum, quod defendis et pro quo supplicas, meæ ditioni contrade, et postquam meis castelli custodiam delegavero, tunc experieris quantum pro tuo exercear commodo. » Ad hæc Sensadolus : « Si Francos, ait, mihi prorsus interimas, mihi que eorum desecta capita tradas, admittam te in oppidum, factoque tibi hominio, tuo juri idem servabo castellum. » Cui Curbaran ait : « Non ita mecum acturus es : sed continuo castrum trades. » Quid plura ? Profani principis vicit exactio, et se juvenis a dominio castelli exponens, illum qui extorquebat, non diu inde gavisurum, induxit.

[IX.] *Antiochiam obsidet Curbaran.* — Tertia, postquam Antiochiam Franci irruperant, dies agebatur, cum ecce Turcorum præambuli ante urbis mœnia eurrerunt; reliqua vero exercitus frequentia ad Pharpharicum fixit tentoria pontem. Aggrediuntur ergo quamprimum turrim ponti contiguam, qua magnis expugnata nisibus, omnes interimunt quos reperere intrinsecus, nec cuiquam illorum vita indulta est, præter soli eorum domino, quem tamen, exacto postmodum contra hos bello, nostri invenerunt compeditum ferro. Postridie exercitus prope- ravit ad urbem; ac in medio duorum fluminum, castrorum sibi loca legentes, duos ibidem egere dies. Capto itaque castro, cujus præsidem in vincula con- jectum prædiximus, Curbaran unum de suis proce- ribus evocat, quem sagacem sibi que fidum noverat, eique imperat : « Vade, et hoc mihi oppidum, qua qua debes et de te spero fidelitate defende. » Cui ille : « Imperio, ait, super hac re tuo difficulter obe- diam; id tamen ejus rationis conditione perficiam ut, si Francis cesserit victoria, detur mihi victo- ribus castrum tradendi licentia. » Curbaran vero : « Ejus, ait, consilii constantiæ que te noverim ut, quidquid tibi exinde agere libuerit, securus assen- tiam. »

Castri ergo illius munitione explicita, princeps ille funestus ad sua regreditur castra. Cui Turcorum suorum aliqui, raptis recens cujusdam pauperis pe- ditis armis, ad nostrorum ludibrium præ oculis ea iugesserunt, ense scilicet, diutina rubigine sca- brum, nigrum ad instar fuliginis arcum, et lanceam impolitam, multorum annorum fumo infectam, eique garriendo dicunt : « Ecce arma, quibus eos Fran- corum expugnabit exercitus. » Et Curbaran arri- dens eis : « Hisne lucidis adeo ac fortibus armis,

A Orientem depopulabuntur? his viribus Caucasi ex- trema subdentur?, easque fortassis quas anti- quitus obtinere terras Amazones, ac nostri quon- dam sibi vindicavere parentes, poterunt adimere nobis Franci prorsus inermes? » Dixit, et accito confestim notario, ait : « Scribe quantocius eosdem apices per diversa pitacta, quæ per provincias Per- sidis dirigantur, ad papam videlicet nostrum, ad dominum etiam nostrum regem Persarum, ad præ- fectos quoque et commilitones diversarum regionum. Quorum hæc quidem habeatur sententia :

[X.] « Domino regi magnifico Persarum, papæ que beatissimo, et omnibus adversus Christianos sanctam professis militiam, Curbaran suæ militiæ princeps, salutem atque victoriam.

B « Gratulor summæ divinitati, patres ac domini, quod tempora nobis gaudiis semper opportuna sup- peditat, et victorias de hostibus gentium ubique ministrat. Tria hæc vobis arma transmittimus, quæ quidem Francis tulimus, ut videatis quo munimine polleant, qui nos a patria exturbare desiderant. Sciri autem a vobis volo quia Francos, qui nobis omnibus minabantur exitium, intra ipsam quam cœperant Antiochiam obsessos teneo, castrum vero quod præminet urbi altrinsecus, e regione obsessorum, possideo. Et cum meæ adiaceat ad libitum vol- untati aut conclusos trucidare, aut extremæ capti- vitati addicere; vos interim, dum redeam, nulla volo nostri causa sollicitudine cruciari; sed scire indubitanter nos eorum omnino dominari. Solito ergo tutius vacate deliciis, lautiora epularum obso- nia celebrate, multiplicatis conjugum scortorumque gynaciis, generi propagando insistite et succrescens filiorum numerus, Christiano, quod jam tum et no- mini, valeat obviare. Testor verumtamen summum, beatissimo Mathomo patrocinate, Tonantem, quo- niam non ante vestræ oculos majestatis intuear, donec regiam urbem, scilicet Antiochiam, appendi- cemque Syriam, Græcos atque Epirotas, quos dicunt Bulgaros, meo sub jure coerceam; Apulos quoque et Calabros ad vestræ gloriæ incrementum meæ ditioni subjungam. Valet. »

[XI.] *Mater Curbaran filium deterrere conatur ab Christianorum internecone.* — At mater Curbaran ipsius, quæ in Aleph manebat civitate, per idem tempus accessit ad ipsum, eique mœsta suggestit :

D « Velim, inquit, nosse, si constent, ut dicitur, quæ de te celebravit opinio? » Cui filius : « Quæ illa? — Bellum, inquit, Francis te illaturum æstimant. — Nihil, inquit, verius. — Fili, ait, virorum optime, per ingenitos tibi libera- lissimos mores, quæso, contestari te audeam, ne eis pugnam inferas, ne tuæ detrimentum laudis incurras. Cum enim usque in ulteriorem superioris Indiæ Oceanum armorum tuorum claritudo reful- geat, tuisque præconiis respondeat ultima Tyle, quare pauperum hominum sanguinibus tuos obdu- cere mucrones affectas, quos impetere inanis est pœna, et superasse, nulla sit gloria? Et cum reges

terrere remotos, quid tibi cordi est laces-  
venas miseris? Personas eorum, filii, fateor,  
contemptibiles ducas; sed pro certo noveris,  
Christianæ religionis admodum præcellit au-  
. Ideo precor ne velis attentare quod te post-  
cœpisse sero doleas. »

*Stille matris assurgere monitis.* — Hæc ille cum  
t, lumine ad eam torvo respectans: « Quid,  
tibi aniles texere fabulas? Desipis, ut conji-  
n amentiam versa, sine intellectu verba pros-  
s. Plane plures urbium domini mihi militant  
psi in tota sui exercitus universitate homines  
e prævaleant, et tu, mente delira, æstimas  
Christianæ præsumptiones testimonia meæ  
obtexunt? — Fili, ait, amantissime, eorum  
us loquimur hominum nomina floccipendo;  
am auctorem Christum, omnimodis ne ab-  
as exoro. Nulla forsitan eis tecum pugnare  
t, sed Dei ipsorum est, si præstare velit,  
ictoria; ipse suos, etsi segnes et ignavos,  
soli gloria solet defendere et eorum custo-  
orum pastorem se novit [al., meminit], imo  
storem, invigilare. Putasne quod is qui fidei  
rvavit imperia, qui huc usque contra nos  
is potiri victoria, non possit etiam modo,  
isu perfacili amoliri molimina? Ipsi namque,  
Deo a mortuis resurrecturo, a Patre dicitur:  
inquit, Deus, judica terram, quoniam tu  
abis in omnibus gentibus (*Psal.* LXXXI, 8). »  
tur ipse terram judicat, quosdam videlicet  
perditorum discernit et segregat, alios vero  
t, et non omnes gentes, sed in omnibus gen-  
artem de toto assumens, hæreditat. Audiat  
ntia tua, filii, quam severus eos punit, quos  
notitia exsortes sinit. Ait propheta David:  
de iram tuam in gentes quæ te non noverunt,  
egna quæ nomen tuum non invocaverunt  
(*xxviii*, 6). »

Francos istos, non ideo quia advenæ sunt,  
gentiles contemnitis, non armorum obscu-  
non vitæ mendicitatem abjicitis, sed in eis  
otius Christianum nomen horretis. Et certe  
n eis despicitur, pro eis, cum necesse exsti-  
usa ira præliabitur. Si his prophético ore  
tur, quod a solis ortu usque ad occasum  
le nomen Domini habeatur, dum non super  
sed super omnes gentes excelsus prædicatur  
*xxii*, 3, 4), et Dei ipsius ore, quæ plebs sua  
at, jam plebs sua, et quæ non dilecta dilecta  
(*Rom.* ix, 25), dum quæ exstiterat in Judæis,  
nes adoptionis gratia transfertur, et in reli-  
i vultus eorum Judæorum utique præpara-  
s nisi demens filios Dei impugnare molitur?  
tio tibi plane, quia, si eos bello aggredieris,  
ibi incommodum infamiamque parabis; certa  
tuæ damna subibis; ipsos etiam spoliolorum  
sublatione ditabis; tu quoque turpi fuga  
do laberis. ■■■ Non te hoc siquidem in  
manet interitus; sed certum tamen habe

A quia tibi vita comite præsens nequaquam transiet  
annus. Deus enim ipsorum perpetratum non illico  
scelus ulciscitur, sed usque dum ipsum permaturue-  
rit crimen, criminosi aliquoties poena differtur.  
Ideoque vereor, filii, ne tuæ, quod absit! trucu-  
lencia mortis accrescat, dum protelatur. »

[XII.] Ad hæc Curbaran ex materni miraculo ser-  
monis redditur hebes, et de propinquæ nomine  
mortis exsanguis et tabidus, inquit: « Et tu, horum  
velim scire, quomodo sis consecuta notitiam, gen-  
tem videlicet Christianam vires hujusmodi contra  
nos exerturam, nosque in hoc ipso quod imminet  
prælio devicturam, nostra eos spolia direpturos, et  
quod præsentī anno mortis repentinæ incidam la-  
queos. »

B « Fili, ait, centum prope annorum tempora decursa  
noscentur, ex quo in abditis quibusdam sectæ gen-  
tilis voluminibus répertum constat, quod populus  
Christianus bellum nobis illaturus insurgat, nosque  
ad plenum subigat, et quo nunc dominium exerce-  
mus, ibi sibi prorsus regna constituat, gentilitasque  
fidelibus subdita fiat. Sed in hoc scientia nostra  
fuscatur quia nescimus utrum modo, an in longa  
tempora compleatur. Ego etiam astronomicam di-  
sciplinam diligentiori intentione disquirons, innu-  
merarumque sortium conjecturas attendens, æqua  
omnium collatione edidici quia a Christianis homi-  
nibus non esset omnino necesse devinci. Ideoque  
præcordialiter tibi indoleo quia indubium mihi  
constat quod ex te jam propemodum orbata rema-  
neo. »

C « Mater, inquit, velim mihi disseras aliqua, de  
quibus hæsito. — Consule, ait, ne dubites, namque  
quæ sciero, præsto habes. — Boemundus, et Tan-  
credus dii habeantur, an homines, quæso, inquit,  
mater, edoceas, et si ipsi Francos in præliis victores  
efficiant, precor, edicas. — Fili, Boemundus et  
Tancredus, communi uti et nos mortalitati obnoxii  
sunt, sed quia pro fide sua agunt, gloriam clari no-  
minis, Deo eis cooperante, meruerunt. Deum au-  
tem Patrem profitentur, cujus Filium pro se huma-  
natum itidem venerantur, qui tamen idem esse in  
Spiritus sancti unitate creduntur. — Quoniam,  
inquit, non Deos, mater, sed puros homines no-  
strique simillimos attestaris, nil aliud procul dubio  
restat nisi ut facto prælio comparemur collatis viri-  
bus illis. »

D [XIII.] Igitur mater intelligens filium ad bella cum  
Francis agenda proclivem, et suis nolle consiliis  
animos adhibere, collectis quæ circa se reperiri  
poterant copiis, ad memoratam superius urbem  
Aleph, de filio suo nimium suspecta, concessit. Ter-  
tia posthac die Curbaran arma sumit, et Turcorum  
plurima cum eo frequentia civitatem adeunt, ex ea  
parte qua illud, quod nuper cœperant captumque  
sibi communierant, erat castrum. Nostri autem se æs-  
timantes eisdem posse resistere, aciem adversus illos  
instaurant. Sed tanta eorum copia exstitit ut nostris  
obsistendi virtus aut audacia nulla foret. Coacti

igitur regrediuntur in urbem. Quibus agmine glomerato fugaciter portam intrantibus, adeo fuit angustus introitus ut pluribus accideret lethalis, ex mutua compressione, defectus. Quinta erat tunc feria, et quidam extra urbis præliabantur portam; aliquos, intrinsecus adversus oppidanos confligentes, totum constitit in præliis continuasse, donec vesperasceret, diem.

### CAPUT III.

[XIV.] *E Christianis timore perterriti aufugiunt nonnulli.* — Sed quia Christus, qui quondam, etiam nunc quos elegerat novit, ea nocte quidam, qui, ut ita dicam, de eorum genere non erant, per quos salus in Israel veniret, dum se Turcorum exercitu ambiri, dum

Bella diurna vident vix noctis limite claudi,  
Intremuere, timor penetravit pectora cassus,  
Atque sub obtutu mors sola paventibus astat.  
Funditus ante viros sua vita pendit inertes,  
Non nisi jam Turcos trepida sub mente tuentur.  
Hostili reputant jam se mucrone feriri.  
Quisque suis ibi subsidium desperat ab armis.  
Cogitat ergo fugam; qui contempsero Dei spem,  
Turpiter obscenas profugi subiere cloacas.  
Dignus eis fuit exitus, qui tale verendis  
Exemplum dedit agminibus. Reptando fugaces  
Ad mare perveniunt, manuumque pedumque revulsas  
Amisere cutes, exesis carnibus ossa,  
Abradunt cautes. Pauli doctoris ad instar,  
Cui fuga per murum dederat vitare Damascum,  
Hi sibi concinnas insignivere latrinās.

[XV.] Fuere autem hi qui recesserant, Guillelmus quidam ex Northmannia, nobiliter omnino progenitus, cum Alberico fratre, qui a primævo scholis datus clericum fecerat, et postmodum a clero apostatice ac turpiter, militiæ amore, desciverat. Municipium quoque eorum, ex quo agnomiabantur, exprimerem, nisi generis eorum amica mihi contiguitate devictus, pudori ipsorum parcere definissem. Guido etiam quidam, qui Trossellus cognominabatur, qui trans Sequanam oppidorum dominio potentiaque clarissimus, genere vero Franciæ universæ conspicuus habebatur, fugæ illius insignia vexit. Existere et alii hujus sanctæ militiæ desertores, qui cum in patriam repedassent probro et execrationi habiti, ubique conclamabantur infames. Quorum quidem aliquos ignoramus; quibusdam vero, quorum **419** in promptu notitia est, derogare nolimus.

[XVI.] Ad portum itaque qui dicitur Sancti Simeonis deveniunt, naves nautasque reperiunt, nautis inquiunt: « Quid hic vobis præstolari infelices? Illos omnes quibus victualia conveyere solebatis, morti noveritis destinatos; urbem enim ipsosque intra urbem Turcorum obsedit exercitus, et nos propria corpora ab eorum pernitie vix nuda excerpimus. » Qui tristis nuntii jaculo terebrati, postquam apud

A se diutius stupentes hæserunt, salutem ad ultimum in fuga ponentes,

Conscensis ratibus petierunt æquoris alta.

Nec mora, illis volumina marina sulcantibus, Turci adsunt. Quos ibidem invenero, perimunt, naves quas in ipso sili vado reperere, comburant, exuvias illorum quos enecuerat, diripiunt. Porro, postquam illi degeneres, et superni juvenis refugæ, per obscenissima, ut ferunt, loca recesserant, residui qui perseverare delegerant, jam tolerare hostilia sine ullo interstitio arma nequibant. Murum ergo inter se hostesque construunt, quem, continuatis excubiis, nocte dieque custodiunt. Ibi nostrorum oppressio adeo miseranda suboritur ut ad infames cibos, equorum asinorumque carnes, compellerentur.

[XVII.] *Per visum Christus presbytero apparuit asseruitque Christianis fore præsto.* — Interea die quadam, principibus exercitus ante castrum quod intra urbem obsidebatur positus, et pro omnimoda quam patiebantur miseria animo atrocissime consternatis, ecce quidam presbyter astitit coram eis, et ait: « Patroni et seniores, visionem excellentiæ vestræ refero, quæ consolationi vestræ, si ei crederitis, proderit, ut spero. Cum in ecclesia Beatæ Dei Genitricis quadam nocte dormirem, Dominus Jesus Christus, cum ipsa Matre piissima, et beato apostolorum principe Petro, mihi apparuit, et assistens, dixit: Scisne qui sum? Minime, inquam. C Dixerat, et ecce in ipso capitis ejus nimbo, uti solet, in picturis fieri, crucis species apparuit. Interrogatione ergo iterata Salvatoris imago repetiit. Necdum nosti quem videas? Non alias, Domine, aio, tuam reviso notitiam, nisi quia tuis modo conspicio cervicibus imminere crucis effigiem, quod tuam specialiter, quocunque pingitur, insignire consuevit imaginem. Haud, inquit, erras; ipse ego sum. Confestim, non immemor ejus quam pariter patiebamur angustiam, pedibus me illius advolvi, et deprecabar obnixè quatenus communi pro fide certantium calamitati succurreret. Optime, inquit, quæ tolerastis attendi, amodo vobis opitulari non differam. Meo instinctu hujus expeditionis vota sumpsistis, Nicæam civitatem me expugnante cœpistis, multiplices sub meo ducatu D victorias habuistis, et cum vos huc usque perduxerim, ærumnis quas in obsidendo urbem Antiochiam passi estis indolui, quæque intra urbem modo etiam toleratis. Sed cum vos tot beneficiis tantisque triumphis extulerim, urbiq; victores induxerim, sanos incolumesque servaverim, vos meo munere abutentes, et cum Christianis male egistis, et cum paganis mulieribus fœdissime cohæsisistis, fetorem nimii clamoris in cælum emisistis.

« Ad hæc pietatis invincibilis Virgo, et humani generis Maria ad Deum semper interpres, et claviger æthereus Antiochenorum specialis episcopus Petrus, ad vestigia misericordissimi Domini provolvuntur, deprecantur et rogant ut populo laboranti suum impendat solatium. Ubi etiam ipse mirabilis

Petrus per se intulit : « Meminit, Domine, majestas tua, quam pudendis domum meam in hac urbe attaminarunt pagani sordibus, redundat ad tuam divinitatis injuriam, quod tua sacraria flagitiis complevere et cædibus. Cum ergo eos tandem, miseratus, expuleris, gaudiumque super hac re cælo intuleris, tu tam pii facti pœnitens, eorum superbiam regredi in statum pristinum adversus temetipsum patieris?

« Motus ergo his dictis, Dominus mihi dixit : « Vade, et dic populo meo, ut ad me præcordialiter convertatur, et ego me ad ipsos totis polliceor visceribus reversurum, et intra quinque dies maximum vobis præbebo subsidium. Litanias itaque instituant, istudque Responsorium Ecclesiastici quique decantent : « Congregati sunt inimici nostri, et gloriantur in virtute sua. Contere fortitudinem illorum, Domine, et disperge illos, ut cognoscant, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. Disperge illos in virtute tua, et destrue eos, protector noster Domine. » Quibus peroratis adjecit presbyter : « Si de his quæ dicta sunt, aliqua vestris animis irrepit ambiguitas, ergo in hujus nomine veritatis, cuicumque volueritis me examini vel judicio, seu ignis seu præcipitii, plena fide submittam, et si lædi me contigerit, læsione meâ atrociorē quam potestis addite pœnam. » At vir undecunque canonicus Podiensis episcopus, Evangelia jubet crucemque deferri, quatenus verba ejus fides astrueret sacramenti.

[XVIII.] *Obsessione cincti forti animo futuros mutuo jurant duces.* — His peractis extemplo principes, communicato consilio, mutuo sibi sacramenta dederunt, quod scilicet : « Neque mors, neque vita a cœpta eos defensione suffugere cogeret, quantumcunque vel ipsos urgeri necessitate contingeret. » Primo igitur Boemundus, secundo Sancti Egidii comes, Hugo Magnus, Robertus Northmannicus, dux Godefridus, comesque Flandrensis, pari se nunquam quod cœperant deserturos, animositate jurarunt. At Tancredus ea conditione juravit quia, quandiu quadraginta militum suffragio niti posset, non solum ex ea quam patiebantur tunc, obsidione sese nequaquam subduceret, sed nec ab Hierosolymorum itinere abduci, nisi obvia morte valeret. Quæ res audita minoribus magnam in totius subiectæ multitudinis pectoribus, fortitudinem parturivit.

#### CAPUT IV.

[XIX.] *Cuidam pervisum lanceam, qua Christi latus perforatum est, in Antiochena ecclesia absconsam ostendit B. Andreas* (39). — Antequam quoque Antiochena civitas caperetur, cuidam de exercitu, Petro nomine, beati Andreæ apostoli species apparuit, dicens : « Quid tecum agitur? » Cui ille stupidus non ad interrogata respondit, sed, quis esset, quæsit. Ille Andream apostolum se esse non tacuit. « Noverisque, ait, tili, quia cum urbem Deo aperiente, Francorum virtus intraverit, ad beati Petri cœpostoli mei ac fratris Ecclesiam ibis, ibique tali

A in loco lanceam, qua Salvatoris nostri Jesu Christi perforatum legitur latus, invenire poteris. » Dixit, nec addens plura, recessit. Cujus visiones conscium neminem homo isdem facere tunc voluit; nec eam apud se tanti pendit ut ludibriis somniorum, quibus pene indesinenter afficimur, majus in ullo æstimaret valere aliquid. Et tamen non sui, dum cum apostolo loqueretur, penitus immemor ei intulerat : « Domine, inquit, si hoc quod a te præcipitur nostris edicerem quod fidei indicium dubiis adhiberem, unde ad credendum cogi possent? » Ad hæc verba gloriosus apostolus hominem corripuit, et ad beati fratris basilicam, in eum quo erat reposita lancea locum spiritaliter asportavit.

B Capta postmodum civitate, cum Dei populus his, quas prælibavimus, subjiceretur exitiis, idem iterum memorabilis apostolus, qui juste omnimodis earum rerum procurator fieri cœperat, quas ad charissimi fratris ornatum domus pertinere cognoverat, homini illi Petro rursus apparuit : « Quare, inquit, distulisti manifestare quod jusseram? Cum videas tuos hinc inediaram periclitari incommodo, illinc Turcis insistentibus, foveæ jam propemodum desperationis illabi, ea quæ me prænuntiant didiceras, ipsis notificare debueras, cum procul dubio eos scire conveniat, quia quocunque lanceam eadem pertulerint, victoria sibi certa proveniat. » Qua apostoli admonitione secundo habita, nostris cœpit verborum quæ in visione audierat seriem prædicare. Populus autem hominis dicta reverberans, mendacii simile quid putabant, undique enim eos circumcingentibus malis, spem aliquam ejus concipere rei nullatenus poterant. At ille pertinax, et ex apostolici sermonis auctoritate solidior, asseverabat sibi apparuisse apostolum et bis in visione dixisse : « Propera, et dicere quantocius militiæ Domini periclitanti ne differas, quatenus timore recusso Deo adjutorium pollicenti indubia fide cohæreat; citra enim quinque dierum spatium tale quid Dominus revelabit, per quod multo gaudium sua pectora revelabit; et si prælium eis ingruerit, hoc sacro præeunte signo, omnis sibi hostilitas devicta mox suberit. » Cœpere interea ad dictorum illius credulitatem sedula hominis illius suasionem

D vocari et vicaria jam commonitione, spei qualiscunque respiratione juvari : « Non ita, inquit, nobis est desipiendum ut nos pro fidei defensione conclusos, Deus tot hactenus victoriarum præstitor, de se sperantes, et ad se gemebundis animis inhiantes, Turcorum gladiis concidendos exponat; sed pro certo credi debet quia post tristia tempora, lucem nobis suæ miserationis ostendat; timoremque suum super eas quæ se non exquisierunt gentes immittat. »

#### CAPUT V.

[XX.] Igitur qui tuebantur castrum Turci, tanta circumfuderant nostros instantia ut intra quamdam, quæ in prospectu castelli erat arcem, tres eorum milites obstruserint. Prodeuntes etenim e

castello pagani tanto in nostros bacchabantur incursu ut penitus tolerare nequirent. Duo itaque ex his quos incluserant militibus, vulnerati aufugiunt; tertius diem adversus hostes, in sui defensione, continuat, adeo ut duos ex eis super muri deambulacra, sectis ipsorum hastilibus, occiderit. Ipsi etenim tres hastas Turci præ manibus concidendo minuerant. Erat autem militi illi nomen Hugo, et agnominabatur Insanus, de domesticis cujusdam Josfredi, qui de Montescabioso prænomen habebat.

[XXI.] *Qua Boemundus arte milites excitat ad pugnam.* — Memorabilis autem Boemundus, cum ad castrum expugnandum vix aliquos suadere valeret, nam qui domi delitescabant, panis aliqui penuria arctabantur, alii gentilium rabie ac numero terrebantur, gravi animadversione citatus, ex ea civitatis jubet ignem parte supponi qua situm fuerat nuper defuncti palatium Cassiani. Quod quique videntes, derelictis quæ cremabantur omnibus, alii ab incendio confugiebant ad castrum; alii ad comitis Sancti Egidii confluxere portam, quidam ad Godefridum coiere ducem, quisque ad eam cujus indigena putabatur gentem. Mox ad cæptæ destitutionis augmentum vehementissimæ nimietas tempestatis incessit, ita ut fieret tanta validudo ventorum, quo neminem pene liceret incedere rectum. Boemundus interea, dum conflagratione horribili abradi funditus conspicit urbem, cæpit pro ecclesia Beati Petri et Sanctæ Mariæ, aliisque ecclesiis anxie nimis æstuarè. Ab hora tamen tertia usque ad noctis medium, flamma desævians, ecclesiarum domorumque duo millia redexit in cinerem. Circa meditullium ergo noctis, pyræ furentis conquievit acerbitas.

[XXII.] *Ignis de cælo cadens Turcorum exitum prænuntiat.* — Præterea castellani atrocissime vexabant nostros, qui versabantur in urbe, assiduo ipsos molimine inedia fatigatos, interdiu ac nocte pulsantes, nihilque utrorumque exercitus nisi lanceæ et gladii disparabant. Videntes itaque nostri indesinenti se duellione teneri, nec sibi si omnis victualium copia suppeteret, aut edendi, aut bibendi opportunitatem ulla ex parte concedi, inter se et hostes, cæmento ac lapide castrum ædificant, machinis frequentibus ambire festinant, ut vel de cætero aliquantisper securiores existant. Pars aliqua Turcorum commanebat in castro, quæ momentis prope singulis nostros consueverat irritare bello, alia propter castellum quodam hospitabatur in campo. Nocte ergo sequenti ignis species a plaga occidentali de cælo prolabitur, ac intra hostilia castra cadendo demittitur. Utrisque partibus spectabile plurimum præbuit casus iste miraculum. At ubi mane inclaruit, quo citius potuere Turci a loco, in quo desederat cælestis flamma, recedunt et ante Boemundi, quam occupaverat portam, castra reponunt. Quod portentum, illud quod sibi imminebat

A patenter, si intellexissent, enuntiare videbatur exitium.

Porro oppidani, qui crebris nostro exercitui irruptionibus incumbabant, pene sine ullo temporis interstitio intentis arcibus, nostrorum vulneribus aut necibus insistebant. Qui autem exterius civitatem vallaverant, et mœnibus adjacens territorium longe lateque contexerant, custodia adeo vigilantium universæ introitus urbis obstruserant, ut nusquam exire vel ingredi, nisi noctu, et hoc clam omnino valerent. Cum tanto namque numero idem hostes luxuriaque convenerant ut passim nihil aliud quam homines ac tentoria viderentur, pretiosa supellex, variarum vestium claritates, armentorum ac pecuariorum ad victualia greges. Ad hæc in similitudinem, ut ita dicam, templi, ornatæ uxores, tum præterea ad libidinis cumulum, pharetratae cum arcibus advenere virgines, ut veteris in eis Dianæ nova cerneretur species, ut non causa bellandi, sed potius sub obtentu putarentur convenisse gestiendi. Prælio plene majori exacto, ab his, qui interfuere asseritur, quod etiam recens nati infantuli, quos in ipso pro-cinctu expeditionis enixæ mulieres fuerant, dum pro urgentium Francorum insecutione præprope-rant, seque morarum ac oneris impatientes exoccupant, medio projecti reperirentur in gramine, uti eos, dum sibi quam illis plus metuunt, negligenter effuderant.

[XXIII.] *Quam maximam ciborum penuriam patiuntur obsessi.* — In hunc itaque, quo diximus, modum, Turcis undique nostros prodire vetantibus, et exteriori prosus sibi necessariorum procuracione negata, famis per omnem pene exercitum succedere pericula, et atroci inedia insolentia, pauperiorum quorumquæ præcordia pulsabantur. Cum enim Franci, Antiochiam obsidentes, universam civibus contrahendarum escarum copiam ademissent, tanto in urbe capta arctiorem reperere substantiam, quanto diligentiorè, ne contra se muniretur a Turcis, ipsi obsessores habuere custodiam. [Extenuatis denique quæ ad usum pertinebant omnibus, panis exiguus uno Byzanteo emebatur. Annonæ ergo raritas et condimenti paritas, cum plurimam ubique peperisset angustiam, multis, præ inopia tumescentibus, extorsit animam. De vini potione tacendum, quod ab omnium generaliter ore perierat. Et plane malum biberet, cui nihil suppetebat ut ederet. Jam deficiente legitimi victus obsonio, equinæ carnis quisquam vix reverebatur edulium, contristabatque plurimos frequentibus quæsitâ macellis, et carius empta paucitas asinorum. Pullus quindecim solidis vendebatur et duobus ovum, nuxque denario. Ubi enim hominum frequentia, cibusque totius penuria, necesse constitit cara ibidem haberi omnia. Ficorum, carduorum, atque vitium frondes in pulmenta transierant. Jamque iu arboribus fructus quæri cessaverat. Olerum vices, quorumlibet foliorum concoctæ diversitates agebant. Equorum, camelorum, asinorum, boum, bubalo-

rumque carnes, personarum opulentiorum deferebantur ad esum; sed sicca eorumdem tergora, in morem sepiarum concisa, dum diurno igne coquerentur elixa, accuratissimam pauperioribus præbuere coquinam.

[XXIV.] Legantur ubique gentium urbes obsessæ, historiarumque veterum universitas retexatur, quosnam populos valemus invenire, qui a paterna regione exsules, erga tantas indigentias pertinaces atque duri, adeo potuerint perseveranter existere? Plane si Trojana decennio suo illustris objiciatur obsidio, datas profecto vicariæ securitatis sæpenu-mero hinc indeque profitemur inducias, in quibus et hebetatarum virium reficiebantur acumina, et stipendiorum affluentia terræ ac pelagi cooperatione successit. Et si aliquos aliquando obsessos, aliqua uspiam inediæ contigit pertulisse discrimina, nimirum id tulerunt pro libertate tuenda, cum corporum et patriæ defensio præ omnibus omnino sit rebus habenda. Hi nulla libidine plus habendi, imo **415** sub obtentu pro Deo egendi, a naturali diducti sunt solo, hi ut divinas ab Ecclesiis amolirentur injurias, eas ciborum, accubituum, excubiurum, frigorum, pluviarumque sustinere miserias indeficientisque timoris angustias, quas a sæculo nequaquam passas quis audierit vel legerit gentes ullas. Et quod majus dignoscitur præstare miraculum, cum intra proprios adhuc tenerentur fines, vix in sui regis exercitu tridui spatio patiebantur tentoria, etiam cum non excedere cogentur a provincia. Nullus, ut æstimo, eorum qui illi subjacere periculo exstitit, qui anxietates valeat animorum corporumque tormenta recolare quæ eos ibidem contigerit tolerare. Hæc animadversio, viginti sex diebus continuis perduravit.

#### CAPUT VI.

[XXV.] *Stephanus comes Blesensis extra urbem Antiochenam quid gesserit.* — Eo tempore Stephanus Blesensis comes, vir multæ quondam modestiæ, magnique consilii, quem universus sibi exercitus delegerat præceptorem, acri se perhibens morbo detentum, antequam Antiochiæ nostris patuisset introitus, in quoddam concesserat oppidulum, quod constat Alexandriolam vocitatum. Capta vero urbe, et rursus obsessa, cum comites Christianos intra urbem diris calamitatibus comperisset urgeri, necessitate nescio an voluntate huc usque distulit auxilium ipsius præstolantes. Ipse vero, ubi edidit Turcorum examina civitatis pro mœnibus concessisse, callide ad montana processit, et quænam hostium copiæ haberentur attendit. Cum ergo papilionibus rura operta conspexisset innumeris, humana tactus cogitatione, recessit, dum æstimat quod in urbe conclusis succurrere vis mortalium nulla possit. Vir namque expertus totius levitalis, fugax ignaviæ, et amore præstantissimus veritatis, dum se nequaquam eis subvenire posse æstimat, et illos morituros, sicut circumstantia testabatur, non dubitat, si sibi interim provideat, nihil infamia dignum se fa-

A cere putat, dum se opportuniori tempori reservat.

Et certe multo meliorem ejus fugam arbitror, quæ indecens factum martyrii repensione correxit, quam eorum perseverantiam, quorum reditus se in totius spurcitiæ et sceleris profunda deflexit; si tamen fuga dici debuit ubi certa, ut dicitur, ægritudo prætendi potuit. Quis comitem Stephanum et Hugonem magnum, quibusdam eorum qui perseverare, ob hoc utique quia redisse visi sunt, comparabiles dixerit, quorum tanta honestas semper exstitit? Finis ad hujus rei, de qua criminantur, executionem adeo claruit ut de his jam secura laus cantari possit; illorum vero vita, omnium bonorum pudor sit. Attendamus illos, qui de Hierosolymitana, quia ibi interfuerunt, captivitate superbiunt, et videbimus quia in flagitiis, proditiionibus, perjuriis, nemo eorum alicui se patitur esse secundum. Horum anteriora ac posteriora redolere probantur honestum. Illi, « quia Hierusalem viderint et sepulcrum, putant de cætero sibi secure criminibus insistendum, » et sanctis ad sui comparisonem hominibus impropere reditum, nec, sese per scelera infinita putentibus, eorum finem considerant prædicandum. Sed his omissis, cœptæ seriei intendamus articulum.

[XXVI.] Digrediens ergo ab Alexandriola municipio suo, comes isdem, ad eam urbem, quæ appellatur Philomena, pervenit. Jam imperatori tyrannico captam Antiochiam fuerat nuntiatum, quo ipse cum multis copiis accelerabat iter, æstimans se a Francis eam sine dubio recepturum.

*Imperator odio Francos persequi dignoscitur.* — Comes itaque cum principem cupidissimum obviam habuisset, et ille de statu Christianæ militiæ ac civitatis proditæ eum requisisset, comes utique captam urbem minime reticuit, castrum vero Turcos adhuc retinere perhibuit. « Sed, proh dolor! ait, gaudium civitatis obtentæ, iterata turbavit obsidio, dum qui Turcos pridem obsederant, vice miserabiliter commutata, circumcinguntur a Turcis. Qualiter autem postquam inde recesserim se egerunt, incertum habeo. » Hæc quidem secreto principi a comite sunt suggesta. At imperator hæc audiens, et ab spe cui innitebatur decidens, Guidonem Boemundi germanum, virum militari vivacitate conspicuum, quosdamque alios evocat, remque multo deterius quam comes ei dixerat, manifestat. « Quid, inquit, facto opus esse decernitis? Franci atrocissima Turcorum obsidione premuntur, aut fortasse, jam eorum occubere mucronibus, seu etiam per diversas sunt provincias jugo æternæ captivitatis addicti. Quia ergo deferendo eis præsidio nihil nobis potentiæ, aut opportunitatis arridet, præsertim cum si progressus eamus, verendum nobis sit, ne nos Turcis occurrentibus pereamus, si vestræ prudentiæ videatur idoneum, revertamur. » Hæc dicens, perfidissimus ipse, sine dubio jucundabatur, quia perisse audierat, quos non minori quam Turcos invidentiâ exsecrabatur.

[XXVII.] At Guido auditus fratris Boemundi Francorumque discrimine, tam ipse quam familiares ac necessarii ejus vehementissimis ejulibus complorantes, etiam adversus ipsum Dominum, sumpta jam merito, ut putabant, jurgandi audacia, conqueiebantur, dicentes: « Deus omnipotens, judicium cujus 416 a recto nunquam exorbitat, qui super sortem justorum nullo modo peccatorum sceptrum relinquis, cur populum, qui parentes, uxores, filios, honores eximios, solum naturale reliquerat, imo pro tui desiderio sese quotidianis crucibus mortique tradiderat, nefandorum hominum gladiis feriendum, absque subsidio tuæ protectionis objeceris? Plane si verum fore constiterit ut ita eos siveris profanis manibus internecionis exitio tradi; quem deinceps reperies tuis mandatis obtemperare volentem, cum te ad tuos defendendum universi amodo judicare debeant impotentem? Sed esto. Pro te occidi voveris, gloria et honore eos coronaveris. Certe etsi illis regna centuplicata contuleris, fidei tamen tuæ hominem, et capitis commotionem opprobriumque sempiternum in gentibus feceris. Universum Christiani nominis orbem extremæ desperationis [ac incredulitatis] foveæ intrusisti, nequissimis vero hominum irrefragabilem contra tuos audaciam perpetuo contulisti. Non erit denique ulterius jam, qui magnum quid de te præsumat, cum eos, qui cunctis mortalibus specialius tibi obsequi putabant, tam indigno subruere sine conspiciat. Dic ergo, piissime, qua te deinceps tui fronte vocabunt [al., invocabunt], cum tui tales tuorum exitus expectabunt? » Has

A et alias in eis anxietatis et diræ quærimoniæ voces. ferocissimus dolor expresserat in tantum, ut in toto quem tyrannus ille ductabat exercitu, nulli pene episcoporum, abbatum, clericorum, laicorum, nimirum stuporis absorpti, auderent per aliquos Deum invocare dies. Guido autem fratris unanimi-  
tatem, tantique principi magnanimitatem ad memoriam reducens, replicatis miserabiliter optimis viri qualitatibus, mœrorem intimum multis ululati-  
bus personabat.

B Præterea in reditu positus imperator, dum, rupto Francorum obstaculo, Turcos liberius passim oberaturos jam jamque formidat, his qui sibi militabant hominibus imperat: « Ite, inquit, et imperiali edicto totius regionis hujus homines cogite, universa Bulgaria loca vastate, ut cum Turci provincias nostras depopulaturi discurrerint, nihil ad usum pertinens istis valeant reperire. » Vellent itaque nolent, ii qui nostris concurrere festinabant, Christiani videlicet, reverti cum imperatore coguntur. Et milites quidem præceptum properabant implere tyrannicum, pedites per angariam sequebantur exercitum, et dum celeritatem equitum assequi affectant, inextricabili sese infirmitatis impedimento præcipitant. Passim ergo tanti impatientes laboris deficiunt, et inter eundem innumeri eorum languoribus apprehensi occumbunt. In urbem denique Constantinopolitanam repedante tyranno, quique per Græcias, in sua unde venerant, remearunt. Hic itaque huic bello finis accedat.

## LIBER SEXTUS.

### CAPUT PRIMUM.

Cum in authenticis historiis sanctorum Patrum, Deo auctore, patrata bella relegimus, et pro tantillorum hominum pene nulla fide tanta evenisse perpendimus, (non quod beatissimos Josue, David, Samuelem, tantillos appellemus, sed quod excepto eorum merito, cæterorumque quorum nunc usque Dei Ecclesia prædicat claritatem), plebis Judaicæ despiciendam ducimus vanitatem infelicissimo hominum, pro solis Deo ventribus servientes, nisi ratio obviaret, placentiores Deo putare possemus quam istos quorum tota spiritualis fuerat servitus. Illis namque a sola idololatria tutis, prospere proveniebant omnia, crebræ victoriæ, multa copia, istis vero difficulter vincere, inter vincendum damna frequentia, raræ opulentia, continuæ quidem, et tunc crudelissimæ egestates, cum ii non militarem, sed monarchalem quantum ad parcimoniam sanctimoniamque pertinet, vitam ducerent. Quod totum ratio gratissima nobis exponit, dum attendimus, quia Deus flagellat omnem filium quem diligit (Hebr. xii, 6), » et quibus temporalia disciplinæ

rigore subducit, his spiritualia sempiternæ dulcedinis affectione disponit.

[1.] Lancea, de qua prioris libri cap. 4 reperitur. Petrus Eremita dirigitur ad Turcos. — Igitur post verba Petri illius, cui beato Andrea interprete revelationem Dominicæ lanceæ diximus factam, multa populus exultatione Christianus invaluit, et tanti quem præstolabatur eventus spectatulo de profundo desperationis emersit. Indice itaque illo, ad locum, quem designaverat, ab omnibus curritur, et in Ecclesia Beati Petri secus altare Dominicum fieri fossa jubetur. Tredecim ergo hominibus, a luce prima in vesperum, haustam efferentibus terram, homo ipse invenit lanceam. Videntes autem auditæ visioni omnimodis concinnisse rem gestam, magnam cuncti concepere lætitiā, nec minorem lætitiā, jam contra omnis hostis audaciam. Acceptam hoc modo lanceam cum ingenti extulere gloria, et ab illa die, de bello agendo cæpere fidenter inire consilia. Denique dum primores Christiani agminis, coacto consilio, quid facto opus esset pari sensu eventulant, id antequam præliantur faciendum censent quatenus Turcos primum directa legatione



convenient, ut a Christianorum finium occupatione A desistant, nec Christi facere servos extorres, aut castellis ac urbibus gratuito dilargitis, nullos ipso- mortibus addicere velint, sed se, suo contenti ter- rum patiemur pedites, sed generaliter cunctos in- mino, sub propria regione contineant. Accito igitur stituemus equites, et ubi ritus pariter indifferentes illo Petro, hujus operis initiis non incognito ere- habebimus, de mutua pariter amicitia, et contigui- mita, et adhibito illi quodam Herluino, utriusque tate gaudebimus. Quod si a proposita deliberaverint linguæ perito interprete, pariter ambos ad profanum exorbitare sententia, incident, sine dubio, invisæ principem dirigunt, eisque materiam sermonis im- citius mortis exitia, aut æternæ subibunt captivitatis ponunt. Qui cum ad gentilis illius tabernaculum exsilia, servituri utique tam nobis quam posteritati devenissent, et admissi horrendo diabolici homi- nostræ per sæcula. « Dixerat, ac celeriter legatione nis conspectui astitissent, hujus modi serie perora- reversa, militiæ Christianæ ducibus notificata sunt runt.

[II.] « Plurimum principum nostrorum animis miraculum intulisse noveritis quod terram nomini an- antiquitus Christiano, solida libertate, possessam, adeo tiquitus Christiano, solida libertate, possessam, adeo irreverenter et improbe introire ac usurpare cœpe- ritis. Cum enim indubie sciveritis, ex nostrarum, quas audistis, assiduitate contra vos victoriarum, Christi nullatenus descivisse potentiam, vestramque adversus ipsum experti sitis parum posse valentiam, nullo modo æstimat quod toties bello pulsus, præliandi contra Deum audeatis ulterius iterare demen- tiam. Unde jam unanimiter arbitramur quod pru- dentia vestra non ob aliud hucusque convenerit, nisi ut per Christianos, qui nobiscum versantur pontifices, fidei nostræ dogmate imbui possit. Pro- cul dubio namque scimus, quia nequaquam de ve- stra salute curatis, sed [al., si] contra catholicam credulitate bella tentatis. Petimus ergo pariter, vestræ consulentes inscientiæ, nec ab hac præsum- ptione cessetis scientes quia beatus Petrus aposto- lus, Deo præbente, eam sibi arrogat, cujus primum minime antistitem se ignorat, et quam nostro, licet peccatorum, officio, restituere ad Dei cultum, qua illam imbuat, cogitat. A principibus etiam vobis substantiam, quam detulistis, universam referre, summa liberalitate conceditur; nec si pacifice re- cedatis, aliquis nostrorum vobis læsionem quamlibet molietur. »

At Curbaran dictorum Petri magnificentia præ- cordialiter læsus, jam Turcorum, qui asiterant, his auditis, immaniter ferociente superbia, ait :

[III.] « Terram, quam dicitis vestræ ab antiquo Christianitati exstitisse subjectam, nostram, nobis- que omnimodo jure debitam probabimus, præsertim cum eam nationi, vix feminas æquiparanti, mirifica virtute tulerimus. Porro ingenti desipientiæ depu- tatus quod vos, venientes a finibus terræ supremis de nostris nos minamini, imo tota virium colla- tione conamini propulsare sedibus, cum vobis ad id explendum suppetant non opes, non arma, non nu- merus. Christianum vero nomen, non modo non excipimus, sed abruptissima despectione respui- mus. Et, ut ea quæ intulistis brevi clausula finia- mus, vos qui legatione fungimini, ad vestros prin- cipes ocius revertimini; eisque dicite : Quia si nostræ conditioni fieri desiderant consimiles, et Christum diffiteri, cui videntur acclines, nos non hanc eis tantum provinciam, sed et majoris opu-

lentiæ et amplitudinis dabimus terram, hisque dum istinc crudeli vexaretur inedia, illinc dira gentilium, qui se prorsus ambierant, formidine rō- deretur, tandem ad divina sese subsidia refundentes, jejunia triduana Podiensi magnifico institutore con- celebrant. Litanias supplices ab ecclesia in eccle- siam explicant, confessione peccatorum sincera se mundant, et episcopali vel sacerdotali consequenter absolutione promerita, corporis ac sanguinis Do- mini sacramento plena fide communicant, eleemo- synas, prout potest, quisque largitur, sacrificia ubique divina pro se offerri exorant. Denique sum- pta jam ex his securitate, de bello proponitur, ac intra civitatem sena illico acies ordinatur.

## CAPUT II.

[IV.] *Ad Deum piis exercitiis confugiunt Christiani.*

— Exercitus itaque, in arcto admodum constitutus, dum istinc crudeli vexaretur inedia, illinc dira gentilium, qui se prorsus ambierant, formidine rō- deretur, tandem ad divina sese subsidia refundentes, jejunia triduana Podiensi magnifico institutore con- celebrant. Litanias supplices ab ecclesia in eccle- siam explicant, confessione peccatorum sincera se mundant, et episcopali vel sacerdotali consequenter absolutione promerita, corporis ac sanguinis Do- mini sacramento plena fide communicant, eleemo- synas, prout potest, quisque largitur, sacrificia ubique divina pro se offerri exorant. Denique sum- pta jam ex his securitate, de bello proponitur, ac intra civitatem sena illico acies ordinatur.

[V.] *Ordinantur acies ad pugnam.* — In prima acie in his videlicet, qui primas vires ictusque Turcorum exciperent, exstitit Hugo, juxta sui no- minis qualitatem vere magnus, adjuncto manui ejus universo Francorum agmine, et præter cæteros Flandrensi comite. Audivi de hoc ipso regio homine, quia, antequam de prælio ageretur, suus eidem dispensator, non parvo pretio pedem cameli eme- rat, hoc nempe magis ejus esui competens reperire non potuerat. Quem dominicum hominem victua- lium insolentia adeo extenuaverat ut vix equitare sufficeret, et cum suggereretur ei quatenus non ad bella procederet, sed vel cum castelli obsessoribus in urbe maneret : « Absit, inquit alacriter, plane vadam, et utinam cum morituris funera illic beata contingam! »

[VI.] Porro in secunda acie, dux eximius Gode- fridus 418 cum suo locatur exercitu. Tertiam Northmannorum comes Robertus cum suo cuneo fecit. Quartæ præfuit vir spectabilis Podiensis epi- copus, ferens secum lanceam quæ recens inventa fuerat Salvatoris. Hæc constitit ex suo ipsius et Raimundi Sancti Egidii comitis comitatu. Ipsius autem ad expugnandum castrum, ne in civitatem oppidani desilirent, præsentia desedit in urbe. In quinta acie fuit Tancredus cum suo agmine. In sexta, Boemundus cum sua postremus incessit militia.

[VII.] *Præcedunt viri ecclesiastici sacris vestibus induti.* — At episcopi, presbyteri, clerici, ac mo- nachi, ecclesiasticis ornati induviis, præmissis pari-

ter processere crucibus, decertaturos votis studentes A adjuvare flebilibus, et ipsi quoque præstolantes, si suos cædi contingeret, martyrii munus. Quidam certaminis exitum de mœniorum eminentia prospectabant, Dominicæ crucis signa præ manibus exhibentes, et exinde procedentem exercitum consignant. Eo ergo quem præmisimus ordine, per eam, quæ erat ante eorum fanum, quod Mathomariam, nostri dicunt, portam, adeo pedetentim lenteque prodeunt, ut etiam cuilibet aniculæ infirmanti, necesse nullatenus videretur temperatiorem habere gradum. Deus omnipotens, quantis illic animorum rugitibus clamabaris, et fame diutina fatiscensibus quorumque corpusculis, rapidissimus, ex timoris instantia, in tuas altissime aures miserorum cordium dolor ascenderat! Quantis anxietatibus mens corpori tunc residua agebatur! Et cum cogeret imbecillitas desperare victoriam, sola Deus in mentibus omnium, pia pro te sufferentia tractabatur. Mœrore præcordia quatuntur, et exsuccatam longa inedia caput lacrymarum concutiebat ariditas. Jam exterioris hominis deficiente materie, spiritualium desideriorum violentiæ concrepabant. Bone Deus, quidnam rei hujusmodi devotionibus poteras denegare, quos tantis æstibus conspiciebas, imo faciebas ardere? Dum namque considero in illis, a facie, militarem ferociam, ab intimis, martyrii præponderare modestiam, reor et censeo a sæculis ullis exercitibus parem in utraque parte non fuisse constantiam. Hos revera dixerim tunc clamasse C in cælum, hos sacris fateor insonuisse tubis, qui non virium robore, sed singulari exercebantur ausu mentis.

[VIII.] *Christianos irridet Curbaran : qui nihilo minus timore percultus fugam meditatatur.* — Interea Curbaran conspicit exeuntes, et dum alterum alteri succedere lentis attendit egressibus, eorum paucitate quam putabat irrita : « Sinite, inquit, egredientes progredi, ut magis valeant cum fugerint a regressu civitatis excludi. » At ubi universus exercitus portas excessit, Curbaran intuitus Francorum gentem ordine numeroque pollentem, tum demum intremuit. Illico suæ majori domus, jam de fuga nutabundus, imperat ut, si a prima castrorum parte succendi cerneret ignem, emisso præconio statim edici faceret, per diffusum ubilibet hostem Francorum cuneum captare trophea victorem. Cœpit interim Curbaran sensim vestigia ferre retrorsum, ad montana contendens; nostrique illorum prosecutioni irrefragabiliter imminebant. Præterea Turci, supervacua calliditate, se dividunt, parsque eorum circa plagam maris inambulatur; pars Francos immobilis supervenientes expectat, tali nostros æstimantes ambitu concludi posse. Quod nostri attendentes, ausu quodam præsumptivo, sese itidem, intensa in eos acie, a cæteris divisere. Sed hac sua insolentia, ipsi ea die sese solos nostro exercitui damnatum fecere, dum vix, præter aliquos equites, peditum ulli vivi evasere, Hujus temeritatis motor,

cum quibusdam aliis exstitit quidam nostras, Clarembaldus de Vendoilo nomine, qui in his quidem celeberrimus, in illis provinciis nihil gessit utile.

*Prælium committunt Christiani.* — Interea septima acies, contra illos maritimos, ex duabus aciebus, ducis scilicet Godefridi, et comitis Northmanniæ sumpta, contextitur, et Rainaldus quidam comes eidem præscitur. Ibi tota acrimonia, eo die, exstitit præliorum, nostrorum enim plurimos sagittarum ictibus exstinxerunt. A Pharthari, autem, flumine scilicet, hostium equitatus usque ad montana porrigitur, quæ a se duorum millium spatio disparantur. Gentilium ergo phalanges parte ab utraque prosiliunt, et Francorum cuneum, quos nostri Turcorum primis incursibus, quasi fortiores objecerant, sagittis jaculisque configunt. At qui præerat regiæ mentis Hugo magnificus, a paterna magnanimitate non degener, inter hostium jactus ad subjectos exclamat : « Patimini, inquit, et secundos ac tertios audacter præstolamini ictus, quia isti sunt recessuri dicto citius. »

[IX.] *Pro his pugnat Christus.* — Et ecce, copie innumerabiles cœperunt de montanis emergere, quorum æt equi et signa multo candore nitebant; nostris autem maximus ad eorum contuitum stupor increvit, verentibus utique ne contrariæ venirent adminiculum ferre parti, donec comperiant id fore, etiam visibiliter, sibi præstitum adjutorium Christi. Quorum specialiter fuisse duces opinati sunt gloriosos post militiam martyres, Georgium, Mercurium atque Demetrium. Hæc a nostrorum plurimis visa, et cum aliis quæ viderant retulissent, plena, ut par erat, fide sunt credita. Et si Machabæis, olim pro circumcissione et carne porcina pugnantibus, evidens apparuisse legitur celeste suffragium, quanto amplius his debuit, qui pro repurgio Ecclesiis adhibendo, et statu fidei propagando, fusi sanguinis Christo detulere servitium. Primi ergo illi hostes, qui a maris parte constiterant, tanto nostræ gentis obstaculo sese repercuti 𐀀𐀁 non ferentes, focos herbe subjiunt, hoc videlicet fugam signo illis innuentes, qui, dum prælium fieret, tentoria servaverunt. At illi signo moti, pretiosioribus quibusque direptis, fugam ineunt. Franci vero, ubi potiores eorum vires agnoverant, ad eorum scilicet tentoria contendebant.

*Dimicantes quid soleant Turci.* — Porro dux Godefridus, Flandrensisque comes, Hugo denique Magnus his qui crepidini fluminis adequitabant junctis nisibus ingruiebant. Hi plane tres cum suis, Dei Filium pro se crucifixum præ oculis appendentes, universæ eorum frequentiæ fortiter immerguntur. Ubi vero et alia nostra agmina id viderunt, toti in adversas acies animositate se ingerunt. E regione, hostium etiam multitudo, rabie intoleranda conclamans, et ipsa concurrat. Est autem hujusmodi eorum mos in acie positorum ut cannis æreis, quibus pro hastilibus utuntur, et cymbalorum tinnitibus

disque vocibus infinitos fragores emittant, ut  
 A ui hominesque a tanti sonitus terrore subsi-  
 Sed nihil eorum tunc valere conatus, penitus  
 sunt exinanita molimina. Cœpto etenim nostri  
 primo hostes profligavere conflictu, et ad eam,  
 præmentibus dudum habuerant, fugam, ce-  
 ppediuntur effectu. Quos tamen nostri, irre-  
 instantia, per castrorum suorum medium  
 ruuntur. Nec spoliolum hinc inde jacentium  
 ne raptabantur, Christi inimicorum solo pasci  
 malentes. Persequuntur illos itaque ad pon-  
 sique Pharfareum, et Tancredi usque castel-  
 Occupaverat ergo, illis recedentibus, campum  
 rum gloria grandis. Stabant ibi, ab hominibus  
 manania, auri autem et argenti ornamento-  
 ue quamplurimum, non egeña tentoria, ovium,  
 rum, bovum fusa ubique pecuaria, equorum,  
 rum, asinorum copiosa subsidia, frumenti, vini  
 inæ, collata sine discretione obsonia.

*elium adversum fecerunt Turcis, — Christiani  
 Christo rependunt urbemque ingrediuntur cum  
 pho.* — At Syriæ Armeniæque coloni, qui in-  
 ersabantur partibus, comperientes Francis in-  
 am cessisse victoriam, obvios fugientibus  
 s se ubique præbentes, ad montana concurrunt  
 oscunque comprehendunt, interimunt. Nostri  
 rea redeantes, et immenso cordis jubilo, in-  
 rehensibilia præconia rependentes suo coopera-  
 hristo, cum triumphî cœlestis honore civitatem  
 unt. Ille autem, qui urbis præerat præsidio,  
 s militiæ principem, nostris insistentibus terga  
 item, omnino intremuit. Et perpendens minus  
 amodo castelli fore sibi custodiam, signum  
 piam nostrorum principum, postposita dilatio-  
 rpostulat. Comes Sancti Egidii contiguus loco,  
 æc petebantur existens, signum proprium peti-  
 xporrigi celeriter mandat. Quo ille castrensis  
 to, turri præfixit. At Longobardi, Boemundi  
 e omnium æmuli aliorum, ipsius enim patrocini-  
 tebantur, principi castrî illius inclamitant.  
 signum, inquirunt, non est Boemundi. At  
 us esset rogitans, cum didicisset, quia Sancti  
 i comitis, deposuit illud, comitique restituit,  
 que Boemundi et accepto, securitatem pariter  
 it, ut de his qui in oppido secum erant, si qui  
 æ fidei jungi vellent, cum ipso Boemundo co-  
 remanendi haberent; sin alias, absque ullo sui  
 am incommodo recederent. Ad jura itaque  
 undi concedente castello, et ex ejus officio ad  
 i custodiam hominibus inductis, post paucos  
 baptisma suscepit is, qui castrum reddiderat,  
 ma eo si quis Christiano nomini communicare  
 erat. Si qui suis hæere legibus voluerunt. et  
 ia super isto libertate potiti sunt; et usque  
 rracenorum terram, ipsius Boemundi comiteatu,  
 i sunt.

] Hoc bellum, quarto Kal. Julii, in suæ passio-  
 gilia Petrus et Paulus egerunt, ejus urbis mi-  
 condolentes, et novorum civium exitia non

A ferentes, qui eas eliminaverant quæ templum Dei  
 Sanctum attaminaverant gentes. Ipsi namque mise-  
 rescere jure debuerant quam utrique prædicando  
 docuerant. In ecclesiis plane stabula constituebantur  
 equorum, et in parte ipsius majoris basilicæ Beati  
 Petri, Mathomi sui erexerant domum. Victi denique  
 hostes cum hac illacque diffugerent, montes ac val-  
 les, rura ac nemora, calles et avia quibusdam se-  
 mivivis, aliis mortuis, sauciis innumeris opplebantur.  
 Repentina ergo Dei miseratione respecti, diu-  
 turnæ famis calamitatem celeri felicitate mutarunt,  
 ut ubi duobus pridem solidis ovum vendebatur, bos  
 vix denariis duodecim distraheretur, et ut brevi  
 omnia sine claudam, ubi inediæ rabies incesserat,  
 ibi tanta pecuniarum omniumque victualium ubertas  
 B accessit ut subita emersione passim exoriri videretur  
 omnis plenitudo rei, et aperuisse putaretur  
 Dominus cataractas cœli. Tanta tentoriorum nume-  
 rositas exstitit, ut cum quique nostrorum taberna-  
 cula diripiissent, ditatis omnibus, jamque præda-  
 rum sarcinas fastidientibus, vix invenirentur qui  
 raperent. Nec paupere occupante rem quamlibet  
 ditior ullus superveniens violentiam inferebat, sed  
 alter alteri sine contentione cedebat.

## CAPUT III.

420 [XI.] *Antiochiam imperatori offerunt duces  
 Christiani.* — Post hæc principes nostri, dux Gode-  
 fridus Sancti Egidii comes, Boemundus, Northman-  
 niæ comes, Robertusque Flandrensis, et cæteri  
 omnes, acto pariter consilio, Hugonem Magnum, et  
 C Balduinum comitem de Montibus, pluresque alios  
 illustris nominis viros, ad imperatorem dirigunt, ut  
 urbem Antiochenam reciperet, et quæ nostris fuerat  
 pactus expleret. Iere siquidem, sed postmodum ad  
 eos a quibus missi fuerant reditum distulere. Quo-  
 dam enim in loco consecuti a Turcis, quibus equi ad  
 manum fuere, elapsi sunt, quibus procul, aut captivi  
 abducti, aut ferro finem sortiti sunt. Comes de Mon-  
 tibus, cui infortanio succubuerit, adhuc nobis mini-  
 me certum est. Hugo autem Magnus, quare reditum  
 suum detrectare voluerit hæc aliquibus videtur occa-  
 sio. Cum esset alias strenuitatis immensæ, in pro-  
 curandis tamen his, quæ usibus tanti hominis suffi-  
 cientia crederentur, minus se sollicitum exhibebat,  
 et ideo vir honestissime delicatus, inter eos, qui  
 aut tenaciores erant, aut in his contrahendis acri-  
 ores, quibus aut major erat vel in nullo secundus,  
 egere timebat. Sed de ejus reditu, juste nemo queri  
 debuit, qui postmodum, ad hoc idem postliminium  
 faciens, martyrî et optimi semper militis nomine  
 insigniendus, occubuit.

[XII.] *Agunt de Hierosolimitano itinere. — Diver-  
 sæ Raimundi incursiones in Turcos.* — Denique non  
 multo post, tractatum est quomodo Hierosolimitani  
 itineris, pro quo tanta tulerant intentio consequere-  
 tur effectum, idemque populus, qui ad id desideran-  
 tissime aspirabat, qualiter interim regeretur, do-  
 nec ad rem esset ventum. Perpenderant plane pro-  
 cures, quia inter eundem multa æstivo tempore

iniquositas habeatur : et idcirco, ad Kal. usque Novembris differenda profectio judicatur. Interim ergo assentientibus huic consilio cunctis, seniores exercitus per urbes et oppida, sibi ad invicem distributa et acquisita, se dividunt, et ubique per subjectos sibi populos, a præconibus celebrari præcipiunt, quatenus si quis eorum egeret, sub donativi pactione potentioribus adhæreret. Fuit inter alios vir equestris ordinis, armorumque exercitio summopere præminens, de primoribus comitis Sancti Egidii necessariis existens, Raimundus nomine, cognomento Pilitus, cui et militum et peditum plurimi sese contulere. Huic itaque, et pro sui munificentia, et pro ingenua industria, multis applicitis, conflato non exiguo exercitu, itur in Sarracenorum terram, castrumque aggrediuntur quod dicunt Talamaniam. Oppidani vero idem, cum essent Syri, a præfato sunt viro propria statim deditioe recepti. Quo intra idipsum municipium octo commorante diebus, nuntiatur eidem haud procul inde haberi castrum Sarracenorum, innumerabili vulgo frequentissimum. Ad hoc irrumpendum dum rapidissimo ferentur assultu, Deo penetrante, subigitur. Habitatoribus ergo correptis, qui Christiana sacramenta suscipere acquirerunt, servati sunt incolumes : qui detrectare, necantur.

His explicitis, Deo gratias redhibentes Talamaniam revertuntur, et tertia die inde digressi, ferocissimam munimentis, ac variarum gentium coactione superbam civitatem, vocabulo Marram expectunt. Hæc prælibato contigua erat præsidio, in quam a circumjacentibus castris ac urbibus præcipue ab Aleph, Sarracenorum Turcorumque sentina confluxerat. Quibus phalanga gentilium obviam dimicatura processit ; nostrique se æstimantes cum eis posse pro more bello decernere, cita illorum sunt tergiversatione decepti. Attamen hostes idem, creberrime prodeuntes, non desistebant lacessere nostros. Tota itaque dies, utrumque partium vicariis incurisibus recursibusque occupata subducitur. Acerrimus ergo nostros cum decoqueret æstus ; et inusitata ariditate sitis quorumque interiora fatiscerent, remedio nullatenus suppetente, voluerunt ea nocte juxta eandem urbem tentoria ponere. Civitatenses autem cum subintellexissent nostros aliqua ex parte nutare, Syri enim primi de fuga cœperunt agere, acrius eis ex eorum facti propensa pusillanimitate feroces, jam non verentur insistere. Qua irruptione vexati, animas Deo, studio pietatis extrusas quam plurimi reddiderunt. Hæc finalis eorundem dies, quinto Julii mensis die facta dignoscitur. Residui autem Franci Talamaniam regressi, cum suo duce Raimundo plurimis desedere diebus ibidem. Antiochiæ vero commanentes, multa se tranquillitate opulentiaque gerebant.

[XIII.] *Aimarus Podiensis episcopus migrat e vita.*

— Sed hanc eorum serenitatem, occulta, qua nescimus, dispensatione, obscurissimo confestim turba-

vit nubilo Deus. Is enim qui eos rexerat, qui interiorius exteriusque eos piissime foverat, vir Deo sæculoque spectabilis, Podiensis episcopus Aimarus, ægritudinem incidit, piique sudoris labores, perpetuæ requietionis sabbatismo detergere ei Omnipotens largissima miseratione disposuit. In ea itaque, quæ vocatur ad Vincula sancti Petri, festivitate decessit, eumque cui regni cœlorum claves, ac solutionum pertinent postestates et absolutorem reperit, 491 januarumque cœlestium introductorem commeruit. Oboritur illico in Christi universo exercitu, acerbissimi doloris tristitiæque nimietas, et dum frequentes misericordissimi hominis beneficentias, cujuslibet ordinis sexus et ætatis quisque recenset, inconsolabiliter, dum nulla præstolatur remedia, morret. Tanta ad ejus funus, tamque præcordialis ipsorum principum conclamatio fuit ac si generalis interitus denuntiaretur illis. Tantum ad ejus nec dum sepulti feretrum, ab omni illa, cui paterne præfuerat, gente pecuniarum oblatum est, quantum uspiam gentium ad altaria quælibet, sub tantumdem spatio temporis deferri, non vidit, ut arbitror, ullus. Quæ quidem pauperibus statim pro ipsius anima tota sunt dilargiti. Horum namque, dum adviveret, gesserat, tanta sollicitudine curam ut divitibus id præ omnibus in dies duceret inculcandum, quatenus egenos diligenter, eorumque misericordiis insisterent, ipsos asserens suæ ipsorum vitæ custodiam.

C *De egenorum sublevandis miseriis egregia Aimari dicta.* — « (33) Judicium, inquiens, sine misericordia ei qui non fecerit misericordiam. Nisi enim minoribus vestris, tamen naturæ consortio comparandis, humanitatis sinum præstiteritis, ea quæ vobis et illis non dispariter a Deo creata, a vobis tamen inæqualiter correpta noscuntur, non eis communicaveritis, divinæ procul dubio vobis ostium misericordiæ percludetis. Hos, inquam, quorum reficimini gratia, aliquibus bonorum vestrorum particulis refovete, certi, quia sicut ipsi temporaliter sine vobis, ita vos sine illis non potestis in sempiternum vivere. »

Hæc hisque similia vir mirabilis, crebris orationibus eis ingerens, memorabat.

#### D CAPUT IV.

[XIV.] *Raimundus S. Egidii comes Albaram urbem occupavit, cui episcopum præfici curavit.* — Igitur Raimundus Sancti Egidii comes Sarracenorum provincias intrat, et ad quamdam urbem quæ appellatur Albara exercitum ductat, quam, ubi ei manus admovit, continuo eam cœpit, et omnes, quos ibidem reperit, Sarracenos mulieresque peremit. Quam continuo subactam, fidelibus, ut potuit, colonis instaurat, consultisque prudentibus viris, episcopum eidem urbi censuit ordinandum, qui paulatim ethnicos, Christi fidei documentis imbueret, et in fanis ipsorum, repurgio primum adhibito, pietatis mi-

ia ac regenerationis mysteria dispensaret. A n igitur ætate habilem, scientia prædicabilem it; eumque Antiochiam consecrationis gratia it. Qui institutus antistes, Hierosolymitanæ tionis persecutionem non idcirco neglexit; istituto quodam, qui se ad id officii ultro obtu- ad custodiam præsidii urbis præfecto, cum perrexit. Is, valde insolita ibi usus audacia, ssimis, quia censuum ita tenuitas exigebat, sibi ibus ascitis, civitatis asservare cœperat arcem. ia Sarracenis idem locus jam fiebat infrequens, imi qui remanserant gentiles ejus juri se man- t, eique reditus, tantum ut vitam sibi conce- de proprio labore ministrant.

V.] *Disceptatio de Antiochenæ urbis dominio undum inter et Raymondum.* — Præterea An- B nis plurima fortuna undecunquæ florentibus, um Sanctorum dies festivitatis instabat, quo nus iterandæ expeditionis præstitutus fuerat, ecce principes, sui non immemores propositi,

Antiochiam pariter coiere, consiliumque ab atris quærere cœpere, quatenus, cujus causa rant, iter quirent ocius expedire. At Boemundus, quam Dominica militia motum faceret, super ea i sibi pacti fuerant civitatis habuit redditione atum; sed Sancti Egidii comes nullatenus Boe- do præbebat assensum, dum veretur illud quod ratori fecerat sacramentum. Quapropter pro- , inter utrosque medii incedentes, in Beati ecclesia sæpius glomerantur. Referebat Boe- C dus urbe sibi a Pyrro prodita, omnium ex ea s, ipsorum principum sibi largitione, concessas. ti Egidienensis econtra refert quia jurejurando ierarat Constantinopolitano principi restituendam tem, salva persolutione pactorum sibi, et hoc n factum ex consilio Boemundi. Interea ponti- qui altercationi dirimendæ institerant, cum frido duce Flandrensi atque Northmannico tibus advocatis, cæterisque senibus additis, um oratione cujusque audita, se segregant, ut ilata, ex collatione causarum, sententia, judi- i proferre deberent. Sed perpensis queritantium s, quasi neutri super isto faverent, cum ad con- us frequentiam revertissent, dum ad invicem s viros irritare verentur, iudicium distulerunt. D iod ex industria factum comes ipse comperiens, , inquit, contentio præsens Christi fidelibus get turbam, sepulcrique Domini videatur pro- a libertas, ne cupiditatis nævo, parte ex aliqua biles æstimemur, parium meorum, præsentium cipum, sententiæ me faurum profiteor; salvo uod me Constantinopolitano principi spondisse tum vos, qui adestis, fratres et domini, scitis. » mora. Boemundus et ipse hujusmodi dictis assen- Ambo ergo, omni jam lite submota, dextras, media, episcoporum in manibus præbent, con- tissime asseverantes quod nullo modo Dei tiaeorum deinceps jurgiis turbaretur. Boemundus ue sumpto consilio castrum de montanis, viris

actualibusque communis. Comes itidem S. Egidii cum suis consilium communicat, quatenus palatium Cassiani quem patrio vocabulo Admiravisum vocitant, et turrim quæ portæ præminebat pontis, ex parte videlicet portus Sancti Simeonis, stipendiis largioribus inferciat.

## CAPUT V.

[XVI.] *Antiochenæ civitatis descriptio. Pontifex patriarchatus honore insignis. Sub se centum quinquaginta tres episcopos habet. — Spatio octo mensium et diei unius obsessa fuerat Antiochia. De infelici Pyrro necesse.* — Antiochena civitas incomparabiliter est decora, nulli ædificiorum majestate secunda, situ placens, aere impassibili, vinearum fertilis, territorii ubertate secunda. Ab oriente, quatuor montanorum proceritate præcingitur, ab occidentali plaga, fluminis cujusdam, sacræ paginæ non incogniti (IV Reg. v, 12), quod Pharphar dicitur, piscium feracissimis undis propter muros alluitur. In altiori montium, castellum miraculo dignum præminet; sed impenetrabili securitate præstantius; inferius, civitas plenissima gloriarum, et veteris pompæ monimentis adhuc superba nobilibus, trecentas et sexaginta ecclesias suis cingens ambitibus. Pontifex urbis, ex apostolica successione, patriarchii honore insignis, centum quinquaginta trium episcoporum sibi appendicium privilegio promovetur. Gemino est civitas circumdata muro, altero quidem mediocri, altero autem incredibiliter lato, et præter solitum procero, saxisque exstructo majestate enormibus circumpositis eidem quadringentis quinquaginta turribus. Refert Hieronymus in quinto explanationis in Isaiam libro, urbem Reblata, in qua rex Nabuchodonosor regis Sedechiæ oculos eruit, et filios ejus occidit, hanc esse Antiochiam. Fertur vero eam ab illo antiquiore Antiocho, cujus potentiæ plurima monumenta supersunt, suscitatum, et quinquaginta subjectorum regum, quos et municipales ejus astruunt, cooperationibus, tanta præsidiorum eminentia, tanta ædium varietate compositam. Quod quidem falsum est, cum ipse Pompeius Trogus verissime a Seleuco referat rege, sub paterno nomine institutam et ab ipso deinde vel sequentibus regibus auctam, sicut sub matris Laodices nomine, condidit et Laodiciam, ex proprio, Seleuciam. Huic obsidendæ quarumcunque machinarum balistarumve tormenta nil poterant, et nisi proditio Pyrri obsessoribus adfuisset, imo Deus per quos voluit adjuvisset, incassum Francica magnanimitas famem cæterarumque miseriarum ibidem detrimenta tulisset. Istic desederunt nostri civitatem urgentes obsessam per octo menses unumque diem. [XVII.] Postmodum vero et ipsi fuere conclusi per tres hebdomadas, innumerabilium gentilium conflente frequentia, et superatis demum ipsis, item illic deguerunt per quinque mensium octoque dierum spatia, cum plebs eadem a suis principibus Hierosolymam sollicitatur itura. Sed quia præfati Pyrri memoria mihi videtur deinceps non habitura locum,

quem finem habuerit intinandum. Christianitatem plane susceptis sacramentis professus fuerat Boemundus, sacro in lavacro, ex suscipiente nomen acceperat, Hierosolymitanæ obsidioni comes nostris ac cooperator exstiterat, eaque capta Antiochiam redierat. Ubi cum præconium emisisset, quatenus, quicumque in urbe urbisque vicinia, Christianus egeret, secum in patriam remotiorem, ubi multas haberet possessiones, veniret, pollicens quod præclaris muneribus quemque ditaret, hac spe vulgus conflavit sibi immodicum, et in suam, uti dixerat, regionem fertur abduxisse deceptum. Qui cum ad sua oppida devenisset, partem militiæ sese comitantis hos exsilio, illos morti prodidit, et nisi ad alios, quorum numerositas extra castrum fuerat hospitata, verbum de proditione venisset, fugaque miserabili aut elabi, aut delitescere licuisset, universorum libertas aut gladio aut captivitate periisset. Ibi prorsus, Christianitate deserta, veteris luxuriæ et gentilitatis inquinamenta resumpsit. Nec id injuria. Si enim Pyrrus Græcæ, rufus est Latine, et infidelitatis nota rufis inuritur; isdem ergo a sua minime linea exorbitasse probatur.

#### CAPUT VI.

[XVIII.] *Marram oppugnat Boemundus.* — Igitur Raimundus Sancti Egidii comes suum ab Antiochia exegit exercitum, cum jam properaret November ad exitum, et duabus civitatibus inter eumdem, Rugia videlicet et Albara transmissis, quarto demum die, finem faciente Novembri, Marram pervenit ad urbem. In quam copia ingens Sarracenorum, Turcorum Arabumque confluerat, quam comes postridie quam venerat, exertis omnino viribus aggredi parat. Nec mora, Boemundus cum exercitu comitem persecutus, quadam die Dominica propter castra deposuit [*al.*, posuit]. In crastinum tanta ad urbis muros animositate concurrunt, ut hærent parietibus scalæ, murosque sub ipsos niterentur gradibus. At civitatenses, penitus expertes ignaviæ, tanta instantia restitit ut nihil nostrorum ea die valeret molimen efficere. Tum Sancti Egidii comes, suos cassum laborem cernens **133** insumere castrum quoddam ligneum, multi laboris ac proceritatis, suis mandat erigere, quæ machina quatuor vehebatur rotis, in cujus summitate militum multitudo constiterat, subter vero, armata militia muro eam civitatis, juxta quamdam turrim, magnis impulsibus admovebat. Econtra urbani baleare celeriter ædificant instrumentum, quo jactis ingentibus saxis nitebantur debilitare castellum, intantum ut frequens lapidum ictus, et machinæ damnum, et nostris minaretur interitum. Injunctis quoque Græcis ignibus, super phalam moliebantur incendium; sed eorum Deum super isto fefellit annisum.

*Acerrimus conflictus.* — Eminebat ergo ædificium muro urbis; et inter has partium collisiones, animos pugnantium ululantis tubæ tumultus exciverat. Interea milites ex nostris quidam superius phalæ

A ejusdem obtinentes solarium, Guilelmus videlicet de Montepislerio, aliique quamplurimi, maximis illos, qui in mœnibus propugnabant, concutiebant saxis, in tantum ut clypeo plerumque percusso, et clypeus clypei dominus jam inutiles prorsus devolverentur a muro. Quidam autem hamos in hastilibus ferreos habentes, Sarracenos propugnacula defensantes obuncare et ad se corripere nitebantur. Is hinc et inde conflictus vix vespertinis ad tempus omittitur horis. A tergo itaque castris, presbyteri, clerici ac monachi sacris, pro suo quisque gradu, vestibus adornati, pro instanti negotio Deum attentissime precabantur, quatenus gentilitati vires adimeret, fidei propagatoribus adaugeret. Altrinsecus e regione machinæ alii milites scalis positos mœnibus imminabant. Nec paganos detinebat inertia, quin eos rabi-dissima ferocitate depellerent. At Guilferius quidam, eorum rebellionis impatiens, murum primus cum manu quidem, sed valde parva, conscendit. Illico civitatenses tanto ejus præsumptores audaciæ furore pervadunt, spiculis eos ac sagittis urgendo, ut aliqui, ipsorum irruptione perterriti, sese de muro demitterent. Pars vero quæ remanserat tandiu inter hostium jacula constitit, tandiu, cedere dedignata, eorum violentias armorum industria retudit, donec qui subter erant murum suffoderent. Mox itaque ut urbani muri se conspiciunt suffossione damnatos, solius fugæ jam præsidio innitentes, ad urbis interiora concedunt. Dies erat, quo hæc geri contigerat, C Sabbathum, cum peteret jam sol declivis occiduum, explicato Decembri undecim promotione dierum.

Confestim per interpretem Boemundus Sarracenorum primores aggreditur, quatenus cum propriis militibus, parvulis ac mulieribus, omni pariter contracta substantia, intra quoddam sese palatium quod erat supra urbis portam, cohererent, spondens quod eis vitam omnino protegeret, sua suosque defenderet. Hoc modo civitate obtenta, quicquid in foveis reperere, vel domibus, hoc suis quique proprietatibus asciverunt. Facto denique, exacta nocte, crepusculo, si quem gentilium reperiri contigerat, discurrens ubique nostrorum turba mactabat. Nulla civitatis portio vel minima fuerat, quæ Sarracenorum cæde vacaret, nec angiporta urbis jam pervia D esse quibant, quia cadavera paganorum publicos calles opplebant. At Boemundus eos qui se memorato palatio, uti ipse jussit, intruserant, pervasit, quæ habebant abstulit; alios morti addixit, alios Antiochiam ductos vendi jussit. Mense autem integro, quaternisque diebus, hic Franci fecere moram.

Ac ibi difficilem gens tulit esuriam.

Ibi quidam ex nostris, dum aliquibus, imo omnibus necessariis indigent, nullis quæ direptioni suæ forent apta adjacentibus, mortuorum Sarracenorum ventribus temeratis, ausi sunt ipsorum intestina rimari, quia audierant aurum argentumque, ab eis in arcto positum, ob custodiam solere glutiri. Alii carniæ frusta cædentes, ex ipsis coxisse et comedisse feruntur. Quod tamen tam rarum adeoque

xstiterit ut omnibus utrum idem fieri ullo A  
 obtuisset pene dubium sit.

## CAPUT VII.

] *Boemundi et Raymundi simultas recalescet.*  
 rea Boemundus eam, quæ inter se et comitem  
 Egidii fuerat oborta simultas, penitus non  
 s, dum sibi comes nullatenus credit, iratus  
 iam redit. Nec mora, comes directis ad præ-  
 urbem legatis, duci Godefrido, comiti Flan-  
 m, itidem et Northmannorum, denique Boe-  
 Rugiæ (civitas autem est in memorata sup-  
 elloquium indicit. Quibus suum accelerantibus  
 im consilio generali tractatur, quatenus sic  
 cordibus animis unirentur, ut nequaquam  
 expeditio Hierosolymitana moraretur. Repe-  
 ntimodis concordia Boemundus agenda acer  
 lens, nisi suæ faveat voluntati comes, An-  
 parti cui dominabatur cedens; invenitur  
 ad ista rigidior, obtendens quod imperatori  
 rat sacramentum. Hac ergo mentium in sese  
 ate divisi, Sancti Egidienensis ille Boemundus  
 pariter, Antiochiam sunt reversi. Isdem  
 de palatii et castelli, quod portæ pontis 424  
 ræminebat, custodia, militibus suis mandans,  
 ram, quam pridem ceperat remeavit. Atta-  
 non penitus rationis expertus, et in sua pervi-  
 ommunia damna perpendens, dum pertinaciæ  
 usa Dominici sepulcri cogitur differri libertas,  
 decimo infra Januarium die, vir egregius,  
 s, a Marra civitate progreditur, pervenitque  
 dam, ibique triduo mansit. Illic Northmanniæ  
 simultate deserta, illi conjungitur.

] *Cæsariensium rex cum nostris iniri fœdus*  
 — Præterea rex Cæsariensium Sancti Egi-  
 illic comiti frequenti legatione suaserat, qua-  
 ecum solidæ pactionem pacis iniret, spondens  
 ibique imperii sui Christianis adjumenta præ-  
 negotia ciborum, vestium et equorum, om-  
 ne usui pertinentium non negaret. Hac nostri  
 atione gavisi, juxta urbem eligunt taberna-  
 m loca sortiri, Pharphar namque fluvius a  
 is mœnibus haud longe præterfluit; at rex  
 prospecto tanto exercitu, non multum de talis  
 ernii propinquitate lætatus, ægre tulit, et  
 eius inde recederent, mercatum vetuit. In  
 D Februariis Idibus, cum esset secunda feria devene-  
 rum, duos cum nostris ex suis misit, qui eis  
 i fluminis demonstrarent, eosque perducerent  
 rædæ aliquid diripere possent. Itaque ab  
 , quædam subter quoddam nostris oppidum  
 ostenditur, ubi animalium numerositate re-  
 quinque ferme millia rapiuntur, frumenti,  
 rumque utilium plurima copia reperitur, e  
 s ad integrum equitatus ille reficitur. Castrum  
 e idem in jus comitis, sua ipsius deditio-  
 tur; aurum ex eo non modicum cum equis  
 tur; nostrisque per omnia, quia nunquam  
 derent, securitas certa promittitur. Sederunt  
 æ diebus ibidem. Inde digressi, ad aliud de-  
 oppidum, quod a gente incolebatur Arabum,

circa quod ubi disposuere tentoria, dominus oppidi  
 obviam processit, cum comite facta concordia.

*Plures Christiani cepere urbes.* — Denique prope-  
 rata deinceps motione castrorum, quamdam pul-  
 cherrimam civitatem, vocabulo Kephaliam, omnibus  
 opulentam bonis attingunt, in quadam valle posi-  
 tam. At habitatores, Francos ubi advenisse compe-  
 riunt, urbem deserunt, alimentorum plenitudine  
 refertis domibus, cum et horti passim exuberarent  
 fructibus, solas sibi salutes subterfugio tueri eli-  
 gunt. Tertio a præfata discesserunt urbe die, ar-  
 duaque nimis, et scrupea montana conscendunt, et  
 ad aliam deinceps vallem, non minori, quam ubi  
 Kephalia erat, fertilitate vividam, iterato descen-  
 dunt, ibique quindecim ferme diebus, substantia  
 jucundati uberiore, sese reficiunt. His quoque con-  
 tiguum locis quoddam Francis nuntiator fore cas-  
 steillum; ad id confluxerat multa nimis frequentia  
 paganorum. Quod nostri cum rapidissima obsidione  
 cinxissent, præsto erat ut subigerent, cum ecce  
 oppidani non paucas armentorum copias illis obji-  
 ciunt, talique lenocinio ut ab obsidione desistant  
 eos ad tempus illiciant. At summo diluculo admo-  
 ventes nostri tentoria castro, illud obsidere propo-  
 nunt. Quem eorum conatum ubi gens pagana per-  
 pensit, celeri fuga recedunt, vacuumque oppidum  
 derelinquunt. Ingreditur Christiana militia, proflua  
 inibi frumenti, vini, farinæ ac olei inesse deprehen-  
 ditur exuberantia, et si qua fuissent necessaria.

*Regi Tripolitano pacem negant Christiani ni Christo det nomen.* — Illic tota affectione, Purificationis  
 beatæ Mariæ festa coluerunt. Illic etiam Camelæ  
 civitatis regis legatos exceperunt. Rex plane idem  
 comiti equos, aurum, argentumque sequestra lega-  
 tione paciscitur, pollicitus quod Christianos in nullo  
 offenderet, sed debitam eis reverentiam exhiberet.  
 Rex etiam Tripolitanus comiti mandat, quod gra-  
 tanter, si velit, cum eo pactum ineat, directis ei-  
 dem decem equis, quatuor mulis, et auro non mo-  
 dico. Comes vero ait, nullatenus se cum eo pacifice  
 acturum, nisi fidei nostræ sacramenta susciperet.

Egrediuntur de valle, quam superius memoravi,  
 uberrima; et ad præsidium natura munitissimum  
 in rupis supremo positum, quod dicitur Archas,  
 D Februariis Idibus, cum esset secunda feria devene-  
 runt, vicinaque municipii tensis papilonibus oc-  
 cupaverunt. Quod quidem innumerabilis infercierat  
 multitudo paganorum, Turcorum videlicet, Sarra-  
 cenorum et Arabum, qui præter originis muni-  
 mentum, fortius illud omnimodis sua pluralitate  
 reddiderant. Contigit ibidem, quatuordecim ex Chi-  
 stiano exercitu viros equites contra Tripolim urbem  
 quæ fuerat illi propinqua castello procedere non ob  
 aliud, si non fallor, nisi ut valerent quidpiam esui  
 commodum sibi contrahere. Hi, inquam, quatuor-  
 decim cum essent, sexaginta circiter Turcos, aliis  
 etiam comitantibus reperere. Qui præ se homines  
 ac animalia, quæ prædati fuerant, plusquam mille  
 quinquaginta deducerent. Qui, sponsionis Domi-



nica ipsi exsecutores effectibus, quod « duo fugerent decem millia, et unus mille (*Deut.* xxxii, 30), » exculto piis in mentibus crucis signo, Deo annitente, incredibili eos audacia subigunt, senos ex his perimunt, equos totidem comprehendunt.

*Tortosa urbe potiuntur Christiani.* — Porro de Sancti Egidiani comitis equitatu, Raimundus ille, cujus probitas in hoc opusculo crebram exigit mentionem, quem Pilitum cognominari diximus, vir animi acrimonia et armorum industria vehementer **425** egregius, cum alio quodam cognomine viro, qui erat vicecomes, officio, Tortosam civitatem expetunt; et primo eam assultu, quem ferocissime intulerunt, non minimum ejus loci indigenas teruerunt. Hic, pro sui munimento, quod plurimum videbatur, gentilium incredibilis populositas, muscarum ad instar, influxerat. Nocte sequenti in quamdam civitatis plagam hospitaturi, imo tentoria fixuri divertunt; focos sine numero per excubias. ac si universus Francorum adforet hostis, instituunt. Expavit et concidit extrema desperatione gentilitas, perpendensque se non posse scuto propriam tueri salutem, censet ad ultimum evitandam quoquo modo vel pedibus mortem. Noctu itaque silenter elapsi, civitatem, totius opulentia fortune inferatam, vacuam omni habitatore relinquunt, pii, inquam, Scripturae illius impletores: « Quia pellem pro pelle, et cuncta quae habet homo dabit pro anima sua (*Job* ii, 4). » Haec civitas quam optimum suo in suburbio, utpote secus mare constituta, habet portum. Postridie conveniunt nostri, totis pervasuri viribus urbem; sed in ipso congregandi molimine prorsus inanem reppererunt ab homine. Introeuntes igitur eam, tandiu ibidem deguerunt, donec ad obsidendum municipium, quod supra intulimus, Archas, exinde processerunt. Est autem alia quaedam urbi isti contigua civitas, quae Maraclea vocatur. At ille, qui praerat, quem et Admiravum appellant, nec mora, cum nostris foedus inire parat.

Hos simul, ac horum mox signa recepit in urbem.

#### CAPUT VIII.

[XXI.] *Castellum Archas obsidetur.* — Interea dux Godefridus, Boemundus, comesque Flandrensis, Laodiciam pariter attingere. Sed Boemundus, amicae sibi Antiochiae divisionis impatiens, a praefatorum contubernio disparatus, remeavit ad illam. Ipsi vero pari animo contendunt civitatem quamdam obsidere Gibellum, sic enim vocabatur. Ad Sancti autem Egidii comitem Raimundum hujusmodi rumor accessit quod gentilitatis adauctae vulgus enormiter ingens, contra se praelia destinasset. Qui, prope compellatis militiae quam habebat universae proceribus, eos quidnam opus esset facto consuluit. Cui senatus ille intulit se utilius huic negotio aestimare quam consortes Dominici itineris, et alios sibi comites in adiutorium convocare. Consuluit denique consilium, mox opus explicuit. Principibus itaque, duci videlicet Godefrido, Flandrensi que Ro-

berto, postquam sui comparis fuit comperta necessitas, cum eo, qui Gibello civitati praerat, acceptis magnificis equorum aurique muneribus, iniere foedera, et adminiculum praestituri, convenerunt ad comitem, quam obsidere coeperant urbe dimissa. Expectationem autem eorumdem belli gerendi, rumigera frustravit opinio. Unde pariter conspirati Archas castellum repetere deliberarunt. Ubi cum obstinatis contra idipsum animis desedissent, non multo post Tripolitanos moto exercitu invisere gestierunt, reppereruntque, in sui providentia positos, pro mœnibus ipsius urbis hostilem manipulum, Turcorum videlicet, Sarracenorum ac Arabum. Quibus nostri debita animadversione pervasis ad supremum fugae illico compere remedium.

Ibi tanta ipsius urbis nobilitas, non modo caedes exstitit, sed ac si e pecoribus, carnificium, ut etiam unda fluminis, quod civitati influit, mistum fuso cruore ruberet, et tali commaculata sanie, quaelibet eorum cisterna sorderet. Ex quo eorum mentibus oboriri mox contigit ferale justitium, tantique timoris aculei animos compressere superstitum ut ipsorum nullus, cujuscumque causa negotii, praesumeret extra civitatis muros attentare vel exitum. Postero die progrediuntur nostri ultra quamdam vallem, quae vocatur Desen, in quam et die tertio post captam Befaliam [*al.*, Cephaliam] venisse eos superius diximus, eamque uberrimam repperisse, et quindecim diebus in illa mansisse et inventis illic bobus, asinis et ovibus, et multis animalibus, camelorum etiam tribus millibus, rediere cum gaudio, copiosas de his omnibus praedas agentes. Castrum itaque idem tribus mensibus, die minus una, continuus obsedere. Ibi que egere Pascha Dominicum quarto Idus Aprilis. Interim ergo dum obsidionis mora hos detinet, classis ipsorum quae deferendis consueverat victibus inservire, cuidam sibi contiguo portui allabatur, comportans negotia non parva frumenti ac vini, carnis et casei, hordei ac olei, ex quo plurima expeditionem Dominicam opulentia reparavit. Licet autem nullam ibidem penuriam eos pati contigerit, tandiu tamen inutilem, super tantilla re, insumpsisse laborem, sani modum mihi videtur excessisse consilii.

[XXII.] *Lancea Dominica in dubium revocatur.* — Post mortem plane viri admirabilis Podiensis episcopi, qui amore pastoralis ac rigore, omnium sibi invicem animos, concordiae ac unanimatis visco, devinxerat, coepere inter principes simultates aliquoties ac insolentiae oboriri, apud mediocres praeterea et vulgares, licentiae quas non omnino deceret haberi, ut veteris historiae **426** dictum: « Quia videlicet rex non esset in Israel, sed quod cuique in oculis suis bonum videretur agebat (*Jud.* xvii, 16); » aliquando putaretur impleri. Etsi enim pontifices illic alii, glorioso illo homine, qui eorum specialis pater et dux fuerat deputatus, obeunte, remanserant, non tanti pendebant tamen illos, praesertim cum meminissent se non eo his, quo illi uni fuerant jure com-



3. Dum ergo nemini singulariter parent, et A  
 rrsa inter eos æstimantur æqualia, fiebant sæ-  
 dum vulgi libido prævalet, apud ipsos minus  
 judicia. Unde accidit ut post Dominicæ reve-  
 nem lanceæ, quam defunctus antistes omni-  
 devotione susceperat, fæde nimium incredu-  
 murmur emergeret, dicentibus quibusdam,  
 non veraciter, sed præstigiose repererat, et non  
 nicam sed lanceam qualemcunque præbuerat.  
 it itaque enormis plebeculæ passim mussitare  
 entia, et eos, qui crediderant, et venerari de-  
 ant, verborum suorum sedulo corrumpunt  
 ia. Rei repertæ probationes exigunt, reper-  
 i iudiciis divinis addicunt. Compellitur ut du-  
 ir ille fidem reddat; quæ extorquentur ab ipso,  
 ur, solius eorum causa curandæ infidelitatis,  
 B  
 beat. Ipso igitur imperante, rogi duo vix cubiti  
 ssimi spatio a se distantes instruuntur, multæ  
 vulis, rerum novarum cupidis, materiei strues  
 itur, ac utrarumque partium flamine confluen-  
 globis, inter ardentia ligna semita admodum  
 sta relinquitur. Deum ergo, qui veritas est, et  
 r cuius nutum super hac re nil se egisse  
 scit, misericordem, miserabili, ut par erat,  
 me compellat, et per opacum pyræ furentis  
 tem tota vivacitate prætervolat, et per hunc  
 a callem mox rediit quo venerat.

*ritas comprobatur.* — Aderat spectaculo huic,  
 in procinctu morabatur tunc temporis, militiæ  
 entalis copia, et pro inusitati operis ausu, du-  
 diversis quique intentionum statibus, præsto-  
 tur eventus. Facto denique, ut dixi, reditu,  
 tantem ab ignibus populorum ruentium infi-  
 phalanges excipiunt, et dum incolumem focos  
 sisse conspiciunt quasi de ejus aliqua, pro res  
 retenturi, aut corpore aut vestibus, dum hinc  
 le vellicant, hac illacque distendunt, ei, in  
 diripientium et impellentium constituto tu-  
 ri, animam extorserunt. Cum enim et timore  
 raculo, hinc impendentis, nisi Deus propitia-  
 , exitii, illinc subitæ ereptionis, ut sic loquar,  
 nimis prosilisset ab ignibus, et vulgi unde-  
 ue pulsantis clauderetur incursibus, jam ex  
 ritæ anxietatis defatigatione tremulus, præfo-  
 valuerat haud difficulter spiritus. Exstincto  
 D  
 e homine, multo deteriori ambage, cœpit de-  
 ubricum et inconstans agitari vulgus; his ita,  
 aliter, ignis iudicium, quod vir ille subierat,  
 sse jactantibus: his exustum, illis incolumem  
 amma prodisse ferentibus; his adversus alios  
 antibus, et, quia hominem pro nihilo intere-  
 nt, improperantibus. Sed quocunque modo se  
 ntia vulgaris egisset, illum gloriosum præsu-  
 omni sacrosanctam lanceam scimus venera-  
 complexum, adeo ut in eo ipso, quo reperta

A fuerat, loco, sit ejusdem pontificis corpus ipso  
 præcipiente sepultum. De his ita res sese habuit.

[XXIII.] *Ansellus de Ribodimonte.* — Porro, cum  
 apud Archas diutina nostros incassum detineret  
 obsidio, et castro in cujusdam rupis proeminente  
 supremo, procul in imo vallis obsidentis exercitus  
 tentoria considerent, Ansellus, qui de Ribodimonte  
 cognominabatur (ejus enim castri, et aliarum ma-  
 gnarum opum dominus exstiterat), vir liberalis, om-  
 nino munificus, et in regenda militia mire indu-  
 strius, difficultatem capiendi oppidi intuitus, mo-  
 ramque sessionis diurnæ non passus, 'ad jaciendos  
 lapides phalaricarum nostros apparare instrumenta  
 commonuit. Cœperant sane, longissimo cuniculo-  
 rum ductu, turri in excelso positæ suffossionis in-  
 ferre molimina, et aperta sustentantes tigillis et  
 postibus tantopere aperienda scabendo quotidie in-  
 sistebant ut etiam mulieres et optinorum quorum-  
 que uxores, festis diebus sinuatis vestibus sive  
 palliolis, defossa egestaque conveherent. His qui in  
 præsidio fuere compertis, nostrorum illico cona-  
 tibus obstitere, non sine eorum discrimine, qui  
 scrobibus efficiendis sese nitebant ingerere. Et  
 cum de turre subruenda universa opera cessisset  
 frustra, tum Ansellus de balistarum apparatus  
 nostris commonitorium suggerere curavit. Quibus  
 institutis, et crebra lapidum turrem missione vexan-  
 tibus, ecce et obsessi similia e regione instaurant.

*In obsessione Archas percussus Ansellus obiit in*  
 C *Domino. Quæ gesta fuerant scriptis ad Manassem*  
*archiepiscopum misit.* — Machina itaque erecta et  
 ingentia in nostros saxa torquente, ad maximum  
 totius Francorum exercitus damnum Ansellus isdem  
 aut primus aut inter primos ipse percutitur. Qui  
 cum in Dominica militia fidelissime et irretracta-  
 biliter se ageret, inter cætera suæ sagacitatis fidei-  
 que potentis insignia, illud præclarum et omnibus  
 amantissimum litteratis exhibuit, quod cuncta quæ  
 in obsidione Nicææ, et quæ Romaniam Armeniam-  
 que peragrando, quæ denique Antiochiam aggre-  
 diendo, capiendo, captam defendendo nostri egere,  
 qualiter per idem tempus contra Galapiæ regem,  
 contra Damascenum, Hierosolymitanum quoque,  
 quem 437 et adulterum vocitat, conflixere, ad  
 D Manassem, Remorum archiepiscopum, piæ memoriæ  
 virum, qui ante hoc decessit ferme biennium, semel  
 ac secundo directis apicibus, clarissime patefecit. Is  
 etiam in testimonium, nobilem erga martyrem quem  
 habebat, pii amoris, diem beati Quintini passionis  
 annum, coactis undecunque clericis, quo poterat  
 honore, ibidem celebrari faciebat, ac celebrantibus  
 xenia digna præbebat. Contigit ibidem et alios  
 quamplurimos felix sumpsisse martyrium, et mortis  
 sacræ compendio regna emeruisse cœlorum.

## LIBER SEPTIMUS.

## CAPUT PRIMUM.

[I.] *Quanta Christianorum in Jerosolymitana expeditione fides et pietas. Obsidione Archas deserta petunt Jerosolymam. Pactionem cum rege Tripolitano conficiunt.* — Fidei nostræ incentivum non minimum præbet quod Occidentalium labore fidelium Orientalis restauratur Ecclesia. Videmus prælia, Dei solius intentione piissima, quorum tota efferbuit martyrii amore militia, sine rege, sine principe, sola eis exstitit suæ ipsorum salutis devotio prævia. Legimus, usque in Orientis suprema commigrasse, ob bellorum studia, Gallos, et Apollinis Delphici secreta rimatos, sacrisque ereptos aditis thesauros novimus paludibus Tolosanæ in-jectos. Conflatas has omnes copias, principum tunc temporis suorum exactione, comperimus, hic ne unum quidem a quolibet suo domino invitum renitentemque, compulsum abire audivimus. Hic, inter arma lacrymæ, peccatorum confessiones, abrenuntiationes possessionum, uxorum aspernatio, filiorum fuga, præeminet in mentibus omnium pro Dei amore, solius beatæ mortis ambitio: hic, inquam, libet Deum pensare mirabilem, ut qui quondam, ad tormenta ferenda, animos martyrum pro invisibilium dilectione firmaverit, ipse nostris temporibus, quod a nemine sperari poterat, et dictum pro ridiculo habebatur, tantum præsentium contemptum rerum, etiam truculentorum cupidorumque cordibus hominum, indidit, per paucissimos homines tanta perfecit ut, laude eorum qui gessere posthabita, Deum solummodo ea fecisse certum sit. Quod ex eo, evidenti probatione, patescit, quia quoties crebrescentibus victoriis insolentiam parturibant, seu adversus alterutros principes inflarentur, sive aliqua ipsos petulantia commaculati contingeret, illico eos prope nullos, et, ut ita dixerim, pecorum similes gentilitas inveniret, si quando, sui memores, poenitentia ducerentur, confestim solitis fortunis piisque proventibus redderentur. De his itaque spirituali solum desiderio cæptis patratisque præliis, divina, quæ a sæculo nunquam acciderit, tempora moderna insigniri virtute lætemur, nec Israelis carnalis proventrium plenitudine, bella miremur. Rex igitur Tripolitanus frequentibus nostros principes pulsare legationibus non cessabat, ut sese a castro amolirentur, ac sibi confœderarentur. Quo primores exercitus comperto, dux videlicet Godefridus, Sancti Egidii comes Raimundus, comes uterque Robertus, Flandrensis atque Northmannicus, considerantesque provincias novis jam exuberare fructibus, iduato plane Martio, pridem satæ jam mandibiles erant fabæ, et vix ad medium promoti Aprili, polentas poterat præbere frumentum, per-

A penso pariter terræ habitu, generaliter sibi commodum censent ut quorumque novorum suppetentibus copiis, Hierosolymitanum iter arriperent. Castri ergo obsidione deserta, sub ea, quam diximus, deliberatione Tripolim perveniunt, cum sexta esset feria, et tertiam decimam ageret Martius diem, ibique ternis egere diebus. Cum proceribus itaque nostris Tripolitanus ille facta pace conveniens, trecentos et his plures viros, quos ex nostris captos in vincla conjecerat, continuo solvit, hisque sic abeuntibus, quindecim Byzanteorum millia, ob commendationem gratiæ dilargitus, quindecim etiam equos, pretii optimi, pariter attribuit. Præbuit quoque et celeberrimum nostris negotium, equos, asinos, et omnia tantæ militiæ obiter usui futura proponens, unde expeditio Dominica integerrime referretur ad præsens. Id denique, facto secum pacto, adjiciens, quia si imperatoris Babilonici bellum, quod frequens et maximum parari ferebatur, evinceret, si Jerosolymam caperent, Christianæ sese confestim conditioni subjiceret, se suamque eis regionem addiceret.

Ab ea ergo urbe digressi, in secunda Maii mensis die transiere per horridam et angustam nocte dieque viam; castrum deinde, quod Bethlon vocabatur, attingunt: ad urbem deinceps juxta mare positam pervenientes, 428 quæ dicitur Jebari, situs anxietatem nimiam passi sunt, cui flumen, nec mora succedens, opportunum remedium præstitit, cui vocabulum erat Braim. Nocte igitur Ascensionis Dominicæ quemdam subiere montem, angustum omnimodis habentem callem, ubi vehementer extimere, ne obvios hostes in illarum angustiarum exitibus haberent, sed, Deo providente, nemo eorum occursui sese fuit ausus ingerere. Milites plane qui præierant nostri, liberam ab hostili incursu fecere viam. Demum itaque ad civitatem applicuere maritimam, quæ appellatur Baruch: inde ad Sareptam, quondam Sidoniorum, sub muliere vidua Helie pastione celebrem: dehinc ad aliam, quæ dicitur Sur; postmodum ad Accaron, Palæstinorum aliquando metropolim, devenere.

In Ramatham episcopus constituitur. — Denique procedentes pervium, Caiphas vocabulo, habuere castellum, donec ad insigne et ipsam Palæstinorum consequenter appulere Cæsaream: ibique ternis diebus citra Maium exeuntem celebravere Pentecosten. Post hæc ad eam, quam quidam Ramatham, origine Samuelis illustrem, aliqui scientiores curiosioresque locorum, Ramothgalaad asseverant, cujus obtinendæ contentiones, Achab scelestissimum Syrorum Benadab rege superante, præcipitant, perveniunt: cujus habitatores, comperto supervenien-

Francorum rumore, iegerunt. Hæc civitas, et illis vetustissimæ memoriæ monumentis esset ex-  
 univsa tamen clarissimi martyris Georgii, non illic sepultum asserunt, mihi videretur ob-  
 lare præsentia. Reperitur ibidem, colonis rece-  
 ibus, victualium prope omnium opulentia gran-  
 et non paucis præbuit diebus generale subsi-  
 i exercitiis hospitandis. Ubi proceres, clerum  
 piscopus qui interesse poterant consulentes,  
 favore eorum ipsi civitati eligendum taxavere  
 ificem. Cui collatis suarum rerum decimis, auro  
 n argentoque ditarunt; equis animalibusque  
 dciunt, quo sine difficili indigentia, sine summi  
 us injuria, sese ageret cum sua familia. Ipse re-  
 cum omni, in commissa sibi urbe, tripudio,  
 vitate tuenda, et de basilica potissimum regen-  
 ficialibusque Ecclesiæ instituendis, principum  
 oc ob cultum amoreque martyris obnixè fieri  
 erant obediturus imperio.

## CAPUT II.

.] *Jerusalem circumsidet Christiani.* — Et ecce  
 lam quæ tot penurias eis genuerat, tantam sitim  
 mem tandiu et tam crebro pepererat, causa tot  
 tatum, vigiliarum ac frigorum; indesinentis  
 is occasio, subeundæ miseræ voluptuosissimum  
 ritivum; ad appetitum mortis et vulneris illex:  
 lam, inquam, mille desideriorum millibus affecta-  
 tantis, dum prospicitur, mœroribus ac jubilis  
 matam, tandem pervenere Jerusalem. De qua  
 de Dominici corporis mansoribus legitur:  
 ia manducaverunt et adoraverunt; » ita et de  
 lici potest, adoraverunt eam et expugnaverunt.  
 vo itaque Junii Idus, cum tertia esset feria,  
 animositate est obsessa civitas. A septentrionali  
 r plaga, comes eam Robertus obsederat North-  
 norum, juxta eam beati Stephani ecclesiam, ubi  
 ler Filium hominis, quem a dextris Dei se-  
 se clamaverat stantem, a Judæis est obrutus  
 e saxorum. Ab occidentali autem opponitur dux  
 fridus comes Flandrensis, et Tancredus. A  
 die obsedit eam comes Sancti Ægidii, in monte  
 icet Sion, circa ecclesiam beatæ Mariæ Geni-  
 i Domini; ubi Dominus cum suis ad cenam  
 e quam pateretur, fertur discubuisse disci-

rtia ad urbem adventus eorum die, Raimundus  
 cujus in expeditione Dominica non minimum  
 cula claruerunt, ille, inquam, quem Pilitum  
 minabant, cum quodam suo cognomini, illustri  
 n viro, aliisque quamplurimis longiuscule ab  
 ionis loco processit, si quos forte hostium, uti  
 soliti, oberrantes ad nostrorum insidias repe-  
 ontingeret. Et ecce, ducentorum ferme Arabum  
 intulit repente manipulus, quos Raimundus  
 idit, leonina feritate aggreditur, et tota eorum  
 cia, Deo eis insistente, subigitur. Plurimis ita-  
 interemptis, captisque tricenis equis, lætam ad  
 citum de claritate facinoris reportavere victo-  
 . Alterius ergo hebdomadæ secunda illucescente

A feria, tanta vi, tanta unanimitate pervaditur murus  
 urbis exterior, ut si scalarum apparatus non deesset,  
 Francorum continuo ditioni urbs pariter ac sub-  
 urbana cessissent. Tota igitur antemuralis fortitudo  
 irrumpitur, et per minoris ruinas, plenario jam pa-  
 tente progressu, ad majoris propugnacula muri, una  
 quæ affuerat scala porrigitur. Qua nostri milites  
 quidam conscensa citissime, cœpere prælia jam ha-  
 bere præ manibus: et ubi jactus defecerant, tota  
 fiebat res lanceis et ensibus: defensores civitatis, et  
 eorumdem obsessores ferro decernunt cominus. Occu-  
 buerunt itaque multi ex nostris, sed ex illis plures.

[III.] Sciendum autem quoniam hæc ipsa  
 civitas, cum adhuc Antiochia obsideretur, sub  
 444 regis ditione Persarum detinebatur a Turcis.

B Porro Babylonicus imperator, cum, sicut superius  
 retulimus, ad nostrum legatos exercitum direxisset,  
 explorandi statum nostrorum solummodo id causa  
 effecisse dignoscitur. Cum enim dirissima Christia-  
 nam militiam indigentia profligari conspicerent, et  
 optimates quosque, deficientibus equis, factos jam  
 pedites comperissent, nostra omnia vilipendere, nec  
 quidquam novarum moliri rerum contra Turcos,  
 quos potissimum patiebantur infensos, nostrorum  
 qui contra eos exercebantur fiducia præsumpsere.  
 Rex plane Persidis de Babylonico, quod usquequa-  
 que latissimum perhibebatur, imperio, multam  
 usurpaverat portionem; sagaciorem enim habebat,  
 bellorum industria, gentem. Comperto idem denique  
 C Babylonicus princeps quod Franci, imo per Francos.  
 Deus Antiochiam subegisset et Antiochiæ pro mœ-  
 nibus, Curbaran ipsum cum tota Persarum superbia  
 confudisset, sumpta confestim audacia, Turcis arma  
 intulit; Jerosolymamque cui dominabantur obsedit.  
 Qua, nescio vi aut aliqua confederatione, recepta,  
 in ipsa turri quæ dicitur David et quam proprie dici  
 putamus Sion. Turcorum plurimos ad custodiam  
 nescio an ad dominium dimisere: de quibus constat  
 quia nostrorum neminem inter obsidendum penitus  
 nocuere, soli arcis custodiæ qui deputati fuerant  
 pacificæ intendere. Contra Sarracenos ergo nostri  
 hujus belli commercium habuere.

[IV.] *Summa rerum omnium indigentia afflictan-  
 tur Christiani.* — Igitur in ea obsidione, panes qui  
 D emerentur reperiri non poterant, et per dies circi-  
 ter denos hujus passim exstitit difficultas edulii:  
 donec Deus nobis assisteret, allapsa portui Joppe  
 nostri classe navigii. Parque fuit pressura sitis,  
 adeo ut non modo ipsi tali miserabiliter fatiscerent  
 incommodo; sed etiam equos suos cum cæteris ju-  
 mentis, per sex millium spatia, procul potanda,  
 deducerent, sub hostium circumcursantium timore  
 nimio. Syloa nempe fons, ex Evangelici cæci rete-  
 ctione procognitus, qui a radicibus Sion montis  
 emergit, ipsos alebat: quæ aqua summa siquidem  
 inter eos caritudine vendebatur. Postquam ergo  
 missa legatio Joppen appulisse navigia nuntiavit,  
 communicato seniores consilio, proponunt milites,  
 quos ad tutelam navium ac hominum in navibus

positorum, ad portum debeant destinare. Summo itaque diluculo cum jam exprimeret tenuis aurora crepusculum, Raimundus, qui crebro a nobis sermone teritur, cum duobus aliis proceribus centum de domini sui Sancti Egidii comitis exercitu equites legit, et ad portum usque solita auctoritate procedit. E quibus triginta illico sese milites exceperunt, et digressi ab aliis, Turcos, Arabes, Sarracenos, septuaginta [al., septingentos] circiter reperere quos nostrorum itus ac reditus direxerat aucupatum rex Babyloniarum.

Quorum cuneo nostri, et si nimis impares numero, grandi animorum acrimonia invehuntur: sed tanta hostium virtus ac ferocitas exstitit, ut undique imminerent jam usque ad ipsorum perniciem nostris. Unde et alterum de duobus illis proceribus Acharum vocabulo peremerunt, et aliquos ex pauperibus et ex peditibus honoratiores. Cum ergo ambirent nostros, et armis hinc et inde conclusos urgerent, et pene jam miserabili desperatione conciderent, venit qui Raimundo illi prædicto necessitatem quam sui comites paterentur, ediceret: « Quid tu, inquit, istic detineris, et milites? Ecce tui qui recens a te abierant, Turcorum, Sarracenorum et Arabum atrociter circumcinguntur examine; et nisi eis adiutricium oculus feras, morituros, nisi jam obierint indubie omnes in proximo scias. Vola igitur, propera, quia fateor, erit omnis tarda velocitas. » At Raimundus cum suo universo comitatu expeditus invisere locum quo hæc agebantur accelerat, sed in ipso certaminis apparatu non in armis, non in viribus, verum in Salvatoris fide suffragium sperat. At Gentilium, ubi Christi militiam Phalanga conspexit, duarum continuo acierum discrimina fecit; invocato itaque Altissimi præsidio, tanta nostri illis vehementia irruerunt, ut quisque hostem ad se verum properantem prosterneret. Considerantes ergo vires sese diu Christiani impetus non laturos, cessere pagani, et celeri fuga intolerandæ consulere formidini. At nostri eos rapida maturitate sequentes, per quatuor millium remotiora fugarunt: in tantum, ut cum ex eis plurimos peremissent, equos centum tresque pro victoriæ signo reducerent. Verum occisis cæteris, cum unum superstitem reliquissent, secum adduxerunt, a quo quæcunque apud hostes tractabantur, et quæ princeps Babyloniorum facere contra nostros proposuerat, didicerunt.

[V.] *Siti cruciantur. Commendatur ipsorum patientia.* — Interea sitis insolentia horribiliter gravabatur exercitus, adeo ut coria bouum bubalorumque suerent, in quibus deferebantur aquæ per miliaria sex. Talibus utribus ad convehendas, utebantur aquas, quæ ex recentium tergorum humore exolidæ, maximam miseriam inediæ quibusdam intulerant, **430** in usum exercitus transire coactæ, cum hordeaceo pane. Quanta tot virorum nobilium fauces et guttura cibarii panis illius rodebantur aspredinæ! quanta delicatos eorum stomachos putidorum lati-

acum putamus tortos acredine! Bone Deus! quid patientiarum inibi fuisse pensamus, ubi non immemores erant quique habitæ quondam in patria dignitatis, quam condire fuerat solita non exiguæ requies voluptatis, cum ea quæ patiebantur nullius exterioris lenirent aut spes aut solatia quæstus, eosque in dies crudelissimorum laborum decoqueret æstus! Hæc mea est sententia, hæc unica: nunquam a sæculorum tales exstitisse principiis, qui pro sola expectatione emolumenti spiritualis, tot corpora sua exposuere suppliciis. Urebant animos remotæ adeo peregrinantium pignorum affectus, delectationes uxoriæ, possessionum fastigia; et tamen ac si ibidem permansuri perpetuo, non desistebant a Christi prosequenda militia.

### CAPUT III.

[VI.] *Instat obsidioni sacra militia.* — Sarraceni igitur circa fontes ac flumina jugibus instare insidiis; ubique locorum nostrorum cædibus inhiare; prædari, si qua contigisset occurrere; rapta sive animalia, seu quælibet alia in cuniculos et spelæa abducere. Circa civitatem per exercitum in prociectu commanentem, famis sitisque atrox bacchabatur acerbitas; et hostium, hinc et inde vagantium rabidior detonabat circumquaque malignitas. At principes sacræ militiæ, tantum incommodum, a tot tamque diversis hominibus tolerari vix diutius posse videntes, quibus machinis civitas expugnabilior putaretur percipiunt, quatenus, pro quo tanta pertulerant, passi ac sepulti monumentis Salvatoris adorandis interesse valent. Præter alia ergo instrumenta plurima, quibus aut muri per arietum illisiones labefactarentur, aut crebris balistarum jactibus turres concuterentur ac mœnia, duo jubentur institui lignea castra, quæ nos sumus soliti vocare phalas [*seu falas, hoc est turres ligneas*]. Dux itaque Godefridus suum primus cum aliis convenientibus machinis ædificat castrum, et Sancti Egidii comes Raimundus, qui nulli se patiebatur esse secundum, ipse itidem instituit suum. Tum Sarraceni, dum machinas erigi, dum castra procedere, dum admoveri arcibus tormenta conspiciunt, muros et ipsi provehere, fulcire labentia, turrium summas insolita proceritate porrigere. Quæ quidem inversa, cum maturarent explicare noctibus, interdum de novitate operum nostris miraculum exhibebant. Ligna autem, de quibus nostri aut castra seu quasque machinas instruebant, convehantur e remotiore provincia.

Perpendentes itaque exercitus Dominici proceres, cui urbis parti imbecillitas major inesset, eujusdam nocte Sabbati, castrum idem cum aliquibus machinis illo deportant. Ab orientali ergo parte summo ea diluculo eriguntur; primaque ac secunda tertique feria, his aptandis stabiliendisque insistunt. Comes etiam Sancti Egidii meridiana plaga suam instaurabat machinam. Dum ergo tanta obsidionis ferret intentio, sitis tamen intolerandæ omnium præcordia torrebat ariditas: in tantum ut pretio

unius nummi vel ad refocillandum, ut sic dixerim, nequaquam aqua sufficiens valeret haberi. Quarta demum ac quinta die, collatis unanimiter viribus, aggredi constituunt civitatem ex omni parte vallatam. At antequam hæc fieret destinata pervasio, subjectis plebibus litanias indicunt pontifices atque presbyteri; jejunia, orationes ac eleemosynas præcipiunt celebrari. Memores igitur idem præsules Jericontini quondam casus, et quod Israelitæ tubis aliquando clangentibus circumitu septeno, et sacræ archæ circumlacione, diruerant perfidæ mœnia civitatis: cum multa spirituum et corporum contritione processiones agendo, sanctorum nomina flebiliter inclamando, nudipedalia exercendo, Jerusalem circummeant; cum seniores, tum populi, superna implorandos subsidia, eidem necessitati concurrunt

*Christianorum conatus nil efficiunt.* — His denique profundissimæ studio humilitatis explicitis, accidit ut sexta occurreret feria, in qua cum vehementi civitatem impetissent instantia, et nulli prorsus effectui molimina communia valuissent; ecce totius militiæ animis tantæ desperationis stupor irrepit, adeo universorum robur evanuit ut infortuniis elisa frequentibus quorumque generaliter audacissimorum corda conciderent. Audivi, testor Deum, a viris quibusdam veritate præditis, qui illi divino interfuere procinctui, quia cum Christiana militia a civitatis mœnibus expugnandis sine ullis reverterentur effectibus, videres optimos quosque equitum a murorum congressibus resilire, manus complodere, eculatibus diris obstrepere, et quasi a Deo jam omnimodis desererentur, ingemere. Est etiam mihi non inferiori relatione compertum, Robertum Northmanniæ comitem. Robertumque alterum Flandriarum principem junctis pariter convenisse mœroribus, et se cum fletibus uberrimis conclamasse miserrimos, quos suæ adoratione crucis et visione, imo veneratione sepulcri tantopere Jesus Dominus judicaret indignos. At ea propinquante hora qua verus ille Jesus, qui secundo populum de Ægypti exegit ergastulo, in crucem sublatus creditur, dux Godefridus, et comes Eustachius frater ejus, qui e castro nullatenus propugnare destiterant, et muros inferius creberrima arietis illusione pulsabant; et eos qui superne mœnibus defensandis astabant lapidum jactibus, ac variis missilibus collatis, etiam hinc indeque præsto mucronibus, Sarracenos pro vitæ patriæque tuitione pugnares urgebant.

#### CAPUT IV.

[VII.] *Demum civitatem Christiani vi et armis ingrediuntur per muros.* — Interea Letaldus, ex equitibus quidam, tanti ausu et opinione facinoris per temporum succidua celebrandus, primus super muros civitatis insiliit, et maximo circumstantium stupore Gentilium, mentes felici hac ex præsumptione concussit. Ut ergo vir ille descendit, quique juvenem Francicorum, quos pia jam dudum reddiderat illustriores audacia, sese proripiunt; et dum inferiores illi uni qui præcesserat, videri refugiant,

A murorum pariter suprema conscendunt. Quos etiam nominatim huic insererem paginæ, nisi scirem post reditum tantorum eos flagitiorum ac scelerum infamiam incurrisse, ut de eorum expressionibus secundum judicium Dei nomen diligentium, videar non injuria tacuisse. Mox itaque ut Francos Sarraceni muris involasse conspiciunt, per muros ipsos, perque civitatem continuo fugam arripiunt. Illis denique cedentibus universis illico nostrorum ruit exercitus: aliis per foramina arietinis ictibus acta; quibusdam per machinarum influentibus fastigia. Fit introire nitentium admodum tunc pernitiōsa celeritas, et dum quisque primus reperiri desiderat, mutua alter alterum compressione conculcat. Porro etiam circa ipsos quos Sarraceni obstruserant, urbis portarum introitus, fraus adoperta scrobium, Sarracenis eisdem constat auctoribus: ubi multis intulit ipse periculum casus, excepto eo discrimine quod fecerat, dum impatienter influunt, angustus introitus. Paganos itaque fugientes Franci ferociter insequuntur, et obviis omnibus indifferenti cæde mactatis, usque ad ipsum, quod dicebatur Salomonis templum, internecio potius quam pugna, per plateas et compita vicosque protenditur. Ubi et tanta exstitit humani cruoris effusio, ut procedentium prope talos irrigui sanguinis unda submergeret. Istac quidem res ea prosperitate processit.

[VIII.] Raimundus vero, Sanct.-Ægidianus utique ille comes, a meridiana plaga admovit exercitum: ingens pariter machina rotis acta ferebatur ad murum, sed inter eam quæ castellum dicebatur, machinam et murum fovea nimis alta patebat. At princeps, accelerato consilio, qualiter præruptum illud valeat sine difficultate longa repleri, per exercitum jubetur præconum voce cantari: quatenus qui in eandem foveam trium esset portior lapidum, unum se sciret denarium habiturum. Quæ repletio, tridui spatio vix potuit exæquari, cum nec noctibus posset a cœpto cessari. Opplata in hunc modum fovea machinam illam exhibuere mœnibus. Porro illi qui interius urbis defensandæ curas assumpserant, non dico fortitudine, sed pertinacissima nostris rabie obsistebant, Græcorum, quos sic vocabant, ignium saxorumque jactibus machinarum carpenta vexantes; quorum ictus atque molimina miro Franci ingenio multoties fefellerunt. A parte interea orientali civitate, uti prædixi, irrupta, ad prædictum comitem pertulit haud alius quam pugna tumultuans, quod Franci jam in urbe passim cædendo discurrere capta viderentur. « Quid, inquit ad suos, istic moramini? Nonne Francos, civitate obtenta, celebri spoliōrum raptu jam triumphare conspicitis? » Irrupit itaque cum suis celeritate comes urbem: et quia Francos per urbana palatia quosdam, aliquos ad Dominicam memoriam, nec paucos pro pastoforiis, ut veteri utar nomine, templi Salomonis acerrimo conflictu evagari exercerique didicerat: ne a dominio captæ exers

existeret civitatis, cum eo Admiraviso, sic enim A apprehendi a nemine valet fletus emiserint quam eum vocant, qui arci David, quæ Sion dicitur, præerat, sermonem habuit; ut arcem sibi facta deditioe contraderet, ab illo exegit. Satrapa itaque, pacto inter eos inito, comiti eidem portam illam aperuit, per quam eatenus Jerusalem introeuntes peregrini, et introire, et pensiones, quas musellas vocare solebant, solvere nimis indebite ac crudeliter cogebantur.

Ingressis igitur Provincialibus, Sancti-Ægidiani scilicet comitis exercitu, et cæteris omnibus urbem, fiebat paganorum indiscreta percussio; non teneritudo, non species, non gravitas, non ullæ vires subtrahebantur exitio: cunctis generaliter inevitabiliterque, 433 imminebat dira pernitias. At hi qui ad Salomonis templum sese contulerant, totum adversus nostros confligendo detinere diem, sed nostri, eorum semivivam desperatorum indigne ferentes audaciam, conspirata animositate se ingerunt, et templi adita, exertis socialiter viribus penetrantes, tanta miseros intra fani ambitum cæde dilacerant, ut cruores peremptorum sine numero, calceorum pene oras excederent. Promiscui ergo sexus, et indifferentis ætatis, innumerabili per idem templum multitudine fusa, quosdam reliquere superstites, spatio eis vitæ interim ac salutis indulto, donec cæsorum cadavera, quorum dispersa jacebat hac illacque fœda congeries, ipsi amolirentur a templo. Quibus amotis, et ipsi quibus et priores, succubuere mucronibus. At qui templi C supra conscenderant, vulgi promiscui infinita frequentia, Tancredi et Gastonis, pro signo sibi interim pacis indultæ, vexilla suscipiunt. Is autem Gaston, vir illustris atque ditissimus, utrum de Gasconia an Basconia foret, non integre memini, quia tamen de alterutro esset ad certum tenui. Exercitu igitur discurrente, civitas universa diripitur; obtentisque palatiis et quibusque ædibus, argenti dives et auri, sericarumque vestium præda corripitur: equorum mulorumque multiplicitas aperitur, in domibus victualium omnium opulentia reperitur. Is autem in Dominica militia modus et exæquatio fuit: « ut quicumque, etiam pauperrimo, sese quælibet optima obtulissent, ejus procul dubio, absque retractatione, fierent, » cujuscunque conditionis videretur, cui ad manum primo venissent. Et ecce, his omissis, ad illud quod tantis desideriorum æstibus sitiverant, mistis pariter gaudio et mœrore concurrunt.

[X.] *Ad sepulcrum Dominicum advolant, ac præ gaudio ac devotione illucrymantur.* — Sepulcrum ergo Dominicum adeunt, et de quæsita beatorum locorum libertate, illi summopere gratulantur, qui tanta per eos exercuerat, quanta, nec ab ipsis per quos acta sunt, neque ab ullo hominum poterant æstimari. Recordabantur earum quas ob hæc ipsa passi fuerant anxietatum, hasque ad insperabiles dum contemplantur pervenisse triumphos, dumque sæculis incognita facta considerant per se ipsos com-

B [X.] *Sarraceni, qui ad superna templi confugerant, perimuntur.* — Denique crastinum mane recanduit, et ecce Franci, eos adhuc residuos esse dolentes qui templi suprema conscenderant, quibusque Tancredus et Gaston propria, ut supra diximus, vexilla porrexerant, fani acerrime tecta pervadunt: Sarracenos, feminas cum masculis, dilaceratos interimunt. Quidam ex eis electa sibi potius morte, quam sponte ipsimet conscivissent, sese templi fastigio dedere præcipites. Tancredus tamen, pro signi præbitione sui, et sponsione quam Gaston et ipse fecerant, cædem eandem ægre tulit. Præcipiunt itaque nostri Sarracenis aliquibus, ut mortuos efferant, quia eos teterrimo fœtore gravabant: tanta enim cadaverum frequentia civitas oplebatur ut eundi, nisi super occisorum corpora, Francis facultas nulla daretur: pagani ergo, suorum funera exportantes ab urbe, pro foribus ejus, exstructis de cadaverum congerie montibus acervatim pyra subposita comburebant. Tantas gentilium usquam cædes occidisse raro legimus, nunquam vidimus: Deo eis referente vicem, qui tot, pro se peregrinantium pœnas et mortes, quas tanto fuerant tempore ibidem passi, digna nequissimis retributione restituit. Non enim est quisquam sub Deo intellectus, cui æstimabile habeatur, quanta illic cunctis sancta loca petentibus, a gentilium insolentia tormenta, labores, atque neces illata constant; « quæ magis Deum certa est fide doluisse credendum, quam manu profana captivatam crucem atque sepulcrum. »

*Templum Salomonis haudquaquam tunc temporis.* — Sed antequam ad alia calamum divertamus, id videtur primitus intimandum, quod Salomonis illud, de quo supra egimus, templum, non vere idem quod Salomon fecerit, est ædificium quod constat Domino, lapidem super lapidem non remansurum, prædicente, dirutum. Sed ejus profecto simulacrum, a nescio quibus, ob testimonia nobilitatis domus antiquæ, constructum. Erat idem plane locus pulchritudinis infinitæ, auro argentoque, incomparabili pretio, nec minus incredibili varietate, compositus, parietibus ac valvis laminarum metalli pretiosi affixione productis. Raimundus 433 vero comes præfectum illum qui arci præerat, cuique sua signa

commiserat, noctu de arce emissum, sospitem tumque Ascalonem cum omnibus qui comitiæ suæ erant, duci fecit.

CAPUT V.

[XI.] *Regiam dignitatem Sancti.—Ægidianus comes respuit. Godefridus rex Jerusalem eligitur. Ipsi præclara facinora.* — Præterea urbe, sacrisque locis libertati restituta, mox per universam Christi militiam eleemosynæ fieri orationesque jubentur, quatenus eorum animis dignetur regia ad jura debeant regenda sanctæ civitatis eligere. Octavo itaque post ejus receptionem die, cum Sancti.—Ægidiano comiti pro sui magnificentia id muneris obtulissent, et ille usitatæ amplitudinis non immemor, tam oneroso negotio se submittere, consilio altiori, refugisset, vir quippe gravis ævo et monoculus erat, armis tamen mirabiliter industriaque claruerat. Godefridum demum ducem aggreduuntur, et ei omnium pariter instantium prece, hujuscæ laboris potius quam honoris fascis imponitur, habituro, contra gentilium copiosissimas vires, duellionis irremissæ rigorem, et perpetuum cum sibi adjacenti Christianitate favorem. Is autem, cum membris exilibus esset, at nimium proceritatis idoneæ, eloquio quidem lepidus serenitatis immodicæ, armorum in illa expeditione Dominica, se præbuit strenuitate spectabilem, ita ut testimonio veraci probabile id de ipso præclari facinoris cantitetur, Turcem eum illoricatum, equo tamen vectum, apud Antiochiam super pontem Pharpharis obvium habuisse, huicque illa tam valide gladio trajecisse, ut corporis truncus decidens terræ procumberet, et crura sedentia pertransiens equus efferret. Solent enim Lotharingi cum longitudine tum acie spatias habere mirabiles.

[XII.] Cujus aliud non inferioris factum gloriæ, dignum quoque relatu ac omnimoda celebritate subnectendum censuimus. Nicæam ceperant, et ad Antiochiam obsidendam, quoniam super Nicæa res fortuniose processerat, contendebant, cum inter eundem, aliquoties, dum a procinctu solito opportunitas securitatis adesset progredientes e viburnis contiguas bestias venarentur: saltus namque ejus regionis, non ea qua nostri grossitie aut proceritate eminent; semel accidit ut immanis admodum corpulentæ ursus e frutetis exiret, quem comperiens exercitus circumquaque disquireret. Ursus nempe isdem, persensa frequentia conclamantum, e quibus emerserat silvas extemplo repetiit. Multis ergo undecunque gyranibus, cum nil occurreret, misero cuidam contigit ad bestiam lustra pertingere. Quem ubi incautum ursus adoritur, brachiis subigit, hominisque jacentis corripuit mox dente femur. Et ecce dux, dum a suis evagatus oberrat, solus intervenit: quem miser intuitus, et ex circumstantia doloris ac timoris illacrymans, ingenitas viro liberalitates objectans, super opis latione compellat. Nec ille, cui pene omnis constabat ex virtute natura, cunctatur auxilium, sed adnisi quo valuit exactum

A a vagina in verticem belluæ illisit protinus gladium quæ ossis obnitente duritie, potius irritata quam læsa, in ducem se contulit. At illius tamen, primo infelicis, quos trux intruderat dentes a crure remisit; qui celer excedens, et de vicissitudine duci referenda, sui utpote curiosus, jam negligens, in cæpto dimisit utrumque conflictu. Igitur fera, eo ictu efferata

Insilit, ac unco corripit ungue ducem;  
Dejecit, ac sub se cohibet crudelibus unis;  
Et rabido rapuit mordicis ore femur:

Cujus regia mens nequaquam subita turbam  
Perpressa ruiua,

Protractum retinere manu non destitit ense.

B Cum ergo jaceret elisus, et quam capere cœperat coxam fera torqueret, dux sui necessitate non immemor in ipso confinio cervicis et armi gladium bestię applicat, aciemque mucronis, universa collatione eidem virtutis inviscerat. Quæ persentiscens ferrum ad interaneorum ima prolabi, tandem quos in femoris pulpa constrinxerat rictus, extulit. Dumque a ferali se ore solutum dux inspicit, sed loco eam non moveri attendit, junctis a se pedibus propulit: sed in ipso repulso, per prominentis, a belluæ pectore, gladii aciem, suras sibi tibiaram lætaliter pene concidit. Ruit itaque multo deterius, quam cum premeretur a bestia, et toto jam corpore invalido ac exsanguis, vix aliquando reperitur a suis. Solitudinum suarum pœnituit tunc sero ducem, dum C per id, appendicis sibi exercitus, et totius sacræ militiæ detrimenta contingunt. Usque ad finem plane Antiochenæ obsidionis ægre prorsus nisi lectica devehî potuit: et ideo, quia nec sibi nec ulli providere poterat, quindecim ferme hominum millibus, qui sibi cohæserant, et ab eo pro infirmitate desciverant, brevi caruit.

[XIII.] *Christianum Balduini regis factum.* — At quia ursum semel adorsi sumus, quid Balduinus etiam ejus frater, qui nunc usque Jerosolymæ regnat, egerit, præoccupare voluimus, quia nullus id referendi forsitan sese alias aptior aperiet locus. Pro ereptione cujusdam sui peditis, cujus admodum sese juvaret audacia, gravissimum similiter in prælio vulnus exceperat. Verebatur providentia 434 illius, quem D sibi adhibuerat, medici, inditis cataplasmatibus exterius cicatricem obducere: noverat enim idem vulnus interiora corporis profundius attingisse, ne dum cutis superficies æquaretur, intrinsecus saniei congeries foveretur. Quod ita fieri, miro modo, laudabili conjectura, experientiaque proposuit. Regem petierat ut aliquam, ex his quos custodia detinebat Sarracenis, personam, eo statu, tali in loco quo ipse sanciatu fuerat, vulnerari præciperet (Christianam enim nefas petere erat) et post illationem vulneris occidi juberet: quatenus in interfecti corpore licentius disquireret, imo ex ejus despectione penderet qualiter se in suis plaga regia interius haberet. Horrui ad hæc nimium pietas principalis Constantini veteris exempla resculpens: « Negat se

cujuspiam hominum, etiam deterrimæ omnium conditionis, causam mortis ullatenus, pro tantilla, cum etiam sit dubia, salute futurum. » Tum medicus : « Si inquit, reparandæ tibi gratia sospitatis nemini vitam adimere definisti, saltem ursum inutilem satis nisi spectaculo bestiam admoveri manda : prioribus pedibus in sublime porrectis erectam, ferro feriri impera, cujus peremptæ postmodum cum pervidero viscera, metiri sane utcumque potero, quorsum intro processerit, quantum quoque læsio tua. » Cui rex : « Bestia, ait, non in mora, cum opus fuerit, erit : factum puta » Facto igitur ad libitum medici ex fera periculo, comperit incommodum ut prælibavimus regi, si obductio celerius vulnere proveniret, nisi prius exhausta purulentia pars intrinsecus scissa coiret. Hæc super regnum pietate dixisse sufficiat : quorum gloria æque, fateor, incessisset, si non pontificii electio, imo et ipsum pontificium claudicasset.

## LIBER OCTAVUS.

### CAPUT PRIMUM.

Hucusque Musa, per fruteta veprium  
 Incessit arcto scrupulosa tramite  
 Calles euntis occupante nubilo;  
 Aurora seri vix fovere sideris.  
 Lues cruoris hactenus cucurrerit,  
 Stragi famique nil vacans resederit.  
 Fortuna si qua rebus interdum suis  
 Arrisit, aura cladium rapax tulit.  
 Qui dum Niæna subruere mœnia,  
 Quis urbe capta fructus est Antiochi?  
 Is est profecto qui sit ex supplicii,  
 Cuicumque sancto morte victa martyri.  
 Dolenda namque si qua contigit pati,  
 Mistisque ferre cædibus penurias,  
 Mœror futura parturire gaudia.  
 Quo utar ergo vocibus Psalmographi?  
 Letatus sum ex his quæ relata sunt mihi :  
 Licet subire presto jam domum Dei.  
 Pes ecce noster atriorum Solimæ,  
 Calcator exstat, ac ovans obambulat.  
 Franci laboris hæc habete præmia :  
 Nec vos dolete pertulisse tristia.  
 Optata tandem vos sepulcri visio,  
 Crucisqua tacta fletibus redemptio  
 Juvat, fugitque pectus omne passio.  
 Urbs ista sæpe præda facta regibus,  
 Pessumdabatur obruenda funditus.  
 Hac, o beata captione civitas,  
 Hinc promerens, ut imperare debeas,  
 Ad teque regna Christiana contrahas!  
 Videbit orbis huc venire glorias,  
 Tibique matris exhibere gratias,  
 Non Ezras olim, vel Machabæus Judas,  
 Post damna, tanto provehunt opes tuas :  
 Non Adrianus, unde nomen Helia,  
 Te suscitando quit dedisse talia,  
 Pro te tuisque mundus iste militat :  
 Hæc pene cura sæculum sollicitat.  
 Quondam Judæa dum vigeret optime,  
 Præbere quibat huic decus parabile,  
 Quid carminantur in duella milites?

B Estote, quæso, Persidis perniciës,  
 Non vestra : quidquid officit Jerusalem,  
 Et Babylonis obserate principem.  
 Ut fas adire sit bonis Jesu crucem,  
 Pium sepulcro subjugare verticem.  
 Clamabo nostra comperisse tempora,  
 Quod non docebit ulla fastorum scola.

[XIV.] *Arnulphus quidam patriarchatum Jerosolymitanum ambit atque obtinet.* — At quoniam dum temporalia procurantur, regia administratione tractanda putantur; interiora negligi non debent, quæ sacerdotali officio pertinent Rege prout potuere creato, de patriarchæ consequenter substitutione pertractant. Erat ibi tunc temporis quidam sub censura clericali agens, sub quo autem gradu nescio, qui vocaretur Arnulfus. Is in dialecticæ eruditione non hebes; cum minime haberetur ad grammaticæ documenta rudis, regis Anglorum filiam monacham, 435 eam quam præmisimus, diu disciplina docuerat: cui Northmannorum comes, mediante sorore, sponderat, quod etiam episcopalem honorem ipsi deferret, si quempiam episcoporum suorum obisse contingeret. Interim Hierosolymitani itineris cum suborta fuisset occasio, episcopus Bajocensis, Odo nomine, vir magnarum opum, hic ipsum devovit iter. Qui cum senioris Anglorum regis Guillelmi frater esset, et præter pontificii dignitatem apud Anglos comitatum Cantix obtineret, spe incomparandorum thesaurorum, in tantum res visus est audere novas, ut etiam de regni contra fratrem proprium præsumptione tractaret (34). Quem rex præveniens carcerali mancipavit custodiæ, detinuitque virum usque ad sui ipsius exitum vitæ. Quo exacto episcopus idem libertati ac honori rediit; et uti præmissum est, viæ hujus intonante præconio, ipse suæ gentis fretus frequentia, cum opibus innumeris ire perrexit. Cuius Arnulphus idem comitatui sese indidit: et cum huic ipsi episcopo citra, nisi fallor, Romanix fines, finis obtigisset, ex illo maximo censu quem post se reliquerat, hunc legatarium pene ante omnes suppellectilis suæ pretiosæ effecit. Cum enim scientia litterali plurimum posset, et ingenio eloquentia non

(34) Ita scriptores Anglici Guillelmus Malmesb., Matthæus West., Polydor. Virgil.



deesset; uberiorque jam copia cognitionem redderet, cœperat nostros crebris animare sermonibus, famamque suam propagare in talibus. Inopia namque litteratorum, virum fecerat clariorem: et, dum vox magis quam vita curatur, ad hoc ut Hierosolymitanus fieret patriarcha vocatur. Aliquandiu itaque, solo nomine, pontificale ostentum præbuit; declamationibus suis tamen novitati illi profuit.

[XV.] *Arnulpho adversatur papa, utpole sacerdotis filio. Daibertus in ejus locum subrogatur. Sed conjugatione facta in regem, expellitur.* — Tandem post aliquantulum temporis, cum facta usque ad apostolicam sedem percrebuisset electio, papa Paschalis, post obitum Podiensis episcopi, vices super Dominici exercitus cura, suas archiepiscopo Daiberto Pisano mandavit. Qui jam capta Jerusalem, rege promotus cum plurima classe advenit; nec multo post electionem quæ de Arnulpho fuerat facta eventilans, secundum canonum jura refutandam duxit. Discussus nimirum hominis genere, sacerdotis filius reperitur, qui non solum a sacris arceri præcipitur gradibus, sed secundum Toletanæ synodi (ix, cap. 10 et 15) scita, ejus ecclesiæ, ad cujus injuriam constat esse progenitus, servus jubetur fieri sempiternus. Hac exclusus, cum se summopere ingereret et defensaret, sententia, cum proceres ejus pudori, quia repulsus fuerat, mederi in aliquo voluissent, sciscitantur ab ipso quem eligendum duceret. Ille, cœqualibus junioribusque, ut est pravitas naturæ, mox invidens: « Hunc ipsum, inquit, Pisanum, qui legatione fungitur accipite. » Dictis ejus principes assensere, raptumque archiepiscopum, vix ejus conniventia requisita, in ipsa cui sedebat cathedra, per seipsos idem principes in ecclesiam evexere. Nec mora, hunc eundem, post regis gloriosi Godefridi occubitum, cum regnaret Balduinus frater ejus, qui Edessæ præfuerat, prodicionis insimulant; sicque certo damnatum criminis, eum qui metropolitanus fore destiterat patriarchatu privant.

Cumque de instituendo pontifice iterata tractaret electio, providens Arnulphus ut talis fieret, qui nullatenus a suo imperio dissentiret, quemdam de suis contubernalibus, quem sciret sibi per omnia obtemperaturum, utpote virum simplicem et illitteratum, vocabulo Ebremarum, omni favore promovit. Quo postmodum sese religiose agente, et ad ejus ad integrum, ut putamus, nequaquam vota gerente, apud apostolicam sedem eum nuperime accusaverunt; sed in ipsa sua accusatione fœdissime defecerunt. Unde tantum cum suis complicibus, qui sibi in accusando aduisi fuerant, apud regem odium incurrit, ut eum a sepulcri custodia arceret, quin etiam ab ipsa urbe extruderet. Regratiatus autem pontifex apostolicæ sedis apicibus, ad plurimum executorum suorum dedecus, Jerosolymam redit. Hæc de illius imaginarii patriarchæ electione ac defectione dixisse sufficiat. Quæ electio omnium bonorum cassanda judiciis, die festivitatis

A sancti Petri ad Vincula erupit, sed cum ei nulla piæ vitæ adjumenta suppeterent, effluxit. Civitas autem eadem capta est a Francis, quinto decimo provecti Julii die, cum sexta esset feria: ipsa fere, qua Christus in crucem sublatus est, hora.

#### CAPUT II.

[XVI.] *Imperator Babylonis bellum regi Jerosolymitano denuntiat.* — Non multo post tempore, imo paucissimis post diebus, adsunt Neapolitanæ civitatis legati, quæ Sichem antiquitus, vel Samaria vocabatur [al., quæ, nisi fallor, Emaûs antiquitus vocabatur], Tancredo et Eustachio comiti, ducis pridem regis, modo fratri, viris spectabilibus ac fortissimis suggerentes, ut plurima succenturiati militia, ad præfatam proficiscerentur urbem, eam procul dubio in jus proprium recepturi. Procedunt illi, ductisque secum multis, non sine peditum numerositate, equitibus, civitatis appulere suburbio. Quibus oppidani, reserato præsidio, spontanea fiunt deditioe subjecti. Adsunt præterea et alii, qui ad regem Godefridum perferunt imperatorem Babylonicum magnas, bello contra se gerendo, 436 apparare copias. Rex illico, ad ea quæ nuntiabantur redditus acrior, fratri Eustachio et Tancredo sibi nuntiata denuntiat, et ut quantocius Jerosolymam regredi præproperent, missa legatione præcipit ac exorat. Locum autem prælii, apud Ascalonem indictum pariter insinuat. Quo invictissimi idem comperio, dicto celerius montana subeunt. Sarracenos, inter eundem bella moturos æstimantes, minime repenti, Cæsareamque Palestinæ perveniunt.

Progressi inde ad urbem, quam supra diximus, Ramothenam, beati Georgii memoria celebrem, circa maritima constitutam, vestigia vertunt, ubi Arabum non paucos offendunt, qui prædicti prælii præcensores [al., præsensores] existunt. In quos nostris sociatis, ubi eos animadvertere, nisibus unanimiter invehuntur, hostes fugaciter cedere compelluntur, plurimi vivi capiuntur, a quibus, quæcunque de instanti bello agere proposuerat pars inimica, discuntur: ubi videlicet eorum jam convenisset exercitus, quotus ipsorum haberetur numerus, quis pugnæ eidem præscriberetur locus. His Tancredus agnitis Jerosolymorum regi Godefrido, quæ didicit nuntiis directis insinuat. Arnulpho etiam, patriarchæ nomine insignito, aliisque proceribus mandat: « Bellum, inquit, ingens vos manere noveritis: quod quia jam dignoscitur imminere, Ascalonem properate venire, freti viribus quas poterit solertia vestra potiores conflare. » Rex igitur, quo post Dei fidem nemo sagacior, magna ad id negotii omnium Dei militiam auctoritate sollicitat, Ascalonemque, ubi contra hostium apparatus procedere debeant, designat. Ipse vero patriarcha vocato, Flandrensique comite Roberto, cum esset tertia feria, ab urbe prodivit.

[XVII.] *Rex ad bellum se accingit, proceditque.* — At Sancti-Ægidianus comes, comesque Northmannicus, intulerunt regi se necdum velle procedere,

donec scirent an idem bellum pro certo videretur instare : sese ergo Jerusalem interim reversuros perhibent, asserentes etiam quia non in mora, cum opus fuerit, forent. Rex abiit, et dum conspicit eminus hostes, ocius his qui Jerosolymæ desederant hæc scienda mandavit. Continuo quemdam accivit episcopum, quem destinavit ad urbem, universaliter suos obtestans ut præsentī necessitati submota procrastinatione concurrerent. Quarta itaque feria, quique principes coacta generaliter expeditione Dominica, castra a civitate promoverant, et ipse episcopus, qui Jerusalem commanentibus regia verba detulerat, cum repedaret ad regem, occurrentibus Sarracenis excipitur; nec patet utrum occubuerit, an captivus abductus sit.

*Petrus Eremita publicas supplicationes ordinat in urbe Jerosolymitana.* — At Petrus Eremita, pii hucusque operis exsecutor, cum clericis Græcis ac Latinis in civitate remansit, ordinando processiones, dictando litanias, instituendo orationes, submonendo eleemosynas, ut Deus hac, quasi suprema, dignetur populi sui cumulare victorias. Porro ecclesiastici qui adesse poterant viri, sacris, ac si ad sacra mysteria, induti vestibus, procedentes ad templum usque Dominicum, missas orationesque totis affectibus agendo mares ac feminas conducebant, pro Dei exsulum ereptione poscentes. At nomine patriarcha, si qui etiam pontifices adfuere, cum quibusque conglomerantur principibus ad flumen quod eis Ascalonem esse dignoscitur. Illic fraude gentilium multa sunt animalium exposita millia, boum, camelorum oviumque examini, quæ cum seniores didicissent, ad illiciendos prædæ copias nostros emissa, celebrato per castra præconio, mandant ne in cujuspiam tentorio quidquam prædæ ejusdem reperiat, nisi quantum dictæ instanti necessarium fore probaretur. Interea trecenti Arabes nostrorum sese conspectibus ingerunt, quos illico nostri tanta facilitate presserunt ut duos ex eis fugaciter actis corripent, cæteros usque ad castra sua persequendo minarent.

[XVIII.] Sero itaque illius ingrue diei, fecit per universum exercitum perfunctorius ille patriarcha cantari, ut diescente crastino omnes expedirentur ad prælium : id opposito anathemate inhibens « ne quis inter dimicandum spoliis diripiendi insisteret, » sed belli ad finem colligendi studium quisque differret. Cædendis autem hostibus adeo rogat insistere, ut hac illac nequaquam curent, ob vilia emolumenta divertere, ne alicujus causa cupiditatis incurrant cæptæ detrimenta victoriæ. Sexta illuxerat feria, et ecce progredienti militiæ nostræ pulcherrima vallis occurrit : ibique, in ipsa contigui æquoris planitie, acierum suarum fecere discrimina. Dux jam mutatus in regem, comes Flandrensis, itidemque Northmannicus, Sanct-Ægydiensis comes, Boloniensis Eustachius, una Tancredus et Gaston, aliqui singulares, pares aliqui, compositis agminibus præfuerunt. Peditum sagitta-

A rii, lancearii que qui præcedere debeant militias, ordinantur, cum rex Godefridus cum sua frequentia parti sinistræ præponitur; comesque Sanct-Ægidianus juxta maritima sistitur; Flandrensis atque Northmannicus adequitabat dexteræ; Tancredus et cæteri utrarumque partium medii incedebant.

*Prælium committitur. Fusis cæsisque gentilibus nostri evasere victores.* — Nostri igitur pedetentim in hostilem cuneum promoveri, gentiles ad prælia sese parantes, nequaquam loco moveri. Videres ex humeris vasa pendencia, dum ex modicis gelidas cohibebant utribus undas : e quibus se potaturos crederent, cum nostros persecutori in fugam cogere. Sed Deus longe aliter providerat, quam gens inimica volvebat. Interea Northmanni ac Robertus comes [al., Northmanniæ Robertus comes], prospecto eminus principis exercitus telo, quod opertum multo videbatur fulgere argento, et in sui summitate tereti ornabatur auri pondo, equum continuis celerem calcariibus urgens, principem, cui signo quam diximus astitit hasta, rapido impetit impeto; et atroci vulnere sauciat. Altrinsecus Flandrensiū comes loro remisso, densum se fudit in hostem. Tancredus denique concursu ruit ad tentoria magno. Agmina cum propriis ducibus bacchantur ubique : fiunt cruenta cædibus æquora planitiesque loci; protinus hæc sua perniciēs hostibus intoleranda fuit; sic desperantes mox iniere fugam. Et sicut erat gentilium numerositas enormis, ita consequenter et facta est enormitas cædis. Si enim magnæ fuerant elationes maris, sese tamen multo mirabiliorem ostendit Dominus in altis. Unde ut evidens fieret prælia tanta Deum, non hominis fecisse manum, patentibus oculis cæcos fugitare videres, et dum vitaturos arma se æstimant, sese armatis objiciunt. Et dum non patet effugii locus ulli, ardua non tutum plerisque parabat asylum arbor, nec nostras potuere latere sagittas; præcipites magnas icti fecere ruinas, aut mortui aut fiunt semineces jaculis aut ensibus omnes quos fuga non texit, exercuit gladios nostrorum, velut inter pecuaria, cædes. At Sanct-Ægidii comes, juxta contigui maris arenas, ubi in hostes proprium absolverat agmen, tanta eos vehementia in morem tempestatis aggreditur, ut ipsorum non parva manus, dum ferri exitium præcavet, ultronea pelago mergeretur.

#### CAPUT III.

[XIX.] *Quare Deo ascribenda victoria.* — Explicata itaque Deo auctore victoria, Babyloniæ princeps militiæ, quem patria lingua Admiravism vocitant, confusus, et infortunium quod sibi acciderat satis admirari non prævalens, multa conqueritur. Considerabat nimirum infinitas quas adduxerat copias, lætissimam juventutem; fortitudine ac specie arma nobilia, commilitonum opes, et, ut sic dixerim, cuncta equestria; et quod animis maximam quorumque inertium parere securitatem solet, pro foribus urbis suæ, ad quam certa refugia, in propria pugnasse provincia. At Francos intueba-

tur modis omnibus inferiore militia, profligatam A diutina fame juventam, rubiginosis ensibus, lanceis nigrantibus, exilem destitutum militum viribus armaturam; cunctis qui præ cæteris videbantur insignes, acri egestate torpentibus, equis omnimodo squalore fatiscensibus: et, ut brevi clausula solvam, pauperrimos omnium, exsulem globum innumerabiles superasse mirabatur indigenas, quin potius, per abjectissimos hominum totius Orientis gloriam concidisse. Juvit quoque nostrorum victoriam plurimum, quod conclamata in hostili exercitu fuga; Admiravis ille qui præerat Ascaloni, ubi conspexit Babylonicum vertere terga ducem, fugitivos omnes a propriæ urbis ingressu mandat arceri. Mirabantur plane etiam iidem plus nimio B hostes, quod minime Franci pro mœnibus Jerosolymæ, quasi contigui causa præsidii pugnare delegerant, sed sibi obviam duorum itinere dierum pene processerant.

[XX.] At Francis pro tanta Deo, ut par erat, nimium gratulabundis victoria, Robertus Northmanniæ comes, vir nunquam suæ mirabilis munificentiæ, etiam in illius exsilio paupertatibus, expers, hastam illam, quam argento dixeramus ornatam, quæ Babylonicæ principi, veluti signum, præfixa constiterat, a quodam qui rapuerat eam, viginti argenti marchas emit ipsamque in tantæ testimonium victoriæ ad sepulcrum Domini statuendam Arnulpho, patriarchæ vocato, attribuit. At ense qui ejusdem principis exstiterat, ferunt a quodam C septuaginta Byzanteis emptum. Præterea, portui Ascalonico prosecuta exercitum maxima classis appulerat: ea videlicet illuc occasione conveniens ut Francis evictis, et sub captivitatis vincula coniectis, a victoribus eos emerent, ac per ulteriora Orientis regna venundando distraherent. Hi itaque ubi viderunt fœde fugientes Ægyptios, remota continuo delatione velificant, et ad ipsius salii interiora se promovent.

Denique Franci facto ex Sarracenis horribili, præcipue ex Æthiopicis carnificio, ad eorum tentoria jam solitaria revertuntur, ac inæstimabili spoliolorum copia reficiuntur. Argenti dives et auri exinde Gaza producit, Assyræ nobilitatis opes, ac quælibet pretiosa suppellex habetur: omnimoda animalium genera, variorum armorum utensilia congeruntur: si qua fuere usibus apta, servarunt; quæ extera, igne cremarunt. Regrediuntur incomprehensibili triumphantes jubilo, Jerosolymam, infinitis gratiarum lacrymarumque millibus cumulantés Dominicæ passionis ac sepulturæ memoriam. Tanta autem Francis, ex hujus fortunæ cælestis eventibus arrisit ubertas, ut hii, qui prorsus inopes **436** et viatici ipsius egeñtes, hoc ipsum olim iter inierant, cum multa auri argentique opulentia, ac spectabili equorum mulorumque evectioe redirent:

*Lux ea Sextilis quæ proxima prævenit Idus,  
Obtinuit belli tale videre decus.*

## CAPUT IV.

[XXI.] *Diversa prophetarum oracula.* — Sed quoniam in hujus voluminis exordio, quædam exempla præbuimus Scripturarum, quæ huic tanto quod explicuimus negotio convenire putavimus, attendendum nunc etiam an Hierosolymitanæ obsidioni aliquid consonum apud Zachariam prophetam reperire possimus. « Dicit, inquit, Dominus extendens cælum, et fundans terram; fingens spiritum hominis in eo (Zach. xii, 1). » Extendit cælum, qui dilatat Ecclesiam, ut sicut, juxta Isaiam, ab Oriente adduxit semen ejus per apostolos, sic ab Occidente eam debeat congregare per istos (Isa. xliii, 5). Fundat terram, cum permittit gentilium præcordialiter obdurari perfidiam. Fingit spiritum hominis in eo, cum cujusque fidelis animum format, rationis inditæ dono. « Ecce ego ponam Jerusalem superliminare crapulæ, omnibus populis in circuitu (Zach. xii, 2). » Superliminare, præeminet ostio: per ostium introitur in domum; crapula officit stomacho. Si ostium, fidem Domini Jesu dicimus, per quam ad Patrem venimus, Jerosolymitanam ecclesiam, quia de ipsa et lex et verbum Domini exierit, non immerito superliminare, ob ea quibus præbuit exordium documenta, vocemus: ad ipsam enim recurrit post annos quatuordecim Paulus, ut Evangelium cum Petro et aliis conferat, ne forte in vacuum cucurrisset aut currat (Gal. ii, 2). Sed hoc superliminare, populis omnibus in circuitu est crapula: quia constat omnes eam nationes propter ea, quæ ibi resederunt, nostræ credulitatis vestigia fastidire et exsecrari in morem nauseæ.

Sed et « Juda erit in obsidione contra Jerusalem (Zach. xii, 2). » Non solum, inquit, horrore exteris est, sed et Judas, fidelis scilicet populus, vere conficiens eam quæ calcatur a gentibus: Jerusalem obsessurus est: « In die illa ponam Jerusalem lapidem oneris cunctis populis (Zach. xii, 3). » Si partem pro toto secundum Scripturæ usum licet poni, lapis oneris cunctis Jerusalem sit, quia universis Christiani nominis gentibus maximi laboris pondus, in sui liberatione, nuper indixit: « Omnes qui levabunt eam, concisione lacerabuntur, et colligentur D adversus eam omnia regna terræ (Ibid.). » Qui sunt, qui Jerusalem levant, nisi qui postquam impleta fuerint tempora nationum, eam a sua conculcatione sublevant? « Jerusalem, inquit Dominus, calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora nationum (Luc. xxi, 24). » Ili concisione lacerantur, quia dici, imo cogitari nullatenus potest, quanta famis sitisque miseria, quantis laborum vulnerumque doloribus eos in obsidendo cruciari constiterit. Et, ut juxta Ezechielem loquar: « Omne caput decalvatum est, et omnis humerus depilatus (Ezech. xxix, 18); » sin alias, vel crebris machinarum impulsibus, seu convehendis oneribus. Sed, levata Jerusalem, « omnia regna terræ adversus eam colligentur (Zach. xii, 3); » quod non ut allegoria subintelligendum,

sed ut historia noviter relata, supernis oculis in-  
tuendum proponitur. Quod enim fuit Orientis re-  
gnum, de cuius hominibus ad idem non venerint  
bellum? Qui enim machinarum omnia genera, quod  
supra miseram, obsidendæ urbi necessaria secum  
detulerant: qui etiam præter bellicos viros, nego-  
tios ad coemptionem Francorum adduxerant,  
perfecto ex nimietate multitudinis victoriam præ-  
sumebant, fortasse majori prorsus majestate  
numeri, quam Curbaran illum habuisse didice-  
rat.

« In illa die, dicit Dominus, percutiam omnem  
equum in stupore, et ascensorem ejus in amentia  
(*Zach. xii, 4*). » Si equus dignitas temporalis acci-  
pitur, ascensor equi qui dignitate præeminet pro-  
cul dubio intelligitur. Dignitas omnis stupet: quia  
quidquid usquam imperii, quidquid regni est, ad-  
versus hanc novæ militiæ Dei manum hebetatum,  
nil audet. Princeps omnis in amentiam vertitur,  
quia expers est consilii, nec habet quo se vertat,  
utpote inops virium, quisquis hujus Dominici exer-  
citus fortitudinem experitur. « Et super domum  
Juda aperiâ oculos meos, et omnem equum popu-  
lorum percutiam in cæcitate (*Ibid.*). » Si Juda,  
confitens, eos potissimum confessores dicam, qui  
nunquam a suæ credulitatis initio exorbitasse legun-  
tur a fide, Francos utique, quibus omnis tenor  
hujus innisus est viæ. Super hos Deus oculos  
aperit, cum ipsis effectibus gratiam eis propriæ be-  
nignitatis ostendit; equum populorum in cæcitate  
percutit, dum superbiam gentilium, consequente  
eos reprobo sensu, punit. In sacra plane pagina,  
equus sæpe pro superbia ponitur. Quid enim  
magis cæcum, quam sine Dei respectu, Dei filius  
inferre bellum? Quid tam reprobum, quam Deum  
non agnoscere, et ex ipsa ignorantia superbire, et  
contra fideles bella movere? Sed quo, per verborum  
lacinias allegoriæ libertas excurrit, cum historialis  
nos veritas, ne per opiniones passim evagari videamur,  
astringat? Nonne superius hostes diximus cæ-  
citate percussos, et gladiis imminentibus stupore  
suffusos? Et miror qualiter equus videns se egerit,  
cum rector equi evidentem amentiam incur-  
rerit.

439 « Et dicent duces Juda in corde suo: Confortentur mihi habitatores Jerusalem in Domino exercituum, Deo eorum (*Zach. xii, 5*). » Quos dixerim Juda duces, nisi fideles illius exercitus principes? Qui confortati sibi Jerusalem habitatores imprecantur, dum totis affectibus, Christianæ militiæ sanctam illam civitatem fortitudine desiderant instaurari; qua et Christianitas propagetur, memoria Dominica honoretur, gentilitas circumquaque pre-matur. Sed hæc eorumdem fortitudo in Domino exercituum futura dicitur, quod hodieque cernitur, dum manus hominum incredibiliter parva, adversum universa paganitatis regna congregitur, quod totum ex ejus qui cæli virtutibus præest, sola virtute præsumitur. Ubi bene additur, Deo eorum,

et ut non quolibet auctore Deo niti putentur; sed Deo sui ipsorum, scilicet Christianorum.

« In die illa, ponam duces Juda sicut caminum ignis in lignis, et sicut facem ignis in feno: et devorabunt ad dexteram et ad sinistram omnes populos in circuitu (*Zach. xii, 6*). » In hac, inquam, vel fidei, seu divinæ prosperitatis die, duces illi, qui vel armis exterius, vel spirituali doctrina interius Christianum populum gubernabunt, erunt caminus: superno, videlicet intrinsecus, amore ferventes, qui peccatorum ligna in gentilitate consumant: et quantum ad exteriora reprobos quosque, ac si fenem, bella succendant. Procul dubio enim scimus Deum ista nequaquam pro unius civitatis liberatione cœpisse, sed contra venturi rabiem Antichristi, hæc semina, longe lateque fructificatura jecisse. Omnes itaque populos ad dextram et sinistram in circuitu devorant, dum hinc electos, quos dextera innuit, ad pietatem Christianitatis incorporant; illinc reprobos, qui sinistrorum pertinere noscuntur, digna cædis ultione devastant.

« Et habitabitur Jerusalem rursus in loco suo in Jerusalem (*Ibid.*). » Si Jerusalem Ecclesia est, locus ejus Christi fides est; Jerusalem ergo in Jerusalem habitatur, cum civitas illa terrestris, ad hoc, ut supernæ pacis visioni inhiat, instauratur; locumque habet, quia Christo immutabiliter hæret.

« Et salvabit Dominus tabernacula Juda, sicut in principio, ut non magnifice gloriatur domus David; et gloria habitantium Jerusalem contra Judam (*Zach. xii, 7*). » Tabernacula Juda, sicut in principio, Dominus salvat, cum ipse, qui cum patribus nostris mirabilia fecerit, nostris etiam glorificatur adeo temporibus, ut sub ærumnis et calamitatibus majora omnino moderni isti videantur egisse, quam Judæi antiquitus cum uxore ac filiis, et continua ventrii plenitudine, sub ducatu apparentium angelorum, frequentibusque miraculis æstimantur implese. Hos, inquam, veracius salvat: quia eos revera uti filios recipit quos corporaliter occidi permittit, temporaliterque flagellat. Ut non magnifice, inquit, domus David gloriatur; id est, veteres qui bellorum victoriis præeminuerunt, superbire desistant, cum novos quosque potiora exercuisse perpendant. Gloria quoque habitantium Jerusalem, contra Judam elevatur: dum fastus eorum qui ibidem regnare, et aliqua clara fecere, modernis opponitur. Per David namque, qui potissimum potuit, quidquid in superbia magis habent causæ exprimit. Ac si diceret: Etsi David celeberrimus armis exstiterit, et de succedentibus regibus aliquis aliquid gloriæ quæsierit, nihil reperitur per quod his nostris exæquari possint. Habitare autem dominari dicimus: unde et a verbo, quod est, *habeo, habes*, frequentative dictum ponimus. Dicitur vero, et David magnifice gloriari contra Judam, et gloria habitantium Jerusalem: quia ipsi materia sunt superbiendi, nostrorum facta humiliare volentium.

in die illa, proteget Dominus habitatores Jerusalem (Zach. xii, 8). » Et nunquid non hodieque git, quos, cuneum nimis exilem, in meditullio litatis infinitæ defendit? Audacibus quotidie s contiguas armis irritant: et ipsis satis est bus si se ab eorum incursione præmuniant, m obsidere præsumant.

Et erit, qui offenderit ex eis in die illa, quasi l; et domus David, quasi Dei, sicut angelus ni, in conspectu ejus (Ibid.) » Vix invenitur l quidpiam graviter deliquisse, cujus pœnam quenter non legatur in præsentî recepisse. inque igitur ex nostris offenderit, si quasi l, dum non eorum aut luxurias sive superbias, eundum, sicut superius continent gesta, Deus impunita reliquit; sed mox, inter ineuntis pec- successus, quæ meruere, celerius aut famis, quarumlibet difficultatum tormenta rependit. et domus David quasi Dei efficitur, quia divinæ correptionis instantiam ad spiritualis æ conceptum reditur. Quibus enim Deus, uti dam David, paterne disciplinam irrogat, hos n a suæ inspirationis complexu non abdicat. quoque in Dei conspectu ut angelus: quia per imminencia flagella homo conspicit se a Deo auctore, eximi affectibus, Deum illico di- æ intendit ardentius: dum enim se castigari oscit ut filium, amat ut angelus. Dei autem pectus, pius est hominis interioris affectus.

Et erit in die illa; quæram contere omnes gentes quæ veniunt contra Jerusalem (Zach. ). » Ea solemus quærere, quæ nos certum est oculis non habere. Quid vero Dei est quærere, sub æternæ provisionis vocatione facienda pro- re? Quærit ergo Deus contere omnes gen- quæ contra Jerusalem veniunt, et hoc in die quia subtili suo iudicio providet ac ordi- quod eos qui fidei contraria agunt aut perpetua natione conterat, aut quantum spectat ad exami- nem suæ ipsorum fragilitatis, imminuat. Unde « Tanquam, » inquit, « vas figuli confringes eos, i rexeris in virga ferrea (Psal. ii, 9). » Quod n facit Deus illustratione interna, quæ est pro- dies; sed illa, quæ exprimi videlicet non possit cinatione ulla.

Et effundam super domum David, et super ha- ores Jerusalem, spiritum gratiæ et precum . xii, 10). Ipsos habitatores Jerusalem dixit- domum David; quos omnipotens Deus, et- equentibus victoriis donavit et donat, creber- s tamen infortuniis edomuit et redomuit: et dum tæ continuatione malorum desperare permittit, assiduitate bonorum superbire sinit, Spiritum iæ et precum super ipsos, pius necessario jam ensator effundit; ut dum nulla prosperitas, etiam perfectos quosque resolvit, sine subjecta . adversitate sibi arridere videtur, semper ani- inquietudinum timidus, ad eum qui adiutor est

PATROL. CLVI.

A in opportunitatibus, in tribulatione suspirare cogat- tur.

Ecce jam seposito omni mysterio, materialis illa Jerusalem, quanta putamus aliquoties sub dubietate et timore se habeat, dum, juxta Ezechielem (cap. v, 5), in medio gentium se attendit positam, et in circuitu suo gentes, circumjacentium nationum in- finitatem, suæ urbis considerans paucitatem. Et dum barbarum gentium irruptiones indesinenter metuunt, nisi miserabiliter desipient, nunquam absque Dei timoris et amoris gratia sunt, quibus nunquam piæ affectionis ac precum materiæ desunt. Solet nimirum Omnipotens, aculeis adversitatum, ad sui recordationem sollicitare suos: solet titillationibus carnis inurere mentes, ut scilicet, dum ruinam metuunt, votis ac orationibus, Dei subsidio semper invenian- tur acclives.

#### CAPUT V.

[XXI.] *Christianorum calamitates recoluntur.* —

Diximus non semel, sed forte multoties, nec repe- re piget: tale quid nusquam gentium a sæculo fa- ctum. Si filii Israel, miraculis quæ ante eos egerit Dominus mihi inferuntur objectis, his ego multo mirabilius astruam mare confertissimæ gentilitatis apertum; his interdiu ex columna nubem divini timoris, noctu lumen divinæ spei perhibebo præbi- tum, quibus Christus ipse columna rectitudinis læ fortitudinis inspiravit exempla; quos verbi Dei, ac si manna cæleste, absque ullius terrenæ spei, solum [al., solatio] confortavit edulium. Illi pabula cœli- tus ministrata fastidiunt; Ægyptum derelictam, crebro mentibus et voce revisunt; isti sicut nihil unquam retrogradum moliantur, ita quidquid pe- nurix ac necessitatis ingruerit, vivacibus animis amplectuntur. Certe illa apud Antiochiam celebrata calamitas, quæ frequentibus propemodum inediis oscitabat, non sine quibusdam nobilibus spectaculis traditur exstitisse. Qua putamus, inter illius omni- modæ egestatis exitia, qua nil ægrius apud homines consueverit tolerari, magnanimitate se gesserint, qui Christiana theatra, illi procul dubio tempori ac loco convenientia, non spreverint?

*De parvulis cum patribus Jerosolymam profectis.*

*Eorundem parvulorum exercitus.* — Plane ab his qui interfuere refertur, cum civitas eadem obside- retur, et crebris congressibus obsessores et urbici miscerentur, flebat sæpissime ut viris hinc indeque cedentibus, et impetum vicissim consilio ac ratione frenantibus, puerorum examina pars ex urbe proce- derent, pars ex nostrorum filiis e diverso coirent, pariterque dignissimi exspectatione confligerent. Sicut namque in exordio hujus historiæ retulimus, cum apud occidentales regiones percrebruisset Jero- solymitana profectio, patres cum parvulis filiis hoc ipsum aggrediebantur iter. Unde accidit ut mortuis parentibus aliquorum, ipsi pueruli prosequerentur exercitum, labori assuescerent, et, quantum ad inopiæ tolerantiam attinet, majoribus impares nul- latenus essent. Hi igitur, per se agmine facto, princi-

pes sui ipsorum exsecraverant, ille Hugnois Magui, ille Boemundi, hic Flandrensis, iste Northmannici vocabula, et aliorum alii præferre personas. Ipsi quoties sibi subjectos alimoniæ penuria vexari conspicerent, ad eos quos prælibavimus principes, victualia rogaturi abibant. Quibus iidem proceres plurima largiebantur, unde eorum convenienter imbecillitas aleretur. Talis ergo tamque spectabilis militia, urbanam pueritiam crebro lacessere, longas arundines, pro telis habere, de viminibus scuta contexere, arcillos atque missilia, pro suo quique modo, gestare. His itaque et civitatensibus, grandævus ex utraque parte spectantibus, medio in campo congressis, urbici quidem ex mœnibus, nostri autem pro papilionibus exspectabant. Erat ibi cernere impetus in invicem conclamatos, ictus sine ulla tamen mortium suspitione cruentos. Hæc sæpe præludia majorum ad iterandos conflictus præcordia concitabant. Dum enim animos sub membris impotentius [al., impotentibus] fervere viderent, dum illa qualiacunque imbelles conspiciunt alacriter arma movere lacertos, dum alterutrorum læsionibus diversæ prospectantium partes ingemunt, ad solita, dimotis e medio pueris, seniores bella concurrunt. Ita Dominicum exercitum vix inveniri contigerat feriatum, dum hi instituuntur, illi quoti die exercentur.

[XXII.] *Nudipedum exercitus, ac vitæ genus.* — præterea et aliud quoddam in exercitu illo hominum genus quod nudipes quidem incederet, arma nulla portaret, nullam ipsis prorsus pecuniæ quantitatem habere liceret; sed nuditate ac indigentia omnino squalidum, universos præcederet, radicibus herbarum, et vilibus quibusque nascentiis victitaret. Hos cum quidam ex Northmannia oriundus, haud obscuro, ut fertur, loco natus, ex equite tamen pedes factus, sine dominio oberrare videret, depositis armis et quibus utebatur induviis, eorum se regem profiteri voluit. Inde rex Thafur barbarica cepit lingua vocari. Thafur autem apud gentiles dicuntur, quos nos, ut nimis litteraliter loquar, trudennes [al., trudennes, Gallice *truands*,] vocamus. Qui ex eo sic appellantur quia trudunt, id est leviter transigunt, quaque versum peragrantes annos [f., agros]. Erat autem ista consuetudo ut, si quando populus subse agens ad pontis alicujus deveniret transitum, aut aliquas angustias loci cujuspiam attigisset, iste eundem præoccupare festinaret ingressum, et perscrutato ad unguem singillatim quoque suorum, si cui duorum pretium solidorum habere contingeret, hunc cenfestim a sua ditione secluderet, et eum emere arma jubendo, ad armati contubernium exercitus segregaret. Si quos consuetæ tenuitatis amantes, nihil prorsus pecuniæ aut reservasse aut affectasse conspiceret, hos suo collegio peculiares ascisceret. Putaret hos forsitan quilibet generali utilitati prorsus incommodos, et, unde aliis poterat suppetere sumptus, absque proficuo tales consumere cibos. At vero hi in convehendis victualibus, in stipendiis

A contrahendis, in obsessione etiam urbium lapidibus intorquendis, dici non potest quam necessarii forent, cum in portandis oneribus, asinos ac jumenta præcederent; cum balistas et machinas crebris jactibus exæquarent.

Præterea, cum de paganorum corporibus frustra carniæ apud Marram, et sicubi alias, cum nimia fames urgeret, reperirentur adempta, quod ab his et furtim, et quam rarissime factum constat, atrox apud gentiles fama percerebuit quod quidam in Francorum exercitu haberentur qui Sarracenorum carnibus avidissime vescerentur. Unde idem homines, ut potissimum apud illos hæc in tonuisset opinio, Turci cujusdam vecti corpus intusum, ad eorum terrorem palam omnibus, ut dicitur, ac si carnem mandibilem igni apposito torruerunt. Quod illi agnito, et verum penitus quod fingitur autumantes, jam magis insolentiam Thafurum, quam nostrorum quodammodo principum vehementiam formidabant. Turci, plane antiquorum more gentiliæ, de cadaveribus tantopere cruciantur insepultis, quanto nemo Christianorum studio de animabus videtur cogitare vel dolere damnatis. Unde, ad eorum rancores dirissime concitandos, in obsidione Antiochena, Podiensis facto edicto celebrari per exercitum præcepit episcopus ut, quicumque Turci cujusquam caput sibi deferret abscisum, duodecim denarios referret statim in præmium. Capita enim eorum cum idem suscepisset antisies, super palos ante ipsorum ora pro mœnibus civitatis figi ea jubebat ingentes. Quod eos solebat acerbissime torquere, et exanimare cernerent.

Egit etiam ibi pontifex non reticendum quiddam cum procerum nostrorum consilio, ut, cum victualium inopia urbani nostros laborare sentiscerent, nostri econtrario proponerent quatenus boves aratro jungerent, in conspectu urbis ararent et sererent, ut ex hoc idem urbici subintelligerent quod cœptam obsidionem nulla ratione desererent, qui de futuri anni procuranda fruge tractarent.

Hæc et alia mira miranda in hac ipsa expeditione sunt gesta, quæ posse ab aliquo comprehendere nullo modo putamus universa, sicut sane nemini a sæculo constat auditum ut sine rege, sine principe, ulla de locis propriis egrederetur gentium, ut sub solo Deo parvus et magnus par addiscerent portare jugum, ut non respectaret servus ad dominum, nec dominus nisi fraternitatem usurparet in famulum; sicut, inquam, de præteritis super hoc exempla præbere non possumus, ita in posterum similia nunquam futura putamus. Quod ex eo maxima ex parte conjicimus, quia, post captam Hierusalem, tantos Christianarum gentium motus vidimus, tot non impari dignitatis personas, tot equestres non contemnendi nominis alas, tot pedestres copias pariter commigrasse post eos qui præcesserunt, et viam secuturis paravere cognovimus, ut pene priorum et divitiis et numero supparet indubie judicemus. Quis enim colligat, eo tempore quo Stephanus comes, de quo

supra egimus, et ille Philippi 443 regis frater Hugo Magnus, sepulcri Domini viam iterato cœperunt, summe mediocris et infimi generis quanta ex solis Franciæ partibus (de cæteris enim taceo) frequentia processerit? Tacito Burgundiæ duce, quid de Pictavensi comite loquar? qui, præter militiæ grandis, quem secum proposuit ductare, globum, etiam examina contraxerat puellarum? Qui, cum majestatis suæ passim personaret testis ambitio, Constantinopolim venit, cum perfidissimo hominum Alexi tyranno colloquium habuit. Cujus proditor ille nequissimus adventum, antequam regia comes isdem digrederetur ab urbe, Turcis per epistolas detulit. « Ecce, inquit, e Franciis pinguis ad vos progrediuntur oves, quæ minus provido tamen pastore reguntur. » Quid plura? comes tyrannici principis fines excesserat, Turcorum et exercitus repente obvis astat, vires hominis, utpote adventitias incompositasque debilitans, dispergit, prædatur et superat. Ibi Hugo Magnus, genu sagitta percussus, languore protracto, tandem occubuit, apud Tharsum Ciliciæ sortitus jura sepulcri. Hæc intra eam, quam Satyriam dicunt, facta fuisse provinciam tradunt.

## CAPUT VI.

[XXIII.] *Perfidus imperator Francorum duces de-*  
*Judit.* — At Stephanus comes cum quibusdam pontificibus regni nostri, inter quos Hugo Suessionicus, et Parisiorum Guillelmus illustris indolis generisque viri, qui præsulatui suo in primævo flore clarissimis moribus ministrabant, et Engerrannus [al., Ingerrannus] Laudunensis, vir sicut forma et eloquentia, utinam sic religione! conspicuus, cum multa ordinum omnium dignitate mœnia Constantinopolitana subintrant. Quos ad se imperator evocat, magnis primores eorum donariis munerat. Consultantibus illis, an prioris exercitus, seu diversa proficiscerentur via, ille veraciter intulit non tantum eos habere equitatum, ut sufficiant a prioribus tramitem tenere diversum. Illi, nova sese putantes et superioribus valentiora facturos, profitentur se per exteras regiones ituros. Pariter vero ab imperatore expostulant quatenus ubique generale universalis Græciæ habere mercatum, ipso jubente, debeant. Spondit ille, et sciens eos in propriam hac sua insolentia veluti conspirasse perniciem, eorum quem providebat optime errori lætabundus assensit. Per Paphlagoniam igitur, non dicam modo quibuslibet peregrinantibus, sed ne scripturis quidem, nisi quam rarissime cognitam provinciam, nescio quod momentur intrare desertum. Viaticum portare seos prohibet imperator, nisi quantum diebus quadraginta solis esset necessarium. Præterea pene quodammodo dehortatur viatici lationem, dum magnifice pollicetur totius terræ negotii prosecutionem.

*Interneconi traditur exercitus Francorum.* — Euntibus ergo et jam in profundæ solitudinis ulteriora progressis, vulgus quod sine viatico, spe promissi negotii, incaute processerat, cœperat in dies vehementissima fame urgeri. intumescere ac emori: A exercitus quoque cadaverum passim decumbentium fetore vexari. Aliquoties plane, cum postremos egenæ multitudinis duces exercitus castigarent, ne equitatum tardius sequerentur præcedentem, ne in eos Turci videlicet involarent, illi famis torsionibus acti, votis et precibus exoptare ut venirent. Armeniorum jam pene fines attigerant, exesis hominibus, animalibus inedia moribundis, subito ingruunt Turcorum millia numerosa. Sed Franci, qui primas tunc exercitus videbantur acitare custodias, facile eorum, lassabundi licet, illico obtudere molimina. Postridie, cum Turci Francos a prima fronte discessisse vidissent, Langobardis, Liguribus et Italis, priora, proh dolor! occupantibus loca, irruunt, persensa anteriorum ignavia hostes acerrimi; hisque qui præibant et signa ferebant, fœde terga deudentibus, totus non tam fugæ, quæ nimium tenuis ut pote fame tabentium fuerat, sed interneconi miserandæ patet exercitus. Fugientes non qua venerant regrediebantur, nec, ut gregatim saltem fugerent, glomerabantur; sed quorsum quemque ferebat animus, verterat illo gradum, sine dubio moriturus. Quæ eorum cædes et insecutio perseveravit pene continuis octo diebus.

Erat in eo quidam archiepiscopus Mediolanensis exercitu [al., periculo], qui capellam Beati Ambrosii, planetam scilicet et albam, si qua alia nescio, secum tulerat, auro tantique pretii gemmis ornatam ut nusquam terrarum reperire quis huic valeret æquandam Hanc Turci abduxere correptam, Deo fatui illius præsulis, qui rem adeo sacram barbaris terris intulerat, tali damno ulciscente dementiam. Tanta fuit ibidem promiscui sexus Christianitatis occisio, tanta pecuniarum, vestium, auri argentique repertio, ut, de illo quod expeditio prima intulerat, damno, hæc una victoria sufficienti Turcis potuerit esse solatio. Cum enim ducenta, et, ut aliqui astruunt, his amplius ferme millia Christiani nominis illic essent, vix septem millia resederunt. Comes autem Stephanus, cum plerisque potentibus, inter quos Harpinus Bituricensis vir magnificus, et comes trans Ararim 443 Stephanus, ibidem fuere, pariterque Hierosolymam devenere. Ubi positus, cum imperatoris Babylonici exercitus apud Ramothenam urbem Balduino, nunc regi, bellum obtulisset, Harpinus memoratus regi intulit quatenus prælium differret, donec quidquid virium poterat habere, conferret; rex ait: « Si times, inquit, fuge Biturigas, » hisque dictis, inconsulte confligit, omnesque suas illico copias, in prædictam civitatem compulsus, amisit; ipse solus evasit. Multi tunc in captivitatem acti; multi, quo fine defecerint, hucusque sumus incerti.

*Harpinus Bituricensis monachum induit.* — Harpinus captivus abducitur; deinceps a captivitate solutus, in Franciam rediens monachus efficitur. De Carnotensi Stephano nihil certi habetur, nisi quod interemptus, sine ullis tamen indicis, creditur; intra turrin nimirum quamdam cum aliis innumeris



comprehensus, apud præfatam urbem, utrum captivitas sorti fuerit, an mortis, addictus, certis scire auctoribus hucusque nequimus, nisi quod ad fidem necis ejds, quia nusquam comparuit, procliviores sumus. Turci plane cæsorum cadavera, post victoriam, desectis solent damnare capitibus, eaque pro signo asportare triumphi. Quibus sublatis, difficile est prosrus cujusque personam ex corpore trunco cognosci. Eadem autem ambiguitas et de quibusdam clarissimis viris aliis hactenus est habita. Interea rex ipse, qui, ut prælibatum est, solus evaserat, et non modo pro communi, quod imminabat, exitio lugebatur a suis, sed etiam cum cachinno interfectus clamabatur ab ethnicis; per horrida quædam et paucis comperta montana procedens, desperatæ tandem Hierosolymæ, et extrema jam pericula cum debitis mœroribus præstolanti, post biduum, nisi fallor, se intulit. Qui collecto celerime quem potuit equitatu, et delectu optimorum peditum pro facultate habito, clementiori jam Domino, cum triumphanti, sed non diu, gentilitate, bello decernere parat. Cum ergo regem mortuum sic putarent, reparatis continuo copiis apparuit; longe altera quam pridem auctoritate conflixit, et in fugam eos agens, novum ipsorum timorem, atrocissimæ cædis punctione reflavit.

[XXIV.] *Godefridi regis obitus.* — At quoniam Godefridum regem, hujus Balduini germanum, nequaquam superius obisse, materia ordinem præoccupante, retulimus, dignum est ut quo fine defecerit, et ubi sepultus sit breviter explicemus. A quodam contiguæ gentilitatis principe eidem transmissa feruntur exenia lethalibus, ut patuit, venenis infecta, quibus utens improvide, cum eum qui miserat suspicaretur amicum, subita infirmitate decubuit, nec mora, exanimatus occubuit. Sunt et a quibus, hac opinione repulsa, naturaliter feratur obisse diem. Sepelitur autem, in testimonium ejus quam fide vitaque meruerat redemptionis æternæ, circa ipsum Dominicæ passionis locum, in eo jure obtinens omnimodo monumentum, quem eruerat quemque defenderat a conculcatione ac irruptione gentiliū. Cujus mira humilitas et monachis etiam imitanda modestia, illo prædicabili admodum regni sui tempora titulo insignivit, ut nunquam intra Hierosolymitanam civitatem regium coronatus diadema tulerit: ea consideratione videlicet, quia generalis universorum salutis auctor Dominus noster Jesus Christus, spineum ibidem sertum humana irrisione gestaverit.

*Godefrido successit germanus frater Balduinus.* — Quo, ut præfati sumus, exacto, a fraterna eum temperantia et sagacitate futurum degenerem nulla ratione credentes, Balduinum ex Edessa transferunt, et sanctæ illius Christianitatis novæ colonie regnare constituunt. Quædam nempe clarissima in eorum virorum natura notaverant, et notata dilexerant, tranquillos utique, et totius nescios jactantiæ mores, irremissam et plusquam regiæ compe-

A teret majestati, sine ulla pene formidine mortis audaciam, remotam quoque ab omni habitu ipsorum, petulantiam, et supra opum suarum vires liberalitatem omnino munificam. Hujus autem Balduini erga suos fides, erga se contemptus, ex uno conjici valet factis, quod videlicet dum in expeditione contra hostes ageret, pro ereptione cujusdam peditis in tantum sese periculo ingesserit, ut, gravissimum vulnus excipiens, vix discrimina paratæ necis evaserit.

#### CAPUT VII.

[XXV] *Prognostica de Christianorum expeditione Jerosolymitana.* — Fuit interea quiddam, quod maxime gentium innumerabilitatem circumpositarum, ne contra nostri nominis insurgerent paucitatem, B vehementer exterruit, nec minus hodieque terrere dignoscitur: quod scientia scilicet astrorum, quæ apud Occidentales quo tenuior exstat et rarior, eo apud Orientales, ubi et originem habuit, continuo usu ac frequenti memoria magis fervere cognoscitur, evidens idem gentiles prognosticum se accepisse testantur, et jamdudum ante infortunia, ipsa præscientia quia a Christiano populo subigerentur; sed artis ipsius peritia ad integrum instrui non poterant quo ista tempore complerentur.

[XXVI.] — Ante duodecennium ferme enim quam proceres nostri Hierosolymitanum aggredierentur iter, Robertus Flandrensium senior 444 comes, de quo in primo hujus operis egimus libro, cum multis opibus Hierusalem, orationis gratia, est C profectus. Qui cum eadem moraretur in urbe aliquot, desiderio videndi loca sancta, diebus, et ob sui munificentiam, cognoscendi plurima, etiam quæ apud gentiles flerent, permitteretur habere licentiam quadam die, uti ab his didici qui familiarem inibi comiti præstiterant comitatum, universi pene urbis ejusdem cives ad templum confluunt Salomonis, et per universum diem maxima ibidem habita concione, ad sua tandem in vesperum diverticula sunt regressi. Hospitabatur tunc comes isdem apud aliquem gravioris ævi et expertioris ingenii, vitæque, quantum ad eos, sanctioris Sarracenum, cui servus Dei usitatus erat vocabulum. Qui cum ab eo redeunte domum sciscitaretur quid in illo tandiu D consedere eis collibisset templo, super quibus etiam adeo laciniosa disputatione tractassent? Intulit homo: « Insolita, inquit, signa quædam in ipsis stellarum cursibus recursibusque conspeximus, ex quibus certa admodum conjectura collegimus, Christianæ conditionis has in provincias homines deventuros, nosque per prælia assidua et frequentes victorias devincendos. Quod tamen utrum valde in posterum differatur, an proxime fieri debeat, penitus nobis incertum constat. Ex ipsa tamen astronomica nobis portentione perpatuit quod hii ipsiquibus superno gentem nostram judicio superare, et a natalibus oris amoliri conceditur, idem postremo vincendi a nobis, et ab ea quam usurpabunt patria, bellorum sint jure pellendi. Cui cœlesti indicio, ve-



terum sectæ nostræ oraculorum passim. ex quibusque voluminibus statim lectio recensita concinuit, idipsum aperta locutione testificans, quod jubar æthereum confectionibus signis innuerat. »

Quibus gentilis hominis verbis illa, quæ superius relata sunt, Curbaran matris dicta concordant; nec apud nos dubium est quia eadem ipsa ratione qua illa adversus Christianos dehortabatur præliari filium, isti etiam frenantur qui Hierosolymitano exitio inhiant, ne bella ineant contra id quod sibi ostensum est fatale decretum. Etsi namque primum multiplicibus nostros præliis urgere insistunt, at nunc contra eos tantos remissius agunt, quanto non eos, sed Dominum pro eis exerceri et confligere sentiunt. Si autem cuiquam forte incredibile fiat quod futura quis astrologica arte prænosceri valeat, illud nobis evidens argumentum præbeat, quod imperator Eraclius, per hujusmodi disciplinam, gentem circumcisam contra Romanum imperium præscierit surrecturam; nec tamen non Judæos futuros, sed Sarracenos, qui hæc agerent, per eam potuit providere peritiam. Intueamur et magos, qui, cum natum regem, et hunc ipsum Deum et hominem, sideris editi repentina inspectione sensissent, quibus esset regnatorum partibus etiam noverant.

[XXVII.] — In hoc ipso novo Dei adversus homines diabolicos procinctu, hoc etiam videbitur attendendum, quia factum ei omnimodis videatur congruere Gedeonis (*Jud.* vii). Cum enim infinita multitudo nostrorum ad subeunda proposita unanimiter pertinax putaretur, probatur ad aquas, voluptates utique atque delicias, ut qui videlicet Deum sequi diligenter, famis sitisque cruciatibus, mortiumque variarum casibus non cederent; qui autem post corpora Deum projicerent, ad fluxa sese desideria, quod flexus illic poples significat, enerviter inclinarent. Qui autem hiberunt manu ad os projiciente, ipsi sunt qui, Diogenis instar, vacante omni deliciarum cura, inter Deo serviendum, quoquo pacto satisfacere naturæ. Trecenti fuere, qui sub Gedeone probantur, quia sicut exterius, ita interior bajulare crucem, quæ Thau littera significatur, trecentos innuitur, qui hac perseverantia honorantur. Quare enim a Dominica sese multi nostrorum turpiter exceperere militia? nisi quia sedulo gravi carpebantur inedia; et, quia *sine Cerere et Libero friget Venus* (*Tôr. Eun.* IV, v, 6), nulla eisdem, corpnsculis flaccescentibus, libidinis inerat perpetrandæ facultas, quæ etiam si suppeteret, non aliqua pateret opportunitas.

Hi ergo qui probati inventi sunt, « tubas habent » in manibus, quia divinum sermonem, cujus solatio inter tot discrimina recreantur, proferunt in operibus. « Lagenas tenent, » dum in continuo procinctu positi, ab omni carnalitatæ fœditate se continent. Intra lagenas « lampades habent, » quia in vasis corporum fictilibus piæ intentionis, omni luce clariores thesauri renitent. « In tres eos Gedeon partes dividit » dum quosdam ex eis Christus ad co-

ronam proprii cruoris effusione contrahit; alios ad custodiam sanctæ civitatis, ac si ad cultum terræ promissionis inducit, per quos hodieque paucissimos totius imperio Orientis obsistit, cæteros in patriam ad testimonium tantæ victoriæ, et pii hujus exsilii imitationem redire permisit. « Lagenis ergo fractis, lampades emicant, » quia occisis corporibus, spiritus, divino amore ferventes, recta ad Dominum intentione commigrant. Hostes inde terri subiguntur, quia eos non immerito formidant, qui, spe æternitatis audaces, mortem vita ipsa charius amplectuntur. « Quorum enim animalium, ut ait Apostolus, sanguis infertur in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra (*Hebr.* xiii, 11). » Unde Dominus extra portam passus est. Exierunt itaque hii ad eum extra castra, extra 445 videlicet carnis desideria, dum imperiorum ejus portant crucis (*Ibid.*, 13), mortificationem in vitiis scilicet ac concupiscentis servant.

#### CAPUT VIII.

[XXVIII.] Sed quantum cum bonæ voluntatis affectu valuerit tanti hujus laboris assumptio, hoc uno subjecto exemplo colligi potest. Quod idcirco proponendum duximus, ut liquido perpendamus quantum pure peccata confessis et sincere pœnitentibus profuerit istius peregrinationis devota susceptio, si tantopere pœnitentiæ ac confessionis pene prorsus exortibus, valuisse probatur, terroremque incussisse diabolo.

[XXVIII.] *Quidam a diabolica fraude cum iter Jerosol. arripisset, atque inibi sacerdoti peccata aperuisset, liberatur.* — Vir equestris ordinis quidam maritimarum, nisi fallor, partium, cujusdam fratrem proprium hostilitate perdidit. Cujus interfectionem adeo homo idem ægre tulerat, ut inconsolabili mœrore tabesceret; majoris enim potentiæ qui eum peremerat videbatur, ut mœrenti ulciscendi defunctum spes ulla suppeteret. Intolerabili ergo dolore defecto, et luctuosa omnibus ubique momentis prosequenti mente germanum, cum novior in dies irreparabilis damni refricaretur acerbitas, et, sine respectu cujuspiam solatii, inevitabilis memoriæ lacrum miseri hominis jecur pœna torqueret, dum angores assiduos ad extremum repetendæ ultionis centuplicat difficultas, diabolus, diutina experientia callens, et spiritali alacritate omni mortali natura facillior, qui in cunctis tempora aucupatur et causas, hujus nimirum arrisit opportunitati tristitiæ.

Die itaque quadam, cum vecordiæ interioris squalido tabo, et exhausto suspirio profundissimi languoris anhelus, potandum equum, ipsi insidens, duceret ad aquas, e regione altrinsecus in altera fluminis crepidine positum dæmonem conspicatur. Apparuit autem ei in specie viri cujusdam, quem contractis cruribus existentem sæpenumero videre consueverat. Videbatur etiam et ipse eques, accipitrem manu gestans; lutei, ut præferebat, coloris tunicam habens. Quem cum ille eminens attendisset, et recordatus cogniti, quem fore putabat, hominis

consuetæ debilitatis et formæ, præ vehementia inopinæ novitatis hæsisset, nequam spiritus, procacitatis antiquæ non immemor, primus effert: « Non sum, inquit, quem æstimas. Scias autem me esse diabolum, ad diuturnæ tuæ torsionis præbenda remedia missum. Magister namque meus, qui omnibus in mœrore positus, si sibi assentiant, compassibiliter suffragari dignatur, ad te me dirigit; nec, si ei prout tibi dixerò acquiescere velis, solatium morabitur. Cum enim sit liberalis, nec desit opulentia infinita dandorum, affectantibus opes, supra quam valeas æstimari, largus est munerum subsidio, egentibus, ultra quam sperari id posset, non differt administratum. Tu vero, qui vetus infortunium animi ægritudine semper recentiori deploras, si quid est unde queraris, exprime; sciens indubie te multo majora sumpturum, quam præsumas exposcere. Si fratrem intuleris interfectum, ultionis sententiam accelerari cognosces; si quælibet quæsieris incrementa, mirabile factum. »

Ergo velis, jubeas, suberit pro velle facultas.

Attenderat ille insolitum valde pecus, mirabatur diabolum cum maximo stupore loquentem; sed quantum pollicitationis lenocinio trahebatur, tantum pollicitatoris nequitia terrebatur. Vicit tandem ambitio promissorum, et se fatetur oblata gratanter accipere: « Attamen, inquit diabolus, si te hujusmæ sponsorshipis fructus oblectat, et te principis mei, qui ad te me misit, gratuita benevolentia utcunque pellexit; cum ipsis effectibus, tam de ultione germani quam de successibus fortunarum quæ pronuntiavi, vera probaveris, hoc meus ipse magister a te exigit, quatenus hominum sibi facias, et translata fide Christianitatis, in ipsum indivisibiliter te ei cohæsurum spondeas, ab his etiam quæ vetuerit perseveranter abstineas. Sunt autem specialia, a quibus, cum ad ipsum concesseris, cohiberi usquequaque te velit: ne unquam videlicet ullam ingrediaris ecclesiam, ne quem etiam baptizatum sacro de fonte suscipias, » et tertium quiddam pariter vetuit quod exciderat ab ejus qui mihi narravit memoria. Cui homo hæc ait: « Facili a me observantia poterunt sine aliqua procrastinatione teneri, de hominio vero faciendo, aliquas peto inducias dari. » Abhorrebat sane multum homo idem, liberæ adhuc rationis intuitu, quod execrabilis adeo a se fidei traductio peteretur; sed tolerabilius judicabat Christianis officiis abstinere, quam ipsius credulitatis fundamento carere.

Denique nec mora, in tantum fraternæ, suggerente maligno, suppeditatur ei opportunitas ultionis, ut crebrescentibus omnino superarentur viri vota fortunis. In huncque modum succedente remedio, ab illius animo oblitterabatur sensim mœroris atrocitas, cum tamen interim nullo modo res præsumeret sibi a diabolo attentare prohibitas. Cum interea antiquus humanæ naturæ hostis sedulo eidem homini apparere, nec modo, ut assolet, solitudinem ejus, aut secreta aucupari loca, sed in media etiam vulgi astantis frequentia, improvidum subito convenire,

A beneficia jam experta proponere, potiora in posterum polliceri, de fidei translatione sedulo satis hortari. Ille autem largitati omnimodo fieri gratulabundus expertæ, obsequia tanti principis liberalitati sempiterna promittere, super ejus vero, quod frequens exigebatur, hominii pensione, jugiter inducias obsecrare.

Igitur cum homo isdem creberrimis et inter medias invisibiliter turmas apparitionibus urgeretur, Dei nutu, per Latinum orbem Hierosolymitani itineris fama porrigitur, et quisque, qui aliquo sese crimine persenserat implicitum, illuc, novas Deo penitentias aperiente, dirigitur. Inter quos iste proficisci delegit, sed nefarium, quod cum diabolo magna jam ex parte pepigerat, fœdus nulla confessione retextit. Profecto itaque et æmulationem Dei habenti, licet non secundum scientiam, dum operum initio bonorum confessio non est præmissa malorum, tanta gratiæ Dei, inter eundem, hominem comitatur ubertas, in tantum Deo placuit labor, quamlibet minus plena pietate præsumptus, ut in ipso expeditionis itinere, nullis eum funestus exactor compellere aude-ret angariis. Quin potius, ac si nihil cum eodem pactionis habitæ meminisset, nullis vel in visione ei appareret modis.

Capta postremo Hierusalem, cum in ipsa cum aliis ad tempus diversaretur urbe, et nocte aliqua cum quibusdam putaretur dormire militibus, sollicitus super suis suorumque, qui sub dio, pro regionis consuetudine, commanebant equis, respexit ad illos, et speciem stantis considerans hominis inter eos, furem suspicatus exurgit, et quis esset vocibus turbatus inquit. Cui mox ille, habitudine quam consuescet illata, quasi reverens ac pudibundus ait: « Nonne me nosti? » At ille, veluti vetus sibi innovaretur opprobrium, multo severius infert: « Novi, inquit. » Quibus utrobique prolatis, nec ille post interrogationem aliquid percunctationis attexuit nec iste quidpiam responsis adjecit. Quæ apparitio, quantum ad hominem quamvis otiosa fuerit, Deo tamen dispensante, quiddam nobis non otiose innuit: diabolum videlicet non obliviose præterisse hominem, sed ex ipsa sui ostensione et effectu enuntiasse quid voluerit, et silentio prodidisse, quia nequiverit. D Quid plura? Rediit, sed nec inter redeundum diabolus se illi conspicabilem usquam importunumve præbuit. At eo domi constituto, nefarii confestim consilii miserabili personæ resuscitatur assessor, ut vix pauca tempora ab hujusmodi commonitorio feriata forent. « Possunt homines ab his quos ventur interstitiis aliquibus disparari, eosque ab inquietudinibus conclavia sua parietesque distinguunt; spiritualem vero nequitiam nec præsentis populorum nec munimenta claustrorum a suis excursibus arcent. »

Viro igitur illi adeo individuum perpetenti atque lethaliter fastidienti latronem, die quadam obvium habere contigit quemdam Christi sacerdotem, scientia, benignitate, ac pia hilaritate præcipuum, no-

e Cononem. Cui cum, secundum temporis quæ erat angustiam (suo enim quisque sollicitabatur ere), eam quam patiebatur exprompsisset miser, data pro loco consolatione vir bonus ille quam lit, et accepta sponsione de reditu, dimisit. At en cruentissima fera non siluit, sed creberrimæ rim lenocinio suasionis irritare non desiit. Nec a, homo, molestiarum et pene quotidianæ inter- tionis impatiens, ad medicum rediit, confes- e ad purum facta poenitentiam omni affectu ipit, et, suscepta, exsecutorem proprium de- ps nunquam vidit. Ecce pia ista peregrinatio emus quantum valuerit puris, quæ tantum attu- tutelæ ac securitatis impuris.

XX.] *Quæ fortiter in Oriente gesta sunt, soli Deo ienda.* — Constat quoque consideratione di- simum, non sine re ab hujus gratia perfectionis s abjectos, ne personæ videlicet spectabilis imitas effectus sibi videretur arrogare supernos. ir cœlesti Domino referenda laus est, ac homi- acenda penitus. Non tot militias ducum coegit bet, aut meruit triumphos. Pœnos Regulus dit rebelles, laus in eum studii refertur. Ale- ler agens Eoa regna stragibus immodicis fati- , Magni prævaluit parere nomen. Hic, comes nanus, cui indita fuerat sacri exercitus summa ndi, quasi quæ soli competebant Deo temera- usurpasset, ac si ignaviæ condemnatus abjici- et Hugo Magnus, veluti homo regii nominis, estratur. Pulsis ergo magni nominis umbris, et antiebatur potentia extrusa, uni jam incumbens subsidio, pusillus grex ille remansit, et, ut ad ventum est, secundum Scripturæ dictum, non nere, sed eligente Deo, « Insuperabilis portaliadema (*Eccli.* xi, 5). » Honorem itaque sui nis Deus, qui facit mirabilia, nolens deferr. i, ipse solus dux ejus fuit, ipse rexit, ipse cor- , ipse ad efficientiam cœpta direxit, ipse hucu- regna porrexit. Agnos igitur, ex lupis quos at, in suo non eorum brachio congregavit, sinus uitione levavit, piæ spei gaudio fetos, ad quæ eraverant videnda portavit.

#### CAPUT IX.

XXI.] *Fulcherius Carnotensis suggillatur et cor- tr. 1. Asserens plures cruce divinitus insignitos, litur.* — Præsentis historiæ corpori, auctore li propitio, posituri calces, Fulcherium quem- Carnotensem presbyterum, qui Bal- apud Edessam ducis dudum capellanus exsti- quædam quæ nos latuerant alia, diverse etiam is aliqua, sed pauca, hæcque fallaciter et scabro teri, sermone, fudisse comperimus. Cujus etsi non a, nonnulla tamen detegenda, et huic schedulæ aginanda censuimus. Cumenim vir isdem ampul- ses quipedalia verba projiciat (*Hor. A. P.* 97), ridos inanium schematum colores exporrigat, mihi rerum gestarum exinde libuit membra pere, meique qualiscunque eloquii sacco, potius prætexta contexere. Dicitur in sui, nisi fallor,

A opusculi referre principio, quosdam qui Hierosoly- mitanum adorsi videbantur iter, illud quod Apulos Epirotasque dirimit, locatis pupibus, æquor ingres- sos, et, utrum inexplorato sese commiserint mari, seu carinas nimia sui numerositate depresserint, nescio, constat tamen sexcentos pene illic navim fregisse viros. Qui intercipientibus omnes sali turbidi pro- cellis enecti, nec mora, impatientis æstu pelagi ad continentem ejecti, eo ipso quo in birris, palliis ac tunicis uti consueverant universi, in superficie sca- pularum sunt insignes crucis signo reperti. Quod sacrum stigma divinitus cuti eorum potuisse im- primi, ob ipsorum fidei evidentiam faciendam, nemo licet fidelis ambigat, tamen ei qui hoc scripsit, si advivit, sollicite pensandum est, an res ita se ha- beat. Viæ enim hujus cum Christianarum ubique gentium percubisset initium, et id non sine divina fieri voluntate per Romanum clamaretur imperium, quilibet extremæ vulgaritatis homines, et etiam muliebris indignitas, hoc sibi tot modis, tot partibus usurpavere miraculum. Hic paulisper intextas ex suffusione sanguinis rigas, crucis astruens, ostenta- bat in oculo: iste pupillarem, qua fœde cæcutiebat, maculam, eundi sibi commonitorium perhibens, pro cœlesti exhibebat oraculo. Alius, aut novorum po- morum succis, seu quolibet genere fuci, cuilibet particulæ corporis moliebatur speciem crucis, ut sicut oculorum subsellia pingi solent stibio, ita divini in se spectaculi, vel vireret vel ruberet, fraude facta C et commentis ostensio.

Meminerit lector abbatis illius, quem supra retuli (lib. iv, cap. 7) ferro sibi scalpsisse frontem, et quem postmodum dixerim factum Cæsareæ Palæ- stinæ pontificem. Testor Deum, me, Bellovacii per id temporis constitutum, vidisse ad se versum obliqua- tas aliquantulum die media nubes, ut vix quidpiam majus quam aut gruis, aut speciem viderentur præ- tulisse ciconiæ, cum ecce, crucem cœlitus sibi mis- sam urbanæ passim voces conclamavere frequentiæ. Ridiculum est quod dicam, sed non ridiculis aucto- ribus rem probatam. Muliercula quædam in hoc ipsum promoveri cœperat iter. Quam novis nescio quibus rudimentis imbutus, præter inertis jura nat- turæ, versabundus prosequabatur anser. Et ecce, fama volans Pegaseis motibus acta, et castra reple- vit et urbes, a Deo ad Hierusalem redimendam etiam anseres destinatos. Nec tantum deferebatur mulieri miseræ, ut ipsa anserem ducitaret, sed ea duci ferebatur ab ansere. Quod ita Cameraci proba- tum est, ut, stante hinc et inde populo, per mediam ecclesiam mulier ad altare procederet, et anser e vestigio mulieris a tergo, nullo sollicitante, succe- deret. Qui quidem intra Lotharingiam mox, ut com- perimus, obita sibi morte decessit; qui sane rectius Hierusalem isset, si, pridie quam proficisceretur, suæ se ipsum dominæ festa convivia præbuisset. Quod totum ob hoc a nobis historiæ veraci attexitur, ut se noverint quique commonitos, « quatenus ne- quaquam, fide vulgi fabulis attributa, Christiana gravitas levigetur. »

[XXXII.] *Secundo Pyrro, ut Antiochiam traderet, Christum apparuisse, falsitatis arguitur.* — Denique rursus idem perhibet auctor, Pyrro Antiochiæ proditori Deum apparuisse; et ut Francis proderet urbem in visione jussisse. Facile hoc ei fuit qui Cain et Agar se audibilem, et conspicabilem asinæ angelum præbuit. Verum omnes qui sancta civitate recepta rediere, et qui super gestis ad nos rebus epistolas direxere, præcipue Ausellus de Ribodimonte, nil tale dixere, imo nec Pyrri vir idem mentionem habuit, sed a tribus eam civibus traditam minime tacuit. In qua etiam refertur quod antequam tres illi proceres de urbis deditio serio tractavissent, fucatum nostris obtulerunt pacem, spondentes sese reddituros proxime civitatem. Quæ mutuo data securitas in tantum valuit, ut intra urbis mœnia aliquoties de Francis exciperent, suique cum nostris conventicula crebra miscerent. Dum ergo exercitus minus inter ista sibi, nimietate securitatis, invigilat, prætensis Turci insidiis quosdam ex Francis interimunt, nec ipsi tamen indemnes existunt. Ibi quemdam nostri egregiæ indolis juvenem qui apud regem Francorum comes stabuli fuerat, nomine Walonem, amittunt.

[XXXIII.] *Tertio lanceam Dominicam respiciens.* — Lanceæ Dominicæ inventionem cassare dicitur, et quia falsitati obnoxius erat, hominem damnatum præsumpti ignis adustione testatur. Cui non modo super hac re modernorum testimonia refragantur; sed etiam vetustissimi quique fide plenissima stipulantur quod, cum olim loca sancta expeterent, antequam Turci Orientis ac Syriæ regna pervaderent, eandem in eadem urbe lanceam adorare deoscularique solerent. Nunquid nam Fulcherii presbyteri, qui, 448 nostris apud Antiochiam fame periclitantibus, feriatu epulabatur Edessæ, tot prudentium, qui interfuere dum reperiretur, ingeniis prævalebit argutia? cum etiam Balduinus, qui post regem Balduinum Edessæ præfata præfuit, in sua ad archiepiscopum Manassem profiteatur epistola, cum eam beato revelante Andrea repertam, tum a nostris audaciam, contra Turcos ingruentes præliandi, fiducia ipsius admissam. Sicne spectabilis Podiensis ille episcopus desipuisse putabitur, ut incerti nominis lanceam sub tanta reverentia ferret, dum adversus Curbaran congressurus egreditur? Ibi certe constat quiddam memorabile factum, quod scilicet, dum Curbaran idem herbæ ignem jussisset subjici, præsulque idem Francorum ad bella properantium conspiceret ora ac oculos profluentes fumi densitate suffundi, hinc sacram præferens lanceam, inde pia dextera contra emergentes nebulas crucis pingens effligem, ubi Jesu omnipotentis flebiliter evocavit auxilium, dicto celerius, in eos qui amiserant, ejus pietas tætri vaporis retorsit globum. Porro, si de inventoris interitu agitur, qui aliquot post ignis experientiam traditur vixisse diebus, fateor, dicam quomodo iste obierit, de quo incertum est an læsus fuerit, si dicat mihi cur is, qui apud beatum Grego-

rium linguas omnes acceperat, propria dentibus membra disciderit.

[XXXIV.] *Quarto in obsidione Antiochena rutilum jubar crucis in modum apparuisse.* — Præterea dum in obsidione Antiochena morantur, astruit, nisi fallor, noctu rutilum, in modum ignis, super exercitum emicuisse jubar, et speciem, haud ambigua forma, pariter exhibuisse crucis. Quod quique illic sapientum incendium ad bella retulere futura, ubi tamen esset, quod crux videretur innuere, certa salus, et successura victoria. Hoc non refellimus; id plane uberrimis testimoniis approbatur. Hoc, inquam, rimarum plenus poterit tacuisse Parmeno. Nec dissimile quid inter ipsa viæ hujus initia constitit accidisse, quod quidem superius cum, de motibus eclipticis et siderum, qui visus est [f. visi sunt], lapsibus loquerer, me contigit præterisse. Quadam enim æstivi diei vespertina irruente hora, tanta ab aquilonis plaga conflagratio apparuit, ut plurimi e domibus propriis sese proriperent, quærentes quinam hostes provincias suas adeo gravi ambustione vastarent. Quæ omnia futurorum exstitisse portenta bellorum, indubie retinemus. At jam his omissis, quæ captim delibanda censuimus, relationis seriem persequamur.

#### CAPUT X.

[XXXV.] *Iterum de Hierosolymitanæ civitatis obsidione.* — Hierosolymorum igitur civitas obsessa, exprimi non potest quanta sit civium suorum animositate defensa. Videres contra balearia instrumenta, quibus compererat saxa torqueri, trabibus obtegere muros, atque psiathiis Græcos ignes injicere machinis, præsertim qui materiei inopiam difficultatem maximam noverant obsidionis; sed quia Francia præminebat ingeniis, furores ignium respersio curat ætati, et præacuta falce reciditur, si quid videretur pendisse pro muris. Uncos ferreos longis hastilibus addunt, quibus nostræ partis e machinis propugnantes loricatedos corripunt; quæ nostri mucronibus exertis, pro hastilibus fustes reddunt. Sed in eo vel maxime Sarracenorum vehemens probabatur instantia, quia si quem suorum contigisset ictu a nostris obrui, percussi cylpeum dicto citius constabat ab alio rapi, et in eodem, unde illeruerat, loco constitui [al., restitui], ut nostris daretur ad sui exanimationem intelligi neminem eorum jactibus lædi.

[XXXVI.] *Ipsa in obsessione Boemundus non aderat. Petit Hierosolymam.* — Feliciter igitur urbe capta, Boemundus qui Antiochiæ, fame, cruoribus, ac frigore Francorum, obtinuerat principari, apud eam, cæteris proficiscentibus, maluit remorari, quam pro Jesu Domini sepulcri liberatione vexari. Et dum contendit inepte pro unius ædis turriculæque custodia, præteriti sui universi laboris fructum visus est amisisse et gaudia. Quid enim sibi profuit currere, ubi consequi noluit comprehendere? Attamen, quia hactenus exercitui Dominico plurimum emolumentum armis contulit atque consilio, non est absur-

aucis qualiter intexere illum contigerit illo  
 l Belduinum itaque Edessenum legatione di-  
 sollicitat ut secum pariter ad invisendum  
 ris sepulcrum veniat. Ipse etenim non ava-  
 tentu, sed propriæ civitatis tuitione retentus,  
 imiliter nequaquam obsidendæ concurrerat.  
 anorum plane ipsa erat civitas, et circumpo-  
 rentilitatis vires crebro patiebatur infestas.  
 e vir isdem se spondidisset iturum, conflatis  
 equitum pedumque copiis ingentibus, præ-  
 cum eis incumberet non modo quorumque,  
 atigæ omnino universitatis metus, Hieroso-  
 rum sunt iter adorsi Cumque singulorum in  
 ontubernia, convenissent, et viginti hominum  
 ferme complissent inter eundem eos crudelis  
 ium coangustare cœpit egestas, ut nec esca-  
 ndimenta pani, neque suppeteret 419 panis  
 is. Provinciarum nempe, diuturna diversarum  
 num mora, et prolixis longe lateque expedi-  
 is, opibus exhaustæ, non sufficiebant ullatenus  
 animalium virorumque frequentia suppeditare  
 lia.

*urcis captivus abducitur Boemundus. Liber-  
 ncessa redit in Galliam, ducit Constantiam re-  
 am, ac veneno exstinctus est.* — Arctata igitur  
 bilibus inediis multitudo, asininarum carni-  
 rumque, quæ alias didicerat, edulia repetivit,  
 eorum usu, habita etiam in talibus paritate  
 tas ista desivit, donec Tiberiadem civitatem,  
 te hominum millium, sub Domino, pastione  
 m, desideriiis affecta subivit. Ibi aliquantula  
 quam patiebatur tabe [*al.*, rabie] cibo ube-  
 opita, tandem Hierosolymam pervenitur, sed  
 o foetida recens cæorum cadaverum numero-  
 reperitur, ut nusquam aura nisi corruptissima  
 i orisve spiraculo hauriretur. Qui a rege Go-  
 gratulanter excepti, Dominico quod immi-  
 interfuere Natali. Quod, ut rationis censura  
 derat, Bethleem actum, non modo ex sua  
 qui convenerant visione, sed magis ex sua  
 a suo insperabiliter sæculo præstita, Francis  
 quam credi potest res tripudiosa fuit. Inde  
 sis, cum sua quisque repetisset, a Turcorum  
 immodica, cum urbem quamdam adiret, Boe-  
 is invaditur, in remotissimas [Persidis regio-  
 ptivus abducitur. Quod ubi Tancredi illustris  
 notionem, quamprimum occupare Antiochiam  
 at, Laodicæ Pergama munit; utræque enim  
 indo munia pensitabant. Laodiciam pridem  
 us Northmanniæ comes habuerat, sed cum  
 i hominis exactiones urbici tolerare non pos-  
 uisus summæ custodibus arcis, ejus abegere  
 ium, odioque ipsius Rothomagensis abjuravere  
 æ usum. At Boemundus cum annis aliquot in  
 e resedisset, tandem, cum pacto, tum pecu-  
 redemptione resolvitur. Nec multo post tem-  
 xacto, Antiochia Tancredo commissa, navigio  
 nulia transvectus venit in Franciam, et Con-  
 i regis Philippi filia multo auro a patre im-

A petrata, fecit Carnotum ejus nuptias in magna glo-  
 ria. Deinde in Appuliam regressus, magnam regni  
 Constantinopolitani imperatoris partem sibi subegit,  
 et susceptis ex filia regis duobus filiis, veneno vi-  
 tam finivit.

[XXXVII.] *Godefridi regis gesta summam per-  
 stringuntur.* — At Godefridus, cujus in equestri glo-  
 ria quantitatis exstiterit, pro clausula laudis, quia  
 superius plura relata sunt, ex præfati Balduini verbis  
 accipi poterit. Est autem idem comitis Hugonis ex  
 Reiteste filius. Qui dum Edesseno ducatu a post-  
 modum rege Balduino præfatur, jam dudum Tur-  
 corum manus, proh dolor! incidit, et multo tem-  
 pore clausus, Deo se protegente, vivens ab eorum  
 manibus evasit. Exstat vero ejus hujusmodi de eo,  
 verbis utique meis vestita sententia : « Festum sancti  
 Dionysii agebatur, rexque idem a quadam sua,  
 vocabulo Morocoria, civitate regrediebatur, et ecce  
 centum viginti Turci eidem insidiabantur, cum vi-  
 ginti eum tantummodo equites comitarentur. Quos  
 ubi, inquit, attendimus, remota formidine arma  
 corripimus; ipsi vero, quia repente ingruerant, fu-  
 gituros nos pro nostra paucitate putabant. At nos,  
 sumpto de expertis Dei adminiculis jugibus ausu,  
 superque ipsum spiritu innitentes, barbaros aggre-  
 dimur, tanta in eos cæde bacchamur, ut ex illis oc-  
 toginta cæsis, nonaginta pariter equos caperemus. »  
 Et post aliqua, vir isdem, cum irrisorie meminisset  
 eorum qui ab Antiochia fugerant, et qui Constanti-  
 nopolim legatione functi reditum distulerant, ad  
 animandos qui in Francia resederant Francos de  
 sua fortuna sic sequitur : Multum, ait, nos opu-  
 lenter nos habemus, et ut aliorum supersedeam  
 gazis, decem quibus solus principum castra, et ab-  
 batia una, marchas mihi pendunt annuatim mille  
 quingentas. Et si Deus arrideat urbem mihi cepisse  
 Calepam, centum mox meo habiturus sum sub jure  
 castella. Retrogradis, inquit, nolite credere qui nos  
 inedia fatiscere celebrant; scriptis potius meis cre-  
 dite. »

#### CAPUT XI.

[XXXVIII.] *De Balduino rege.* — Rex igitur Go-  
 defridus, ubi post vitam nobilem beatior futurus  
 excessit, Hierosolymitani nequaquam temperantiæ  
 D ejus ac serenitatis obliti, et degenerare verentes  
 ipsius germanum, ducem Edessenum, missis inter-  
 pretibus, ad regis jura compellant. Qui quidem in  
 ducatu, splendore se habuit, ut clypeum aureum  
 quovis iter agens, præ se ferri faceret, qui aquilam  
 expressam in se haberet. Erat autem schematis Ar-  
 golicum. Morem enim gentilibus gerens, hucusque  
 togatus incesserat, barbam reniserat, sese adoran-  
 tibus flectebatur, solo tapetibus stratis vescebatur;  
 at si quod municipium vel urbem suæ ditionis in-  
 traret, ante ejus gradientis vehiculum, duorum ore  
 equitum gemina tuba perstreperet. Legationi ergo  
 obtemperans, Hierosolymam proficisci aggreditur.  
 Sed ubi contigua gentilitas, profecturi aucupata pro-  
 positum, contemplatur euntem, conscensis, aura

sibi incassum obsecundante, Liburnis, cum dux per ejusdem æquoris, satis mediocri comitatu, properaret arenas, ferventibus remis, rostrisque cavantibus undas, obviam se præbere concertans, littori classeni appellere maturabat. 450 At dux, omnium quæ fieri dextris quirent mortalibus. expers, mœroribus intimis pulsat Altissimum. et proponit ei quod subiturus obedienter erat, pro fide ejus tuenda, regni negotium, Et ecce, quæ mobilitate ferebantur aligera, naves, limacea morositate resistunt, et quo ampliorem tonsis salum verrentibus quisque nititur ad processum, tanto, spei suæ mutatione ridicula, studiosius prærotabantur ad puppes. Ita improborum fuso molimine, dux merita libertate potitus, de recipienda purpura evidens cœlitus sumpsit auspiciam. Illud me præterierat quod Pisanus antistes Daibertus, cum aliqua suæ plebis frequentia, episcopo quodam Apulo comite Hierosolymam jam cum Boemundo, et hoc ipso duce præcesserat.

*Regno capessito Balduinus Arabes coerceset.* — Primos suos post regna accepta procinctus, et intra sinus exercuisse perhibetur Arabicos. Ubi dum ad Sinai montis usque devexa procederet, reperit incultum, et Æthiopicis simile hominum genus. Quibus, pro agresti usu ac deformitate insolita, vitæ indulsit munus. Ibi in ecclesia quæ Sancti dicebatur Aaron oravit, ubi sua Deus cum patribus oracula celebravit et exercitus de Contradictionis fonte potavit. Ubi, quia Moyses in labiis distinxerat, nec Deum coram filiis Israel sanctificaverat, a terra eum Deus promissionis absentat. Et istic presbyteri illius mei titubavit opinio; non enim Sinai, sed mons Or dignoscitur esse, Petræ quondam Arabum conterminus urbi, ubi et Aaron hominem exiit, et aqua de intimo percussæ rupis emergit.

[XXXIX.] *Juge miraculum Hierosolymis de lumine divinitus accenso.* — In illa sancta Hierosolymorum civitate vetus quoddam miraculum inoleverat; quod vetus idecirco dixerim quia ex quo idem fieri cœperit, orbis fere Latinus ignorat. At nos conjiciendo perpendimus quia, postquam calcari ante hæc nostra tempora cœpit a gentibus, id pro suorum qui ibi degebant, per idve temporis conveniebant, annuerit Dominus; quod videlicet in ipso paschali Sabbato, sepulcri lampas Dominici videatur quotannis accensa divinitus. Erat autem id moris in urbe ut, circumitis pagani universorum ædibus, singularum focos usque ad favillas exstinguerent, et tanta id flebat ab ethnicis indagine, quantum idipsum putabatur fieri fidelium fraude, non fide. Cum ergo hoc modo Vulcanus eliminaretur ab oppido, ea hora qua nostræ religionis obsequium plebem catholicam solemnem resurrectionis atque baptismatum interesse mandat officio, vidisses per universam gentiles exercitibus mucronibus oberrare basilicam, mortemque nostrorum quibusque minari; cerneret fidei nostræ e regione cultores indigenas, gravi penes Deum mœrore torqueri, eos vero nil minus, quos de abditis mundi finibus orationis vota illo contraxerant vel

A causa miraculi, luminis omnes munus unimoda intentione precari. Nec tunc erat importuna dilatio quin desiderii æstuata petitio, alacri leniretur effectu. Audivi a personis, quæ illuc iere, senilibus, quod papyrus vel lichinus (nam utro utantur utriusque non novi) gentilis semel cujusdam sit theca sublatus, ferrumque remansit inane; sed, cœlitus labente miraculo, ex ferro lumen emersit. Dumque fraude virtutes cupit enervare supernas, didicit, « contra suam ipsarum naturam, Deo suo militare naturas. »

[XL.] *Ob peccata Christianorum amplius haud appareat.* — Anno ergo, ex quo rex præfatus suscepit sceptrum, sequenti, ejus fuisse traditur difficultas tanta miraculi ut vix imminente nocte orantium flentiumque potuissent vota compleri. Sermo præfati præsulis factus ad populum, de confessione sola licitat peccatorum. Rex et præsul resarciendis pacibus instant, si qua fidei honestatique non congrunt, corrigi promittuntur. Interea, argente negotio, tam enormium criminum ibi eo die est facta confessio, ut nisi pœnitudo succederet, digne fieri videretur luminis, sancti, ablata dilatione, sublatio. Cujus tamen etiam tunc, post correptionem, non remoratur accensio. At altero posthac anno, ubi ad eam ventum est horam qua sepulcrum gloriosum flamma cœlestis efficeret, universorum penitus vota suspiciant, Græcis igitur ac Syris, Armeniis pariter ac Latinis, quibusque per suarum linguarum idiomata, Deum ac ejus convocantibus sanctos; rege, proceribus, et populo, pœnitentia cordiumque rugitibus prosequentibus clericos; misero omnes exulcerabantur affectu, quod ea urbe jam a Christianis obienta, inibi contingebant quæ nunquam evenisse sub paganis audierant.

Interim Fulcherius Carnotensis, assumpto sibi patriarchæ Daiberti capellano, in montem proficiscitur Oliveti? Ibi enim suboriri Dei lucerna solebat, si quando Hierosolymis non aderat. Sed reversis, et nil gratum ad præstolantis ecclesiæ referentibus aures, orationes a diversis geminantur ad populum, non tamen quæ ægros foveant, sed incentivæ lugentium. Ea dies, re infecta, universos in sua recta remisit; nox gemina irruit, acrisque mœstitia generaliter omnium pectora torsit. In crastino deliberant ut ad templum usque Domini, debito cum mœrore procedant. Ierant, gaudii prorsus Paschalis immemores, dum nullus habitu differt a die Parasceves, cum ecce ab ædituis ecclesiæ post euntium terga concinitur quia sacri monumenti lampas accenditur. Quid 451 immorer? Tanto eo die gratia, aucto suæ ubertatis ex dilatione successu, emicuit, ut illa Dei claritas non quidem simul, sed vicissim, intra sepulcri ecclesiam, lampades ferme quinquaginta tetigerit. Hæc non modo inter sacra contigere mysteria, verum cum peractis officiis rex pranderet in aula, cogitur frequentibus nuntiis ad nova videnda lumina rejecta consurgere mensa. Dici non potest quibus convaluerit mœror ille solatiis, cum eo die, quod

um præsumperat, intra eandem urbem, in A  
Domini, coronari rex ipse consenserit, ob  
avorem muneris.

.] *Franci patriam repelentes a Turcis truci-*

— Igitur Franci, qui sacram suis redeme-  
-uoribus urbem, cum ad dulce solum, visuri  
s, filios ac uxores, redire gestirent, qua ve-  
per mediterranea scilicet, fisis forsitan numero  
acia, repedare deliberant. Cunque per Nicææ  
ridem cœperant fines prætergredi libere co-  
Turci, quos urbe reddita inibi prædiximus,  
idos aliquando Francis, ab imperatore repo-  
obvios eis acri manu se exhibent, et ut pre-  
ille meus, nisi falso, fatetur, immani centum  
ligladiatione trucidant. Sed in tanti expres-  
numeri vereor virum falli, quia eum alias B  
æquo promptiorem in supputationibus con-  
aberi, verbi gratia, eos qui Hierosolymam  
i sunt, sexagies ceutena millia audet ipse

Cui sufficientiæ miror si omnium Cisalpina-  
-rtium, imo totius Occidentis regna valerent,  
ciamus indubie quod in primo pro mœnibus  
congressu, vix equestres integre apparatus  
ium centum millia fuisse tradantur. Et si de  
ane agat, eosque sub hac forte percenseat,  
otum quidem eundi fecerint, sed per diversas  
aversum provincias, terra et mari, morbo fa-  
, defecerint, nec sic profecto tantæ hominum  
iti supplendæ suffecerint. Francis ergo, ut di-  
est, ferali cæde prostratis, plerique supersti- C  
-ebus Jerusalem revertuntur amissis. Quibus  
ssimus rex et valde condoluit, et beneficia  
a contulit, et reditum ad patriam pelagi eve-  
suasit.

## CAPUT XII.

1.] *Turci debellantur ab Jerosolymorum rege.*

babylonicus princeps, non tam de Jerosolymo-  
-missione, quam de Francorum qui inibi dese-  
-contiguitate confectus, crebris aggreditur  
tionibus regem pulsare novum, et per Accha-  
-vitatibus portum frequentiore moliebatur in-  
1. Accharon autem Robertus Northmanno-  
-comes obsederat, dum Jerosolymæ obsidendæ  
i exercitus properat; sed dux eum Godefri-  
-ructuosioris negotii contemplatione, diduxe-  
-abylonicus itaque missis ingentibus copiis,  
Christianum bello lacessit. Qui suo humili  
cui a Domino dicitur: « Noli timere (*Luc.*  
) » conflat, et aciebus, ut poterat, distribu-  
-ofanos impetiit, et nec mora, veluti pecuaria  
cædendo, non aliter quam rapidissimus pul-  
-turbo dispersit. Secundo novem militum  
miserat, quibus Æthiopicorum peditum ad  
fere viginti, manus gregaria, suberat. Quorum  
ui rex pius equitum, peditum, vix mille coe-  
-et tamen, septem agminibus exinde disposi-  
-eorum confertissimas plalanges magnanti-  
-uritate se fudit. Ubi princeps idem, quemdam  
s equitem gentilium conspicatus, tanto ad-

nisu virtutis irrupit, ut pectori ipsius telo transpo-  
-sito vexillum quod telo inerat pariter inferret,  
exemptaque hasta a vulnere vexillum teneretur in  
pectore. Qua sui suorumque animositate hostes  
conterriti primo cesserunt; sed pro numero ac vi-  
ribus, redeunte ipsis audacia, nostris unanimiter  
ingruunt, et de fuga cogitare compellunt.

Hoc sibi infortunii accidisse ad id non sine pru-  
-dentia retulere, quod nequaquam huic tanto nego-  
-tio præsto crucem Dominicam habuere. Crucem  
autem ipsam, ut ferunt, cum abditis quibusdam  
lateret, uti pridem lancea, locis, Syro quodam,  
nescio, an Armenio, indice repererunt. Tali ergo  
castigationes effecti, non tam damno quam cœptæ  
victoriæ nævo, cum Babylonici principis prioribus  
non impares copiæ sese tertio obtulissent, rex opti-  
-mus, qua valuit frequentia, sed ex Deo securior,  
occurrit, et pro facultate locatis ordinibus tanta  
animorum vehementia hinc indeque concurrunt,  
tanto, licet valde impari, carnificio pars utraque  
conciditur, ut ex gentili agmine sex millia, ex Fran-  
-cis centum milites sternerentur. Et quia non aqui-  
-larum, non draconum insigniri superbiis curave-  
-runt, sed humilis Crucifixi opprobrium, sibi cru-  
-cem videlicet prætulere victores illico lauda-  
-tissime existentes, terga eos dedere compulerunt.

[XLIII.] *Franci Cæsaream obsident ac expugnant.*

— His ita probe, ut decebat, explosis, e vestigio quo  
-numerosiorem potuit conflatur exercitum, et Cæsa-  
-ream Palæstinorum eximiam, non contuitu millium,  
sed spe potius virium obsidione præcingit. Accelera-  
-tur itaque fabrica machinarum, multiplex circum  
-muros ballista porrigitur. Quod arietem vocitant, a  
-fronte ferrata trabes inducitur. Comparata mœni-  
-bus castra phalarum, sed 459 non una procedunt,  
et, murorum propugnaculis assistentes, non solum  
-variorum imbre missilium Sarracenos illapidant,  
sed etiam collatis mucronibus aliquando trucidant.  
Fervere ibi cerneret maximis tormenta lapidibus,  
et non modo parietem muri vexare forasticum,  
verum procera acrimo molibus ictuum civitatis ir-  
-ritare palatia. Pulsare quam sæpius ædes ac mœnia  
-saxis omiserant, et cum liquore plumbeo ferri can-  
-dentis offulas, ut conflagretur oppidum, armenta  
-recussa dispergunt. Interea aries muris illiditur, et  
-dum inferius foramen affectat, universa circumpo-  
-siti munimenti soliditas fatiscendo laxatur. Dum  
-ergo Franci nituntur ad intima, et studium læsionis  
-Sarracenos impellit ad extera, cædes agebant mu-  
-tuas. Ubi etiam machinæ iactura cadentis, plurima  
-de nece nostrorum, animos diversæ partis exsusci-  
-tat. Sarraceni namque, cum sint in expositis acie-  
-bus inertes, intra præsidia mira sunt sagacitate  
-rebelles.

Igitur die obsidionis vicesima, cum rex fretus ju-  
-ventute lectissima oppidanos graviter urgeret, e ma-  
-china muro repente insilit. Post ipsum miles irruit,  
-hostem fugacem disjicit. Francis itaque regem tota  
-alacritate sequentibus, per urbem infinita turba pe-



rimitur, nemini parcitur, nisi quod puellaris ad obsequium inventa servatur. Passim gaza disquiritur, et non modo arca, verum Sarraceni tacentis gula discutitur; fauces enim quæ glutierant Byzantea, pugno succutiente, rejiciunt, et quæ officia eis locis indebita usurparant, auri frustra seminarum puerperia fundunt. Nec mora, captæ civitati Francorum colonia illic habitatura, dimittitur. Non multo post Accharon aggreditur, et diuturnis moliminibus fatigatam, proprio sub jure coercet. Plures etiam postmodum alias cepisse dignoscitur urbes; sed ita meditullio rabadæ illius gentilitatis intersitas, ut vix aliquid tutum nostrorum inibi liceat cogitare coloniis [al., colonias.] Sarracenos tamen bella continua crebris adeo victoriis contemptibiles Christianis militibus reddidere, ut anno præterito mirum quiddam cognoverimus evenisse.

#### CAPUT XIII.

[XLIV.] Miles quidam protervius quam debuerat contra regem sese habuerat, quem rex ipse Tiberiadi civitati præferat. Rex ergo citatus ob insolentiam hominis ira, jussit eum a suæ ditionis terra recedere. Qui cum duobus equitibus, dum abire properaret, armigeris totidem comitatus, maximas subito copias gentilitatis offendit. Qui, suo diffidens numero, ad Deum vero utcumque respectans, concisa camisia, quam subuculam dicunt, hastæ pro vexillo apposuit, itidemque socios facere jussit. Fecerunt, et clamore sublato, sonipedes calcaribus urgent, obviosque feruntur in hostes. Qui terribi repentinis ausibus, dum æstimant quod quasi prævios sequerentur multæ cohortes, fugam ineunt, seque tribus illis cædendos exponunt. Plurimi perimuntur, plusquam ferre sufficiant spolia rapiuntur. Quo eventu ille secundo compungitur, Deoque gratulabundus rediens, regi prosternitur, ei obediturum deinceps fideliter pollicetur.

[XLV.] *Pecuniæ ad solvenda militibus stipendia mirabiliter reperiuntur.* — Aliquando idem rex pecuniæ grandi angustabatur inopia, ut etiam deessent menstrua quæ militibus debebantur stipendia, cum ecce se eis munifica mirabiliter præbuit divina clementia. In tantum namque jam vexabantur, ut eum satellites ac milites deserere meditarentur. Cum ecce, Joppitæ juvenes cum lavandi, imo ludendi gratia haud procul a maris littore mergerentur, reperiunt quædam die in ipso arenarum salique confligio, manticas magnis auri ponderibus plenas, quas amiserant Venetii, quos ibi constiterat fregisse carinas. Quæ regi delatæ, cunctis miraculum ineffabile regi pene desperato et novæ Christianitati præbuere solatium.

[XLVI.] *Cur uxorem rex repudiarit.* — Sed quoniam calumniæ patere dignoscitur, quia uxori dicitur dedisse repudium, causa sic traditur. Mulier ipsa ex optimis terræ oriunda gentilibus, postmaritum ipso jubente Hierosolymam tendens, ad portum usque Sancti Simeonis, marina evectio, devenerat. Qua in celeriore ibi translata carinam, dum cursum suum expedire nititur, in insulam quamdam barba-

ricam flaminum importunitate defertur. Quam idem insulani corripunt, quemdam ejus comitiæ episcopum cum officialibus cædunt, diu ipsam detentam postmodum abire permittunt. Quæ cum ad virum venisset, incontinentiam ethnicam rex ipse habens non sine ratione suspectam, a toro proprio prorsus abstentam, mutato habitu, posuit eam cum monachabus aliis apud beatam Matrem Dei Virginis Matris Annam. Ipse vero gaudet vivere cœlebs, quia non est ei colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed contra mundi rectores (*Ephes.* vi, 12).

[XLVII.] *Miles sagittis confossus et capitis obsecione martyrii palmam promeruit.* — Circa paschalem anni præteriti festivitatem, miles ille prælibatus, quem præfectum Tiberiadi diximus, cui victoria illa pro venerat, in quodam bello nostrorum parti minus accommode facti capitur, et in quamdam ipsorum gentilium urbem, ab ipsis vivus abducitur. Qui, cum sacrilega ~~453~~ inibi nescio quæ festa peragerent, exhibitum præfatum equitem, de propriæ gratia fidei diffidenda abjurandaque compellant. At is, digna sibi admodum animi obfirmatione tantæ nefas abusionis abiciens, penitus vel audire perhorruit. Nec mora, vir ille, cum omni jam nominandus favore, corripitur. Alligatus stipiti, ut ferunt, campo medio sistitur, ac numeroso sagittarum undique grandine terebratur. Inde exempto vertex a capite serra dividitur, idemque, in modum poculi, regi Damasceno, a quo hæc gerebantur, ad terrorem nostrorum quasi exinde bibituro conficitur. Qui, sub infractæ voto confessionis occumbens, ex prædicato milite prædicandum in sæcula martyrem fecit. Isdem Germanus vocabatur, apud castrum Basilicas pagi Suesionici nobiliter oriundus.

#### CAPUT XIV.

[XLVIII.] *Quæ retulit Guibertus, a viris sinceritate fideque præditis accepit.* — Hæc hactenus, Deo favente, digesta a viris omnimoda præditis sinceritate comperimus. Qui si uspiam, aliorum secuti opiniones, falsi sumus, studio nequaquam fallendi id fecimus. Gratias agimus Deo, civitatis illius sanctæ, per nostrorum studia, Redemptori. Ipse namque eadem cum obsideri cœpisset, cuidam in Bethania consistenti anachoritæ, uti pro certo nobis relatum est, revelavit civitatem quidem illam instantius obsidendam, solo autem die Parasceves invadendam, hora vero qua Christus cruci illatus est capiendam, ut se esse ostenderet qui eam denuo a suis æruinis, membrorum suorum dolore, redimeret. Hæc vir isdem, accitis quibusdam nostræ partis principibus, indicavit, quæ omnia modus urbis captæ probavit. Gratias itidem Deo, qui sua facta, suo Spiritu, ore nostro composuit.

Cæterum, si quidpiam ab his minus quæ assolet Julius Cæsar cum Hircio Pansa, in Historia Gallici, Hispanici, Pharsalici, Alexandrini Numidique belli, diligenter putabitur explicatum, nimirum perpendi debet eosdem ipsos qui fecerint et qui scripserint bellis interfuisse. Unde fit ut ab eorum relatis



nihil excipatur, quæ generaliter specialiterque sunt acta ; quot hic millia, quot e regione fuerunt, qui prætores, qui legati huic distindendæ manui, qui duces, qui aliunde principes præfuerunt, quid equitatus, quid levis armatura peregerit, quot spiculis scuta trajecta, et ut eorum proprie verbis utar, « postquam consules, aut pro consulibus cecinerunt receptui, » quot dirempto prælio sint desiderati, quot saucii. Nos qui hæc scribimus, sicut alia professio detinet, et rerum visio nullam præbet audaciam, in referendo audita censuimus aliquoties etiam parsum iri. Ex Julianorum disciplina quiritum, legionarii milites, turmæ, manipuli et cohortes pro suis quique cogebantur, signis assistere, propter opportuna loca, non secus ac oppida vel urbes, castra vallo turribusque præcingere, ubi acierum productio immine-

*Deus ergo tandem pio labori limes assistat. Amen.*

EXPLICIT LIBER VIII GESTORUM DEI PER FRANCOS.

## LIBER NONUS, AB ALIO EDITUS AUCTORE.

*De Balduino rege, Pacem init cum imperatore Babylonico.* — Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo duodecimo, rex Balduinus sæpenu-  
mero hostibus lacessitis multas Ascalonicensium strages dederat ; sed quoniam, quæ largirentur peregrinæ militiæ, donativa defecerant, ne rerum præclare gestarum facies mutaretur nimium verebatur, de suspendenda necessitudine, sagaci intentione pertractat, adhibito propensiori principum consilio. Non parva namque legatio Sarracenorum, causa expostulandæ pacis, ea tempestate Hierosolymis convenerat. Unde justam ratus, quam a barbaris rogabatur, belli omissionem, directæ legationi ut utraque pars opportuno conveniat loco indicit, « æquum in regnorum finibus tractare de fœdere pacis » existimans. Regressi nuntii principem suum mandatis instruunt : placent delatæ pactiones, denuntiata præstolatur dies. Qua adventante, designatus ab utrisque principibus aditur locus. Nec modica nostrarum partium cum Christianissimo rege accessit frequentia ; Gentis vero profanæ cum suo admiraviso immanis emersit populositas. Non valde procul, e regione his et illis consistentibus, barbarus regi Hierosolymitano per interpretes mandat ut quas velit pactiones edicat, se quoque omnimodis exsecuturum. Tum vero Rex : « Pro suo, inquit, ritu, virum satis censorium audivimus et malle occidi, quam prodere jus datæ securitatis. De com-  
meatibus mercatorumque mercibus terra marique tuendis, de lignorum vectatoribus non inquietandis, de nocturnis frequentibusque latrocinii vetandis, de diffundenda passim pace, fidem ac securitatem suo ritu vel more confirmet ; et cum ipsis nos eas-  
dem sponsiones sacramento firmaverimus, vindictam cœlestem ei qui fœdus corruerit impre-  
cabimur. » Quo dicto, favor utrobique tollitur, statimque principes mutis sese recipere colloquiis.  
*Urbem Hierosolymam imperator ipse fraudulenter invisit.* — Ubi jam majoris fiduciæ apud regem barbarus aditum invenit : « Quoniam, inquit, armis abjectis bellorum causas interdum exemimus, multa mihi accessit Hierosolymam videndi libido, quia, ex eo tempore quo eam expugnati a Francis amisimus, meliori statu reformatam audivimus. Cum quantislibet sociis infra urbem admitti deosco. Illam tantum videam, et vidisse, satis mihi factum pensabo. « Nec renuit rex, quippe quem dolosi fraudulencia hominis latebat. Tota regreditur Ascalonem barbarorum manus. Admiravimus perpaucis retentis, regem usque Hierosolymam comitatur. Ea interim die siluerunt. In crastinum, sub honoris obtentu quisbusdam nostrorum proceribus vallatus, non modo spectaturus, verum exploraturus urbem procedit. Ubi templa vel ecclesias fulgentes, eversa suorum antiqua delubra, destructas aras, statum urbis more Christiano immutatum vidit, felle de nimio lacrymasse perhibetur. Nostri quidem, qui nihil mali de viro suspicabantur, ejusmodi fletum pietatem æstimavere. Demum ad regem : « Non, inquit, delatus vestræ gloriæ nos delusit rumor, cum potiora quam audieram ipse modo oculis usurpaverim. Plane profiteor, quanquam nostræ parti derogare videar, multo quam nostris temporibus, urbem nunc feliciora obtinere incrementa. At nos munificentiæ vestræ respondentem, huic satis cooperabimur gloriæ. Opes advectare Babylonicas

mercatores eis per mare direximus, quas satis tenni A pretio distrahendas huic urbi inferemus: quarum copiosa varietate quo amplius indigetis, eo vobis perpetuo profuturas noveritis. » Dixerat, et regis munitus stipatoribus, ad sua usque reducitur.

*Regi Hierosolymæ struuntur insidiæ.* — Nec cunctatus, libellis transmissis principem Babylonis per internuntios adoritur: « Cum vestræ sublimitatis nomen, delatum ubique terrarum, tot gentibus terro- B rori incumbat, quod Christiani advenæ regni vestri fines mutilaverint, æterno subjacet pudori. Ecce pars maxima Babylonici imperii, externis subacta legibus, antiquis ritibus numinum sacris, luxu et voluptate qua uti solebamus vacat. Vereor iratos deos, nec Mathomum velle patrocinari. Quod si viribus armisque resumtis Christianos a terra et urbibus arcere volueritis, et dii vos exaudient, et Mathomus opitulabitur. Ferte opem, armis camelos onerate, armatorum nihilominus quotlibet millia dirigite. Biennales a rege Hierosolymitano inducias obtinuimus, urbem ipsam immunitam, levis viros armaturæ, fusos auxiliarios vidimus. Opum vestra- rum munera mercatumque illi repromisimus, ut erga nos in nullo suspectos eos redderemus. Si pro- mercibus, armorum sarcinas illis direxeritis, facilis apud vos erit ipsius jactura urbis. » His acceptis, tyrannus spe dictorum animabatur. Mirareris deni- que militum audaciam, armorum quantitatem vari- umque fulgorem, armentorum victualiumque infi- nitatem, auri cæterarumque opum immensitatem; quæ omnia mature parata navibus imponuntur, nec multo post Ascalonam exponuntur.

*Deleguntur ac dissolvuntur insidiæ regis paratæ.* — Demum cum dies transmittendi negotii repromissus instaret, mittit ad regem tyrannus, et ad conducen- das merces, quemlibet a latere regis expostulat. Sed eo tempore rex apud Cavas castrum, in Arabia situm, concesserat. Hoc non valde procul a Sina monte ad regionem tuendam construxerat; nam et eo usque regnum dilataverat. Denique procurandorum regalium dum rex abesset, vir quidam fidelis- C simus, et vigilantis ingenii, Hierosolymis officio fungebatur; cujus purum nomen ignorantes, qua nescio occasione Mathonium agnominari comperi- mus. Hic, aliquando a Christianis captus adolescens baptismumque adeptus, ut corporis gratia, ita mor- alitate susceptæ professionis excreverat. Hunc ita- que potissimum cives angariaverunt, eo quod esset barbaræ linguæ peritissimus. Interea apud Sarrace- nos fraudulentia talis machinabatur, ut non milites eos qui advenerant, 455 sed negotiatores, non arma, sed venalia quis æstimare posset, ex quibus sarcinæ componuntur quingentæ. Quo perveniens Mathonius, officiose suscipitur, et neque conviviis eorum aut conciliis arcetur, utpote qui putabatur quod eorum non intelligeret sermones. Et dum sedulo, minus providis eorum conventiculis sese insuspectus inter- serit quos deliberarant, facile perpendit dolos.

(35) Hucusque ineditis.

Dissimulata tamen conscientia, mille homines cum quingentis sarcinis Hierosolymam duxit. Distribu- tisque singulis, quæ turri David contigua erant, ho- spitalibus, Mathonius in Arabiam, ubi rex moraba- tur, venit: « Sunt, inquit, Hierosolymis funestissimi mercatores, qui nobis non opum, sed armorum sar- cinas attulerunt. Et nisi cito subveniatis, futuram timeo eversionem et gentis et urbis. »

Omisso igitur rex negotio, ad urbem festinato regreditur, et commeatoribus evocatis, foro merces exponi jussit. Quod illi nullo modo fieri posse dice- bant, donec ii quos præcesserant vel socii vel do- mini venalium, adventarent, vehementerque resiste- bant. Mox autem rex, omnibus custodiæ mancipatis, reserari sarcinas fecit. Quid plura? Et fulgore et genere apparuerunt arma satis spectabilia; inter quæ etiam reperere classicum auro gemmisque et novitate operis insigne. « Hæc, ait rex, merci- monia et periculosa satis sunt et utilia. Periculosa, si preparato malo non resistimus, utilia, quia belli proderunt usibus. Super his igitur vobis ipsis con- sulite, o viri fortes. » Ad hæc Eustachius Cæsaræ comes, respondit: « His quamprimum productis, omnes damnate capitibus. Unum qui rei seriem declaret, reservate. » Quo facto, uni securitatem vitæ dederunt, si cuncta ex ordine pandat. Qui ait: « Ideo arma sarcinis inclusimus ut vos specie [al., spe] venalium deciperemus. Et ideo præcessimus, ut arte conscia turrem et portam contiguam exer- C citu venturo, noctu, vobis soporatis, aperiremus. Qui tamen ingressuri non erant, donec adveniente crepusculo, classicum sibi notum, de supremo turris audirent. Non autem cum impetu, sed sigillatim, ut pote inermes. Turris vero a quibusdam obtinenda, ab aliis quoque ad exitum vestrum statim hæc arma sumenda. » His auditis acceptoque consilio, Eusta- chius ait: « Hoc solum omni superest meditamento, ut nos illis eadem vicem referamus.

Igitur cum omnis barbarorum convenisset exerci- tus, irruente nocte circa urbem cum magno consedit silentio. Nostrorum autem pars maxima novis illo- rum (35) armis munita, portam observabat. At ubi illucescente a custodibus turris classicum illud inso- nuit, aperuere portam. Tunc lento introibant gradu, nec ab invicem impediabantur. Admisso certa sup- putatione millenario clausere portam, sublatoque tumultu profani truncabantur. Quod cum audissent forenses suos in nostrorum perniciem grassari cre- debant. Postquam vero sole fuso dies incanduit, sciens rex non esse tutum innumeris paucos occur- rere, cæsorum capita fundis ac balearibus torqueri, atque jactari jussit in castra, ut suorum terri- tibus ad fugam cogerentur. Quo facto tantus multi- tudinem invasit horror ut subito ab eis omnium re- rum memoria præter fugam recederet, lucrumque putarent si vel equis conscensis elaberentur. Qui- bus fugientibus, nostrisque sequentibus, tanta ex-

aganorum mortificatio ut usque Ascalonem A quantas de tentoriis Babyloniæ opes nostri sustulere. Hanc suis Christus inimicis confusionem, hanc suis fidelibus contulit victoriam, cum et illos dejicere voluit in laqueum quem tetenderant, et hos a malis conservare quæ non promeruerant.

FINIS

**VEN. GUIBERTI**  
**DE VITA SUA SIVE MONODIARUM**  
**LIBRI TRES.**

**LIBER PRIMUS.**

In quo potissimum de ipsius vita agitur.

**CAPUT PRIMUM.**

*Deflet trium statuum vitæ suæ peccata.* — Complitudini tuæ, Deus, infinitorum errorum meo-  
cursus, et creberrimos ad miserationis internæ,  
umen inspirasti, recursus. Consteor pueritiæ  
ntutis meæ mala, adhuc etiam in matura hac  
æstuantia, et inveterata pravitalum studia,  
n sub defatigati corporis torpore cessantia.  
s, Domine, perseverantissimarum impurita-  
tearum recorder, et qualiter pro eisdem com-  
semper donaveris reminiscor, patientissima  
me viscera, supra quam cogitari possit, ad-

Si compunctio et orationis affectus nequa-  
sine tua spiritali infusione habentur, quomodo  
gnanter illabi peccatorum pectoribus pateris,  
sis a te, imo te irritantibus, tantam gratiam  
ris? Tu scis, paternitas magna nimis, quam  
ita adversus eos qui offensam nostram inci-  
orda gerimus, et iis qui semel aut pluraliter  
aut vultus, aut verba tulerunt, quam ægre  
mus.

non modo pius, at vero ipsa pietas, imo  
igo. Qui cum generalissime progrediaris ad  
nonne singulis poteris esse sufficiens?  
? Cum mundus in Dei ignorantia positus  
um in tenebris ac mortis umbra versaretur,  
cte suum peragente cursum silentium com-  
tenderet, cujus merito, cujus voce potuit com-

Sermo omnipotens tuus, ut a regali sede  
? (*Sap. xviii, 14, 15.*) Et qui universæ huma-  
negligentia quin misereris tunc obstrui non  
s, mirum non si erga unum quamvis enor-  
peccatorem miserabundus existas. Non possum  
quod facilius singulis miserearis, quam om-  
cum utrobique tibi constet in nullo claudas  
tud] facilitas, facili enim facilius quidpiam  
te non est. Fons cum sis, et (25) cum quod

B emanans omnibus debeas, plane quod omnium est  
singulis non præcludis.

Semper ergo peccans, et inter peccandum semper  
ad te rediens, an pii fugax, piusve deserens, cum  
ad pietatem recurrero, perlet pietas quod est, et  
etiam offensionem multiplici obruta, invenietur inso-  
lens? Nonne tibi dicitur quia non continebis in ira  
tua misericordias tuas? (*Psal. lxxvi, 10.*) Has non  
modo in præsentia, sed in æternum futuras idem can-  
tat. Tu scis quia non ideo pecco quod te misericor-  
dem sentio, sed secure profiteor te ideo misericordem  
dici, quod sis veniam postulantis præsto. Non  
te miserante abutor (26), quoties per peccandi ne-  
cessitatem peccare compellor, verum profana nimis  
esset abusio, si, quia perfacilis post peccatum ad te  
est reditus, semper me peccandi delecte excessus.  
Pecco siquidem, sed, ratione 457 recepta, in affe-  
ctum cordis transisse me pœnitet, tamque sterco-  
rosis cophinis mens graviter invita succumbit.

Sed inter has quotidianas ægritudines qualiscun-  
que resurrectionis a lapsu quid facerem? Multo sa-  
nius nonne est in te ad tempus eniti, in te vel  
momentaneæ respirare, quam prorsus non memi-  
nisse remedii et de gratia desperare? Et quid est  
desperare, nisi in omni flagitii volutabrum sese ex  
deliberatione projicere? Ubi enim carni jam nulla-  
tenus spiritus reluctatur, et infelicis animæ substan-  
tia voluptatum dispendio profligatur. Is est qui  
aquarum tempestate demergitur, profundo sorbetur,  
ad reprobi cumulum sensus os desuper putei per-  
urgetur.

Dum ergo, Deus bone, post has interioris mei  
hominis temulentias ad te respisco, sin alias pro-  
ficio, saltem interim nequaquam a mei cognitione  
deficio. Quomodo enim ad tui notitiam scintillarem,  
si ad me videndum cæcutirem? Si plane, juxta  
Jeremiam, vir sum videns paupertatem meam

(*Thren.* iii, 1); consequens est ut eâ quibus illa suppleatur egestas, solerter exquiram. Et e diverso, si non sciero quid sit bonum, unde malum vel nosse, nedum execrari potero? Si pulchritudinem non noverim, nunquam fœditatem horreo. Quia igitur utrumque constat, ut per mei notitiam tuam petam, et fruens tua, illico mea non caream, dignum ac singulariter salutare est ut obscuritas rationis meæ per hujusmodi confessiones crebra tui luminis inquisitione tergatur, quo stabiliter illustrata, nunquam deinceps a se nesciatur.

## CAPUT II.

*Beneficia sibi a Deo collata memorat; deque ipsius gratias agit.* — Est itaque primum confiteri tibi quæ mihi contuleris beneficia, ut perpendant qui hæc lecturi sint famuli tui, Deus, quam sit crudelis ingratitude mea. Si enim non alia quam quæ cæteris impartiris hominibus mihi præbuissem, nonne ea quæ mereri potueram transcendisses? Addidisti plurima quæ ex tuo prædicabilia sunt, nil autem ex meo, et alia quibus supersedendum censeo. Si enim genus, opes et forma, ut cætera si qua sunt taceam, te, Domine, auctore dantur, nulla apud bonos laude feruntur, nisi cum, ab his quibus a te data sunt, sub regula honestatis arcentur, aut prorsus contemptibilia pro suæ vitio mutabilitatis habentur. Quid enim ad me de his quæ solas suis coloribus atque nominibus causas lasciviæ superbiæque ministrant; quæ sic media sunt, ut pro mentium habitu circumferri ad bonum malumque queant; quæ tanto sunt flexibilitati addita quanto pro sui transibilitate suspecta? Super quibus si alia ratio non occurreret, illa satis esset, quod neque genus neque speciem quis suam elaboravit, et in his specialiter non habet quod non acceperit.

Sunt alia quædam quibus adipiscendis humana aliquando studia cooperari possunt, uti sunt opes, uti ingenia, teste Salomone: « Ferrum, inquit, cum retusum fuerit, multo labore exacuatur (*Eccl.* x, 10). » Quod totum et ipsum etiam ex facili assertionem cassatur, quia nisi rationem lux, quæ illuminat omnem hominem in hunc mundum venientem (*Joan.* i, 9) imbuat, et fores doctrinarum Christi scientiæ clavis aperiat, nulli dubium quod omnis magister auribus stolidis vanum certamen impendat. Ergo prudens quisque quidquam sibi præter peccatum arrogare desipiat.

*Guiberti mater pulchra et virtutibus ornata* — Sed his omissis, rem cœptam repetamus. Dixeram, pie et sancte, quod de tuis tibi beneficiis gratularer. Primum potissimumque itaque gratias ago quod pulchram, sed castam, modestam mihi matrem, timoratissimamque contuleris. Pulchram profecto satis sæculariter ac inepte protuleram, nisi certæ [*f.*, certe] castitatis severissima fronte hoc nomen inane firmassem. Sicut sane in omnino pauperibus jejunia videntur extortitia, quibus non suppetunt ciborum suffragia, et ideo minus laudabilia; frugalitas autem divitum pro sua habet copia pretium, sic

A forma quanto appetibilior, si contra lenocinia durerit, tanto omnimodæ titulo laudis evectior. Sallustius Crispus nisi solam sine moribus pulchritudinem laudi duxisset, nunquam de Aurelia Orestilla dixisset: « In qua, ait, præter formam nil unquam bonus laudavit. » Si formam ejus, quam excipit, a bono laudari asserit, quia tamen in cæteris omnibus turpem dicit, secure pro Sallustio loquor sic sensisse, cœu diceret, digne dote naturæ a Deo approbati, licet eam constet adjectivis quibuslibet impuritatibus impiari. Laudatur itaque in idolo cujuslibet materiei partibus propriis forma conveniens, et licet idolum ab Apostolo, quantum spectat ad fidem, nil appelletur (*I Cor.* viii, 4), nec quidpiam profanum habeatur, tamen illa membrorum apta diductio non abs re laudatur.

*Pulchritudo extollenda.* — Et certe quamvis momentanea pulchritudo sit sanguinum instabilitate vertibilis, secundum consuetum imaginarii boni modum, bona negari non potest. Si enim quidquid æternaliter a Deo institutum est, pulchrum est, omne illud quod temporaliter speciosum est, æternæ illius speciei quasi speculum est. « Invisibilia enim Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, » ait Apostolus (*Rom.* i, 20). Angeli quoque hominum conspectibus 450 se præbentes, vultus semper attulere clarissimos. Unde uxor Manue: « Venit, inquit, vir Dei ad me angelicum habens vultum (*Jud.* xiii, 6). » Inde e diverso dæmones, qui, juxta primi Petri vocem, « sub caligine ad diem magni judicii reservantur (*II Petr.* ii, 17; *Jud.* 12), » vultibus solent apparere teterrimis, non cum se fallaciter transfigurant in angelos lucis (*I Cor.* xi, 14), » nec id plane injuria, utpote qui concivium nobilium descivere a gloria.

Ad hoc etiam nostra electorum corporis claritati Christi configuranda dicuntur (*Phil.* iii, 21), ut fœditas, quæ casu seu naturali corruptione contrahitur, ad regulam transfigurati in monte Dei Filii corrigatur. Si igitur interna exemplaria pulchra et bona sunt, quicumque prætendunt imaginem, maxime cum ab eorum ordine non discrepant, unde pulchra, inde et bona sunt. Nempe et ipse B. Augustinus in libro, ni fallor, De doctrina Christiana dixisse recolitur: « Quod is qui pulchrum habet corpus et turpem animam, magis lugendus est quam si fœdum haberet et corpus. » Si ergo species jure vitiosa lugetur, profecto indubie bona res est, quæ pravitatis alienjus ammissione corrumpitur, aut tenore honestatis augetur.

*Gesta matris laudibus prosequitur.* — Gratias igitur tibi, Deus, qui præstillaveras decori ejus virtutem; illius enim habitudinis gravitas totius vanitatis poterat insinuare contemptum, oculorum namque pondus, raritas eloquendi ac faciei motuum difficultas, minime levitatibus intuentium obsecundat. Tu scis, Omnipotens, tanquam primævo ipsius tui nominis indidisti metum, tanquam adversus omnia lenocinia animi rebellionem. Nota quod vix aut nusquam

nagnæ professionis feminas reperitur, quando se tuo dono continens, tantum incontinenti fuit parca detrahere. Et cum ab exteris aut ticiis aliquoties hujusmodi fabula notaretur, verti, ipsa absistere, et tali sic susurrio irritæ si sua ipsius persona pariter carperetur. Deus, tu nosti quod non me cogit ad hæc idæ privatus, utpote matris amor, sed rem plusquam meorum verborum efficientia possit: cum cæteros generis mei aut animales et Deos, aut efferos armis et cædium reos, multum os fieri a te, nisi granditer, ut assoles, eorum paris, extorres. Sed de vita ejus opportunior n in hoc opere sese locus aperiet, jam accedat nostra.

## CAPUT III.

hac, inquam, uti credo et spero, verissima omnium quos genuit ipsa, deterrimo tribuisti Proles ejus bifariam postrema fui, decedentim sub spe meliore germanis, ego vita omnidesperatione supersum. In his adhuc mihi malis, ut ejus merito, post Jesum et Jesum sanctosque ejus, spes salvationis universa est. Scio nempe, nec discredere fas est, ut sicut sæculo posita charius habuit, clarius coluit (erga extreme natos matres affectuosius agunt) magis ræsens non negligit. Ignis plane [scilicet, plena] a juventute fuerat in Sion, cum ne dormo quidem, nedum vigilando, sollicitudo mei animo cessabat. At nunc morte sibi obita, itio carnis abrupto, scio in Hierusalem potentiam dici queat fervere caminum, præsertim lic Deo plena, meas in quibus volvor miserias noeret, et tanto mihi aberranti, licet felix, in, quanto a suis quæ toties ingeminabat moni-ribus atque vestigiis me exorbitare considerat. et Domine Deus, qui ex hac non fallaciter, re bona mihi qualiter et quantum nosti malum tribuisti, spem quoque in ejus mihi merito isti, quam tamen nullatenus habere præsumens ad te ex mei timore peccati, aliquantisper a gratia respirarem. Induxisti pariter et mi-ordi meo nescio si spem ut similitudinem quod videlicet sacrosancto, supereminenti et anis omnibus exoptatissimo die nasci mihi et i etiam indulsisti. Totam ferme Quadragesimam sub nimii doloris insolentia parturiens mater at (quos etiam angores mihi devio, et lubrica tanti, toties impropere solebat) tandem te Sabbatum, vigilia scilicet Paschalis emicuit. *ves cruciatus in illius partu pertulit mater. B. nis servitio mancipatur. Recens natus quam corpore fuit.* — Diutinis ergo cruciatibus agit hora propinquantæ tortionibus augmentatis, n partum nataliter [scilicet, naturaliter] putaretur. m, magis sursum ad ejus præcordia retorquem am patrem, amicos ac parentes funestus super te mœror obriverat, quia dum matri mortem accelerat, prolis similiter exitium, dum ei

PATROL. CLVI.

A negatur exitus, compassionis omnibus materia afferebat. Dies erat quo, præter solemne, quod singulariter et suo tempore celebratur officium, quæ pro familiaribus actitari solent officia non fiebant. Igitur ex necessitate censilium, et ad Dominicæ Matris altare concurritur, et ad eam quæ sola sive etiam Virgo semper futura pepererat, hujusmodi vota promuntur ac oblationis vice id muneris piæ Dominæ aræ imponitur, quod videlicet si partus ille cessisset in masculum, Deo et sibi obsecuturus clericatui traderetur: sin deterior, professioni congruæ mandaretur. **459** Nec mora languidulum quidam instar abortitionis [*lege* abortionis] effunditur, et quod fusum erat ad tempus, ut par erat abjectissimo, de absoluta solum matre gaudetur. Erat illius homunculi recens editi adeo miseranda exilitas, ut cadaveruli extemporaliter nati species putaretur; in tantum, ut Iduato ferme Aprili, junci, qui in ea oriuntur regione pertennes, digitulis apponerentur, ut corpulentiores viderentur. Ea ipsa die dum salutifero fonti inferrer, mulier quædam, quod mihi puero et [scilicet, etiam] jam adolescenti sæpenumero joci causa relatum est, de manu rotabat in manum me transferens: Huncce victurum putatis, quem prope natura deficiens emembrem edidit, et magis lineamenti quid simile quam corpus dedit?

Quæ omnia, Creator meus, hujus mei, quo vivere videor status, portenta fuere. Nunquid tui, Domine, servitii in me reperiri potuit veritas? Nil in te solidum, nil in te constans habui; si quid in evidentiâ visus sum exhibuisse operis, intentio multoties reddidit minus recta pertenu. Dixi tibi, summa benignitas Deus, quod spem, aut spei quantulæcunque specimen ex tam gaudiosæ diei præstolatione mihi nato ac renato, sed et omnium post Deum oblato reginæ contuleris. Domine Deus, nonne ex ea quam mihi dedisti ratione jam colligo, quia dies nativitatis infructuose viventibus nil utilius affert quam mortis? Si constat, et irrevincibile est, quia nulla postunt merita dies præcessisse nativos, possunt autem defunctivos: Si contingat sub bono vitam non transigi, fateor, nil omnino proderunt gloriosi dies, sicut nec natalis, et mortis.

Si enim verum est, quia ipse fecit me, et non ego ipse me, diemque non præstitui, nec ut præfigeretur emerui, collatus a Deo non spem, non honorem mihi præbet, nici diei religionem prosequens, quidquid die portenditur, mea vita commendet. Tunc plane nostrum natale ex festiva temporis qualitate claresceret, si studium nostræ actionis suspirata ad integrum virtute se regeret, et introitus gloria homini merito videretur indulta, si perseverans in æquitate animus vitæ glorificaret exitia. Si Petrus, aut Paulus vociter; si Remigius aut Nicolaus appeller, non mihi, ut poetice loquar:

*Proderit a magno dimissum nomen Iulo:*

Nisi illorum, quos providentia fecit mihi, seu fortuna cognomines, sagaciter exempla resculpsero. Ecce, Deus meus, quomodo reflatur quidquid tunc-

27

bat in anima mea, quomodo poterit floccipendi quod in fastum videbatur extendi.

*De paræ acceptas refert gratias auctor.* — Et, o mundi et cœlorum post unicum tuum Domina, quam bene senserunt, qui me sub illa tibi necessitate voverunt! Et, o quam melius ipse sensissem, si cor, jam adultus sub illius semper voti sententia, construxissem! Ecce me tibi profiteor quasi specialiter dono datum, nec a me tamen tibi diffiteor sacrilege sæpius, ac scienter ablatum. Nonne me tibi abstuli, qui voluntates fetidas tuo odori prætulit? Verum etsi multoties hac me tibi fraude subduxi, ad te tamen, et per te ad Dei Patris, et dum unicum hujus oblationis intuitu securius recurri; et cum ob peccata milles recidiva tabescerem, securitas mihi de tuis inexhaustis visceribus nascebatur, miserationum tuarum antiquarum beneficiis admonebar ut sperarem. Sed quid illud, antiquarum? Tot expertus sum, et quotidie experior miserationum tuarum assiduitates, tot evasi lapsuum, te eximente, captivitates, ut de veteribus jam prorsus tacere libeat, ubi tanta liberationum affluentia regat. Et cum peccatorum iterationes sævam cordi meo obdurationem parturiant, quasi naturaliter ingentis me illico ad te recursus emollit: et cum ex mei contuitu et ex mearum consideratione ærumnarum pene desperando deficiam, quasi velim nolim innasci sentio animæ miseræ ad te respirandi fiduciam. Sic enim adjacet cogitationi meæ, ut quibuscunque malis involvar, tu meis necessitatibus, si dicere audeam, ex debito deesse non possis, in te nempe projectum ex utero si adversum non revisas, si reversum minime recipias, perditionis meæ justas in te utique conferam causas. Plane quia tibi subest cum volueris posse, et Filii potestas in matrem redundare dignoscitur, a quo potius mei salutem exigere poterò, quam a te, cui, ut sic dicam, cognatæ servitutis conditione conclamem: « Tuus sum ego? » (*Psal.* cxviii, 94.) Sed de his alias quam libenter ratiocinabor tecum; cætera attingamus.

#### CAPUT IV.

*Infans patre orbatur. Qui si diutius vixisset, illius saluti haud dubie nocuisset.* — Natus igitur vix didiceram fovere crepundia, cum tu, pie Domine, qui pater mihi futurus eras, orphanum me fecisti. Exhausto enim octo fere mensium spatio, pater meæ carnis occubuit: et magnas inde tibi gratias, qui hunc hominem sub Christiano affectu fecisti decedere, providentiæ tuæ, quam de me habueras, si adviveret, indubie nociturum. Quia namque formula mea, et naturalis quædam pro ætatu illius quantitate alacritas idonea huic sæculo videbatur, nulli dubium erat, quin cum litteris ediscendis habile tempus adesset, ea quæ de me fecerat vota resolveret. Bone provisor utrimque salubriter disposuisti, ut et ego **400** nequaquam tuarum disciplinarum rudimento carerem, et ille quam tibi fecerat non irrumperet sponsonem.

*Litterarum studiis B. Gregorii festo die traditur.* —

**A** Magnis itaque curis illa tua vere vidua me nutrit. Tandem scholæ me traditura diem B. Gregorii festivitatis elegit. Audierat præfatum tuum famulum, Domine, mirabili superemicuisse sensu, infinita floruisse sapientia; et ideo multa eleemosynarum congerie confessoris tui instabat sæpius sollicitare suffragia, ut cui præbueras intellectum, intellectualitatis mihi consequendæ impetraret affectum. Traditus ergo litteris apices utcumque attigeram, sed vix elementa connectere noram, cum pia me mater erudiendi avida disposuit mancipare grammaticæ.

*Grammaticorum eo tempore paucitas et inscitia.* — (<sup>27</sup>) Erat paulo ante id temporis, et adhuc partim sub meo tempore tanta grammaticorum charitas, ut in oppidis pene nullus, in urbibus vix aliquis reperiri potuisset, et quos inveniri contigerat, eorum scientia tenuis erat, nec etiam moderni temporis clericulis vagantibus comparari poterat. Is itaque cui mei operam mater mandare decreverat, addiscere grammaticam grandævus inceperat, tantoque circa eandem artem magis rudis exstitit, quanto eam a tenero minus ebiberat. Tantæ vero modestiæ fuerat, ut quod deficiebat in litteris, suppleret honesto.

*Guiberti præceptor vitæ probatissimæ fuit.* — Cum ergo sequestris aliquibus clericis, qui ei familiariter sub capellanorum nomine officia Dei celebrabant, scholarem illum sollicitaret hominem et ille cujusdam consobrinuli mei sortitus pædagogium, quibusdam meis parentibus, quorum innutritus erat curiæ, necessarius esset, feminæ se compellantis hortamenta considerans, et ejus honestate ac severitate propensa, licet prædictorum parentum meorum vereretur offensam, ad ejus contubernium deliberabat accedere. In qua deliberatione, hac est, ut faceret, visione compulsus.

Cum nocte dormiret in cubiculo, cujus et ego memini, in quo totius nostri oppidi generale studium regebatur, cujusdam species senioris præferens caput canum, et habitudinis omnimodo reverendæ, manu me tenens ostio me cubiculi inducere videbatur. In cujus cum substitisset auditu, lectulum ejus mihi qui hoc intuebatur ostendit, et: Vade, inquit, ad eum, quia iste plurimum amaturus est. Manumque mihi quam tenuerat laxans, cum **D** siviisset abire, cucurri ad hominem, et cum crebris osculis ora comprimerem, expergiscitur, et tanta mei affectione corripitur, ut cunctatione rejecta, et parentum meorum, quibus tam ipse, quam sui ex toto obnoxius erat, timore recusso, ad matrem meam habiturus cum ipsa concederet.

Erat autem puer isdem, quem eatenus ductitaverat, pulcher quidem, et nobilis, sed intantum bonarum artium fugax, ad omnes disciplinas instabilis, pro ætate mendax, et furibus [*f.*, fur] ut nil proficiente custodia, vix in schola, sed pene omni die delitescens reperiretur in vineis. At hominem cum puerilis vecordiae tæduisset, et ei matris meæ opportune familiaritas arrisisset, et visionis prælibatæ tenor, rem, quam petebat, sibi potissimum

cerasset, pueri comitatu deserto, et sub quibus at dominos æque reliquit. Quod tamen haud me fecisset, nisi eum matris tam reverentia, a potentia protexisset.

## CAPUT V.

*libertus optimis imbuitur institutis ac moribus. viri sub disciplina cohibetur.* — Sub se igitur institutum tanta puritate me docuit, ab insolentia innasci primævitati illi solent, tanta sinceritate cohibuit, ut me penitus a communibus lupis abiret, absque suo comitatu nusquam abire periret, non cibum præter domi sumere, non curam munus nisi licentia a se data suscipere; non temperanter, non in verbo, non in respectu opere agere, ut non clericatum, quin pomonachatum a me videretur exigere. Nam cum evi mei passim ad libitum vagarentur, et eis æ secundum tempus facultatis frena paterent, ubi hujusmodi per sedulas coercitiones inhibitus, saliter infulatus sedebam, et cuneos ludentium in peritum animal expectabam [f., spectabam]. In incisis etiam et diebus sanctorum festis sub citus scholaris censura cogebam, et nullo die vix tempore feriatum me esse licebat, ac unquam semper ad subeunda studia perurgebam. Ipse enim me solum edocendum suscipiens, neminem, nec quem doceret, permittebatur habere.

cum mihi ita institeret [f., insisteret], et ingenium meum præ tanta instantia quisque adintuens ubi plurimum crederet, spes omnium cessabatur. Undi enim, ac versificandi ad integrum scientiæ ars erat. Interea sæva fere quotidie alaparum ac orum grandine lapidabar, dum ipse me cogeret ire, quæ docere nequiverat.

*verum ea de re in litteris, multum vero in morum state proficit. Qui improbi studio animus operatur hebetatur.* — Duxi apud eum sub hac inactione ferme sexennium, sed nihil quantum tantum tempus attinet inde extuli operæ præsentis. Alias autem quantum ad totius honestatis mentem spectare dignoscitur, nil fuit quod non utilitatibus impendisset. Quidquid modestiæ, quid pudicæ, ac exterioris elegantiae fuit eo missime et amanter me imbuit. Sed parum pensavi moderati in eo eum habuisse facto in meculo persensi, quod quasi obtentu discendi irreveribilibiter me ac negotiose urgebat. Quo enim er modum non dico puerilis, verum omnis hominum natura meditationis assiduitate distenditur, amplius hebetatur, et quo ferventius ad studii perverantiam acrimonia mentis ignescit, eo viri ex nimietate subactis, ex rigore in lenitudinem us animus usquequaque tepescit.

*terciorum vicissitudines adhibendæ uti acutior intellectus.* — Necessè est igitur involucro adhuc oris aggravatum agere temperatius intellectum, ut si silentium hora media fit in cælo, ut non sit vigor irremissus dum advivitur, contemplationis inesse dono; sic nec jugis, ut ita dicam, pervicacia in cogitatione qualibet laboranti constabit ingenio. Inde itaque intensis unicuique rei cordibus vicissitudines intentionum credimus adhibendas, ut dum diversa alternatim mente tractamus, ad unum cui potissimum animus affigi, quasi ex indulto recreati... noviores redeamus. Habeat denique lassabunda aliquoties natura sub aliqua sui operis varietate remedium. Recordemur Deum non uniformiter instituisse sæculum, sed sub diebus ac noctibus, sed sub vere ac æstate, sub autumno, et hieme, mutationibus nos oblectasse temporum. Videat ergo quisque, cui nomen magistri ascribitur, qualiter moderetur disciplinas puerorum ac juvenum, quia non aliter æstimamus tractandos, in quibus gravitas

plenaria viget etiam more senum.

*Rudis et ignarus Guiberti pædagogus.* — Erat igitur homini illi penes me sævus amor, non [f., nam] nimietas severitatis in injusto videbatur verbere; eminebat tamen totius diligentia observationis in opere. Minus plane digne vapulabam, quia si ipse haberet quam profitebatur docendi peritiam, eorum profecto, quæ recte dixisset, optime pro puero ea pax eram. Sed quia minime ex sententia loquebatur, et sibi nullatenus patebat, quod expromere nitentur circa vilem, sed non patulum, qui colligi ab eo non poterat, nedum intelligi, faceret orbem, ejus inaniter fabula versabatur. Rudis enim in tantum fuerat, ut quod male semel jam, ut prælibavi, grandævus hauserat, incorrigibiliter retineret, et si quid improvide, ut sic dicam, hisceret, sua omnia sensa authentica æstimans, tueretur atque defenderet plagis; sed tantæ procul dubio vecondiæ, ut arbitror pepercisset (36), priusquam enim, ait doctor idem, quam scientiam natura combiberit, non majoris est gloriæ dixisse quod noveris quam tacuisse quod nescias.

Cum dure itaque in me ulcisceretur, quia quod nesciebat ipse nescirem, perpendendum sibi plane erat, quia mali plurimum fuerat, cum a fragili exigeret pectusculo, quod non indiderat. Sicut enim verba amentium etiam a sensatis colligi aut vix, aut nullo modo possunt, ita eorum dicta, qui nesciunt et scire se asserunt, et aliis tradunt, ex sua ipsorum explanatione tenebescunt. Nil enim difficilius invenias quam si velis disserere quod nescias, discenti quidem obscurum, obscurius audienti, non secus ac si lapidem uterque reddat. Hoc dico, Deus meus, non quod notam tanto amico inuram, sed ut intelligat quisque qui legit, ne quidquid autumamus pro certo docere velimus, neque conjecturarum nostrarum nebulis et aliis involvamus. Proposui enim præsentem pro sui tenuitate materiam vel ratione condire, ut si alterum minus appetiendum et merito computatur, alterum aliquoties operæ pretium æstimetur.

## CAPUT VI.

*Guibertum magister in oculis ferebat: cui et ille in amore respondebat.* — Quamvis ergo tanta me seve-

6) Nonnihil hic desideratur.

ritate deprimeret, alias tamen omnibus modis propatulum faciebat, quod me pene non alia quam se charitate diligeret. Adeo nempe vigili mihi sollicitudine incumberebat; adeo propter quorundam invidentias saluti meae providebat, obsoletos aliquorum, qui mihi observabantur, mores, quanta caverem auctoritate docebat; matrem super cultissimo mearum vestium apparatu tantisper urgebat, ut non pædagogi, sed parentis, non corporis mei tutelam, sed animæ curam agere putaretur. Mihi vero licet pro ætate hebeti atque pusiolo tanta penes eum vicissitudo amoris incesserat, licet gratis multoties cuticulam meam multis vibicibus proculcaret, ut non metu, qui in æquævis assolet, sed nescio quo medullitus insito amore, ei totius ejus asperitatis oblitus obsequerer. Multis certe sæpius experimentis idem me magister, materque tentarunt, cum debitum me sibi utrobique timorem æque redhibere viderent, utrum sub unius rei imperio alterutrum præferre præsumerem.

Incidit tandem occasio, in qua neutro eorum super hujusmodi quid agente factum constitit absque ulla ambiguitate periculum. Semel in schola vapulaveram; schola autem non alia erat quam quoddam domus nostræ triclinium. Aliorum enim, quos aliquando docens acceperat, mei solius causa curas obmiserat. Sic enim aucto questu, et delatione honoris prudens ab eo mater exegerat. Solutio igitur vespertinis quibusdam horis qualicumque illo studio, ad materna genua graviter etiam præter meritum cæsus accesseram. Quæ cum an eo vapulasset die, 469 ut erat solita, rogitare cœpisset, et ego, ne magistrum detulisse viderer, factum omnino negarem, ipsa, vellem nollem, rejecta interula, quam subuculam, imo camisiam vocat, liventes attendit ulnulas dorsiculi ex viminum illusione cutem ubique prominulam. Cumque meæ teneritudini ad nimium sæve illatam visceraliter doluisset, turbulenta et æstuans, et oculos mœrore suffusa: « Nunquam, ait, deinceps clericus fies, nec ut litteras discas ulterius pœnas lues. » Ad hæc ego eam cum qua poteram animadversione respiciens: « Si, inquàm, proinde mori contingeret, non desistam quin litteras discam, et clericus flam. » Promiserat enim si eques vellem fieri, cum ad id temporis emersissem, apparatum se mihi militiæ et arma daturam.

*Renuit eques fieri.* — Quæ cum universa non sine multa aspersione respuerem, illa tua famula, Deus, adeo grate suas accepit injurias, adeo alacris ex suo est facta contemptu ut hæc eadem quibus ei obstiteram magistro meo responsa retexerit. Lætabantur igitur uterque, quia ad id quod paterni voti fuerat, ambienter aspirare viderer, dum quo magis celerer [celeriter], litteras ipsas, quamvis non bene inculcarentur, amplecterer, nec ecclesiasticis officiis me tricarem, imo cum hora sollicita et, opusve esset, nequaquam tali loco ac tempori prandia ipsa præferrem. Tum quidem sic: At vero, Deus meus, tu

(37) Hic deest aliquid.

A scis, quantum ab hac mea postmodum intentione desciverim, et quam luctuabundus ad divina processerim, quodque actus verberibus vix adesse consenserim. Erant plane, Domine, non religionis cunjuspiam, qui ex aliqua intellectualitate descenderent, sed pueriles quidam, qui tunc cogebant impetus. At postquam adolescentia ingenitæ nequitiae jam effeta, conceptibus sese in totius pudoris damna proripuit, vetus illa devotio prorsus extabuit. Etsi ad horam, Deus meus, bona voluntas, imo similitudo bonæ voluntatis visa est excanduisse, pessimorum cogitationum imbribus obnubilatam mox contigit, decidisse.

#### CAPUT VII.

*Beneficium illi mater conatur obtinere.* — (38) Contendebat denique mater mea ecclesiasticis me beneficis quoquo pacto inserere. Prima igitur insertionis causa non modo mala, sed et nefaria exstitit Adolescentulus frater meus quidam eques, et municipis Clarimontis castri (37), duo ante eum quod inter Compendium atque Bellovacum situm est, a domino ipsius oppidi, nescio utrum donativi, seu feodalis debiti gratia, dandas operiebatur pecunias. Cumque illis largiendorum, ut opinor, inopia præbere deferret, quorundam parentum meorum consilio illi suggestum est ut canonicam, quam præbendam nominant, ecclesiæ loci illius, quæ ejus ditioni contra scita canonum subjacebat, mihi daret; et a fratre meo penes eum repetundarum molestia jam cessaret.

*De uxoris presbyteris.* — (39) Erat ea tempestate nova super uxoris presbyteris apostolicæ sedis invectio, unde et vulgi clericos zelantis tanta adversus eos rabies æstuabat, ut aut eos ecclesiastico privari beneficio, vel abstinere sacerdotio, infesto spiritu conclamarent. Ad hæc patris mei quidam nepos, vir suos cum potentia, tum prudentia præeminens, cum Venerico operi adeo pecualiter indulgeret, ut cunjuspiam necessitudini feminarum in nullo deferret tanta in clerum super præfato canone bacchabatur instantia ac si eum singularis ad detestationem talium pulsaret pudicitia. Et cum esset laicus et suis arceri non posset legibus, quanto laxiores fuerant, tanto his abutebatur sædius. Neque enim uxoris poterat contineri retibus, quippe qui hujusmodi nunquam passus est illaqueari nexibus. His igitur cum fetido passim pro talibus spargeretur odore, sed tum eum sæcularis, qua præeminabat, opulentia defensaret, nunquam suæ objectu impuritatis adversus sacrum ordinem ipsius pervicacia detonare cessabat.

Causam itaque nactus, qua mihi cunjusdam loculosi, ut ferebant, presbyteri detrimento proficeret, apud Castrensem dominum, penes quem satis superque poterat, utpote qui ei tantopere necessarius erat, egit, ut clerico absente et penitus inconvento me evocaret, et investituram præfata mihi canonicæ daret. Ecclesiæ enim illi contra jus et fas male



ab episcopo indulta licentia abbatibatur, et canones non canonicus a canonicis exigebat. Quia ergo tunc temporis non modo conjugale in trium primorum ordinum, et canonicis personis causabatur commercium; sed etiam non minus ecclesiasticorum citra animarum regimina officiorum, ut sunt præbendæ, cantoratus, præposituræ et cætera id genus, crimini ducebantur emptiones ut de honoribus sileam, qui interna jubentur actitare negotia, quique ejus, qui præbendam amiserat, clerici faventes partibus, et æquævorum meorum plurimi super Simonia et excommunicatione, quæ recens percubreraat, crebra cœperunt motare susurria. Idem namque cum esset presbyter, et uxorem haberet, qui ab ea officii sui suspensione absterreri non poterat, facere si quidem missas omiserat.

**463** Quia ergo post corpus suum mysteria divina posuerat, ea recte plexus est pœna, quam se evasisse sacrificii abrenuntiatione putaverat. Itaque spoliatus canonica, quia per quod arceri possit amplius non habebat, missas quolibet [f., quaslibet] jam libere, retenta etiam uxore, cantabat. Hinc celebri rumore satum est, quod inter eadem sacra matrem meam cum sua familia repetita in dies excommunicatione conficeret. At mater divinorum semper timida, et peccatorum pœnas, et proinde offendicula verens, illi male præbitæ illico præbendæ renuntiat, et sub spe obitorum clericorum, aliam mihi apud castri dominum locat. Fugimus itaque arma ferrea, et incidimus in arcum æreum. <sup>(80)</sup> Sub præstolatione enim alienæ mortis aliquid dari, nihil aliud est, quam quotidianum homicidam quempiam jubere fieri.

Domine Deus, meus, ita tunc spebus illis pessimus involvebar, et tuorum expectatione donorum, quæ necdum experiri didiceram, nullatenus detinebar. Illa tua mulier nondum comprehenderat, quas spes, quas securitates de meis apud te victualibus habere debuerat, nec quæ beneficia a te mihi erant parta cognoverat. Quia enim aliquantisper adhuc in mundo agens, quæ mundi fuerant, sentiebat: nimirum ea, quæ sibi ipsa providere delegerat, mihi etiam ipsi mundana, ut putabat, quæsituro quærebatur. At postquam animæ propriæ animadverso periculo, innumeros cordis angulos ad præteritæ deplorationem vitæ congestit, quasi diceret: « Quod mihi nolo fieri, alii non faciam. » Ea quæ pro se contempsit agere, extremæ arbitrata est dementiæ pro aliis exercere; et quod sibi ambire desierat, nefarium rata est ad sui perniciem alteri concupisse. Quod longe aliter a multis fieri constat, quos quidem attendimus sua ad integrum obtentu paupertatis abjicere, sed aliorum, non modo suorum quod et ipsum malum est, sed etiam exterorum, quod deterius, plus nimio procuraciones ardere.

#### CAPUT VIII.

*De iis qui monasticam vitam instaurarunt resarsurunt.* — Sed libet paulo altius, quantum nostri temporis mentione recurritur, status religionum,

A conversionumque, quas vidimus, attingere; unde et hanc ipsam ([f., ecclesiam]....., nec non et plerosque alios bonæ mutationis contigit exempla sumpsisse. Monachile propositum sub antiquis floruisse temporibus affluens scriptorum relatio est. Nam quia super exteris mihi regionibus silentium est, sub quibusdam Franciæ regibus hujus scita institutionis, varia diversis exstruentibus loca, coluisse noscuntur; in quorum aliquibus tam pie viventium confluit enormitas, ut miremur tantam hominum frequentiam quomodo cohibere valuerit adeo locorum arcta capacitas. Inter quæ profecto quædam speciali pollentia districtione fuerunt, quæ nonnulla, in quibus fervor ordinis tepuerat, monasteria sæpe nobiliter innormant, ut fuit aliquando Luxovium (*Luzeuil*) <sup>(81)</sup> in Gallia, <sup>(82)</sup> quædam etiam in Neustria, quæ nunc appellatur Northmannia. Sed quia juxta illud poetæ veridici dictum, quod videlicet summis negatum est stare diu; et quod multo verius constat, decedente inter habenas iniquitatum sæculo, <sup>(83)</sup> sanctæ conversationis refrexit charitas, et rerum opulentia, quasdam postmodum sensim deseruit ecclesias: et inde <sup>(84)</sup> bene conversantium, dum et ipse manu labor sorduit, facta est raritas.

Unde nostris monasteria vetustissima numero extenuata temporibus, rerum antiquitus datarum exuberante copia, <sup>(85)</sup> parvis erant contenta conventibus, in quibus perpauca reperiri poterant, qui peccati fastidio sæculum respuissent sed ab illis potissimum detinebantur ecclesiæ, <sup>(86)</sup> qui in eisdem parentum devotione contraditi ab ineunte nutriebantur ætate. Qui quantum minorem super suis, quæ nulla sibi videbantur egisse, malis, metum habebant, <sup>(87)</sup> tanto intra cœnobiorum septa remissione studio victitabant. Qui administrationes, ac officia forastica cum pro abbatum, aut necessitate, aut libitu sortirentur, utpote voluntatis propriæ avidi, exterioresque licentias minus experti, <sup>(88)</sup> ecclesiasticas occasione facili dilapidare pecunias; his expensis redditur seu gratuito dilargiri [*desse videtur*, cœperunt.]... Et licet tum minus apud eos religio curaretur, ex sua siquidem fiebant raritate ipsi monachi chariores.

#### CAPUT IX.

D *De mira Ebrardi comitis Britoliensis in Picardia conversione.* — Cum ergo sic se agerent, et alicujus ad eos pretii vix ullus accederet, quidam comes castelli Britoliensis [*vulgo*, Breteuil], quod in Ambianorum, Bellovacorumque confinio consistit, ad excitandas plurimorum mentes emersit. Is in ætate positus florulenta, cum gratissimæ esset elegantiae, præsertim cum sicuti nobilitate genus ejus, ita et mirabili specierum conspicuitate polleret aliorum quoque nunicipiorum, divitiarum etiam omnium claritate pateret: mens tandem hominis in multo superbis fastu constituta respuit, et ad ejus, quam sæculariter sectari cœperat, vitiorum miseriam sese contemplando retorsit. Animæ igitur suæ miserabilitate perspecta, et quia nil aliud quam **464** dam-

nare et damnari, fœdare et fœdari in sæculo faceret, quem vivendi modum arriperet, diu cum quibusdam, quos tanti desiderii conscios, et comites habere delegerat, multimode plura discutiens pertractabat. <sup>(39)</sup> Vocabatur autem ipse, Ebrardus, vir inter primores Franciæ undecunque famosus.

Tandem expresso in evidentiam operis diutinæ cogitationis intuitu, nemine remansurorum conscio, cum illis, quos in sodalium arripiendæ hujus religionis sibi clandestina sollicitatione consciverat, in nescio quas exteras fugax excessit provincias, quas sui prorsus nominis ignaras cum libenter incoleret, et carbonibus faciendis ad opem sumptuum operam daret, et hac illacque cum suis per rura et oppida venum ferret, tum primum ratus est se supream attigisse divitias, et erat considerare omnes ab intus filii regis glorias. Quid? Exemplum unde et ipse sumpserit hic attexam.

<sup>(40)</sup> Teudebaldus, quem sanctum hodie universi agnominant, ut multæ jam Ecclesiæ sub ejus nomine consistentes ipsum passim insigniant, juvenis genere nobilis exstitit ante id tempus: qui inter ipsa rudimenta militiæ arma despiciens, nudipes a suis elabatur, supra dicto artificio addicitur, per quod aliquandiu sub insolita necessitate vita transigitur. Hoc, inquam, animatus exemplo Ebrardus, ex tam humili opificio, ut præmissimus, victitare decreverat.

*Spectrum alloquitur terretque Ebrardum. Mutat propositum solitaque exercitia. Monasticæ disciplinæ se mancipat.* — At quia nulla sunt bona, quæ non aliquas aliquoties præbeant alicujus malignitatis causas, dum in aliquo, die quodam, nescio quid acturus operis, esset vico, ecce quispiam ei astitit sub Tyria lacerna, tibialibus sericis pedulum abscissione damnatis, muliebriter diductis a fronte crinibus, et summas attingentibus ulnas, amasium potius exhibens quam exulem. Quam ille cum ex vera quis esset sinceritate perquireret, et ille obliquo paulum oculo abducens supercilium, specie pudoris ablata, dicere contaretur, et ille contabundo magis ac magis pie curiosus instaret, ad ultimum tandem vix quasi hominis instantia victus erupit: « Sum inquit, (sed vos cuiquam ne dicatis) Ebrardus Britoliensis [*forte*, Britoliensis, ut supra] quondam comes, qui, ut scitis, in Francia olim dives, exsilio me relegans spontaneas peccatorum meorum pœnas luo. » Dixerat vir illustris, et eum, qui se interrogaverat, arrogatæ sibi personæ repentina translatione confudit. Admiratus igitur incredibiliter perversi hominis impudentiam, spreto, ut sic dixerim, simulacri illius alloquio, ad suos inde relato sermone, ait: « Scitis, o amici, hoc vitæ propositum nobis quidem utile, sed aliis quamplurimis exitiale, quia quod ab ipsius ore audistis, de multis consequenter intellexisse potestis. Si igitur Deo integre placere volumus, quod aliis scandalum, imo falsitatis occasionem præbet, evitare debemus. Illo itaque stabiliter nos feramus, ubi sublato exsilio, quod pro Deo patimur nomine, causas omnibus

A arrogantis vocabuli subtrahamus. » His edictis, commutato consilio, <sup>(41)</sup> Majus Monasterium (Marmonstier, *juxta* Turones) petivere, ibique suscepto sanctæ conversationis habitu perenniter deserviere.

Hunc ipsum audivimus tantas, dum sæculo viveret, cultiorum vestium habuisse curas, ut nullis ditioribus impar esset: adeo autem indignabundæ habitudinis, ut facile cuiquam, vel verbo aggressibilis nequaquam videri posset. Quem postmodum sub monachia positum, tanta corpus suum vilipensione habere conspeximus, ut indumenti vilitas, vultus demissio, membrorum exilitas, non fuisse comitem, sed agrestem rusticulum loqueretur. Et cum per urbes ac oppida pro abbatis imperio mitteretur, nunquam proprio addici potuit voluntate, ut castella, quæ reliquerat, vel semel ingredi pateretur. Hæc, quæ superius relata sunt, ipsi mihi retulit, cum me adhuc juvenculum tantopere veneraretur, atque suæ consanguinitatis ascisceret, ut amoris sui atque cultus, speciali quadam singularitate donaret.

Cui inolitum quiddam curialissimum fuit, ut si quos reperiret, quos præminere litteris sciret, in libellulo, quem ad id operis secum ipse crebro gestaret, quemque pro suo captu dictitare prosa, seu versibus cogeret; ut dum quorumcumque, qui super eo prædicabantur studio, dicta colligeret, ex dictis etiam singulorum sensa libraret. Quæ siquidem quamvis per se non caperet, ex eorum tamen, quibus hæc legenda pandebat, indubie sententia mox teneret, in quo potissimum quis aut in sensu, aut carmine accuratiora dixisset. Hæc de viro quondam nobili, sed jam nobiliore sine bono libasse sufficiat. Is, inquam, inter memoriæ nostræ viros, exemplo primus conversionis gloriosiore resplenduit.

#### CAPUT X.

At vero qui Paulum ex Stephani sibi oratione creavit, exemplum idem multo felicius latiusque per potentiorum satis alterum propagavit. <sup>(42)</sup> Simon enim quidam Radulphi comitis filius, mirabili nostri temporis religionem inopinæ mutationis claritate ditavit. <sup>(43)</sup> Qui quidem Radulphus quam celebris ubique Francorum potentiæ fuerit, quas urbes invaserit, **465** quot oppida quæsitæ mira sagacitate tenuerit, multi superstites, qui ejus actuum meminere, sunt testes. Quantus etiam fuerit ex eo uno conjici posset quod Henrici regis uxorem, Philippi itidem regis matrem in conjugio post mariti decessum habuerit.

Juvenulus igitur Simon, cum mortem pater obiisset, obtento comitatu ejus honore brevi tenuit. Nam causam adeo maturatæ conversionis hanc aliqui fuisse ferunt. In quodam oppido quod sibi usurpatione potius, quam hæreditate provenerat ejusdem patris reliquiæ conditæ fuerant. Quod filius, verens ne animæ patris officeret, ad illud quod sibi ex jure constiterat, deferre proposuit: quo ante delationem detecto, et sub oculis filii ad nudum revelato, cum potentissimi genitoris, quondamque ferocissimi tabidum attendisset corpus, ad contem-

onem miseræ conditionis se contulit. Et exinde quid sublimitatis sibi arridebat, et gloriæ, fastidiam cœpit. Concepta itaque hac ipsa voluntate, ante tandem desiderio quod parturiebat emisit, iriæ suorumque fugax fines excedens Francicos, undiam (46) ad sanctum Eugendum in territorio rasi concessit.

divi etiam quod nobilissimi quamdam generis oculam sibi desponderat, quæcum amantissimum rem sibi, et mundo repudium dedisse rescisset, inferior videri non tolerans, virginalibus Deo serium turmis virgo perseveratura sese conseruit. quanto post monachatus susceptionem tempore o, postliminum fecit in Franciam, et tot tante sermonum ejus puritas, et animi quam in præferbat humilitas, viros animavit et feminat infinita sexuum agmina ad viæ prosecutionem ; sub eo tempore conflarentur, et undecunque .propositi exemplo ejus nominis plurimi citantur. Equestrium siquidem virorum studium hominultum sollicitavit examen.

## CAPUT XI.

*Brunonis causa recessus in eremum. Carthusienorigo, atque instituta primitiva. Manassis Re. arch. perversa vita.* — At quia conveniebat ut leratorum quispiam sacri gregem ordinis sub n affectu post se contraheret, fuit non longe s diebus Bruno quidam in urbe Remensi vir, æralibus instructus artibus, et magnorum stum rector (48), qui conversionis initia ex subjecta s occasione dignoscitur. Manasses quidam post asii famosissimi archiepiscopi decessum, præ : urbis regimini Simoniace se intrusit ; vir quinobilis, sed nihil prorsus serenitatis, quæ prima mitatem decet, habens : tantos enim fastus ex novitate conceperat, ut regias peregrinarum um majestates, imo majestatum ferocitates, ri videretur. Peregrinarum dixi, in Francorum regibus ea viguit naturalis semper modestia, lud Sapientis dictum, etsi non in scientia, in tamen habuerunt : « Principem, inquit, te ituerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi ex illis (Eccli. xxxii, 1). » Is igitur cum milites nopere affectaret, clerum negligeret, dixisse ando refertur : « Bonus, ait, esset Remensis ariscopatus, si non missas inde cantari oporteret. » *igo Diensis, archiepiscopus Lugdunensis, vir us, Manassem anathemate ferit.* — Hujus ergo s prorsus improbos, et stupidissimos habitus, omnis honestus horreret Bruno, in Ecclesiis Galliæ opinatissimus, cum aliis quibusdam nsium clericorum nobilibus, infamis illius odio, sit ab urbe. Quem postmodum proceres, clerus, e Burgenses, cum ab Hugone, (qui Diensis agnobatur) archiepiscopo Lugdunensi, apostolicæ legato, viro in fenore justitiæ clarissimo, cremo anathemate feriretur, et ille manu militari uros ecclesiæ dilapidare niteretur, a sede, a male obsederat, pepulerunt, et exsilio rele-

gatus æterno, cum se ad excommunicatum tunc temporis Henricum imperatorem ipse etiam excommunicatus contulisset, hac illacque oberrans, sine communione postremo defungitur,

Operæ vero pretium dici est quiddam, quod sub ipso intra urbem malignante provenit. Inter ecclesiastica ornamenta quæ militibus, qui suæ inservierant tyrannidi, impertiverat, calix aureus non parvi bifariam pretii erat, quia et plurimæ quantitatis fuerat, et nescio quota ibi particula auri illius quod a tribus Domino Magis oblatum est, effusa, uferebatur, erat. Cum ergo forcipe desectum per portiones, quibus delibuerat, dilargiretur calicem, et nemo sacratissimæ rei suscipiendæ acquiesceret, tandem scelestus quidam eques, suo muneratori non impar, suscipere passus, imo procaciter contempta sacramenti majestate corripis, in amentiam illico versus, censam, quem indebite præsumpserat, non expendit, et tamen temerariæ cupiditatis continuo pœnas pendit.

*Bruno adit Carthusiam.* — At Bruno urbe deserta sæculo etiam abrenuntiariæ proponit, qui suorum notitias horrens ad Gratianopolitanum processit territorium. Ibi in arduo, et admodum terribili promontorio ad quod difficillimum, et valde insolens iter intenditur ; sub eo etiam præruptissimæ vallis vorago dehiscit, habitare ~~466~~ deligens, hujusmodi mores instituit, et sequaces ejus hodieque sic vivunt.

*Ejus et discipulorum mores et ratio vivendi.* — Et ecclesia ibi est non longe a crepidine montis, paulo sinuatum devexum habens, in qua tredecim sunt monachi ; claustrum quidem satis idoneum pro cœnobiali consuetudine habentes, sed non claustraliter, ut cæteri, cohabitantes.

Habent quippe singuli cellulas per gyrum claustrii proprias, in quibus operantur, dormiunt ac vescuntur. Dominica a dispensatore escas, panem scilicet, ac legumen accipiunt, quod unicum pulmenti genus a quoque eorum apud se coquitur. Aquam autem tam haustui, quam residuo usui, ex ductu fontis, qui omnium obambit cellulas, et singulorum per certa foramina ædiculis influit, habent. Pisce, et caseo Dominicis, et valde festis diebus utuntur : pisce dixerim, non quem sibi ipsi emerunt, sed quem bonorum aliquorum virorum largitione susceperint.

Aurum, argentum, ornamenta ecclesiæ a nemine, nihil enim ibi præter calicem argenteum. At eandem ecclesiam non horis solitis, uti nos, sed certis conveniunt. Missas, nisi fallor, Dominica, et solemnibus audiunt. Nusquam pene loquuntur, nam si quid peti necesse est, signo exigitur. Vinum, si quando bibunt, adeo corruptum, ut nil virium, nil pene saporis utentibus afferat, vix communi sit unda præstantius. Ciliciis vestiuntur ad nudum, cæterarum vestium multa tenuitas. Sub priore agunt (46), vices autem abbatis ac provisoris Gratianopolitanus episcopus vir plurimum religiosus exsequitur. Cum in omnimoda paupertate se deprimant (47) ditissimam tamen bibliothecam coaggerant : quo enim minus

panis hujus copia materialis exuberant, tanto magis illo, qui non perit, sed in æternum permanet, cibo operose insudant.

*Vasa argentea a comite Nivernensi missa respuunt.* — Intantum, inquam, suæ sunt custodes inopiæ, ut hoc ipso quo agimus anno (<sup>48</sup>) Nevernensis comes vir omnino religiosus ac potens eos, causa devotionis et optimæ quæ hinc emanat opinionis, inviserit: multumque super sæculari eos cupiditate, ut cave- rent inde, monuerit. Cumque regressus ad sua eorum indigentia, quam viderat, meminisset, et monitorum quæ eis intulerat nequaquam memor esset, nescio quæ argentea, scyphos videlicet et scutras [f., scutellas], pretii plurimi eis misit; sed eorum quæ dixerat illis nequaquam obliviosos invenit. Commun- icato namque mox consilio, quæcunque dixerat ad integrum refutata recepit. « Nos, inquit, neque in expensis nostris, neque in ecclesiæ ornamentis, exterarum quidpiam pecuniarum retinere delegimus. Et si in horum alterutro non expenditur, ut quid a nobis suscipitur? » Pudit itaque prævaricatoriæ contra suum sermonem oblationis comitem: et tam- en dissimulata aspersione eorum, boum tergora, et pergama plurima retransmisit, quæ pene in- evitabiliter ipsis necessaria esse cognovit.

*Carthusiæ descriptio.* — Vocatur autem locus ille Carthusia, in quo terra rei frumentariæ causa parum ab eis colitur. Verum velleribus suarum, quas plu- rimas nutriunt, ovium, qualescunque suis usibus fruges comparare soliti sunt. Sunt autem infra mon- tem illum habitacula laicos vicenarium numerum excedentes fidelissimos retinentia, qui sub eorum agunt diligentia. Hi igitur tanto ceptæ contem- plationis fervore feruntur, ut nulla temporis longi- tudine a sua institutione desistant, nec aliqua arduæ illius conversationis diurnitate tepe- scant.

*Bruno in Calabria sui instituti construit monaste- rium. Refugil episcopatum.* — Inde etiam, qua nescio occasione mirabilis iste Bruno recedens, postquam his quæ prælibavimus rudimenta, multa dictorum et factorum inculcatione præstiterat, ad Apulos nescio Calabrosne concessit, et ibidem huic quiddam simile vivendi genus instituit. Ibi cum multa humi- litate se ageret, et omnimoda piorum exemplorum præbitione circumquaque fulgeret, ad episcopi dig- nitatem ab apostolica sede quæsitus, et tentus, fugit. Et sæculum veritus, ne ea quæ de Deo gusta- rat, amitteret, in dilatione tanti muneris non divina, sed sæcularia recusavit.

*Viri ac feminæ illius vivendi genus arripiunt. Etiam decennes et undecennes infantes.* — Hæ, inquam, personæ conversionum tunc temporis extulere pri- mordiam. His cohæsere continuo virorum, femina- rumque greges, omnis protinus ordo concurrit. Quid de ætatibus loquar? Cum decennes et undecennes infantuli senilia meditentur, et multo castigatiora gererent, quam ætatula pateretur? Fiebat in illis conversionibus quod in antiquis fieri solebat marty- ribus, ut major in imbecillibus tenerisque corpo-

ribus inveniretur fidei vivacitas, quam in illis, in quibus grandævitas ac scientiæ floreret auctoritas.

*Innumera construit monasteria.* — Cum ergo nusquam nisi in vetustissimis monasteriis mona- chorum haberetur aliquorum sedes, cœperunt ubi- que loci nova construi, et undecunque confluentibus magni alimentorum redditus adhiberi. Quibus fa- cultas non aderat, ut grandiuscula fabricarent, alii binis, alii quaternis, alii quot poterant alendis fra- tribus domos, ac victualia componebant. Unde factum est ut in villis, oppidis, urbibus atque præsiidiis, imo etiam ipsis saltibus atque agris, monachorum qua- quaversum sese exercendo dilatantium repente fer- vere viderentur examina, ~~487~~ eaque loca divino nomine, et sanctorum cultibus emicarent, in quibus, et lustra ferarum, et spelæa latronum existerant.

*Brunonis et discipulorum ejus spontanea pauper- tas. Qui institutum arripere nequibant, quid agebant.* — Affectabant itaque spontaneam subire pauperiem tot exemplis circumcincta nobilitas, et cœnobita, quæ subibat, rebus a se contemptis inferens; aliis etiam ad hæc ipsa trahendis pia semper venatione tendebat. At feminæ itidem insignes maritorum celebrium jugalitate deserta, et a piis cordibus libe- rorum abstenta, collatis inibi opibus, ecclesiasticis se stipendiis contradabant. Qui vero, vel quæ non poterant rebus ad integrum renuntiare possessis, eos qui abrenuntiaverant crebris substantiarum suarum largitionibus sustentabant, ecclesias et alta- ria multa jucundissimorum munerum oblatione cir- cumdabant, et oratione hac pie vivendi modum, quem tales imitando exsequi non poterant, talia facientes propriis ad id faciendum juvando substantiis, in- quantum licuerat exæquare studebant.

Unde contigit ut his temporibus, et multitudine dationum et dantium, imo magis solertia ad hoc propositi venientium, ecclesiarum habitatores mul- timoda sua procuracione juvantium, in tantum pro- moverentur cœnobita, ut quotidiana ab illis, qui tunc florebant, statibus, per succrescentem modernorum nequitiam videantur incidere detrimenta. Jam nunc enim, proh dolor! quæ hujusmodi affectione per- moti locis sacris contulere parentes, aut penitus subtrahunt, aut crebras redemptiones exigere non desinunt filii, a patrum voluntatibus usquequaque degeneres.

## CAPUT XII.

*Iterum de matre sua multa attexit Guibertus.* — Ad te tandem post has ratiocinationes redeo, Deus meus, super illius bonæ mulieris matris meæ con- versione. Quæ siquidem ab annis vix nubilibus patri meo, prorsus adolescenti, avo meo providente, con- tradita, cum esset scito admodum vultu, et oris ha- bitudine naturaliter ac decentissime gravi ingenua; tamen divini nominis timorem in ipsis pueritiæ parturivit initiis. Ita enim non experientia, sed quodam superni metus incussu horrere peccatum didi- cerat, et ut ipsa mihi sæpius referre solebat, ita subitæ timore mortis mentem ingurgitaverat, ut jam

æva doleret, quod non eosdem in maturo animo A  
stimulus pavoris haberet, quos in rudi et ner-  
rosus habuerat.

idit igitur ut efficientia conjugalis, in ipso le-  
e illius confœderationis exordio, quorundam  
ciis solveretur. Novercalis enim huic matri-  
non defuisse ferebatur invidia, quæ plurimæ  
i et generis cum neptes haberet, in iis aliquam  
to toro moliebatur immergere. Quod cum mi-  
processisset ad votum, pravis dicitur artibus  
se, ut thalami omnino cessaretur effectus.  
ne integro virginium illibatum permansisset  
io, et sub magno tantum infortunium preme-  
silitio, tandem a suis citatus necessariis  
rem primus prodidit. Quantis putas modis  
avere parentes, ut divortium fieret inter eos, B  
rem meum tempore juvenem, sensu hebetem  
chice sedulo commovebant, licet tunc super-  
rdine rarus valde haberetur sermo : quod quin-  
non salutis ejus causa, at vero possessionum  
btinendarum intentione fiebat.

um postquam hæc eorum suggestio nil evaluit,  
um crebris cœperunt urgere latratibus, ut vi-  
t a suis longe posita dum externorum oppres-  
sus pulsaretur, sine ullo repudio per se injuriis  
ta discederet. Interea illa pati, quæ impenge-  
r verba æquanimiter tolerare; si quid exinde  
versiarum emergeret, ac si nescia, dissimu-  
Præter hæc cum eam opulentissimi quidam ab  
aritali exsortem conspicerent, cœperunt ani-  
pulsare juvenculæ; sed tu, Domine, castitatis C  
æ fundator, tu ei sanctimoniam inspiraveras,  
non patiebatur natura nec ætas. Ex te, Domi-  
abebat, quod in igne posita non ardebat. Tu  
as quod ad præstillationem malorum colloquio-  
mores ejus etsi teneri non depravabantur,  
uod oleum camino addebatur, quod videlicet  
alibus (quæ habere humanum est et commune)  
us externa lenocinia adhibebantur : et tamen  
neulæ animus sui semper capax, nullis incen-  
xtra se ferebatur. Nonne hæc tui solius sunt  
, Domine, qui eam in primævæ ætatis calore  
m, et omnino jugiter in ipsis conjugalibus offi-  
mstitutam, septennio integro sub tanta conti-  
i conservasti, ut juxta illud sapientis cujusdam D  
n, etiam fama de ea mentiri vereretur.

*solutio puellarum.* — Deus, tu scis quam diffi-  
mo quam nullo modo pene in feminis hujus  
ris id servaretur : cum pudicitia in illis tanta  
s exstiterit, ut aliquo vix rumore matrimonium  
libet roderetur. Eheu! quam miserabiliter ex-  
ad nostra sæcula pudor et honestas paulatim  
ginea professione ruit, et res et species custo-  
iatronalis extabuit, ut in omni earum habitu-  
ola possint notari triscurria, ubi nil nisi jocu-  
onant, et oculorum nutus et lingua. Petulantia  
cessu, nihil non ridiculum constat 400 in  
bus. Vestium qualitates intantum sunt ab illa  
frugalitate dissimiles, ut dilatatio manicarum,

tunicarum angustia (49), calceorum de Corduba ro-  
stro torticia, totius ubique jacturam videas clamare  
pudoris. Æstimat se quælibet extremas attigisse  
miserias, si amasiorum opinione caruerit; et tanto  
sibi nobilitatis et curiæ gloriam arrogat, quo hujus-  
modi procorum numero florentiore redundat. Erat,  
testor Deum, tunc temporis major in viris feminas  
ducentibus pudor, intantum ut videri inter hæc [f.,  
has] erubescerent, quam modo in nubentibus femi-  
nis habeatur : quos certe ista verecunda negotia  
jactantiores et fori ac publici amantiore efficiunt.

Ut quid hoc, Domine Deus meus, nisi quia ideo  
nullus super sua levitate ac lascivia erubescit, quod  
omnes teneri sub pari nota conspicit. Et cum sub  
eodem affectu, quem habent omnes, pene agere  
sentiat; unde, quæso, studii hujus eum pudeat, ad  
quod coaspirare cæteros videat? Sed cur dico pu-  
deat, cum hoc solum talibus sit pudori, si quis  
eorum in exemplanda libidine minus emineat? Nec  
delinet pro amorum numero, aut selecta quam ale-  
xit specie aliquem privata jactantia, neque contem-  
ptus est eo singulariter apud te intumuisse quod  
amat, sed communem corruptionem magnifico apud  
universos favore concelebrat. Ecce clamor, dum  
quod verecunde tegi debuerat, dum quod conscientia  
debilitatæ castitatis accusat, et omnino deprimi  
dignum erat, effreni per inolitam pravitatis licen-  
tiam animi æterno damnandam silentio impudens  
quis huc illucque prædicat. Hoc et hujus simili  
modo modernum hoc sæculum corrumpitur et cor-  
rumpit, dum male concepta in alios spargit, sparsum  
etiam usque in infinitum traducta foeditate propaga-  
tur in alteros.

Deus sancte, nihil pene horum eo tempore, quo  
illa famula tua sic agebat, uspiam audiebatur, imo  
sacrosanctæ verecundiæ pallio et tegebantur indigna,  
ac idonea cornabantur [f., coronabantur]. In illo,  
Domine, septennio virginitas illa, quam tu in ea  
mirifice continuasti, sub innumeris oppressionibus  
agonizabat, dum soluto paterno connubio, ad alte-  
rum eam transferre maritum sæpissime minabantur,  
aut in exteris remotiorum parentum meorum domos  
abducere. Plane etsi adversus has importunitates  
acerbissime aliquoties desudabat, tamen contra  
propria lenocinia carnis, et quorumcumque externo-  
rum temperamenta mirabili, sed ex tuo munere,  
Deus meus, temperantia decertabat.

Non dico, bone Deus, qua virtute id fecerit, sed  
quod tui solius virtus fuerit. Quomodo enim virtus  
fuit, quam nulla spiritus carnisque discretio, nec  
pia ad Deum intentio, sed sola exterioris honesta-  
tis, aut evitandæ infamiæ cura peregerit? Utile plane  
est verecundia saltem peccato ingruenti resistere;  
quæ sicut utilis est ante peccatum, ita post pecca-  
tum damnabilis. Quod enim sic animum pio pudore  
consternat, ut a peccati perpetratione cohibent,  
ad tempus est utile, quia potest Dei timor, qui pu-  
dorem insipidum sale divino condat, accedere : et  
quod ad tempus, id est ad sæculum, proderat, utile

non ad momentum sed æternaliter facere. Hæc est A  
namque verecundia adducens gloriam, quæ tamen  
tanto est pernicioſa post culpam, quanto pertina-  
cius confessionis sanctæ obstruit medicinam. Habe-  
bat, Domine Deus, famula tua mater mea intentionem  
illam, quod ad sæculi honestatem contrarium nil  
ageret; sed tamen, juxta Gregorium tuum, quem  
tamen nec legerat, nec legi audierat, in ea inten-  
tione non mansit, quia ad te solum postea quid-  
quid intendebat, transtulit. Ergo sic sæculari reve-  
rentiæ inseruisse tunc temporis commodum illi fuit.

Voluto igitur post septennium et amplius malefi-  
cio, quo naturalis legitimique commercii copula  
rumpebatur, nimium plane satis credibile est, ut  
sicut præstigiis ocularis ratio pervertitur, ut de nul-  
lis, ut sic dicam, aliqua et de aliis alia fieri per  
magos videantur; ita vires hujusmodi ac venerea  
molimina multo minori artificio confundantur; ita  
enim populariter actitatur, ut jam ab rudibus qui-  
busque sciatur. Cassatis, inquam, per anum quam-  
dam illis pravis artibus, ea fide thalamorum officio  
deservivit, quia diutinam virginem sub tantarum  
animadversionum pulsatione servavit. Felix nempe  
alias in eo se infinitæ non tam miseriæ quam mise-  
rabilitati addixit, quod tunc bona, et multo magis  
postmodum bona semper malum, et meipso deterio-  
rem semper ediderit. Tu scis tamen, Omnipotens,  
quam pure, quam sancte secundum te me educave-  
rit, quantas gerulorum in infantia, quantas puere-  
scenti pusiolo mihi pædagogorum ac magistrorum  
curas adhibuerit, cum non etiam pro corpusculo  
vestium pompa defuerit, ut regios aut comitivos  
pueros obsequiis æquiparare viderer. Nec soli, Do-  
mine, matri contuleras hunc affectum, sed et aliis  
ditioribus multo personis tu instinxeras, ut non tam  
pro consanguinitatis necessitudine, quam causa  
gratiæ ad hoc a te mihi præstitæ, cultum mihi et  
nutrituras impenderent.

Deus, tu scis quanta monita, quantas auribus meis  
preces quotidie instillabat, ne ~~469~~ corruptionis  
cujuspiam verba susciperem. Doccebat, quoties a  
curis familiaribus solitudo vacabat, quomodo, et  
super quibus te orare deberem. Tu nosti solus  
quantis angoribus parturibat, ne initia florentissi-  
mæ ac spectabilis, quam tu dederas, ætatulæ, ani-  
mus male sanus sana perverteret. Voti ejus tu  
feceras, ut ad te indesinenter æstuares, quatenus  
præstares internam decori illi meo externo virtutem  
summopere, aut sapientiam. Et, bone Domine, bone  
Deus, si tunc præsciret quanto sordium cumulo  
obliteraturus eram bonas illas donorum tuorum su-  
perſicies, quibus me illa impetrante ornaveris,  
quid dictura? Quid actura? Quam irremediabiles  
gemitus emissura? Quam mentis dilacerationes in-  
cursura esset! Gratias tibi, dulcis et moderate  
dispositor, « qui finxisti sigillatim corda nostra  
(Psal. xxxii, 15). » Plane si penetralia animi mei  
mundis adeo indigna conspectibus mundissimus ejus  
oculus irrupisset, miror, si illico exanimis non fuisset.

## CAPUT XIII.

*Pia matris Guiberti exercitia.* — His per occu-  
pationem dictis ad aliqua retro omiſſa redeamus.  
Huic, inquam, femina inter sæculo serviendum,  
Dei nominis reverentiam super adfuisse didicimus,  
in tantum, ut in obsequio ecclesiarum, in beneficio  
pauperum, in oblatione sacrificiorum sic se ageret,  
ut venerabilis omnibus esset? Sed scio quia pariter  
mihi exinde plurima adhibendæ fidei difficultas,  
quam præcludere videbitur, suspectæ, ut putatur,  
laudis affinitas. Si matrem attollere, caute ac falla-  
citer seipsam extulisse videtur, te, Deus, qui ejus  
animam ut inhabitator nosti, testem compellare  
præsumo, omnimodis excellere, quod est illud, quod  
dicitur. Et certe cum luce clarius pateat vitam  
meam a bonorum omnium exorbitare vestigiis, et  
studia semper mea sensatis omnibus probro esse,  
quid mihi proderit aut paterni seu aviti nominis ma-  
gnitudo, ubi de prole miserrima tota coarctabitur  
latitudo? Et qui ad eorum mores nulla voluntatis  
et actus contemperatione regenero, ad infamiæ  
superequitat malum, si eorum mihi laudes  
ascribo.

*Maritus bello capitur.* — Huic igitur, dum sub  
marito adhuc juvenula ageret, tale quid contigit,  
quod non minimum correctionis ei vitæ incentivum  
præstitit. Franci Henrici regis tempore cum North-  
manis et eorum comite Guillelmo, qui Anglos post-  
modum subegit, et Scotos, multa animadversione  
certabant, in quo gentis utriusque concursu patrem  
meum capi contigit. Cujus comitis consuetudo fue-  
rat, ut nunquam captivos suos ad redemptionem  
cogeret sed perpetua, dum adviverent, carceris re-  
legatione damnaret. Quod ubi relatatum est conjugi,  
necdum enim natus eram, nec longo post tempore  
fui, et ideo matris supersedeo nomini, miserabili  
mœrore examinata defecit, a cibo potuque destitit,  
somnum desperatissima sollicitudo plus vetuit.  
Nec de multitudine redemptionis in ejus animo  
causa erat, sed de irremeabili captivitate mœre-  
bat.

*Inde gravissime afflictaur. Vexat eam dæmon.* —  
Cumque ejusdem noctis fieret intempestum, et illa  
atroci anxietate plenissima proprium cubile foveret,  
sicut diabolo consuetudinarium est, ut potissimum  
animis tristitia maceratis immergat, subito vigilantia  
illi ipse inimicus incubuit, et gravissimo pene usque  
ad extinctionem pondere jacentem oppressit. Cum  
sub hac ejus spiritus suffocaretur angustia, et om-  
nium membrorum ex tota libertate careret, vocis  
autem cuiuspiam sonitum nullatenus emittere pos-  
set, solumque Dei muta penitus, sed ratione libera,  
præstolaretur auxilium, ecce a lectuli ejus capite  
quidam spiritus, haud dubium quin bonus, sic in-  
clamare non minus affectuosa, quam aperta voce  
cepit: « Sancta Maria, adjuva. » Et cum aliquandiu  
sic dixisset, et quod dicebatur plene illa intellige-  
ret, sentiente illa quæ tantopere vexabatur, cum  
grandi animadversione erumpit. Quo erumpente,

ille qui incumbere assurgit, quem ille obvius apprehendit, et utpote ex Deo violentus cum tanto fragore subvertit, ut impulsu graviter cameram quatiente, asseclas sopore depressas insolenter nimis exciret. Illo igitur sic divinis virtutibus exturbato, pius ipse spiritus qui Mariam clamaverat et dæmonem pepulerat, conversus ad eam quam eruerat: « Vide, inquit, ut sis bona femina. » At pedisequæ strepitu repentino attonitæ, qualiter sua se haberet domina videre consurgunt, quam moribundam exsanguis vultu, et totius corpusculi viribus profligatis inveniunt; de sonitu sciscitantur, et ab ea illico causas audiunt, cujus vix spiritum et præsentia, et confabulatione, et accensione luminis referre queunt.

*Cum annum ageret Guibertus, obiit pater.* — Ultima ergo sui liberatoris verba, imo per tuum nuntium tua, Domine Deus, mulier illa retinens, perpetua condidit memoria, et in plurimum affectum, si facultas suppeteret, Deo in posterum præstante ducenda servavit. Obiit igitur morte parenti, cum multo adhuc carnis et vultus splendore niteret, et ego annum ferme natus dimidium solus ei sollicitudinis causas darem, de viduitate continenda proposuit; in qua quanta vivacitate se rexerit, quanta modestiæ exempla præbuerit, ex hoc uno subjecto conjici potest: 470 quod cum parentes mei patris mei beneficiorum possessionumque æmuli, ea omnia, matre exclusa, obtinere niterentur, causæ actitandæ constituere diem.

Dies affuit, et proceres circa omnem acturi iustitiam considerant. Mater de eorum cupidissimis.... [f., certa] conatibus in ecclesiam concesserat, et ante Domini crucifixi imaginem debitæ memor orationis astabat. Ad quam cum unus de meis a patre parentibus, eadem quæ alii sentiens, et ab eis directus venisset, et ut ad illos, qui eam præstolabantur, accederet, iudicium eorum auditura rogaret, illa intulit: « Super hac, inquit, re non nisi sub præsentia Domini mei agam. » Et ille, « cujus, ait, domini? » Et ad imaginem crucifixi Domini prætensa manu: « Hic, inquit, est Dominus. » His auditis, « hic mihi causidicus sub quo agam. » Erubuit dicto ille, et ut erat non minimum versipellis, risu extortitio fucata nequitia abiit, audita relaturus ad suos. Qui et ipsi tali responsione suffusi, cum se nil justæ occasionis adversus ejus omnimodam honestatem habere cognoscerent, ei insistere desiverunt.

Nec mora unus de loci et provinciæ primoribus patris mei nepos, vir sicut potens, sic cupidus, feminam tali sermone adoritur. Cum tibi, inquit, domina suppetat juvenus et species, thalamum jurare te convenit, ut et tu ad sæculum jucundius vivas, et avunculi mei liberi a me fideliter nutriendi sub cura mea degant, denique et possessiones ejusdem ad mea, ut competit, jura recurrant. At illa: Scis, inquit, avunculum tuum claris bene natalibus propagatum, qui quia Deo eum efferente decessit, sua non

A repetet, Domine, apud me Hymenæus officia, nisi se ultro mihi obtulerint nobilioris multo personæ connubia. Idecirco autem cauta illa mulier de nobiliori est sortiendo locuta, cum sciret vix aut nullatenus posse contingere, ut cum ille nomen nobilioris horreret, illa continuo nobilibus ac ignobilibus generaliter reprobat, spem sibi secundæ suæ conjugationis adimeret. Cum igitur ille magnæ superbiæ quod de nobiliori dixerat, ascripsisset, illa subintulit: Certe aut nobiliorum, aut nullum. Intelligens ille qua intentione matrona dissereret, descivit a cœpto, et denuo ab ea nil tale quæsit.

B Igitur sub plurimo Dei timore, nec minori totius affinitatis et maxime egenæ manus amore, femina prudens nos et nostra regebat, fidem quam adventi marito servaverat, consequenter et animæ duplici tenore ferebat, dum et corporis veterem unitatem subintroducta altera carne, eo decedente, non dividit, et quotidiana pene salutiferæ hostiæ oblatione ipsi subvenire contendit. Et cum omnibus pauperibus generaliter esset affabilis, quibusdam pro facultate multa fuerat miseratione benefica et dapsilis. Peccatorum enim suorum memoria tantopere angebatur ac si universis addicta nequitiis pœnas omnium quæ geruntur malorum incidere vereretur. In frugalitate plane nihil poterat, cum teneritudini ejus et usui lautiori altmentorum parcimonia minime conveniret. Ad alias omnino inopinabiliter se habebat. Nam hisce oculis vidi manibusque tractavi, quod cultiori extrinsecus aliquoties veste prætensa, cilicio hispidissimo contegeretur ad nudum, nec solum interdiu apportabat, sed etiam quod delicato admodum valde insolens erat corpori, in eo ipso noctibus cubitabat.

C Nocturnis officiis vix aut nunquam deerat, cum divinis temporibus communia Dei populo frequentaret. Sic equidem, ut capellanorum studium indesinens nunquam pene apud ipsam a Dei laudis celebritate vacaret. Conjugis defuncti mentio adeo fuerat ejus jugis in ore ut nihil aliud animo volvere videretur dum inter orandum, inter eleemosynas largiendum, inter etiam vulgariter agendum, hominem illum, quod sine mente non poterat, continue loqueretur. Cujus enim amore cor exuberat, D eo se lingua ad loquendum quasi velit nolit, informat.

#### CAPUT XIV.

Sed his omissis, in quibus quidem bona, sed non adeo spectanda processit, residua consecremur. A patris mei obitu cum ferme duodennium, ut quidam asserunt, explevissem, quo et domum atque natos prælato sæculi habitu sub viduitate curaverit, quæ diutina revolutione parturiit, felicem perducere properabat ad partum. Dum ergo in hujus propositi deliberatione penderet, et cum solo pædagogo meo, qui et magister fuerat (de quo superius egi) super hoc ipso tractaret, audivi quemdam energumum, qui in ejus alebatur domo, cum de ea nescio quæ alia delatret, urgente se dæmone, declamantem:



« Crucem, inquit, posuerunt presbyteri in renibus ejus. » Quo siquidem mihi verius, licet tunc nequam quid innueret sciverim. Nam non uni, sed multis seipsa deinde supposuit crucibus. Nec mora cum nemini res pateret, præter illi quem prælibaverim, cuidam domus suæ dispensatori qui et ipse conversam eam cita est postmodum sæculi abrenuntiatione secutus, tale quid in somnis apparuit, quod videlicet **✠** virum duceret, nuptias celebraret; quæ res liberis ejus, amicis ac parentibus miraculum et stuporem maximum generaret. Postridie mater eum deambulatum comite doctore meo, et eodem œconomus rus iret, intulit ille quæ viderat. Nec mater in talibus versutissima interprete eguit, sed ad magistrum illum respiciens, quod ea quæ inter eos de Dei, cui conjungi desiderabat, amore tractabantur, visa illa portenderent, silenter innuit. Accelerans ergo quod cæperat, et interni sui æstus impatiens, oppidi, in quo morabatur, conversationem deseruit.

*Guido Bellocac. episcop. fundat ecclesiam S. Quintini. Simoniaci criminis accusatur, deponiturque, et Cluniaci fit monachus. Guiberti natale oppidum.* — Quo digressionis tempore apud episcopalem quamdam morata est villam, a domino Bellocacensi pontifice Guidone illic commanendi impetrata licentia. <sup>(40)</sup> His Guido vir omni curialitate compositus, nobiliter oriundus, forma exteriori valde officio quod gerebat idoneus. Qui post clarissimas quas Ecclesiæ Belvacensi præstiterat utilitates, inter quas sancti Quintini a primo lapide canonicorum regularium ecclesiam fundaverat, accusatus ab his quos educaverat, atque promoverat, clam apud Hugonem Lugdunensem archiepiscopum apostolicæ sedis legatum, Simoniaci et aliorum criminum, quia vocatus non venerat, adjudicatus absens depositioni, cum esset Cluniaco, inflictæ sibi sententiæ timidus, ad monachiam ibidem sese contradidit. Is et matrem et parentes neos cum videretur amplecti, et me potissimum charitudine plurima affectaret, præsertim cui omnia benedictionum sacramenta præter sacerdotium contulisset, a necessariis matris meæ rogatus, ut in propriis, quæ juxta loci ecclesiam constitutæ erant, ædibus degere aliquantisper sineret, gratanter admisit. Vocatur autem villa ipsa Castanentum ab oppido nostro milliariis ferme remota duobus.

*Guiberti Castanentum mater secessit, et S. Gerimari prope ecclesiam construit ædiculam.* — Inibi igitur consistens ad <sup>(41)</sup> Flaviacense, monasterium sese deliberaverat concessuram. <sup>(42)</sup> Exstructis itaque inibi ædiculis prope ecclesiam, mediante præfato magistro meo, tandem a loco in quo morabatur emersit, et cum sciret me prorsus orphanum, et nullam omnino habere sub qua niterer opem, parentum siquidem et affinium multiplex erat copia; at vero nullus qui puerulo in omnibus tenerrimo, pro indigentis ætatu sollicitè curam ferret; victualium enim ac indumentorum etsi esset nulla

necessitas, earum tamen providentiarum, quæ illius ævi impotentia conveniunt, quæ sine feminis administrari non possunt, me sæpius vexabat inopia. Cum ergo me sciret his addictum incuriis, timore et amore tuo, Deus, sua obdurante præcordia, sub oppido illo, in quo degebam, dum ad prædictum monasterium demigraret, transitum habens, tantis cordis lacerabatur æstibus ut castellum ipsum vel respicere pro tormento intolerabili sibi esset, acerbissima enim moestitia, dum cogitat quid ibidem reliquerit, mordebatur. Nimirum plane si veluti ab ejus corpore membra propria viderentur abrumpi, cum impiissimam et crudelem se profecto cognosceret, imo audiret vocari, quæ tantam sobolem, tanto, ut ferebatur, affectu dignam (multum enim non modo a nostratibus, sed etiam ab exteris excolebar) ita ab animo exclusisset, subsidii inopem dimisisset. Et tu, Deus bone, Deus pie, tua dulcedine, tua charitate jecur illud certe in sæculo piissimum, ne esset contra se pium, mirabiliter indurueras. Contra se nempe mollesceret, si nos suæ saluti præferens, Dei negligens pro nobis mundana curaret. Sed fortis fuit ut mors dilectio (*Cant.* VIII, 6), quia quo te dilexit arctius tanto ea quæ prius amaverat, visa est a se abruptisse securius.

Ad cœnobium ergo illud veniens anum quamdam in sanctimoniali habitu reperit, quam quia plurimam religionis speciem præ se ferebat, ad sibi cohabitandum discipulari quadam exhibita ei subjectione coegit. Coegit, inquam, cum ipsa ambientissime, expertis ejus moribus, sodalitium tale collegerit. Cœpit itaque pedetentim antiquioris illius feminæ rigorem imitari, victus parcimoniam sequi, pauperrima absonia amplecti, consuetudinarii stratus mollia fulcra rejicere, linteolo et stramine frumentario contenta dormire. Et cum multa adhuc niteret specie nullumque prætenderet vetustatis indicium, ad hoc ipsa contendere ut rugis anilibus ad cernuos defluxisse putaretur annos. Defluentia ergo crinium, quæ feminis potissimum solent ornatibus inservire, crebro forcipe succiduntur, pulla vestis et amplitudine insolita displicens, innumeris resarcitionibus segmentata prodebat cum nativi coloris palliolo <sup>(43)</sup>, et sutulari partusuris incorrigibilibus terebrato, quoniam interius erat cui sub tam inglorio apparatu placere gestiebat.

Confessio igitur veterum peccatorum, quoniam ipsam didicerat initium bonorum, quotidie pene nova cum fieret, semper animus ejusdem exactione præteritorum suorum actuum versabatur, quid virgo ineunte sub ævo, quid virita, quid vidua studio jam possibiliori peregerit, cogitaverit, dixerit, semper rationis examinare thronum, et ad sacerdotis, imo ad Dei per ipsum cognitionem examinata deducere. Inde cum tantis videres feminam orare stridoribus, tanta spiritus anxietate tabescere, ut inter operandum cum dirissimis vix ullo modo cessarent **✠** deprecatoria verba singultibus. Septem



tentiales psalmos sub præfata anu non videndo audiendo didicerat, quos tamen saporose, ut iixerim, diebus ac noctibus ruminabat ut nunquam suspiriis, nunquam gemitibus in auribus tuis, suavissime resonans cantilena illa careret. Si idinidinis quam amplectebatur admodum turbarent; cum ipsa enim omnes, qui ipsius notionem præstant, viri præsertim ac feminæ nobiles, quomire erat faceta et temperans, gratissime abantur, ipsis discedentibus, si quid minus n, si quid futile, si quid otiosum se colloquiis orsisset, illud in illius animo dici non potuas parturiebat angustias, donec solitas aut unctionis seu confessionis attingeret undas. I quantumcunque studium, quantacunque soldo ejus haberetur in talibus, nil fiduciæ, nil itatis menti ejus afferre poterat, quin semper et, quin semper, an reatum suorum posset ri veniam, flebilissime rogaret, Et tu scis, quantorum peccatorum, et nos non nesci- Quam parva est, Domine, ad comparationem [f., ejus] quorundam, qui neque dolent, neque rant, summa eorum! Tu nosti, Domine, in tam metiri poteram statum cogitationis ipsius, nunquam in timore supplicii et amore tui ejus im animum tepuisse.

## CAPUT XV.

*ibertus genio et voluptatibus indulget.* — Quid ? ipsa ut prælibatum est, sæculo repudium ante, ego solus sine matre, sine pædago, sine stro remanseram. Ille enim qui me adeo fidepost matrem educaverat atque docuerat, matris exemplo, amore ac monitu concitatus, ad chatum Flaviaci sese contulerat. Prava ergo ate politus, cœpi intemperantissime meo abutrio, ridere ecclesias, scholas horrere, consolorum meorum laicorum, qui equestribus ebantur studiis, affectare sodalitia, exsecrando atus signum, remissionem criminum polliceri, o, cujus parva licentia quondam mihi laxabandulgere, ut ex insolita nimietate tabescerem. ea actuum meorum gloria maternas concutit, et ex auditis instans exitium meum ipsa cons pene exanimata defecit. Cultus enim vestium, inter procedendum ad ecclesias habere sole- et quos, ut magis ad clericatum animarer, paraverat, hos ad lasciviam, quam nec ætas atur, circumferre, majusculos ad petulantiam es æmulari, pensi et moderati omnino nihil e.

*lit ad bonam frugem.* — Cum ergo tanto disso- s, imo vesanius me haberem quanto arctius et atus antea victitassem, mater impatiens au- im ad abbatem se contulit, et ut magister iterum me doceret, et ab eodem abbate et bus impetravit. Abbas siquidem avi mei alum- et ejus curiæ ex beneficio obnoxius, facile fuit o aggratulans adventui, benigne susceptum

A studio deinceps benigniore tractavit. Testor te, horum, pie dispositior Deus, quia, ex quo Basilicam monasterii ipsius intravi, et monachos considerentes pariter vidi et ex eorum contuitu tantum monachiæ concepit desiderium ut nullatenus defervesceret, nec sub quiete animus ageret, donec sui voti sortiretur effectum. Cum igitur sub eodem eis claustro cohabitans, totum esse ipsorum habitudinesque considerans, et sicut solet a vento flamma succrescere, ita ex contemplatione eorum semper mens mea conformationi illorum inhians, non poterat non ardere. Sollicitatur denique ab abbate loci congeminationis quotidie precibus ut monachum ibidem me facerem, et cum infinito ad id æstuarum desiderio, ad hujusmodi pollicitationem tamen per ulla rogantium rogarias mea lingua solvi non poterat, et quod non modo jam gravescenti difficillimum esset, ut de tanta cordis abundantia omnino silerem haud ægre puerulus observabam.

*Monachum induit Flaviaci.* — Tandem matri rem prodidi quæ, puerariam verita levitatem, tanta ab hoc proposito me ratiocinatione rejecit ut me non minimum pœniteret quod ei gerenda retexerim; cum et eadem magistro dixissem, multo longius et ipse me pepulit. Qua utriusque repulsa gravissime irritatus, alias animum deliberavi appellere. Itaque sic me cœpi agere ac si nihil horum cœpisssem appetere. Et cum ab octavis Pentecostes usque ad Natalem Dominicum distulissim, et votis ardentissimis peragendo negotio aspirarem, matris reverentiam magistrique timorem impatiens, Domine, tuæ internæ stimulationis abjeci, et ad abbatem, qui tantopere fieri hoc ardebat, et nihil sponsionis in tantis sollicitationibus ab ore meo haurire potuerit, me conferens, ejus pedibus me affudi, et his ipsis verbis, ut videlicet peccatorem susciperet, flebiliter admodum exoravi. Qui petitis lætus favens, vestes quæ necessariæ fuerant quantocius, id est postridie præparatas, produxit, et me matre procul aspiciente ac flente induit, et eleemosynas proinde eo die fieri mandavit.

Interea ille meus quondam magister, quia 478 districtioris causa regulæ me ulterius docere non poterat, saltem instigare ad ea quæ legebam divina volumina discutienda curabat, minus cognitatas quasque dictiones et doctioribus recogitare, (39) pro- sulas, versiculosque componere, et quo mihi erudiendo minor ab aliis cura imponderetur, eo me commonens arctius elaborare. Et, o Domine, lumen verum, plene recordor tuæ inæstimabilis, quam mihi tunc extrubuisti, largitatis. Nam mox ut habitu tuum te invitante suscepi, illico mihi visa est a facie cordis nubes amota, et illa mox introducere cœperunt, in quibus pridem evagabar cæcus et errans. Præterea tanto discendi affectu repente sum animatus ut huic soli rei unice inhiarem, et incassum me vivere æstimarem, si diem sine tali quolibet actu transigerem. O quoties dormire putabar, et corpus sub pannulo fovere tenellulum, et

spiritus meus aut dictatoriens arcebat, aut quidpiam objecta lodice, dum judicia vereor aliena, legebam.

*Strenue litteris dat operam. Sed ut laudes caplet humanas.* — Et tu, Jesu pie, non nesciebas qua intentione id facerem, conquirendæ utique gratia laudis, et ut præsentis sæculi honorificentia major occurreret. Habebam plane contra me amicos, qui etsi bona mihi suadebant, crebro tamen et laudes et ex litteris claritudines ingerebant, et per hæc culminum ovumque assecutiones. Spes igitur omni aspidum ovo deteriores cordi improvido afferebant, et cum omnia quæ spondebant, citissime adimplenda putarem, vanissimis me expectationibus deludebant. Quod enim in grandævo eventura dicebant, ego plane adolescenti atque juvenulo accessum putabam. Proponebant nempe mihi et eam quæ te auctore in dies excrescebat scientiam et bonos ad sæculum natales et formam; sed non recordabantur quia per hos gradus vetuisti ascendi ad altare tuum, quod sic soleat turpitudine revelari. Qui enim ascendit aliunde ille fur est et latro (*Joan. x, 1*), quod est turpitudum.

*Quanta compunctione adolescens præditus erat, et quam utiliter lectioni intendebat.* — Sed in his meis te inspiratore primordiis, si aliud sapuisset, præparanda mihi fuisset anima ad tentationem. Et certe tunc temporis quodammodo insipide sapiebam. Licet enim pueriles admodum gaudiorum scilicet ac irarum motus haberem, o utinam tum, Domine, tuum iudicium sic timerem, peccata etiam maxima sic modo horrerem, quomodo tunc minima et prope nulla horrebam! Æmulabar sane, et quam avidissime eos, quas sua videbam commissa defentes, et visui auditivique meo erant gratissima quæcunque ex te erant. Et qui in scripturis nunc jactantiam et verba quæro, imo ipsorum ethnicorum infamia dicta pro garrulitate contineo; tunc fletus, dolorumque causas exinde exigebam, nec me legisse putabam, quoties in ipsa lectione nihil contemplativum, nihil compunctioni habile attingebam, scienter ego nescius sic agebam.

*Terricula eum maxime cruciant.* — At hostis ille antiquus, qui pro statibus animorum, pro qualitatibus ætatum se habere longæva diurnitate perdidit; ille, inquam, pro modulo mentis ac corpusculi mei nova mihi bella parturit. Nam in somnis mortuorum hominum mentis meæ obtutibus crebrius imagines inferens, et maxime eorum quos uspiam gladiis, aut quolibet interneconionis genere aut videram, aut occubuisse audieram, tantis spiritum somno solutum speciebus exterrebat ut noctibus, nisi me prædicti magistri mei vigilantia communiret, neque lecto cohiberi, neque a clamoribus arceri, imo et vix sensum regere possem. Quæ molestia quamvis aliquibus inexpertis puerilis esse atque ridicula videatur, tantæ apud eos qui ea urgentur calamitatis habetur ut timor ipse, qui a plerisque putatur ineptus, nulla valeat ratione, nullo consilio temperari, et cum

A ipse qui patitur, idipsum quod patitur, floccipendat, nulla tamen auctoritate spiritus, ubi se sopori, vel parum immerserit horrentia visa recitiat, imo somnum repetere mens graviter a timoribus irrequieta pertimeat. Cui siquidem passioni etiam frequentia et solitudo paria sunt, dum societas timori non obstat, et solitaria semper habitatio aut magis, aut tantumdem quod consuevit efficiat.

*Visio terrificæ.* — Multum, Domine Deus, ab eo in quo nunc ego statu diversa gerebam; tunc plane sub magna tuæ legis reverentia, et infinita totius peccati execratione vivebam, quæque ex te et dici, et audiri et sciri poterant ambientissime combibeam. Scio, celestis Pater, quia talibus pueruli studiis sævisime diabolus irritabatur, a me postmodum totius pii fervoris desertione placandus. Unde et nocte quadam cum tanta misera sollicitudine experrectus, hiberno, ut opinor, tempore in meo me lectudo continerem, et lampade proxima clarissimum reddente lumen securior esse viderer, ecce repente et haud longe de superioribus, ut putavi, multarum vocum, cum nox esset intempesta, clamor emersit. Vox autem sine verbo fuit, o [*f.*, sed] solum vi calamitatis. Et illico concussis veluti ad somnum temporibus a sensu rapior, et mortuum quempiam, quem obiisse in balneis quidam conclamabat, videre mihi videor. Qua imaginatione conterritus, cum e statu prosiliens subclamassem, in ipso primo motu meo respiciens, lampadem vidi extinctam, et per medias rugientis umbræ caligines sua ipsius specie dæmonem stantem prope intueor. Cujus visione teterima pene efferarer in rabiem, nisi me magistri mei, qui his terroribus moderandis crebrius excubabat, perturbatum et amentem solertia refovisset.

*Vehementius in recens conversos sævil dæmon.* — Nec me latebat, Deus meus, in ipsa annorum puerilium teneritudine, quia studium bonæ intentionis, quo meus animus tunc fervebat, incertorem meæ malignitatis diabolus non modice incitabat. Et, o pie Deus, quid victoriarum, quid pro victoriis coronarum hodie commeruissem, si immobiliter ad id certaminis perstitissem? Plurimis etiam auditarum rerum conjecturis experior adversus nuper conversos, seu eos qui ad hoc propositum semper aspirant, vehementius dæmones acerbari. Unde memini tempore Guidonis Bellovacorum episcopi (cujus superius mentionem fecerim) quemdam inter familiares suos juvenem de equestribus exstitisse, quem præ suis pene contubernalibus episcopus idem specialiter affectabat. Quem cum pravitatum suarum atrocissime pœniteret, et de sæculari conversatione modis omnibus moliretur effugium; cum super hac novitatum revolutione acerrime roderetur, nocte quadam cum in episcopi cubiculo ipse dormiret, et religiosus admodum vir quidam Ivo nomine Sancti Quintinensis indigena, ni fallor, litteris clarissimus, facundia prope modum clariore præpollens. Cluniacensis monachus, qui sub benedictæ memoriæ abbate hujus loci

Hugone diu egit officium prioratus, cum aliis quibusdam sancta vita æque nobilibus pariter inibi episcopo præsentate quiescerent quidam de vicini cujusdam proceribus oppidi, vir valde curialis et prudens, intempesto silentio soporatis omnibus vigilabat. Qui cum quæ volebat cogitans, huic illucque despiceret; ecce proceri figura dæmonis, exili capite, turgentibus scapulis progrediens viro apparuit, et seriatim lecta quæque respectans, pedetentim per cameram deambulare se finxit. Cumque ad ejus stratum, quem prælibavimus juvenis, quemque ab eodem plurimum acceptari episcopo, falsissimus accessisset substitit, et retortis ad dormientem aspectibus; Hic, inquit, anxius et pejus his omnibus, qui istic dormiunt, me vexat. Quo dicto, ad ostium se dirigens cloacarum, in easdem se contulit.

Is autem qui hoc speculabatur, dum hæc attenderet, tanto pondere premebatur ut impos ad locutionem et motum omnimodis fieret. Excedente igitur adversario, facultas sibi pariter in utroque rediit, et mane quibusque sensoribus visa retexans, et cum ipsis juvenis illius statum assentiamque requirens, reperit ejus animum enixius ad aggrediendum sanctiora proclivem. Si ergo gaudium est super uno peccatore converso in cælo quam super nonaginta qui non indigent pœnitentia justis (*Luc. xv, 7*), procul dubio plenum fidei est hostes humani generis acerbissima invidentia de eorum, qui mutantur in melius, ereptione tristari. Et certe sicut ego bonis initiis processus habeo pestilentes, sic et ille, qui a dæmone testimonium acceperat postmodum paulatim tepescendo refrixit, et ad studium sese sæculare retorsit; et tamen subitus ille bonarum nostrarum voluntatum motus, credibile est quam gravissime diabolica corda morderet. Nec mirum si doleat diabolus repentinos et fuitiles cujuscumque pœnitentis affectus, cum perfunctoria Achab illius scelesti regis humilitas, etiam divinos antequam humanos ad se deflexit aspectus. Unde Dominus, ni fallor, Eliæ: « Nonne, ait, vidisti Achab humiliatum coram me? Quia ergo humiliatus est mei causa, non inferam mala in diebus ejus (*III Reg. xxi, 29*). »

#### CAPUT XVI.

*Sæpiusculæ revolvit animo auctor quæ in mundo reliquit.* — Cum ergo paulatim succrescente corpuseculo, etiam animam in concupiscentiis pro suo modulo et cupiditatibus prurientem sæcularis vita titillaret, memoria et rotatu creberrimo qualis quantumque in sæculo esse potuisssem, eadem pene semper repetendo revolverem, et multo majora quam veritas pateretur sæpe confingerem, Bone Deus, cui de omnibus cura est, ostendebas ista famulæ tuæ matri meæ, in quemcunque statum sanum utique, vel insanum conscientia labilis vertebatur, visionem ejusdem species non sine tuo, Domine, judicio sequebatur. At quoniam multas curas perhibentur sequi somnia, et verum indubie constat; hæc tamen curæ non avaritiæ æstibus citabantur, sed ex vera

A interni boni æmulatione creabantur. Mox igitur ut piissimam ejus mentem visio importuna tangebatur, et sicut erat in talibus exsolvendis admodum subtilis et perspicax, mox, inquam, ut id incommodi suo sibi somnio portensum intellexerat, accito me super meo studio quid agerem, quid tractarem apud me secretius rogabat. Cui cum sic morem gererem, ut ei meam nullatenus unanimam negarem, omnia illa quæ secundum tenores audieram somniorum in quæ lentescere meus animus videbatur, alacri confessione prodebam, et cum de correctione monebat, veris profecto statim affectibus id spondebam.

Deus meus, statum illum, quem modo patior, toties tot significatum ænigmatibus ipsa mihi enuntiavit, et quod in primo statu gestum aut gerendum putaverat, hoc ~~475~~ quotidie intra cordis mei penetralia experior et contemplor impleri. Quin etiam ipse magister meus, cum eadem mihi sollicitudo suo indesinens penderet a pectore, multis figurarum modis, quæ pro tempore accidebant, et quæ porro in futurum eventura fuerant te manifestante videbat. Ab utroque igitur viro, Dei munere hinc ad terrendum, inde ad refovendum adversa et prospera cantabantur, ut et occultæ malignitati, vellem nollem, quia tuo miraculo eis tantum, qui me diligebant, detegebatur, parcerem, et de melioris spei aliquoties pollicitatione gauderem.

*Invident ipsi sodales ob scientiam. Eo amplius acuitur ejus ingenium.* — Cum enim aliquando spiritu acidiæ ventilarer, (<sup>[55]</sup> multas enim invidentias ab iis qui supra et juxta me erant, patiebar) parentum meorum adminiculis aspirabam ad externa monasteria commigrare. Nam nostratum aliqui, cum me olim longe infra se ætate ac litteris, potentia et cognitione vidissent, et solius ejus dono ipso discendi appetitum meis sensibus instigante, qui totius est clavis scientiæ, me sibi exæquari, aut omnino, si dici fas est, excellere pensassent, tanto furore adversum me eorum indignabunda excanduit nequitia ut me frequentibus controversiis, et simulatibus fatigatum multoties et vidisse et scisse litteras pœniteret. Studium plane meum ab eis tantopere turbabatur, ac tot de ipsis litteris sumpta occasione per continuas quæstiones jurgia motabantur ut ad hoc solum quatenus ab ea cura mea resiliiret intentio, meumque præpediret ingenium, eniti viderentur. Sed sicut oleum camino additum, unde putatur exstinguere, inde flamma vivaciore proserpit, eo instar cliyani quo amplius mea super eo labore solertia premebatur, tanto suis reddita valentior æstibus in melius agebatur. Quæstiones, quibus æstimabar obtundi, intelligentiæ plurimam mihi acrimoniam ministrabant, et objectionum difficultas crebra conjecturarum mearum ruminatio, et diversorum versatione voluminum, multipliciter sensuum et respondendi mihi efficaciam pariebant. Hoc itaque modo etsi gravissime eis invidiosus eram, tu tamen

nosti, Domine, quam parum aut nihil talibus A provide retulisset, cum multa animi compunctione et lacrymis tanta verba suscipiens, in tantam vagabundæ cogitationis licentiam, sub tam desiderabilis somnii tenore cohibui ut nequaquam enjuspam alterius jam traheret intentione cœnobii.

*Mutandi monasterii consilium.* — Inter has igitur, quas ferebam ægerrime vexationes, licet in hujusmodi angariis uberrimæ parturirentur utilitates, lassabundus animus sub infinita aliquoties cogitationum tortione languebat, nec corde pavido, et rationis viribus sæpe defectis cogitabam qui prodesset adversitas, sed libentissime decreveram petere censionem quo carnalis suggerebat infirmitas. Cum ergo propositum appulsem, ut non tam benevola abbatis mei licentia, quam parentum meorum incentivo et exactione, loco digrederer; matris quoque assensus, id fieri pia intentione credens B adesset (nam bene religiosus quo succedere gestiebatur locus ferebatur) testis malorum ac bonorum meorum talis ei se præbuit visio.

*Per visum matri filium sub sua protectione ostendit B. Virgo.* — In ecclesia cœnobii ipsius, scilicet Flavicensis [al., Flaviacensis], quæ dicitur Beati Geremari, sibi esse videbatur. Quam cum interius attendisset, desertissime destitutam; monachos etiam non modo scissos, et involucris fidei nimium enormibus adopertos; sed et statura cubitali in morem eorum quos vulgo nanos vocitant, omnes pariter imminutos. Sed quia ubi thesaurus, ibi cor, et ubi contuitus, ibi amor, cum ad me oculum sollicita destinasset, cernit, quod non melior cæteris me C status erigeret, nec apparatus dignior operiret. Cumque pro meo et tantæ Ecclesiæ mœsta foret discrimine, ecce infinitæ pulchritudinis ac majestatis femina per mediam basilicam ad altare usque processit, quam quasi juvencula sequebatur, cujus species ejus multum idonea videbatur obsequio quam consecratur. Cum ergo curiosissima esset scire quænam foret domina ipsa, dictum est ei quia esset domina Carnotensis. Quod nec mora conjiciens, beatam Dei Genitricem intellexit, (36) cujus nomen et pignora ibidem totius pene Latini orbis veneratione coluntur. Ad altare igitur perveniens, genua ad orationem flexit; sed et illa, quæ post ipsam ingredi videbatur, nobilis pedissequa, itidem a tergo ejus fecit. Inde consurgens cum plurima D quasi animadversione protenta manu, « hanc, inquit, ecclesiam ego institui, qua ratione patiar destitui? Et ad me subinde serenissimum pietatum signifera dirigens oculum, clarissimamque dexteram: « Hunc, ait, huc adduxi, et monachum feci, quem nullo modo patiar hinc abduci. » Hæc eadem verba præfata post ipsa pari modo pedissequa astruebat. Dixerat potens illa, et dicto celerius omnis illa desolatio, et vastitas ad integrum reparatur quæque primitus videbatur, et staturarum illa enormis modicitas, non modo cæterorum, sed et mea potentia favente jubentis imperio ad regulam, emendatur. Hujus mihi visionis seriem cum mater

(38) Deest aliquid.

provida retulisset, cum multa animi compunctione et lacrymis tanta verba suscipiens, in tantam vagabundæ cogitationis licentiam, sub tam desiderabilis somnii tenore cohibui ut nequaquam enjuspam alterius jam traheret intentione cœnobii.

*476 Item Guiberto in somnis apparet beata Virgo.* — Hæc et his similia, o Domine, cœlestis Mater imperii super peccatorum meorum horrore super innumerabilibus, quibus a tuo amore et servitio descivi, apostasiis, ansam ad te redeundi conferrunt, dum mihi meo precantatur a corde, amplissimos clementiarum tuarum sinus ullis flagitiorum meorum molibus præcludi non posse. Recordor etiam semper, cœlestis Domina, quia cum puerulus huic assumendo habitui aspirarem, nocte quadam per visum in ecclesia tui nominis eram, et videbatur mihi quod a duobus ab ipsa auferebar dæmonibus. Cumque ad basilicæ me fastigium extulissent, aufugerunt, et intactum intra ejusdem septa ecclesiæ dimiserunt. Hæc multoties, dum meam intueor incorrigibilitatem, reminiscor, et dum eadem peccata sæpius repeto, imo pessimis pejora superfero, ad te, piissima, pro evitando solum desperationis periculo non nimis spei, aut alicujus parvæ fiducia abusione recurro.

Etsi enim semper ex impulsu fragilitatis, non superbiam obstinatione delinquo, spem tamen nullatenus correctionis amitto. Septies plana cadit justus, et resurgit (*Prov.* xxiv, 16). Si septenarius pro universitate numerus solemniter ponitur, quibuscunque modis peccando quis cadat, si intentionem resurgendi ad justitiam habeat, quamvis ex carnalitate labatur, si dolorem recte penitentis adhibeat nequaquam justo nomine sese privat. Ut quid enim clamatur ad Deum, ut de nostris nos necessitatibus eruat (*Psal.* xxiv, 17), nisi quia naturæ corruptio peccati servitio nos velimus nolimus addemnat? « Video, ait, captivum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis; non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod nolo malum, hoc facio (*Rom.* vii, 25). » Est autem profundum quorundam malorum, in quod cum venerit impius, contemnit (*Prov.* xviii, 3), et tamen super quibusdam aliis profundis clamatur ad Deum, nec suam petitor dubitat exaudiri vocem. Est siquidem desperationis ex peccati nimietate contemptus, qui esse potest profundi hujus, quo non est substantia (*Psal.* lxxviii, 3), in qua miseria non subsistitur; est denique profundum de quo Jeremias panniculorum subligatione protrahitur (*Jer.* xxviii, 11), quod quamvis (38). Porro fundum tamen habet: quia quamvis ingentibus sit mens dimissa peccatis, habet tamen talecunque obstaculum rationis ut non feratur per interminatas voragines sine ulla recogitatione totius iniquitatis.

#### CAPUT XVII.

*Poesi plus æquo delectatur Guibertus.* — Interea cum versificandi studio ultra omnem modum meum

m immersissem, ita ut universæ divinæ paginæ pro tam ridicula vanitate seponerem, ad ipsum duce mea levitate jam veneram ut na et Bucolicorum dicta præsumerem, et s amatorios in specierum distributionibus, lisque nexilibus affectarem. Oblita igitur debiti rigoris, et professionis monasticæ purrejecto, talibus virulentæ hujus licentiæ lenolactabatur, hoc solum trutinans, si poetæ m comportari poterat quod curialiter dicebannullatenus vero pensitans quantopere sacris, de ea quæ desiderabatur industria, propolædebatur. Cujus nimirum utrobique raptadeest forte amore, vel voluptate], dum non verborum dulcium, quæ a poetis acceperam, quæ ego profuderam lasciviis irretirer, vetetiam per horum et his similibus revolutiones dica aliquoties carnis meæ titillatione tenereram hæc terebat volubilis et totius severitatis uens animus, alius profecto non poterat, quem cogitatio suggererat, e labiis proceponus.

*iptis et verbis obscena profert. Quod et patefitus magistro.* — Inde accidit ut effervescente ori rabie ad obscenula quædam verba devolveat aliquas litterulas minus pensi ac moderatites, imo totius honestatis nescias dictitarem. cum ad magistri prædicti notitiam pervenisset ipse ægerrime ferret, in illius exacerbafastidii eum contigit obdormisse. Quo sopotalis ei se ingressit visio. Senior canitiei pulimæ, imo is ipse, si dicere audeam, qui in me ad eundem perduxerat, et amorem ejus semper ad futurum spononderat, ei apparuit, issimeque intulit : « Volo, inquit, ut de litteris factæ sunt mihi rationem reddas; verum manus litteras ipsas scripsit non est sua ipsius quæ sit. » Quod cum a magistro mihi relatum fuigo et ipse pariter super tenore somnii non dissi1 conjecturam habuimus; læti enim ingemuimus pe tua, Domine, inde animadversionem tuam in paterna correctione videntes, hinc cujusdam alterationis fiduciam meis levitatibus eventuex visionis intentione putantes. Ubi namque is quæ litteras scripserat, non ejus esse qui serat dicitur, plane non permansura in illa niniosa sua actione indubie denotatur. Mea fuit, et non est sicuti legitur : « Verte impios, n erunt (Prov. xii, 7), » dum ea quæ in usu mea fuit, virtutis studio applicita omnem entiam indignissimæ illius proprietatis amisit. 1 nosti tamen, Domine, et ego confiteor, quia temporis nec tuo timore, nec meo pudore, nec 3 hujus visionis honore castigatiora peregeEa nempe irreverentia, quia interius me bam, et scriptorum nugantium nequaquam scurrilitatibus temperabam. Latenter quippe eadem carmina cuderem, et nemini aut vix no meis consimilibus illa prodere auderem,

PATROL. CLVI.

A sæpius tamen mentito auctore, ipsa quibus poteram recitabam, et lætabar ea a voti mei consortibus collaudari, quæ mea fore rebar prorsus inconveniens profiteri, et quod ad fructum ullius auctori suo non proderat laudis, solo restabat fructu, imo turpitudine gaudere peccati. Sed hæc, Pater, punisti, quando voluisti. Emergentibus enim contra me super tali opera infortuniis, et multa animum evagantem adversitate cinxisti, et corporis infirmitate pressisti. Pervenit ergo tunc gladius usque ad animam, dum vexatio attigit intelligentiam.

*B. Gregorii scripta, quo intelligentiam S. Scripturæ adipisceretur, revolvit. Doctore B. Anselmo casdem interpretandi modum addiscit.* — Cum itaque pena peccati intellectum dedisset auditui, tunc demum inutilis studii marcente socordia, cum tamen otii impatiens essem, quasi ex necessitate rejectis imaginationibus, spiritualitate recepta, ad exercitia commodiora perveni. Cæpi igitur jam sero ad id quod sæpe a plurimis mihi bonis doctoribus præstilatam fuerat, anhelare; scilicet Scripturarum commentis intendere, Gregoriana dicta, in quibus artis hujus potissimum reperiuntur claves, crebrius terere, secundum veterum auctorum regulas, ad allegoricum, seu moralem, quin et anagogicum sensum prophetica, vel evangelica verba perstringere. In his præcipuum habui incentorem Beccensem abbatem Anselmum, postea Cantuariensem archiepiscopum ex transalpinis partibus, Augustana videlicet regione oriundum, virum incomparabilem documentis et vita sanctissimum. Qui cum in prioratu prælibati cœnobii adhuc ageret, suæ me cognitioni ascivit, et omnino puerulum, et in summa et ætatis et sensus teneritudine positum, qualiter interiorem meum hominem agerem, qualiter super regimine corpusculi, rationis jura consulerem, multa me doctore intentione proposuit. Qui ante abbatiam, et in abbatia positus, cum ad Flaviacense, in quo eram, monasterium, familiarem religionis et doctrinæ suæ gratia haberet adventum, adeo sedule mihi eruditiois indulgebat beneficia, tanta ad id elaborabat instantia, ut unica ac singularis sui ad nos adventus et frequentationis ego viderer solus esse causa.

D Is itaque tripartito aut quadripartito mentem modo distinguere docens, sub affectu, sub voluntate, sub ratione, sub intellectu commercia totius interni mysterii tractare, et quæ una a plerisque et a me ipso putabantur certis divisionibus resoluta, non idem duo prima fore monstrabat, quæ tamen accidentibus quarto vel tertio eadem mox esse promptis assertionibus constat. Super quo sensu cum quædam evangelica capitula mihi disseruisset, cum primum quidem quid inter velle et affici distaret, luculentissime aperuisset; quæ tamen non ex se, sed ex quibusdam contiguis voluminibus, at minus patenter quidem ista tractantibus eum habuisse constaret; cæpi postmodum et ego ejus sensa commentis, prout poteram, similibus æmulari, et ubique Scripturarum,

28

si quid istis moraliter arrideret, sensibus multa animi acrimonia perscrutari.

*Concionem habet Guibertus jubente suo abbate in externo cœnobio.* — Unde factum est ut cum quodam abbate meo ad aliquod provinciæ nostræ cœnobium devenirem. Cumque illi tanquam plurimæ religionis viro suggererem, ut ad capitularem conventum veniens, inibi sermonem faceret, ea quæ a se petebantur in me transfudit, et ut vices super isto ejus exsequeretur exoravit et jussit. Die autem Mariæ Magdalene Natalis celebratur eodem. Ea propter de libro Sapientiæ adhibita sermonis materia solo illo unico verbo illi qui petebatur tractatui contentus fui: « Sapientia, videlicet, vincit malitiam, attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter (Sap. viii, 1). » Hoc cum qua potueram oratione explanassem, et ipsis auditoribus pro dictorum eorumdem convenientia placuissem, prior Ecclesiæ ipsius, litterarum sacrarum non minimum pro scientiæ potentia studiosus, familiariter a me exegit ut id sibi scriberem, in quo materiam sumendi cujuscunque sermonis acciperet. Quoniam ergo abbatem meum, quo præsentem id dixeram, ægre laturum scripta mea cognoveram, caute aggredior hominem, et ut causa viri illius, quem se diligere testabatur, quod petebam, indulgeret, ex latere quasi ex..... amici, et quasi talium minus studiosus precor. Suspiciatus igitur brevissima me dicturum, assensit; cujus cum de ore verbum rapuissem, cœpi exerceri in eo quod proposueram.

*Tractatum Qualiter sermo fieri debeat, et commentarium in Genesim edidit. Iniquo animo id fert abbas.* — Propositum autem habui ut initia Geneseos, Exameron scilicet, commentari moraliter aggrederer. Cui commento præposui tractatum satis mediocre qualiter sermonem fieri oporteat. Quo præmisso sex dierum tropologicè prosecutus opera fudi, importuno licet eloquio, quæque meo sedissent ingenio. Cumque primum abbas meus sacræ illius historiæ conspexisset adnotari capitulum, minus sano hæc attendit intuitu, et cum me plurima animadversione finem scriptis illis facere monuisset, videns quod non nisi spinas cepta talia oculis ejus ingerebant, non solum ejus, sed et omnium qui ad id ipsum deferre poterant præsentias præcavendo, clam illud omne peregi. Opuscula enim mea hæc et alia (\*) nullis impressa tabulis dictando et scribendo, scribenda etiam pariter commentando immutabiliter paginis inferebam. Tempore ergo illius abbatis omnimodo studia mea delituere silentio. Quo decedente, nactus occasionem dum pastore locus ille vacaret, impegi tandem 478 et brevi opus explevi. Quod decem libris complexum, secundum illos quatuor prænomatos interioris hominis motus, ita moralem exsecutus sum in omnibus tropum, ut penitus immutato locutionum ordine initia continuerentur ac [f., ad] supremum. In quo opusculo an cuiquam profecerim nescio, placuisse tamen plerisque plurimum litteratis non dubito; hoc vero certum

quod non parum commodi mihi præstitit, in quantum me, ministro vitiorum, liberavit ab otio.

*Libellum de sententiis diversis Evangeliorum et prophetarum composuit. Quare non sensui allegorico sed morali studuit.* — Scripsi interea capitularem libellum de diversis Evangeliorum et prophetarum voluminum sententiis, de libro Numeri, Josue, Judicumque aliqua inserens, cui huc usque finem dare differo, quia his explicitis quæ impræsentiarum teneo, in similibus exerceri aliquoties (si vita comes fuerit) Deo suggerente delibero. In quorum plurimis tropologiam, in paucis allegoriam secutus, eundem quem in Genesi habueram morem gessi. Porro in Genesi adeo [f., ideo] potissimum moralitati intendi, non quod in sensu allegorico, si pariter elaborarem, sentienda deficerent, sed quod judicio meo allegoricis moralia satis hoc tempore utiliora putarem, fide ex Deo ad integrum stante, moribus pene omnium multiplici vitio profligatis, et quod in immensum tendere opus non meæ fuerat licentiæ aut voluntatis.

#### CAPUT XVIII.

*Iterum ad matris gesta vertit orationem Guibertus.*

— Igitur mater bonos quantum ad scientiam meos admirata successus, valde æstuabat super lubricæ ætatis quos verebatur excessibus. Unde et sui me imitorem fieri quam sedulo postulabat, cui cum Deus speciem tantopere præstitisset, ita quidquid in se laudabatur posthabuit, ac si sese nullatenus pulchram scisset, ita viduitatem coluit, ac si maritalia semper debiti cubilis impatiens horruisset. Nosti tamen, Domine, quid fidei, quid amoris etiam defuncto ipsi suo jugali detulerit, quam quotidianis pene sacrificiis, orationibus ac lacrymis, haud mediocribus eleemosynis solvendæ ejus animæ, quam peccatis præpediri noverat, indesinenter institerit. Qua ex re mira Dei dispensatione fiebat, ut creberimis ei visionibus, quos ille dolores in sua purgatione ferebat; patientissimis imaginationibus monstrarentur. Quæ visorum genera haud dubium quin ex Deo proveniant; ubi enim nulla prava securitas ex assumpta falso pulchritudine luminis datur, sed ex oblata doloris ac pœnarum specie orationis et eleemosynarum incentiva præbentur, ubi aperte a mortuis, imo ab angelis, qui fidelium mortuorum curam gerunt, divini officii remedia exiguntur, ex Deo fieri hoc sufficiens probationi est, quia a dæmonibus nunquam saluti cujuscumque profutura quærentur. Sollicitus igitur bonæ illius mulieris animus his significationibus recalescens, ac internum tormentorum ad profectum assidue pro marito quondam suo intercessionis portentione succendi.

*Guiberti pater Evarardus nuncupabatur. Ab uxore cernitur per visum.* — Unde inter cætera quadam nocte, Dominica post matutinos, ætatis tempore, cum membra scamno cubitum angustissimo contulisset, mox in somno cœpit deprimi, sua ipsius anima de corpore sensibiliter sibi visa est egredi. Cumque veluti per quamdam porticum duceretur,

em inde emergens ad ora cujusdam putei cœ-  
t propinquare. Cui cum esset facta contigua,  
de foveæ illius voragine larvali specie homines  
iliunt, quorum videbantur tineis exesa cæsaries,  
volentes manibus corripere, et intro protra-  
. Et ecce vox a tergo feminae trepidantis, et ad  
m incursum miserabiliter æstuantis, erupit ad  
: « Nolite, *inquit*, eam tangere. » Qui voce ves-  
s adacti resilierunt in puteum. Cum autem,  
l me præterierat, per porticum procederet, hoc  
m petebat a Deo cum exisse hominem se sen-  
, ut ad corpus sibi redire liceret. De putei igitur  
tatoribus liberata, cum contra marginem ipsius  
titisset, repente patrem meum, in ea specie  
juvenis exstiterat, sibi conspexit assistere;  
que in eum intenderet, et an ipse Evrardus  
retur (sic enim eum quondam constiterat ap-  
ri) suppliciter rogaret, ipse negavit.

« mirum, si spiritus eo se nomine insigniri  
eretur, quo homo olim fuerat; spiritus enim  
tui nihil aliud quam quod spiritualitati congruum  
respondere debuerat. Mutuam autem spiritus  
nomina habere notitiam, credi valde ridiculum  
alioquin in futuro sæculo, rara nisi nostratium  
itio est. Nomina plane non necesse est habere  
tus, quorum tota visio, imo visionis scientia  
ab intus. Cum ergo sic se vocari negasset, et  
n illa eum non minus esse sentiret, interrogat  
nodum ubi commaneret. Cui ille ac si plateam  
l procul a loco positam insinuat, et ibidem se  
norari. Quærit etiam qualiter se habeat. At ille  
bio relecto cum latere adeo utrumque ostendit  
um, crebris adeo vulneribus intersectum, ut  
nus intuentem sequeretur horror, et commotio  
rum. Ad hoc etiam pueruli cujuspiam species  
er aderat tantis clamoribus perstrepsens, ut ei  
que quæ id intuebatur plurimum molestiæ ge-  
ret. Cujus et mota vocibus dixit ad eum : « Quo-  
, Domine, tantos hujus infantis ejulatus potes  
? — Velim, *inquit*, nolim, patior : » ploratus au-  
hujus infantis, et brachii intercisio ac lateris (39)  
sententiam. Cum pater meus in primævo suo a  
imo matris meæ commercio per quorundam  
ficia esset extorris, quidam ad puerilem ejus  
um pravi consilii accessere, qui ut experi-  
r an cum aliis coire posset mulieribus, suasionem  
gnissima monuere. 479 Qui juveniliter eis  
nperans male attentato concubitu ex mulier-  
nescio qua prolem sustulit, quæ nec mora  
1 sine baptismo diem obiit. In concisione ergo  
is corruptio est fidei socialis; in stridoribus  
m infestæ illius vocis, perditio male procurati  
rocreati) infantis. Tales erant, inexhausta pietas,  
, tuæ retributiones in peccatoris tui, sed ex fide  
tis animam. Sed ad ordinem visionis redeamus.  
mque eum illa interrogasset an oratio, eleemo-  
, an sacrificium sibi aliquod subsidium ferret,  
scientia enim sibi erat quod hæc pro eo fre-  
b) Hic deest verbum.

A quentius faciebat) et ille subannisset, addidit : « Sed  
inter vos quædam habitat Leodegardis : » quam  
mater mea ea intentione illum nominasse intellexit,  
quatenus ipsa ab ea peteret, quid sui memoriam  
haberet. Erat autem præfata Leodegardis femina  
spiritu pauperrimo, et quæ sine moribus sæculi Deo  
simpliciter victitaret. Interea loquendi ad patrem  
meum finem faciens, respexit ad puteum supra  
quem erat tabula; supra tabulam vero Rainaldum  
quemdam virum equestrem conspexit, non infimi  
pretii inter suos, qui in ipsa die, quæ erat, ut præ-  
dixi, Dominica, a suis contribulibus proditorialiter  
Balvaci interfectus post prandium est. Is ergo cum  
esset super eamdem tabulam, curvato utroque  
genu, et cervice demissa, strue conjecta conflabat  
buccis pulsantibus ignem. Hæc mane videbantur, et  
ipse suos quos meritis accenderat deventurus ad  
ignes interiit meridie. Vidit et super prædictam ta-  
bulam quemdam qui adjuvabat, sed longe post abiit,  
fratrem meum, horrenda divini corporis et sanguinis  
per sacramenta jurantem; in quo nil aliud melius  
intelligitur, nisi (quod) pejerando, et sanctum Dei  
nomen, et ejus sacra mysteria super re vana assu-  
mendo, hos mereretur et pœnarum locos et pœnas.

Vidit et in eadem serie visionis anum illam, quam  
in suæ initio conversionis supradiximus cum ea  
conversatam, mulierem plane multis crucibus in  
superficie suo corpori semper infestam, at vero  
contra appetitum inanis, ut dicebatur, gloriæ minus  
cautam. Hanc, inquam, vidit a duobus ferri niger-  
rimis spiritibus speciemque ejus umbraticam. Porro  
dum anus illa viveret, et pariter ambæ cohabita-  
rent, dum de statu animarum et suarum mortuum  
eventibus loquerentur, aliquando pepigerant mutuo  
sibi, ut quæ prima decederet, superstiti qualitatem  
status sui, sive bonam, sive malam, apparendo per  
Dei gratiam manifestaret. Et hoc etiam oratione  
firmarunt, Deum sedulo obsecrantes ut, post ob-  
itum alterutrius, alteri liceat essentiam fortunæ vel  
infortunii sui visionis cujuspiam revelatione dete-  
gere. Ipsa quoque anus moritura in visione se vi-  
derat corpore spoliata, cum aliis similibus ad  
quoddam devenire templum, quæ inter eundem  
cruce a scapulis sibi ferre videbatur. Ad templum  
D autem cum illo comitatu veniens, obseratis foribus  
extra manere cogebatur. Apparuit denique jam  
mortua cuidam alii in magnis fetoribus constituta,  
cui plurimum aggratulabatur, quod per ejus ora-  
tiones a putore et dolore esset erepta. Præterea  
dum eadem ipsa moreretur, a pede lectuli hor-  
rendæ speciei dæmonem teterrimæ enormitatis  
oculos habentem astare prospexit. Quem tamen  
illa divinis obtestata nimium sacramentis ut a se  
confusibiliter recederet, et nihil suum a se repe-  
teret, terribili adjuratione removit.

Igitur mater mea ex convenientia visionis, veris  
vera conferens, et ex instanti oraculo militis mox  
perempti, quem pœnales sibi locos apud inferos jam  
sortiri perviderat, infantis clamores, cujus non



fuera ignara, conjiciens, in nullo de his dubia, totam se ad subsidia patri meo ferenda convertit. Similia ergo similibus objectans, paucorum admodum mensium infantulum, parentibus orbatum, ad se contrahens nutrire delegit. At diabolus piæ intentioni, nec minus fidelissimæ actioni invidens, cum totis diebus placidissime se ageret, vicissim jocaretur atque dormiret, noctibus tanta vecordia vagituum et clamorum matrem meam et omnes ejus domesticas irritabat, ut vix in eadem cellula cuiquam somnum habuisse liceret. Audivi certe ab ea pretio obæratas nutrices, quæ noctibus non desisterent continuatis, perversi non a se, sed ab intimo instigatore, illius pueri motare crepundia; sed ad eum qui urgebat everendum nihil poterat muliebris astutia.

Angebatur dolore immodico pia femina, dum nullis inter tot stridores moliminibus noctu anxia deliniret tempora, nec ullus etiam vexato penitus ac exhausto capiti poterat illabi somnus, ubi et instimulati forinsecus furor pueri, et omnia interurbans aderat inimicus. Et licet noctes sic ab illa transigerentur insomnes, et nunquam tamen ad divina quæ nocte fiunt officia reperta est iners. Quoniam ergo molestias istas molestiarum hominis, quas in visione viderat, cognoverat purgatrices, libenter tolerabat, per quod, ut sibi videbatur, quod et verum est, illius qui patiebatur compatiendo et ipsa levigabat angores. Nunquam tamen proinde puerum domo exclusit, nunquam contra ipsum minus curiosa exstitit; imo tanto magis quidquid inconvenientiæ inde emergebat, æquanimiter subire delegit, quanto ad id studii destruendum adversum se atrocius diabolus exarsisse persensit; quanto enim majus ipsius incentivum in irritatione pueruli contigisset experiri, tanto auditiones malas apud jugalis sui animam nullatenus dubitabat temperari.

#### CAPUT XIX.

*Guibertum ad dignitates allicere conantur amici.* — Multa alia, Domine Deus, ostendisti famulæ tuæ; et illi, quem tu proprie mihi præstiteras, magistro meo, quædam quæ jactantiæ ascriberentur si scriberem, in quibus bonæ id spei elucebat, quæ sub indulgentissima Matre tua in quam projectus sum ex utero, Jesu dulcis, hodieque præstolor; quædam cum pene adhuc puerascerem eis ostensa, quæ mirabiliter ævo jam maturescente experior. Tandem cupiditatum mearum fervor excanduit, et secundum quod fomitem cujuscumque scientiæ pectori meo inserueras, et personam ad sæculum idoneam satis cum natalium bona mediocritate contuleras, male mihi ab animo meo, et ab aliis necessariis meis, secundum hoc tamen non bonis, suggerebatur, conveniens fore ut in hoc mundo honoris alicujus profectione proficerem. Sed cognosco, Domine, quia in lege tua prohibueras per gradus ascendi ad altare tuum; sic enim sacri cujuspiam ducis turpitudinem revelari posse docueras. Qui enim per

A exterioris excellentiæ excrementa mysticum regimen attigerint, inde turpius cadunt, quod non æqualia, sed in mirabilibus super se tentaverint. Et inter appetendum certe ex parentum meorum procuracione, talium culminum assequendorum rumoribus meæ sæpius quatiebantur aures; multi mihi adulabantur, ac factiose qualitatem animi mei explorare volentes, quo ad eos, qui me nequiter æmulabantur, studium suæ delationis explerent, aut placituros se ex mei honoris affectatione putantes, et quæstui suo commoda mea valitura dicentes, et ideo proventibus meis semper meliora captantes.

*Ecclesiasticas dignitates refugit.* — At ego, sicut tu nosti, Creator meus, tuo solo instinctu, tua sola inspiratione, ad hoc convalui, ut quam præ (f., id præ) timore tuo aspernarer ab homine petere, aut homini id mihi procuranti colloquium aut consensum præbere, super eo quod tui solius est muneris, honore ecclesiastico. Et scis, Domine, quia super hac duntaxat re nihil omnino volo aut aliquando voluerim, nisi quod a te aut accipiam sive acceperim. Volo enim ut et in hoc sicut alias ipse me feceris, non autem ego me. Alioquin non bene lætaretur Israel in eo qui fecit eum (*Psal. cxxlix, 2*). Deus meus, quot adversitatibus, quot invidentiis tunc temporis opprimebar? unde et animus meus latenter ad id quod exterius mihi suggerebatur, quasi ad tentationis effugium næstuabat; sed licet intus ista ferretur ambitio, nunquam tamen æstus ad linguæ transitum prævalebat. Etsi enim turbabar, non tamen loquebar. Tu scis, Jesu, quia cuidam talia procuranti, at non meo instinctu id peragenti, semel peccato præpediente mandaverim ut quod agebat citius ageret. Tu scis, inquam quam ægre id dixisse me tulerim. Etsi enim multoties nefarie alias labi protulerim (f., potuerim), emptor tamen, imo proditor columbarum semper esse timerim. Et certe cum una sit columba, apud ipsos etiam cathedræ sunt non cathedra. Quidquid enim in Deo et Ecclesia dividitur, non est profecto a quo in eo patitur, « Ut sint, inquit, unum sicut et nos unum sumus (*Joan. xvii, 12*); » et : « Cum divisiones gratiarum sint, idem tamen est spiritus, dividens singulis prout vult (*I Cor. xii, 4, 11*), » et sequentia : « Thronusetiam Dei, » non throni « in sæculum sæculi (*Hebr. i, 8*). » Et : « De fructu ventris tui ponam super sedem tuam (*Psal. cxxxii, 11; Act. ii, 30*). » Quæ ergo una sunt apud Deum, per humanæ perversitatis fiunt diversa propositum.

Hæc nempe considerans, nec capitis corporisque unitatem ignorans, nihil volui usurpare in corpore, quia quidquid aliunde se intrudit, nequaquam capiti profecto consensit, et quod caput ignorat, quod non censeatur in corpore, nulli dubium constat. Qui enim dicturi sunt : « Nonne in nomine tuo prophetavimus, et dæmonia ejecimus? » (*Matth. vii, 22*) apostasii utique, ut sic dixerim, non commembres sunt, et ideo « Nescio vos » audiunt (*Ibid., 23*), ac si diceret : Non eos in meo sentio, quia ex me non



Levabat igitur fastidium spes quamvis frivolum, et orabam te, Deus, ut si quando id me tractabatur fieret, te solummodo auctore eret, et tædebat me quod per alios audientibus mihi parentibus ista quæri, et alios Dei efficientia, nullo carnaliter procurante. Item ipsi parentes non tam mihi quam sibi istiusmodi cura providentes, mecum ullatenus isto negotio non agebant, non plane juvenimum super hac re irritare volebant. Tanto me diutius volente [*f.*, nolente] deluditoribus meis inspiravit, ut pro suis anisalvandis alias commigrarent, et quarumbatiarum monachis, qui eisdem super mea in innitebantur, necesse fuit ut aliorum dicit.

tibi gratias, quia tunc intentio ad integrum emarcuit, nec ad aliquam terrenam ultionem suspicari collibuit. Flagellasti namque in tempore ~~481~~ illo, Pater, et corrector tum et levitatum mearum Deus, afflixisti, ad cognitionem redegitisti, ita ut me intra me gereres, mensque hactenus vaga nusquam, sed ad solam humilitatem et cogitationis stem medullitus aspiraret. Cœperam jam imum, Domine, experiri, et ad bonam solim mentis, in qua conversari tu soles, mere ad Matrem cœlestis imperii, Dei genitricem Mariam, unicum meum in omni necessitate me, totius ei interni fervoris librare committam. Delectabar ergo affectuosissime esse morhorrebam penitus et gradum potiozem, et nominis umbram in mundo. Tum primum illo sapore addidici ei quid voluntatis unitas, eisdem puritas, quid fuerit irreflexa perpetuitatis intentio. Quid dicam, Domine, momentaneus iste paradus exstiterit, quam vides, quam brevis et ad dubium tantæ dulcensensus?

*Abbas Novigenti eligitur.* — Vix paucis istalia prægustaveram, vix Spiritus tuus qui in terram me rectam deduxerat (*Psal.* 2), aliquantisper illuminatæ rationi insedens ecce quasi diceret: Cum voluisti, volui, modo et tibi displicet, velis nolis, habes quorundam remotorum et mihi funditus im emersit electio. Sed quænam electio? Ne fatear egregium, cum inter omnes qui obversabantur, sordidior, imo teterrimus, ab tuo testimonio judicaret. Paucarum igitur attigeram litterarum, et docentis, ut dicebatur, exterioris litura personæ, electores meos cœcutientes et lippos. Deus bone, quid si mea tunc interiora viderent? Quid quotirent, si qualis modo eis præsim agnoscerent scis, qui, quo nescio iudicio, id ordinasti, non mihi indignior, quantum horream quod nusquam ac honestioribus me præpostere omnino am; scis enim, cordium renumque præ-

A cognitor, quia tale quid nullatenus affectabam, respui tamen, aut reprobari fœde nolebam, teque præcordialiter exorabam ut sic immunis a cepto fierem, quatenus et verendum, et quod immodice extimescebam, onus non subirem, nec utpote fragilis ex mei refutatione deficerem.

*De filii electione dolet mater.* — Non te latuit, Deus meus, quam dure, quam ægre tulerit mater mea dilationem [electionem], quæ aliis videbatur honoris, sibi autem intolerandi mœroris, nec mihi quidpiam tale contigisse volebat, in quo periculum ætatis adhuc nesciæ metuebat, præsertim cum ignarus rerum forensium penitus essem, nimirum quas, solis litteris quondam intentus, nullatenus addiscere curavisset. Ab ipsa tamen, et ab omnibus pene B qui familiariter me noverant, mihi crebrius incantabatur, non diu me qualicunque promotione cariturum. Tu etiam, Domine, nosti quo interiori oculo et bona et mala, si uspiam promoverer, mihi eventura loquebatur, quæ hodieque experior, nec me, nec alios latent. Visionibus quoque quamplurimis, sub mea et aliorum specie, longis post futura temporibus prævidebat; quorum aliqua indubie fieri contemplor, et facta, nec minus residua quædam fienda præstolor, quibus tamen attempendis supersedendum ex industria reor.

Deus, quibus illa monitis cupiditates a mente arcere monebat! adversitatum infortunia quæ expertus sum certissime pollicens: lubricam semper suspirare juventam; per varios cogitationum ambitus animos frenare vagantes: ut eam de talibus disputantem non illiteratam, quod erat, feminam, sed disertissimum episcopum æstimares. Monasterium autem, ad cuius regimen eligebar, Novigentium vocatur, et est confinio Laudunensis dioceseos in tantum adjacens ut mediocris quidem, sed aliquoties stagnantis fluvii, qui Aquila nuncupatur, interstitio præfatum territorium a Sussionensi distinguat, de cuius vetustatibus si Deus opem dederit, in hoc nos opere tractaturos speramus.

## CAPUT XX.

*Diversi casus qui in cœnobio Flaviacensi accidere.* *Suggerius prior viso dæmone furore corripitur.* — Sed quoniam in hac Flaviacensi ecclesia sub Deo parente, et beati Geremari loci ejusdem conditoris patrocinio coaluisse nos diximus, quædam quæ ibidem audivimus, fierique vidimus, dignum ut memoriæ tradamus. Postquam ab eversione Danorum restituta est præfata ecclesia, quidam inibi monachus gerens officium prioratus, nomine Suggestus bonis se agens moribus, in ipsa mortali ægritudine decumbebat. Erat autem, si fallor, frater anus illius quæ in suæ initio conversationis circa matrem meam conversa est. Cui jacenti iastitit diabolus, librum manu tenens, dicensque: « Accipe, lege, hunc tibi mittit Jupiter. » Quem cum ille excrabitili nomine, exhorruisset, adiecit diabolus: « Diligis, inquit, domum istam? — Diligo, ait. » Et ille: « Scias eam totius religionis rigore sublato penitus post

tempus aliquod exordinandam. » Quæ verba loquentis Satanæ cum monachus dignis objurgationibus confundisset, recessit qui aderat hostis, sed monachus relato quod viderat in amentiam versus est, ita ut manciparetur vinculis. Qui tamen antequam exspiraret, menti suæ rediit, et diem 48<sup>o</sup> bene confitens obiit. Cum ergo sciamus diabolum mendacem, et patrem ejus ex solita invidentia dictum credamus, alioquin ne verum fiat, avertat Deus! Res enim postmodum ecclesiæ bene provecta, huc usque bene provehitur.

#### CAPUT XXI.

*Monacho qui inscio abbate pecunias absconderat, quid evenerit.* — Vidi et ibidem sub nostro tempore ex milite monachum moribus, ut læstimabatur, simplicem, ævo provectum, qui in pagum Vulcassinum ad cellulam quamdam ecclesiæ, quia inde oriundus erat, ab abbate suo destinatus, aggerem publici itineris, qui corruptus erat, licentia prioris sui restaurare proposuit. Muneribus ergo fidelium opus illud explicuit, quo profligato, quædam residua de eadem largitione retinuit. Interea lethali infirmitate corripitur, nec tamen quod male celabat ulia confessione reteggit. Defertur ad monasterium cujus erat monachus; non abbati, non priori constitetur, quamvis diræ ab eo tortiones, mortis videlicet præconia sentirentur, sed famulo cuidam, qui infirmis ministrabat, argenti illa quantitas ab illo committitur.

Itaque cujusdam intempestivo noctis increscente molestia e sensibus eripitur, pro mortuo terræ distenditur, nos etiam (<sup>58</sup>) signo crepitante vocati adfuius, psalmos, orationes, et convenientia obituri explevimus. Quo facto, hominem (<sup>59</sup>), ut monastici moris est, cilicio suppositum, ut videbatur in extremis stridoribus vix efflantem, reliquimus, cui nullus vitam, omnes solum præmortuo mox ultimum lavacrum spondebamus. Nec mora, nobis abeuntibus ille respirat; priorem (nam abbas aberat) evocat; de eo quod fraudaverat, et cui fraudem commiserat, indicat. Dixit, et a priore absolutione recepta, post paululum repetitis singultibus exspiravit. Erat prior tunc temporis magister meus, de quo sæpius ago. Ecce misericordiæ Domini multæ, quia non sumus consumpti (*Thren.* III, 22), qui quem vult

liberat de ore angusto latissime. Exacto igitur a præsentibus homine, quæstio pecuniæ in famulum tota devolvitur. Ipse autem massam illam in stramine cunarum cujusdam suæ parvulæ infantis absconderat. At nocte cum infans cubitum locaretur, ecce dæmones instar catulorum a latere et a tergo insiliunt, et hinc inde circum circa pulsantes, et aliquoties vellicantes, in clamores et lacrymas concitabant. Cumque ab utroque interrogaretur quid fieret, se a catulis comedi respondebat. Tum mater, quæ matris meæ ancilla et aliquando pedissequa exstiterat, ad ipsam dominam suam, matrem videlicet meam, concurrat, deposita illa rufaria apud se reposita dicit, et infantis

suæ discrimen in catulorum distractione subjungit. Cui illa : « Scias, inquit, dæmones esse, qui super illa diabolica pecunia jocundantur, et ei quasi suum recognoscentes instant. » Hoc maritus cognito, licet invitus, et plurima vexatione cruciatus, ut sic dixerim, seu vi, seu clam, seu precario, istud quod repetebatur, effudit, et dæmonum quam proinde patiebatur infestationem non tacuit. Audivimus quia cui vult Deus miseretur, et quem vult indurat (*Rom.* VIII, 18), colligere ex subjecto poterimus. Et o Dei admiranda judicia! is siquidem de quo retulimus, totam in exercitatione equestri ætatem, scortorumque fœditate deduxerat; ille vero, de quo sum relaturus, acediosus quidem aliquantisper fuerat, sed nihil inhonesti alias de ipso claruerat. Est plane hoc philargyriæ vitium in tantum apud monachos perniciosum, utpote minus naturale, ut vix aliquod crimen reperiat, cui tantopere diabolus subripiendo insidietur.

#### CAPUT XXII.

*De monacho propter peculium in agris humato.* — Alter quidam ex nostris monachus, et sacerdos ordine, cui nihil præter equitandi aviditatem poterat levitatis ascribi, a matrona quadam nobili duos acceperat solidos; qui mox, dysenteria comprehensus, apud Sanctum Quintinum Belvaci decederat. Quo Flaviaci cognito, jussu abbatibus ad propriam ecclesiam est relatus. Cumque plurimum ederet, et protinus indifferenter efflueret, accidit ut abbas suus uspiam migraturus ad eum locuturus accederet, verens ne se absente decederet. At ille sub abbatis adventu ad requisita naturæ concesserat. Quem posito sibi dolio, quia procedere non poterat, cum cerneret incidentem [*f.*, insidentem] mira deformitate horribilem, alterutrum quidem se sunt intuiti, et abbatem puduit tali in loco hominem convenire, et misero non licuit confiteri, imo non libuit, nec absolvi a crimine. Abbas recessit, et ille a dolio ad lectulum quasi requieturus accessit, in quo ubi est resupinatus, a diabolo est suffocatus. Videres horribiliter hæerere pectori mentum et jugulum, ac si ex violenta depressione subactum. Inconfessus igitur et inunctus, et super maledicto illo suo peculio intestatus moritur. Nudato itaque ad lavandum cadavere, reperitur pendens ab humero marsupium sub axella labere. Quo reperto, concussa qui invenerat ad terram cum furore crumena, manibusque complois cucurrit 488 ad monachos, insolitum eorum auribus rumorem invexit. Inauditum plane fuerat apud ipsos, suorum quempiam sic obiisse.

Mittit itaque post abbatem, qui duobus millibus trans Belvacum apud quamdam villam suam prandere jam cœperat. Per alium autem missum, qui huc pervenerat, jamdudum abbas eum obiisse acceperat, sed de solidis nil sciverat, nil dixerat. Missus ergo veniens ex parte fratrum qui miserant, consulit abbatem quid facto opus sit, an aliis conspeli liceret, qui tam misere ab aliorum commu-

nitate desciverat. Communicato itaque abbas cum viris prudentibus consilio, præcepit agrariam ei fieri sepulturam, et ab oratione et psalmis exsortem, et pectori ejus superponi pecuniam. Privata tamen pro eo fratrum non defecit oratio, imo multo amplius institerunt, quo magis noverant eum egere subsidio. Ex hujus igitur morte repentina, cæteri circa peculium castigatiores redditi. Audiamus adhuc qualiter sint alias et pro aliis flagellati.

## CAPUT XXIII.

*Tonitruo et fulmine clades maxima in Flaviacensi ecclesia.* — Vix pauca hebdomades emensæ fuerant, cum esset vigilia martyrum Gervasii et Prothasii, parvo emergente tonitruo, nec crebrescente corusco, tempestuosi aeris nubilus eminebat. Mane ergo nobis surgentibus parvo admodum spatio primæ horæ signum insonuerat. Ad ecclesiam insolita celeritate convenimus, post brevissimam orationem: « Deus, in adjutorium meum intende » dixeramus; sed cum vellemus aggredi sequentia, ictu ruente grandisono fulminis hoc modo penetratur ecclesia. Gallum, qui super turri erat, crucem, columque aut dispergit, aut cremat, trabem cui hæc insidebant debilitat, et scindulas clavis affixas semiurendo convellens, per occidentalem turre vitream intrat. Crucifixi Domini imaginem subter stantem, illiso usque ad ruinam capite, fixoque latere dextro, frangit, non ustulat, dextrum vero brachium et crucis et imaginis sic urit et truneat, ut præter manus pollicem de toto brachio quidpiam nemo reperiat.

*Percutiuntur duo monachi.* — Quasi ergo percusso pastore disperguntur plagis ac mortibus oves (*Matth.* xxvi, 31). Dextrorsum enim per arcum, cui percussa imago suberat, flamma labens in cæmento arcus descendendo bifurcam nigredinis rigam fecit; et in chorum perveniens, duos hinc et inde arcus stantes monachos percutit, et in momento exanimis reddit. Sinistrorsum autem altrinsecus ruens abrasa per gradus non passim cæmenti litura, ac si saxum inibi volveretur, monachum etiam illic stantem tutudit, licet neque in duobus, neque in hoc uno quidpiam læsionis aperte patuerit, nisi quod in eversis hujus oculis ab arcu decidens pulvis apparuit. Illud mirum quidem fuit, quod qui mortui sunt substitere sedentes; nos vero qui fulminis vehementia stupescerent pene examines eramus, proni in alterutros rueramus. Aliqui autem nostrum qui cecidimus, a cingulo inferius sensum corporis omnem perdidimus; aliqui adeo læsi sunt ut metu mortis sacro confestim oleo esse inungeremus. In quorumdam sinus flamma subintroit et pilos universos adurens, et ascellarum, quæ subhircos nominant, succrementa conflagrans, pedules ac soleas pertusando per extrema progreditur.

*Deiparæ imaginis facies tristis apparet.* — Dici non potest quam judicialiter in momento illo cælestis disciplina sævierit, per quos anfractus huc illucque discurrerit, quid læserit, quid usserit,

A quid frægerit. Ut simile factum in Francia nostra nemo ætate didicerit. Vidi, Deum testor, post horam qua hæc acciderant, beatæ Dei Genitricis imaginem, quæ infra crucifixum stabat vultu adeo turbulento et a solita serenitate mutato, ut penitus alterata videretur. Qui cum meo intuitui non crederem, hæc ipsa etiam ab aliis notata cognovi. Postquam autem a stupore, qui ex eventu illo acciderat, experrecti sumus, et confessione facta, quid pro peccatis nostris passi eramus, supra quam dici ab homine potest, tristes pensare cœpimus, et statuti a Deo contra facies nostras ex respectu conscientiarum nostrarum didicimus quam juste pertulerimus, illico piæ Matris faciem in serenum versam vidimus. Omnem sane fidem superat dolor et pudor, qui in nobis aliquandiu fuit.

*Iterum de fulmine.* — Post paucos admodum annos cum hujus jam memoria facti omnium pene obliteraretur ab animo, simile Deus commonitorium repetivit, excepto quod neminem læsit. Nam juxta eminentem cameræ cujusdam caminum pavo nocte substiterat quieturus, in tantum ut se totum ei dum somno deprimeretur imprimeret. Festivitas sancti Jacobi apostoli, et pariter Dominica habebatur; cum nocte gravis tonitrus fragor insisteret, fulmen camino irruit, quidquid ejus cameræ eminebat subruit, pavo ei incumbens immobilis stetit, puerulus monachus subter dormiens ne a somno quidem est excitus; famulus autem quidam stupore capitatis ac membrorum dure est attonitus. Juxta beatum Augustinum, (non) frustra montes Deus aut insensibilia percutit, sed ut a nobis pensetur quod, dum ea, quæ non peccant, sic impetit, magnum judicii discrimen peccantibus intendit, nutricem pro exemplo inferens quæ fuste terram verberat, ut infantulum ab importunitate compescat.

*De conversatione monachorum fulmine tactorum.* — Præterit me, dum de priori infortunio loquerer, de trium illorum qui perempti sunt moribus loqui. Duo siquidem novitii vix octo in conversatione menses impleverant, quorum alter sub colore gravitatis minus apud se idoneus erat, alter sub levi habitudine nil nimis odibile intus quod sciremus habebat. Hi, pridie quam paterentur, multum sub ea quam dixi diversitate se gesserant, mane etiam, quo hæc contigerunt, cum tonitruum voces ille exterius levis audisset, verba exinde dicere ridicula cepit, statimque intrans ecclesiam ictum illum quem risit excepit. At tertius vocabulo Robertus, qui et in sæculo Columba cognominabatur, ob sinceram quam habebat simplicitatem, juvenis tunc primis generis pubescentibus, in omni cognitibus honestate, in ecclesiastico ac fraterno officio tantopere erat expeditus et solers ut vicarius pene quotidie omnium haberetur. Attigerat autem et bene grammaticam. Is matutina illa hora, quæ ibi fovebat exitium, cum me surgentem, ne solitus erat, prævenisset in claustro sedere, significavit mihi quod ingentibus et reliquo corpore magnis doloribus

angeretur. Et subinde commotum respectabat ad aerem, ex quo et mox occubuit. Ecce ante ruinam cor illorum duorum exaltabatur, quorum, ut credimus, in Dei iudicio severior mox erat futura sententia; gloriam vero in isto præcedebat humilitas, cui et illico nulli dubium quin divina foret accessura sublimitas. Nam cuidam mox revelatum est quia hi tres Romam ad Sanctum Petrum pariter commigrarent, sed duo umbratiles, et qui vix videri possent, tertius ille albatu, et solita sagacitate vivax, ac mobilis properabat.

Accessit post aliquot annos jam horum oblitus, et securitate torpentibus, tertia correctio. Jam ab ecclesia eadem fueram digressus. Mane quodam, quo fieret tempestuosa commotio, ad majus altare litanias cantaturi processerant. In choro enim, in quo primum ceciderat, subsistere non audebant, cum subito flamma superna ruit, et, sicuti ii qui videre testati sunt, usque ad altaris crepidinem descendendo, circuitum ejus tetra ad sulphuris instar implevit. Cuidam monacho presbytero oculos ibi obduxit, duobus pueris ad altaris pedaneum capita habentibus, ac prostratis, quorum alter ex Judæo conversus, sed præcordialiter fidelis erat, ab altari sublatis, proculque transactis, pedes aram versus, caput ab abside parietem ipsis nescientibus motus ille convertit. Arcam, quæ post altare erat, per loca debilitans fulmen introiit, planetam quæ pretiosior putabatur, cum pars plurima ibi thesauri esset ecclesiæ, solam fide corruptit. Cujus hæc miranda ratio est.

A rege Anglorum, viro prorsus illegitimo, et Ecclesiis infenso, qui Rufus, quod et erat, cognominabatur (40), quem Deus sui ipsius amasii sagitta, dum venaretur, occidit, planeta ipsa ex nomine petita est. Qui proprios cum nollet exhaurire thesauros, monachum hujus rei executores destinavit ad abbatem monasterii (60) quod vocabatur de Bello, mandans ei ut quindecim marcas argenti ipsi monacho daret. Abbate vero renuente, per regis violentiam monasterii præda abducta, et mox marcis quindecim, vellet nollet, ab eodem abbate est redempta. Inde sacrilega, imo per sacrilegos planeta tanta est etiam fraude coempta, nec minori fraude composita, ut in procurando, in emendo, ut componendo tota constet in maledictione conflata; nec enim medium pretii, postquam post hunc eventum in partes missa considerata fuit, est valere probata. In ipsa plane ejus compositione multa emptoris fraus detecta tunc est. Hæc igitur integris cæteris ornamentis sic est jure damnata, licet suo mercatori simili parsum videatur a pœna.

Cuidam autem monacho mordacem gerenti conscientiam ante hoc factum tale quid apparuit: Imago Domini crucifixi de cruce descendere videbatur, de manibus, latere, ac pedibus sanguine exstillante. Per chori medium incedens dicere audiebatur: « Nisi confessi fueritis, moriemini. » Qui experre-

(40) Guillelmus II.

ctus horruit seipsum, sed antequam confiteretur, subit hujusmodi cum cæteris omnibus periculum, qui confessus justiciæ magnum dedit indicium. Pro quo jam consternato discrimine, die quo hæc primum accidere, perennia quotannis sunt instituta jejunia, eleemosynarumque beneficia. (61) Missa ad beatam Mariam et de ipsa quotidiana, præter hanc quoque missa de Natali Domini ad altare Sancti Michaelis omni Dominica. Sed jam properemus ad alia.

#### CAPUT XXIV.

*Dæmones terrent monachum morti proximum, qui malo fine perit.* — Eo anno, imo post quatuor primi casus menses, quidam monachus ordine presbyter, matris meæ quondam in sæculo capellanus, vir ad oculum tunc religiosus, sed tunc et postmodum vitiis enormibus, a quibus custodia humana abstinere non poterat, irretractabiliter deditus, facile cœperat infirmari. Qui insperatam in biduo perductus ad mortem, cœpit atrociter hac illacque despicere. Cumque ab iis qui esse ejus noverant rogaretur quid cerneret, respondit: Domum plenam barbaris hominibus. Cumque illi intelligerent sibi eos qui videbantur non alios quam dæmones imminere, cœperunt ei suggerere ut se signaret, et beatam Dei Genitricem invocare speraret: « Spem, inquit, et fiduciam in ipsa haberem nisi barones isti insisterent. » Mirum dictu quod barones eos vocaverit, quod ex Græca etymologia graves significat. Et, o quam male graves erant, qui non jam pœnitentia aut invocatione aliqua amoliri valuerant! Interrogant denique in quo potissimum angeretur. Respondet ille sic se sentire, ac si ingens productile ferrum guttur ejus et præcordia, flamma excandescente, perureret. Cum autem esset nox quietissima, ut ne venticulus audiretur, cœperunt fenestræ domus parietibus appelli, et quasi ex aliqua intrantium frequentia crebro reperiunt. Duo eum monachi, cæteris in domo dormientibus, asservabant, et, conscii quod talia non ex bono fierent, æstuabant. Inter illa ergo quæ diximus verba efflavit. Erat autem homo multis indignitatibus addictus, unde et talem vitam talis consecutus est exitus.

In cœmeterio ecclesiæ illius sepulcrum cuidam defuncto monacho parabatur; nec ille, cui id officii attinebat, meminisse non poterat, eo se in loco tumulum effecisse. Fodit igitur, et cum altiora petisset, tabulam quæ supponi solet sarcophago reperit, qua dimota, vacuum pene sepulcrum invenit, nisi quod cucullum (62), quem caperonem vulgo (*chaperon*, et *capuchon*) vocant, cum capite introrsum reposito, et crepides feno semiplenas (quod olim tempore sepulturæ factum est, ut magis hæreant pedibus) ad pedes sarcophagi reperit, in toto autem medio nihil. Quod cum aliqui vidissent, nobisque retulissent, Dei incomprehensibile iudicium mirati

s : quæ tam occulte ac subtiliter fieri pervide-  
 In quo illud dignum est miraculo, quod caput  
 missum. Corpus autem quo Deo placuit a suo  
 exportatum est. Cui simile quiddam a bonæ  
 riæ Manasse archiepiscopo, qui ante hos annos  
 sime decessit, et certius a monachis beati  
 jii in Remensi urbe addidici. Artaldus quidam  
 civitatis archiepiscopus ad pedes beati Remigii  
 lam fuerat sepultus : qui post plurima tempora  
 difficiorum mutandorum necessitate relectus,  
 ius sepulcrum fuisset apertum, nihil inibi de  
 corpore est omnino repertum, planeta sola de  
 restibus illic residua apparuit, quam constat  
 cum ejus corpore non tabuit, quia prorsus  
 patuit. Et certe si ejus corpus ibidem putruis-  
 abes utique casulam corrupisset. Videmus his  
 ribus, quæ apud beatum Gregorium referuntur  
 noxiorum cadaveribus Dei judicia innovari,  
 per sacra loca constat indebite tumulari.  
 ualis quæ vitam fæde transegerat nec pœnitue-  
 post mortem visa est torqueri. — In monasterio  
 um Cadomi constituto, quod a Mathildi Anglo-  
 regina constructum est, quæ Guillelmi ex  
 manorum comite regis (qui Anglos eosdem  
 erat) uxor fuit, monacha quædam fuit, quæ  
 peccatis aliquibus fædis sese receperat, nec  
 inque monitu ad confitendum cogi potuerat.  
 sub ea obstinatione mori tunc contigit, quæ  
 iter moriendum utile quidquam dixit. Cumque  
 x sororibus in cellula qua illa obierat, quadam  
 dormiret, videt in somnis in ipso camino do-  
 nimios ignes accendi, eamque in medio positam  
 olum conflagrari, verum a duobus malignis  
 bus hinc et inde duorum malleorum ictibus  
 . Quæ cum tantas miseræ illius mulieris tor-  
 attenderet, scintilla una considerantis in ocu-  
 x percussione mallei visa est evolasse. Unde  
 coctione insidentis igniculi eam contigit evi-  
 e. Qua ex re factum est ut, quod viderat in  
 1, pateretur in corpore, et veritati visionis  
 congrueret testimonium læsionis.

## CAPUT XXV.

*Itius, qui pauperem durius pepulerat, castigatur.*  
 idam Flaviacensis monachus Otmundus voca-  
 , qui cum adhuc clericus plurima monasterio  
 lisset, ad extremum sese contulit. Qui suscepto  
 chatu cœpti boni pœnitens, ægre nimium quod  
 t, tulit. Sed mox a Deo infirmitate corporis  
 atus, sensit, egitque postmodum viciniora  
 , nec sacrum jam ordinem necessitate, sed  
 voluntate. Is ira mobilis cum æquo plus esset,  
 ecclesiæ ædituus (41), pauperulum homi-  
 qui a se elemosynam importune petebat, dure  
 nam debuerat ab ecclesia expulit. Quo inter-  
 acto, cum nocte sequenti vigilias significaturus  
 ia aperienda prodiret, ecce diabolus, in specie  
 is pauperis quem pridie male eliminaverat,  
 seu ædituus, quasi ædes tuens.

A sibi obvius fuit, et fuste elevato monachum quasi  
 percussurus impetiit. Fores namque inter clerum  
 et populum interjecti parietis aperuerat, et ad alias,  
 per quas intrat populus, reserandas procedebat, cum  
 repente exterioribus obseratis in exitu anteriorum  
 a medio basilicæ ille simulans se ferire prosiliit.  
 Cumque ille pavefactus cessisset, hominem æstimans  
 quem hesterno arcuisset, in se tandem rediit, et dum  
 ostia forinseca clausa pensat, diabolum tandem fuisse  
 credit, qui hoc signo suum opus in homine denotavit.

*Molestias ingerunt dæmones agonizanti.* — In hie-  
 mali tempore dum ad naturæ requisita consurgeret,  
 solitis indui pigritans sola cuculla vestiebatur,  
 et inter moras illas frigore mortifero angebatur.  
 Nec multo post extremarum corporis partium tu-  
 more perductus ad mortem, nomen ipsum mortis  
 plus justo moleste ferebat. Cumque indesinenter,  
 heu! sibi sub tantis mœroribus clamitaret, ad ex-  
 tremam devenit horam. Qui sumpta communione,  
 et per Dei gratiam retenta, cætera enim redibant  
 ab vomitu, spiritum jam laborabat absolvere. Inte-  
 rea cum hæc prima fierent hora noctis, et custos  
 ecclesiæ vir bonus sese cubitum collocasset, ecce  
 audit in cœmeterio, quod juxta erat, fratrum, in-  
 numerabilem dæmonum frequentiam consedis-  
 se. Qui cum liberum ad hæc sentienda haberet intel-  
 lectum, potentia tamen quadam spirituali depri-  
 meretur ad linguæ et corporis motum, introeunt  
 eclesiam, et ante lectum ejus transeuntes, inter cho-  
 rum et altare sese proripiunt, et ad domum qua  
 decumbebat ægrotus intendunt. Cumque ille, qui  
 ista mentaliter fieri sentiebat, Deum ut ab iis salva-  
 retur in spiritu exoraret, nec causa mortis tantum  
 cogi exercitum ignoraret, mox ut ad cellulam agoni-  
 zans [f., agonizantis] attingunt, fratres, qui circa  
 morientem fuerant, ad convocandum aliorum con-  
 ventum tabulam ex more percutiunt. Quo dum con-  
 venit, ille nec mora resolvitur. Quod idcirco  
 retulerim, non quod in malignam illam partem eum  
 cessisse crediderim, sed quod omnes mecum pen-  
 sare commoneam, quod princeps mundi venit ad  
 Filium Dei, in quo non habebat quidquam. Et si ad  
 illum, ad nos quam potius [l. potius quam ad nos]  
 in quibus pene totum habet, diabolicam certum est  
 rapidis affectibus convenire dementiam.

*Mulier infanti imprecata diabolo mancipatur.* —  
 Mulierem inibi vidi, quæ cum suo parvulo filio atro-  
 cissime irasceret, inter alia maledicta, quibus  
 innocentem jaculabatur, infantulum baptismum etiam,  
 cui intinctus fuerat, ore nefario maledixit. Quæ  
 confestim arrepta a dæmonio bacchari insanissime,  
 et detestabilia loqui et agere cœpit. Quæ perducta  
 ad ecclesiam, et fratribus exhibita, per orationes et  
 exorcismum sensui reddita, ex vexatione edidicit  
 Dominica non maledicere sacramenta.

*Energumena monachi pravos mores appetit.* — Puel-  
 lulam itidem vidi energumenam ad memoriam inibi  
 Gêremari confessoris adductam. Quæ cum diebus

aliquot commorata fuisset ibidem; quadam die tracta est a parentibus ad altare. Cui cum assisteret, retorto ad chorum capite videt pueros monachos post se stantes, et ait : « Quam pulchros, Deus meus, juvenulos ! sed est inter illos unus qui nequaquam eis cohabitare deberet. » Quo audito valde mirati sumus, quorsum talis sententia respectaret. Nec mora quidam ex ipsis fuga elabatur, et inter fugiendum prava ejus vita moriendo deserta religione detegitur.

#### CAPUT XXVI.

*Ad sortilegia addiscenda Satan admittit neminem, nisi prius Christianæ professioni abrenuntiet.* — Quoniam de dæmonibus agere cœpimus, quædam subnectere idoneum judicamus, quorum exemplo et eorum oracula, eorumque qui eis confabulantur consilia vitare possimus. Neminem enim ad sua maleficia addiscenda admittunt, nisi quem totius suæ Christianitatis honore detestabili primum sacrilegio exuunt. In quodam nobili monasterio monachus quidam ab ineunte ætate nutritus fuerat, grammaticamque aliquantisper attigerat; qui ad cellam ecclesiæ appendicem a suo abbate directus, cum inibi moraretur, in morbum incidit, cujus causa cum Judæo quodam, gnaro medicinæ, loquendi malo suo occasionem sumpsit. Ex mutua ergo familiaritate sumentes audaciam, sua sibi incipiunt revelare mysteria. Itaque sentiens monachus malorum artium curiosus Judæum maleficia nosse, multum ei institit. Assensit Judæus, et sequestrum ei apud diabolum se futurum pollicetur. Statuitur locus colloquique dies. Tandem eo mediatore sistitur ante diabolum; petit se doctrinæ hujus eo fieri auctore participem. Refert præses ille nefandus neutiquam hoc fieri, nisi Christianitate negata sibi sacrificium deferatur. Interrogat ille quod. Quod delectabilius est in homine. Quod illud? Sperma libabis, ait, tuum; quod cum mihi profuderis, inde quod sacrificantibus est debitum prægustabis. Proh scelus! Proh pudor! Et is a quo hæc exigebantur erat presbyter. Et hæc ad tui ordinis et tuæ benedictæ hostiæ sacrilegam ignominiam fecit tuus antiquus hostis, Domine. Ne sileas, neque compescaris a vindicta, Deus (*Psal. LXXXII, 2*). Quid dicam? Quomodo dicam? Fecit quod petebatur infelix, quem tu, o utinam ad tempus! deserueras. Fit itaque cum horribili libamento super fidei relegatione professio. Quas autem artes execrabili hoc mercimonio comparari facto notificemus in uno :

*Mulier in canem convertitur.* — Quamdam cogniti generis monacham colloquio suo assueverat. Erat autem in cellula commanens, uno tantum sodali monacho, qui quidem exteriora curabat, is domi vacabat ineptiis. Die ergo quadam suo cum contubernali a negotio redeunte domi sedebant, quem cum porro vidissent, diverticulum mulieri non patuit, sed exitus ejus reditum monachi offendebat. Trepidam itaque novus incantator intuens sociam, vade,

ait, in occursum venientis, nusquam dextra lævaque respiciens, nil verearis. Credidit femina et processit. Ille vero substitit in ostio, et præcantans ei quæ didicerat, in canem eam convertit inmanissimum. Quæ cum redeunti monacho propinquasset : « Heu ! inquit, unde tantus canis advenit? » Illa vero multum pavefacta pertransiit, tantum ex eo verbo sub qua specie evasisset, agnovit. Monachus denique et ipse domum veniens rogat unde tam insolitæ magnitudinis canis emergerit. « Vicini inquit, illius nostri est. Nonne eum jam dudum nosti? » Sic siluit dum vera putat. Diu igitur sine Deo vivens, demum gravi morbo, Deo propitiante, percutitur, et, velit nolit, quod gesserat confitetur. Res ad iudicium sapientium, et maxime Anselmi Cantuariensis postmodum archiepiscopi, tunc Beccensis abbatis, provocatur, et sub ejus potissimum censura, ab omni divinorum mysteriorum ministerio eorum spurcissimus profanator abjicitur. In qua tamen abstentione positus, nunquam ab ejus animo oblitterari poterat, quin adhuc futurus esset episcopus. Quam spem indubie acceperat a dæmonibus, semper quidem, et hic quoque mendacibus, quia ante paucos annos non modo [non.] pontifex, sed in æternum presbyter est defunctus.

*Clericus dæmonem quem consulturus adierat, invocato Mariæ nomine, fugat.* — Attexam cujusdam initium, sed meliori fine conclusum. Quidam clericus in Belvacensi pago scriptandi arte vivebat, quem et ego noveram (nam Flaviaci in hoc ipso opere conductus laboraverat); qui postmodum apud castrum Britoillum cum altero malefico fabulam habens clerico, tale quid audivit : Si quæstui mihi esset, quidam te docerem, quod cum faceres, quotidiana, sine ulla administratione hominis, pecuniarum dona perciperes. Quærit ille quid facto opus esset. Infert maleficus quia civi infernorum, scilicet diabolo, litandum sibi foret. Qua, inquit, victima? Gallo, inquit, ita ut ovum, de quo concretus est, die Jovis in mense Martio a gallina constet expositum. Hunc ergo postquam torrueris, in ipso noctis principio tecum sumens, uti tostus est, veru adhuc ei intuso, ad proximum vivarium mecum ibis. Quidquid autem ibi videas, audias, sentias, non Deum, non beatam Mariam, non ullos sanctos invocare præsumas. Faxo, inquit. Mirabile factum ! Ad locum ergo noctu veniunt, et hostiam tali Deo congruam secum ferunt. Cumque ille ex nomine invocasset dæmonium, et pravus ille discipulus teneret gallum, suscitato turbine dæmon astitit, gallum sibi corripuit, exterritus ille qui ducebatur, sanctam Mariam inclamavit. Cujus potentis Domine audito ille nomine cum gallo suo aufugit, ita ut eundem efferre non sufficeret, sed eum in quadam vivarii insula quispiam de piscatoribus postridie reperiret. O regium et dulce tuis nomen, malignis partibus sic pavendum ! Iratus est autem maleficus adversus clericum, cur tantam sub tali negotio feminam invocasset. At ille pœnitentia actus (\*) ad Lisiardum Belvacensem

archidiaconum avunculum meum; virum undecunque litteratum, prudentem, et ad talia curialem ac famosum, accessit; confessusque quod gessit, orationibus ac jejuniis sese ad pœnitundem ipso iubente depressit. Hæc de iis quæ in monasterio viderim

A aut audierim dixisse sufficiant. At deinceps, cum superius de illa nostra qualicunq̄ electione dixerimus, quis ipse locus, qualiter institutus, quas antiquitates habuerit, ad quem translati Deo auctore sumus, alterius libelli initio attingamus.

## LIBER SECUNDUS.

INITIA ET PROGRESSUS ABBATIE B. MARIE DE NOVIGENTO REFERUNTUR.

### CAPUT PRIMUM.

(<sup>64</sup>) Vocatur siquidem Novigentum (vulgo *Novigents-Coucy*). Qui quantum ad habitationem spectat monasticam novus; quantum vero ad usum sæcularem vetustissime cultus. Quam opinionem si nulla litteralis juvaret traditio, suppeteret profecto affatim peregrina, et non, putamus, Christiani nominis sepulchrorum inventa contextio. Circa enim ipsam, et in ipsa basilica tantam sarcophagorum copiam conjunxit antiquitas, in multam loci famositatem tantopere expetiti, cadaverum inibi congestorum commendat infinitas. Quia enim non in morem nostrorum ordo disponitur sepulchrorum, sed circulatim in modum corollæ sepulchrum unius multa ambiunt, in quibus quædam reperiuntur vasa, quorum causam nesciunt Christiana tempora. Non possumus aliud credere nisi quod fuerunt gentium, aut antiquissima Christianorum, sed facta gentili more. Quædam autem sunt in eadem ecclesia litteræ metro compositæ, quibus ego nulla adniterer auctoritate, nisi quædam, quæ plurimum eorum roborant fidem, viderem hodieque constare. Quæ historia sic se habere secundum scripturæ hujus seriem traditur :

(<sup>65</sup>) *Mira de rege Brito-Saxonum.* — Apud Anglos ante incarnati Verbi in cælum assumptionem, regem quemdam exstitisse refert, qui quidem non Angli, quod novius nomen est, a quadam parte Saxonum, qui illas postmodum usurparunt terras, sed Britones ab antiquo vocantur. In ipsa ergo Britannia, Oceani videlicet insula, rex idem fuerat litteris poeticis ac philosophicis uberrime fultus, et ad hæc naturaliter sibi insita bonitate ad misericordiæ opera fusus. Cumque egenæ manui non Dei, quem adhuc ignorabat, intuitu, sed humanitatis eximiæ, qua affluebat, impulsu, dapsilem se præberet, dignum fuit ut piæ naturæ exercitio clarioris intelligentiæ munus accederet. Cœpit enim disertissimis apud se conjecturas discurrere quid inter tot deorum suorum formulas certi numinis sperare deberet. Pensans enim quænam in moderatione cœli et terræ poterat inter eos esse concordia, cum in conjugiiis, dum adviverent, suis fuerit et impuritas ac simultas indubia; et in dominiis terrarum suarum, filiorum in patres, patrum in filios usque ad vicariam aut exclusionem aut mortem patnerit inter ipsos cru-

B delis invidia, et cum de ipsis cunctis pene pejora mortalibus cantitentur, dementiæ arbitratur extremæ si talibus terræ, nedum cœlorum regimen ascribatur. Et quis eos ad superna disponenda traducat, quorum quondam miseranda potentia terrarum particulas qualescunq̄ sine turpi commissione tenere non poterat?

*Cœlesti lumine illustratur.* — Hæc homo similiaque revolvens, exclusis a corde inanum jam, ut putabat, numinum imaginibus, ad unum incomprehensibilem, quem sine forma coli oporteat, qui omnia unus una concordia administrat, cujus invisibilia per ea quæ facta sunt jam intellecta conspexerat (*Rom.* 1, 20) colendum se vertit. Cum ergo in his utilibus argumentis sub quibusdam tamen hæsitaret ambagibus, Deus, qui benevolis meliora declarat, hominem hunc cœlesti missa ad eum voce sollicitat uti Hierosolymam usque procedat, ibi auditurus quid de Deo sentiri deceat, qualiter a Deo Dei exiens Filius inter homines pro hominibus sese habuerit, quid perferendo, aut quid devenerit, quos divini nominis exemplandi vicarios post se reliquerit; quosve, cum se illo transtulerit, tantorum mysteriorum indices. Matrem videlicet cum universo apostolatu reperturus sit.

*Regnum abdicat. Novigenti hospitatur. Novigenti descriptio.* — Igitur rex ille Britannicus, rebus et regno positus, enuntiato sibi fidei oraculo, ad experienda quæ didicerat properare proposuit. Deserta itaque patria, et classe parata, contiguum tranans æquor, transmisso oppidorum plurimo ac urbium interstitio, provinciæ Laudunensis attigit litem. Ruri igitur quod prænomina vimus Novigentum, hospitium appulit sortiturus. Est autem locus ille sub castello, qui Codiacus (vulgo *Coucy*) appellatur, novo quidem et a rusticis, ut ferunt, terræ hujus, valde superbis et ditibus, propter externorum incursus ædificato. (<sup>66</sup>) Castelli ergo nulla omnino antiquitas. Locus ille, de quo agimus, tunc temporis venationum feracibus ambiebatur silvis, (<sup>67</sup>) fluvio quem supra diximus Aquila utiliori maxime quam majori; nam celebrioris nominis undas piscositate superans uberrima, alvei sui nequaquam meatu concluditur, cæterorum instar fluminum, sed aquarum stagnante copia vivariorum more protenditur. Montium hinc inde prominentium vi-



neis deversa cinguntur, humus utrobique Libero A Cererique conveniens, omnium bonarum frugum gleba genitricem laudatur, fluvii fecunditas pratorum longe lateque tendentium amœnitatibus commendatur.

*Inibi Virgini Deum parituræ sacratum fanum.* — Traditur autem ab antiquis et pro certo astruitur quod eo in loco vetustissimum exstitit quondam fanum, non existentis eujuspiam Dei nomine aut honore sacratum, sed <sup>(68)</sup> ei feminæ nondum natæ, quæ Deum et hominem esset genitura, dicalum. Erat ergo matri futuræ Dei nascituri devotum. Quod nemini quidpiam sapienti videtur absurdum quippe qui Deum ignotum apud Athenas coluerant (Act. xvii, 23), certe nasciturum ex femina, sicut et cæteros deos gregarios quorum matres nominant, minime nesciebant. Et si nascituro jam sacellum dicabatur, mater hujus, sicut et aliorum, honore nequaquam simili privabatur. Quod ergo illic gignendo non discredendum est, quod et istic fieri potuit genituræ. Ad hunc itaque locum regem Britannicum contigit advenisse, qui opportunissimi ruris gratitudine tentus, sui suorumque vexata tractu itineris corpora inibi refovere disposuit, et animalia lassabunda octo diebus uberi quod adjacet pabulo recreavit.

*Rex Jerosolymis appu'it.* — Exinde progrediens, post emensa soli marisque spatia, tandem Hierosolymitanis sese mœnibus intulit. Nuper igitur Salvatore passo, et a mortuis suscitato, et ad cœlestia C elevato, ad ultimum Spiritu dato, reperit urbem diversis contentionibus diversantem, his facto offensis, illis facta probantibus. Nec ulla exstitit eos quos quærebat reperiendi difficultas, sed res magnis celebrata 489, rumoribus novæ hujus promulgatores legis facili indicio propalavit. Non enim eos solita hactenus claustra tenebant, nec a sui testimonio Domini Judaicæ eos seditionis metus arcebat; sed erat considerare eos in populis eminentes, ut auctoritatem verbi evidentia stationis impleret. Quid immorer? Inter populares igitur Petrus cum undecim invenitur frequentius, largissimo jam discipulorum asseculante conventu, totius nostræ fidei et gloriæ speculo, suam ibi præsentiam, et divinæ carnis testimonium perhibente Maria. Quos rex D ille Britannicus, Deo mox delaturus primitias, cum Virgine Matre compellans, causas itineris sic exprimit :

De remotissimis terræ finibus ad vos, Patres et domini, audiendos me devenisse videtis. Ego ex debita successione parentum Britonibus hactenus imperavi. Sacra vero prisca, quæ errore vetusto venerabilia duxere, cum hucusque coluerim, hac ab eis nuper ratione descivi. Cum enim ipsos attenderem, quos antiquitas deitate indita honoravit, teterimos fuisse mortalium, et post enormes spurcicias naturæ debita exsolvisse perpensitans, rationabilibus reperi conjecturis homines in cœlestibus, qui sub cœlo terrestribus indigentes vixerant, sola opinione

præfixos, cœlum et terram quæque in eis sunt creare nullatenus potuisse, quos cœlorum aerumque clementia, et terræ opulentia, hoc in mundo constitit coaluisse. Horum ergo numinis ratione desperata, meo tandem certissimum sedet ingenio, his divina in finem auctoritate privatis, unum posse et debere credi unius Dei opificium ac regimen, a quo uno sicut sunt omnia, ita ea in se continens attemperat universa. Postquam Deo est mens mea coagulata sub uno, et delubra delubrorumque figmenta æterno sunt projecta fastidio, quasi defæcatis jam ab idololatriæ sentina præcordiis, puritas illico e cœlestibus totius veræ religionis inclaruit. Nam divina voce mox jubeor huc venire, ubi in dispensatione Dei Filii nuper passi, veritas unicæ credulitatis per vos mihi tradenda promittitur esse. Per hanc ergo pronuntiat mihi Numinis quam imprestiarum video Genitricem, et per vestra vos contestor officia, ut mihi præbeatis hujus regenerationis novæ mysteria.

*Fidei rudimentis imbutus baptizatur. Quilii nomen ei imponitur. Reliquias petit et accipit.* — His Petrus, cum felici illo collegio sub Maria cœlestem cœtum clarificante, auditis, Dei et hominis Filii magnificentiam adoraverunt, qui cum recens, et gratiæ prædicatoribus nunquam adhuc sparsis, salutem in medio terræ fecisset, novæ plenitudinis hujus jam in occidentalium partium fines tam subito verba fudisset. Tradita igitur homini fidei regula, et sequenter abluto baptismatis unda, ibidem Quilius nomen accepit. Confirmatus itaque sub tantorum schola magistrorum, super ejus quod susceperat intelligentia sacramenti, digressurus ab ipsis et rediturus ad propria, sacra reliquiarum ab eis exegit fideli corde pignora, de his videlicet quæ corpori Salvatoris didicerat fuisse contigua. De vinculis ergo quibus Dominum ad stipitem ligatum noverat, de flagris quibus impia manus membra beata sulcaverat, de spineo serto, quod sacrum caput ambierat, ne ipso crucis ligno cui appensus fuerat, de camisia Dei Genitricis, in qua, ut dicitur, Dominum enixa fuerat, de omnium induviis apostolorum ipsorum pia devotione petiit et accepit.

*Obiit Novigenti.* — Hæc modico condita loculo secum tulit, repedandi curas insumpsit, et transmissis interjacenti regionum spatio, ad rus illud, in quo inter eundem pausandi gratia fuerat remoratus, devenit. Qui continuo insperata correptus ægritudine, cum cubitum se locasset, revelatur ei in somnis quod ibidem finem sortiretur vitæ præsentis. Dicitur etiam illi quod non alias quam hic membra ejus essent habitura sepulcrum, in quo tamen illas quas Hierosolymis a sanctis apostolis acceperat reliquias, sub eodem cespite sciret esse condendas. Expergefactus homo, et ex suæ prænuntiatione mortis cogitationibus jam universis restrictis ad unum, sub spe secururæ mox gloriæ de extremis sui cadaveris utensilibus tractat. Diem igitur inibi obiens, et depositum ei qui id sibi com-



ndemne restituens, ubi corporis ejus A umentum obtinuit requiem, ibi reliquiarum m habuit locus sedem. Inde, Deo post lurimum procurante, exempta capsula, s nescio fidelibus vetusto opificio auri acteis adoperta, ad nostri hujus tempo- intuitus, et antiquis hucusque præbet nova relatibus. Itaque loci illius sic perse habuisse initia.

## CAPUT II.

*Novigenti ecclesia. Quo modo monachis De Henrico abbate.* — At Christianæ ente succursu, bonæ multum habitudinis ic ex antiquo sub nomine Dei Genitricis oppido etenim quod prædiximus Codinstituta, villis quoque vetustæ memoriæ s constipata, magno quorumdam adjacensu ac veneratione contingitur. Ferebatur i sub illa parvitate se ageret, divinis cre- ri luminibus, et miraculis sæpius hono- e nec id injuria, quia 490 apud homi- te consistebat in humili. (69) Castelli au- sub florentissimis principibus dilatato ue dominio, et proceribus multa libera- ulentia præditis, ob claritudinem loci, de titate dulcissima ubique redolebat opinio, um consilio propositum est ut, ad fre- divini servitii inibi habendam, monachis

Quoniam spes non erat tali cœpto ma- menti; non enim multo uberiores quam horum usu apparati loco illi redditus vi- a rudibus, et minus doctis ad aliqua in- vel promovenda personis ecclesia cœpit juæ quoniam ducem, et alicujus argutiæ m in ædificando non habuit, lacinosum od factum est fuit. Meliori igitur quam exuberante tunc sæculo, ex procerum meribus, crescente locello, cui tamen in primitiis, et largitas præcesserat domi- i largitionibus alienis suffragabatur as- mmodo satis et loci fratrum, et ejus pa- provisum est consilio, ut B. Remigii tunc iui jam dudum (70) Humiliarensi mona- ço *Homblières*, prope Sanctum Quintinum) magnificum scilicet virum (71) Henricum etiam ipsi præficerent. Qui siquidem non n genere clarus, sed in rerum forastica- nit dispensatione conspicuus ut interioris .tini bona sollicitudine pariter redderetur his igitur tribus monasteriis præsidens, n copiis duorum, tertii hujus, quod coa- ærat, supplebat indigentias. Inter pluri- e quas penes ecclesiam illam exercuit li- maximum ad ejus consecrationem con- nium, quæ ab Helinando Laudunensi epi- ) opum ditissimo circa institutionem eccle- ornatus eorum curiosissimo, dedicata, quoque privilegiis, a plerisque pen-

tionibus emancipata et claris muneribus aucta est.

*Godefridus in locum Henrici sufficitur.* — At quoniam et ævo gravis prædictus abbas, et oculis captus erat, ad opulentiores, quæ sua sufficientia facilius regi poterant, duas abbatias se contulit; tertiam hanc, quæ sine operosa instantia haberi nul- latenus valebat, dimittere proposuit. Qui cuidam nepoti monacho cum hanc committere, provocatis ad id ecclesiæ fratribus, moliretur, impetrare non potuit, sed in quemdam tunc adolescentem nomine Godefridum, qui de locis erat illis oriundus, et (72) San-Quintinensis de Monte (vulgo *le Mont-St.-Quen- tin*) apud Peronam fuerat monachus, ipso etiam ægre ferente prosiluit electio. Cum ergo sagacissi- mus ille senior vota eligentium alias transferri conspiceret, locum, quem dignantissime et in- dulgentissima largitate servaverat, deseruit, et legitimam cessionem illi, quem elegerant, fecit.

(73) *Sapienter prudenterque se gerit Godefridus. Liberaliter proceres bona largiuntur.* — Igitur electo illo, et ad loci promotio custodiam, quoniam cum multa circumspectione se gessit, et tam populares quam proceres cum voluntatem, tum possibilitatem ecclesias augendi habebant, plurima isti terrarum, atque reddituum hoc sequenti tempore commoda confluerunt. Bene enim ad qualitatem exteriorum hominum idem habere se noverat, quoniam eis af- fabilem et dapsilem se præbebat, et in actione fora- sticarum causarum, in quibus addiscendis non mi- nimum operam dederat eis. Re autem vera homines ea tempestate, de qua in hujus operis initio egi, liberales ad instituenda cœnobia animos habentes, terras et multas pecunias conferentes, læsius sua in talibus expendebant, quam filii eorum bona nobis his diebus verba impendant. Quoniam igitur in mo- nasteriis circumcirca positus minus quam oportuerat religionis studium habebatur, et iste in talibus cum suis plurimi exerceri videbatur, sicut lumen parvis- simum mediis in tenebris habet locum, sic ad com- parandam nominis claritatem personæ quæ præerat exhibita temperantia, subjectorumque ad ejus im- perium obtemperantia tempus obtinuit opportunum.

*Godefridi proba instituta. Creatur episcopus Am- bianensis. Concilium in civitate Trecenti a Richardo legato cogitur.* — Simoniacum itaque quidpiam in eadem Ecclesia aut fieri aut haberi vetuit, et exclusis mercimoniis solam admisit gratiam, non dissimili- ter execrationi ducens lucri turpis et opus et nomen. Igitur quoniam vir isdem in forensibus negotiis ab- batum suorum pluribus argutior putabatur, et proinde oppidis ac urbibus notior habebatur, de ditioribus quidem abbatibus primo actum est, post- modum super episcopatu sibi ferendo tractatum. Pontificium tunc temporis Ambianense biennio ferme vacaverat: ipse etiam idem eujusdam urbis prædi- cte archidiaconi, qui aliquarum cleri ac populi partium favore petebatur, procurator exstiterat. Unde et pro astutia sæculari, et habitudine quam

gerebat regulari, dum alteri id peteret, ipse expectitur, et sub Richardo quondam Albanensi episcopo, apostolicæ sedis in Franciam tunc legato (qui [7<sup>a</sup>] in civitate Trecassium coegerat concilium) præfatæ Ambianensium sedi episcopus datus, a suo constat Novigento translatus.

Qui cum in multa inibi gloria ac felicitate se gereret, et tantopere ab omnibus coleretur ut ab iis etiam qui sibi præerant pontificibus cum speciali veneratione potissimum timeretur; et ne diu morer, cum ubique quasi totius religionis speculum spectaretur, repente ad id, quod utrum affectabat, novit, **491** Deus, an verebatur, emersit. Didici autem quod hæreditas ad quam festinatur in principio, benedictione caritura sit in novissimo. Initia plane cum solitæ plena laudis habuerit, et per annos aliquot rumor ei præconiosus accesserit, jam, ut est videre, quidquid apud hominem gloriarum exandescere videbatur, non modo intepuit, sed refrixit. Prima enim intra urbem suæ susceptionis die cum locuturus ad populum pulpiti editora teneret, protestatus est se sic ardua sectaturum, quippe qui nollet illud sibi poeticum in suis defectibus coaptari, scilicet :

*Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.*

(HOR. A. P. 139.)

Quæ sententia ad ejus aucupanda facta sequentia, universorum animos imprægnavit, ejus enim status in dies copiosè lentescens seipsa deteriorem cæpit indesinenter facere sponsonem. Sed de his interim sileamus, habituri forsitan in sequentibus loca ubi..... (Nonnulla desunt.)

### CAPUT III.

*Guibertus in locum Godefridi abbas Novigenti inscius subrogatur.* — Ad hunc ergo unde digressus fuerat locum, et quem ipse competenter ac opportune aptaverat, et in quo, si habitis contentus esse vellet, fortunatissime et liberrime nulli obnoxius victitare potuerat, electione, ut superius dixi, facta me contigit evocari. Electio autem utrum Deo nolente an tolerante fuerit, nescio : hoc unum secure pronuntio, quia neque eo ambitu, neque me conscio, aut meorum factione parentum procurata sit mihi illa quæsitio. Et istac quidem res bene utcumque processit. Illac vero, quod scilicet a nemine eorum cognoscebar, nec quempiam eorum noveram, non utiliter forsitan, non integre quod secutura lecturus attendat. Ad eos enim veniens certum apud me non habeo quod, eis incognitus, et ipsi mihi, simultatem quamlibet hac de causa concepissemus. Sic tamen sentiebatur a quibusdam. Quod alias quidem et contigit, potestve contingere; hic [f., sic] autem factum nullatenus potui conjicere. Nulli namque dubium est quod familiaritas ac notitia audaciam parere soleat, audacia vero in temeritatem facillime prorumpat. Et certe majorem his quos minus novimus reverentiam exhibere solemus, licet illum mihi ingredienti locum, nullo modo eorum conscientia esset oclusa,

A sed tam fideli confessione suos mihi animos prodiderunt, prodentes unierunt, ut qui alicubi monachos me vidisse putarem, eis in hac parte comparabiles omnino non nossem.

*Quare peccata sua plane non aperit.* — Tu scis, clementissime, quod hoc opusculum non arrogantia aliqua cæperim, sed nequitas meas confiteri voluerim, quas plane evidentissime confiterer, nisi multorum animos qui hæc legerent horrendis meis actibus depravare vererer. Confiteor, inquam, nequitas, sed multo justius non iniquitati meæ, sed ingenitæ gratiæ tuæ respondentis misericordias. Et si de aliquo loqui contigerit, ad tua judicia ostendenda mores exponam, et eventus finales rerum; tu enim scis quia, in his tuis tibi dicatis sermonibus, non gratanter excipio corrosionis ac invidentiæ verbum. Quia igitur fortunas et infortunia mea ad aliorum forsitan qualecunque instrumentum decrevi contextere, ipsa susceptionis meæ die quidam monachus divinæ paginæ non ignarus, eventuum, ut opinor, meorum curiosus, cum obviam mihi procedere pararent [f., pararet], textum Evangelii ex industria super altare hac intentione aperuit, ut quod capitulum oculis primum occurreret (7<sup>b</sup>), pro mei auspicio haberet.

*Prognosticon de Guiberto. Quam sollicitè munia obiit prælaturæ.* — Erat autem liber manu scriptus non paginis, sed columnis. In columnæ igitur tertiæ medio oculus ejus insedit, qui locus sic se habuit : « Lucerna corporis tui est oculus tuus (Luc. XI, 34). » Diacono itaque, qui in processione Evangelii textum erat prælaturus, imperat ut post osculum quod argentiæ imagini exterius affixæ libassem, digito loco illi, quem notaverat, interposito repente in oculis meis volumen aperiens, sollicitè attenderet quam in partem intuitus meus sese deponeret. Aperuit ergo librum, cui juxta morem extrinsecus labra depresseram, et ipso aucupante quorsum intenderem, non paginæ initia respexi, non finem, sed ora et oculos ad versiculum deflexi eundem. Qui monachus talium conjector cum intentioni suæ factum meum improvidum convenisse videret, post aliquot dies, et quid fecisset, et quod actio mea actioni suæ miro modo concinisset, ad me veniens enarravit. Deus, qui omnium in te credentium lucernas illuminas (Psal. XVII, 29), tu scis quam intentionis lucernam mihi contuleris, et quam, inter adversa quæ mihi intulerint, et prosperam voluntatem habeam erga ipsos. Et licet opera mea cor videlicet fœdum sit et miserum, quantum ad me spectat, tamen non te latet quantum (7<sup>c</sup>) ad salutem meorum, quos tu mihi subjecisti, animus meus intendat. Quantopere etiam mala mea considero, tantopere magis de bonis ipsorum si arriserint operibus hilaresco. Scio namque eo me apud tuæ gratiæ thronum liberiolem, quo amplius benivolorum studiis me præbuero gratiorem.

*Orationis ab illo coram monachis habitæ summa.* — Susceptus igitur ab eis, et capitulari conventu

us, super prophetico illo oraculo sermonem A  
et dixi (erat autem Dominicum præsto Na-  
um Isaias legitur):

B « Dicit, inquam, Isaias propheta quod nuper  
is: « Apprehendet vir fratrem suum, domesti-  
atris sui: Vestimentum tibi est, princeps esto  
, ruina autem hæc sub manu tua. Et respon-  
lle: Non sum medicus, et in domo mea non  
nis neque vestimentum; nolite constituere me  
pem. Ruit enim Hierusalem et Judas concidit  
III, 6-8). »

ir est qui contra diabolium effeminatas non  
[f., effeminatus non habetur]. Is fratrem ap-  
dit, cum ad aliquem ex Deo natum se colli-  
quoque patris debet esse domesticus, quia,  
l officium corripitur pastoratus, mysteriorum  
s Dei reperiri non debet ignarus. Qui enim  
nentorum Ecclesiæ nescius est, ipsius admini-  
ne dignus non est, utpote quia « scriba, in  
cælorum doctus (Matth. XIII, 52), » « fidelis »  
in mysteria conservando, « prudens » in ero-  
t, censeri « servus » non potest (Matth. XXIV,  
t quomodo præsit Ecclesiæ, qui nescit Eccle-  
Domesticus ergo sit.

id in vestimento nisi pulchra intelligitur exte-  
n operum habitudo? Princeps ergo rogatur,  
qui vestimentum habet; quia crebro contingit  
xpetatur ad regimen, qui in incessu, verbo et  
castigatiorem se exhibet. Ruina autem sub  
nanu prohibetur esse, quia quidquid detrimenti  
bjectis reperitur, ad præsentis ratiocinium  
nre dignoscitur. Ac si diceret: Tu te bene ad  
m videris habere, attende tamen qua intror-  
virtute præmineas. Sciens utique quod omnium  
orteat sustinere ruinas, inde cautior redditus  
: « Non sum, inquit, medicus, ut tot obviare  
m ruinis morborum crebrescentibus. Vesti-  
im exterius aspicitis, quod tamen in domo non  
uia non idem animi habitus qui corporis est.  
et medicum se non esse fatetur; ex acumine  
discretionis difficile esse penetrare origines et  
s cujuslibet vitii et virtutis. Et hoc potuit con-  
e ex indigentia ejus, quia non est in domo  
illius qui a Deo hodie petitur quotidianus  
XI, 3), confortatio videlicet ejus quæ spiritua-  
infunditur divinæ refectionis, aut ipsius, sine  
ene nusquam regitur, confirmatio in interiori  
ne charitatis.

Princeps itaque jure fieri recusat, cui id virium  
us superne imbutus minime subministrat.  
rusalem enim ruit, » id est quia internæ expe-  
a pacis deperit, et etiam « Judas concidit, »  
t ipsa peccatorum confessio, quod extremum  
um omnium est, post amissionem intimæ tran-  
tatis omnimoda desperatione defecit, justa oc-  
refutandi pastoratus se præbuit. Ubi enim  
emergentibus vitiis inquietatur nimis turpiter  
satur, nec mens his male obcæcata per confes-  
m eadem detestatur, cum se regere non præ-

valet, juste per alios, justius per seipsam ab aliorum  
regimine arcetur. Quæ ergo exponendo hic dixerim,  
illic latius exhortando, et exemplis Scripturarum  
sententias fulciendo protulerim.

## CAPUT IV.

*De felici Guiberti matris obitu.* — At quoniam de  
matre, quam bonam, inter omnia quæ temporaliter  
possedi, specialiter solam habui, dicere jam diu  
omisimus; dignum est ut bonæ ejus vitæ meliorem fi-  
nem breviter attingamus. Cum annorum, ut ipsa  
fatebatur, non minimam pluritatem infracta animi  
virtute transcenderet, et fatiscente corpusculo nul-  
latenus in ejus spiritu orationis cura lentesceret, et  
thoracis infirmitate somno depulsa, cum stridore  
mirabili Jesum Dominum noctibus centupliciter re-  
plicaret, demum morbis evicta decubuit. Ego autem  
B et frater meus tunc temporis agebamur Novigenti,  
biennio, ni fallor, ante illud ad Flaviacenses postli-  
minium, quod supra quidem meminimus, inconsi-  
derantissime quidem factum, sed, eo auctore qui  
malis nostris bene utitur, conversum in multo pro-  
spere quam credi posset eventum; pepercit enim  
ejus teneritudini Deus, ne jecur tantopere Deum amans  
immeritum hujus innoxialis redivit gladio carperetur.

Igitur illi morituræ cum meus magister lacryma-  
bundus assisteret, intulit illi: « Ecce filii domini re-  
moti sunt, et tu forsitan ægre feres, et ipsi ægrius  
si eis absentibus defungaris. » At ipsa eum oculis re-  
verberans: « Si, inquit, uti quondam intra claustrum  
C istic contiguum commaneret, novit Deus quod ne-  
que hos neque quempiam meorum affinium in eo  
vellem obitui interesse. Est autem unus quem inter-  
nis præstolor viribus, qui utinam solus adsit! » Dixit  
sic et ea nocte, hac hora qua angelus Gabriel a Deo  
missus ad Virginem et cantatur et colitur, ad suam  
illam infinitis semper amoribus exoptatam quam  
prælabavi Dominam, non ingratis, ut credimus, sus-  
cipienda migravit.

Ante paucos autem quam decederet annos, nimie  
cœperat affectare sacrum suscipere velum. Quod  
cum ego auctoritate proposita distulisset, ubi dici-  
tur: « Viduas velare pontificum nullus attentet; »  
sufficere sibi posse continentissimam sine exteriori  
habitu vitam; quod et ipsum Anselmus abbas Bec-  
D censis, postmodum Cantuæ (Cantuæ vel Cantuarie)  
Anglorum 493 archiepiscopus, vir mirabilis (de  
quo superius egi) ex antiquo vetuerat; tanto ipsa  
magis accendi, et a proposita nulla ratiocinatione  
repelli. Vicit, et inter suscipiendum, cum, viro reve-  
rendissimo Joanne loci ejusdem abbate, quem ipsa  
parvulum nutrierat, præsentem super ea re satisfac-  
ret, ad extremum tale se a Deo habuisse docuit in  
hoc opere incertivum.

Dixit ergo se in visione vidisse multæ pulchritu-  
dinis et auctoritatis Dominam, cui ornatus inerat  
circumstantia copiosi, quæ pretiosissimum sibi offer-  
rens pepulum, quasi ad custodiendum idem ei com-  
mendabat, opportuno videlicet tempore in morem  
depositi restituendum. Cui verbo omnes incunctan-

ter assedimus, præsertim cum ejus devotionem divinis provocari significationibus sentiremus. Quod sacrum velamen annis ferme tribus integre, ut poterat, conservatum, illa die ei, quæ sibi illud commiserat, Dominæ reportavit, qua ipsa salutiferæ annuntiationis auspiciis jucundissima felix aare suscepit. Ipsam cunctis commendo qui legerint ista fidelibus, quam constat neminem a crebris suis orationibus exclusisse fidelem. Hæc de ea coram Deo dixerim, cordis mei verax testimonium habens, nihil omnino continxisse. Sed quia ad Flaviacensem ecclesiam postliminium fecimus, dignum est ut aliquantisper inibi commoremur iterum, antequam Laudunensi sabulo retrovaga vestigia conspergamus.

#### CAPUT V.

*Judæus ad fidem conversus monasticum habitum induit.* — In ipso monasterio monachus quidam est genere Hebræus. Is Hierosolymitani itineris per Latinum orbem personante primordio, sic est a sua superstitione sublatus: Rothomagi quadam die hi qui illum ituri expeditionem sub eadem crucis professione susceperant, inter se cœperunt queri: Nos Dei hostes orientem versus longi terrarum tractibus transmissis desideramus aggredi. Cum ante oculos nostris sint Judæi, quibus inimicior existat gens nulla Dei, præposterus, inquiunt, labor est. His dictis arma præsumunt, et in quamdam ecclesiam compellentes, utrum vi nescio an dolo recutiunt, et gladiis indiscrete sexus et ætates addicunt, ita tamen ut qui Christianæ conditioni se subderent, ictum mucronis impendentis evaderent. In qua digladiatione vir quidam nobilis puerulum vidit, misertus eripuit, et ad matrem suam detulit.

Erat autem ipsa non mediocris excellentiæ Augiensi comiti quondam nupta. Est vero <sup>(77)</sup> Augium castrum, cui præeminet <sup>(78)</sup> abbatia Sancti Michaelis juxta mare, quod dicitur Veterisportus [vulgo, *Tre-port*]. Egregia ergo mulier, infantulum suscipiens, gratulatoria admodum affabilitate ab ipso quæsit utrum Christianis vellet legibus applicari. Quod cum ille non diffiteretur (putabat enim se similibus, quas suos pati viderat contribules, cædibus destinatum), accelerato qui baptizatis competit apparatu itur ad fontem. Cui indito post orationum mysteria sacramento, cum ad locum ventum esset ubi accenso lumine liquens in undam cera dimittitur, gutta singulariter ibidem visa est cecidisse, quæ per se solam in ipsa aquis adeo accurate sua, ut sic dicam, quantatula effigiem crucis expressit, ut ex tantilla materie simile quid manu fieri humana non possit. Hæc ipsa mihi comitissa, cum in tantum mihi familiaris esset ac unice nota, ut non nisi filium me vocaret, hoc etiam ipsa presbyter pariter non sine divini nominis plurima contestatione dixerunt. Quod ego eventum satis leniter [f., leviter] accepissem, nisi successus egregios pueruli indubie pervidissem; vocabatur

A autem <sup>79</sup> comitissa Helisendis. Filius vero ejus, qui a cæde eum extulit, et a sacro fonte recepit, Guillelmus. Unde et nomen puero ad se [delato] dedit.

Grandiusculus ergo cum foret, ab Hebraicis, quibus imbui cœperat, ad Latinas litteras traditus brevi coaluit. Et quia ne a suis ad pristina revocaretur parentibus metuebat, Flaviacensi eum intulit cœnobio. Id enim aliquando tentaverant, sed nihil penes eum valuerant. Traditus autem monachatu tanta affectuositate erga Christianum se morem habuit, tanta animi acrimonia quidquid divinæ attinebat scientiæ] combibit, tanta æquanimitate ea quæ sibi disciplinæ gratia inferebantur pertulit, ut suæ nequam naturæ victoria, et nuper turbatæ habitudinis gloriam [f., gloria] non minimam reverentiam a cunctis exigeret. Delegatum igitur sibi pueritiæ suæ custodem clandestinum habuit grammaticæ præceptorem, qui, vir plurimum religiosus, considerans novo illi homunculo necessariam nostræ legis notitiam, ipsi erudiendo non inanem dedit operam.

Adeo namque naturaliter solers ejus quotidie acuminatur ingenium, ut <sup>(80)</sup> cum ibi litteratorum floreat multitudo, major intelligentiæ ejuspiam non putetur claritudo. Cum itaque in sentiendo sit multus, invidentia consequenter ac derogatione fit nullus, semper hilaris, et cui specialis constet pudicitæ cultus. Ad hunc, ob augendum infractæ fidei suæ robor, libellum quemdam direxi, quem contra Suesorum comitem, judaizantem pariter et hæreticum, ante quadriennium ferme scripseram, quem ille ut audio tantopere amplectitur, ut de fidei ratione aliqua compilando pie illud Opusculum æmuletur. Crax igitur ~~494~~ in ejus baptismate non fortuito, sed divinitus facta jure apparuit, quæ insolitam nostro tempore in Judaici generis homine credulitatem futuram innouit.

*Senex quidam mundo renuntiat, strenueque disciplinam monasticam contra dæmonum astutias tuetur.* — Alter quidam, genere nobilis Bellovagensium. Noviomagensium quoque locuples, ætate evectus, et effeto jam corpore, quod talibus pestiferum est, uxorem habens vegetiorem officio thalorum, desertis conjugio ac sæculo monachum inibi profitetur. Qui lacrymis pene continuis et orationibus infinitis insistens, nunquam Dei verbi ab auditione deficiens, spectabilem nobis omnibus se præbebat. Is fervente, ut assolet, regulari districtione, cum in capitulari prohiberi conventu audiret ne quis claustralium cellam infirmorum, in qua degebat, sine certa ratione intrare præsumeret, prolatam sententiam memoriter apud se continuit. Et ecce mane quodam, dum adhuc medie sopitus clausis oculis cubitaret, duo dæmones <sup>(81)</sup> instar religiosorum illorum quos Deonandos <sup>(42)</sup> vulgo appellant, scamno quod ejus subsidebat lectulo insederunt. Experrectus ergo senior oculos lecti retorsit ad capulum, miratur adeo familiarem super incognita gente consessum

(42) Deonandos laicos indicat infra.

em alter qui præsidebat capite resecto, A n præmissa, sed torsula rufus, et, ut solent li circumcelliones, nudipes incedens, coenobat quasi noviter id calcasset, pedaliū 1 per interstitia densescente. Alter vero a oris ita delituerat ut vultus ejus qualitas non posset, (82) birro talari, et nigro capite

que ignotas coram se personas attendens, ndi animadversione adoritur. Cum sitis ignotæ personæ, unde vobis tanta temeriac hora hunc in locum veneritis, in quem aliquis claustralium monachorum venire at? At ille : Audieram, domine, hoc in mo- virōs esse religiosos, et addiscendæ causa adveneram, quæso ne ægre feratur. Non, B hic religio aut ordo addiscitur, sed si vis d eos qui in claustris sunt vade. Illic disci- gorem, et sanctitatis rudimenta reperies. ergo hinc, quia quod ipsis monachis domi- st vetitum, vobis est longe amplius incom- r inhibendum.

ie eadem repetere vellet, pariterque mora- nantiori ad eos sermone infrenduit, et ab ire coegit. Cumque ad ostium usque pro- ; in limine substituerunt. Et respiciens ad ille, qui dux erat verbi, rursus intulit : hinc eliminatis, certè si me vobiscum re- luissetis, est quidam de vestris clientibus s, quod si inficiari præsumeret, ego bello C ipeterem, et plurimum inde vobis quæstum . Quo senior audito subrisit. Jam nunc, evidens sumpsimus ex tua confabulatione n, dum qui religionis causa venisse te dix- e te pugilem fatearis. Igitur tantæ merito nec audiendus es, nec tenendus. At senior ritatus, quod tales intra domum admissi surgit et ad domus usque porticum vadit, ibidem qui secum manebant fratres re- shementerque coarguit, cur tam exterum ominus introire sivissent. Illi autem admi- t delirare credentes, fassi sunt neminem se Ipse vero referens qui essent, quomodo se quidve dixissent, et tempus pariter signans, mnum testimonio didicit, a dæmonibus se . Sunt enim quædam dæmonia solis ludibriis sunt et aliqua mente crudelia, et ad læden- na, cujus verbi gratia extra propositum duo proponimus.

## CAPUT VI.

quidam invocato dæmone in Italiam trans- — Apud castrum Calniacum [vulgo, Chauny] ia Guascelini, castri ipsius Domini, famulus erat, cui ad castelli custodiam noctibus idi officium incumbebat. Qui vespertinis cæ- jam prorsus die horis, cum cœnæ immi- esse timeret, trans fluvium positus clamabat ab aliquo alteri ripæ navem. Cumque ei a obaudiretur, in furorem homo versus dixit :

PATROL. CLVI.

Vel vos diaboli, quare me non transponitis? Nec mora, diabolus sese offert, ascende, inquit, ego te feram. Illico infelix male casurus ascendit. Quo diabolus assumpto sub eadem hora in Italiam de- tulit infra suburbium civitatis, quæ Subtura [vel Subura] dicitur, eum tanta benignitate deposuit, ut coxam ei frangeret. Est autem ipsa civitas diei fere unius itinere citra urbem. Pridie autem domi- nus ejus prædictis ad limina apostolorum profectus, ab urbe digressus fuerat, et Subtura hospitatus. Qui cum antequam disceret, surrexisset, ut solent hibernis peregrinantes mensibus, cum extra civita- tem cum suis agros attingeret, cujusdam haud longe a strata publica plangentis audivit vocem. Quæritur, reperitur, quia vox erat a domino suo, ex sola voce cognoscitur. Interrogatus quomodo illuc devenisset, refert sero se fuisse Calniaci, et qualiter ibidem diabolo exportante corruerit. Dominus satis super- que miratus hominem in proximam extulit civita- tem, de suis præbens pecuniis unde suum curaret reditum et infirmitatem. Ex his ergo quæ passus est didicit et docuit Deum, non dæmones pro negotiis invocandos.

## 493 Clericum obesum febribus diaboli torquent.

— (83) Apud Sanctum Medardum itidem homo erat, idem in abbacia, ipsa habens officium. Cumque super turritam a parte vivarii portam sistris, ore, et cor- nibus aliquantulum noctis pervigilium more duxisset, ad extremum super oram aquæ deambulaturus de- scenderat. Cui illic stanti trium mulierum species apparuere, quarum eo audiente una dixit : Ingredia- mur in hunc. Cui altera : Pauper est, nos bene fo- vere non posset. Ad hæc tertia : Est quidam hic clericus Hugo obesus et pinguis, rebus exuberans, qui bene nos nutriat, ipsum adoriri bonum est. Inanescentibus illis, homo sese in se recepit, et tria nominatiora illa febrium intellexit genera, quæ se ridicula quasi pauperem curiositate despicerent et in illum qui carnibus et substantia exhauriri vix poterat, contenderent. Non exspectata igitur luce ad propinquiores quos reperit, accedit monachos, et relato eis eo quod viderat, et audierat, ad præfatum mitti rogat Hugonem, ut sciretur qualiter se haberet. Mittitur et sub maximis febrium æstibus reperitur. D Ex quo conjicitur talia morborum genera Deo iudice a dæmonibus ministrari. Unde et mulier in Evange- lio curva decem et septem [al., octo] annis a Satana legitur alligata (Luc. xiii, 11). Is etiam qui epilep- sim, id est caducum patiebatur morbum, a spiritu immundo allidi in terram, spumare, stridere denti- bus, et asciare perhibetur (Marc. ix, 17), quod ora- tione solum et jejuniis curari posse asseritur. Job etiam interius, et exterius, id est corpore et substan- tia, dæmonum infestatione feritur.

De clerico deinde canonico regulari facto, qui post- quam pessimam egisset vitam, monachus tandem beato fine excessit a vita. — Conceptum sermonem tenere quis possit? Quartum denique, quod memoriæ se subigit, scripto pariter subigamus. Clericus quidam,

qui nostris terribile temporibus dedit exemplum, Remis commanebat, mediocriter litteratus, at pingendi gnarus. Qui aliquando levitatum quas plurimas commiserat timidus, Catalaunis in Omnium Sanctorum ecclesia factus est regularis canonicus. Inibi aliquandiu degens, cum a primordii sui in dies fervore tepesceret, et calorum veterum refricaretur æstus, deserta cui se tradiderat regula, iterum ad Remos se contulit, uxorem duxit. Cumque exinde aliquot pignora sustulisset, ad sui correctionem cœlitus morbo percutitur. Attamen, antequam hac infirmitate decumberet, id habuerat voluntatis, quatenus Hierosolymitanam expeditionem, quæ tunc mire percrehuerat, sequeretur.

Igitur cum diu et valde ægrotaret, excrecente molestia ad cor reversus, <sup>(84)</sup> directis ad abbatem Sancti Nicasii ea tempestate Joannem, precibus ad se venire compellat, mundi abrenuntiationem spondet, sacro se indui habitu postulat. Abbas ille providus, et de experta ejus levitate suspectus, distulit hominem, et habitum quem petebat dare recusans, intra cœnobii tamen penetralia transtulit ægrum. Cumque sibi morbum ingravescere præsensisset, abbatem aggreditur, et schema monachicum multis deplorationibus ab eo quasi vellet nollet extorsit. Ex adepto itaque quod desideraverat lætior, parvissimo temporis spatio se solito quietius agere videbatur. Tunc repente nescio quo divino motus instinctu abbatem accersiens, ait : Jube, Pater, sollicitam tuos habere custodiam mei ; scias enim pro certo evidens aliquot diebus mihi imminere judicium Dei : Tu siquidem et tui plurimam de me importunitatem patiemini, sed diurnum non esse scientes, quæso ne molestemini. Quo audito, abbas haud pavidos sed vigilantes ei præcepit delegari custodes. Nec mora

A dæmonum examina undique infinita in ipsum irruere, vellere, per pavimenta prostratum detrahere, ipsum quoque sacrum habitum, cum ei rabida violentia extorquere molirentur, ille capitium tenere dentibus, brachia ne velleretur stringere. Cumque hac horrenda miseria sub miserando ejulatu maxime noctibus urgeretur, aliquoties tamen interdiu recedentibus illis paulisper quiescere sinebatur. Tunc plane interrogari poterat qualiter in illo tempestuoso negotio cum eo agebatur. Multa tunc de spiritibus hominum, quos ipsi noverat, et quos ei præsentibus suggerebant, quasi eos conspicuos haberet, loquebatur.

Quod cum audisset mulier quædam vidua, quæ de mariti sui animæ periculo metuebat, et minus pro eodem orabat, consuluit eum utrum pro suo conjugis sibi orare liceret et si ipse quid ille ageret, sciret. At ille quidni inquit ? Ora secure pro eo ; nam paulo ante hic fuit. Aliquantis ergo diebus tantis tormentis addictus, tandem perfectæ quieti redditur. Nam etsi aliquoties inter patiendum pausare videbatur, mox tamen e parietibus, e terra undecunque dæmonum turbas videbat emergere, et ad discerpendum sibimet involare. Remotis denique malignis spiritibus, cum divini sibi judicii esset indulta clementia, accito abbate sic loquitur : Ecce, domine, peccatis meis vicem reddit Deus. Scias ergo quia post hanc examinationem cito sequitur finis meus. Absolutionem itaque erroribus meis quam potes impende, et sacro me oleo ad cumulum remissionis inunge. Quod celeriter ac devote abbas duxit effectum : quo ille affectuose et gratanter excepto, ab omni contagio per præsentibus expiatus penas liber et lætus obita sibi morte concessit ad vitam.

## LIBER TERTIUS.

Quomodo Galdricus episcopus Laudunensis excarnificatus fuerit ; atque ecclesia ac universa pene civitas conflagrarit.

### CAPUT PRIMUM.

496 *Gesta Adalberonis (a quo destructæ urbis et calamitatum sumpsit initium) ac de quibusdam aliis episcopis Laudunensibus.* — De Laudunensibus, ut spondimus, jam modo tractaturi, imo Laudunensium tragedias acturi, primum est dicere totius mali originem ex pontificum. ut nobis videtur, perversitatibus emersisse (43). Qui [*f.*, quia] cum diuturnior longe exstiterit, ab Ascelino qui etiam Adalbero vocabatur, huic operi attextenda, putatur. Is, uti compertum nobis est, ex Lotharingia oriundus, dives opum, possessionum locuples, cum distractis omnibus pretia ingentia ad sedem, cui præerat,

D transtulisset, ecclesiam suam præcipuis quidem ornatibus insignivit, clero ac pontificio plura auxit, sed cuncta illa beneficia quadam præstantissima iniquitate sædavit. Quid enim nequius, quid sibi ignominiosius, quam quod dominum suum regem innocentem puerum, cui sacramentum fidelitatis ille præbuerat, prodidit et in exterum genus Magni Caroli cursum genealogiæ transfudit ? Quod facinus die cœnæ Dominicæ instar Judæ patravit. In qua subversione regnatorum atque regnantis ipse certe non providit utilem ad tempus mutationem, sed prævæ suæ penes innocuos voluntatis expletionem. Urbem autem urbisque præsulem temporalia ideo non

(43) Nonnihil hic desiderari videtur.

est secuta, Deo pœnam diferente, prosperi-

## CAPUT II.

*Helinando itidem episcopo.* — <sup>(85)</sup> Præterea-  
ndus vir admodum pauperis domus, et obscure  
titus, litteratura pertenuis, et persona satis  
cum per notitiam Gualteri comitis senioris  
arenensis, de cujus comitatu gerebat originem,  
tiam Eaduardi [*al.*, Eduardi] Anglorum regis  
isset (uxor enim sua cum prædicto comite sibi  
itudinem nescio quam crearat), capellanus  
uit, et quia Francicam elegantiam norat. An-  
ille ad Francorum regem Henricum eum sæ-  
lestinabat. Cum quo rege, qui multum erat  
us, et episcopatum venditionibus assuetus,  
imi lenocinantibus xeniis egit, ut si quispiam  
porum Franciæ decederet, pontificalibus infu-  
sæ succederet. Is enim in capellania regis ac-  
positus, quoniam Anglia infinitis eo tempore  
it opibus, multos pecuniarum montes aggesse-  
eo arridente ei præfata largitionum causa, vox  
ud Henricum regem exaudibilis erat. Quod et  
est: Lauduno enim invecus, quia non æsti-  
te parentum, non scientiæ litterarum se vali-  
putabat, in opulentia, quæ plurima suppetet  
quam cautissime dispensare didicerat, et  
itate spes fuerat.

ornandas igitur et extruendas se vertit eccle-  
tium cum multa pro Deo videretur facere, eviden-  
tiam tamen dabat indicia se solos inde favores,  
nominis dilatationem in bene gestis quærere.  
iam ipse artibus Remensem archiepiscopatum  
t, quem cum dilapidatis penes regem Philip-  
hominem in Dei rebus venalissimum, magnis  
us biennio obtinuisset, a Domino papa 44)  
t, quia uxorem quis habens, alteram super-  
re nequaquam possit. Consulenti plane cuidam  
eo tenderet, dixit, quia si etiam papa fieri  
haud quaquam dissimularet.

igitur qualiscunque aut ambitione, aut quacun-  
lia humanitate, apud se exstiterit, in hoc ei  
omnino asservandus est, quod et libertatem  
iæ magnifice tuitus sit, et tam ipsam sedem,  
appendices ejus ecclesias uberrima largitione  
cit. Et dignum erat ut externa ei bona sup-  
nt, quæ in Dominicarum domuum decore pro-  
ntur.

## CAPUT III.

*Ingelranno episcopo. Immunitates Ecclesiæ  
ndari sivil. Urbis destructionis causa fuil.* —  
xacto, successit Ingelrannus vir sicut nobilitate,  
litteris 497 ad præfati episcopi comparatio-  
clarus, ita ad tuenda jura Ecclesiæ in ejus cole-  
e teterrimus. Nam episcopi redditus quosdam,  
illi sedi violentia regia aliquando subduxerat,  
prece ac muneribus a rege Philippo exegisset,  
lesis reddita litteris regiis et sigillo Helinan-  
sæ firmasset, hic ad sui funestationem introitus,

Urbano II.

A regi universa remisit, quibus trium jam per succes-  
sionem episcoporum ecclesia caret, perpetuoque  
fortasse carebit. Unde factum est ut omnes qui se-  
cuturi sunt episcopos hujus Simonie participes, sic-  
ut mihi videtur, fecerit, qui præsulatum tanta regii  
metus affectatione suscipiunt ut repetere non au-  
deant, quæ ille ut episcopus fieret damnabiliter  
indulsit. Is cum exsors esset totius affectionis in Deum,  
et omnis ei frugalitas ac religio esset ludibrio, ut in  
garrulitatibus et lascivis sermonibus palam foret  
omni scurra et choraula deterior, coperunt diebus  
ejus destructionis urbis illius et ecclesiarum atque  
totius provinciæ occasiones emergere, quibus et  
contigit eum exitus non salubres habere.

*Ingelrannus Ecclesiis multa confert, verum ne-  
quissimis libidibus immersus. Uxore Godefridi co-  
mitis Namurensis abutitur, simulans ipsam in matri-  
monium duxisse.* — Nam quidam ejus cognominus  
(86) Ingelrannus scilicet Botuensis [vulgo *Boves*],  
plurima sibi consanguinitate affinis, vir fuit equidem  
admodum liberalis, largus et dapsilis, reverentiam  
permaximam munificentiamque præstans ecclesiis,  
in quibus duntaxat religionem haberi didicerat,  
alias autem amori femineo adeo deditus ut quascun-  
que circa se aut debitas aut usurarias mulieres  
haberet, nihil pene faceret, quod ei earumdem petu-  
lantia dicitaret. Is igitur cum in sortiendis matri-  
moniis infortuniosus esset, per exteras vagari inci-  
piens, cujusdam cognati sui comitis Namurensis  
furtim sibi conscivit uxorem; clam, quam, sollici-  
tata in propatulo sibi nuptialiter conjunxit.  
C Quam conjunctionem multiplici anathemate addem-  
natam, conciliorum detestationibus maledictam,  
facili uterque instanti flagitio abjurassent, nisi præ-  
fatum episcopum, et mariti consanguinitas, et femi-  
næ adulantis dolositas mollivissent. Quæ mollities  
tantopere adulterinos fovit amplexus ut quod gene-  
raliter fuerat ligatum, palamque excommunicatum,  
furtive absolveret. Proh pudor! certe ii quibus  
absolutionem factam mendaciter suaserat, nunquam  
absolutos se ducere præsumperunt.

*Rogeri comitis Porcensis filia nupserat Godefrido  
comiti Namurensi.* — Interea quoniam a radice col-  
lubri egreditur regulus (*Isai.* xiv, 29), mala scilicet  
D fota erumpunt in pejus, quantis quis dicat ille, qui  
uxorem amiserat, desævierit cædibus in Porcensem  
comitatum? Filia plane (87) Rogeri comitis Porcensis  
hæc fuerat (extremum videlicet pignus ejus), qui  
abdicatis filiis ac filiabus, quos ex generosiori mul-  
tum uxore sustulerat, hanc ex mediocri generis  
matre natam, primis hæredibus, noverca insistente,  
exclusis, Rotharingo illi Namurensi, scilicet (88) Go-  
defrido comiti cum suo comitatu tradidit. Marito  
igitur intra Lotharingiam quibusdam suis hostibus  
intento, uxor præcepto ipsius apud Tornum Por-  
cense castrum (vulgo *Porcean*) morabatur. Cui,  
cum minus quam volebat mariti debitum reddere-  
tur, utrum alia [*f.*, alias] sese cohibuisset, hoc uno

sciri potest, quod ad tam evidentis et immanis flagitii saltum nunquam venisset, nisi clandestinorum malorum gradibus descendisset, præsertim cum externis concubitibus grava veniret ad istum, quem nunc obsidet. Nam præteritarum ejus libidinum ea apud omnes, qui eam norunt, opinio est, ut non modo nos texere, sed vel meminisse pudeat.

Erat autem ille Godefridus juvenis omnimode pulcher, Ingelrannus vero, ad quem se contulit, vir grandævus. Igitur inter utrumque tanta bellorum flagrare cœpit vecordia, ut quicumque a Lotharingo illo, de his qui ad Ingelrannum pertinebant, capi possent, aut furcis appenderentur, aut oculis privarentur, aut pedibus truncarentur. Quod hodieque Porcensem visentibus pagum liquido constat. Audivi certe a quodam, qui quondam tali carnificinâ interfuit, duodecim ferme homines in hujusmodi conflagratione deprehensos uno die sublato in furcam. Porcensium enim quidam primores hujus transmigrationis sequestri fuere, et auctores, qui ob hoc et in vita, et in morte fuere infames. Sic Venus non concepta Vulcani ignibus processit ad Martem, fervor scilicet libidinum despumans in crudelitatem. Quis prædas, quis incendia hinc et inde facta enuntiet, et cætera quæ parere hujusmodi tempestas solet, quæ tanta fuere, ut mutos faciant referre volentes [f., nolentes] ?

Itaque dominus episcopus diabolicam hanc copulam male sanus absolvit. Multa super episcopis moribus referri possent prorsus digna taceri, in quo sepe reminet illud, quod nulla peccati conscientia compungebatur ad Deum. Is tandem infirmitate contactus, nec a levitatibus infirmitate contractior, ita repente sopitis sensibus nubilo mortis involvitur ut loqui ex ratione non posset, cui confessio, inunctio, communicio aliis curantibus sunt violenter illata, nec est sententia postulata. Cumque tamen lingua et oculis pene jam sub morte natantibus, Ingelrannus ille, quem male solvendo ligaverat, advenisset, quem etiam clerici ut inungeretur quasi excommunicatum a domo excluserant, eumque illacrymans compellasset 496, dicens : Domine episcope, ecce Ingelrannus, ego sum cognatus tuus. Ille qui neque confiteri, neque inungi, neque communicari petere sciverat. Injecta manu collo ipsius suum hominem contraxit ad osculum. Quo facto scandalizatis omnibus, ipse postmodum præter deliramenta nil dixit usque ad exhalationem spiritus. Certe ipsa mulier, cujus amore id egerat, multoties hoc publice sub exemplo narravit quia, scilicet quod male vivus egerat, hoc moriens quasi calcem militiæ posuisset. Ecce sic cæli quorundam iniquitates revelant, ut et terra adversus eos consurgat et ipsis displiceant quibus fæde placere gestiunt.

#### CAPUT IV.

*Biennio vacat sedes. Ad episcopatum tandem adlectus Galdricus in perniciem urbis ac provinciæ.* — Hoc igitur sic mortuo, cum biennio vacasset Ecclesia tandem electuri pontificem convenimus. Inter

A quos adfuit ipse idem Ingelrannus, qui et superiorem episcopum, cum eum rex pro suis levitatibus a pontificiis objurasset [f., abjurasset], sua apud eundem regem interpellatione crearat. Ad hoc plane nitebatur animus et sermo ejus ut qui eligeretur episcopus sibi esset obnoxius. Cui potissimum in efficiendo episcopo rex faveret et clerus, et ideo minus adversari auderet conjugio ejus. Ad excidium ergo urbis, et totius provinciæ detrimentum, (90) Galdricum eligunt quemdam regis Anglorum referendarium, quem auro argentoque audierant opulentum.

*Quidam ambiens episcopatum a Deo percutitur.* — Antequam electionem duo Ecclesiæ archidiaconi per mutuas eligentium contentiones in cathedram fuerant evecti, Gualterius scilicet et Ebalus; sed apostolicæ sedis judicio sunt ejecti. Gualterius enim non clericum, sed militarem se semper exhibuerat; alter mulierum incontinens erat. Quibus emissis tertius Ecclesiæ candor se intrudere volens, curiam petiit, et, cum quasi pro altero se agere velle prætenderet, in se verbum de sacerdotio retorsit. Quid effluo? Multiplices regi paciscitur munerum copias. spes et promissa divitiarum tuberosus [inflatus] amplectitur, sed non divitias. Reversus nempe domum præstolabatur ut sequenti Dominica a legatis regiis poneretur in cathedra. Et ecce Deus (qui talibus dolos præponit, qui eos dum allevantur dejecit) lethali superbum morbo percutit, et mortuus eo die in ecclesia sistitur, in qua sibi cathedraticum a clero et populo accepturus videbatur. In qua depositus, ut mihi relatum est, mox crepuit, et ad medium usque chori fœdi humoris exuberantia fluxit. Sed ad id unde excessimus revertamur.

*Galdricum eligi in episcopum petit rex Anglorum, cui assensum præbuere omnes, præter Anselmum.* — Spe igitur falsissima commodorum electus ille prædictus a clero, Ingelranno primum elaborante, et cæteris malo suo adnitentibus Rothomagi a rege Anglorum (90) de curia contra canones expetitur. Qui nequaquam hujus electionis iucertus, quod sub nullius ecclesiæ titulo erat, nec quidpiam sacri ordinis præter clericatum exceperat, factione egit, ut e vestigio subdiaconus fieret, et canonicam in Ecclesia Rothomagensi susciperet, cum hactenus sese omnino militariter habuisset. Cum igitur omnes assensum in ejus susceptione dedissent, (91) solus magister Ansellus, vir totius Franciæ, imo latini orbis lumen in liberalibus disciplinis, ac tranquillis moribus, ab ejus electione dissentit. Ipse plane certis auctoribus ejus noverat qualitatem, cum nos licet inviti prosequeremur ignotum. Eramus sane quibus displicebat, sed aliorum male timidi, qui nobis præerant potentias sectabamur.

*Adit papam Galdricus cum tribus abbatibus.* — Receptus itaque cum pompa vanissima veniens intra urbem, non multo post sollicitat nos, ut Romam secum pariter properemus. Abbatem siquidem Sancti Vincentii Adalberonem virum ex Suessionis



oriundum et bene litteratum <sup>(9)</sup> cum abbate Ribodimontensi (vulgo *Ribemot*), et ipso non sine litteris, me quoque, qui junior et scientia et ætate fueram, datis expensis secum pariter conscivit ituros. Proficiscentes igitur et Lingonas attingentes, auditu comperimus Dominum Paschalem papam, jam dudum ab urbe digressum, illius dioceseos finibus propinquare. In oppido illo diebus octo desedimus.

Cumque Divionem domilus papa venisset, clerici Laudunenses, quorum plurimam turbam præfatus secum electus adduxerat, obviam papæ vadunt, cui in eodem castro constituto, de electi sui causa loquuntur. Spondet se papa, utpote multis referentibus jam rei gnarus, pro petentium voto cuncta facturum. Causa autem erat quia infra ordines erat electus, exceptis aliis capitulis, quibus ad aures papæ a præfato Ansello fuerat jam notatus. At palatini papæ videlicet necessarij, comperta hominis opulencia, aggratulari, virum ferre laudibus. Moris enim est, ut auditu auri nomine mansuescant.

*Summus pontifex discutit electionem Galdrici.* — Intra urbem itaque papa susceptus Lingoniam super electione nostra habuit postridie tractatum. Cumque electionis libellum coram ipso legissem, in quo vita ejus et mores satis superque ferebantur, abbatibus nobis qui aderamus, et presbyteris quibusdam Ecclesiæ qui cum electo venerant, papa accitis, cœpit ad nos concionari, materiam de electionis lectione recens lata sumens. Erat ~~400~~ autem conventus locuples insignium admodum personarum, Italicorum episcoporum, atque nostratium, sed et cardinalium, aliorumque litteratissimorum. Interrogat ergo papa primum cur elegeramus ignotum hominem. Ad quod cum nemo presbyterorum respondisset, (nam quidam elementa vix norant) ad abbates se vertit. Sedebam autem inter utrumque medius.

*Invitus coram ipso sermonem habuit Guibertus.* — Utrique igitur ad illata tacentes, me, ut loquerer hinc et inde urgere cœperunt, qui meæ timidus juventutis, et in tanto loco atque negotio temeritatis notam verens, vix os præ pudore aperire consensit. Fiebat autem res non materno sermone, sed litteris. Dixi ergo sub multa oris ac animi suffusione quæ rogitantis sententiæ congruerent. Sub dictionibus quidem compositis verba tepentia, sed non penitus a vero deviantia, hominem sane ex familiaritate nos et usu non nosse, sed ex benevolentia referentium probitates de eo aliquas accepisse. Quod cum prolato Evangelii testimonio: « Qui vidit, inquit, testimonium perhibuit (*Joan.* xix, 35), » cassare tentasset, et illud hoc non explicito objecisset quod etiam de curia electus esset, ego quidem mox inutili tergiversatione postposita, fassus me verbis ejus refragari non posse. Quod valde ipsi placuit. Erat enim minus quam suo competeret officio litteratus. Inde cum defensoriam circumlocutionem meam ad primam ipsius quæstionem parum ponderis habere sentirem, quamvis illi plurimum grata foret, ad necessitatem

A quæ Ecclesiæ imminerebat, verba transtuli, et quia persona pontificatui apta non esset, ibidem compositose subnexui.

Interrogat denique quos haberet ordines, quem subdiaconum fore respondi. Deinde quærit in qua Ecclesia militaverat, in quo mentiri veritus hæsi, sed a meis mihi coabbatibus suggestum est quod in Rothomagensi Ecclesia. Ubi tamen ex vero addidi, quia hoc nuper. Ad extremum infert an legitime esset progenitus. Dictum plane sibi fuerat quod esset naturalis. In quo capitulo cum plus quam in cæteris me constantius habuissem, præsertim cum super isto nullatenus dubitarem, dixit papa: Perhibetis testimonium super his? Cui inquam: De cæteris capitulis taceo, isti tamen fidenter astipulor quod neque sit nothus, neque spurius. Hæc certe sic objecta dominus papa non aliter quam diximus retractavit. Causa autem ut hæc seriatim ita objiceret, non impediendi eum fuit, sed quia Ansellus magister, qui eum his omnibus arcesserat, impresentiarum erat, ut quod scilicet clam dixerat, si forte in faciem ea homini illaturus insumeret.

Ipse vero Magister altiori intuitu ambitione palatinorum inspecta (non dico domini papæ) clavam Herculi extorquere de manu difficile duxit. Domino ergo papa, et me, si dicere audeam, nugaciter, ipse scholasticus niti videns dominos in diversum contradicere supersedit. Omnis igitur illico discussione sopita, electus ille ad medium deducitur, et ei a domino papa gratia pontificandi conceditur. Soluta itaque conventu, et papa egresso, ecce me cardinalium cœtus aggreditur, multipliciter ardens et dicens mihi: Multum nobis placuerunt verba tua. Qui placet, Domine Deus meus tu scis, quia non tam de elegantia verborum meorum emergebat, quantum de spe optima denariorum extra . . . . bensium quibus ille suffarcinatus advenerat. Nam et ego et coabbas meus Sancti Vincentii Adalbero, monetæ ejusdem ferebamus quisque nostrum vicenas libras, quibus tantus expectantium hiatus forsitan oppletus est, et ideo adminiculari ei ejusque adminiculatores amabant.

Denique abscedentibus iis, cubicularius domini papæ nomine Petrus, Cluniacensis monachus, qui ejus notitiam Rothomagi attigerat, cum a rege Anglorum hominem peteremus eundem, his me verbis secreto aggreditur: Quoniam recepit dominus papa testimonium vestrum pro persona quam vultis, et vos gratanter adivit, debetis ammodo suggerere electo vestro ut imperio domini papæ in cunctis obediat, et in tantum ei de suis obsequatur, ut vos denuo si opus fuerit, pro ipso et aliis libenter exaudiat. Ecce mel illitum per ora virosi poculi. Quid enim melius quam papæ obtemperare præceptis? quid pejus quam pro indulta Dei gratia hominibus pretio obsequi? Ego tamen talis negotii internuntius vehementer esse perhorruui.

*Pronosticum de Caldrico.* — Igitur <sup>(9)</sup> apud Sanctum Ruffum de Anione sacramento pontificali su-

scepto, pronosticum triste sibi Evangelii textus exhibuit. Fuit enim : « Tuam ipsius animam pertransivit gladius (Luc. II, 35). » Certe Lingonis cum recepta papæ gratia ad altare Mammetis martyris cum clericis, *Te deum laudamus* canentibus processisset, evangelicum conjecturæ causa textum ipse aperuit. Ubi versiculum qui primus occurreret sibi corripuit ; scilicet : « Mulier, ecce filius tuus (Joan. XIX, 26). » Quod ipse mox ubique multum jactantiose circumtulit. In verbo namque et habitu, mire instabilis, mire levis exstiterat. De rebus nempe militaribus canibus et accipitribus loqui gratum habuerat. quod apud Anglos didicerat. Unde quodam tempore, cum quamdam dedicavisset ecclesiam, et ego cum quodam bonæ indolis juvene clerico ei adequitarem rustiæ cum lancea reperit. Qua pontifex, tiara, quam inter sacra habuerat, habens in capite, mox sublata, equum calcaribus urgens, ac si aliquem percussurus intendit. Cui ego et clericus, ipse vulgariter, (94) ego poetice :

(94) *Non bene conveniunt, nec in una sede morantur, Cidaribus et lancea.*

Interea magnus ille census monetæ Anglicæ, (96) Hanaporum, et Scutarum, qui male coaluerat. brevi dilapidatus est. Certe audivi a prædicto magistro Anselmo, qui cum eo jam episcopo ad Anglos revisendos profectus fuerat, cum illuc devenisset, tanta repetundorum hinc vasorum, illius pecuniarum querimonia quosumcunque vertebatur, emersit, ut a magistro subintelligeretur divitias, quas ostentaverat, aliis subduxisse, non bonis artibus acquisisse.

#### CAPUT V.

*De dira Gerardi Carisiensis nece, Galdrico jubente illata.* — Post tres igitur ferme annos suæ ordinationis tale quid suo tempori quasi insigne dedit. Quidam de proceribus urbis, (97) monasterii puellarum castellanus, nomine Gerardus, vir admodum strenuus erat. Qui quamvis statura brevi. et exili carnulenta videretur, tantæ vivacitatis et linguam habebat et animum, tantam acrimoniam in studio armorum ut in Suessorum, Laudunensium, Noviomensium provinciis timorem sibi addiceret, et reverentiam plurimorum. Is quantum probitate longe lateque patebat, tanto acrius aliquoties circa se positos sermone illoto mordebat, quod tamen nusquam probo cuilibet inferebat. (45) Unde factum est ut comitissæ illi, de qua supra sermo est habitus, clam derogare, et aperte indignari reciperet. In eo autem perversissime agens, quod adversus Ingelrannum prædictæ feminæ obsessorem, qui eum magnis opibus extulerat, insurgere. Antequam vero sortiretur uxorem, apud feminam quam dicimus male familiaris exstiterat. Cum ergo eum diu loco amasii habuisset, accepta conjugæ ab ejus lenocinio contraxit habenas. Cæperunt et ipsæ mulieres verbi sibi turpi-

bus pariter adversari. Fuerunt enim mutuo antiquarum suarum levitatum consciæ, et tanto loquebantur foedius quanto noverant sese secretius. Furebat itaque comitissa illa adversus ejus maritum, tanquam passa repudium adversus conjugem, ex cujus ore frequens sibi sciebat intorqueri convicium, et sicut ipsa erat omni serpente nocentior, ad perniciem hominis in dies reddebatur acrior.

*Galdricus Romam, quo a cæde Gerardi videretur immunis, proficiscitur.* Sed quia ponit Deus offendiculum coram his qui voluntarie peccant, causa subvertendi eum talis repente suboritur, inter eundem enim Gerardum et Galdricum episcopum simultatibus motis, ipse Gerardus incompetenter de episcopo, et de ejus contubernalibus loquebatur. B Quod quidem tacite sed non patienter tulit episcopus. Nam tractato cum suis, et pene omnibus proceribus urbis, Gerardi exitio, et præbito ad invicem mutui ad hoc ipsum adjutorii sacramento, in quo et ditissimæ quædam mulieres adoperabantur, derelicto in manibus conjuratorum negotio, ad limina apostolorum pessima ductus cogitatione contendit, non apostolos (Deus tu nosti) quærens, sed ut non tractasse tantum nefas videretur absens. Circa festivitatem itaque sancti Martini profectus cum Romam venisset, tandem desedit ibidem donec patratam comperit invidiosi hominis necem. Qui quo minus probis omnibus invidus erat, eo improbis invidiosior. Facta autem hoc modo res est.

C *Orans in ecclesiâ Laudunensi occiditur Gerardus.* — Infra Theophaniæ octavas cum esset sexta feria, mane adhuc videlicet pallente crepusculo, surgebat e stratu, ad Beatæ Mariæ principalem iturus ecclesiam. Ad quem cum venisset unus de conjuratis proceribus, retulit ei noctis ejusdem somnium, sibi ex quo plurimum dixit terrorem incuti. Videbatur plane ei, quod a duobus ursis utrum jecur, an pulmo nescio sibi vellebatur a corpore. Sed, heu ! proh dolor ! tunc temporis erat a communione abstentus. Abstentionis autem causa hæc fuit. Quidam monachus apud Barisiacum Sancti Amandi commanens, duos puerulos Teutonice solum loqui gnaros, Francicam linguam discendi gratia ad se contraxerat. Erat autem Barisiacus cum appendicibus villis sub D advocatia ejus. Videns itaque pueros elegantes, sciensque eos non obscure natos, rapuit, ad redemptionem quoque coegit. Cui etiam cum pacta pecunia publicam ex peregrino mure pelliciam, quam renonem (46) vocitant, puerorum mater misit.

Cum hac igitur veste Tyria superindutus lacerna, cum aliquot equitatibus ad ecclesiam prædictam eques venit. Qui ingressus cum ante crucifixi Domini imaginem substitisset, comitibus suis hac illac per diversas sanctorum aras euntibus, ministris conjuratorum aucupantibus, episcopi familiæ in episcopo nuntiatur Girardum Carisiacensem (sic

(45) Vide cap. 3.

(46) Vestis genus, sic dictum quod solum renes tegat.

enim agnominabatur, qua Dominus ipsius erat A castris oratum ad Ecclesiam devenisse. Arreptis ergo subclamidibus gladiis, Rorigo frater episcopi per cryptam, (98) quæ basilicæ caput ambit, perveniunt 501 ad locum in quo ille orabat. Erat autem columnæ appodiatas cuidam, quam pilare vocant, interpositis aliquibus columnis a pulpito ad medium fere templi. Cumque adhuc esset mane cæcum, et in vasta ecclesia rari viderentur, hominem orantem a tergo corripuit. Orabat sane (99) mastigia clamidis a tergo rejecta, junctis a pectore inter orandum palmis. Constricta itaque a posteriori parte lacerna, alter eorum ita eum insuit, ut facile manus movere non posset; quem cum sic subito ille episcopi dispensator tenuisset, dixit ei: Captus es. Quem cum illa solita ferocitate retorto oculo (erat enim monoculus) attendisset: Vade hinc, inquit, obscene leccator; At ille ad Rorigonem. Percute, inquit. Et ducto ille sinistrorsum gladio, inter ipsa eum nasi frontisque confinia vulneravit. Qui sentiens se percussus: Ducite, ait, me quo vultis. Mox illi repetitis ictibus confodientes hominem, cum urgere cœpissent, ipse de suis desperans viribus inclamavit: « Sancta Maria, adjuva. » His dictis sub extrema patientia ruit.

*Conjurati corpus multis vulneribus sauciant, conciduntque in frusta.* — Erant autem in ea conjuratione duo Ecclesiæ cum ipso episcopo archidiaconi, Galternus et Guido. Erat ipse quoque Guido et thesaurarius, domum secus eandem ecclesiam habens positam. De qua domo duo prosiliere mox famuli, qui eo concitus venientes eidem carnificio se junxerunt. Sic enim sacrilego fuerat sacramento firmatum, ut si episcopi id curiales præsumerent, auxiliari de eadem domo prodirent. Cum ergo ei collum et tibias præter alia vulnera concidissent, et ille in media basilica sub extremis angustiis immigret, pauci qui in choro tunc erant clerici, et mulierculæ quædam, quæ orationis gratia hac illacque vagabantur, immurmurantes, et horrendo timore torpentes, nec modicum quidem suggrunnire præsumperant. His patratiss, duo illi milites lectissimi ad episcopale palatium revertuntur, cum quibus urbis proceres suæ ipsorum proditionis proditores illico glomerantur, pariter quoque archidiaconi aggregantur. Præpositus ergo regius Yvo nomine, vir admodum solers, citatis hominibus regiis, et abbatiss Sancti Joannis, cujus illa advocatus fuerat, Burgensibus, domos eorum qui conjuraverant, obsedit, diripuit, ac incendit, ex urbe etiam eos pepulit. Archidiaconi igitur cum proceribus Gerardi interemptores ubique loci prosequantur, fidelitatem absentis episcopi super isto prætendentes.

#### CAPUT VI.

*Muneribus sibi conciliat papam Galdricus. Guibertus de homicidio patrato sermonem habet ad populum.* — At episcopus Romæ se cohibens, et domini apostolici

quasi præsentia gaudens, aure attonita præstolabatur, utrum quidpiam grati rumoris a partibus Gallicanis attingeret. Tandem sibi suorum votorum nuntiatus effectus, nec dominum papam latuit tantum in tanta ecclesia perpetratum scelus. Loquitur ad papam episcopus, et adulantibus donis tantam hujus facinoris suspicionem a se depellit. Rediit igitur solito lætior ab urbe Gualdricus. Ecclesia autem, quam adeo nefario violatam constat opere, cum reconciliari egeret, directo ad Hucbertum Silvanectensem episcopum nuntio qui nuper Simoniss suæ causa exauctoratus est, ad id peragendum negotii accersitur. In quo populi clerique conventu, a decano Ecclesiæ, videlicet magistro Ansello, et canonicis injunctum mihi est ut super infortunio B illo, quod acciderat, sermonem haberem ad populum. Cujus orationis tenor hunc secutus est sensum:

« Salvum me fac, inquam, Deus quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, et non est substantia (Psal. LXXVII, 1, 2). » Et si mala qualicumque hactenus habuistis, jam pervenit nunc gladius usque ad animam meam. Infixi estis in limo profundi, dum peccatis promerentibus ad extrema totius desperationis mala ruitis. Inter hæc itaque non est substantia; quia eorum, ad quos in periculis concurrendum vobis fuerat, rectorum videlicet vestrorum, ac procerum honestas ruit atque potentia. Et si corpora sunt aliquoties mutuis hostilitatibus pressa, tamen vacabat anima, quia illa in qua salutis intentio manebat, interne florentissima sine ullis malis jucundabatur Ecclesia. Aquæ ergo et gladius intrant ad animam, dum tribulationes et dissidia interioris recursus penetrant et polluunt sanctitatem. Et quam putatis locus iste obtineat jam apud vos, qui spiritualia nescitis, dignitatem, qui nullam præstat etiam orationum corporibus immunitatem. Ecce misit in nos Deus iram indignationis suæ, indignationem, et iram, et tribulationem, immissiones per angelos malos (Psal. LXXVII, 49). » Ira est indignationis, ira ex indignatione concepta. Indignari sicut scitis, minus est quam irasci. Nonne meritis peccatorum vestrorum indignabatur Deus, cum extra urbem vestram prædas incendia atque neces crebro pateremini? Nonne irascebatur, cum forastica bella intra civitatem hanc translata sunt, et civilia inter nos agitari cœperunt odia? Cum domini in Burgenses, Burgenses in dominos mutuis irritationibus moverentur? Cum abbatiani in episcopanos, episcopani in abbatianos indebito hoste defurerent? Sed quia indignatio et ira nullam vobis attulit correctionem, tandem obduratis montibus ingessit tribulationem. Nam non qualicumque Ecclesia Christianis fœdata cruoribus, nec ceptus alibi bellorum motus in Ecclesiam 502 compulit, et pessumdedit fugientes, sed malignissimus appetitus scelestæ provisione depositus, ante Christi Jesu in cruce pendentis imaginem, virum trucidavit orantem. Non, inquam, qualicumque Ec-

clesia, sed Ecclesiarum Galliæ Florentissima, et A cujus Latinum orbem prætergrediatur fama. Et quem virum? Nonne eum quem et genus commendabat egregium, et præstantissima tenui corpore, corde magnanimo fecerant toti Franciæ arma notum? Locus igitur et crimen et dedecus ubique vulgabunt. Si ergo ex animo, ex imis præcordiis pro miserabili eventu non tribulamini; si non dehonestatæ tantæ sanctitati compatiamini, sciatis indubie Deum viam facturum semitæ iræ suæ, animositatem scilicet quæ latebat in aperta vestri perditione dilataturum. Et quomodo putatis parsum iri Deum in conclusione jumentorum, id est corporum vestrorum, qui ob incorrigibilitatem vestram, morti non pepercit animarum? Cum igitur pessimo processu gradum divina in nos promoveatur ultio, sciendum est vobis quia nisi sub Dei virga vos emendatioribus exhibeatis, quod in statum undecunq̄ue terrimum, per ea quæ inter vos coalescunt intestina bella, cadatis. »

*Interfectores excommunicatos pronuntiat Guibertus, quo iram incurrit conjuratorum.* — Hæc aliaque contextens, clero jubente, populoque volente, nobilis illius hominis peremptores, ejusdemque facinoris fautores, et complicem per prædictum episcopum qui reconciliabat ecclesiam, excommunicandos enuntiavi, nec minus eos, qui præsidio eis essent, aut contubernium præberent. Quibus per omnium ora excommunicatis, ecclesia solemniter reconciliata est. Interea ad aures archidiaconorum et procerum, qui ab urbana societate desciverant, anathematis hujus sententia devehitur. In me igitur pro sermone habito, et excommunicationis pronuntiatione, omnium illorum exclusorum conversa sunt odia, maxime Galteri archidiaconi grandis est adversum me succensa recordia. Erat siquidem audire immanem tonitrum, cui tamen, Deo auctore fulgurum nullus casus accesserit. Clam in me, in promptu reverentia. Igitur ad rem redeamus omissam.

#### CAPUT VI bis.

*Roma episcopus Laudunum venit. Præcepto regio domus episcopalis exinanitur.* — Armatus sigillis et apicibus apostolicis dominus præsul Roma regreditur. Rex autam Gerardo occiso, quoniam episcopum hujus facinoris conscium omnino opinabatur, quod fucata absentia tegere nitebatur, totam episcopi curiam, fruge, vino, ac larido spoliari præceperat, nec eundem Romæ positum, præda et prædæ causa latuerat. Ergo ad regem, qui eum a sede arcendum censuerat, suisque privaverat, litteræ sunt destinatæ, ad coepiscopos et abbates suæ et aliorum dioceseos alteræ ab eo sunt allatæ; sed quoniam inter Laudunenses, et Suessos, pontem Aquilæ Fluvii limitaneum esse prædiximus, introeunti ei primam parochiæ propriæ glebam occurrunt prope, quos pridem excommunicaveramus archidiaconi sui et proceres. Quos tantis oculorum atque complexuum suscepit affectibus ut Beatæ Mariæ, cui Deo auctore servimus, ecclesiam, quam in sui finibus pontificatus primam offenderat, suo visitatu nequaquam dignam

duceret, cum ex ejus latere diutinam fabulam cum illis, quos sibi solos arbitrabatur fideles, haberet. Inde digrediens, Codiciaci (vulgo *Coucy*) cum ipsis omnibus hospitatus est.

*Gualdricus militis congregat, minitaturque se urbem armata ingressurum; sed frustra.* — Quo ego comperto, cum valde talem ejus habitum horruissem, omnino me ab ejus contuitu ac salutatione continui. Qui post triduum, ni fallor, sopita exterius qua intro ad me versum spirabat recordia (multum enim me apud eum pro supradictis laterales ejus arcesserant) mandavit ut ad se venirem. Quo cum me exhibuissem, et domum plenam excommunicatis, homicidisque vidissem, æstuavi, exclusioni suæ ut [videtur deesse non] anniterer, postulavit, ostensis papæ syllabis. Auxilium quale possem fallaciter, tu scis Deus, et non ex corde spondi. Videbam enim vera ejus mala, cum iis, quos Ecclesia sua excommunicaverat quique eam tantopore fœdaverant, communicare, cum Ingelrannus ille præscriptus ei assideret, et comitissa prædicta, quæ pridie quam Gerardus interiret, duobus illis interitus ejus auctoribus, gladios suos propria lingua acuerat, aggratularatur affectibus [f., eorum affectibus]. Quia ergo regio jussu arcebatur ab urbe, temeraria nimis audacia minabatur se ingressurum succenturiatum militaribus alis in urbem; et quod Cæsaribus et Augustis vix possibile foret, hoc se asserebat armorum violentia peracturum. Manum itaque collegit equestrem, et copias plurimarum quas non bene conflaverat, rerum, sine ulla, ut solitus erat, fruge consumpsit. Tandem cum nihil nisi ridiculum quid de tot auxiliariis confecisset, per internuntios se suosque in nece Gerardi complices, urbis videlicet cum utroque archidiacono proceres, magno aggestu munerum cum Ludovico Philippi regis filio rege composuit.

*Eos qui in conjuratos insurrexerant episcopus Gualdricus anathemate percutit.* — Introgressus igitur urbem, cum apud Sanctum Nicolaum de saltu conventiculum celebrasset, inter missas, quas inibi agebat, excommunicaturum se eos, qui conjuratos illos rebus suis abdamnarant, Gerardo perempto, ab urbe prodierant, pronuntiat. Quod cum ego sic dici audivissem, cuidam coabbati meo assidenti mihi, auri ejus immurmurans, aio: Audi, quæso, rem præposteram. Excommunicare debuerat eos qui suam tam horrendo facinore attaminaverunt ecclesiam, et ipse in homicidarum punituros [f., punitorum] justas et criminis vindices pœnas ulciscitur. At episcopus omnium bonarum conscientiarum timidus, cum me mussitare vidisset, ratus est de se verbum fieri. ~~SOS~~ Quid inquit, dicitis, domine abba? Tunc Galterus archidiaconus sese propriens antequam loqui liceret: Agite, ait, domine, quæ cœpistis: Dominus abbas alias [f., alia] loquebatur.

*Saniori consilio excommunicat et occisores Gerardi.* — Excommunicavit igitur (clero et populo excommunicationem talem detestantibus) illos, qui com-

manipulares sacrilegorum carnificum læserant. Diurna itaque totius urbis et dioceseos simultas adversus episcopum fuit, quia Gerardi occisores excommunicare tempore non parvo distulerit. Tandem quia se suspectum et pene execrabilem haberi sciebat ab omnibus, auctores excommunicavit et conscios. Quoniam autem multas pecunias sponderat his, qui se et prædictorum sicariorum complices penes regem adjuverant, lateralibus videlicet regis, cum cœpisset detractare promissa, quis dicat quanta in publico improperia audivit, dum nemo eorum qui suis in hoc opere favebant partibus, regiam aulam ingredi præsumeret, donec eorum funesta capita a cæde, quæ sibi intentabatur, multo auro argentoque redimeret. Nec ipse tamen ab Ecclesia poterat accusari quem ab apostolico constiterat excusari.

#### CAPUT VII.

##### *Perversi civium Landunensium mores exprimentur.*

— Igitur post aliquantum temporis, cum ob exposcendas pecunias a rege Anglorum, cui quondam servierat, amico sibi olim, profectus esset in Angliam, Galterus archidiaconus, et Guido cum proceribus urbis tale quid commentati sunt. Urbi illi tanta ab antiquo adversitas inoleverat ut neque Deus, neque Dominus quispiam inibi timeretur, sed ad posse, et libitum cujusque rapinis et cædibus respublica misceretur. Nam, ut a capite pestifero exordium sumam, si quando illic regem venire contingeret, ipse qui sibi reverentiam exigere regio rigore debuerat, ipse in sui primum turpiter multabatur. Nempe cum equi ejus ad aquam seu mane seu vespere ducerentur, verberatis clientialis equi abripiabantur. Ipsos etiam tantis addici constiterat vilipensionibus clericos, ut neque in personis. neque in rebus eorum parceretur eisdem, sed læset, ut legitur: « Sicut populus, sic sacerdos (*Isai.* xxiv, 2). » Sed quid de plebeis loquor? Nemo de agrariis ingrediebatur in urbem, nemo nisi tutissimo comite accedebat ad ipsam, qui non aut incarceratus ad redemptionem cogeretur, seu occasione objecta duceretur sine causa in causam.

Sub exemplo inferamus unum, quod si apud Barbaros aut Scythas fieret, certe eorum qui nullas habent legas profanissimum esset iudicio. Cum Sabbato diversis e ruribus mercimonii gratia plebs agrestium illo venirent, civitatenses cypho aut scutella, aut quolibet alio modo legumen, aut triticum, seu quidpiam alicujus frugis foro quasi venale circumferebant, cumque rustico talia perquirenti emendum obtulissent, ille taxato pretio se pollicebatur empturum. Sequere, aiebat venditor, me in domum meam, ut ibi residuum frugis hujus, quam tibi vendo, videas, visumque suscipias. Sequebatur ille; sed cum pervenisset ad arcam, fidelis venditor elato et sustento arcæ operculo, inclina, aiebat, caput tuum et ulnas in arcam, ut videas quod hoc totum non discrepet ab ea parte quam tibi in foro propo-

A sui. Cumque emptor subsiliens super arcæ crepidinem de ventre penderet, capite ac humeris in unam procumbentibus arcam, bonus venditor a tergo positus, sublatis hominem incautum pedibus, repente trudebat in arcam, et dejecto super ruentem operculo, tuto servabat usque ad sui redemptionem ergastulo. Hæc in urbe et is similia gerebantur. Furta, imo latrocinia per primores et primorum apparitores publice agebantur. Nulli noctibus procedenti securitas præbebatur, solum restabat aut distrahi, aut capi, aut cædi.

*Communio quid.* — Quod considerantes clerus cum archidiaconis, ac proceres, et causas exigendi pecunias a populo aucupantes, dant eis per internuntios optionem, ut si pretia digna impenderent, communionis faciendæ licentiam haberent. Communio autem novum ac pessimum nomen sic se habet, ut <sup>(100)</sup> capite censi omnes solitum servitutis debitum dominis semel in anno solvant, et si quid contra jura deliquerint, pensione legali emendent. Cæteræ censuum exactiones, quæ servis infligi solent, omnimodis vacent. Hac se redimendi populus occasione suscepta, maximos tot avarorum hiatibus obstruendis argenti aggeres obdiderunt. Qui tanto imbre fuso seniores redditi, se fidem eis super isto negotio servaturos sacramentis præbitis firma-verunt.

*In Galliam redit episcopus. Ipsum inter et archidiaconum simultates.* — Facta itaque inter clerum, proceres, et populum mutui adjutorii conjuratione, ab Anglis cum plurima copia remeavit episcopus, qui contra hujus auctores novitatis, motus aliquandiu sese ab urbe continuit. Tamen plenæ laudis et gloriæ inter ipsum et Galterum archidiaconum complicem suum obortæ sunt simultates. Loquebatur archidiaconus super nece Gerardi valde indecentia de episcopo suo. Episcopus nescio quæ cum cæteris super hac re agebat, hoc scio, quia mecum sic de eo querebatur. **504** Domine, inquires, abba; si contigerit Galterum in quovis concilio aliquas adversum me motare accusationes, æquanimitern feretis? Nonne ipse est, qui eo tempore, quo a vestris digressus monachis Flaviacum concessistis, vobis in promptu blandiebatur, clam moliebatur dissidium, palam vestris favorabiliter adnitens partibus, et me contra vos latenter irritans? His me contra funestum hominem alliciebat sermonibus, ejusdem ponderosissimi reatus sibi conscius, et penes omnium judicia undecunque timidus ac suspectus.

Cum igitur in eos qui conjuraverant, et in auctores eorum inflexibili animadversione motum se diceret, voces tandem grandisonas oblata repente sedavit auri argentique congeries. Juravit itaque communionis illius se jura tenturum, eo quod apud Noviomagensem urbem (vulgo *Noyon*), et Sancti-Quintinense oppidum (vulgo *Saint-Quentin*) ordine scripta exstiterant. Compulsus et rex est largitione plebeia idipsum jure jurando firmare. Deus meus,

quis dicere queat quot susceptis populi muneribus, A quot etiam post præbita sacramenta ad subvertendum quod juraverant, controversiæ emergerunt, dum servos semel ab jugi exactione emancipatos, ad modum pristinum redigere quærent? Erat sane implacabilis invidentia episcopi, ac procerum in burgenses, et dum Northmannico, vel Anglico more Francicam non prævalet extrudere libertatem, languet pastor suæ professionis immemor circa in- explebilem cupiditatem. Si quis popularium in causam ductus non divina sed placitatoria, ut sic dicam, conditione legibus fuisset addictus, hujus usque ad extremum substantia exhauriebatur.

*Monetarum corruptio.* — Unde quia munera susceptiones totius iudicii sequi solet eversio, monetæ percussores scientes si peccarent in officio suo, quod pecuniaria possent redemptione salvari, tanta eandem falsitate corruerunt, ut per hoc ad extremam plurimi indigentiam ducerentur. Nam cum denarios ex ære vilissimo conficerent, quos in momento pravis quibusdam artibus, argento micantiores facerent vigillis: proh dolor! fallebatur ineptum, et sua pretiosa, ac vilia detrahentes, nonnisi impurissimam suscipiebant scoriæ. Et domini episcopi super isto munerabatur patientia, per quod non modo intra provinciam Laudunensem, sed et longe lateque multorum accelerabatur miseria. Cumque suam ipse monetam per se male corruptam miserabiliter, et merito impotens, nec tenere, nec corrigere posset, Ambianenses obolos, corruptissimum etiam quiddam, in urbe aliquandiu cursuros instituit: quos quoque cum nullatenus cohibere valeret, sui tandem temporis percussuram erexit, cui pariter ad suæ personæ signum, ferulam pastorem imprimi fecit. Quæ clam ab omnibus cum tanto cachinno spernebantur, ut impuriore moneta omnino minus appreciaretur.

*Inde sentinæ flagitiorum.* — Interea cum ad singulas quasque horum novorum numismatum promotiones ferebantur edicta, ne quis pessimas ipsius caraxaturas cavillaretur. Inde creberrimæ populum impetendi occasiones, quasi qui calumniam intulissent instituto pontificis, inde largissimorum quæcunque fieri poterant, censuum extortiones. Ad hoc monachus quidam in omnimoda opinione turpissimus, nomine Theodoricus, a Tornaco, cujus erat indigena, infinitas, et a Flandriis deferebat argenti massas. Qui in falsissimam Lauduni redigens cuncta monetam, universam exinde respergebat circum- quaque provinciam. Cujus xeniis detestabilibus divitum sibi concilians avaritiam, mendacium, perjurium, egestatemque inferens, veritate, justitia, opulentia destituebat patriam. Nulla hostilitas, nullæ prædæ, nulla incendia hanc pejus læsere provinciam, cum vetustam ejus urbis monetam mœnia haberent Romana gratissimam.

*Dire episcopus Gerardo Ingelranni filio eruit oculos. A papa suspenditur ab officio; unde Romam proficiscitur.* — At quoniam:

*Arte superductum violat quandoque pudorem.*

*Impietas contexta diu, nec clara recondi.*

*Ut lux clara vitrum, sic penetrat faciem:*

quod obscure de Gerardo, et quasi non fecisset, fecerat de altero post aliquod tempus Gerardo, evidens suæ crudelitatis dedit indicium. Erat siquidem is Gerardus major nescio, an decanus rusticorum ad se pertinentium, qui quia pronior erat ad Thomam, Ingelranni, de quo supra egimus, ut dicitur filium, virum omnium quos novimus hac ætate nequissimum, episcopus eum omnibus habebat infensum. Unde et eum corripuens, et intra episcopale palatium custodiæ eum trudens, nocte per manus cujusdam sui Æthiopis, oculos ejus fecit evelli. Quo facto aperte ignominie se addixit, quod de superiore Gerardo fecerat, refricavit, nec clerum, nec populum latuit, quod episcopos, presbyteros, atque clericos, a nece necisque iudicio, seu truncatione [memborum Canon, ni fallor, Toletanus inhibuit, regem etiam ipse rumor offendit. Nescio præterea an ad apostolicam sedem pervenerit, hoc scio tamen quod ab officio eum papa suspenderit, quod æstimo quia non ob aliam causam fecerit. Ad cumulum vero mali quamdam suspensus ecclesiam dedicavit. Romam ergo proficiscitur, cujus verbis et suasionibus dominus, papa delinitur, et resumpta ad nos auctoritate ~~505~~ remittitur. Videns itaque Deus magistros et subditos facto et consensu pari communicare nequitia, jam non potuit sua continere iudicia, permisit denique conceptas malignitates in propatulum devenire furorem, qui dum ex superbia præceps agitur, Deo vindice, casu usquequaque horrendo confringitur.

*Molitur Communione abrogationem, die eadem qua Ascelinus regem prodiderat.* — Ad communionem itaque, quam juraverat, et regem præmiis jurare compulerat, destruendam, in supremo Quadragesimæ sacrosanctis Dominicæ passionis diebus, accitis proceribus, et quibusdam clericis, instare decreverat. Ad id pii officii regem evocaverat, et pridie Parasceves, Cæna scilicet Dominica, regem et suum universum populum pejerare docuerat, cui se laqueo primus immererat. Quo videlicet die Ascelinus episcopus prædecessor ejus regem suum, ut prædixi, prodiderat. Nam qua die gloriosissimum pontificalium officiorum chrisma videlicet consecrare debuerat, et a suis excessibus absolvere plebem, ea ne ingredi quidem visus est ecclesiam. Machinabatur cum lateralibus regis, ut communionem destructa rex idem in priorem modum jura redigeret urbis. At burgenses de sua subversione verentes, quadringentas (utrum amplius nescio) libras regi ac regis pollicentur. Contra episcopus proceres secum loqui cum rege sollicitat, spondentque pariter septingentas, rex Ludovicus Philippi filius.... [f., persona] conspicuus, ut soli majestati regis videretur idoneus, armis strenuus, pro negotio inertis impatiens, animo sub adversis intrepidus, cum alias bonus esset, in hoc non æquis.

serat, quod vilibus et corruptis avaritia personis aurem et animum dabat. Quod ad maximum detrimentum et vituperabilitatem, et multorum ciem redundabat, quod hic et alias factum erat.

tur regius, ut dixi, appetitus ad potiora pro- deflectitur, eoque contra Deum sanciente a sacramenta sua, scilicet episcopi ac procerum, ulla honestatis ac sacrorum dierum respectione untur. Ea nocte rex propter injustissimam, a populo incusserat turbam, cum foris haberet itium, dormire pertimuit extra episcopale pala- . Rex summo mane recesserat, et episcopi ad res sponsio facta fuerat, ut non vererentur de e pactione pecuniæ, scientes se quidquid ipsi citi fuerant soluturum esse. Quod si, inquit, vobis spondeo, non fecero, tradite me redimen- carceri regio.

*soluta Communionem in urbe perturbantur omnia. ienses episcopo violentas manus offerre statuunt.* aptis igitur communitalis prædictæ fœderibus is furor, tantus stupor, burgensium corda cor- it ut omnes officiales officia sua desererent, et onum ac sutorum tabernulæ clauderentur, et æ nec venale quidpiam a pandocibus et caupo- s sisteretur, apud quos nihil futurum residui inis prædantibus speraretur. Nam protinus ab ope et proceribus universonum substantiæ me- ur, et quantum quisque sciri poterat dedisse ad tuendam communionem, tantumdem exigebatur ndere ad destituendam eandem. Hæc die Pa- ves, quod interpretatur *præparatio*, tractaban- hæc Sabbato Sacrosancto, in quibus Dominici oris et sanguinis receptui, solis hinc homicidiis, perjuriis animi aptabantur. Quid plura? Præ- et procerum omnis his diebus vacabat intentio bradendas inferiorum substantias. At inferiorum jam ira, sed rabies feraliter irritat, in mortem, necem episcopi et complicum ejus, dato invicem umento conspirat. Fuisse autem quadragenos jaraverint, tradunt. Quod eorum molimen om- tegi non valuit. Nam cum contigisset magistri illi notitiam, in ipsa sacri Sabbati jam vespera- te die, cubitum eunti episcopo mandavit, ne ad itinas procederet vigilias, sciens se, si veniret, ficiendum. At ille typo nimio stupidus. Fi, inquit, ne talium manibus inteream? Quos quamvis lespiceret, ad matutinos tamen surgere, et basi- n ingredi non præsumpsit.

stridie cum ad processionem clerum suum ipse eretur, domesticos suos, et quosque milites is sub vestibus post se ferre præcepit. In qua essione cum parum quid tumultus, ut assolet in itudine, suboriri cœpisset, quidam de Burgen- s e crypta emergens, cœptum juratæ interfectionis stium æstimans alta voce cœpit quasi pro signo imitare: *Communiam, communiam* ingeminans. l, quia festum erat, facile repressum est, suspi- em tamen diversæ parti intulit. Acto itaque

episcopus missarum officio, ex episcopalibus villis plurimo accito rusticorum agmine turres ecclesiæ munit, curiamque suam asservari præcipit, cum ipsos quoque prope non minus pateretur infensos, utpote qui scirent denariorum aggeres, quos regi promiserat, ex suis ipsorum marsupiiis hauriendos.

*Statio apud S. Vincentium. Guiberti annona diri- pitur.* — Feria igitur secunda post Pascha procedere moris est clericos stationem facturos <sup>(101)</sup> apud Sanctum Vincentium. Quoniam ergo hesternò præ- ventos se esse senserunt, hac die moliri decreverant, et fecissent, si cum episcopo omnes proceres esse sensissent. Nam unum e proceribus in suburbio repererunt, virum innocuum, qui consobrinam ~~506~~ meam adolescentulam quamdam, pudicæ indolis feminam nuper acceperat. Sed ne alios cautiores redderent, aggredi noluerunt. Cum igitur jam tertium Paschæ attigisset diem, eos quos ad sui tutelam turribus et curiæ præposuerat, et ex suo inibi victi- tare coegerat, securior factus sinit abire. Quarto die, quia annonam meam, et aliquos pariter peta- sones, quos <sup>(102)</sup> vulgo bacones vocant, diripuerat per suum incendium, perrexi ad eum. Conventus a me ut tanta urbem procella eximeret, respondit: Quid putatis in sua turbulentia eos posse facere? si Joannes maurus meus ipsum, qui in eis est potior, naso detraheret, nullatenus grunnire præsumeret? Nam suam heri, quam appellabant communiam, eos, quoad viverem, abjurare coegi. Dixi, et multo hominem videns eversum supercilio, dicere super- sedi? Antequam tamen ab urbe recederem, gravi ab invicem animadversione instabilitatis suæ causa dissensus. De instanti autem malo cum præmone- retur a multis, neminem dignabatur.

## CAPUT VIII.

*De cædibus procerum, et incendiis urbis Laudu- nensis.* — Postero die, feria videlicet quinta, cum post meridianas de exigendis pecuniis cum Galtero archidiacono ageret horas, ecce per urbem tumultus increpuit *Communiam* inelamantium: tum quoque per mediam Beatæ Mariæ basilicam, et per eam qua occisores Gerardi introierant, exierantque januam, cum ensibus, bipennibus, arcubus et securibus, cla- vas, lanceasque ferentes cum maximo agmine cur- riam pontificalem intravere burgenses. Cœmperita hujus novitate moliminis proceres ad episcopum, cui præsidium super hoc incursa si contingeret, juraverant, se laturus, undecunque concurrunt. In quo concursu Guinimarus castellanus vir nobilis, et pulcherrimæ habitudinis senior, moribus innocens, cum per ecclesiam clypeo tantum munitus et hasta procurreret, mox ut præsulis atrium introivit, a quodam Rainberto, qui compater ejus etiam fuerat, bipenni in occipitio percussus primus occubuit. Nec mora Rainerius ille, de quo supra egi, cui mea con- sobrina nupserat, cum acceleraret ingredi ipse pa- latium, lancea a tergo feritur, cum podio episcopalis capellæ nitens eam subire vellet, ibique prosternitur, nec mora ex igne palatii ab inguine inferius con-



crematur. Ado vicedominus minis acer, animo nimis acrior, quia solitudo tunc sua minus eum inter tot efficacem fecerat, cum ad episcopi domum tendens ab universo impeteretur cuneo, hasta et gladio tantopere restitit, ut tres de insistentibus sibi in momento prosterneret. Deinde pransoria mensa aulæ conscensa, cum præter cætera vulnera corporis, saucia ei jam reddidissent genua, ipsis demum genibus incumbens tandiu hinc et inde confodiens obsidentes propugnauit, donec fatigatum quidam corpus telo trajecit, quem post paululum earumdem domorum ignis usque ad extremos cineres redegit.

*In subterraneum ecclesiæ locum aufugit episcopus.*

— Porro episcopum insolens vulgus aggrediens, cum pro mœnibus aulæ prostreperet, episcopus cum quibusdam qui sibi opitulabantur, jactibus lapidum, sagittarumque ictibus quoad potuit, repugnauit. Plurimam enim suam semper in armis acrimoniam, uti quondam, et nunc quoque promebat. Sed quia indebite et frustra alium acceperat gladium, gladio periit. Temerarios ergo plebis assultus tolerare non prævalens, sumpta cujusdam mancipii sui veste, in cellarium ecclesiæ confugiens, intra parvam apothecam se condidit, et a fideli quodam clientulo fronte obetrusa introclusus, se latere putabat. Cumque hac illacque discurrentes ubi esset, non episcopus, sed furcifer, conclamarent, unum de puerulis ejus corripunt, sed in fide ejus nil quod sibi liberet efficiunt. Alterum attractantes, nutu perfidi quo esset quærendus accipiunt. Ingredientes igitur cellarium et circumquaque rimantes, tandem hoc modo repe-  
riunt.

Teudegaldus homo erat funestissimus Beati Vincentii ecclesiæ capite census, Ingelranni Codiciacensis diu officialis atque præpositus, qui transitorias redhibitiones apud pontem, qui Soordi dicitur, observans, commeantium paucitatem aliquoties aucupabatur, et cum eos rebus omnibus spoliasset, nequando illis contra eum interpellare liceret, ejectos in flumine supplumbabat (47). Hoc quoties fecerit solus Deus novit. Furtorum, atrociorumque numeros cum sit referre nullius, incohibiles, ut sic dicam, corde nequitias vultu teterrimo præferbat. Is in offensam incidens Ingelranni, totum se ad communiam Lauduno contulerat. A quo ergo nec monacho, nec clerico, nec peregrino, imo nulli sexui parsum olim fuerat, sic denique se habuit occisurus episcopum. Ipse dux et incentor cum esset hujus nefarii cœpti, summopere quem cæteris acrius oderat, vestigabat episcopum.

*Trucidatur episcopus et corpus opprobriis exponitur.*

— Cum itaque per singula eum vasa disquirerent, iste pro fronte tonnulæ illius, in qua latebat homo, substitit, et retuso obice sciscitabantur ingeminando quis esset. Cumque vix eo fustigante gelida jam ora movisset : 507 Captivus, inquit. Solebat autem

(47) Submergebat. Inde Gallice, *plonger*.

A episcopus eum Isengrinum irridendo vocare, propter lupinam scilicet speciem; sic enim aliqui solent appellare lupos. Ait ergo scelestus ad præsulem: Hiccine est dominus Isengrinus repositus. Renulfus igitur quamvis peccator, Christus tum [f., tamen] Domini, de vasculo capillis detrahitur, multiplici ictu pertunditur, et sub divo in claustrum clericalem angiportu ante domum Godefridi capellani statuitur. Cumque eis miserabilissime supplicaret, jurejurando ipsi astruere volens se nunquam deinceps eorum episcopum futurum, infinitas eis pecunias præbiturum, de patria recessurum; omnesque contra obfirmatis animis insultarent, unus nomine Bernardus, cognomento de Brueriis, elevato bipenni sacrum, quamvis peccatoris, verticem truculenter excerebrat; qui cum laboretur inter tenentium manus antequam decideret, ab altero sub ocularibus per medium nasi ex transverso (102) percussus occubuit. Ibi pessumdato et tibias conciderunt, et vulnera plurima indiderunt. At Teudegaldus videns anulum in digito quondam pontificis, cum facile non posset extorquere, ab eo digitum mortuo, ense præcidit, anulumque corripuit. Itaque exspoliatus ad nudum in angulum ante capellani sui domum projicitur. Deus meus, quis reloxat quot in jacentem a transeuntibus sunt ludibria jacta verborum, quot glebarum jactibus, quot saxis, quot est pulveribus corpus oppressum!

Sed antequam ad alia progrediamur, dicendum quod quiddam nuper factum ad suum valde profecit interitum. Ante duos, nisi fallor, sæ mortis dies, conventus est in media basilica a primoribus cleri sui, quod regi in urbe nuper constituto eos detulerat, dicens clericos non esse reverendos, quia penes omnes ex regia forent servitute progeniti. Quod cum ei objectum fuisset, hoc modo inticiens ait: Communio sancta, quam ex illo pridem altari suscepi (dexteram enim illo protenderat) veniat mihi ad perniciem, et sancti Spiritus gladium invoco in animam meam, si hæc unquam verba regi de vobis dixi. Quo audito, quidam valde mirati sunt, et sacramentis astruxerunt se ex ore ejus, cum talia regi deferret, audisse. Volubilitas plane ejus mentis et lingua ipsi parturiit hæc exitia.

#### CAPUT IX.

*Interficiuntur Radulphus.* — Interea pars quædam furentis vulgi ad domum Radulphi pertendunt, qui episcopi discophorus erat, et de summis familiaribus Gerardi Carisiacensis exstiterat, vir exilli quidem forma, sed heroicum habens animum. Is lorincatus, galeatus, non sine levi armatura cum resistere destinaret, videns vim nimiam, veritusque subijci ignem, arma projcit, nudumque se eorum misericordiæ in modum crucis exposuit. Qui, Deo a se remoto, humi prostratum crudelissime trucidarunt. Ipse antequam carnificium illud de Gerardo in ecclesia fieret, hujusmodi visionem vidit. Videbatur



sibi in Beatae Mariæ basilica esse, ibique perversos habitudinis homines convenire, qui peregrinos ludos illic statuerent, et quibusdam circumsedentibus spectacula nova darent. Sub qua propositione de domo Guidonis thesaurarii, quæ juxta ecclesiam erat, alii homines exhibant pocula deferentes, in quibus tanti fetoris continebatur potus ut intolerabilis sentientibus esset, qui et per circumsedentium ordinem ferebatur. Quod luce clarius est. Quam horrendus enim ibi emicuerit dæmonum, quamque invisus ludus, quis putor enormis sceleris ubique locorum de eadem domo manarit, in promptu et modo est. Nam plebs faribunda domni illi, primum ficos injectit, de ea in ecclesiam prosiluit, et demum palatium episcopale corripuit.

*Ecclesia omniaque ipsius ornamenta conflagravit.* — Vidit et aliud prænuntium status sui futuri. Nuntiarum sibi in visione videbat ab armigero suo, et dici: Domine, equus tuus in anteriori parte multæ et insolitæ vastitatis est, et in posterioribus tantæ exilitatis ut par nusquam viderim. Optimæ enim opulentiae, plurimique pretii ante fuerat, quæ ejus ubertas ad tam profligatæ mortis devenit tenuitatem; equus namque gloriam sæculi signat.

Igitur ex cujusquam maxime peccato contigerat, ut gloriosissima ecclesia miserabilibus addiceretur excidiis, ex domo scilicet thesaurarii, qui et Simoniace archidiaconus erat, in ecclesiam proserpere visus est ignis. Quæ cum pro præsentis gloria solemnitatis palliis atque tapetibus nobilissime foret circumornata, urgente igne pauca ex palliis furto abrepta potius quam focis tacta creduntur; tapetia autem aliqua, quia facile funes a trocleis demitti a paucis non poterant, succubuere caloribus. Tabulæ altaris aureæ, et sanctorum feretra erepta cum ipsa (104) prominenti eorum, quam sic vocitant, repa, cætera in gyro incendiis puto correpta; sub ea enim quidam cum se reclusisset de nobilioribus clericis, inde progredi non præsumens ne turbas errantes incideret, cum ignem circa se ridere sensisset, ad cathedram episcopalem currit, superpositam vitream capitalem pede impulsam pertudit; sicque desiliit.

*508 Monasterium S. Joannis atque ecclesia B. Mariæ Profundæ, et S. Petri incenduntur.* — Crucifixi Domini imago decentissime obaurata, gemisque distincta, cum vase saphyretico pro pedibus illius imaginis appenso, in terram fusa delabatur, nec sine plurima jactura recipitur. Cum igitur cremaretur ecclesia atque palatium, dictu mirabile, mysticumque Dei judicium, titio utrum nescio an carbo ad monasterium virginum convolvit, (105) et Sancti Joannis ecclesiam succendens, Beatæ etiam Mariæ, quæ Profunda dicitur, Sanctique Petri in cineres convertit.

*Matronæ quædam liberantur.* — At procerum conjuges qualiter sub tanto negotio se egerint, referre non piget. Vicedomini Adonis uxor videns ad partes episcopi maritum orta seditione concedere, opinata

instantem mortem cœpit veniam ab eo, si quæ contra eum commisisset, petere, et se diutissime cum ejulatibus constringentes, et oscula extrema libantes, cum illa diceret; cur me sub gladiis urbicorum derelinquis? Ille apprehensa mulieris dextra lanceam manu tenens, cum dispensatori præcepisset clypeum post se ferro (erat autem de primordiis proditorum) ipse non solum post eum clypeum non tulit, sed eum dure verbo reverberans a tergo eum impegit. Jam ergo eum, cujus servus erat, non norat. Cui certe inter prandendum paulo ante servierat. Per medias itaque turmas defensa uxore, intra domum tandem cujusdam portarii episcopi eam oculuit. Quæ cum vidisset assultus, et subjectos ædibus ignes, in fugam quocumque ducebat fortuna convertitur. Quæ cum burgenses aliquot feminas offendisset rapta ab eis, pugnisque pulsata, et pretiosis, quas habebat vestibus spoliata, vix ad Sanctum potuit sumpta Sanctimonialis veste pervenire Vincentium.

At consobrina mea discedente marito, contempta suppellectili domus, solam sibi lacernam retinens, murum, quo suum viridarium cingebatur, virilli alacritate conscendit, saltuque exinde desiliit. Inde in pauperculæ cujusdam recepta tugurium, cum grassantes post modicum sensisset flammam, prorupit ad ostium, quod anus extrâ obseraverat, et lapide fracta sera, a quadam sanctimoniali cognata sua impetrato habitu et velo se contagens, et inter monachas fovendam se credens, cum incensia inibi fervere conspiciens retorsisset gradum, in domum quamdam remotiorem se contulit donec postridie a parentibus quæsita comparuit, et tunc dolorem quem super metu mortis habuerat, in rabidiorem super marito mutavit.

Aliæ quædam, uxor scilicet et filia Guinimari castellani cum pluribus, locis se humilibus abdiderunt. Galterius autem archidiaconus cum episcopo positus, cum obsideri vidisset aulam, quia semper oleum camino se addidisse cognoverat, per fenestram domus exsilens, in viridarium pontificis, et a muro, quo ambiebatur, in vineas per avia vadens capite adoperto castello Montis acuti se condidit. Burgenses vero cum minime ab eis reperiretur cloacas eum sui timore fovere ridebant. Uxor quoque Rogerii Montis acuti domini, Armengardis nomine, cum esset die eodem in urbe (erat enim maritus ejus castellanus abbatia post Gerardum) ipsa cum uxore (106) Radulphi discophori monacharum, nisi fallor, tegmine sumpto per convallem Bibracinam ad Sanctum contendit Vincentium. Filius autem prædicti Radulphi sex circiter annorum cum a quadam (107) sub birro liberationis causa ferretur, parisis autem aliquis ei obviam factus quid sub capta portaret aspexit, et inter ejus brachia illico jugulavit.

Per vineas itaque inter duo brachia montis positas, die illa, et nocte iter fugientium, et clericorum, et mulierum fuit. Vir plane muliebrem non vereba-

tur habitum, nec mulier virilem. Tantus etiam incendiorum altrinsecus positorum motus fuerat, has in partes flabris flammæ torquentibus ut monachi sua omnia vererentur incendi. Metus vero iis qui isto confugerant tantus erat ac si eorum cervicibus gladii imminerent. Felix Guido archidiaconus atque thesaurarius, qui isti negotio defuit. <sup>(108)</sup> Ad Sanctam enim Mariam Versiliacensem oratum ante Pascha processerat. De ejus potissimum absentia carnicifera querebantur.

*Plures occiduntur.* — Occisis igitur sic episcopo procerumque primoribus, ad reliquorum qui supererant domos obsidentes intendunt. Demum ergo Guillelmi filii Haduini, qui non consenserat civibus in morte Gerardi, sed cum ipso occidendo ad ecclesiam oraturus mane perrexerat, tota nocte pervadunt. Cumque illi hinc ignibus, illinc asciculis, securibus atque contis mactato pariete institissent, et illi qui intus erant mordacissime restitissent, ad editionem postremo coactus, miro Dei judicio, cum hunc cæteris plus odissent, salvum ac incolumem compedibus injecerunt. Castellani itidem filio fecerunt. Erat autem in domo Guillelmi quidam adolescens dictus et ipse Guillelmus episcopi cubicularius, qui plurimum titulum in illa defensione commeruit. Is domo capta, ab ea parte burgensium, quæ domum consererat, est conventus, utrum sciret an occisus esset episcopus necne, ille se ignorare respondit. Alii enim erant, qui episcopum occiderant; alii qui ædes expugnaverant. Cumque circum-eundo cadaver episcopi reperissent, rogitant juvenem <sup>509</sup> utrum jacens corpus si ejus foret ex aliquo signo convinceret. Ita autem vertex et ora fuerant ex multa concisione mutata, ut discerni non posset. At ille recorder, dum adviveret, ait, et de re militari, quam malo suo plurimum affectabat, crebrius loqueretur, quia in simulacro pugnae dum militem quemdam equo vectus ludendo impeteret, ab eodem equite conto percussus, subjectam collo illud quod vocant canolam frægerit. Et disquirentes nodum cicatricis inveniunt.

*Adalbero abbas prohibetur efferre cadaver episcopi. Corpora sanctorum in ecclesia S. Joannis exusta.* — <sup>(109)</sup> Abbas autem Sancti Vincentii Adalbero cum audisset episcopum interemptum, velletque illo ire, aperta ei fronte illico dicitur, quod si insanienti se turbæ insereret, pari mox internecioni succumberet. Asserunt certe qui illi negotio interfuerunt ita diem diei sequenti tunc continuatum, ut nulla noctis occubitum opacitatis signa prætenderint. Quibus cum objicerem claritatem ignium hoc fecisse, sacramentis astruebant, quod et verum erat, ignes interdum obrutos, consumptosque fuisse. Ignis autem in monasterio virginum ita prævaluit, ut quædam de corporibus sanctorum exureret.

#### CAPUT X.

*Tandem sepelitur episcopus in ecclesia S. Vincentii extra urbem.* — In crastino igitur quoniam nemo erat pene qui jacens episcopi cadaver sine jactu aut

A probro seu maledicto præteriret, de sepultura vero nullus cogitaret, magister Anselmus, qui hesternum cum seditio æstuarer, omnino se abdidit, ad tragœdiæ hujus auctores precem fudit, ut hominem, vel quia episcopi nomen et insigne habuerat, sinerent quoque humari vix annuunt. Quia ergo nudus ad terræ canina quadam vilitate, a vespertinis feræ quintæ horis, tertiam crastini diei horam usque jacuerat, jubetur tandem a magistro levare, <sup>(110)</sup> et salbano superjecto ad S. Vincentium deportari. Dicitur non potest quot minis, quot conviciis curatores funeris urgebantur, quot mortuus ipse maledicis sermonibus illapidatur. <sup>(111)</sup> Delatus ad ecclesiam nihil prorsus officii, non dico quod episcopo, sed quod Christiano competeret in exsequiis habuit. B Terra receptui ejus semicavata, corpus est intro brevi tabula sic compressum ut pectus et venter prope usque ad crepitum premeretur. Et cum malos pollinctores, ut dixi, haberet, ad hæc certe adhuc a præsentibus arguebantur, ut miserimum corpus quo possent nequius atrectarent. Ea die in eadem ecclesia a monachis nihil divinum actum est. Sed quid dico ea die? imo per aliquot dies, cum de ad se fugientium salute trepidi, de sua ipsorum etiam morte timerent.

*Multi nobiles viri sepulture traduntur. Radulphus Remensis archiepiscopus missas agit pro defunctis.* — Nec mora Guinimarum castellanum (quod dici dolor est) uxor ejus, et filia, nobile valde genus, ipsæ solæ impingentes et trahentes in bioto advexerunt. Postquam Rainerius, sumpta alicubi posteriore parte cum inter duas rotas, super axem positus, superiore parte coxarum adhuc stridente ex ignibus, a quodam suo rustico, et quadam nobili juvencula consanguinea sua, miserabili et ipse modo adducitur. Super his duobus sermo bonus, ut dicitur in libro Regum, inventus (*III Reg. xiv, 13*), ut omnes qui bene sentirent, eorum mortibus condolerent, nec uspiam mali erant, excepta societate interfectorum Gerardi. Unde et multo compassibilius suo episcopo sunt sepulti. Reliquiæ autem Adonis vicedomini post plures hujus seditionis et incendii, dies parvissimæ repertæ, et in panno angustissimo constrictæ, usque ad diem quo Radulphus Remensis archiepiscopus Laudunum venit ecclesiam reconciliaturus, sunt servatæ. Qui veniens ad S. Vincentium, solemnes tunc primum pro episcopo, et suis complicitibus egit missas, cum multi a mortibus eorum præterfluxissent dies. Radulphus autem dapifer eadem qua et alii die, ab anu matre cum parvulo filio delatus quoquo modo est sepultus, et filius super patris pectus positus.

*Inter missarum solemnia cives a Communia dehortatur.* — Venerabilis autem et sapiens archiepiscopus, cum quædam defunctorum corpora in melius transtulisset, omnibus tamen cum maximo affinium ac parentum dolore divina officia impendisset, inter missas sermonem habuit de execrabilibus communiis illis, in quibus contra jus et fas violenter servi

a dominorum jure se subtrahunt. « Servi, inquit apostolus, subditi estote in omni timore dominis (I Petr. xii, 18). » Et ne servi causentur duritiam vel avaritiam dominorum, adhuc audiant: « Et non tantum bonis et modestis, sed et discolis (ibid.). » Plane in authenticis canonibus damnantur anathemate, qui servos dominis religionis causa docuerint inobedire, aut quovis subterfugere, nedum resistere (Concil. Gang. can. 3). Unde et illud argumento est, quod neque ad clerum, neque ad sacros ordines, non ad monachatum quisquam recipitur, nisi qui exors a servitio habeatur; receptus autem, nequam contra exigentes dominos teneatur. De qua re etiam multoties in regia curia sæpius, alias in diversis conventibus disputavit. Hæc per præoccupationem diximus, jam nunc retrograde ad ordinem redeamus.

#### CAPUT XI.

*Thomæ Codiciasensis grassationes ac rabidæ crudelitates.* — Perpensa igitur scelestissimi cives perpetrati quantitate facinoris magno, extabuere metu, regium pertimescentes judicium, unde qui medicinam quærere debuerunt, suo vulnus vulnere addiderunt. (119) Thomam enim Codiciasensis, ut dicitur, filium, cui erat castellum Marna (*Marne*), præsidium ad sui contra regios impetus defensionem accersire disponunt. Is ab ineunte adolescentia prædas de pauperibus, et Hierosolymitanis peregrinis faciens, et incestuosos matrimoniis coalescens, ad innumerabilium hominum exitium plurimam visus est attigisse potentiam. Cujus crudelitas nostris est in tantum sæculis inaudita ut aliqui qui etiam crudeles putantur, mitiores videantur in nece pecudum, quam iste in hominum. Nam non modo eos gladio simpliciter, et pro certo, ut fieri solet, reatu interimit, sed horrendis excarnificando suppliciis. Cum enim captos ad redemptionem quolibet cogeret, hos testiculis appendebat propria aliquoties manu, quibus sæpe corporea mole abruptis, eruptio pariter vitalium non tardabat. Alteri suspensos per pollices aut per ipsa pudenda, saxo etiam superposito humeros comprimebat, et ipse subter ob ambulans, cum quod habere non poterat ab eis extorquere non posset, fustibus super eorum corpora tandiu bacchabatur, donec ei placentia sponderent, aut in pœnis morerentur.

Dici ab ullo non potest quot in ejus carceribus fame, tabo, cruciatibus, et in ejus vinculis expirarunt. Certe ante hos duos annos cum in montem Suessonicum contra quosdam rusticos opem cuidam laturus abisset, tres ex illis in quadam se occultuere cavea. Cumque ad ora spelei cum lancea devenisset, unius ex eis ori telum appodians sic impegit, ut interaneis terebratis per podicem ferrum lanceæ redderetur. Quid prosequor infinita? Per ipsum duo inibi residui perire. Quidam etiam de captivis saucius proficisci non poterat. Interrogat hominem cur non celeri gradu graderetur. Ille re-

spondit se non posse. Sta, inquit, ego faciam ut ægre properes. Equoque desiliens, gladio ei utrumque succidit pedem, unde et mortuus est. Frustra contexam hujusmodi pestes, cum alias nos maneat non minor occasio referendi. Ad rem veniam.

*Pagenses seu rustici urbem Laudunensem diripiunt.* — Ipse Gerardi interfectores diu sub excommunicatione retinuit, diu fovit, neminem non sceleratissimum coluit, cui illud Sallustianum potius quam Catilinæ congruit. Quia gratis malus atque crudelis erat. Ad hunc ergo pro cumulo malorum dirigentes et ut ad se veniret, seque contra regem tureretur orantes, tandem venientem in urbe recipiunt. Cum ille auditis eorum precibus consulisset suos, quid sibi facto opus esset, responderunt unanimes in tanta retentione urbis suas sibi contra regem non sufficere vires (quod oraculum insanis hominibus quandiu in sua ipsorum urbe erat propalare non ausus) dixit eis ut egrederentur in campum inibi relecturus consilium. Quibus ferme milliario ab urbe digressis infert. Civitas hæc cum caput regni sit, non potest contra regem a me teneri. Quod si regia arma veremini, in terram meam me sequentes, me patrono et amico utimini. Quo dictu consternatissimos reddidit. Mox ergo metu perpetrati facinoris amentes, et regem suis cervicibus imminere putantes, innumerabile cum eo vulgus aufugiunt. Et Teudegaldus ille peremptor episcopi, qui lacunaria, et fornices ecclesiæ B. Vincentii, claustralesque recessus, fugitivos quos occideret quærendo, exerto gladio rimabatur, qui episcopalem annulum digito præferens, se præsulem testabatur. Is cum suis complicitibus non ausus urbem repetere, Thomam pene vacuus sequebatur. Thomas autem Guillelmum filium Haduni, et alios captos liberarat in urbe. Is enim expers Gerardi proditio nis exstiterat. At fama pegasea celeritate transfusa vicinorum rurum homines ac oppidanos exsuscitavit, vacuum habitatoribus ferens urbem. Tunc quique pagenses ad solitariam prouunt civitatem, domosque plenas, nemine defensante, præoccupant. Cives plane cum essent opulenti, habitu se pauperes ostendebant. Oculos enim procerum adversum se irritare nolebant.

Et tempore illa illegitima Ingelranni prædicti et incestuosa uxor, cum jam sub specie continentie pro senio et corporis mole aspernaretur Ingelranum, veteri tamen amasiorum usu carere non poterat. Unde et juvenem idoneum cum amaret, et eam Ingelrannus ab ejus omnino confabulatione arceret, tantis repente hominem lenociniis dementavit ut eum ad se accerseret, in domo sua statueret, filiam suam parvulam ad palliandos amores nefarios pactis sponsalibus daret, defensoremque terræ suæ contra Thomam, quem irremediabiliter ipse, qui dicebatur pater, oderat, et quem prorsus exhæredare volebat, faceret. Iste cum ea tempestate Codiciaci esset, et hostem se Thomæ futurum omnibus modis declararet, census tamen deesset unde

tanta præsumeret, accidit ei hujus fortunæ successus.

*Ingelrannus et Guido iterum urbem devastant.* — Audentes autem Ingelrannus et Guido (sic enim vocabatur) Thomam ab urbe digressum, populumque secutum, Laudunum adeunt, sine hominibus domos omni ubertate refertas inveniunt. Quorum tanta copia fuit, ut si caute ab iis qui præerant custodiretur, ne prodige a parasitis ac furibus detraheretur, frustra adversus prædictum juvenem exterminandum niteretur, neque ipse ullam in vita sua inopiam pateretur. Quis enim dicat, aut dicens fidem faciat, quid pecuniarum, quid vestium, quid in omni specie victualium ibi sit repertum? Cum enim rustica manus et suburbani, quin etiam Montiacutani et Petripontenses, Ferani quoque huc venerint, antequam Codienses, mirum dictu est! quid priores invenerint, quid tulerint, cum nostri recentiores tardius advenissent, munda omnia, et quasi illibata se reperisse jactaverint. Sed quid pensi ac moderati apud belluones et scurras? Vinum et triticum qua si repertitum non habebat pretium, et cum tales non haberent vectigalia ibidem, libidine dilapidabantur horrenda. Cæpit ergo inter eos ex proventu ~~511~~ rapinarum oboriri contentio, et a quibusque quælibet rapta minoribus ad potentiorum jura transibat. Duobus certe, si tertius obviam, spoliabatur. Erat itaque miserrimus urbis status. Hi qui ab urbe profugerant, domos clericorum et procerum quos oderant, diripuerant atque incendierant: at modo residui proceres profugarum usque ad confosceras [f., ferras] et pessulos, omni substantia atque utensilibus addemnabant.

Non ergo ne monachus quidem ullus tuto poterat ingredi urbem, vel egredi, quin aut equo privaretur, aut propriis induviis nudaretur. Ad sanctum Vincentium sotes insontesque cum peculio multo coierant. Quid, Domine Deus, gladiatorum exertum est super monachos, non tam census quam personas volentes. Ibi Guillelmus, Haduini filius, immemor sibi a Deo liberationis indultæ, quemdam suum compatrem, cui mox sponderat immunitatem membrorum et vitæ, et ad se ex fide collegerat teneri a suis [f., seruis] Guinimari et Raineri procerum, qui cæsi erant, et damnari permisit. A filio enim præfati castellani ad equi caudam pedibus alligatus, brevique tractu cerebrum cum fudisset, furcis illatus est. Vocabatur autem is Robertus cognomento Manducans, vir dives et probus. At dispensator vicedomini, de quo supra diximus, qui vocabatur, ni fallor, Ebrardus, qui cum quo die ipso comederat, servus dominum perdiderat, evector est in sublime. His generibus mortium et alii sunt exacti. Inextricabile est quæ in eversorum, vel inversorum punitione geri ubique contigerit explicare. Sciendum autem quia die postero necis factæ Thomas venit in urbem, hoc est feria sexta, Sabbatoque recesserit, et in ipsa Dominica tanti facinoris mox Deus penas incusserit.

*Vitia Galdrici exhibentur.* — (112\*) Facta sunt hæc anno incarnationis Dominicæ millesimo centesimo duodecimo, feria sexta paschali, tertio Kalendas Maii. Nimirum ipse episcopus infinitæ levitatis erat, ut etiam si quæ inepta ac sæcularia cogitaret, facillime lingua absolveret. Certe vidi illam meam quam prælibavi consobrinam, cum nuper in urbe nupta quo pudoratus poterat se haberet: ille etiam, me audiente, merdosam atque rusticam appellavit, quia se ab exterorum colloquiis ac visibus absentabat, ac se ei more cæterarum nullatenus ingerebat. Plane et librum quemdam de Hierosolymitana expeditione conscripseram, quod cum videre gestisset, eique illatus fuisset, tantopere exosum habuit, quoniam domini mei Suessorum episcopi Lisiardi nomine præmium operis insignitum vidit, ut deinceps nequaquam legere dignaretur, cum cætera opuscula mea, et se ultra omnem valentiam meam appreciaretur. Et cum efficax videretur in elaborandis opibus, totum subito expendebat in causis inutilibus. Sed mala ista cum hujus temporibus præmaturerunt.

*Quanta mala Lauduni patrata fuerint ista tempestate.* — Sciendum est quia non solum in isto, sed ex aliorum, imo totius summa populi iniquitate increverunt. Nam in tota Francia qualia apud Laudunenses nusquam scelera contigerunt. Parvissimo enim antequam ista flerent tempore, presbyter quidam in propria domo a puero quem familiariorem habebat, cum sederet ad prunas a tergo percussus interiit. Cujus corpus ille sumens, in cameram secretiorem recondidit et a foris asseravit. Cumque per aliquot dies non viso domino, quoniam abisset a famulo quærerent, mentiebatur nescio quorsum hominem expetisse negotia. Et cum præ fetoris insolentia inter ædes foveri non posset, collecta ille domini substantia cadaver in camino domus super cineres prono ore composuit, et instrumentum desuper pendens, (113) quod siccatorias vocant, super eum dejecit, ut putaretur quia sic eum machinæ casus obtulerit, sicque cum rebus aufugit.

Decani quoque non longe ante Kalendas suæ diocæses presbyterorum agebant. Cumque quidam Burgundus presbyter, loquax nimis et promptulus, contiguum sibi presbyterum super quodam levi capitulo accusasset, pro ipsa culpa decanus ab eo sex nummos tantum exegit. Qui id damni satis superque ægre ferens, nocte cum Burgundus revertisset ad sua, presbyter qui denarios perdiderat insidias ipsi tetenderat. Qui cum domus suæ gradus cum lucerna ascenderet, ille eum a posterioribus in occipito calva percussit, qui ex ictu intestatus occubuit.

Alter quidam Exosimi ipse presbyter, cum haberet presbyterum missarum solemniam agentem, altaribusque præsentem, a quodam suo apparitore sagitta feriri mandavit. Qui percussus etsi non interiit, instigator tamen ac opifex non sine interimendi affectu fuit, nec homicidii, et sacrilegii, apud Christianos mandati [f., inauditi], crimine caruit. Refe-

ir et alia sub eodem tempore atque pago per-

ta. *Æsagia præfatas calamitates prænuntiantia. Puer-  
nus.*—Apparueret visiones malum quod prætulipræsagantes. Visum est cuidam super Laudunum rem cecidisse globum, quod significat repentinum irum urbi defectum. Cuidam quoque ex nostris n est ante genua crucifixi in ecclesia Beatæ æ tres ingentes seriatim trabes oppositas. Locus n in quo Gerardus interiit cruore videbatur us. Crucifixus eminentiorem ecclesiæ personam sicavit, 519 cui vere terna trabes obstitit, parvus introitus, et peccatum quod in Gerardo, d ultimum in plebe commiserat, ingens fini offendiculum præbuit. Locus ille in quo obierat nine tegebatur, dum perpetrata malignitas B pœnitudine abolebatur. Audiebantur præterea a monachis Sancti Vincentii didici, et tumuluidam, ut putabatur, malignorum spirituum, ecies incendiorem in aere nocturnis horis in . Natus est etiam ante aliquot dies puer gemilune superius ibidem, duo scilicet habens capita, usque ad renes cum suis brachiis habens cor. Duplex ergo superius, inferius simplex erat. izatus itaque triduo quoque vixit. Multa denique a sunt, et contigere portenta, de quibus minime gebatur, quin præcinerent malum illud maxi- i quod sequebatur.

## CAPUT XII.

*enas sumit Deus de nece Gerardi.*—Postquam o aliquantisper turbine Ecclesia cœpit pedetenclericorum restaurari studio. Quoniam igitur s ille, quo Gerardus [*supplenda sunt hæc verba: lectus est*] propter vim incendii cæteris debilr videbatur, arcus quosdam inter ipsum parie- medium, qui exustior fuerat, et exteriorem a immodicis sumptibus peregerunt. Cumque am nocte fragor ingens increpisset, tonitrus ltu fulminis ita concussus est, ut juncti parieti erentur arcus, et paries in partem redderetur vis, et necessario jam destrui oporteret ab imis. mirum Dei iudicium! Quid de his, Domine, censet severitas, qui homiuem tibi astantem o modo te orantem punire [*f.*, punire voluisti puniri permisisti], si insensibilem sub quo hæc acta parietem non concessum est indemnem ? Nec id injuria fuit, ut tantam injuriam ægre is, Domine. Certe si inimicus meus veniam pe- causa genibus meis jaceret affusus, et a suo ante meos perimeretur pedes, ob contumeliam factam plane omnis mea erga eum animositas sopiretur. Hoc nos homines, et tu potissimum clementiæ, Deus. Si tu infantes tui prorsus ros sub Herode coronas, solum quia causa peri eorum tu fueras, putandumne est quod penes, licet peccatorem, licet immeritum, ad tui nos villensionem occisum, obdurare te queas ? est hoc tuum, infinita pietas.

PATROL. CLVI.

*Feretra et sanctorum reliquiæ circumferuntur, quo nullæ sunt corrogatæ pecuniæ ad ecclesiam restaurandam.*—Interea secundum illum qualemcunque morem ad corrogandas pecunias cœperunt feretra et sanctorum reliquiæ circumferri. Unde factum est ut pius ille arbiter, qui quos hinc corripit illinc misericorditer consolatur, multa qua ibant miracula exhiberet. Erat autem magnificum phylacterium quiddam, quod ferebatur cum aliqua cujuslibet memoriæ theca, in quo de camisia matris Virginis et de spongia ori Salvatoris illata, et de cruce ipsius, si de capillis ejusdem Domini nostræ nescio, continetur. Est autem ex auro et lapidibus, et versus auro insculpti mysteria interna cantantes. In pagum itaque Turonicum secunda sua profectione venientes, B cujusdam prædonis municipium, quod Busensiacus dicitur [vulgo *Buzençaïs*], attigerunt, et sermonem de calamitate ecclesiæ suæ inter alia ad populum habuerunt. Cumque præsensissent clerici nostri, quod dominus, ot oppidani ejus malos animos gere- rent ad verbum, et exeuntes de castello diripere destinarent, in arcto [vel alto] positus is qui declamandi habebat officium, licet fidem eorum quæ spondebat non haberet, tamen astanti populo, ait : Si est animus infirmus in vobis, accedat ad sacras reliquias, et haustis laticibus, quos reliquiæ attigerint, profecto sanabitur.

*Miraculum 1. Mutus puer et surdus sanatur.*—Tunc lætus dominus, ejusque castrenses, dum eos C æstimant ex suo ipsorum verbo pro mendacibus capiendos, offerunt ei puerum mutum et surdum annos natum circiter viginti. Dici non potest ab aliquo sub quanto periculo et angore tunc clerici constituerunt. At cum altis communem Dominam cum suo unico Jesu Domino exorantes suspitiis, epotis sacris aquis interrogatur a trepidante presbytero, nescio quod verbum. Cui ille mox absolute non ad verba interrogata respondit, sed eadem quæ presbyter verba dixit. Qui enim nunquam audierat quid diceret, nisi quod dicebatur, ignorabat. Quid immerer ? In paupere oppido corda confestim seipsis largiora fuerunt. Oppidi unum dominus quem solum habebat equum mox præbuit, cum cæterorum munificentia suas pene possibilitates excederet. Quorum ergo proditores esse voluerant, horum cum D magnis lacrymis Deum adiutorem laudantium sic fuere prosecutores, ut juvenem, qui sanatus fuerat, perpetuo sanctorum reliquiarum contubernio manciparent. Quem ego in hac nostra Novigenti ecclesia hebentem, et ad omnia dicenda et intelligenda rudem vidi, qui fidelis tanti miraculi circumlator, in tali executione non multum post tempus diem obiit.

*Miraculum 2. Mulier a passione digiti curatur.*—In Andegavensi urbe femina quædam erat, quæ puellula nupserat, in qua pueraria ætate annulo quem digitulo inseruerat irretractabiliter, ut sic dicam, die noctuque insertum tenuerat. Juvenula igitur accedentibus annis in majorem carnulentiam

30

excescente, etiam circa annulum hinc inde caro protuberans, metallum pene contexerat, unde et eximendi eum a digito spes tota perierat. Advenientibus itaque sacris pignoribus, 513 dum post sermonem habitum cum cæteris mulieribus oblatura venisset, cum manum tetendisset ad reliquias argentum depositura quod tulerat, crepuit annulus, et sub manu ipsius ante sancta collabitur. Quo viso populus, et maxime mulieres, quod tantam gratiam Mater Virgo feminæ illi contulerat, quod etiam ipsa petere non audebat, dici non potest quid nummorum populus, quid potissimum feminæ monilium anullorumque contulerint. Pagus Turconicus virtutum communis omnium Dominæ jucundabatur odore respersus; at vero Andegavensis jactitabat se Dei Genitricem habere præ manibus.

*Miraculum 3. Mulier hausta aqua a sacris reliquiis tacta, convaluit.* — Alias, sed quo id actum sit oppido plane exprimere non possum, in eadem tamen diœcesi, ad quamdam honestam feminam, diutissima nec minus desperata infirmitate detentam, ipsa summopere petente, reliquiæ delatæ sunt a clericis. Quas cum illa præcordialiter venerata fuisset, sacrisque unde dilutæ fuerant potata laticibus nec mora Maria medicante convaluit. Cumque sacra Dei debitis muneribus honorasset, et portitor sacrorum pedem a domus limine excessisset, ecce puer equo insidens, rhedamque trabens, angiporti medium, per quod transiturus fuerat, occupabat. Ad quem clericus: Sta, inquit, donec sancta prætereant. Cumque præterisset later eorum, et ille caballum urgere cœpisset, ad repetitionem itineris nusquam eniti potuit. Quo respiciens ille qui ferebat reliquias: Vade, inquit, in nomine Domini. Et hoc dicto equus pariter et rheda progreditur. Ecce quæ in Maria præstas, quamque reverentiam sibi exigit.

*Miraculum 4. Auditum atque loquelam recipit juvenis.* — In tertia protectione apud Nigellam (vulgo *Nelle*) eos contigit devenire castellum. Habebat autem Radulphus dominus castri ipsius juvenem mutum et surdum in domo sua, quem et perhibebant divinandi scientiam haud dubium quin a dæmonibus habere; quem et ideo plurimum ferebatur amare. Sacræ ergo reliquiæ castro investæ, satis tenuibus donariis sunt a populo honoratæ. Ille autem mutus et surdus, cui præfati muti et surdi per significationes innotuerat sanitas, imo et præsentia videbatur, calceis suis cuidam pauperi attributis, nudipes, et mente compuncta Lehumnum (vulgo *Lihons en Santerre*) monasterium usque pignora sacra prosequitur. Cumque sub feretro interdiu excubaret, hora prædandi contigerat. Plurimis itaque clericorum euntibus esum, et parvo numero ad custodiam remanente sacrorum, cum et ipsi paululum extra ecclesiam deambulatum issent, revertentes inveniunt hominem solo stratum tantopere vexari, ut ab ore ipsius et auribus cruor cum magno fetore proflueret. Quo clerici viso, et socios, qui pransum ierant, ad theatrum tanti miraculi accele-

rant. Epasmo igitur rediens ad clericos an loqui valeat et nescio quibus verbis interrogando tentatur. Mox ille eadem quæ audierat a percunctatore respondit. Infinitas cuncti glorias in sublime Deo tulerunt, quis dicat jubilos? Denique ad Nigellam oppidum omnimodis precibus redire coguntur, ut quod sacris minus primo detulerant, integerrime suppleretur. Quod et eximie factum est. Et hic se clarificavit Domina, cujus Filius Deus, quæ hucusque distulerat naturæ dona consummat.

#### CAPUT XIII.

*Ad Anglos transferuntur reliquiæ.* — Exinde transmarinas petitori partes, cum se huic mediterraneo Oceano contulissent, opulentos quosdam mercatores sub eadem classis evectioe habentes, secundo quantum ad flamina æquore ferebantur. Et ecce immanium, quos multum verebantur, piratarum conspiciunt sibi ingruere ex adverso salandras. Cumque remis undas verrentibus illi adnavigantes fluctuum cumulos prora dividerent, vixque stadii interstitio a nostris absisterent, et sacrorum portitores cum e piratis valde metuere, consurgit in medio quidam nostras presbyter, et elevato phylacterio, in quo regis [reginæ] cælorum pignora tenebantur, ex Filii et Matris nomine eis interdixit adventum. Nec mora pro imperio ad puppim rediere rates, nec minori sunt celeritate [deest hic forte expulsi] quam accelerare gestierant. Hinc laus apud liberatos, hinc gloria, mercatores bonæ illi Mariæ gratulabundi multa sibi obtulere pretia.

*Qui cultum sacris pignoribus denegant rustici puniuntur.* — Igitur prospere devecti ad Anglos, cum ad Wintoniensem venissent urbem plurima inibi miracula claruerunt. Apud Essecestriam quoque non disparia contigerunt, causasque plurimorum munerum effecerunt. Taceamus consuetudinaris ægritudinum medicinas, insolita attingamus. Non enim ode puricum eorum scribimus, ipsi conscribant, nec facta viritum sed quæque prædicatoria decerpimus. In omnibus pene locis reverenter, ut competebat, excepti, cum ad vicum quemdam venissent, non a presbytero intra ecclesiam, non a rusticis intra domos habitabiles admissi sunt; duas inibi sine mansoribus ædes repererunt, in unam se et sua impedimenta omnia conferentes, alteram sacris reliquiis aptaverunt. Nequissimo itaque vulgo in sua contra divinas res pertinacia perdurante, in crastino clerici cum ab illo rure migrassent, ecce tonitruorum 514 crepitus terrificum e nubibus fulmen expressit, quod decidens burgo illi irruit, et omnia quæ in illo fuerant habitacula in favillam vertit. Et, o Dei mira discretio! cum illæ duæ domus intersitæ aliis quæ ardebant essent domibus, illæ manserant, ut Deus evidens daret indicium propter irreverentiam, quam erga Dei Genitricem habuerunt, idem miseros homines passos incendium. At presbyter improbus, qui in barbaris quos docere debuerat, crudelitatem auxerat, collecta suppellectili quam ignibus cœlestibus se præripuisse gau-

, utrum ad fulmen nescio, an ad mare trans-  
advexerat. Quo in loco cuncta quæ congesse-  
t quæ transponere nitebatur, identidem ful-  
sunt consumpta. Ita gens agrestis, et incom-  
ad Dei mysteriorum intelligentiam, suis  
iciis est edocta.

*rilegus, qui pecunias sacris reliquiis oblatas  
lerat, laqueo se suspendit.* — Ad aliud quoddam  
cipium venerant, in quo cum ex opinione, et  
itia miraculorum, tum multiplex ad sanctas  
ias ferveret oblatio, Anglicus quidam ante  
iam positus dixit ad socium: Eamus bibitum.  
le, non habeo pretium. Ego, ait, inferam.  
am, inquit, reperies? Considero, ait, hos cle-  
qui mendacio ac præstigiis tot pecunias a  
eliciunt, ego plane quomodo enitar, ut id ex  
meis contraham obsoniis. Dixit, et ecclesiam  
ditur, ad consistorium, in quo locatæ erant  
tiæ, accedit, et simulans quod eos osculo vene-  
ellet, ore appposito denarios, qui oblati fuerant,  
inhiantibus haurit. Inde regressus ad compa-  
Veni, ait, et computemus, quia sufficiens po-  
is nostræ pretium jam habemus. Quomodo, in-  
cum illud non haberes, accepisti? Ex his, ait,  
illis impostoribus intra ecclesiam dantur bucca  
bripiente præsumpsi. Male, inquit, fecisti, qui  
ctis illa tulisti. Tace, inquit, et huic proximæ  
ia te confer. Quid verbosor? Solem in Ocea-  
(48) duxere bibentes. At vespera incumbente,  
qui nummos sacris subduxerat aris, ascensa  
domum se regredi profitetur. Cumque nemus  
gnum attigisset, facta laqueo cuidam arbori se  
idit, ubi fœde moriens oris sacrilegi pœnas  
t. Ex multis quæ apud Anglos Virgo impe-  
peregit, hæc nos exceperisse sufficiat.

*nullo impellente cursim se offert ad deferendas  
cias.* — Lauduni quoque postquam a corro-  
redierant, dictum mihi a quodam bonæ  
is clerico est, cui matefieî advehendæ officium  
delegatum ad tecta ecclesiæ reparanda, quia  
beundo monte inter boves unus lassescendo  
erat. Cumque plurimum clericus æstua-  
ret, non reperiens quem pro eo jugo fatigati  
et, ecce repente bos illo cursim se obtulit, et  
ex industria operi auxilium laturus advenit.  
motu alacri cum currum ad ecclesiam usque  
aliis perduxisset, clericus valde sollicitus erat  
um bovem illum ignotum redderet. Qui mox ut  
as est, non ducem, nec qui se minaret exspe-  
t, sed ocius unde venerat, repedavit.

*casu aquilæ deauratæ in summa sanctorum  
positæ.* — Is ipse etiam, qui hoc mihi retulit,  
riter quoque narravit, quia videlicet die illa,  
Gualdrius episcopus disposita nece Gerardi  
e proficisci cœperat, ipse post sacerdotem ad  
is stabat (erat enim diaconus). Cum repente  
idmodum serena, nec flabris ullis flantibus,

Aquila ex ea deaurata, quæ arcæ sanctorum feretra  
continenti supererat, saltum faciens quasi violenter  
impulsa ruit. Ex quo eventu tunc quidem tales con-  
jecturas habuerunt, quasi principalis pars loci,  
episcopus scilicet moriturus esset. At vero nos et  
hæc eadem forsitan significata sentimus, et digni-  
tatem urbis, quæ specialiter inter urbes Franciæ  
totius est regia, ruisse, imo magis ruituram esse  
putamus. In illo enim, quod retulimus civitatis  
discrimine, rex ipse, cujus avaritia provenerat, nec  
semel eam quidem revisit. Præpositus etiam regius  
consciis nequitæ perpetrandæ, paucis horis ante-  
quam oborta seditio committeret urbem, præmissa  
concubina et liberis, ex urbe recessit, et antequam  
tria vel quatuor milliaria peregisset, eamdã vidit  
B ignibus conflagrari.

## CAPUT XIV.

*Hugo decanus absque electione episcopatu donatur  
a rege.* — Igitur exacto his modis episcopo, de eli-  
gendo altero regias aures appellere cœperunt. Da-  
tur ei nulla electione præmissa quidam Aurelia-  
nensis decanus, cujus decaniam, quia referendarius  
regis quidam Stephanus ambiebat, qui episcopus  
esse non poterat, ipsi a rege episcopatum obtinuit,  
decaniamque suscepit. Quo ad consecrationem  
exhibito, cum prognosticum ejus aucuparentur, va-  
cuam repererunt paginam. Ac si diceret: De eo  
nihil vaticinabor, cum nulli pene futuri sint actus.  
Post paucos enim menses occubuit. Aliquas tamen  
de episcopi domibus restituit, (114) Quo decedente,  
iste legitime et invitus eligitur. In hoc, inquam,  
legitime, quia in nullo venalis introiit, nec quid-  
quam Simoniace agere intendit. Cui tamen in pro-  
gnostico suo Evangelicum capitulum dure sonnit,  
quia idipsum quod Galdricus habuit: « Tuam, scilicet,  
ipsius animam pertransibit gladius (Luc. II,  
36). » Quid autem infortunii sibi immineat, Deus  
viderit.

*Teudegaldus episcopi occisor furcis infertur.* —  
Antequam vero ad alia progrediamur, dicendum est  
quod Teudegaldus proditor 515 ac interemptor  
episcopi, post biennium internecionis illius a militi-  
bus Ingelranni captus, et furcis illatus est. Is in  
Quadragesima comprehensus, postquam pene usque  
ad vomitum comederat et biberat, et coram aliqui-  
bus, quod dici nefas est, se Dei gloria plenam, ven-  
trem protendendo et mulcendo, manu jactaverat,  
tentus et in carcerem relegatus, non a Deo, non ab  
homine pœnitentiam petiit, nec etiam productus ad  
penam, cuiquam quidquam dixit, eaque insensibili-  
tate ad Deum qua vixerat interiit. Sed jam ad  
omissa redeamus.

*Thomas excommunicatur.* — Igitur Thomas qui  
nefarios illos, et Gerardi primum, et postea episcopi  
domini sui et cognati occisores, cum illa communia  
maligna susceperat (119), ad archiepiscopis totius  
Franciæ et episcopis non solum in conciliis, synodis,

1) Id es occasum.



ac regis curiis, sed et postmodum ubique parochiarum ac sedium per omnes Dominicas, succrescente ineffabiliter malitia, creberrimo passim anathemate pulsabatur. Noverca autem sua illa Ingelranni male præsumpta, cum crudeliorem ursa fera gereret animum, et Thomam quasi æmulum sibi videret emergere, Ingelrannum paternos affectus erga eum, ipsumque patris nomen compulit abjurare. Unde femineo consilio cum cœpisset eum a suo jure arcere, et apertus ei hostis existere cœpit, ut comici verbis utar, de stulto insanum facere. In tantum ergo furorem mens paulatim malis in dies potioribus imbuta prorupit, ut jus fasque assereret, si non secus ac bestias incedendo homines æstimaret. Quia enim a muliercula injuste, ut res erat, exhæredabatur, jus a seipso et a suis complicibus posse bacchari cædibus putabatur. Procurabat quotidie sævissima illa novis semper consiliis, quos ei ad subversionem proponeret, hostes; ille e contra minime feriabatur indesinenter contra eum exsequi prædas, incendia et mortes. Nostra ætate non vidimus duas uspiam convenisse personas, quorum administratione viderimus sub una causas tot evenisse res malas. Nam si fuit ille caminus, hæc oleum dici potest.

Tales plane utrobique fuere mores, ut cum venis non parcerent indifferenter operibus, non minus tamen, imo amplius fierent mox præbita occasione crudeles. Sicut enim haud jura nunquam maritalia tenere, ita nec illum unæ conjuges ab scortorum poterant aut externarum carniū rivalitatibus cohibere. Quid plura? Cum ista illum novarum quotidie rerum molitionibus instigaret, et ille homicidiis insontium rabiem exsatiare non posset, in tantum ut uno die decem hominibus oculos eruerit, quos nec mora mori contigerit, fiebat utrinque lassati facerent momentaneas paces; sed post paululum femina illa veteri refricante morbos, in mutuas consurgerent neces.

*Ambiani calamitates, per Ingelrannum comitem, et alios excitatæ.* — Igitur Laudunensis provincia cum his sub utroque malignitatibus quateretur, in Ambianensem Deo iudice est translata calamitas. Nam (116) post funestum excidii Laudunensis eventum. Ambiani rege illecto pecuniis fecere communiam, cui episcopus nulla vi exactus debuisset præstare favorem, præsertim cum et nemo eum urgeret, et coepiscopi sui eum miserabile exitium, et infaustum civium conflagium non lateret. Videns itaque Ingelrannus urbis comes ex conjuratione burgensium comitatus sibi jura vetusta recidi, prout poterat, jam rebelles armis aggreditur. Cui etiam non deficit, Adam sic enim vocatur, et suæ cui præerat ipse turris auxilium. A burgensibus ergo urbis pulsus, ab urbe in turrem se contulit. Qui cum in comitem irremissis assultibus grassarentur, et Thomam quasi amantiosem suum dominum ad communiam illius sacramenta vocantes, contra parentem, ut putatur, suum filium suscitaverunt. Ignominiosam enim valde

A matrem habuit, et ideo semper patris affectu caruit. Perpendens interea Ingelrannus, quia sui ævi gravitatem caupones et macellarii irriterent, accersito Thoma, pactoque cum eo fœdere, etiam novercam illam præbitis innumeris sacramentis novo ei insinuavit amore. Quæ nimirum sibimet non ignava, non parvi ponderis gazas ad eo exegit pro innovata pace.

Exhausto denique Thomas plurimo quem habebat thesauri cumulo, opem quoque Ingelranno spondidit contra burgenses, quibus cum vicedomino adnuebatur episcopus. Thomas igitur et Adam, qui turri præsidebat, cœperunt acerrime insistere vicedomino atque burgensibus. Et quamprimum, quoniam episcopum et clericos factæ cum burgensibus factionis arguebant, res pervasit Thomas ecclesiæ. Et in una quidem villarum ejus, præsidium sibi firmat, per quod cæteras mox incendiis et prædis exterminat. Ex una earum cum maximam captivorum abduxisset catervam, multamque pecuniam, residuum promiscui sexus, et diversæ ætatis vulgus, cohortem certe quæ illo confugerat plurimam in ecclesia concremata cremavit. Inter captivos autem quidam, qui panis emendi gratia in villam venerat, eremita captus ante eum ducebatur. Erat vero imminens, postridie scilicet, festum beati Martini. Cumque flebiliter inelamasset ad Thomam cujus professionis esset, qua pro causa eo devenisset, saltem pro honore sancti Martini sibi miseresceret. Ille e vagina gubione exempto, ejus trajecit pectus et viscera, Accipe, dicens, propter sanctum Martinum. Leprosus pariter carceri truserat. Quod elephantiosorum provincialium cœtus audiens, obsedit tyranni fores, conclamans ut sibi socius redderetur. Quibus ipse comminatus est, nisi recederent se vivos incensurum. Et cum territi aufugissent, in tuto positi, et ex regione pariter conglobati, Deum super eo in vindicem compellantes, pari voce latis in altum vocibus ei maledixerunt. Leprosus autem idem in pœnali carcere diem clausit.

Mulier quoque prægnans ergastulo itidem relegata, ibidem interiit. Quidam de captivis tardius expediebant iter, quibus sub collo eas quas vocitant canolas præcipiens perforari, senis eorum, ni fallor, aut quinque, funes fecit inseri, sicque sub truci angaria proficisci. Qui post paululum in custodia sunt defuncti. Quid verba protrahimus? In illo negotio triginta solus homines proprio ense peremit. At noverca sua videns tantis hominem inserere se periculis, avida perimendi eum mandat vicedomino, ut Thomæ subtiliter excursus observet. Qui cum illum nescio qua euntem nocte quadam circumfudisset insidiis, confossus membra vulneribus etiam in poplite lanceam hostis pedestris accepit. Qui cum alias, tum in geniculo durissime læsus, vellet mollet, a cœpto desiit.

*Defectus inter sacra facienda infortunia prænuntiavit. Episcopus Ambianensis Godefridus abdicat episcopatum Cluniaci et Carthusiæ aliquandiu vixit,*



est jubente Remensi archiepiscopo rediit. — At opus antequam ecclesia sua tale exterminium ferretur, quodam die festo missas acturus erat. Nam vero specie religiosus presbyter sacramentante eum ex sola aqua nescius confecerat, postea et episcopo idem accidit. Cumque libamentis npsisset, et non nisi aquam esse sensisset, diMagnum scitote pro certo malum ecclesie inest isti. Quod ipsum infortunia presbyteri, quae contigerant, astruebant. Cum ergo vidisset nec clero nec populo praesentiam esse gratam, neminem juvare poterat, assumpto quodam monacho, inconsultis omnibus clero suo aculo libellum, ut ita dicam, repudii dedit, et archiepiscopo Remensi anulum, sandaliaque remisit, in exilium iturum nunquamque deinceps episcopum futurum utrobique mandavit. Ex-pontifex ita cum Cluniacum attigisset, rursus sponte proepiscopus factus altare inibi consecravit. Inde scus Carthusiam perrexit, de quo loco in hujusculi primordio nobis sermo fuit. Ibi extra conam in cellula commanens, sex de viatico suo tti sibi marcas retinuit. Qui post duos menses ab aliquo suorum, sed ab archiepiscopo remans, moras in reditu non fecit; ad hoc enim maribi utiles futuras scivit. Clerus autem et populus non sine mœrore recepit, qui eo absente super eligendo non sine magna ipsius aspernatione satagit. Ipse enim turbam moverat quam sedare poterat.

oma itaque ad sua translato, et ex vulnere habito jam impotenter agenti, quoniam filius nomine Adelelmus, puer pulcherrimus in fun desponderat conjugem ipsius filiam. Qui Thomam læserat in Adam, et in turrim ejus ipsa ranni turpis concubina arma convertere parat. autem in fidelitate Ingelranni hucusque contra enses steterat. Rege ergo conducto turrim obne circumdat. Et certe Adam regi hominum at, nec ab eo defecerat, rexque eum in sua fide sperat. Referri non possunt ab aliquo, ne ab eism quorum pars periclitabatur, factæ neces de ensibus per turrenses, cum ante obidionem, postea crebriores. Nullus enim apud urbanos erat, sed passio sola. Quod primum promotum malo facile Godefridus episcopus, sicut omis notum est, sedasset, nisi vicedominum, qui mo eum semper habuit contemptui, timuisset. plane moris est ut neminem revereatur, nec iam beneficus sit, nisi aut de ipso male loquatur sibi male faciat. Qui dum ab uno morderi, et scienter perfidissimo placere gestit, Deo iudice, ab ipso potissimum, et ab omnibus atur.

Herius archidiaconus Thomæ comitis dolo et rio trucidatur. — Thomas igitur turri subvenire potuit, intra quam et filiam, et militum suorum iores dimiserat. Mala autem ubique tanta egeut archiepiscopi et praesules pro ecclesiis que-

rimonia data ad regem dicerent, se in regno ejus Dei officia non facturos nisi ulscisceretur in illum. Nam ea tempestate, qua pestifer ille contra Ingelrannum burgensibus adnitebatur, Gallerius, de quo supra egimus, qui cum Guidone coarchidiacono suo solus de proditoribus Girardi resederat, ad illam bonam Ingelranni lateralem, suam videlicet uterinam sororem, quod adulterinum connubium ipse miscuerat, circa mediam ferme Quadragesimam locuturus perrexerat. Quod cum Thomas addidicisset, missa legatione citissima imperat Roberto cuidam, omnium scelestissimo (tales enim amat amulos) ut Gallerium ab Ambianensi redeuntem observent, et quot possunt interimant. Quæ ille non alias quam ab ipso Laudunensi promontorio prospectans, per ipsam viæ concavitatem, qua de **517** monte descenditur, in occursum illi cum suis venit. Gallerius autem præmisso comitatu jam in urbem mulo sedens sequebatur. Sic igitur solitudine aucupata gladiis eum crudelissime conciderunt. Quo occiso ad Thomam cum mulo hilares revertuntur.

Creciacum castrum expugnatur a rege. — De his ergo ac similibus cum maximis Ecclesiarum doloribus apud regias cum impeterentur aures, in sequenti anni Quadragesima postquam archidiaconum occiderat, collecto rex adversus eum exercitu, praesidia quæ in villis abbatiae Sancti Joannis exstruxerat aggreditur. De equestribus autem vix ex corde opitulabatur regi cum etiam pauci essent, levis autem armaturæ infinitum prorsus agmen. Quos ille contra se conflari audiens garriebat, cum etiam prorsus imposita lecto decumberet. Monitus a rege ut adulterina castella destrueret, fœdissime respuit. Oblatis sibi miltorum affinium auxiliis exhibillavit. Tunc archiepiscopus et episcopi, factis in altum gradibus, multitudinem asciverunt, commonitorium eis pro negotio fecerunt, a peccatis absolverunt, et ut sub nomine poenitentiae castro illi quod Creciacum (*Crecy*) vocant, de salute animarum tuti irruerent, imperarunt. Quod et mirabili ausu pervadunt. Erat autem munitio insolitæ fortitudinis, ita ut omnis eorum nisus multis ridiculus videretur. Cum ergo qui intus erant, defensionem intenderent, capto tamen jam priori vallo, astitit rex in porta castelli, et submonitis oppidanis ut castrum sibi traderent, cum se dicerent non facturos, protensa manu juravit se non comesurum donec caperetur. Ea tamen die solvit impetum. In crastinum vero regreditur, arma sumit, de militibus autem vix quispiam coarmari voluit. Cumque apertæ eos proditionis arcesseret, accitis pedestribus, ipse prior vallo insistere et ad interiora niti cœpit. Nec mora penetratur intro, ingens victualium copia reperitur, defensores tenentur, oppidumque diruitur.

Tandem se dedit Thomas. — Haud longe hinc aliud municipium, nomine Novigentum. Hujus clavibus regi delatis, incolæ profugerunt. Apud Creciacum aliqui furcis appensi sunt de captivis ad terrorem defensorum, aliqui alias occisi. De assultoribus

nescio si aliquis præter unum militem. Thomas autem apud Marnam tuebatur se, qui, facta pecuniaria redemptione apud regem et regio, et pacto ecclesiis damno quod fecerat, hinc paci, illinc se reddidit communioni. Ita vir omnium superbissimus iniquissimusque per manum pauperrimam, quam sæpe punierat quamque spreverat, punitus est. Illud non est reticendum quod, cum rex Laudunum cum suo hoste venisset, aeris mollities intempestiva cuncta reddiderat. Tunc archiepiscopus ad eos: « Oremus, ait, Deum, ut, si vult fieri quod proposuimus, det serenum. » Quo dicto, aer extemplo renituit.

*Godefridus episcopus redit a Carthusia. Rex, obsidione facta Ambiani, inexpugnabilem turrin experitur.* — Igitur Dominica Palmarum reversus a Carthusia Godefridus episcopus, longe alia quam ibi didicerat, incipit propagare. Regem ergo arcessit, et die celebri ac verendo ipsum et astantem populum adversus turrenses sermone habito, non Dei, sed Catillinario irritare intendit, spondens regna cælorum his qui turrin expugnando perierint. Postridie pro muro Castellionis (sic enim vocatur) ingentes machinæ porriguntur, eisque milites imponuntur. Turrenses ante cortinis sese protexerant, ne esse eorum proderetur. Episcopus vero nudipes ad Sanctum Aceolum non tunc pro hoc exaudiendus abierat. Interea turrenses permittunt eos se muris ingerere, machinas admovere. Quibus applicitis, Alerannus quidam talium peritissimus, duas quas instituerat phalaricas opponit, et quater vicenas pene mulieres ad saxa quæ imposuerat intorquenda disponit. Milites autem interni contra externos prælia cominus ense tractabant. Cumque Achilleis animis sua propugnacula defensarent, mulieres, viris æquiparandæ, missis ex tormento lapidibus utrasque confregerunt. Et fervescente jactu missilium, quater vicenis, ut relatum est, vulneratis, etiam regem jaculo in pectore loricato læserunt. De his autem qui spiculis sunt, trajecti, præter unum nullus evasit. Hoc episcopi nepos Rothardus clericus retulit.

At milites qui de machinis pendebant, obrui se videntes, fugam ineunt; nec mora cæteri. Quibus aliquantis per amotis, turrenses prosiliunt, machinas concidunt, materiamque ad se convehunt, cum eos a longe conspiceret, nec aggredi auderent tria pene millia, qui prius oppugnarunt. Videns igitur rex inexpugnabilem locum cessit, obsideri jubens cum fame coacti se redderent. Huc usque perseverat obsidio, et dici non potest quot de burgensibus solis quotidie pene depereant. Adam vero extra positus suburbia, et Ingelrannum atque vicedominum crebris hostilitatibus urget. Unde etiam si vexatio intellectum daret auditui, scire possent quia, etsi Thomas succubuit, non omnes tamen causæ sunt pares, nec Dei penes omnes æqua judicia, ut sit episcopo ad necesse licentia provocandi.

#### CAPUT XV.

*Reinsendim abbatissam perimit servus ipsius. Vasa sacra subripuit Anselmus quidam. Duello innocentem*

*superavit.* — Antequam autem ad contignalia devolvamur, quoniam et de Suessorum quibusdam dicturi sumus, sciendum est quia super omnes Franciæ provincias Laudunenses detestabiliora agunt. Nam qui presbyteros, episcopum, archidiaconum occiderant, nuperrime etiam solertissimam feminarum abbatissam Sancti Joannis, genere clarissimam, Ecclesiæ provectoricem, nomine Reinsendim 519, Laudunensis indigenam, suus servus occidit, quod quæ passa est pro Ecclesiæ fide consustinuit. Quid quod ipsa ecclesia non vocabat a sacrilegiis? Quæ tamen quia regina omnium non reliquit inulta, digne prosequimur. Ab his, quos (117) matricularios vocant, qui gazas ecclesiæ familiariter asservabant, vasa ministerii cœpere subduci, quæ tamen in magistrorum eorum retorquebantur clericos. Erant plane laici. Hæc primo a quibusdam. Secundo quidam Ansellus vulgo urbis oriundus, immanis et rusticus, infra dies Dominici natalis ante matutinos, cruces, calices, aurea quæque subripuit. Cumque post aliquod tempus prærepti auri massulam Suessonico cuidam mercatori venum tulisset, et furtum sacrilegum quod fecerat, prodidisset, ac sacramentum ab eo ne se prodere accepisset, ille interim damni illius conscios per Suessorum parochias excommunicari audivit. Quod is animadvertens Laudunum venit, rem clero prodidit. Quid plura? conventus ille negavit. (118) Is, contra datis vadibus, bello [f., duello] eum pugilaturus impetiit. Nec ille distulit. Erat autem Dominica. Quibus clerici præ preparatione commissis, ille qui furem compellaverat, victus ruit. In quo duo constant, aut eum qui furem pejerando prodiderat, minus recte fecisse, aut, quod multo verius est, legem illegitimum omnino subiisse. Huic enim legi certum est nullum canonem convenisse,

*Alia audacior committit furta.* — Victoria denique Ansellus tutior ad tertium prorupit sacrilegium. Nam ineffabili commento gazophylacium prorupit, et copiosius aurum gemmasque tulit. Quibus tultis, celebrato jam (119) sacri laticis iudicio, in hunc cum aliis matriculariis injectus est, superque natando convictus, cum quo et alii primi damni cognitores: quorum alii furcis allati, aliis vero parsum. Is pariter tractus spondet se dicturum, dimissus diffusetur. Secundo evector in furcam, prodere rem se jurat. Remissus ait: Sine præmio nihil faciam. Appenderis, inquiunt. Et vos nihil habebitis, ait. Inter hæc Nicolaum castellanum Guinimari filium, adolescentem clarissimum, infinitis jaculabatur conviciis, cujus manibus hæc fiebant. Consulitur episcopus et magister Ansellus quid facto oporteat. Melius est, aiunt, ut pecunia sibi detur, quam tanta auri quantitas amittatur. Pacti ergo ei sunt quingentos ferme solidos. Quibus sponsis, multum quod in vinea sua condiderat restituit aurum. Pollicitus vero se de patria recessurum fuerat, trium autem ei dierum comitatum episcopus sponderat. In quo spatio cum elabi clam vellet, et universos urbis ipsius pro-

egressus, villa ex parte ejus grandium flumini-  
species apparebant, quæ eum progredi omnino  
int.

um ergo illum recedere sine ullo furto sui-  
s hæc invisibiliter sibi proposita fluentia cogere-  
Quo cum ventum foret, de se nolle recedere  
um furiosissima loquens diceret, cumque eum  
pus magis urgeret, cœpit quasi extra se posi-  
assitare, quædam se scilicet adhuc scire quæ  
sset dicere. Quod cum per vicedominum didi-  
episcopus occasionem nactus, quoniam se ju-  
t nil plus scire, solidos quos ei proposuerat  
subtraxit, et carceri relegavit. Qui etiam sup-  
adactus, gemma contracti operis se penes  
ere fassus est. Et ad locum eos ducens, ostens-  
s in linteolo sub saxo pendente. Cum his  
us quoque phylacteria sacra subduxerat, quæ  
iu tenuit, dormire non poterat, quia sanctis  
n animum concutientibus, tanti eum sacrilegii  
invaserat. Igitur et ipse in sublime provectus,  
tus est ad patres suos, plane diabolos.

## CAPUT XVI.

*ris Joannis, Suessorum comitis, actus nequam.*  
*ris etiam mater.* — Joannes interea, Suesso-  
comes (ut jam styllum ad promissa vertamus),  
solers pacisque studiosus fuit, cujus tamen  
sola sua utilitas fuit. Nam paterna et avita  
ia in exitium matris semper Ecclesiæ redunda-  
orro mater [Joannis] inter cætera potentia suæ  
ila (49), linguam diacono cuidam a gutture  
tam succidi fecit, oculosque convelli. Nimirum  
sumpsit parricidalis audacia. Nam Judæi cujus-  
studio fratrem proprium cupiditate comitatus  
occiderat. Quam ob causam et Judæum ignis  
psit, et ipsa pridie quam caput jejunii seque-  
postquam eximie cœnaverat, in ipso sui  
nocte primordio paralysi percussa, officia  
perdidit, totius corporis invaliditudinem incur-  
rodque potissimum est, nil deinceps quod ad  
pertineret sapuit, et de cætero porcum vixit.  
iam justo Dei judicio, quasi pro medela, pene  
desecta est. Sic se ab initio Quadragesimæ  
ad octavas Paschæ, cum diem clausit, habuit.  
psam autem, et hunc Joannem, et episcopum  
sem, filios ejus, non modo simultates, sed le-  
odia erant, et hæc genuina. Nam genus illud  
m infestos se habent. Certe dum ad tumultum  
fuisset, inter sepeliendum mihi comes isdem  
quæ sunt superius relata narrabat, adjiciens :  
inquit, pro ipsa dilargiar, cum pro sua ipsius  
ipsa nil voluerit dilargiri?

*Joannem illum, Judaicæ perfidiae sectatorem, scri-*  
*ibertus tractatum contra Judæos.* — Denique co-  
se, cui recte dici posset, « pater tuus Amor-  
et mater tua Cethæa (Ezech. xvi, 3), » non modo  
entem regeneravit utrumque, sed multo de-  
pereguit. Ipse Judæorum et hæreticorum per-

A fidiam tantopere coluit ut quod Judæis metum fide-  
lium impræsumptibile erat, ipse diceret de Salva-  
tore nefaria. Quam male autem in cœlum posuerit  
os suum (*Psal. lxxii, 9*), intelligi potest 519 ex  
meo illo libello quem contra ipsum rogatu Bernardi  
decani scripsi. Quæ quoniam ori Christiano indici-  
bilia sunt et piis auribus execrabiliter exhorrenda,  
supprimimus. Cum Judæos attolleret, a Judæis pro  
insano habebatur, dum verbo sectas eorum appro-  
baret, et nostra in promptu sequeretur.

*Quam nefanda profert agitque comes. Generosum*  
*uzoris ipsius factum.* — Et corte in Natali et Passio-  
ne Dominica, et in hujusmodi tam humilem se præbe-  
bat, ut vix perfidum putaremus. Nocte paschali se  
in ecclesia ad vigilandum contulerat, religioso cui-  
dam clerico, ut de mysterio dierum illorum aliqua  
sibi diceret, suggesserat : Qui cum qualiter passus  
sit Dominus, et quomodo resurrexit, intimasset, ex-  
sibilans comes ait : Ecce fabula, ecce ventus. Si tu,  
inquit, pro vento et fabula, quæ dixerim habes, quid  
hic vigilas? Pulchras, ait, mulieres, quæ istic coex-  
cubant, libenter attendo. Certe cum conjugem ju-  
venculam speciosam haberet, ea contempta rugosis-  
simam ita affectabat anum, ut cum intra domum  
cujusdam Judæi lectum sibi, et illi sæpius apparari  
faceret, nunquam tamen stratu cohiberi poterat, sed  
in aliquem angulum turpem, aut certe intra apothecam  
aliquam præ furore libidinis se cum illa sordi-  
dissima contrudebat. Quid, quod cum uxore sua pa-  
rasitastrum quemdam, extinctis jam nocte lucernis,  
sub specie sui cubitum ire mandavit, ut adulterii sui  
crimen impingeret? Quæ cum non esse comitem ex  
corpori qualitate sentiret (erat enim comes fæde  
pruriginosus) suo quo valuit nisu, et pedissequarum  
auxilio, scurram dure cecidit. Quid plura? Non san-  
ctimoniam, non monacham a sua abusione exclu-  
serat, nec fratrum plane sanctorum unquam rivali-  
tati pepercerat.

*Impiissima et infelici morte periit comes ille.* — Hu-  
jus putidissimi blasphemias cum pati jam Virgo  
Mater, omnium regina, non posset, redeunti ei ab  
expeditione regia, collegarum suorum dæmonum ad  
urbem jam propinquantem ingens globus apparuit, qui  
hirta coma, sensu effero domum veniens, ea nocte  
conjugem repulsa, cum anu prædicta concubuit, in qua  
et lethali morte decubuit. Cumque anxiami cœpisset,  
prædictum clericum cum quo in vigiliis egerat super  
urinarum suarum consideratione consuluit. Qui ei  
de morte respondens cum sua anima, et de peper-  
tratis libidinibus eum conveniret, ille intulit : Vis,  
inquit, ut leccatoribus (gulosis), scilicet presbyteris,  
mea erogem? ne obolum quidem A multis discre-  
tioribus te didici omnes feminas debere esse commu-  
nes, et hoc nullius momenti esse peccatum. Dixit,  
et nihil aliud quam rabiem postea dixit, aut fecit.  
Nam astantem sibi conjugem pede volens propel-  
lere, cuidam militi (*deest, alapam, aut pugnium*)

sedente ea, impegit grandem adeo, ut eum everteret.

Tenebantur ergo insanissimi hominis manus, ne se suosque disjiceret, donec defatigaretur, donec virginissimæ Genitrici et Deo filio ejus inimicum diaboli extorqueret spiritum.

#### CAPUT XVII.

*Clementii, Ebrardi, et gregalium hæreseos summa.*

— At quoniam hæreticorum, quos hic nefandus amabat, meminimus, quidam rusticus, Clementius nomine, cum fratre Ebrardo, apud Buciacum, proximam Suessioni villam, commanebat. Qui, ut vulgatur, de primoribus suæ hæreseos erat. De hoc ferebat impurissimus ille comes, quod sapienterem eo neminem comprobasset. Hæresis autem ea est, non quæ palam suum dogma defendat, sed quæ perpetuis damnata susurris clandestina serpat. Ejus vero talis dicitur esse summa.

(<sup>100</sup>) Dipensationem Filii Virginis phantasma fatentur.

Baptisma parvulorum non intelligentium sub patris quibuscunque adnullant.

Suum autem appellant Verbum Dei, quod fit quo nescio rotatu longo sermonum.

Mysterium quod fit in altari nostro ita exhorrent ut bra sacerdotum omnium os inferni appellent.

Et si pro velamine suæ hæreseos aliquoties inter alios nostra sacramenta suscipiant, sic pro dieta habent, ut ea die nil amplius edant.

Sacra cœmeteria a reliqua terra comparatione non dividunt.

Conjugia damnant, et fructificare coitibus.

Et certe cum per Latinum conspersi sint orbem, videas viros mulieribus cohabitare sine mariti, conjugisque nomine, ita ut vir cum femina, singulus cum singula non moretur, sed viri cum viris, femina cum feminis cubitare noscantur. Nam viri apud eos in feminam nefas est.

Edula omnium quæ ex coitu nascuntur, eliminant.

Conventicula faciunt in hypogeis aut pennis [penalibus] abditis, sexus simul indifferens, qui candelis accensis cuidam mulierculæ sub obtutu omnium, relectis, ut dicitur, natibus, procumbenti eas a tergo offerunt; hisque mox extinctis chaos undecunque conclamant, et cum ea quæ ad manum venerit prima quisque coit.

Quod si inibi femina gravidetur, partu demum fuso in idipsum reditur.

<sup>101</sup> Ignis multus accenditur, a circumsedentibus puer de manu in manum per flammam jacitur, donec exstinguitur. Deinde in cineres redigitur; ex cinere panis conficitur; cuique pars pro eucharistia tribuitur, qua assumpta nunquam pene ab hæresi ipsa resipiscitur.

*Isti Manichæis parum dissimiles.* — Si relegas hæreses ab Augustino digestas, nulli magis quam manichæorum reperies convenire. Quæ olim cœpta a doctioribus, residuum demisit ad rusticos, qui

A vitam se apostolicam tenere jactantes, eorum actus solos legere amplectuntur.

*Ad iudicium vocantur ab episcopo Suessionensi. Coram Guiberto interrogantur.* — A domino ergo Suessorum pontifice viro clarissimo Lisiardo præfati duo ad examen urgentur. Quibus cum ab episcopo ingereretur, quod conventus præter ecclesiam facerent, et hæretici ab affinis dicerentur; respondit Clementius: Num legistis, domine, in Evangelio, ubi dicitur: « Beati eritis? » (*Luc. vi, 22; Joan. xiii, 17.*) Cum esset enim illiteratus, quod « eritis » significaret hæreticos aestimabat. Putabat etiam quod hæretici dicerentur, quasi hæreditarii, haud dubium quin Dei. Cum ergo discuterentur quid crederent, Christianissime responderunt, conventicula tamen non negarunt. At quia talium est negare, et semper hebetum clam corda seducere, addicti sunt iudicio exorcizati aquæ. Cumque in ipso apparatu rogasset me episcopus, ut ab eis secreto quid sentirent elicerem, et eis baptisma infantium proponerem, dixerunt: « Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit » (*Marc. xvi, 6.*) Cumque in bona sententia magnam quantum ad ipsos intelligerem latere nequitiam, interrogavi quid putarent super his qui sub aliorum fide baptizantur. Et illi: Propter Deum ne nos adeo profunde scrutari velitis. Itidem ad singula capitula addentes, nos omnia quæ dicitis credimus. Tunc recordans versus illius, in quem Priscillianistæ olim consenserant, scilicet:

C *Jura, perjura, secretum prodere noli:*

(*AUGUST. De hæres. c. 70.*)

dixi ad episcopum: Quoniam testes absunt, qui eos talia dogmatizantes audierunt, cepto eos addite iudicio; erat enim matrona quædam, quam per annum Clementius dementaverat. Erat et diaconus quidam, qui ex præfati ore alia capitula maligna audierat.

*Probatum eorum fides per sacramentum et aquam, Populus hæreticos igne absumit.* — Missas itaque egit episcopus, de cuius manu sub his verbis sacramenta sumpserunt: Corpus et sanguis Domini veniat vobis ad probationem hodie. Quo facto, piissimus episcopus, et Petrus archidiaconus vir fide integerrimus, qui ut non subjicerentur iudicio, eorum promissa respuerat, ad aquas procedunt. Episcopus cum multis lacrymis litaniam præcinuit, deinde exorcismum fecit. Inde sacramenta dedere se nunquam contra fidem nostram credidisse, aut docuisse. Clementius in dolium missus, ac si virga supernatus. Quo viso, infinitis gaudiis tota effertur ecclesia. Tantam enim sexus utriusque frequentiam opinio ista conflaverat, quantam inibi nemo præsentium se vidisse meminerat. Alter confessus errorem, sed impenitens, cum fratre convicto in vincula conjicitur. Duo alii e Durmantiis villa probatissimi hæretici ad spectaculum venerant, pariterque tenti sunt. (<sup>101</sup>) Interea perreximus ad Belvacense concilium, consulturi episcopos qui facto opus esset. Sed fidelis interim populus clericalem verens molliem

rit ad ergastulum, rapit, et subjecto eis extra igne pariter concremavit. Quorum ne propa-  
carcinus, justum erga eos zelum habuit Dei  
s.

## CAPUT XVIII.

*la festo die S. Nicasii suere præsumentis dat  
Huic opem fert B. Virgo.* — Apud Noviomum  
est parochialis, in beati Nicasii honore  
rino [*al.*, Harduino] quondam episcopo dedi-  
cæ etiam ejus reliquiæ istuc a Remensibus  
tæ aliquandiu quieverunt, non dico in præ-  
eclesia, sed in urbe. Ante hoc ergo ferine  
ennium, cum imminens martyr's festivitas  
sset a presbytero debitis feriis honorari, quæ-  
die paupercula sola degens sub matre puella,  
quidpiam præsumpsit opusculum. Quæ cum  
is suenda coaptans filum per linguam, ut as-  
et labra protraheret, filii nodus, qui multæ  
ossitie, ac si id præacutum linguæ summitati  
æsserit, ut nullatenus exinde eximi posset.  
ab aliquo tentaretur evelli, immodicis misera  
is angeretur. Cum frequentia igitur populari  
osa illa ad episcopalem ecclesiam, Reginæ  
um misericordiam precatura non verbis, cum  
progredditur. Loqui enim filo linguam tere-  
ac inibi dependente vix poterat. Quid plura?  
quidem vulgi lacrymosè compatiens domum  
postquam diu laborantem puellulam multum-  
ectaverat. Illa die ipso cum nocte sequenti  
rans in petendo, comite matre remansit.  
ie cum Dominam cælorum ac terræ præcor-  
mis precibus pulsavissent, et sicut Ansellus  
ter ecclesiæ sacrista mihi retulit, letaniam  
prænuntiante, filia submurmurante, ac si  
litteras mirabili ordine texuissent, filia ad  
Virginis altare progreditur, flebiliterque com-  
ur, moxque filum inter oscula crebra laxatur.  
atrum tantæ gratiæ clerus et populus accer-  
mitis laudibus cum Deo Virgo Mater attolli-  
B quæ in eo Reginam matryrum se proba-  
od commissam in martyrem culpam pro se sic  
t, sicut motum denique suum in satisfactione  
. Nec parum martyr's nobilitas claruit, qui  
uod pauperculam humilem puniit, quantum  
os, qui sibi adversantur, adversetur innotuit.  
eadem qua factum est ecclesia, mihi et rela-  
et filum miræ grossitie cum nodo adhuc  
o a præfato presbytero ostensum. Simile  
iam in die Annuntiationis beatæ Mariæ nostra  
est actum, quod a Rathodo urbis episcopo  
scriptum.

*es qui Novigenti res abstulerant a Deipara  
tur.* — In hac ipsa Novigenti, cui Deo auc-  
rvimus, Ecclesia, miles quidam rapinam fe-  
fratrum scilicet boves abduxerat, Calviacum-  
strum deveniens, unum de bobus comedens,  
se, ut putabat, complicitibus decoxerat.  
imum ergo quod de carnibus illis ori intulit,  
virtute percutitur, et uterque ei inter masti-

candum oculus a fronte, et ab ore lingua expromi-  
tur; sicque eo damnato, vellet nollet, residua præda  
reducitur.

Alter contigui fluvii partem, qui Aquila nuncu-  
patur, piscationi suæ ascribere nitebatur, quæ ex  
antiquo præfati loci fratribus debebatur. Cumque  
fratrum piscator ab illa parte fluminis per ipsum  
militem omnino absterreretur et pro hoc Ecclesia  
multis placitis urgeretur, a Domina præpotenti in  
membris aliquibus paralyseos valetudine conquis-  
satur. Sed hoc cum fortunæ, non ultioni divinæ as-  
criberet, dormienti illi piissima Virgo astitit, et ali-  
quot ei alapas non sine severitate in facie dedit.  
Qui exinde experrectus, et ex verbere sensatio-  
factus, illico nudipes ad me venit, veniam petit,  
quid beata Maria animositatis sibi intendisset,  
aperuit, usurpata remisit. Hoc unum didici, quod  
nemo isti Ecclesiæ infensus fuit qui non ad evidens  
detrimentum venerit, si perseverare delegerit.

*Itidem Compendii.* — Apud Compendium quidam  
præpositus regius adversabatur ecclesiæ beatæ Ma-  
riæ, et beatorum Cornelii et Cypriani. Quem cum  
foro medio clerici convenirent, et ex nomine tantæ  
Dominæ, tantorumque patronorum, ne id faceret  
denuntiarent, ille sacris in nullo deferens nomi-  
nibus, fœde rogantium ora exprobrando confudit;  
sed inter ipsa verba, cum equo insideret, ruit,  
et (<sup>122</sup>) sordidissimas bracas, quibus cingebatur,  
ventris profluvio mox sub se respexit.

*S. Justi reliquias percutiens mulctatur.* — Et quia  
de reverentia sanctis exhibenda dicere cœpimus,  
municipium est in eodem pago Belvacensis episco-  
pii, quod Sancti Justi vocatur. In quo, cum seditio  
mota fuisset, et enormi insolentia viles quique  
clientuli cum burgensibus baccharentur, clerici  
sancti pueri ac martyr's Justi reliquias ad seden-  
dum populum in loculo detulerunt. Cui quidam  
opportuniior cæteris revera parasitus cum se retu-  
lisset obvium, gladium irreverens et nequam sacra-  
tissimo loculo intulit. Qui dicto citius in terram  
ruens, fetida, ut ille superius, alvi manatione com-  
puit.

*Presbyter pane veneno extinctus B. Marcelli me-  
ritis sospitali redditur.* — In eodem Bellovacensi  
pago apud quamdam villam quidam presbyter re-  
gebat Ecclesiam. Quem dum quidam rusticus nimis  
insectaretur odio, adeo invaluit ut eum tradere  
niteretur exitio. Quia ergo palam non poterat,  
huc veneficio corrumpere parat. Bufonem ergo  
per membra discissum in ficilem ejus ampullulam,  
qua vinum ad missas servare consueverat, trusit.  
Solent autem hujusmodi ad id operis vasa fieri, ut  
arcto et productili collo, ventre projectiora existant.  
Ad missas ergo presbyter veniens, vino illo jam  
veneficato mysteria sacra egit. Quibus expletis  
mortifera cœpit exanimatione deficere, fastidire  
cibos, mansa bibitaque rejicere, et omnino tabes-  
cere. Postquam autem diu lecto decubuerat, tan-  
dem vix elaboravit exurgere, veniensque ad eccle-

siam, vas unde morbi originem se sumpsisse cognoverat, tenuit cultroque collum obterens quidquid intro latebat humoris per pavimenta profudit. Erat autem idem videre jam ex consecratione.... semen bufunculis uberrime plenum. Comperit homo quod præcordia sua mortibus essent addicta, et dum desperatissime præstolatur imminetia fata, accipit hæc a quodam consilia. Si vis, ait, pestifera quæ concepisti egerere, aut de sepulcro Marcelli Parisiorum pontilicis, aut de altari ejus pulverem tibi afferri quære, quem dum cum aqua hauseris, de tua protinus salubritate confide. Quod cum ille facere maturasset, sacros cum multis ad sanctum affectibus pulveres ehibit; nec mora cum omni circumstanti virulentia infunctorum reptilium globos egressit, malumque universum reddita sospitate recessit. Nec mirum si Deo præsens Marcellus hæc peragat, qui ab eo corporis interstitio absens olim non minora in simili re patrarat.

### CAPUT XIX.

*Quidam dæmonis suasionem sibi mortem conscivit, sed per S. Jacobum ad vitam revocatur.* — Quæ dicturus sum nostris inaudita temporibus relatione cujusdam religiosi ac vere humilis monachi accepi. Qui quidem Joffredus vocatur. Samurensis quondam castri et aliorum castrorum in Burgundia dominus fuit, cujus vita quia vero **500** cognata dignoscitur, verba sua.... [*f.*, per se] conferenda putamus. Relatio autem sic se habet. Juvenis quispiam in superioribus terrarum sibi contiguarum partibus fuerat, qui feminam cuidam non uxorio, id est debito, sed usurario, ut secundum Solinu... loquar, id est, indebito amore cohæserat. Is aliquando aliquantisper resipiscens ad Sanctum Jacobum Galiciam orationis gratia meditatur abire. Sed in ipsa piæ intentionis massa quiddam fermenti inseritur; nam cingulum mulieris secum in illa peregrinatione asportans, eo pro ejus recordatione abutitur, et recta ejus oblatio non jam recte dividitur. Inter eundem ergo diabolus occasionem incursum hominem nactus, apparet ei in specie Jacobi, et ait: Quo tendis? Ad Sanctum, inquit, Jacobum. Non bene, ait, vadis. Ego sum Jacobus ad quem properas, sed rem meæ dignitati tecum indignissimam portas. Cum enim in totius fornicationis volutabro hætenus jacueris, modo pœnitens vis videri, et quasi aliquem boni initii præstendens fructum, ad meam te tendere præsentiam profiteris, cum adhuc illius obscenæ mulierculæ tuæ balteo accingaris. Erubuit homo ad objecta, et credens revera apostolum, infert. Scio, domine, quondam me et nunc etiam flagitiosissime operatum, dic, quæso, quid ad tuam clementiam proficiscenti consilii dabis. Si vis, ait, dignos pro perpetratis turpitudinibus fructus pœnitudinis facere, membrum illud unde peccasti, veretrum scilicet, pro mea et Dei fidelitate tibi abscinde, et postmodum ipsam vitam, quam male duxisti, tibi pariter desecto gut-

A ture adime. Dixit, et ab oculis ejus se subtrahens in multa mentis hominem perversitate reliquit.

Ad hospitium igitur nocte perveniens, diabolo, non ut putabat, apostolo, qui se monuerat obedire præproperat. Dormientibus itaque sociis mentulam sibi primo præcidit, deinde cultrum gutturi immergit. Cum stridorem morientis, et crepitum sanguinis prorumpentis comites subaudissent, exciuntur a somno, et, lumine adhibito, quid circa hominem factum fuerit vident. Mœrent denique, tam funestos sodalis sui exitus attendentes, sed quid a dæmone consilii acceperit nescientes. Quia ergo qua id causa ei contigerit, ignorarunt, tamen illi curam exsequiarum non negarunt; quodque taliter mortuo indebitum fuerat, pro comperegrino, ut videbatur, suo missarum officia celebrari mandarunt. Quibus ad Deum fideliter fuis, placuit Deo ut resarcito vulnere gutturis, vitam per apostolum suum repararet extincto. Exurgens igitur homo, et cunctis supra quam dici potest redivivum stupentibus fari incipit. Sciscitantibus itaque qui aderant quid animi in se interficiendo habuerit, de diabolica sub apostoli nomine apparitione fatetur. Inquisitus quod judicium post sui homicidium in spiritu censura subierit, ait: Ante Dei thronum sub præsentia communis dominæ Dei genitricis virginis Mariæ, ubi et patronus meus apostolus sanctus Jacobus aderat, delatus sum. Illic cum quid de me fieret coram Deo tractaretur, et beatus apostolus C memor intentionis meæ, licet peccatricis, et adhuc corruptæ, pro me Benedictam illam precaretur, ipsa ex ore dulcissimo sententiam protulit, homini misero indulgendum fore, quem malignitas diaboli sub sancta specie sic contigit corruisse. Sic me in sæculum hæc [*f.*, hoc] evenit ad mei correctionem, et horum denuntiationem, Deo jubente rediisse. Senior ergo, qui hæc mihi retulit, ab eo qui redivivum viderat se audisse narravit. Nam ferebatur etiam quod cicatrix evidens et insignis illi remansit in gutture, quæ miraculum circumferret, et abrasa tentigo pertulusum, ut sic dicam, ad urinas residuum habuisset.

*Monachus quod monasterium mulasset, obita morte ad thronum Dei adducitur, jubeturque ad sæculum redire agendæ causa pœnitentiæ.* — Celebris quoque relatio est, sed nescio utrum syllabis uspiam commendata, quod quidam <sup>(122)</sup> ad sanctæ conversationis habitum ex laico, nisi fallor, conversus, in aliquo monasterio accesserat, professionisque inibi se sacramento devinxerat. Qui minorem illic regulæ observantiam, quam volebat, considerans, exacta ab abbate licentia in aliud quasi religiosius se contulit, ibique devotione quamplurima vixit. Qui post tempus aliquod in valetudinem incidit, ex valetudine obiit. Qui a præsentibus excedens diversarum potestatum altercationem mox incidit. Nam contrariis virtutibus primæ professionis irruptionem causantibus, lucis spirituum ratio, quæ super bonæ actionis ejus testificatione innitebatur,

plurimum obtendebatur. Ad Petri ergo cœlestis A janitoris audientiam quæstio provocatur, sed a Petro protinus hujusmodi contentio ad divina ora refertur. Re igitur ad eum sic delata, dicit Dominus : Ite ad Richardum justiciarium, et pro sententia quam tulerit facite. Fuit autem isdem Richardus, vir summe potens in terrenis possessionibus, sed multo potentior in æqui justique tenoribus.

Ad Richardum venit, causa edicitur, sententia a Richardo depromitur. Quoniam, inquit, sponsionis tenetur reus, perjurium evidens incurrisse dignoscitur, nec in causam justam habent dæmones, quamvis eis multum justæ hominis obviant actiones; sed mea ex Deo censura denuntiat ut hæc emendaturus ad sæculum redire debeat. Ad superos itaque ille pridem, funus emergens, abbatem evocat, quid viderit insinuat 503, culpam desertionis ac perjurii publice fassus, ad pristinum monasterium revertitur, Unde noverit omnis qui uspiam quocumque sub Dei nomine se mansurum stabiliter profitetur, observet quæ Deo et sanctis pollicetur, quia locum mutare non debet, nisi ab iis qui sibi non præsunt, male agere compellatur.

*Fenerator æternum perit.* — Quoniam de qualitatibus morientium loqui aliquoties utile est, Lauduni homo quidam fenoribus undecunque deditus erat, cujus finis dignam cum exitu vitam egisse monstrat. Nam in extremis agens, cum a pauperula quadam, persoluto jam debito, usuras exigeret, et illa eum per imminens sibi exitum obtestans, ut remitteret, imploraret, quod ille pertinacissime abnegaret, illa in arcto posita quidquid erat fenoris acceptum mutuo, præter unum denarium, comportavit. Cumque et solum illum remitti sibi peteret, jurat ne utquam se ille facturum. Quid remorer? Quæsit illa quem vix valuit reperire denarium, et in ultimo carnis spiritusque confligio jam stridenti infert. Quo ipse moriens sumpto sibi in os posuit, quem dum quasi viaticum deglutisset, animam exhalavit, et ad diabolum sub tali tutore migravit, unde et a sacris locis merito extorris jacuit.

*Alterius itidem feneratoris anima traditur dæmonibus.* — Apud Attrebatas quid acciderit super hujus moris homine attexam. Is crumenas suas turpibus longo tempore infercierat lucris. Tandem metallorum plurium montibus cumulatis, supremas attingit horas. Et ecce in hominis specie diabolus advenit, bovem nigrum præ se ducens. Qui morientis lectulo astans : Dominus, inquit, meus hunc tibi bovem mittit. Cui æger : Gratulor, ait, domino meo pro munere. Vade, inquit ad uxorem suam, et homini qui bovem adduxit appara quod comedat, bovem autem intramitte, et bene asserva. Dixit, et extemplo efflavit. Interim tamen homo tanquam comessurus, inquiritur, bovi que pabula deferuntur, sed neuter reperitur. Factum ergo cuncti mirantur et horrent, nec boni quidpiam tales munerum missiones portendere censent. Funere apparato, et corpore in libitina locato, processio clericorum consueta mortuis officia præbituro-

rum domum usque pervenit. Sed dæmones famulo suo exsequias celebrantes tantam aeris turbam in eorum adventu exsuscitant ut repentinus turbo cum serena essent omnia frontem domus, quam Ymbergam dicunt, pene subverteret, et partem lecticæ in medio positæ sublevaret. Hæc de talibus pauperum corrosoribus dixisse sufficiat.

*Venatores diabolum loco feræ capiunt. Unde tanta illo in tempore dæmonum potestas.* — Nemo antem miretur, quod idem maligni spiritus in ludificandis, aut lædendis hominibus, hoc tempore multum possunt; nimirum quia quæ faciunt, bestialiter, et non in nomine Domini faciunt. Unde in pago Vilcassino non ante multos annos factum comperimus, quia scilicet cujusdam de loci proceribus homines alicubi sub eadem regione venabantur. Taxonem ergo male fugacem cavere intrudentes, imo cum dæmonem intrusissent, intrusisse putantes, sacco excipiunt. Quem summa vi inde eximentes et plus quam animal illud patitur, ponderosum sentientes, cum asportare nocte jam incidente cœpissent, ecce vox a monte contiguo per mediam silvam ruit. Audite, inquit, audite. Cumque altrinsecus post ipsos plurimæ succlamassent voces, quid illud? Vox denuo intulit. Caducem, inquit, hunc portant. Qui forsitan sic et merito vocabatur, et multos cadere fecit. Quo dicto infinitæ dæmonum copię undecumque quasi ad eruendum prorunt in tantum ut nemus universum ex frequentia obrui videretur. Diabolo ergo, quem ferebant, non taxone projecto pene amentes effecti fugam ineunt. Qui domum venientes, nec mora temporis mortui sunt.

In ipsa provincia rusticus quidam crure intecto, pedibus nudis, super fluminis crepidinem, dum e labore rediret, extrema sua lavaturus Sabbato vesperscente desederat. Mox ab imo aquæ ipsius, in qua diluebat vestigia, diabolus ejus pedibus innoxuit. Cumque rusticus se ligatum sentiens a vicinis adjutorium inclamasset et ad domum propriam delatus fuisset ab eis, cœperunt rude hominum genus omni artificio agere, si quomodo valerent compedes terere. Qui ergo circa hunc inutilem circuitum eluctantes nihil efficiunt, suos quique nisus eludunt. Spiritualia enim spiritualibus comparanda sunt. Tandem post rotatus diuturnos homo se inter eos peregrinus immiscuit, ad compeditum ipsis spectantibus sese proripuit, et in momento resolvit. Quo facto expedite recessit, nec quis esset interrogare licuit. Dæmonia autem mulierum amores, et ipsos etiam concubitus affectantia ubique affatim celebrantur, et nisi puderet, a nobis plurima dicerentur. Sunt quoque quædam in nequitiis infligendis atrociora, aliqua vero solis contenta ludibriis. Sed stylum jam ad lætiora vertamus.

## CAPUT XX.

*Abbas corpus S. Emundi curiositate ductus inspicens, manuum contractione corripitur.* — Apud Anglos beatissimus martyr Eadmundus rex, sicut quon-

dam et nunc quoque prodigiosus existit. Taceo de  
ejus corpore pigmentis non hominum, sed celestibus  
hactenus incorrupto, in quo ac si ~~504~~ viven-  
tis unguium ac crinium excrementa miramur. Sed  
illud dicere est, quod in tanto miraculo positus a  
nemine patitur se videri. Abba ejus loci nostrorum  
temporum quidam per se scire voluit, utrum caput  
olim in passione decisum corpori foret, uti vulgaba-  
tur, unitum. Actis itaque cum suo capellano jeju-  
niis detexit, asperxit quæ prætulimus, carnibus nu-  
squm flaccentibus, ac si dormientis omnia visus  
et tactus periculo addidit, alter a capite, alter a  
pedibus utrum haberet attraxit, solidumque cogno-  
vit, sed innox utriusque manus perpetua imbecillitate  
contabuit.

Miro adhuc dicam. Capreolum in monasterio mo-  
nachi a parvo nutrierant. Qui cum pecuali lascivia,  
hac illaque per ædificia, ipsamque ecclesiam ober-  
raret, casu tibiam fregit. Cumque tribus claudicans  
pedibus pendentim quo poterat modo excursitans  
loci omnia peragraret, forte ingressus ecclesiam ad  
martyris feretrum ire contendit. Cui mox ut bestiali  
curiositate se subdidit, tibie sanitatem recepit. Quid  
faciet pius martyr, si petatur fideliter in humana  
natura, qui liberalitatem ingenitam, et ut rectius  
dicam, serenitatem regiam sic ostendit in fera?

*S. Vitonus ulceratas manus sanat monacho.* — Et  
Sanctus Witonus apud urbem Wintonium se in si-  
gnis huc usque præbuit efficacem. Nam non ante  
multa tempora monachus utramque horribiliter ex-  
ulceratus manum ut hac in parte esset elephantioso  
omni deterior, eo prorsus ad omnia erat destitutus  
officio. Cui sanctus, cum a suis absentatum vigiliis  
hac de causa nocte offendisset, apparuit, et generali  
cur abesset psallentio acquisivit. Illico ille torturam  
et purulentiam manuum occasionem absentie sancto  
suggessit. Porrige, inquit, huc manus. Quibus  
exporrectis, sanctus utramque constrinxit et uni-  
versam scabiosam illam cutem ab eo quasi chiro-  
thecas extraxit, et leviolem pueruli carne sub-  
stituit.

*Ignem probantur reliquie S. Arnulphi. Consobrinum  
Guiberti incolumitati restitunt.* — Brachium beati  
Arnulphi martyris in oppido, unde eram oriundus,  
habebatur, quod a quodam locis illis illatum cum  
oppidanis reddidisset ambiguos, ad probationem  
ignibus est injectum, sed exinde saltu subito est  
ereptum. Succiduo denique tempore, quidam con-  
sobrinus meus, de castri primoribus, gravissima  
est passione percussus. Cui brachium beati martyris  
cum fuisset ingestum, validudo loco se mutans ad  
tactum ejus locum ferebatur in alium. Cumque vis  
illa diffugeret, et fugienti e vestigio sacri brachii  
tactus insisteret ad ultimum post aliquot in vultu  
membrisque discursus, in ipso juguli scapularumque  
confinio, tota morbi illius violentia evagans, sublata  
paululum in modum muris cute, pariter glomerata

A sine dolore delituit. Cujus rei causa quotannis om-  
nes clericos, qui ejus festivitati intersunt, eo die,  
quoad vixit, lautissime pavit, ejusque posteri facere  
hodieque non desinunt. Quod brachium avi mei non  
uxor, sed familiaris quædam ad tales femina satis  
solers ad sæculum opimo auro lapidibusque con-  
textit.

*Aliud Arnulphi miraculum.* — Gusia (*Guise*) hujus  
Laudunensis pagi castellum est, in quo beati Arnulphi  
itidem brachium esse dicitur. Quod fures cum di-  
repto ecclesie thesauro pariter diripere voluissent,  
jamque tenerent, de eorum sese manibus extorsit,  
nec uspiam ferri quivit. Hoc ipsi fures, cum resi-  
duis quæ asportaverant deprehensi, hora ipsa, qua  
erant efferendi in furcas, confessi sunt. In auro, quo  
B ipsum colitur brachium, locus est, qua nullo inclu-  
sorum artificio gemma ulla potuit cohiberi. Inserta  
enim nec mora laxabatur. Mutata cum opifice, et opi-  
fex ac opificium cassabatur.

*B. Leodegarii meritis a febre levatur Guibertus.*  
— Leodegarium martyrem signis egregium, ad sub-  
ventiones alacrem non nescimus. Ego enim adhuc  
pusio, optime tamen horum memor, sub matre agens  
diebus paschalibus febre quotidiana atrociter æstua-  
bam. Sub oppido autem erat ecclesia sub nomine  
Sanctorum Leodegarii et Machuti, cui continuum  
olei lumen mater mea fide humili ministrabat. Cum  
ergo quidquid pene est victuum, fastidirem, evoca-  
tis ipsa duobus clericis, capellano suo, et magistro  
C meo, sub eorum custodia eo me deferri præcipit.  
Juxta pravitatem vero veteris usus, ecclesia illa ad  
jus ejus pertinebat. Venientes illic ergo clerici, stru-  
tum ante altare sibi et mihi nocte illa fieri impe-  
trarunt. Ecce nocte media intra eandem ecclesiam  
cœpit terra quasi malleis concuti, aliquoties seræ  
arcarum cum multo strepitu circumvelli, crepitus  
aliquando quasi virgarum super arcas audiri. Cle-  
rici vero a sonitu exporrecti, cœperunt multum ne-  
timor in deterius me verteret, formidare. Quid  
plura? eis mussitantibus subaudi vi tamen, ex eorum  
contubernio, et lampadis prælucentis solatio, parce  
timui. In his noctem transiens, ita sospes ad matrem  
redii, ac si nihil incommodi pertulissem, et qui pri-  
dem lautissima horrueram, communem jam prom-  
ptus ad cibum, non minor sum repertus ad pilam.

D Rex Anglorum senior Guillelmus turrin in eccle-  
sia magnifici Dionysii (cujus, quam futura plurima,  
si perficeretur ac persisteret, fuerat magnitudo) ex  
suis strui fecerat (50). Quod opus quoniam ab arti-  
ficibus minus erat ordinate contextum, videbatur  
505 in dies sui parturire ruinam. Cumque pluri-  
mum ab Ivone tunc temporis abbate et a monachis  
timeretur, ne veteri damnum basilicæ novi operis  
ruina infligeret (erat autem ibi beati Eadmundi al-  
tare, et quorum nescio aliorum) talis visio sollicito  
abbati se intulit. Honestæ multum habitudinis do-  
minam in medio Beati Dionysii ecclesie stantem



videbat, quæ sacerdotali more exorcismum aquæ faciebat. Cumque abba feminæ auctoritatem miraretur, quæ insolita faceret, contemplabatur; quod post aquæ benedictionem eam hac illacque dispergeret, postque dispersionem, qua disperserat, circumquaque signum crucis exprimeret. Nec mora temporis turris ruit, sed nullam ecclesiæ partem, dum rueret, læsit. Illa enim Benedicta inter mulieres, cujus ventris benedictus est fructus (*Luc. 1. 22*), sua eam benedictione juxta abbatis visa munierat. Alias ergo ruens hominem subter ambulantem operuit. Cum itaque compertum esset omnibus virum

A lapidibus adopertum, humanitatis causa congeriem ab eo dimovere cœperunt. Tandem exhaustis cœmenti et saxorum montibus, pervenitur ad illum; quem, mirum dictu, sospitem, alacremque reperiunt ac si domi desedisset. Quadri nemque e regione alter alteri sese compaginantes, ipsi ædiculam confecerunt. Non ergo ei sub diutina nescio quot dierum inibi mora fames, non metus, non insolentissimus excluso homini calcis odor offecit.

Excellentissimam igitur Mariam cœlorum ac terræ patronam, cum Dionysio totius Franciæ domino [*f.*, invocantes], libri ponamus clausulam.

FINIS.

## APPENDIX AD LIBRUM III GUIBERTI DE VITA SUA

### HERMANNI MONACHI

### DE MIRACULIS S. MARIE LAUDUNENSIS

#### DE GESTIS

VENERABILIS BARTHOLOMÆI EPISCOPI ET S. NORBERTI

### LIBRI TRES

EPISTOLA HERMANNI MONACHI AD BARTHOLOMÆUM LAUDUNENSEM EPISCOPUM.

596 Venerabili Patri et domino suo, domno BARTHOLOMÆO, Dei gratia Laudunensis urbis episcopo, frater HERMANNUS, omnium monachorum peripsema, summis pontificibus in cœlesti sociari curia.

*Quam nobili genere ortus Bartholomæus.* — Cum dudum in Hispaniam ad videndum gloriosum regem Hildefonsum, Feliciæ materteræ vestræ filium, profectus, felicissimum ab eo promissum suscepisset quod si secundo ad eum videndum reverteremini, daret vobis corpus B. Vincentii levitæ et martyris, nec non et casulam pretiosissimam, quam beata Dei Genitrix S. Hildefonso Toletanæ civitatis archiepiscopo dederat, ob remunerationem trium libellorum quos de Virginitate sua composuerat, cœpistis a mea parvitate quærere utrum eos denique libellos alicubi vidissem, utque eos ubique perquirerem studiosius præcepistis. Cum vero eos in urbe Catalaunensi forte reperissem et vobis renuntiassem, protinus pergamenum comparatum mihi tradidistis, meque ad præfatam urbem propter eos transcribendos direxistis.

*Hermannus Vitam et libros S. Hildefonsi descripsit; quibus Miracula B. Virginis subjunxit.* —

B *Quare nomen suum haud præfixerit auctor.* — Bartholomæi cura per S. S. Norbertum et Bernardum decem monasteria constructa in diœcesi Laudunensi. — Scripsi ergo primo Vitam ejusdem Hildefonsi; deinde præfatos ejus libellos subjunxi. Quibus scriptis, addidi miracula, quæ præfata sanctæ Dei Genitrix in Francia, et Anglia fecerat per reliquias suas, quæ in Laudunensi servantur ipsius ecclesia. Hæc ergo miracula jussu quidem paternitatis vestræ composui, sed ut majoris auctoritatis essent et a nullo propter dictaminis rusticitatem despicerentur, parvitatæ meæ nomen illis prætermittere nolui, sed sub nomine canonicorum ejus Ecclesiæ ea prætitulavi. Post ipsa quoque miracula subjunxi, quo modo divina misericordia in diebus vestris novem, imo decem monasteria vestro labore construi fecerit per domnum Norbertum, domnumque Bernardum abbatem Clarævallensem, quorum nullum fuerat tempore quadraginta trium episcoporum prædecessorum vestrorum; vos autem singulis constructis abbates præfecistis, nec tamen antiquiora quæ invenistis corrigere destitistis. Et si vita mihi comes, Deo volente fuerit, etiam alia quæ in diebus vestris

contigerunt, vel contingere videro, subnectere pro- A pusillitatis, ut particeps sim bonorum quæ in ea  
posui. Hunc ergo librum vestræ paternitati et Ec- facta fuerint.  
clesiæ Laudunensi relinquo in memoriam meæ

## CAPITULA LIBRI PRIMI.

- 599 CAP. I. De prosperitate et adversitate Laudunensis Ecclesiæ; et interfectione Gualdrici episcopi, et Girardi de Cyrisiaco, et succensione duodecim ecclesiarum.  
CAP. II. De electione domini Bartholomæi episcopi, et nobilitate ejus.  
CAP. III. De miraculis sanctæ Mariæ per Franciam.  
CAP. IV. De duobus contractis sanatis apud Issuldunum castellum.  
CAP. V. De juvene surdo et muto curato apud Bucensi castellum.  
CAP. VI. De pace facta inter duo castella dissidentia.  
CAP. VII. De muliere ægrola Turonis curata.  
CAP. VIII. De juvene surdo et mulo Turonis curato.  
CAP. IX. De vindicta sanctæ Mariæ facta ad Sanctum Laurentium de Cala.  
CAP. X. De muliere parturiente Andegavis sanata.  
CAP. XI. De muliere sterili Cenomani fecundata.  
CAP. XII. De miraculo apud montem de Guarda castellum.  
CAP. XIII. De tribus miraculis in urbe Carnotensi factis per sanctam Mariam.

## LIBER PRIMUS.

CAP. I. — De prosperitate et adversitate Laudunensis Ecclesiæ, et interfectione Gualdrici episcopi, et Girardi de Cyrisiaco, et succensione duodecim ecclesiarum.

(51) Universis sanctæ Matris Ecclesiæ filiis per totum orbem terrarum dispersis, Beatæ Mariæ Laudunensis ecclesiæ canonici, videre Deum deorum in Sion. Quoniam juxta Beatum Paulum apostolum tota sancta Ecclesia unum Christi corpus est (Col. 1, 24), et hujus corporis membra sunt diversæ Ecclesiæ, vel singuli fideles, dumque patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, et dum gloriatur unum membrum congaudent omnia membra (I Cor. xii, 26), tribulationem et dolorem, quem invenit Ecclesia nostra in diebus nostris (Psal. cxiv, 3), et consolationem, quam per Dominam nostram sanctam Dei Genitricem post tribulationis luctum recepit, vestræ scribendo notificamus dilectioni, quatenus et vos congaudentes nobis, Deo, et piæ Matri ejus gratias agatis.

Laudunensem itaque Ecclesiam certum est inter præcipuas regni Froncorum Ecclesias antiquitus fuisse celebrem, quam beatus Remigius Remorum archiepiscopus, sicut in ejus Vita legitur, ex propriis 598 redditibus locupletavit, nobilissimumque et strenuissimum virum sanctum Genebaudum in ea primum episcopum consecravat: cumque ab ejus tempore usque ad nostram ætatem, per quingentos fere et eo amplius annos, in magna prosperitate florisset, ecce in diebus Ludovici regis Froncorum, qui fuit filius Philippi regis, pater autem Ludovici Junioris, duram justi judicis Regis regum

B experta est animadversionem. Sicut enim quondam per David regem filiumque ejus Salomonem omnipotens Deus urbem Hierusalem excellenter glorificavit, sed postmodum propter peccata inhabitantium, per Nabuchodonosor regem Babylonis funditus destrui permisit, sic etiam Ecclesiam nostram, quam, ut prædictum est, per multa tempora insigni gloria sublimaverat, in diebus nostris non quidem ex toto destrui, sed nimia passus est tribulatione vexari, ita ut de ipsa quoque veraciter illud propheticum dici possit: « Quoniam suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis (Isa. xl, 2). »

Hanc autem tribulationem quædam perturbatio præcessit, quæ futuræ calamitatis quasiseininarium, et radix, ac prænuntia visa est exstitisse. Quidam si quidem nobilis princeps et castellanus Laudunensis, nomine Gerardus de Cyrisiaco, dum in eadem Sanctæ Genitricis ecclesia genibus flexis suppliciter oraret, ab inimicis suis qui eum aggredi non audebant, dolose circumventus, et ab oratione surgens, diversis gladiatorum plagis ibidem est interfectus (52). Cujus sanguine pavimento ecclesiæ respersum, cum multoties aqua superfusa non posset ad plenum ablui, pluresque spectatum venientes non parum super hoc admirarentur, vir sapientissimus magister Anselmus, tunc temporis Ecclesiæ nostræ canonicus et decanus, per totum pene orbem Latinum scientiæ et eloquentiæ suæ fama notissimus, nonnullis secreta colloquens prænuntiasse fertur illam sanguinis effusionem, nonnisi ejusdem

(51) Hermannus hic loquitur sub nomine canonicorum Laudunensium, ut ipse indicavit in epistola nuncupatoria.

(52) Latius hæc lib. iii Vitæ Guiberti attextuntur.

ecclesiæ concrematione diluendam, quoniam tantum scelus non aqua, sed potius igne foret expiandum.

Nec fefellit virum prudentem sua opinio. Post modicum etenim tempus, Deo permittente, diabolo stimulante, domnus Gualdricus, ejusdem urbis episcopus, seditione subita a civibus concitata, in domo sua cum quibusdam ex militibus suis crudeliter occiditur, præfata Sanctæ Mariæ ecclesia (53), cum aliis propinquioribus decem fere ecclesiis, domus quoque adjacentes episcopi atque canonicorum, multorumque civium igne supposito concremantur. Tota insuper urbs Laudunensis civibus per varia loca dispersis, pene usque ad internecionem destrui videtur, ita ut multi per eam transeuntes, ruinasque ejus et cineres aspicientes, præ nimia compassione lacrymas funderent, illam Jeremiæ lamentationem super ea non incongrue replicantes: « Quomodo sedet sola civitas plena populo? facta est quasi vidua domina gentium (*Thren.* 1, 1). » Quemadmodum autem olim Dominus urbem Jerusalem destrui, et filios Israel captivari permittens, ad consolationem tamen paucorum, qui remanserant, Jeremiam prophetam ibidem cum eis reliquit, sic et nobis in tanta calamitate positis, duos sapientissimos viros, præfatum scilicet magistrum Anselmum, germanumque ejus magistrum Radulphum misericorditer reservavit, qui tam clericos quam laicos dulciter consolantes, et diversis sententiis Scripturarum refoventes, ne in tribulationem adversitatibus deficerent, exhortabantur.

CAP. II. — *De electione domini Bartholomæi episcopi; et nobilitate ejusdem.*

Inter consolationum tamen colloquia, cum sapientibus et religiosis viris diligenter et sollicitè discutientes, utrumnam aliquem invenire possent, per quem tam miserabilis et horrenda clades reparari valeret. Tandem, inspirante Deo, repperunt salubre consilium, ut ad ejusdem urbis episcopatum eligerent domnum Bartholomæum, Remensis ecclesiæ Beatæ Mariæ canonicum et thesaurarium, tam generis notabile quam et morum probitate, in Remensi, Laudunensique provincia famosissimum. Cognatorum siquidem ejus excellentia, non solum in Francia, sed et in Hispania, Burgundia quoque, et Lotharingia prædicabatur. Hilduinus namque comes Rociensis avus ejus duxit conjugem Adeladam germanam domni Manasse Remorum archiepiscopi, ex qua genuit Ebalum comitem de Roci, et Andream comitem de Rameruth, patrem Ebali Catalaunensis episcopi, septemque filias. Harum unam, nomine Feliciam, in Hispania duxit conjugem Sanctus rex Arragonensis, et ex ea genuit Hildonsum regem potentissimum, qui patri succedens in regno, fortissimas urbes, et castella paganis violenter præliando abstulit, et Christianis tradidit, Cæsar-Augustam scilicet beati Vincentii martyris archidiaconatu famosam; Terrassonam quoque, et Tudelam, Barbastam, et Burgiam cum aliis multis,

(53) Vide Guibertum loco citato.

A totaque pene **500** Hispania sibi subjugata adeo nominis sui opinionem dilatavit ut ab aliis alter Julius, ab aliis secundus Carolus vocaretur, ob memoriam illius præclari Caroli Francorum regis, qui quondam Hispaniam victor subegit.

Secundam filiam Hilduini comitis duxit conjugem Rotholdus comes Perticensis, de qua genuit Rotholdum comitem et Julianam matrem Margaretæ reginæ Navarrensis. Tertia, nomine Margareta, nupsit Hugoni comiti Claromontensi, de qua genitus est Rainaldus comes, qui ex Adelada Vermandensi comitissa genuit Margaretam conjugem illius præclari Caroli Flandrensium comitis. Quarta, nomine Ermentrudis, nupsit Theobaldo comiti de Risnel, de qua genuit Heliardem matrem Bertranni comitis, qui in Hispania defunctus est, sororisque ejus Beatrix, quæ ex Hugone de Montcornet genuit Bartholomæum Laudunensem archidiaconum et thesaurarium. Quintam, nomine Adam, duxit Godefridus de Gusgia, et ex ea genuit Guidonem patrem Burcardi. Defuncto autem Godefrido, eadem Ada accepit maritum Walterum de Aath. Quo mortuo, accepit tertium maritum Theodoricum de Avesniis, et cum eo extruxit cœnobium quod dicitur de Lesciis in propria possessione sua; defunctoque eodem Theodorico, ipsa se ex toto contulit eidem cœnobio, ubi pluribus annis religiose vivens, defuncta et sepulta est. Sextam duxit conjugem Ernulfus comes de Waren; qui genuit Othonem comitem de Cisni; qui Otho genuit Aubertum; qui Aubertus genuit Aubertum comitem, et Ernulfum episcopum de Verduno.

C Quidam autem nobilissimus princeps in Burgundia nomine Falco de Jur, vel de Serrata, comperta nobilitate et excellentia præfati comitis Hilduini ambiebat unam ex filiabus ejus sibi conjugio sociari; sed cum id impetrare nequiret, jurante patre nunquam filiam suam Burgundioni dandam, contigit ut Philippus rex Francorum eundem comitem Hilduinum cum domno Helinando Laudunensi episcopo, aliisque nonnullis principibus, pro communi negotio regni Romam transmitteret ad dominum papam. Quod ubi notificatum est prædicto principi Falconi, insidias redeuntibus per plurima loca paravit, sicque in itinere captos, et omnibus quæ habebant spoliatos, non prius dimittere voluit donec idem comes promitteret jurejurando se filiam suam ei daturum. Qua sponsione accepta, omnes liberos dimisit plurimaque eis dona liberaliter contulit, et cum magno honore ad propria remisit. Comes itaque reversus in Franciam, filiam suam nomine Adeladam, cum multis opibus in Burgundiam transmissam, præfato principi conjugio sociavit. De qua idem Falco supradictum episcopum domnum Bartholomæum genuit, cum aliis filiis et filiabus, quarum una fuit Ermentrudis, quam rursus de Burgundia in Franciam delatam Henricus comes de Grandiprato conjugem duxit; et ex ea æquivocum sibi Henricum comitem genuit; germanamque ejus

Adeladem matrem Ricardi Virdunensis ac Laudunensis archidiaconi.

Hic ergo Bartholomæus adhuc puerulus in Franciam ad Ebalum avunculum suum comitem Rociensem defertur, litterisque traditus a domno Manasse Remorum archiepiscopo, matris suæ avunculo, educatur, et primo canonicus Sanctæ Mariæ Remensis ecclesiæ, deinde thesaurarius efficitur. Postea vero cum jam Laudunensis Ecclesiæ esset canonicus, Adela Vermandensis comitissa, conjux Hugonis Magni, qui fuit germanus Philippi regis Francorum, cum post mortem ejusdem Hugonis, de quo genuerat Radulfum comitem Vermandensem, et Simonein episcopum Noviomensem, nupsisset Rainaldo comiti Claromontensi, eundem Bartholomæum sciret mariti sui esse consobrinum, pro amore ejus fecit eum thesaurarium ecclesiæ sancti Quintini Vermandensis; sicque, ut supradictum est, et generis nobilitate, et morum probitate et divitiarum opulentia idem Bartholomæus famosus habebatur. Electus itaque unanimi totius cleri et populi assensu ad pontificatum urbis Laudunensis, domno Radulfo Remorum archiepiscopo, qui præfatus Manasse matris ejus avunculo successerat, præsentatur, et ab eo multisque aliis episcopis, tempore Paschalis papæ, et Ludovici regis Francorum, celeberrime consecratus, ovibus desolatis novus pastor transmittitur.

Sed ille Laudunum veniens, et non ecclesiam, non domum episcopalem, imo nil pene præter favillas et cineres inveniens, dici non potest quantum doluerit, quantum gemuerit, quoniam non se honore sublimatum, sed honore deflebat prægravatum. Ipsi enim illa Scripturæ sententia non immerito visa est tunc temporis posse congruere; « Homo nascitur ad laborem (*Job. v, 7*). » Nec non et illud quod Dominus de semetipso in Evangelio 530 dicit: « Filius hominis non habet ubi caput reclinet (*Luc. ix, 58*). » Illud etiam beati Pauli apostoli: « Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat (*I Timoth. iii, 1*): » opus, inquit, non honorem. Sic et iste de magna requie, et divitiis, omnimodaque corporis sui voluntate in locum desolatum veniens, non se ad honoris excellentiam gloriabatur promotum, sed ad operandi laborem dicebat vocatum; ideoque etiam si forte episcopatum desideravit, bonum opus desideravit. Protinus ergo, ac si aliquod desertum introisset, ecclesiam simul et domos episcopales cœpit renovare et velut a fundamentis reparare.

CAP. III. — *De miraculis sanctæ Mariæ per Franciam.*

Sed quia, ut prædictum est, non sola major ecclesia Sanctæ Mariæ, sed et aliæ fere duodecim cum multis domibus clericorum et laicorum fuerant combustæ, majorque pars civium, per provinciam dispersa erat, et eorum qui remanserant unusquisque de propriæ domus reparatione sic occupabatur ut vix aliquis inveniretur qui matris ecclesiæ adjutor existeret, consuluerunt nonnulli sapientes et

A religiosi viri ut electos ex clericis aliquos boni testimonii viros, cum reliquiis Dominæ nostræ et aliorum sanctorum, per Franciam ad expetendas fidelium eleemosynas transmitteremus. Eorum itaque consilio elegimus septem canonicos ex fratribus nostris, Bosonem scilicet, Robertum, Anselmum, Herbertum, Robertum, Bonefacium, Amisardum presbyterum, Odonem, qui postea fuit abbas monasterii quod dicitur Bonæ Spei, in episcopatu Cæmæracensi. Sex quoque laicos ex civibus eis addidimus, Ricardum videlicet, Joannem Piot, Odonem, Lambertum, Bosonem, et Theodoricum de Brueriis. Hos itaque cum feretro Dominæ nostræ, et aliis capsis reliquiarum transmisimus ad accipienda donaria fidelium.

B Ecclesia vero fuerat succensa feria quinta paschalis hebdomadæ, ipsique egressi sunt feria quinta ante Pentecostem, id est in octavis Ascensionis, demoratique sunt usque circa festum Matthæi evangelistæ. Dominus ergo, cui per Prophetam dicitur: « Deus repulisti nos, et destruxisti nos, iratus es, et misertus es nostri (*Psal. lxx, 3*); » et alibi: « Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis (*Habac. iii, 4*); » Ecclesiam nostram, quam dure flagellari permiserat, precibus suæ piissimæ Matris placatus, non distulit misericorditer refovere. Plurima siquidem miracula in eodem itinere per ejus ostendit reliquias, de quibus nonnulla prætereuntes, pauca tantum, sed notissima posteriorum notitiæ scribendo transmittimus.

C CAP. IV. — *De duobus contractis sanatis apud Issuldunum castellum*

In pago Buturicensi castellum quoddam vocatur Issuldunum (vulgo, *Issoudun*). Hujus castelli dominus vir ditissimus nomine Gaufridus, in domo sua longo tempore pro anima sua duos contractos retinuerat et aluerat, quorum calcanei ita natibus inhærebant ut nullo modo incedere, vel se possent erigere. Suscepto itaque cum magna processione feretro Dominæ nostræ et in ecclesia posito, rogaverunt se illuc deferri, et de limpha, qua reliquiæ lotæ fuerant, calcaneos suos et crura lavari. Quo facto, statim vidente universo populo, caro quæ natibus inhærebat cœpit disrumpi, sanguisque per crura ubertim defluere. Protinus super pedes suos erecti amplexati sunt feretrum, perfecteque sanati, fratres nostros subsecuti sunt redeuntes usque Laudunum, et ad ecclesiæ opus ad lapides portandos, ad aquam deferendam, ad cæmentum præparandum quotidie exhortabantur populum. Consummata ecclesia unus eorum reversus est in terram suam, id est ad castellum Issuldunum, alter nomine Benedictus, remansit Lauduni, serviens in hospitali fere per duodecim annos, ibique defunctus est.

D CAP. V. — *De juvene surdo et muto curato, apud Bucensi castellum.*

Egressi de Issulduno venerunt ad aliud castellum, quod dicitur Bucensi (Belgentiacum, vulgo, *Beaugency*), cujus dominus tantæ rapacitatis et feritatis

ut multi incolarum dicerent fratribus nostris A  
omnia quæ habebant eis auferret. Erat autem  
ius fere quindecim annorum a nativitate surdus  
lutos. Perterritis ergo fratribus nostris cito  
ricordiæ Mater succurrit. Quidam namque re-  
sus monachus ibi habitans, auditis miraculis  
inæ nostræ, cum magno honore feretrum ejus  
eclesia suscepit, deinde revestitus reliquias ejus  
no et aqua lavit, caput 631 et faciem prædicti  
nis aqua ipsa perfudit, et ex ea potum ei dans  
feretro eum recumbere jussit; ipse vero genibus  
s Dominam nostram suppliciter exorare cœpit.  
mora, juvenis obdormit, cunctisque videntibus  
anxietate sudor ex toto ejus corpore profluit,  
e circa aures turgescunt, sanguis ex auribus  
tim exsilit. Protinus evigilans surrexit, et vo-  
quasdam emittere cœpit.

Monachus ab oratione surgens lætus accurrit, et  
nem alloquitur. Ille, qui nunquam antea audie-  
respondere nesciebat, sed quod audiebat alios  
ates, idem post eos ipse proseguendo imitaba-  
Statim monachus signa pulsando populum  
at, juvenem loquentem et audientem ostendit,  
im gaudio lacrymando, *Te Deum laudamus* in-  
. Nuntius e vestigio ad patrem de rapinis ve-  
stem dirigitur, quid ejus filio contigerit re-  
ir. Ille continuo discalceatus ad ecclesiam  
is currit, et coram feretro prostratus miseri-  
iæ Matri gratias agit, inde quadraginta so-  
i, quoniam non multa pecunia abundabat, ob-

AP. VI. — *De pace facta inter duo castella  
dissidentia.*

Inc ad aliud castellum duobus tantum milliariis  
otum fratres nostri ire voluerunt, sed, propter  
atem et prædas illius raptoris, nullus inhabi-  
ium cum eis illuc audebat proficisci. Tamen  
i raptor, misericordia Dei Genitricis animatus,  
militibus suis et cæteris habitatoribus fere-  
i et reliquias humeris suis imponunt, nudisque  
bus omnes procedentes, ad inimicorum suorum  
unt castellum. Illi, hoc audientes et miracu-  
quod ibi sancta Dei Mater de raptoris filio  
rat cognoscentes, protinus et ipsi nudis pedi-  
omnes inimicis suis obviam ruunt, feretrum:  
ab eis susceptum cum gaudio in castellum suum  
runt, laudantes Christi misericordiam, qui per  
n Matrem hostes hostibus occurrere pacifice  
rat.

AP. VII. — *De muliere ægrotâ Turonis curata.*

Idem per Cormeriacum (vulgo *Cormery*) Turonos  
erunt, et cum magna reverentia suscepti ab  
iepiscopo Turonensi, die Sabbati ante vespas  
eclesia Sancti Mauricii quieverunt. Uxor cujus-  
i carpentarii in eadem urbe per octo annos infir-  
ste nimia depressa lectulo decubuerat, ita ut  
quam posset ire nisi portaretur. Eadem nocte  
mienti misericordiæ Mater apparuit, præcipiens  
t se ad feretrum suum in ecclesia Sancti Mau-

riti faceret deferri. Evigilans mulier rogabat ma-  
ritum ut cito deferretur. Ille non multum dives,  
lecticam paratam non habens, fecit eam deferri in  
vili instrumento, quod vulgariter vannum vocamus  
in quo annona excussa purgari solet. Supposita  
ergo feretro protinus obdormivit, et post modicum  
evigilans sana surrexit. Deinde feretro sociata,  
vidente populo subsecuta est illud usque ad eccle-  
siam Sancti Martini.

CAP. VIII. — *De juvene surdo et mulo Turonis  
curato*

Quo audito canonici Sancti Martini, cum abbate  
Sancti Juliani, obviam procedunt, et cum honore  
maximo reliquias Dominæ nostræ suscipiunt. Erat  
in eadem civitate quidam juvenis a matris utero  
surdus et mutus, quem unus ex fullonibus infantu-  
lum repertum nutrierat et educatum arte sua im-  
buerat. Hic ergo adductus ad Dominæ nostræ reli-  
quias, sub feretro recubuit et obdormivit. Nec  
mora, anxiani et ex toto corpore sudorem emittere  
cœpit, deinde, venis circa aures inflatis, sanguis  
ubertim ex ejus auribus profluxit. Protinus surrexit  
et audivit, nec tamen loqui sciebat, quia non di-  
dicerat, sed quod alios loqui audiebat, hoc dicebat:  
Cujus nomen quia nesciebatur, canonici nostri eum  
appellaverunt Christianum. Sociatus ergo fratribus  
nostris venit cum eis Laudunum, et fere septem an-  
nis mansit in domo Guidonis archidiaconi Laudu-  
nensis.

CAP. IX. — *De vindicta sanctæ Mariæ facta ad San-  
ctum Laurentium de Cala.*

Egressi de urbe Turonensi venerunt ad Sanctum  
Laurentium de Cala, in festo ejusdem martyris.  
Monachus quidam ibi habitans noluit eis concedere  
ut poneretur feretrum Dominæ nostræ super altare  
Sancti Laurentii, sed super quondam minus altare  
in parte ecclesiæ fecit illud poni, timens videlicet  
amittere offerendam consuetam in eodem festo. Sed  
cum Turonenses qui reliquias nostras prosequaban-  
tur, referentes miracula quæ viderant, omnes pe-  
grinos 632 supervenientes exhortabantur ut,  
relicto majori altari, ad feretrum Dominæ nostræ  
offerrent, invidiæ livore percussus idem monachus  
jussit feretrum et omnes reliquias ejici de ecclesia.  
D Præpositus vero castelli, vituperans monachum  
statim tradidit fratribus nostris tentorium spatio-  
sum quod sibi paraverat. Matrônæ quoque loci cor-  
tinas plurimas deferentes idem tentorium decen-  
tissime perornare studuerunt, luminaribus insu-  
per sufficientibus splendidissimum tota nocte fe-  
cerunt.

Sed rex justus Jesus Christus noluit injuriam  
Matri suæ illatam dimitti impunitam. Ad vespas  
siquidem præfatus monachus, morbo caduco subito  
depressus, coram omni populo in terram cecidit,  
magnumque terrorem videntibus incussit. Cam-  
pana etiam major de turre cadens confracta est,  
ipsa quoque turris in superiori parte fissa et dis-  
rupta crepuit. Quod videns monachus, sero se

male fecisse pœnituit, nudisque pedibus coram feretro terræ prostratus, Reginæ cœli humiliter satisfecit, utque super majus altare feretrum deferretur rogavit, sed fratres nostri noluerunt acquiescere roganti.

CAP. X. — *De muliere parturiente Andegavis sanata.*

Exinde Andegavis venerunt, et magnifice ab episcopo ipsius urbis suscepti sunt. Ubi mulier quædam, uxor scilicet Fulberti ditissimi viri cognomento Pellicei, pariens nimio dolore per aliquot dies cruciatur, jamque mortem sibi vicinam imminere pertimescebat. Audiens ergo miracula Dominæ nostræ, petiit reliquias ejus sibi afferri, delatisque cochlear argenteum obtulit, lympham in quæ lotæ fuerant cum fide bibit; statimque partu edito liberata, Deo et piæ Matri ejus gratias egit.

CAP. XI. — *De muliere sterili Cenomanis fecundata.*

Cenomanis matrona quædam sterilis, cum viro suo ditissimo, fratres nostros suscepit hospitio, et prostrata coram Dominæ nostræ feretro, dari sibi prolem oravit. Nec frustrata est fide sua. Post circulum siquidem anni filium genuit; et frequenter postmodum venit Laudunum, agens Dominæ nostræ gratias.

CAP. XII. — *De miraculo apud montem de Guarda castellum.*

Inter urbem Cenomanicam, et castellum quod dicitur ad montem de Guarda, transitus difficillimus et silvarum decisione a comprovincialibus obsitus erat, pro dissensione et lite quæ tunc temporis erat, inter regem anglorum et comitem Andegavensem. Egressi ergo tarde de urbe Cenomanica, venerunt ad illum difficilem transitum, dicentibus cunctis obviantibus quod nullatenus transire possent nec ad castellum quo tendebant pervenire. Interea dies in noctem vertitur, pluviam quoque nimietas exorta, jam pene de salute cogit eos desperare. « Clamaverunt ergo ad Dominum cum tribularentur, et de necessitatibus eorum eduxit eos (*Psal.* cvi. 28). » Subito enim, Deo miserante, tanta transierunt facilitate ut nullum omnino in transeundo impedimentum haberent. Pervenientibus ad castellum milites obviam processerunt, nimiumque mirantes quomodo transissent, benignissime eos susceperunt, dicentes quod revera misericordia Domini fuisset cum eis. In crastino cum redeuntes per eundem aditum transire voluissent, nullatenus donec iter cum magno labore expeditum fuit transire potuerunt, sicutque piæ Matri Domini gratias retulerunt, quæ in hora magnæ necessitatis magnam eis misericordiam fecerat.

CAP. XIII. — *De tribus miraculis in urbe Carnotensi factis per sanctam Mariam.*

In vigilia Nativitatis sanctæ Mariæ, ante vespas Carnotum venerunt, et honorificentissime suscepti sunt a domno Ivone Carnotensi episcopo, totaque

A canonicorum processione extra urbem usque ad vineas eis occurrente, feretrumque positum est in majori ecclesia supra altare sanctæ Mariæ. Et ecce quædam mulier contracta erat in urbe quam episcopus idem jam quinque annis in domo, ubi panis suus coquebatur, aluerat. Quæ præ nimia infirmitate sic jacebat incurvata ut ne ad communem quidem necessitatem nisi a duobus portaretur, posset ire. Prima ergo noctis hora apparuit ei in somnis Domina nostra, præcipiens ei ut quantocius surgeret, ad majorem ecclesiam iret, et feretrum suum Laudunense quæreret. Protinus evigilans ~~533~~ sana surrexit, et ad ecclesiam currens per plateas cum gaudio vociferabatur clamando: Domina sancta Maria! Domina sancta Maria! Familia episcopi secuta est eam, ipse quoque episcopus somno excitatus, audiens et gaudens egenam suam sanatam. Intravit mulier sana ecclesiam, quærens cum clamore ubi esset feretrum Sanctæ Mariæ Laudunensis. Stansque coram eo, gratias ei referebat, et quomodo sibi apparuisset cunctis enarrabat.

Statim episcopus omnia signa jussit pulsari citius, et ipsemet incepit *Te Deum laudamus*. Quod dum cantaretur, ecce altera contracta, tam ipsi episcopo quam cunctis aliis notissima, ecclesiam sanata intravit, et ad feretrum recto cursu veniens, scabellula duo, quibus rependo et sustentando se ad petendam eleemosynam circumferre solebat, super altare posuit, ipsaque stans coram populo, Deo et piæ Matri ejus gratias agebat. Protinus ipse rursus omnia signa præcepit sonari, incipiens secundo præfatum hymnum. Qui antequam finiretur, divinæ pietati placuit tertium superaddere miraculum.

Quidam etenim juvenis miles, filius videlicet Carnotensis vicedomini, qui in castello quodam catenis religatus captus servabatur, subito insperatus ecclesiam ingreditur, et matre sua cum militibus et civibus sibi occurrente, lætus ad altare progreditur, genibusque flexis coram feretro, et per Dominam nostram se dicens ereptum, quadraginta solidos ei statim obtulit. Quod cernens episcopus, non solum in majori ecclesia, sed et in omnibus aliis ecclesiis etiam minimis per totam urbem, omnia signa diutius sonari, et Deo laudes directis nuntiis præcepit decantari, ipse tertio incipiens *Te Deum laudamus*. Quantus per totam urbem signorum strepitus et clangor, quæ vox lætitiæ, quot dulcium lacrymarum flumina præ nimia exultatione, ab utroque sexu et diversa ætate sint effusa, etiam nobis tacitibus pius lector facile potest advertere. Sic itaque fratres nostri, beatæ Mariæ miraculis exhilarati, fidelium donis locupletati, ad nos cum gaudio circa festum Sancti Mathæi evangelistæ redierunt, totamque urbem Laudunensem hujusmodi relationibus valde lætificantes, post tribulationis luctum, novum gaudium nobis intulerunt. Per omnia benedictus Deus, qui vixit et regnat per omnia sæcula sæculorum.

## CAPITULA LIBRI SECUNDI.

- CAP. I. *De surdo et muto apud Nigellam curato.*  
 CAP. II. *De aurifice cæco Atrebat.*  
 CAP. III. *De puella sanata apud Sanctum Audomarum.*  
 CAP. IV. *De liberatione clericorum sanctæ Mariæ in mari a piratis.*  
 CAP. V. *De vindicta super negotiatores facta apud Dobras.*  
 CAP. VI. *De muliere parturiente liberata Cantuariæ.*  
 CAP. VII. *De cæco illuminato apud Wintoniam.*  
 CAP. VIII. *De alio infirmo ibidem curato.*  
 CAP. IX. *De duodecim infirmis ibidem curatis.*  
 CAP. X. *De puella infirma curata apud Christikercam.*  
 CAP. XI. *De incredibili vindicta Dei ibidem facta.*  
 CAP. XII. *De infirmis septemdecim sanatis apud Essecestram.*  
 CAP. XIII. *De glutino contracto curato in episcopatu Salesberiensis.*  
 CAP. XIV. *De febricitante curato apud Wiltoniam abbatiam sanctimonialium.*  
 CAP. XV. *De puella cæca illuminata apud Danavezariam.*  
 CAP. XVI. *De surdo ibidem sanato.*  
 CAP. XVII. *De puella curva apud castrum Bannistaplum curata.*  
 CAP. XVIII. *De monacho claudo ibidem curato.*  
 CAP. XIX. *De alio claudo curato apud castrum Totenes.*  
 CAP. XX. *De mirabili vindicta ibidem facta super eo qui se suspendit.*  
 CAP. XXI. *De liberatione clericorum per sanctam Mariam apud castrum Bristolth.*  
 CAP. XXII. *De puero sanato apud Bagejam civitatem.*

## 534 LIBER SECUNDUS.

De his quæ per Angliam gesta sunt.

CAP. I. — *De surdo et muto apud Nigellum curato.* A Dominicam palmarum ab urbe Laudunensi in pace dimisimus.

Ex oblationibus ergo fidelium per Franciam collectis, toto autumnali et hiemali tempore templum Dominæ nostræ ex magna parte reparatum est. Sequenti vero Quadragesima, cum adhuc pars operis maxima superesset, pecunia vero paulatim decreveret, consuluerunt nobis nonnulli sapientes, ut denuo ex canonicis aliqui eligerentur, qui tam litterarum scientia quam modulatione canendi et peritia Laudunensi Ecclesiæ forent honori, et cum feretro Dominæ nostræ sanctorumque reliquiis in Angliam transmitterentur, quæ tunc temporis magna divitiarum florebat opulentia, pro pace, et justitia, quam rex ejus Henricus (54) filius Guillelmi regis in ea faciebat. Electi sunt itaque ex canonicis Boso presbyter, neposque ejus Robertus, Radulphus presbyter, Matthæus, cognatusque ejus Bonifacius, Robertus genere Anglicus, et Helinandus, Joannes presbyter parochiæ Sancti Martini, et Amisardus clericus. His ergo electis, feretrum Dominæ nostræ tradidimus cum aliis pluribus sanctorum reliquiis, inter quas eminebat et forma et dignitate unum phylacterium, in quo sic sculptum legitur :

*Spongia, cruz Domini, cum sindone, cum faciali Me sacrat, atque tui Genitrix et virgo capilli.*

Tantis itaque talibusque fultis præsiidiis, præfatos socios nostros in Angliam transmisimus, prospera et illis imprecantes, et cum magna processione aliquantulum eos prosequentes, feria secunda ante

Redeuntes autem eodem anno mense Septembri, circa Nativitatem Sanctæ Mariæ, sic nobis ea quæ sibi contigerant retulerunt. Egressi, inquirunt, a vobis venimus ad castrum, quod Nigella (*Nelle*) vocatur, in pago Vermadensi, et honorifice suscepti fuimus a canonicis, et a domno Radulpho patre domni Ivonis, ejusdem castri principe et possessore. Qui videlicet Radulphus habebat in domo sua quemdam a nativitate surdum et mutum, nomine Joannem, quem ab infantia nutrierat usque ad virilem ætatem, ita ut tunc barbam prolixam haberet. Hic ergo videns populum causa sanctorum reliquiarum ad ecclesiam festinantem, nutu signorum a domino suo communitus, etiam ipse cum aliis cucurrit. Potata deinde aqua, de qua sanctæ reliquiæ lotæ fuerant, ore quoque et auribus ejus diligenter ex ea lotis, sub feretro recubuit et obdormivit. Nec mora, videntibus cunctis præ nimia anxietate toto corpore sudorem cœpit emittere, sanguis etiam ex auribus et naribus atque venis, quæ circa guttur et collum prominebant, ac si ruptæ forent, ubertim profluere. Evigilans post paululum surrexit, et coram feretro stans clamare cœpit in voce exsultationis, sed non confessionis, quoniam loqui nesciebat, quod non didicerat, qui nunquam audierat. Quod tamen alios dicentes audiebat, hoc ipse respondere compellantibus et sibi loquentibus volens, post illos dicebat. Quæ tunc

(54) Henricus I rex Anglor. Guillelmi I filius.

populi lætitia, quis clamor fuerit, nullus sufficienter referre valebit. Sic ille, perfecte sanatus, fere usque ad mare nos est persecutus; nobiscum etiam transisset, nisi eum reverti rogassemus.

CAP. II. — *De aurifice cæco illuminato Atrebat.*

Inde circa Parasceven Atrebatum urbem venientes, non minus honorifice suscepti sumus. Et ecce quidam aurifex senex in eadem urbe manens, qui jam per duodecim annos oculorum lumine privatus fuerat, audiens feretrum Sanctæ Mariæ Laudunensis advenisse, interrogabat formam, vel qualitatem, seu quantitatem ejusdem feretri. Quam cum didicisset, protinus ex imo pectoris trahens alta suspiria, lacrymasque **535** ubertim profundens: Heu! inquit, hoc feretrum manibus meis composui ego peccator in juventute mea, jussu Domni Helinandi Laudunensis episcopi. In hoc idem episcopus pretiosas reliquias posuit, inter quas fuit caput sancti Walarici abbatis, nec non et caput sancti Montani, qui, sicut ab eodem episcopo audivi, cum oculorum visum amisisset, ortum sancti Remigii beatæ Cilniæ matri ejus prænuntiavit, sibique de lacte ejus lumen reddendum subjunxit, quod et postea contigit. Sed, o tu piissima Dei genitrix, quam hodierna die huc gaudeo advenisse, faciesne misericordiam tuam in me peccatore, ut instar sancti Montani recepto lumine feretrum tuum, quod composui, rursus possim videre? Talia cum lacrymis dicendo, rogavit ut ex lympa, qua reliquiæ lotæ fuerant, oculi sui tangerentur. Quo facto, de ipsa aqua bibit, sicque per totam noctem in oratione pervigil coram feretro mansit. Mane factum lumen recepit, Deoque et piæ Matri ejus gratias egit.

CAP. III. — *De puella sanata apud Sanctum Audomarum.*

Inde ad Sanctum Audomarum venimus, ubi puella quædam a nativitate manum aridam habens ex aqua reliquiarum bibit, manusque ejus ex ea lota est, et sic sanata est.

CAP. IV. — *De liberatione clericorum Sanctæ Mariæ in mari a piratis.*

Postmodum mare transire sperantes, ventumque prosperum exspectantes, tempore paschali, in festo Marci evangelistæ, summo mane apud portum, qui vocatur Wissant, a nautis convocati, navem intravimus. Nobiscum etiam plures negotiatores introierunt, qui propter lanam emendam de Flandria in Angliam ire volebant, sequere nobiscum securius transire sperabant, plusquam trecentas marcas argenti secum in sacculis et marsupiiis ferentes. Magister navis vocabatur Coldistannus. Cum ergo quasi circa medium maris venissemus, unus ex sociis nostris, a longe prospiciens, vidit procul navem velut in littoris angulo positam. Quod cum præfato Coldistanno indicasset, ille juvenem usque ad sum-

mitatem mali, explorandi causa jubens conscendere, ex dictis ejus animadvertit piratarum, qui per mare prædandi causa discurrunt, navem adesse, statimque nimis perterritus indicavit omnibus mortem propinquam imminere.

Protinus omnes timore necis reddimur exsanguis, e vestigio enim cernimus navem appropriantem instar volucris advolantis, lanceas et clypeos cum gladiis coruscantes, loricas etiam solis splendore perfusas relucentes. Peccata nostra invicem confitemur; et quia mors jam ad januam adesse videtur, non exspectatur presbyter ad suscipiendam confessionem, sed etiam ipse presbyter rerum imminenti periculo perturbatus laico confitetur (54). Negotiatores quoque prædicti jam de vita desperantes in tanto positi periculo, sacculos et marsupia sua cum tota pecunia Dominæ nostræ offerunt, et super ejus feretrum projiciunt, cum nimio fletu misericordiam ejus implorantes, ut corpora sua tantummodo de piratarum manibus et exitio mortis eripiat, totamque pecuniam eorum propter ecclesiam suam restaurandam ipsa retineat.

Interea piratæ fiunt propinquiore paulatim, ita ut jam vix jactu sagittæ distare viderentur. Sed cum in tanta necessitate positi omnino de vita desperarem, Bosonem presbyterum, quem cæteris provectiorem videbat Coldistannus, exhortatur ut assumptis sanctæ Mariæ reliquiis potestatem sibi nocendi piratis interdicat. Illico presbyter ex fide viri animatus, genibus flexis eorum feretro, Matrem Domini lacrymis perfusus suppliciter invocat; deinde velociter surgens, supradictum phylacterium capillis ejus pretiosum, cum timore et devotione fidenter accipit, ipsoque Coldistanno viriliter eum utraque sustentante, in eminentiorem puppis locum ascendit, et manu contra hostes elevata, ne ultra veniant, ne nobis nocendi potestatem habeant, ex auctoritate Dei matrisque sanctæ Mariæ fortiter adjuvando prohibet et interdicat. Et, o mira divinæ virtutis potentia! mox ut verba complens signum crucis de eodem phylacterio contra hostes fecit, dicto citius, vento vehementi et contrario, navis eorum impulsa retro propellitur, malus navis eorum frangitur, parsque ejus super unum ex ipsis decidens, eum exterebrat, et in mare mortuum præcipitat.

Jesu pie, Jesu bone, quæ nobis tunc adfuit lætitia et exsultatio, quando concidisti saccum perturbationis nostræ, et circumdedisti nos lætitia misericordiae tuæ! (*Psal.* xxix, 12.) Quantas tibi protinus, Matrique tuæ Dominæ nostræ laudes erepti de morte persolvimus! Ventus siquidem, qui hostibus nostris erat **536** contrarius, nobis factus est prosper et salubris, ita ut cum gaudio recolentes canticum Moysi tam celeriter nos transvehi miraremur. Brevi itaque mora interposita læti ad portum pervenimus, disponentes partem pecuniæ reddere negotiatoribus,

(54) Videsis (*Patrologiæ nostræ* t. CL, col. 625) animadversiones nostras ad lib. B. Lanfranci De celandæ confessione.



quam ipsi timore mortis Dominæ nostræ donantes super ejus feretrum posuerant, imo turbati projece- rant. Sed illi mox ut littus attingentes viderunt se necis evasisse periculum, pristini metus obliti, sine nostra licentia unusquisque sacculum suum et marsupium assumpsit, Dominæque nostræ solo verbo gratias agentes, nihil ei reliquerunt.

CAP. V. — *De vindicta super negotiatores facta apud Dobras.*

Quam tamen exinde vindictam Matri suæ iudex justus fecerit Filius suus, audiant omnes qui, sua Deo dantes, rursus ea auferunt. Cum enim tota pene Anglia circumta, maximos lanæ acervos emendo pecuniam suam expendissent, ipsaque lana quamdam magnam domum super littus maris, quod Dobras (*Douvres*) dicitur, sitam replessent, ecce nocte transitus sui diem præcedente subito incendio domus eadem cum tota lana cremata est; sicque illi, omnibus amissis pauperes effecti, sero pœnitentes doluerunt se injuriam fecisse Reginæ cœli.

CAP. VI. — *De muliere parturiente liberata Cantuariæ.*

Nos itaque non ex umbra mortis, sed ex ipsis faucibus ejus, ut nobis visum est, liberati, gratiarum laudes Dominæ nostræ referentes, assumpto ejus feretro atque reliquiis Cantuariam venimus, ubi tunc erat archiepiscopus dominus Guillelmus nobis notissimus, quoniam jam dudum pro audientia lectione magistri Anselmi Laudunum petens, multis diebus in episcopi domo manserat, ibique filios Radulphi cancellarii regis Anglorum docuerat. Hic ergo cum ingenti gaudio nobis occurrens, honorificentissime nos cum monachis Sancti Augustini suscepit, et quandiu voluimus benigne retinuit. Et ecce matrona quædam ejusdem urbis ditissima, jam per octo dies nimio partus dolore cruciata, omnino fuerat desperata, ita ut de solo ejus funere tractaretur. Hæc audiens adventum nostrum misit ad nos virum suum, quærentem si quis nostrum sciret aliquam pariendi medicinam. Tunc Boso presbyter, cui præcipue cura reliquiarum servandarum commissa fuerat, consuluit ei ut conjugem suam exhortaretur veracem peccatorum suorum confessionem presbytero suo facere, deinde ex lympha qua reliquiæ lotæ forent fideliter bibere. Rediens maritus quæ invenerat conjugi retulit. Sed illa, quæ jam penitus non solum loquelam, verum etiam memoriam pro doloris nimietate perdiderat, auxiliante Deo protinus ex ipso calore fidei aliquantulum roborata et recreata, venienti presbytero peccata sua confiteri curavit, deinde subjunxit eandem nocte sibi in visu quamdam speciosissimam Dominam de Francia venientem apparuisse, et ut peccata sua veraciter confiteretur præcepisse sicque se sanandam fore promisisse.

Cum hæc presbyter post confessionem auditam ad nos veniens retulisset, illico nos ab ejus marito ro-

A gati, et pro relatione presbyteri de futura ejus sospitate certificati, cum reliquiis ad lectum decumbentis venimus, easque coram ipsa lavantes, et aquam lavationis ei potandam tradentes, continuo discessimus. Et ecce priusquam ad ecclesiam reversi essemus, nuntius post nos accurrens, eam peperisse et sanatam esse retulit. Unde tam ipsa quam maritus ejus exsultantes, multa munera ei ornamenta Dominæ nostræ contulerunt; post reditum etiam nostrum vestimenta pretiosa sacerdotalia Laudunensi ecclesiæ ipsa transmisit.

Hoc autem probatissimum apud nos erat nullum omnino posse sanari, nisi esset de ipso episcopatu in quo eramus, providente, sicut credimus, Dominæ nostræ ne aliquis ignotus æger de longinquis partibus adveniens diceretur spe quæstus a nobis pretio conductus esse, vel ipse pro accipienda pecunia advenisse, sicque sermonibus imperiti vulgi viliores redderentur. De illis etiam, qui erant ex ipso episcopatu, nemo curabatur, nisi prius peccata sua presbytero suo confiteretur, si tamen ætatis esset idoneæ. Quod si infantulus erat, admonebantur parentes vice puerorum facere confessionem.

CAP. VII. — *De cæco illuminato apud Wintoniam.*

Postmodum ad urbem Wintoniensem venientes, et honorifice ab urbis ipsius episcopo suscepti, per octo dies ibi mansimus, in quibus plurima fieri miracula vidimus. Erat in eadem civitate miles quidam honorabilis, nomine Radulfus, cognomento Buarius, pincerna regis Anglorum, 537 qui jam per octo annos oculorum lumen amiserat, unde et a rege pro ipsa cæcitate filiiis suis officium suum reddi impetraverat. Hic ergo in die Ascensionis Dominicæ compertis miraculis quæ fiebant, ad feretrum se fecit adduci, peccatorumque confessione presbytero suo facta (55), lotarum reliquiarum aquam fideliter bibit, et oculos suos ex ea fecit lavari. Episcopo itaque majorem missam in ecclesia pro tanta solemnitate celebrante, cum post evangelium sermo finitus fuisset, rogante populo, cum reliquiis de ecclesia exivimus, ne molestiam episcopo faceremus. Cum vero in platea coram ecclesiæ janua rursus sermo fieret et episcopus canonem inciperet, subito idem Radulfus ad reliquias pro foribus ecclesiæ positas lumen recepit, Deumque et sanctam ejus Matrem cum clamore laudare cœpit. Quod miraculum in tanta veneratione est habitum ut quinque ipsa die reverteretur populus ad audiendum verbum, et honorandas reliquias oblationesque repetendas.

CAP. VIII. — *De alio infirmo ibidem curato.*

Erat in eadem urbe quidam ditissimus Gualterus, cognomento Kiburs, qui jam sex annis infirmitate gravissima sic depressus fuerat ut nunquam de lecto surgere potuerit. Auditis ergo miraculis Dominæ nostræ, per internuntios a nobis poposcit auxilium. Ipse enim cum alia infirmitate etiam fluxu ventris adeo laborabat ut nec etiam competenter in

(55) Nota diversis in locis semper *presbytero* dicuntur peccata confessa.

lecto deferri posset. Mandavit itaque ei Boso presbyter ut peccatorum suorum veram confessionem presbytero suo faceret, et quia non solum prius, sed etiam in ipsa ægritudine dicebatur multoties usuras a debitoribus accepisse, promitteret Deo se nunquam ulterius eas sumpturum, et de acceptis congrue debitoribus satisfactorum. Obedivit ille; deinde ut cum reliquiis iremus ad eum humiliter rogavit, quoniam ipse ad nos non poterat deferri. Missi sunt tres ex nostris Boso presbyter, Robertus et Bonifacius. Venerunt ad eum, reliquias coram eo et in aqua laverunt, et ex ea potum illi dederunt, ipsumque ea resperserunt. Mirum dictu! Qui sex annis in lecto decubuerat, illico sanus surrexit, et exiliens ad Dominæ nostræ feretrum gratias agens cucurrit.

Tribus clericis qui ad eum ierant tres annulos aureos dedit, coram feretro tres scyphos argenteos, multamque pecuniam, et alia ornamenta obtulit. Quæ cum in platea publice prolata nonnulli videntes, pro multitudine divitiarum ejus dicerent eum pauca obtulisse, nam ferebatur plusquam tria millia libras Anglicæ monetæ in thesauro ejus repositas esse, respondebat ille se ad præsens nolle amplius dare, donec usuras, quas a debitoribus suis acceperat, redderet, sicut Deo promiserat. Unde protinus per totam urbem fecit clamari ut qui ei usuras dederat veniret, et sua reciperet. Quanta tunc ibi fuerit vox lætitiæ et laudationis, dicentibus universis per Dominam nostram sanctam Mariam alterum Wintoniæ repræsentatum esse Zachæum, et plus de usurarum redditione animæque ejus salvatione quam de corporali curatione Deum laudantibus; nec ipse Tullius, si adfuisset, explicare digne potuisset.

CAP. IX. — *De duodecim infirmis ibidem curatis.*

Plures alii etiam infra octo dies, quibus in eadem urbe Wintoniensi mansimus, curati sunt infirmi, quod propter tædium auditoribus removendum, singillatim enumerare prætermisimus. Hoc tantum fidenter asserimus, palam et publice duodecim sanatos fuisse, quorum alii surdi, alii claudi, quidam cæci, quidam fuerant muti. Quique omnes aut de ipsa civitate, aut de circumjacenti erant regione; ideoque cunctis fuerant noti.

CAP. X. — *De puella infirma curata apud Christikerca.*

De Wintoniensi civitate venimus ad villam quæ dicitur Christikerca, id est, *Christi Ecclesia*, ubi in octavis Pentecostes annum festum, et conventus celeberrimus solebat esse negotiatorum. Appropinquantes ergo eidem villæ, tanta subito tamque vehementi depressi sumus inundatione pluvie, ut nunquam antea nos similem vidisse meminerimus. Ecclesiam ipsius oppidi decanus quidam cum duodecim canonicis tenebat, qui rogantibus nobis ut susciperemur, respondit ecclesiam illam necdum ex integro fore constructam, ideoque nos non recipiendos, ne solitam amitteret negotiatorum oblationem. Vix tamen nobis concessit ut, donec nimietas pluvie

A cessaret, feretrum Dominæ nostræ super quoddam minus altare poneretur, in remota ejusdem ecclesiæ parte. Sed cum videret quosdam negotiatorum qui miracula Wintoniæ gesta audierant, feretrum Dominæ nostræ cum oblationibus expetere, et majus altare dimittere, felle commotus iracundiæ, jussit illud de ecclesia ejici. Ejecto feretro, non est facile dictu quantam anxietatem patiebamur, quoniam et immensitas pluvie, tam nos quam equos nostros adhuc vehementer deprimebat, et tota villa negotiatoribus repleta, nusquam nobis hospitandi locus patebat.

Sed in tanta miseria citius nos respexit Dominæ **536** misericordia. Nam matrona quædam calamitati nostræ compatiens, virum suum exorat ut domum novam quam ædificaverat, namque [*f.*, eamque] negotiatoribus pro duobus marcis locaverat, cœlesti Reginæ quæ a decano de ecclesia expulsa fuerat, ipsa die commodet et in ea tam ipsam quam clericos ejus sequenti nocte hospitari permittat, negotiatoribusque mandet ut interim sibi aliud hospitium quærant. Annuit maritus conjugis precibus, nosque jam pene pluvie vehementia madefactos et deficientes in domum suam novam suscepit, vestesque nostras luto perfusas ablui fecit et exsiccari; feretrum et reliquias Dominæ nostræ competenti loco decenter cortinis exornato collocat; deinde nobis omnem hospitalitatis humanitatem exhibere curat.

C Unus ex negotiatoribus tres campanas, quas venales habebat, ad domus ejusdem laquearia suspendit, earumque sonitu convocat socios, et locum ascendens eminentiorem, quomodo decanus feretrum nostrum de ecclesia sua ejecerit refert, et ut nullus eorum ad ipsam ecclesiam eat, sed omnes potius ad hospitium nostrum divinum officium auditori convenient exhortatur. Postremo cuncti, pariter congregati, unanimiter edictum proponunt ut, si quis negotiatorum ecclesiam ingrederetur, quinque solidos sociis persolveret. Erat autem tunc Sabbatum ante octavas Pentecostes.

Tantam itaque hospitis nostri benevolentiam protinus ostendit Domina nostra se gratanter recepisse. Habebat siquidem idem hospes noster prope oppidum unam domum, in qua boves ejus et pecora servabantur, ibique manebat quidam pauper rusticus, eisdem pecoribus custodiendis deputatus. Hujus rustici filia, puella parvula, tortum pedem a natiuitate habebat, ita ut calcaneus in anteriori parte, digiti vero pedis in posteriori positi essent. Rogati ergo ab hospite nostro ut de aqua reliquiarum lotarum ejusdem puellulæ pes debilis contingeretur, fecimus eam adduci. Bibit ex aqua ipsa, pesque ejus ex ea lotus est. Vigilavit coram feretro illa nocte. Mane autem facto, dum more solito missam coram feretro in eadem domo solemniter cantarem (altare siquidem portatile, et omnia missæ necessaria nobiscum ferebamus) ecce puellula sanata, pedem

rectum omnibus ostendit, dominosque suos, A **justa** protestatus, quod male gesserat, sibi indulgeri exorabat.

(1. — *De incredibili vindicta Dei ibidem facta.*

prandium eadem die Dominica, licentia ab accepta gratiarumque actione pro beneficio illis reddita, de oppido exivimus. Sed non t justus Judex Matri suæ factam injuriam vindixit. Vix enim dimidio stadio procul recesseramus ecce post nos cum clamore cursores super adveniunt, et ut ardentis villæ succurramus ut. Respicientes post tergum, videmus totam succensam cremari. Interrogantes vero quod id contigisset, audivimus ab eis draconem de no mari egressum nobis discedentibus in vil- B involasse, et primitus ecclesiam, deinde quasomodo flamma, quam ex naribus suis emittebat, disse. Quod audientes et humana curiositate prodigium videre sitientes, deputatis feretro et custodiibus, velociter super equos ad vicum imus cernimusque draconem incredibilis lon- nis quinque capita habentem, per nares flam- ubiphureas emittentem, et de loco ad locum em, domosque singillatim succendentem. Res vero usque ad ecclesiam jam eam invenimus matam, et sic incredibiliter, ut non solum sed et ipsi parietes, imo maximi lapides, ipsa- laria in favillam et cinerem funditus essent a, ita ut omnibus inspicientibus stupor exinde illis incuteretur.

mus vero ubi vidit domum suam et ecclesiam isam, vestes et supellectilem suam festinan- ligens et circumligans ad navem, quæ in pro- naris littore defixa erat, fecit deferri, sperans ab igne posse salvari. Sed draco protinus, ac- ter hoc solum venisset, navem volatu petens, quæ in ea erant succendit, deinde, mirum et incredibile auditu! ipsam quoque navem cremavit. Ad domum quoque hospitis nostri tes, et quomodo se haberet scire volentes, mus eum, salva domo, et omnibus quæ habe- santantem, suamque liberationem bonæ ho- suæ cæli Reginæ deputantem. Non solum vero mus ejus, in qua hospitati fuimus, sed et alia D posita, in qua pecora ejus servari diximus, illæsa, ita ut de omnibus rebus suis nihil o perdiderit. Negotiatores etiam, qui multam impenderant benevolentiam, ita superna fovit ut aut nihil aut parum de rebus suis amise- raria enim ibidem consuetudo erat uno tantum rare nundinas, finito prandio jam omnes sar- suas collegerant, et circumligatas antequam veniret reposuerant. Terrorem tamen maxi- llis incussit aspectus draconis, ita ut eos cur- r diversa videremus fugientes. Decanus vero si feretrum Dominæ nostræ de Ecclesia ejece- ra motus poenitentia, nudis pedibus illud pro- s est, et coram eo prostratus, judiciumque Dei

539 CAP. XII. — *De infirmis septemdecim sanatis apud Essecestram.*

Inde venimus ad urbem quæ dicitur Essecestra, ubi erat Robertus archidiaconus, qui diu manserat Lauduni pro audienda lectione magistri Anselmi, A quo gratantissime suscepti mansimus ibi per decem dies. In quibus miracula plurima contigerunt, quorum præcipua et excellentiora fuerunt de septemdecim infirmis curatis, quibusdam cæcis, aliis surdis, mutis et claudis. Contendebant cives mirabiliter quis eorum nos hospitio susciperet, vel quis susceptis necessaria procuraret. Erat ibi qui- dam infirmus qui jam per viginti quatuor annos ad B portam templi recubuisse jugiter in lecto ferebatur, ita ut nusquam ire posset, nisi a duobus portaretur. Hic, septimo die adventus nostri consilium a nobis quærens, confessus est peccata sua, bibit ex aqua lavationis reliquiarum et ex ea lotus obdormivit. Protinusque, mirabile dictu! sanatus ex integro, exsiluit de grabato, in quo tantopere jacuerat, et videntibus cunctis ad feretrum currens, et coram eo stans in voce exultationis et confes- sionis, Deo et piæ Matri ejus gratias referebat.

CAP. XIII. — *De Glutino contracto curato in epi- scopatu Salesberiensis.*

Erat ibi et alius contractus, nomine Glutinus, qui merito sic vocabatur, quoniam toto corpore sic C erat conglutinatus, ut calcanei natibus, et tibiæ dorso inhærerent, ita ut velut in unum globum re- ductus, faciem assidue super genua teneret. Hic ergo, cum peccata sua confessus et aqua lavationis reliquiarum lotus, intra decem dies quibus ibi man- simus non curaretur, mirantibus nobis et unde esset quærentibus, profitetur se non esse de ipso episcopatu, sed de Salesberiensis. Protinus a nobis acriter objurgatus cur tentasset ibi sanitatem asse- qui, quam certum et probatum erat nulli extra episcopatum suum donari, cum lacrymis et nimio ejulatu cœpit nos miserabiliter adjurare ut, pro Dei sanctæque Matris ejus amore, ad ipsam urbem Sa- lesberias proficisceremur.

Tam ipsius ergo quam totius plebis id ipsum ex- D orantis satisfaciens precibus, post decem dies egressi de Essecestra, et retrogradum iter arripientes, ad ipsam urbem tendere cœpimus. Et ecce ipse itineris peritus vehiculo sedens jam processerat, et in ipso principio episcopatus nos operiebatur. Vix autem nobis ingressis primum stadium episcopatus, ecce ipse qui præcesserat, cum vehiculo occurrit; statimque velut Domina nostra nolente eum ulterius fatigari, perfecte curatus de curriculo exsilivit, et omnibus qui undique cernen- tibus confluabant, ad feretrum gratias agens in me- dia via cucurrit. In hoc revera probatum est illud, quod supra diximus, nullum extra suum episcopa- tum potuisse sanari. Inde ergo, sicut dispositum fuerat, ad ipsam urbem Salesberias pervenimus

ubi honorifice suscepti sumus ab episcopo ipsius urbis, pro notitia magistri Anselmi, quoniam cognati ejus Alexander et Nigellus ad scholam ejus diu manserant Lauduni.

CAP. XIV. — *De febricitante curato apud Wiltoniam abbatiam sanctimonialium.*

Postea venimus ad quamdam abbatiam sanctimonialium, quæ vocatur Wiltonia, ubi nobis ostenderunt sepulturam venerabilis Bedæ presbyteri, egregii doctoris; prope quem sepulta est inclyta versificatrix, quæ proprio nomine vocata est Murier. Quidam ex longo tempore febricitans jacebat ad sepulcrum venerabilis Bedæ presbyteri, ubi quamplures consueverant sanari. Eadem nocte adventus nostri apparuit ei in somnis Murier illa versificatrix, dicens ei: Non potes hic modo per Bedam sanari, quoniam beata Domini Mater ad nos descendit. Quod cum nobis in crastino retulisset, et ex aqua reliquiarum lotarum bibisset, illico sanatus est. Reversi sumus per Essecestram, non tamen introivimus urbem, quamvis a multis rogaremur, ne viliores essemus, quoniam jam decem diebus in ea manseramus.

CAP. XV. — *De puella cæca illuminata apud Danavexeriam.*

Exinde venimus in provinciam quæ vocatur Danavexeria, ubi ostenderunt nobis cathedram, et furnum illius famosi secundum fabulas Britannorum regis Arturi, ipsamque terram ejusdem Arturi esse dicebant. Ibi nos plurimum honoravit quidam clericus nomine (56) Agardus, qui jam diu Lauduni manserat, quique postmodum in Northmannia factus est episcopus urbis Constantiniensis. Dum ergo ibi essemus, puella quædam fere decennis, nomine Kenehellis, cæca a nativitate, in villa quæ Bomine 540 vocatur, ad feretrum venit, et lota oculis ex aqua reliquiarum lumen recepit.

CAP. XVI. — *De surdo ibidem sanato.*

Sed et juvenis quidam in eadem villa surdus a nativitate ad feretrum venit, et lotus aures aqua reliquiarum protinus audivit. Quidam etiam vir ibidem manum aridam habens, coram feretro pro sanctitate recipienda vigilabat. Sed sicut Britones solent jurgari cum Francis pro rege Arturo, idem vir cœpit rixari cum uno ex famulis nostris, nomine Haganello, qui erat ex familia domni Guidonis Laudunensis archidiaconi, dicens adhuc Arturum vivere. Unde non parvo tumultu exorto, cum armis ecclesiam irruunt plurimi, et nisi præfatus Algardus clericus obtulisset, pene usque ad sanguinis effusionem ventum fuisset. Quam rixam coram feretro suo factam credimus Domine nostra displicuisse, nam idem vir manum habens aridam, qui pro Arturo tumultum fecerat, sanitatem non recepit.

CAP. XVII. *De puella curva apud castrum Bannistaplum curata.*

Post hæc venimus ad castrum, quod dicitur Ban-

(56) *Algarus* vocatur in Gallia Christiana.

A nistaplum, ubi manebat quidam princeps, nomine Joellus de Totenes, cujus uxor erat germana Guermundi de Pinkeni (*Pequigny*). Hic ergo partim pro conjugis suæ notitia, quæ de Ambianensi erat religione, unde et nostra videbatur esse comprovincialis, magis autem pro miraculis quæ per Dominam nostram facta didicerat gratantissime nos suscipiens, per triduum secum retinuit, scyphumque argenteum, et calicem pretiosum, nec non et cortinas, aliaque ornamenta, quæ adhuc in Laudunensi servantur ecclesia, sed et equum, qui ea deferret, dedit, multaque alia; quindecim libras Laudunensis monetæ valentia superaddidit. Cujus devotionis quasi cita remuneratrix volens esse Domina nostra, evidens ibi miraculum ostendit. Puella namque duodenis in ejus domo manebat, adeo toto corpore incurvata ut nusquam ire valeret, nisi quod solummodo cum scabellulis rependo per terram se trahebat prout poterat. Hæc ergo ad feretrum adducta, peccata confessa, aqua reliquiarum lota, quandiu ibi fuimus non est curata, sed cum jam nobis discedentibus cum magno fletu clamaret, Heu! piissima Domina sancta Maria, ergone sic discedes, et me non curatam relinques? protinus videntibus cunctis sanata, projectis scabellulis exsiliens stetit, et ad feretrum gratias agens cucurrit.

CAP. XVIII. — *De monacho claudo ibidem curato.*

Monachus etiam quidam religiosus de charitate C ibidem manebat, in cella quam præfatus princeps Joellus ædificaverat, qui jam per biennium morbo insanabili, quem medici sciam vocant, adeo laboraverat ut nusquam nisi claudicando et baculo substandando posset incidere. Hic ergo per totum triduum nobis in eadem ecclesia remorantibus pro posse suo dulcissime serviens et ex aqua lotarum reliquiarum lotum morbi super femur lavans quandiu ibi fuimus non est curatus; sed, cum jam de castro egressi licentiam a populo gratias agentes peteremus, et ipse nos cum baculo claudicando prosequeretur, repente curatus baculum projecit, et ad feretrum cursim veniens, videntibus cunctis libenter, et hilariter illud amplexando deosculatus humerum supposuit, et ex una parte longius nobiscum deportavit.

CAP. XIX. — *De alio claudo curato apud castrum Totenes.*

Post hæc ad præfati principis Joelli castrum venimus, quod Totenes dicitur, deducuntibus nos quibusdam ex hominibus ejus, ubi honorifice a quibusdam monachis suscepti triduo ibi mansimus. Quidam ergo senex illic manebat a nativitate claudus, et omnibus notus, ut pote præpositi ejusdem castri germanus. Hic, auditis miraculis quæ fiebant, cum fide et multa devotione ad feretrum venit, et ex aqua lavationis reliquiarum bibens, eaque lotus protinus coram populo est erectus. Quod miracu-

lum in tanta veneratione est habitum ut confestim germanus ejus ipsius castri præpositus ad feretrum quadraginta solidos Angliæ monetæ obtulerit, infinitusque populus post eum multa addiderit.

CAP. XX. — *De mirabili vindicta ibidem facta super eo qui se suspendit.*

Sed ecce terribile miraculum sequitur, quod a tempore Judæ proditoris raro contigisse legimus. Tres siquidem juvenes ejusdem territorii, carnis consanguinitate ad invicem propinqui, videntes tantam pecuniam ad feretrum deferri, detrudere nobis cœperunt, dicentes nos quæstus causa magicis artibus talia facere miracula. Quorum unus alios duos exhortatur ut secum ad feretrum eant, simulantesque se illud osculari, **541** de nummis super altare positis ora sua lambendo repleant. Abnuentibus illis tantum facinus perpetrare sanctamque Domini Matrem offendere, perfidus ille cœpta persistens in malitia, dimisso foras equo cui sedebat, ecclesiam intravit, ad feretrum venit, simulansque se illud veneranter deosculari, de acervo nummorum quantum potuit ore rapuit, et protinus exivit, conscensoque equo socios qui eum præstolabantur repetens, nummos quos rapuerat ostendit, usque secum ad proximam tabernam irent potatam invitavit. Respondentibus illis se quidem cum eo ituros, sed de tali furto non bibituros, miser ille tabernam introiit, et, prout libuit, satiatus exiit. Postea illi duo ad populi conventum redeunt; infelix vero ille, conscenso equo, cœlesti vindicta eum persequente, proximam silvam, quæ vix dimidio milliario procul erat, expetiit, restequæ linea collo suo circumligata, in unius arboris ramo se suspendit. Equus cui insederat, vacuus ad populum rediens, mirum intuentibus stuporem præbuit. Statim præfati duo juvenes, comparis sui equum recognocentes, et quid ei contigisset admirantes, sed nescientes equi vestigia, perscrutando et cursim prosequendo ad silvam celeriter pervenerunt, eumque reste suspensum, et jam mortuum invenerunt. Deponentes autem eum, et marsupium, quod ad ejus balteum pendeat, solventes, nummos quos rapuerat, adhuc recenti saliva oris ejus infectos, reppererunt. Quod protinus cum maximo luctu ad feretrum reportantes super altare reposuerunt, terræque prostrati, et pro defuncti cognati sui anima misericordiam sanctæ Dei Genitricis implorantes, coram universis facinus quod miser perpetraverat retulerunt. Videres populi catervas audito tanto scelere stupentes, et pro tam celeri vindicta pectora sua tundendo ubertim lacrymas emittentes.

CAP. XXI. — *De liberatione clericorum per sanctam Mariam apud castrum Bristolth.*

Inde venimus ad fortissimum illud castrum, quod vocatur Bristolth, quod magno flumine circumdatur, per quod maritimas naves de Ibernâ insula variis mercibus onustas, tunc quam plurimi nego-

tiatores illuc adduxerunt. Nos ergo a clericis ejusdem castri gratanter suscepti, audientesque naves multas advenisse, gavisi nos emendarum novarum vestium opportunitatem invenisse, ad portum descendimus, navesque introgressi, tantam varietatem diversarum mercium diligenter et avidè, utpote novitatis videndæ curiosi, perspiciebamus. Quod cernens hospes noster, innotuit nobis consuetudinem Hibernentium negotiatorum esse ut ignotos homines incaute naves suas introgressos, subito et improvisè, navibus a littore propulsis, ad exteras nationes transvehebant, et barbaris vendebant, monuitque ut ab eorum insidiis caveremus. Sed, cum ejus monita parvipendentes, rursus naves frequentare non omitteremus, ecce benigna Dei Genitricis provisione, sequenti nocte non dormiendo, sed vigilando, commonitus est idem hospes noster nobis dicere ne ulterius naves illas ingrederemur, quoniam, si quis illa die aliquam illarum intraret, absque omni dubio se protinus transducendum et barbaris sciret esse vendendum. Quod cum nobis mane facto jurejurando notificasset, nos credentes quod verum erat, misericordia scilicet Dominæ nostræ nos fuisse præmonitos, ad naves ulterius non ascendimus, sed emptis necessariis discessimus.

CAP. XXII. — *De puero sanato apud Begeam civitatem.*

Inde venimus ad urbem, quæ (*Belga*) vocatur, et honorificè ab episcopo clericisque ac monachis suscepti sumus. In ipsa autem urbe sunt balnea calida, quæ ab aliis thermæ vocantur. Puer quidam duodenis, eadem die adventus nostri lavandi causa cum sociis suis easdem thermas ingressus, sed minus caute sibi providens, aquæ calentis vehementia depressus, usque in profundum thermarum est submersus. Unde tamen a parentibus extractus et cum luctu domum relatus, vitalem spiritum jam funditus emisisse a multis dicebatur. Sed auditis miraculis Dominæ nostræ, ad ejus feretrum cum multa fidei devotione eum detulerunt. Nos ergo videntes corpus jam refrigeratum, duos ignes fieri, et in medio eorum propter recipiendos calores illud suspendi, ita ut caput interiorius, pedes vero penderent superius, deinde os ejus aperiri lignumque parvum inter superiores et inferiores dentes poni fecimus. Quo facto, et multa aquæ abundantia evomita, corpus jam sufficienter calefactum deponitur, et ad feretrum deportatur, aqua lotarum reliquiarum abluitur, in ore etiam ejus aliquantulum ex ea distillatur. Nec mora, ecce puer, Deo miserante, non solum spiritu recepto, sed etiam integra sanitate subsecuta, lætus cum parentibus suis domum rediit.

Multa sunt et alia miracula, quæ in Angliâ fecit Domina nostra, nobis cernentibus, quæ singillatim facile non posset explicare cujuslibet facundia. Hæc vero de pluribus **542** pauca narrasse sufficiat, quæ, teste Deo ejus Filio, sine ulla falsitate retuli-

mus narratione veracissima. Nunc vero rogamus vos sicut fratres et dominos, atque concanonicos nostros, quorum præcepto mare transeuntes, plurimos in itinere labores pertulimus, ut eorum animas, qui vobis per nos suas transmiserunt eleemosynas Domino piæque Genitrici ejus commendetis, et omnium bonorum quæ in ecclesia laudunensi fiunt, vel deinceps fieri contigerit, eos participes esse concedatis. Centum siquidem et viginti marcas,

A exceptis cortinis, et aliis ecclesiasticis ornamentis, ex Anglia nobis attulimus, et qui feria secunda ante ramos Palmarum a vobis discessimus, ecce nunc duobus diebus ante Nativitatem Dominæ nostræ revertimur ad vos, cum gaudio, laudantes vobiscum Jesum Christum Dominum nostrum ejus Filium, Regem regum, et Dominum dominantium, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia sæcula sæculorum.

## CAPITULA LIBRI TERTII.

- CAP. I. *De multitudine populi ad dedicationem ecclesiæ Laudunensis*  
 CAP. II. *Quomodo domnus Bartholomæus episcopus domnum Norbertum invenit.*  
 CAP. III. *De ecclesiola Sancti Martini Laudunensis, et quomodo Bartholomæus episcopus Norbertum per plurima loca duxerit.*  
 CAP. IV. *Quomodo Præmonstratensis ecclesia incæpta sit.*  
 CAP. V. *Quomodo Wallerus factus sit abbas ecclesiolæ Sancti Martini Laudunensis.*  
 CAP. VI. *Quomodo Præmonstratensis ecclesiæ domnus Hugo præfectus sit.*  
 CAP. VII. *Multiplex commendatio domni Norberti.*  
 CAP. VIII. *Quomodo episcopatum Cameracensem renuerit.*  
 CAP. IX. *Quomodo Magdeburgensis archiepiscopus factus sit.*  
 CAP. X. *Immutatio ecclesiæ Præmonstratensis, et melioratio.*  
 CAP. XI. *De constructione Fuisniacensis cænobii.*  
 CAP. XII. *De constructione Spinetensis.*  
 CAP. XIII. *De constructione Valclarensis.*  
 CAP. XIV. *De constructione Tenoliensis ecclesiæ.*  
 CAP. XV. *De constructione Clarendensis.*  
 CAP. XVI. *De constructione Cuissiacensis.*  
 CAP. XVII. *De constructione cænobii feminarum quod dicitur monasteriolum.*  
 CAP. XVIII. *De domno Simone abbate Sancti Nicolai.*  
 CAP. XIX. *De domno Gilberto abbate Sancti Michaelis.*  
 CAP. XX. *De domno Anselmo abbate Sancti Vincentii.*  
 CAP. XXI. *Quomodo idem Anselmus Romæ in episcopum Tornacensem electus sit.*  
 CAP. XXII. *De correctione Abbatis sancti Joannis, et Drogonis abbatis institutione.*  
 CAP. XXIII. *De Balduino abbate loci ejusdem.*  
 CAP. XXIV. *Quam dilata sit major Ecclesia sanctæ Mariæ sub Bartholomæo Pontifice.*  
 CAP. XXV. *De Guidone Catalaunensi episcopo.*  
 CAP. XXVI. *De Theodorico Ambianensi.*  
 CAP. XXVII. *De muliere ab incendio liberata Civiacti.*  
 CAP. XXVIII. *De furto Anselmi.*

## LIBER TERTIUS.

543 CAP. I.—*De multitudine populi ad dedicationem ecclesiæ Laudunensis.*

Opitulante ergo divina clementia, ex oblationibus fidelium per Franciam et Angliam collectis, in tantum ecclesiæ nostræ opus prosperatum est ut sequenti anno completa ædificationis restauratione dedicaretur. Anno siquidem ab Incarnatione Domini millesimo centesimo duodecimo, feria quinta paschalis hebdomadæ, præfata ecclesia combusta fuerat, (57) quo die etiam domnus Gualdricus episcopus Laudunensis crudeliter interfectus est in domo sua, cum quibusdam ex hominibus, suis, successitque ei in episcopatu domnus Hugo; qui, cum vix octo mensibus supervivisset, eo defuncto electus est ad

B pontificatum, ut suprascriptum, est, domnus Bartholomæus. Hic episcopus consecratus adeo templum Dominæ nostræ studuit accelerare, ut post duos semi-annos incensionis ejus, rursum fieret sollemnis dedicatio ipsius, anno scilicet ab incarnatione Domini millesimo centesimo quarto decimo.

Placuit autem episcopo et canonicis, ut eodem die consecraretur quo celebris ejus dedicatio annis singulis observari consueverat, id est octavo Idus Septembris, tertio videlicet die ante Nativitatem Beatæ Mariæ. Ad quam dedicationem præfatus domnus Bartholomæus episcopus accersivit secum Radulphum Remorum archiepiscopum, Guillelmum Catalaunensem episcopum, Lisiardum Suessionen-

(57) Ita etiam Guibert. Vitæ lib. III, cap. 11.

lefridum Ambianensem, Hubertum Silvan. Tanta vero plebis multitudo confluit ad dedicationem, ut ducenta millia diversi ætatis dicantur interfuisse; magna siquiritia cunctorum cordibus inerat, quod post ejusdem Ecclesiæ, imo totius Laudunensis solationem, in tam brevi spatio, id est infra ni-annos, de tanta tamque profunda tene- et calamitatis voragine, tantum claritatis Genitricis misericordiam videbant resplend- algere, ut ipsi quoque Ecclesiæ nostræ : non immerito posse coaptari illa prog- gæi sententia, quam de restaurando post æ captivitate in Hierosolymis templo i prophetavit, dicens : « Magna erit gloria ius secundæ, plusquam prioris (*Agg.* ii, B enim diligens lector attentius inspicere velit, acillime poterit conjicere, post desolationis majorem gloriam et exaltationem in Ec- audunensi, quam prius fuerat, successisse. tamque digne poterit referre quantus post- in episcopatu Laudunensi, et de ipso per me terrarum orbem fulgor religionis et novi refulserit? post paucos siquidem annos, ille anis novæque conversionis, non solum in- sed etiam exterioris candoris novus in- ceptor, dominus scilicet Norbertus, de gia Franciam adveniens, divina præcedente ante gratia, in episcopatu Laudunensi pri- um vineam plantavit, quæ, in charitate ra- C *Ephes.* iii, 17), et fundata jam implevit ter- tendensque palmites suos usque ad mare, : ad flumen propagines suas (*Psal.* lxxix, o fortitudinis suæ, quod lætificat cor ho- *salm.* cxxix, 1), jam ubertim inebriavit plures s et iudices terræ, juvenes et virgines, se- junioribus. (*Psal.* cxlviii, 12), ita ut fortiter nihil aliud quærant, nisi laudare nomen et cantare ei canticum novum, quoniam hominem cum artibus suis exuentes, et qui secundum Deum creatus est, induentes iii, ix), carnales illecebras funditus abji- t quasi de aqua in nuptiis a Domino in vi- nversi (*Joan.* ii, 9), quæ retro sunt obli- et ad ea quæ ante sunt extenduntur (*Phil.* sicque licet in terris corporaliter consistant, juæ sursum sunt sapiunt, non quæ super (*Col.* iii, 1), dicentes cum Apostolo : « No- tem conversatio in cælis est, ubi Christus lexteram Dei sedens (*Phil.* iii, 20) : » cœle- te Seraphim mente conjuncti, solo Christi ardent amore, cui corpora etiam sua exhi- stiam viventem, sanctam, Deo placentem xii, 1), candorem virtutum, quo intrinsecus etiam in exteriori veste præferentes. Hujus blimis et gloriosæ institutionis, præfatum unæum episcopum fuisse consortem et par- et sequentibus facile poterit agnoscere.

A CAP. II. — 544 *Quomodo dominus Bartholomæus episcopus domnum Norbertum invenerit.*

Paschali siquidem papa Romæ defuncto, cum Joannes cardinalis ei succedens Gelasius dictus fuisset, et in Franciam venire volens apud Clunia- cum vitam terminasset, cardinales, qui cum eo ve- nerant, et Romam pro electione facienda redire se non posse videbant, necessitate compulsi, protinus elegerunt ad sedis apostolicæ præsulatum e proxima civitate domnum Guidonem Viennensem archiepi- scopum, virum nobilem et industrium, reginæ Fran- corum conjugis, scilicet Ludovici regis, patruum, eumque in eadem provincia papam consecrantes Calixtum appellaverunt. Hic ergo antequam Romam iret, in Francia generale concilium tenere voluit; universosque pene totius Occidentis episcopos et B archiepiscopos, cum abbatibus et aliis ecclesiasticis personis ad urbem Remorum convenire præcepit; cui concilio etiam præfatus rex Francorum Ludo- vicus interfuit.

Hujus itaque concilii causa suprædictus dominus Bartholomæus episcopus cum clericis suis et homi- nibus, Remorum urbem expetens, cum jam mona- sterium Sancti Theodorici præterisset, supra me- moratum virum Norbertum cum duobus clericis non longe ab itinere sedentes conspexit. Audierat si quidem ante paululum idem Norbertus duas voces, sicut postea referre solitus erat, quarum prior ex una parte clamaverat : Hic est Norbertus et socii C ejus; altera vero ex alia parte subjunxerat : Hic est Norbertus et socius ejus. Quod quid signaverit, posterius dicetur. His ergo duabus vocibus ex sum- mitate aeris auditis, Norbertus stupefactus ex itinere declinavit, terræque cum duobus sociis suis residens attonitus circum circa prospiciebat. Nec mora, præ- fatus episcopus appropinquans, non sicut sacerdos vel levita, viso illo a latronibus vulnerato, præter- ivit, sed ab itinere divertens, benigne illos salutavit; deinde quinam essent interrogavit. Re- spondit Norbertus se de Lotharingia esse, et, reli- ctis parentibus sæculique vanitate, religiososam vitam sequi proposuisse, hujusque religionis norma sedis apostolicæ consilio et auctoritate incipienda, jam per tres dies Remis demoratum fuisse, sed quia præ D multitudine jugiter confluentium divitum nullus sibi ad papam ingressus patebat, tristem ac desperan- tem urbe digressum, quo diverteret nescire. Tunc nimia compassione permotus episcopus, hortatur eos ut secum Remis redeant, promittens quod eos ad papam introduceret. Quia vero pedites erant, præcepit hominibus suis de equis descendere, sicque faciens eos ascendere, et secum equitare, in itinere diligentius eos sciscitans, audit eundem Norbertum genere nobili ortum, in Ecclesia Coloniensi maxi- mas divitias possedis-isse, sed paupertatem eligendo cunctas ex integro reliquisse.

Remis deinde pontifex perveniens ad papam in- greditur, modeste suggerit ei non esse bonum quod ipse Pater universalis Ecclesiæ existens, solis divi-

tibus colloqueretur, pauperes vero ab ejus colloquio repellerentur. Statim annuente papa, Norbertus et socii ejus ab episcopo introducuntur, et apostolico colloquio recreantur : sed quia nimis ibidem papa occupatus, non ex integro desideriis eorum vel colloquiis satisfacere poterat, promittit eidem episcopo, sese, finito concilio, protinus Laudunum iturum, et per aliquot dies ibi requieturum, sufficienterque eis collocaturum, rogatque ut eos præmittat, et ut Lauduni se opperiantur, admoveat. Quandiu ergo postea Remis fuerunt, semper eos episcopus secum retinuit, deinde Laudunum rediens, nunquam eos a suo consortio separari permisit. Venientem postea sicut promiserat dominum papam officiosissime, ut dignum erat, suscepit, tunc et demum Norbertum et socios ejus colloquio ipsius abundantissime satiavit.

**CAP. III.** — *De ecclesiola Sancti Martini Laudunensis : et quomodo Bartholomæus episcopus Norbertum per plurima loca duxerit.*

Erat tunc extra muros urbis Laudunensis quædam Ecclesiola in honore sancti Martini constructa, in qua jam idem episcopus multoties clericos religiosos, qui Deo ibi servirent, posuerat; sed nullo ibi proficere valente, eadem Ecclesia in ipsius manu redierat. Videns ergo episcopus præfatum Norbertum religiosam et pauperem vitam velle sectari, suadere cœpit ei, ut in eadem Sancti Martini Ecclesiola remaneret; papam etiam rogavit ut exinde eum admoneret. Sed Norbertus intelligens ejus conatus. Non idcirco, inquit, majores divitias Coloniae reliqui, ut minores modo quæram Lauduni : non in urbibus volo remanere, sed potius in locis desertis, 545 et incultis. Cui episcopus : Deserta, inquit, et inculta loca, religionique congrua in episcopatu isto quamplura vobis ostendam, et ostensa conferam. Dixit et post domni papæ discessum assumens eum, ostendit ei non omnia regna mundi, et gloriam eorum (*Luc. iv, 5, 6*), sed illam maximam diœcesis suæ silvam, quæ vocatur Terrascea. Duxit ergo eum ad locum qui dicitur Fuisniacus, demonstrans ei aquarum, et pascuarum, silvæque, et terrarum congruam opportunitatem religioni. Tunc ille facta oratione : Revera, inquit, hic locus omnino religioni est congruus, sed non est mihi a Deo destinatus. Episcopus exinde duxit eum ad alium ejusdem silvæ locum, qui Telonias vocatur, quem sibi ostensum, post factam orationem, sicut prius dixit idem Norbertus, revera satis religioni congruum, sed nec hunc a Deo sibi destinatum.

Tunc episcopus Laudunum rediens duxit eum in silvam Vosagum, ostenditque ei in ipsa locum quemdam, qui Pratum Monstratum, vel Præmonstratus vocatur. Viderit ergo quisquis hæc legerit cujus devotionis hic episcopus fuerit, qui, relictis episcopalibus negotiis, hominem ignotum per tot silvestria, et invia loca, non sine magno labore circumducebat, quæ, licet etiam hodie, cum jam a multis incoluntur, videantur horribilia, tunc tamen nimis erant asperiora et terribiora, utpote ab omni hominum ha-

bitatione procul remota, solisque lupis et apris contigua.

**CAP. IV.** — *Quomodo Præmonstratensis ecclesia incæpta sit.*

Venientes itaque ad præfatum locum Præmonstratum, ingrediuntur orandi gratia quamdam ecclesiam, in honore sancti Joannis Baptistæ ibidem constructam. Hæc erat de jure cœnobii Sancti Vincentii Laudunensis, et aliquis monachus de eodem cœnobio illuc pro agendo divino officio nonnunquam dirigebatur; sed quia finita missa panis ibi non inveniebatur, nisi aliunde afferretur, jam cum ipsa ecclesiola locus idem pene remanserat desertus. Cum ergo pontifex oratione finita exiens virum Dei admoneret ab oratione surgere, quoniam jam hora noctis supervenientis urgebat, nullusque remanendi locus erat, servus Dei egressus rogavit eum ut cum hominibus suis discederet, seque ibidem tota nocte sequenti vigilare permetteret. Tunc præsul celeriter conscensis equis, utpote jam nocte incumbente, velociter Avisiacum venit, nec tamen Domini Norberti oblitus, rursus ei per nuntium suum panem et cætera necessaria transmisit.

Facto mane ad eum reversus, quid agere vellet inquit. Ille præ nimio gaudio exhilaratus, Hic, inquit, domine Pater, remanebo, quoniam ipsum locum istum mihi scio a Deo esse destinatum. Hic requies et sedes mihi erit, hicque per Dei gratiam salvabuntur multi. Nec tamen hæc ecclesiola eis principalis sedes erit, sed ex alia parte hujus montis ædificabunt sibi mansionem, in qua requiescent. Vidi enim hac nocte in visu quasi maximam multitudinem albatorum virorum cruces argenteas et candelabra atque thuribula ferentium, ipsumque locum cantando circumeuntium, Pontifex itaque magnifice lætificatus, nec tamen injuriam volens facere cœnobio Sancti Vincentii, cujus juris idem locus erat, accersito abbate Sancti Vincentii, utiliorem tunc temporis commutationem dedit ei, sicque locum illum cum ecclesia liberum domno Norberto privilegii sui auctoritate confirmavit. Servus ergo Dei Norbertus ibi remansit. Episcopus vero Laudunum quidem rediit; sed assidue tam ipsius quam sociorum ejus curam habere non destitit.

Post paucos dies vir Dei, Laudunum veniens, scholam magistri Radulphi, qui germano suo magistro Anselmo defuncto successerat, ingreditur, et scholasticus ejus sermonem exhortatorium faciens, protinus septem ex eis ditissimos, qui nuper de Lotharingia venerant, convertit, et cum magna pecunia ad ecclesiam suam duxit. Sed antiquus hostis, qui semper servorum Dei profectibus invidere consuevit, etiam hunc in ipso principio perturbare studuit, et sicut Evam in paradiso seduxit, Judamque inter apostolos depravavit, ita etiam unum ex duobus sociis ejus qui cum eo venerant corrupit. Hic namque præfatum pecuniam, a scholasticis delatam sibi que a magistro commendatam, media nocte fursum sumens, et de ecclesia fugiens, latenter discessit,



atos scholasticos in multa penuria et necessitatibus. Tuncque primum vir Dei recordatus quas prope Remorum urbem eum audisse vidimus, et ipse intellexit, et domno episcopo pro hoc consolanti exposuit, secundum vocem amaverat : Hic est Norbertus et socius eius, quod significasse quod ex duobus sociis qui venerant, unus solummodo esset remansurum cum Juda exiturus. Et ipse quidem sic dicitur.

Ubi autem Leonius abbas Sancti Bertini, vir religiosissimus, et tam gentilium quam divinarum litterarum peritissimus, nuper 546 hunc libellum fortuitus aliter interpretatus est illam vocem, ut ex parte sua sententiam suam hic proponere cepit, dicens ex ipsa consideratione personarum et personarum appropinquantis palam intellegere quod Bartholomæum episcopum vox illa significat socium esse Norberti. Cum enim, inquit, in verbis Remis demoratus et papæ loqui non potest tristis ac desperans de urbe exisset, et quid diceret vel quo verteret nesciret, nullamque rationem præter Deum sibi habere videretur, duobus sociis suis, quos sibi indivisibiliter secum quocumque iret, confidebat, vox desuper dicitur : Hic est Norbertus, et socius ejus, ac si socii ei dixisset : Noli desperare, vel in duobus sociis tuis confidere quia ecce prope est socius tuus, quem tibi Deus socium dedit, qui te consolans faciet papæ colloqui, qui in tribulationibus tuis consolator dulcissimus tibi erit, qui cum te et ecclesiam in qua requiescas, et fructum dabit. Hæc mihi scribere præcepit dominus abbas Sancti Bertini, et ego credens eum bene et fideliter intellexisse, libenter ei

— *Quomodo Walterus factus sit abbas ecclesiolæ Sancti Martini Laudunensis.*

Quodam ergo videns episcopus in eodem loco Præmonstratensi jam non parvum numerum fratrum religiosorum viventium convenisse, rogavit domnum Norbertum, ut aliquos ex ipsis in supra scripta ecclesiolam Martini, in qua ipse rogatus remanserat, poneret, qui eam ad Dei honorem et augmentare studerent. Acquiescens episcopus paucos ex fratribus suis ibi abbatemque ejus virum religiosum dominum Walterum præfecit. Cui Deus, orante, sicut creditur Martini, tantam confestim gratiam contulit, ut ipse quoque illud videatur posse dici, quod in sacra puella Ragueli, patri ejus angelus dicitur : Propterea nullus potuit habere eam, quoniam in mente Deum debetur conjux filia tua (Tob. vii, 12). Similiter eam beati Martini ecclesiolam cum beato episcopo regendam suscepissent, nullusque ibi proficere potuisset, huic abbati Gualtero, tanta fortuna per divinam gratiam comes ad hæc usque duodecim annos plusquam quingentorum Deo servientium ibi conventus inveniretur

A Unde non immerito dixerim eam illi a Deo reservatam.

Paupertatem tamen tantam in primis ibi sustinuit ut præter unum asinum, burdinum nomine, nihil pene aliud haberent, quem in proximam silvam Vosagum mane ducentes, lignaque cæsa dorso ejus imponentes, Laudunum reducerent, et ex venditis lignis panem sibi emerent, multoties jam diu jejuni manentes, donec panis ille emptus post nonam eis deferretur. Ipsi tamen consolante abbate Gualtero in tanta penuria non deficientes, sed assidue Deo servientes, et manibus propriis laborando paulatim proficientes, ad tantam jam Deo donante proveci sunt abundantiam ut ex vineis suis tria millia modios vini frequentius habeant, et tam in terrarum et molendinorum quam et in pecorum possessione, cuncta pene Laudunensis episcopatus cœnobicia præcellant. Charitatis etiam et hospitalitatis tanta ibi affluentia reperitur ut propter hospitem assiduam susceptionem, propter pauperum quotidianam relevationem, mirum in modum videatur ibi Deus omnia multiplicare et augmentare, adeo ut jam inter præcipua et excellentia Franciæ monasteria computentur.

CAP. VI. *Quomodo Præmonstratensi abbatiæ Dominus Hugo præfectus sit.*

Postmodum etiam in Præmonstratensi ecclesia dominus Norbertus abbas quidem esse noluit, sed illum ex duobus sociis suis, qui cum eo remanserant, nomine Hugonem, ejusdem loci abbatem constituit. C Non solum autem virorum, sed etiam feminarum cohortes idem Norbertus ad Deum convertere studuit, ita ut hodie in diversis ejusdem ecclesiæ locis plusquam mille videamus conversas tanto rigore et silentio Deo servire ut in districtissimis cœnobiis monachorum vix similem religionem possit aliquis invenire. Nec contentus fuit intra Laudunensis diœcesis terminos fratrum suorum turmas coerceri, sed instar apum, quæ de vasculis in quibus mellificaverint exeuntes, ad alia loca mellificaturæ transvolant, etiam ipse diversa et deserta loca cepit expetere directisque fratribus nova monasteria ædificare.

Constituit vero ex omnibus monasteriis, quæ vel in vita sua, vel post obitum suum institutiones ac regulæ suæ normam ac propositum sequerentur, universi abbates singulis annis in festo S. Dionysii ad primam matrem, de qua processerant, id est Præmonstratensem ecclesiam, quasi ad fontem 547 potaturi convenirent, et simul positi generale capitulum tenerent, ac si quid vel communiter, vel in aliquo forte corrigendum esset, ibidem corrigerent. Cum ergo necdum triginta anni transierint, ex quo dominus Norbertus per supradictum episcopum ibi adductus est, jam tamen, divina præstante gratia, tot exinde monasteria pullularunt, ut fere centum abbates in prædicto festo ex eis ibi convenisse inveniantur, non solum ex Francia, vel Burgundia, sed ex ipsa quoque Alemannia, Saxonia seu

Wasconia. Ut enim de aliis taceam, ex sola præfata Sancti Martini ecclesia, cui adhuc primus abbas domnus Gualterus præest, jam duodecim alia processerunt monasteria. Nec vero solum vicinæ tanto hoc lumine perlustrantur provinciæ, sed etiam mare jam hujus novi solis radius transivit, et urbem Hierusalem transmissis aliquot clarissimis stellis irradiando splendificavit.

Quid alii sentiant ignoro, ego corde credo, et fidenter ore pronuntio, omnium honorum, quæ in t. et prædictis monasteriis fiunt, vel deinceps fient, domnum Bartholomæum episcopum consortem esse, participemque et cooperatorem. Cum enim Veritas in Evangelio dicat : « Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet (Matth. x, 41), » profecto liquet quod pontifex iste, qui præfatum servum Dei non solum recepit, sed etiam, ut supra scriptum est, intermissis episcopalibus negotiis, per tot silvarum devia et horrida loca circumducere, et ad ultimum in Præmonstratensi solitudine firmiter plantare, plantatumque jugiter rigare studuit, fructus utique illius dulci mercede non carebit. Beatus siquidem Gregorius in homilia Evangelii « anno quinto decimo (Luc. III, 1) » præfatam sententiam subtilius exponens : Notandum, inquit, quod non ait Dominus : Mercedem de propheta accipiet, sed mercedem prophetæ, quia mercedem quam propheta de bono opere suo a Deo accepit, eandem etiam ipse, qui eum recipiendo ei adjutor exstitit, se percepturum noverit (Homil. 20, sub medium).

Ad cujus rei certitudinem evidentius demonstrandam, idem beatus Gregorius etiam Isaïæ prophetæ testimonium subjungit, qui inter cedrum, olivam, abietem, cæterasque pretiosiores arbores, etiam ulmi facit mentionem, quæ licet per se fructum non ferat, tamen cum vitem cum botro portat, etiam ipsa a Domino computatur inter arbores fructiferas (Isa. xli, 19). Quam beati Gregorii sententiam, si quis diligentius velit inspicere, puto quod me non deridebit hoc scripsisse, sed fidenter etiam ipse pronuntiabit, quod præfatus episcopus Bartholomæus licet ecclesiasticis officiis occupatus, sæcularibus negotiis implicari visus fuerit, tamen dum servos Dei mundanam vitam fugientes tantopere semper adjuvare studuit, etiam piæ conversationis eorum dulci desiderio per gratiam Dei particeps exstitit, unde et in futuro mercede eorum non carebit. Quod cum ita sit, fateor merito laudari debere illam domni Leonii abbatis S. Bertini superius memoratam sententiam, quia eundem episcopum domni Norberti socium cœlesti voce intellexit fuisse denuntiatum.

CAP. VII. — *Multiplex commendatio domni Norberti.*

Sed ut jam de eodem Norberto breviter concludam, nullius post apostolos conversationem plurimi testantur in sancta Ecclesia tantum fructum in tam brevi spatio temporis fecisse. Licet enim aliqui

A dicant domnum Bernardum abbatem Clarevallensem eodem tempore non minus fructificasse, tamen si quis diligentius attendat, puto quod Norbertum præcellere non negabit. Domnus siquidem Bernardus illius religionis non fuit inceptor, sed jam eadem religio florebat in Cistellensi [al., Cisterciensi] cœnobio, in quo præfatus Bernardus esset clericus, audita ejusdem religionis fama, monasticum habitum sub abbate Stephano sumpsit. De quo etiam cœnobio Clarevallense monasterium processit, cujus idem Bernardus, pro sua sanctitate primus abbas est institutus.

B Ipse ergo, quamvis sua prædicatione plurimos converterit multaque monasteria de Clarevallensi gratia Dei genuerit, tamen ipsius religionis rigator quidem magnus, et propagator, sed non primus fuit plantator. Norbertus autem suæ institutionis primus fuit plantator primusque Dei dono inceptor, quoniam, licet ejus sequaces beati Augustini dicant se tenere regulam, tamen, ut ejusdem beati Augustini pace dicamus, multo rigidiorum, multoque severiorum videmus esse Norberti quam Augustini institutionem.

C Præterea in Cistellensi cœnobio soli viri suscipiuntur, domnus vero Norbertus cum sexu virili etiam femineum ad conversionem suscipi constituit, ita ut etiam arctiorem et districtiorem in ejus monasteriis videamus esse conversationem feminarum quam virorum. Illi autem tam pro necessariis operibus quam pro aliis negotiis post conversionem ad publicum progredientes, ecclesiasticis frequenter, aut etiam sæcularibus responsis, vel legationibus implicantur et multoties quos in priori vita novimus, aut 548 rusticos fuisse, aut pauperes, in religionis habitu quasi fastuose cernimus equitantes; feminis autem mox ut conversæ fuerint perpetua deinceps lex manet, semper intra domus ambitum clausas retineri, nusquam ulterius progredi, nulli viro, non modo extraneo, sed nec germano, aut propinquo loqui, nisi ad fenestram in ecclesia, duobus viris conversis cum viro exterius, et duabus feminis cum illa interius residentibus, et quidquid dicitur audientibus.

D In ipso etiam conversionis initio mox ut suscipiuntur, ad reselandam omnem superbiam et carnalem voluptatem, etiam capilli earum usque ad aures tunduntur, utque magis Christo cœlesti sponso placeant, pro ejus amore in fragili et illecebrosa carne omnino deturpentur. Nulli deinceps pretiosam vestem nisi ex lana vel ovinis pellibus licet habere, nulli velum sericum more quarumdam sanctimonialium, sed vilissimum panniculum nigrum super caput portare. Et cum in tanta districtione et vilitate cum silentio sciantur esse reclusæ, miro tamen modo, Christi operante virtute, quotidie videmus feminas non modo rusticas, vel pauperes, sed potius nobilissimas et ditissimas, tam viduas juvenculas quam etiam puellulas, ita conversionis gratia spretis mundi voluptatibus, ad illius

institutionis monasteria festinantes, et quasi ad mortificandam teneram carnem currentes, ut plusquam decem millia feminarum in eis hodie credamus contineri.

Si ergo nihil aliud dominus Norbertus fecisset, sed, omissa conversione virorum, tot feminas servitio divino sua exhortatione attraxisset, nonne maxima laude dignus fuisset? Nunc vero cum utriusque sexus ejus doctrina tot millia Christo famulentur, cum institutionis ejus tot monasteria per orbem refulgeant, nescio quid alii sentiant, mihi videtur verum esse, quod plurimi asserunt, a tempore apostolorum nullum fuisse qui tam brevi temporis spatio sua institutione tot perfectæ vitæ imitatores Christo acquisierit. Et si quidem in Præmonstratensi cænobio diutius mansisset, forsitan multa alia fecisset; sed divinæ prædestinationi placuit ut honorem quem in vita sæculari fugiendo declinavit, assequeretur in habitu religionis, et qui ante conversionem noluit esse episcopus, post conversionem fieret archiepiscopus.

CAP. VIII. — *Quod episcopatum Cameracensem tenuerit.*

Domnus siquidem Hugo Præmonstratensis abbas mihi nuper narravit quod in principio conversionis suæ cum ecclesiam Coloniensem et parentes suos idem Norbertus reliquisset, Valencenias pedes et discaleceatus venit, ibique domnum Burchardum Cameracensem episcopum invenit. Cum ergo mane præfatum episcopum missam celebraturum audisset, veniens ad ecclesiam, rogavit eundem Hugonem, qui tunc ipsius capellanus episcopi erat, ut se faceret episcopo colloqui. Hugo nesciens quis esset, ingressus nuntiavit episcopo quemdam clericum peregrinum pro foribus esse, et ei loqui velle. Jussu deinde episcopi introductum cum eum episcopus recognovisset, utpote quem in imperatoris curia multoties familiariter conversantem magnisque divitiis pollentem viderat, protinus admirando stupefactus uberrimisque lacrymis per-fusus : O, inquit, domne Norberte, quis credere potuisset te tantas divitias relinquere, et ad tantam paupertatem sponte venire? Domine Deus, quid est quod video de domno Norberto, quem olim tam superbe indutum, tamque pompatico fastu videbam incedere solitum?

Cumque Hugo capellanus episcopi videns eum tam mirabiliter flentem, et præ nimio fletu vix loqui valentem, interrogavit eum quisnam esset idem Norbertus, pro quo tantopere lacrymabatur, episcopus respondens : Si scires, inquit, quis fuerit, mirareris quod nunc talis sit. Quando enim imperator dedit mihi episcopatum Cameracensem, huic Norberto prius eum obtulit, sed ipse eum suscipere vel habere noluit. Hic enim inter canonicos Colonienses honorabilis et ditissimus erat, sed nunc, sicut cernis, omnia pro Deo reliquit, et nudis pedibus Deum quærere satagit.

Hæc ex episcopi ore audiens Hugo capellanus

A ejus, et protinus Norberti dilectione succensus, quoniam jam et ipse mundo renuntiare cogitaverat, Deo gratias agere in corde suo cœpit, qui sibi talem socium destinaverat. Sicut ergo quondam Andreas a magistro suo Joanne Baptista Dominum audiens laudari, relicto eodem Joanne secutus est Dominum (Joan. 1, 40-42), sic etiam Hugo audiens Norbertum tantopere laudari a domino suo Burchardo episcopo, cujus diu capellanus fuerat, relicto eodem episcopo adhæsit Norberto, ejusque consilio disposita substantia sua, socius ei peregrinationis et prædicationis inseparabilis factus est, et cum eo nudis pedibus ubique proficiscebatur, donec Remis veniens ad concilium papæ Calixti, domno Bartholomæo Laudunensi episcopo, sicut supra retulimus, notificatus est.

B  
CAP. IX. — *549 Quomodo Magdeburgensis archiepiscopus factus sit.*

Quia ergo relatam est quod episcopus Cameracensis esse potuerit, sed noluerit, nunc subjungatur quomodo archiepiscopus factus fuerit. Cum jam plures utriusque sexus, relicta sæculi vanitate, ad Dei servitium convertisset, multisque monasteriis longe lateque constructis, fama ejus ubique protenderetur, transmissus est ab illo magni nominis comite Campaniæ Theobaldo, Henrici regis Anglorum germano filio, ad excellentissimum quemdam Lotharingiæ principem, cujus filiam idem comes conjugem duxit. Accedit interea ut, archiepiscopo Magdeburgensis defuncto, clerici ejusdem urbis ad faciendam electionem alterius convenirent. Eodem vero anno domnus [Norbertus secreto colloquens familiari suo domno Gaufrido Carnotensis urbis episcopo, prædixit ei se per visum cognovisse quod ipso anno futurus esset episcopus, sed nesciebat cujus urbis vel provinciæ

C  
D Cum ergo clerici Magdeburgenses plures quidem elegissent, sed in nullius electione unanimiter consentirent, nuntiatur eis duos apostolicæ sedis legatos, viros religiosos, ab urbe Roma Maguntiacum venisse, quorum unus Petrus, alter vocabatur Gerardus, qui postea papa factus Cœlestino successit, et Eugenium præcessit. Timentes itaque præfati clerici ne pro discordia electionis perniciose forte inter eos oriretur seditio, inito concilio prædictos sedis apostolicæ legatos adeunt, et electionem suam in ore eorum ponunt, et quemcunque elegissent se concessuros promittunt. Legati videntes tantam eorum devotionem, proposuerunt nullam accipere pecuniam, quæ ipsis a nonnullis per internuntios offerebatur, ne forte sedes apostolica, et maxime ipsi, super hoc infamarentur. Cum ergo pro tanto negotio decenter, ac laudabiliter, ac sine omni Simonæ nota terminando Domini misericordiam peterent, et cum sapientibus viris in Ecclesia positi exinde diligenter tractarent, ecce insperatus et improvisus de Francia veniens, orandi gratia, eandem Ecclesiam Norbertus ingreditur, ejusdem negotii omnino ignarus.

Quo viso legati stupefacti et admirantes, prescesque suas a Deo exauditas esse gaudentes, clericos Magdeburgenses convocant, et utrum adhuc in sua sententia permanentes, a se electum suscepturi forent interrogant. Illis unanimiter insimul respondentibus se absque ulla contradictione suscepturos quemcunque nominassent, protinus legati subjungentes : Et nos inquit, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti vobis nominamus et eligimus domnum Norbertum virum religiosum et probatum nobisque ac vobis pro explendo præsenti negotio, sicut credimus, a Domino Deo transmissum. Attonitus super tam incredibili et celeri facto stupet, et admiratur Norbertus, et utrum vigilet an dormiat ignarus ; ubi sit, vel unde venerit, secum ipse percunctando miratur. Confestim igitur a clericis capitur, trahitur, ad altare non ducitur, sed violenter portatur, sublimes voce *Te Deum laudamus* cantatur; deinde obedientiæ vinculo coactus episcopus consecratur. Sic ergo dum fugit Cameraensem episcopatum, adeptus est, Deo volente, Magdeburgensem archiepiscopatum, in quo religiose vivens per aliquot annos tandem a laboribus suis beato fine quevit.

CAP. X. — *Immutatio ecclesiæ Præmonstratensis, et melioratio.*

Præfatus autem socius ejus domnus Hugo, Præmonstratensis monasterii ab eodem Norberto abbas electus, et a domno Bartholomæo episcopo confirmatus, assidue studuit vineam quam domnus Norbertus secum plantaverat, exhortando et collaborando rigare, Deo per omnia misericorditer incrementum ei dante. Videns autem ecclesiolam illam parvam jam non posse sufficere tantæ multitudini fratrum quæ convenerat, et quotidie per Dei gratiam augmentabatur, sciens etiam domnum Norbertum, ut superius dictum est, in spiritu prævidisse quod ex altera montis parte major ecclesia foret ædificanda, inito cum fratribus suis consilio, domnum Bartholomæum episcopum, ut pote loci fundatorem, et patrem, advenire rogavit, quatenus dispositis omnibus officinis, ipse primum lapidem in ecclesiæ fundamento poneret.

Venienti ergo episcopo totus ille Dei exercitus cum magna processione lætus occurrit, laudans Deum in voce exultationis et confessionis. Statim vero episcopus recordatus visionis, quam Norbertus prima nocte adventus sui in eodem loco se vidisse 550 retulerat, multitudinem scilicet albatum virorum, cruces argenteas cum candelabris et thuribulis ferentium ipsumque locum cantando circumcumentium, multum exsultavit, Deoque gratias egit, quia quod Norbertus in visu viderat, hoc idem episcopus revera corporaliter nunc fieri cernebat.

Cujusmodi ergo ecclesia, dormitorium, refectorium cæteræque ibi officinæ, qualisque murus per circuitum monasterii per præfatum Hugonem factus fuerit, palam inspicere licet omni supervenienti,

A quia in ditissimis, et antiquissimis cœnobiis Galliæ vix inveniri potest opus simile, ita ut omnes advenientes et inspicientes protinus dicant : quoniam in veritate non ab homine, neque per hominem factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. Jesu bone! quanto gaudio repletur Bartholomæus episcopus quoties illuc visitationis gratia veniens, conspicit tam splendidum monasterium, suis diebus, suoque consilio et principio a Domino constructum. Videtur mihi quod et ipse cum apostolo Paulo dicere possit : Abundantius antecessoribus meis episcopis Laudunensibus feci, « Non autem ego, sed gratia Dei mecum (*I Cor. xv, 10*). »

CAP. XI. — *De constructione Fuisniacensis cœnobii.*

B Non solum vero domno Norberto, et sequacibus ejus, qui sub ordine clericali Deo serviunt, idem episcopus sese adiutorem præbuit, sed etiam de Clarevallensibus monachis monasteria in sua diœcesi studens habere, locum qui Fuisniascus vocatur, in Terascea silva eis dedit, quem, ut supra scriptum est, ab eodem episcopo sibi ostensum domnus Norbertus dixerat, religioni quidem congruum, sed non sibi a Deo destinatum. Dominus ergo qui servos suos disponit, et ordinat ubi vult, et quomodo vult Norberto quidem Præmonstratum, Clarevallensibus autem destinavit Fuisniacum. Ubi episcopus, cum monachis aliquando per hebdomadam integram, aliquando vero quindecim diebus commorando, C eorumque laborem et paupertatem benignissime sustinendo, et dulciter eos assidue consolando, templum et necessarias officinas, cum moleninis, et agriculturis construere et perficere studebat.

CAP. XII. — *De constructione Spinetensis.*

Nec prius abstiit, donec domno Gosvino abbate ibidem ordinato, magnaque fratrum turba congregata, etiam aliud cœnobium ex eo procedere videret : in diœcesi sua prope Guisiam quod Spinetum vocatur. In quo abbatem ordinavit nomine Odonem. Qui ab adolescentia ex urbe Laudunensi fugiens, in monasterio Fuisniacensi monachus factus fuerat.

CAP. XIII. — *De constructione Valclarensis.*

D Tertium quoque de eodem ordine Clarevallensium monachorum præfatus episcopus construxit cœnobium, in loco qui abusive ab incolis appellatur Valclarus.

CAP. XIV. — *De constructione Teloniensis ecclesiæ.*

Porro locum qui Telonias vocatur, quem domnus Norbertus dixerat regioni quidem congruum sed non sibi a Deo destinatum, nolens episcopus dimittere vacuum, posuit ibi aliquos ex clericis præfatæ ecclesiæ Sancti Martini Laudunensis, abbatemque eis ordinavit domnum Walfridum, virum religiosum. Ipse quoque episcopus, sicut apud Fuisniacum fecerat, per octo vel quindecim dies cum eis ibidem remorando, templumque lapideum et alias officinas ædificare cœpit.

CAP. XV. — *De constructione Clarafontensis.*

Aliud ex præfato ordine Præmonstratensi construxit monasterium in loco qui vocatur Clarafontana, abbatem ibidem ordinavit virum religiosum domnum Gerardum.

CAP. XVI. — *De constructione Cuissiacensis.*

Sed et aliud construxit monasterium clericorum in loco qui vocatur Cuissiacus, abbatemque ibi ordinavit domnum Lucam, virum religiosum. Cum autem vidisset monachos Valclaresenses, qui prope manebant, contendere contra vicinos suos canonicos Cuissiacenses, pro quadam contigua silva, dicentibus alterutris sibi eam a laicis, qui eam possederant, **551** prius datam fuisse, jusque suum alterutrum defendentibus, ita ut etiam domnus Sanson Remorum archiepiscopus, domnusque Joslenus Suessorum episcopus, cum præfato episcopo domno Bartholomæo, vicinisque abbatibus frequenter convenientes non possent hanc litem inter eos terminare : dolens et graviter ferens idem episcopus, inter religiosos diœcesis suæ viros tantam discordiam versari, malumque exemplum exinde raptoribus, et aliis sæcularibus viris generari, cogitavit in pecunia sua hujusmodi rixam temperaret, sicque dans quindecim libras nummorum quibusdam militibus, aliam ab eis silvam emit, quam clericis Cuissiacensibus pro ea quam repetebant, conferens, diutinam seditionem hac donatione tandem sedavit ; et sicut credimus in eorum numero meruit ascribi, de quibus Dominus dicit : « Beati pacifici, quoniam **C** filii Dei vocabuntur (*Matth.* v, 9). »

CAP. XVII. — *De constructione cœnobii feminarum, quod dicitur Monsteriolum.*

Hæc itaque octo monasteria, tria quidem ex Clavallensium ordine monachorum, quinque vero ex Præmonstratensium clericorum, instar octo beatitudinum evangelicarum in diœcesi sua domnus Bartholomæus construens, et singulis proprium abbatem ordinans, ad ultimum ut compleretur numerus novem ordinum angelicarum virtutum, etiam nonum monasterium sexus feminei in loco qui Monsteriolum dicitur, prope Clarafontanam superaddidit, abbatissamque ibi religiosissimam puellam, nomine Guiburgem, ordinavit ; quo uno monasterio non immerito dixerim Laudunensem ecclesiam omnibus **D** aliis debere præferri. In nulla enim orbis parte antea vel lectum in codicibus, vel auditum fuit auribus, hujusmodi religionis abbatiam feminarum existisse. Hæc siquidem quasi illius Dominici dicti exsecutrices : « Regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud (*Matth.* xi, 12) : » ad idem regnum toto conatu ascendere nitentes, terrena funditus despiciunt ; et non solum sæculum, sed ipsum quoque sexum vincere gestientes, ordinem Cistellensem, quem multi virorum et robustorum juvenum aggredi metuunt, violenter, imo libenter, spontanee assumpserunt ; depositisque omnibus lineis indumentis, atque pellicis, solis tunicis laneis utuntur, et non solum nendo, vel texendo, quod

A femineum opus esse constat, sed etiam in agris foediendo, et cum securi et ligone silvam succisam exstirpando, spinas et vepres evellendo, manibus propriis assidue laborantes, cum silentio victum sibi quærunt ; vitamque Clavallensium monachorum per omnia imitantes in semetipsis ostendunt verum esse illum Domini sermonem : quia omnia possibilia sunt credenti.

Hoc itaque nonum monasterium feminarum a præfato episcopo constructum, non immerito superius dixerim ad similitudinem noni ordinis angelorum factum, qui Seraphim vocantur, id est ardentes vel incendentes : quoniam revera istæ feminae, nisi mirabili divini amoris igne calerent, nequaquam profecto tot tantosque labores antea feminis intentatos, et inexpertos sustinere valerent. Sed dum intus fortiter ardent, et ipsæ mira faciunt, et alios suo exemplo ad mundum contemnendum accendunt : similes carbonibus vivis, qui mortuis admisti protinus eos accendunt, ardentesque reddunt. Et hæc quidem novem cœnobio prædictus episcopus suo tempore construxit, nec tamen antiquiora, quæ jam constructa invenit, corrigere destitit.

CAP. XVIII. — *De domno Simone abbate Sancti Nicolai.*

In cœnobio namque Sancti Nicolai, quod in silva Vosago situm videbat aliquantulum in religione tenuisse : quemdam strenuissimum monachum Sancti Nicasii Remensis, nomine Simonem, fecit abbatem : per quem, Deo donante, intra breve tempus sic meliorata est eadem Ecclesia, ut et interius in religione, et exterius in multimoda floreret possessione. Unde comes Campaniæ Theobaldus consilio domni Norberti, quemdam ejusdem cœnobii monachum nomine Radulphum a præfato abbate susceptum, Latiniacensi ditissimo monasterio præfecit abbatem. Dominus quoque Simon Noviomensis episcopus, vir nobilissimus Radulphi Vermandensis comitis germanus, a præfato pontifice Bartholomæo petiit duos sibi ex eodem cœnobio Sancti Nicolai dari monachos : quorum unum nomine Theodoricum fecit abbatem cœnobii Sancti Eligii Noviomensis ; alterum vero, qui vocabatur Absalon præfecit monasterio Sancti Amandi Helnonensis, in episcopatu Tornacensi. Qui quo modo sibi commissas Ecclesias tam interius, quam exterius correxerint, et nobilitaverint, visu potius quam auditu, potest hodie comprobari.

CAP. XIX. — **552** *De domno Gisleberto abbate Sancti Michaelis.*

Domnum quoque Gislebertum ejusdem cœnobii Sancti Nicolai priorem (qui ante conversionem pro artium scientia, qua pollebat, Plato vocabatur) præfatus episcopus Bartholomæus abbatem fecit in monasterio Sancti Michaelis Terraciensis, quod ille brevi tempore, Deo donante, et in religione et in opulentia multo amplius quam prius fuerat, et ipse invenerat, floridum reddidit. Sed cum post aliquot annos prædictus abbas Sancti Nicolai Simon obis-

set, domnus Bartholomæus episcopus, consilio abbatum et religiosorum virorum, eundem Gislebertum pro fama probitatis suæ, de Sancti Michaelis cœnobio transtulit, et ecclesiæ Sancti Nicolai cujus monachus et prior fuerat abbatem præfecit, ubi usque hodie multos labores pertulit, nam multoties Romam pro ipsius Ecclesiæ utilitate petiit.

CAP. XX. — *De domno Anselmo, abbate Sancti Vincentii.*

In cœnobio quoque Sancti Vincentii, quod est situm extra muros urbis Laudunensis, et dicitur esse secunda sedes episcopalis, domnum Anselmum de cœnobio Sancti Medardi Suessionensis ascitum, abbatem ordinavit præfatus Bartholomæus episcopus. Cujus Anselmi probitas in hoc uno potest evidenter adverti, quod in diversis Ecclesiis ex ejus monachis electos, novem hodie videmus abbates florere viros probatissimos. In cœnobio namque Orbaciensi domnus Balduinus; in Morimontensi Guillelmus; in Sancti Sepulcri Cameracensis Parvinus; Sancti Andree de novo castello Adam; in Hanoniensi Fulco; in Fidemensi Girardus; in Virtutensi Robertus; in Sancti Nicolai prope Ribemontem Guillelmus; in S. Michaelis Terraciensis Joannes, venerabiles hodie consistunt abbates, qui omnes Laudunensem Ecclesiam suam matrem, Bartholomæum vero episcopum appellant Patrem suum atque pastorem.

CAP. XXI. — *Quomodo idem Anselmus Romæ in episcopum Tornacensem electus sit.*

Idem vero Anselmus cum cœnobio Sancti Vincentii fere septemdecim annis præfuisset, et pro utilitate ejusdem cœnobii cum Germano suo domno Gualtero, ipsius loci monacho, Romam profectus fuisset, a clericis Tornacensibus, qui jam quadringentis annis proprio episcopo caruerant (58), mirabili eventu, Deo ordinante, ibi repertus, in episcopum eligitur, et a domno papa Eugenio invitus et reluctans, obedientiæ vinculo constrictus, pontifex consecratur; sicque per eum Tornacensi Ecclesiæ antiqua dignitas restituitur, anno ab Incarnatione Domini 1145, Dominica *Lætare Jerusalem*. Rediens ergo a Roma et cum magna processione Lauduni susceptus, nolens priores filios Sancti Vincentii monachos relinquere orphanos, unum ex eis domnum Balduinum ætate juvenem, sed moribus gravem, loco suo abbatem eis constituit, et a domno Bartholomæo episcopo fecit ordinari, sicque Tornacum ad regendum ovile sibi commissum tendit.

CAP. XXII. — *De correctione abbatiæ Sancti Joannis; et Drogonis abbatis institutione.*

Post hæc etiam Sancti Joannis Baptistæ corrigere studuit præfatus episcopus abbatiam, quæ cunctis aliis supra memoratis Laudunensis diœcesis cœnobiis fertur antiquior, et ditior, atque nobilior fuisse. Hanc siquidem beata Sallaberga, sicut in ejus Vita

A legitur, construxit, et sanctimoniales ibi ponens, earum ipsa prima fuit abbatissa. Tanta vero auctoritate studuit eam sublimare, sicut refert antiquitas, ut quemadmodum in Apocalypsi Joannis legitur: « Scribe septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia (*Apoc.* 1, 11); » ita etiam hanc abbatiam cupiens esse velut alteram Asiam, septem ecclesias in ea ædificaverit. Harum primam, quæ principalior esse noscebatur, in honorem sanctæ Genitricis conditam, appellari voluit Sanctæ Mariæ Profundæ, ad differentiam forsitan majoris ecclesiæ Sanctæ Mariæ, in qua episcopalis sedes consistit; secundam Sancti Michaelis, et Omnium Angelorum; tertiam S. Joannis Baptistæ, et Omnium 553 Patriarcharum atque Prophetarum; quartam Beati Petri apostoli, Omniumque Apostolorum: post has quatuor ad introitum abbatiæ construxit quintam in honore S. Crucis, quatenus scilicet per virtutem ejusdem crucis, omnis incurio diabolicæ fraudis ab ipso introitu repelleretur; sextam in honore sancti Afri martyris; septimam in honore sanctæ Mariæ Magdalænæ. Harum ergo septem ecclesiarum adhuc restant quinque: duæ vero, id est Sanctæ Crucis Sanctique, Afri martyris præ nimia vetustate defecerunt.

Tantæ vero dignitatis erat eadem abbatia, ut quandocunque rex Francorum in diebus solemnibus Lauduni coronandus esset, in ipsa præcipue coronam auream portaret. Nullum etiam quadrupes animal intra murum se portam abbatiæ intrare poterat, quod non statim in rabiem et in insaniam vertebatur. Unde etiam si quando rex, vel episcopus, aut alii principes ad ipsam abbatiam veniebant, omnes equos eorum extra portam oportebat dimitti, et ipsi pedites ad ecclesiam procedebant. Beatæ Sallabergæ morienti successit abbatissa filia ejus, sancta videlicet Austrudis; et ita per trecentos fere et eo amplius annos sanctimoniales ibi fuerunt, plurimasque possessiones de donariis regum et principum longo tempore possederunt.

In diebus vero præfati domni Bartholomæi episcopi, antiqua religio non parum in eodem monasterio refriguerat, exteriores quoque possessiones paulatim diminutæ erant; sed et nonnulla sinistrae famæ de eisdem virginibus dicebantur. Unde multum contristatus idem pontifex, videbat enim eas frequenter a se communitas emendationem quidem verbo promittere, sed factis non implere: consilio et auctoritate domini papæ Innocentii, dominique Rainaldi Remorum archiepiscopi, Ludovici quoque regis Francorum, ad quem eadem Ecclesia proprie pertinere dicebatur, omnes pariter illas sanctimoniales ex illa ejecit. Assumens quoque virum religiosum domnum Drogonem, cœnobii Sancti Nicasii Remensis priorem, eum ibidem primum abbatem ordinavit, et monachos illic sufficienter ex diversis monasteriis posuit. Sed cum jam illic, Deo donante, non parum proficeret, bono odore sapientiæ et pro-

(85) Quia a S. Medardi tempore episcopus Noviodunensis Tornacensem regebat Ecclesiam.

bitatis ejus longe lateque diffuso, præfatus papa Innocentius obedientiæ vinculo constrictum, eum Romam ire coegit, et urbis Ostiensis episcopum consecravit.

CAP. XXIII. *De Balduino abbate loci ejusdem.*

Monachi autem Sancti Joannis pupilli facti absque patre, domnum Balduinum sororis ejus filium, et ab eo ibidem monachum factum, loco ejus unanimiter sibi abbatem elegerunt, et præfato episcopo confirmandum præsentaverunt, ætate quidem juvenem, sed moribus, et religione seniles annos præferentem. Ad quem cum multi monasticum habitum expetentes ex diversis convenirent provinciis, inter alios venit quidam de Tullensi regione, nomine Hugo: quam præfatus abbas Balduinus videns polentem tam religionis fervore, quam litterarum non mediocri scientia, priorem cœnobii sui eum fecit, gaudens, et Deo gratias agens, qui sibi talem dederat adjutorem. Sed cum supradictus papa Innocentius, consilio Drogonis Ostiensis episcopi, domnum Hugonem Humblariensem abbatem Romam accersitum, et obedientiæ vinculo cunctum, Albanensis urbis consecrasset episcopum, eo per litteras suggerente, monachi Humblarienses prædictum Hugonem, Sancti Joannis priorem, sibi abbatem elegerunt, sicque eum domno Balduino abstulerunt.

Ecce ergo de nova monachorum Sancti Joannis ecclesia, jam alterius cœnobii abbas processit; quod profecto ad honorem spectat Bartholomæi episcopi ejus conditoris. Sed quia quosdam minus peritos ei super hoc detrahentes audivi, et dicentes non debuisse tantam mutationem fieri, nec propter peccata quarumdam sanctimonialium etiam inculpabiles expelli; totamque ecclesiam monachis tradi, maxime cum prædicta nobilis matrona sancta Sallaberga cum filia sua sancta Austrude, de patrimonii sui possessionibus eam construxerint, et sanctimoniales in ea posuerint plurimorumque signorum ostensionibus eam splendicaverint. Ad compescendam et reprimendam insipientiam, vel simplicitatem eorum libet pauca divinæ paginæ super simili, vel etiam majori mutatione exempla recolare.

Nonne plantatio Dei major est plantatione hominis? Et certe de Judæis per David regem et prophetam dicitur: « Vineam de Ægypto transtulisti, ejecisti gentes et plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu ejus, et plantasti radices ejus, et implevit terram (Psal. LXXIX, 95), » et cætera quæ de ejus confirmatione subjunguntur. 554 Cum ergo lex per Moysen eis data sit, terram promissionis acceperint, reges et prophetas genuerint, qui multa miracula fecerint, perpetuamque eis mansionem ejusdem terræ Dominis promiserit: tamen quia venientem patrifamilias filium extra vineam ejecerunt, et occiderunt, dicentes: « Hic est hæres, venite occidamus eum; et nostra erit hæreditas (Matth. XXI, 38). » Illico Domino proponenti contra seipsos judicium protulerunt, quod veniens: « Malos male perdet, et vineam suam locabit aliis agricolis (Ibid.

<sup>A</sup> (41), » statimque ipsum subjungentem audierunt: « Quia auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus (Ibid. 43). » Alio etiam loco Dominus parabolam proponit de arbore ficis, ad quam tribus annis continuis, veniens, et fructum non inveniens jussit eam succidi; sed, intercedente cultore vineæ, quarti etiam anni dilationem concessit, simili modo domnus Bartholomæus episcopus, sanctimoniales illas et per semetipsum, et per religiosos viros primo, et secundo, tertio quoque, et quarto, nec non quinto, et sexto anno de correctione admonens, et nihil se proficere videns, secundum præceptum Dominicum utique debuit infructuosam arborem succidere, et vineam Dominicam aliis agricolis committere « Qui reddant ei fructum temporibus suis (Ibid. 41). » Quod ipsum dum non solo sensu suo, sed et consilio papæ religiosorumque virorum fecit, utique non reprehensione, sed laude dignum fuit. Nec timendum est eum propter hoc sanctarum feminarum Sallabergæ et Austrudis, quæ eandem ecclesiam construentes sanctimonialium ordini deputarunt, iram incurrisse: imò potius credendum est earum precibus talem voluntatem ei divinitus advenisse, talesque abbates a Deo fore destinatos, qui et ejus servitio, et ipsius ecclesiæ revelationi jugiter insistere studeant.

In nullo siquidem regni Francorum cœnobio, quod ejus duntaxat sit institutionis, majorem religionem, vel charitativam hospitalitatem, quam in ipso videmus hodie, fervere; nisi quod ipse abbas Balduinus in requirendis et retrahendis Ecclesiæ possessionibus, quas sanctimoniales negligenter detrahi permiserant, valde occupatus, quotidiano labore fatigatus, nihi magis conqueritur quam se non posse jugiter conventui fratrum interesse, vel ipsis hospitibus humanitatis officium prout vellet impendere. Dum ergo ipsæ sanctæ, quarum corpora in eadem servantur ecclesia, jugiter die ac nocte vident ibi tam devote divinum officium fieri; silentium, et religionem ferventer servari; sacrificium corporis et sanguinis Domini, non sicut prius, sed centuplo devotius et frequentius celebrari; religiosos hospites quotidie supervenientes cum charitatis dulcedine suscipi, nonne credendum est eas tam dulci Dei servitio delectari; et dum monacho coram altari transeuntes, et feretris suis submisso capite suppliciter cernunt inclinantes, frequenter eis dicere: « Benedictio Domini super vos (Psal. CXXVIII, 8); » et: « Benedicti vos a Domino qui fecit cælum et terram? » (Psal. CXIII, 24.)

Quid alii sentiant ignoro; ego corde credo, et credens ore fidenter pronuntio, sanctas easdem magis talium monachorum, quam sanctimonialium, quæ ibi toto tempore domni Bartholomæi manebant, divinis officiis delectari, et tam pro illorum quam pro ejusdem episcopi salute Domini misericordiam deprecari. Et sicut David rex Psalmos componens, dicebat: « Scribantur hæc in generatione altera, et populus qui creabitur laudabit Dominum (Psal. CI,



19); » ubi patenter ostendit se non pro Judæis, sed pro Christianis eos composuisse: sic et ipsas sanctas credo gaudere, quod ad hujusmodi monachos ecclesia, quam construxerunt, pervenerit, et ad sustentationem eorum possessiones earum Dominus pervenire concesserit,

Cum vero superius dictum sit novem abbatias a domno Bartholomæo episcopo constructas esse, quarum nullam invenit: si quis diligenter consideret, et hanc vere decimam fore pronuntiabit, quæ ante tempus suum plusquam trecentis annis constructa, sed tempore suo a religicnis calore tepefacta, rursum per se, divina præstante gratia, intromissis monachis noscitur esse restructa et renovata. Quæ renovatio facta est anno Dominicæ Incarnationis 1127.

CAP. XXIV. — *Quam ditata sit major ecclesia Sanctæ Mariæ sub Bartholomæo pontifice.*

Cum autem in construendis aliis monasteriis præfatus episcopus tantum studium habuerit, facile credi potest, quod de majori ecclesia Sanctæ Mariæ, in qua pontificalis sedes posita est, maxime laboraverit, ut redditus ejus augmentarentur. Et, quamvis aliam religionem ibi ponere nequiverit, non enim facile canonici ejus antiquos mores mutare cogi poterant, tamen sic eorum priores redditus studuit ampliare, ut magna parte anni eos pariter in refectorio comedere instituerit, 555 quotidianumque eis victum ubertim et ditissime providerit, ita ut ipsi canonici testentur quod pene duplo, quam prius præbendas eorum ditaverit, sicut in privilegiis ejus, quæ in eadem ecclesia continentur, potest inveniri.

CAP. XXV. — *De Guidone Catalaunensi episcopo.*

Illud etiam ad laudem et honorem Laudunensis Ecclesiæ domnique Bartholomæi pertinet quod domnus Guido, vir nobilissimus, quem idem episcopus canonicum et decanum majoris ecclesiæ Sanctæ Mariæ fecerat, cum adhuc ætate juvenili floreret, pro religione tamen, et devotione sua, quoniam et castitatis amator, et ecclesiastici officii assiduus frequentator, fama præconante, esse ferebatur, ad episcopatum Catalaunensis urbis eligitur, et a domno Sansone Remorum archiepiscopo consecratur. Qui ad sedem suam veniens, quemdam Laudunensis Ecclesiæ juvenem clericum, nomine Haimonem, qui secum abierat, mox in ipso primo consecrationis suæ anno, sedis ejusdem archidiaconum fecit, sicque civitas Catalaunensis de Ecclesia Laudunensi, uno eodemque anno, et episcopum et archidiaconum habuit.

CAP. XXVI. — *De Theoderico Ambianensi.*

Sequenti etiam anno domnus Theodericus, qui primo fuit monachus cænobii Sancti Nicolai in diocesi Laudunensi, postea vero, ut supra dictum est, abbas Sancti Eligii Noviomensis consecratus est a

A præfato Sansone archiepiscopo pontifex Ambianensis; sicque intra duos annos duæ civitates, Catalaunensis, et Ambianensis acceperunt pontifices filios et nutritos Ecclesiæ Laudunensis. Non immerito ergo superius dixerim, in ecclesia Laudunensi illam Aggæi prophetæ sententiam completam fuisse, qua dixit: « Magna erit gloria domus hujus secundæ, magis quam primæ (Agg. II, 10). » Quoniam revera et in episcopatu Laudunensi plurima quæ prius non fuerant monasteria accreverunt et de ipso multa plura per orbem terrarum novæ institutionis, quasi novæ lucis fulgore splendentia pullulando processerunt. A tempore si quidem sancti Genebaudi, primi Laudunensis episcopi, cum quæraginta tres episcopi post eum fuissent usque ad domnum Bartholomæum episcopum, et ipse quadragesimus quartus eis successisset, non legitur tot miracula per sanctam Dei Genitricem in ecclesia Laudunensi facta fuisse, sicut in diebus hujus Bartholomæi. Tempore tamen Helinandi, qui ante domnum Bartholomæum quintus ejusdem urbis episcopus fuit (id est xxxviii), quoddam miraculum in eadem ecclesia contigit, quod hic dignum duximus memoriæ scribendo mandare.

CAP. XXVII. — *De muliere ab incendio liberata Civiaci.*

In villa siquidem, quæ Civiacus vocatur, prope Laudunum, vir quidam, Guilelmus nomine, manebat, ejusdem procurator villæ (58\*), cum uxore sua (59) Soiburgæ qui unicam filiam suam, nomine Guiburgem cuidam viro, nomine Albuino, in matrimonium sociaverunt, eosque unice diligentes secum in domo communi habitare fecerunt. Cum non multo post turpis infamiæ rumor per multorum ora volitare, atque in dies augmentari cœpit, juvenem illum relicto propriæ uxoris thoro, soceri adulterina fraude violare cubile matreque cum filia abuti illicite. Quod ubi ad matronæ illius aures aliquorum relatione pervenit, inæstimabilis vi doloris intrinsecus atacta, et falsi criminis impositione turbata, profunda cœpit animositate revolvere, qua arte criminis hujus nævum a se valuisset detergere. Cumque miris machinationibus sui præ dolore impatiens, peneque extra se posita interius æstuarer, diabolica tandem inspiratione infecta atque infectione armata, deliberavit animo, innocentem jam rea extinguere, id solum suæ infamiæ seductione diabolica remedium sperans. Et ecce jam hiemali ingruente algore, vindemiale et autumnale tempus transierat; quo scilicet multi de diversis partibus ad colligendas sub mercede vindemias illa solent in loca confluere.

Ex his itaque duos pauperes sibi eligens, data pro optione mercede, fidem ex eis infidelis exegit, ut commissum silentio tegerent, atque ad committendum crudele et nefandissimum scelus, sicut menteolvebat, dexteræ præpararent. Designavit igitur

(58\*) Hoc refert miraculum Guibertus lib. De laude B. Mariæ, cap. 10.

(59) Mulierem hanc vocat Theodebertam.



locum, determinavit diem et horam, quo videlicet de abditis latenter exsurgentes, innocentis subito guttur invaderent et suffocarent. Sed jam funestus ille imminebat dies, cum mane hora diei prima, vir ejus, sicut quotidie consueverat, in suam procuracionem exiit, familia huc illucque dispersa est, filia quoque foras egreditur. Remanserunt **556** soli Adam et Eva, agnus innocens et sæva læna. Intra-verunt etiam latenter, illa tamen procurante, promptuarii secreta duo prædicti pauperes. Tandem mulier convenientem destinati sceleris nacta horam, blandis primum intermistis colloquiis, demum præcipit ut ad interiora promptuarii descendens vinum deferret. Ille nihil mali suspicatus, simpliciter quasi matri obtemperans, accepto vase festinus ad interiora descendit. Cumque vinum in vase susciperet, illi subito de abditis exsurgentes, guttur innocentis invadunt, et continuo suffocant, susceptumque, domina jubente, inter manus ad lectum deferunt, coopertumque propriis vestimentis quasi dormientem componunt.

Interea vir domum regreditur, filia, familiaque ad horam prandii revertuntur. Præparatis omnibus, mater filia præcepit ut virum suum excitet. Quæ festina ad lectum jacentis accedens, et extinctum inveniens exclamat. Commoti ad vocem clamoris omnes pariter irruunt, postpositoque prandio ad funeris exsequias convertuntur. Fama protinus totam complet regionem Albuinum, paulo ante sanum, in lecto suo mortuum esse inventum. Erat eo tempore Lauduni quidam vicedominus, Ilbertus nomine, vir sapiens, et profundi ingenii, sed plus justo crudelis. Hic ubi hujusmodi famam audivit, mirari primo, deinde suspicione quadam cepit animo permoveri. Et illo quidem die sustinuit, mane autem facto subsequentis diei, festinus antequam defunctus ad tumulum deferretur, cum suis ad locum venit, et quasi nescius ex industria quomodo contigisset, diligenter investigare cepit. Cumque nullius relatione animo suo satisfaceret, ultra inquisitionis impatiens, ad feretrum accessit, diruptisque violenter, quibus corpus coniectum fuerat, pannis, nec mora suffocationis certa indicia reperit.

Statim ut fremebundus leo in ultionem sceleris sæviens, virum cum uxore et filia diris innexos vinculis Laudunum ad supplicia trahebat. Cumque crudeli vexatione traherentur, tunc illa : Innocentes, inquit, injuste opprimere, tantique sceleris nescios pœnis ac suppliciis nolite vexare. Ego hujus criminis conscia, ego viri interfecitrix, et sola rea. In me omnium pondera tormentorum, in me totius ultio sanguinis convertatur; isti velut inculpabiles relaxentur. Quo ille audito, dimissis illis, noxiam, et ore proprio confessam, sub arcta custodia mancipatam episcopo præsentavit. Cumque, clero et populo præsentate, diversi diversas promerent sententias, unus inter clericos exstitit qui vocabatur magister Quintinus, bene quidem litteris eruditus sed non bene de lege divina medullitus instructus, nec inte-

rius in unctione sancti Spiritus irroratus. Hic ergo data sententia igne cremandam adjudicavit. Quo ille iudicio audito, instigantibus etiam defuncti amicis, implere statim quod judicatum fuerat, materavit.

Cumque misera duceretur ad supplicium, impetrat ut ad Beatæ Dei Genitricis ecclesiam, juxta domum episcopalem, mora sibi concederetur orandi. Quo perveniens in conspectu cleri et populi, humiliter puraque confessione totius patratæ iniquitatis seriem peroravit, pluresque ad compassionem lacrymarumque effusionem inflexit. Inde pavimento prostrata, cum multo fletu corpus et animam suam sanctæ Mariæ commendavit; postque surgens, faciemque et totum corpus signo crucis muniens egreditur et ad locum supplicii ducitur. Ibi omnibus vestimentis præter lineam, qua sola corporis nuditas tegebatur, exiit; domum, in qua cremari debebatur, introducit. Tunc per suras nexibus involutis, strictisque manibus post tergum, ad stipitem, qui in medio positus erat, et cui tota domus illius fabrica innitebatur, duris fortiter vinculis nequitur, circumpositisque lignis et stipula, tota domus interiorius repletur. Post hæc clauso ostio ignis supponitur, nec mora flammiarum globi ad superiora producuntur.

Interea flamma crudeliter omnia devastante, tota fabrica in favillam redigitur, illa tamen inter prunas sana et immobilis stare videtur. Furentes autem inimici ad sepes undique et circumquaque currentes, et quidquid ad manus habere poterant deferentes, satis priore majorem lignorum et stipulæ cumulum super eam congerunt. Rursum copiosior flamma succenditur, consumptisque celeriter lignis et stipula, nihilominus illa sana et incolumis conspicitur. Quodque miraculum magis augmentabat, ignis qui contra eam nullam vim habuit, vincula, quibus colligata fuerat, consumpsit. Cumque et tertio furentes iterum flammam conarentur apponere, lapidesque contra eam vehementer jacerent, tunc illa miserabiliter exclamans: Parcite, quæso, inquit, mihi parcite : Nonne videtis quod piissima sancta Dei Genitrix, cui corpus meum hodie commendavi, misericorditer me adjuvat. His auditis illi mesericordia commoti illam affligere desistunt : ipse quoque vicedominus eam statim commonuit, ut de igne egredere-  
**D**retur. Egressam omnes circumdant, et tam corpore quam capillis ac veste prorsus illæsam admirantur, sicque cum gaudio Sanctæ Mariæ repetunt ecclesiam, eamque Deo, et piæ Matri ejus gratias referentes usque ad majus altare deducunt. Quot ibi lacrymæ præ nimia **557** exultatione ab universis effusæ fuerint, quotque laudes piæ Dominae matri decantatæ nullus facile valet referre.

Post hæc vicedominus mulierem ad domum suam ducit, ciboque ac potu copiose refecit, orans ut sibi indulgeat, quod in eam crudeliter sævierat. Inde mulier Civiacum ad propriam domum reversa, post triduum, sicut credimus, divina misericordia vocata spiritum reddidit, et de labore ad requiem transmi-

gravit, forsitan « Ne malitia mutaret intellectum illius, aut ne fictio deciperet animum ejus (Sap. iv, 14). » Cui tantam misericordiam precibus suæ Matris præstiterat omnipotens Deus, quatenus omnes qui hoc audirent, dicerent post veram confessionem in auxilio sanctæ Mariæ spem suam confidenter ponere; et de misericordia ejus nunquam desperaret. Hoc miraculum tempore domni Helinandi episcopi gestum Lauduni non unus, aut duo, vel tres viderunt, sed tota pene Laudunensis civitas conspexit.

Helinando episcopo successit Ingelrannus, Ingelranno Gualdricus, qui creduliter fuit interfectus, Gualdrico Hugo, Hugoni Bartholomæus, in cujus diebus miracula, quæ superius descripta sunt, sancta Maria per Franciam et Angliam operata est. Quia vero relatum est miraculum quod tempore domni Helinandi sancta Maria misericorditer fecit in muliere, quæ suppliciter eam invocavit, nunc etiam referatur mirabilis vindicta, quam exercuit super quemdam furem, qui manum ad ejus thesaurum extendere præsumpsit.

CAP. XXVIII. — *De furto Anselmi.*

Præfatus domnus Bartholomæus episcopus, non multo post consecrationem suam vidit in somnis quod staret super pulpitem in majori ecclesia Sanctæ Mariæ cum quibusdam clericis suis, versaque facie ad januas aspiciebat in medio ecclesiæ, quasi ex quodam terræ hiatu lumen splendidissimum procedere, totamque ecclesiam, quia nox erat, mirabiliter irradiare. Post lumen etiam subsequebatur ex eodem terræ hiatu, velut odor balsami suavissimus, quo tam ipse, quam circumstantes incredibiliter et mirabiliter recreabantur. Cum vero episcopus secum positos hortaretur, ad eundem terræ hiatum accedere, et quid esset inspicere, sed nullus eorum super hoc ei vellet obtemperare, ipse solus sibi videbatur de pulpito descendere, atque illuc tendere. Sed cum jam prope esset, sicut Moysi quondam ad rubum inspiciendum properanti dixerat Deus: « Ne appropinques huc, locus enim in quo stas terra sancta est (Exod. iii, 5). » Ita et episcopus de interioribus audiebat vocem sibi dicentem: Non ingrediaris huc, quoniam Deus omnipotens in ipsa carne sua et ossibus hic præsens est, et nullus, qui Deum videat corporaliter, diu vivere potest. Ipsa quoque sancta Maria mater ejus hic præsens est cum Deo, et mandat tibi quod latro suus capiatur, præcipitque tibi ut non eum abire permittas, sed justitiam de eo facias. Confestim episcopus evigilavit, et quid sibi hujusmodi visio innueret, multoties secum admirando tacitus revolvebat.

Erat tunc temporis in urbe Laudunensi quidam Anselmus, cognomento Beessus, qui se simulando religiosum non parum ab omnibus laudabatur et honorabatur, sed, ut ex fine patuit, longe aliud erat in corde quam homines viderent in facie. Huic ergo pro religione sua thesaurus ecclesiæ servandus tra-

ditus est, cum aliis custodibus, quoniam antiqua consuetudo est ejusdem ecclesiæ ut septem custodibus ipse thesaurus committatur, quorum quatuor clerici, tres vero sunt laici. Videns itaque Anselmus multum sibi ab omnibus credi ex auro et lapidibus pretiosis, quibus cruces festis diebus super altare ponendæ fuerant opertæ, non exiguam partem furtim discerpens aurifici cuidam vendendi causa tradidit, prius ab eo accepta fidei sponsione quod nulli se hujus rei fuisse auctorem propalaret. Sed cum idem aurifex aurum illud sive lapides Suessionis venderet, nutu Dei canonici Laudunenses supervenientes auri sculpturas recognoverunt, et statim querimonia facta præfatum aurificem a iudice comprehendi fecerunt. Ille comprehensus, atque perterritus, ab Anselmo sibi ea tradita fuisse confessus est. Unde Laudunum reductus, et contra Anselmum hæc negantem, duelli certamine congressus, protinus superatus et victus est, forsitan ut multi putarunt, pro fidei violatæ reatu (60), qua promiserat eidem Anselmo quod eum non detegeret.

Pro hac ergo victoria Anselmus nimis elatus, quia sibi conscius erat, et se furtum fecisse, et tamen adversarium superasse, multamque laudem ab hominibus, qui se innocentem esse clamabant, acquisisse, ad majora securius patranda provocatur, plurimisque terris ac vineis ditatur. Domnus tamen Guido, qui Laudunensis ecclesiæ thesaurarius simul et archidiaconus erat, suspicione quadam contra eum pulsatus, imo furtorum ejus certus, removit eum ab officio suo, id est a custodia thesauri. Quamobrem Anselmus nimia commotus ira, et pene insaniens, locum et tempus se de eo vindicandi quærebat.

556 Accidit interea ut Sibila comitissa, uxor Ingelranni nobilissimi principis de Fera (vulgo, *la Fère*), plura vasa aurea et argentea in thesauro Sanctæ Mariæ reponeret, propter loci firmitatem securius servanda. Inde ergo Anselmus occasione sumpta, cogitavit eadem vasa furari, quatenus scilicet comitissa præfatum Guidonem, sub cujus custodia thesaurus servabatur, de tali furto infamaret, vasaque sua ab eo repeteret. Nocte igitur quadam circa Epiphaniam Domini tanta vis grandinis et pluvie atque ventorum inhorruit ut de domo sua vix aliquis posset egredi. Illam noctem ratus Anselmus opportunam fore explendæ nequitiae diu meditatæ, cunctis scilicet intra domos clausis, nec aliquem sonitum nisi solius venti audire valentibus, assumptis celeriter scalis et machinis, jam longe prius præparatis, turrem in qua thesaurus positus erat, velociter conscendit, et arte callida perforatum ostium ingreditur, omnia præfata vasa comitissæ aurea et argentea furatur. Cernens autem saccum suum in quo ea posuerat, necdum fore plenum, nolensque illum ex aliqua parte remanere vacuum, mittit manum ad ecclesiæ thesaurum. Textus pretiosos

(60) Violatur minime fides dum criminis socius revelatur.

auro et gemmis opertos confringit, et libros quidem reliquit; aurum vero cum gemmis sacco recondit. Postmodum cruces aureas et phylacteria confringens, inter cætera et etiam unam columbam auream confregit, quæ pro lacte et capillis sanctæ Mariæ, ut ferebatur, introrsus reconditis multum erat famosa et honorabilis, unde et in majoribus festis super ejus altare solebat appendi. Tanto igitur talique thesauro saccum repletum deferens descendit, ipsumque saccum non in domo sua, sed extra urbem in loco ante proviso et præparato abscondit.

Nocte tenebrosa pluvialique vento recedente, cum effracti ostii et direpti thesauri signa patuissent, subito tam tristi nuntio tota civitas turbatur, nec minus laici quam clerici contristantur; et amarior nox eis supervenire videtur. Ad episcopum curritur, lugubre factum refertur. Episcopus super omnes nimio mœrore concutitur, quoniam thesaurus, quem Deus in totius urbis, et ipsius ecclesiæ incendio ante paucos annos servaverat, nunc latenter et miserabiliter perditus fuerat. Protinus ergo generalis conventus canonicorum et civium convocatur. Quid opus sit facto discutitur, et præ omnibus magister Anselmus, tunc temporis totius urbis lucerna, consultitur. Ille ut divinæ legis peritissimus, continuo Josue replicat historiam, quomodo scilicet furtum in Jericho, nullo sciente factum, Dominus jussit fore perquiri, primo per tribus, deinde per familias ac domos, ad ultimum singillatim per viros (*Jos. vii, 14*). Instar hujus tam subtilis perquisitionis consultitur magister Anselmus, ut tanti facinoris auctor judicio aquæ perquiratur, ac de singulis urbis parochiis unus infans innocens in vase aquæ benedicta repleto poneretur; et quæcunque parochia forte culpabilis inveniretur, de singulis domibus ejusdem parochiæ unus infans in aqua poneretur; et quæcunque domus deprehensa fuisset, omnes viri vel femine ad eam pertinentes judicio aquæ se purgare cogerentur: hoc consilio magistri Anselmi, germanique ejus magistri Radulphi comperto perterriti cives licet innocentia suæ conscii, ad episcopum confluunt, et non longe remotos, sed potius ecclesiæ custodes, et prope templum manentes, ad judicium primo debere vocari conclamant.

Annuit episcopus, et sex viros, de quibus major erat suspicio, ad faciendum examen vocat, inter quos etiam ipse solus præfatum Anselmum nominatim compellat, dicens se contra eum exinde moveri suspicione. Respondet Anselmus se multum mirari quomodo episcopus de tanto scelere contra se suspicionem habere potuerit, præsertim cum et se Dei servum esse sciret, et ante aliquot annos priusquam ipse pontificatum suscepisset aurificem, qui sibi maculam similis criminis imponebat, a se in duello fuisse superatum non ignoraret. Responsionem ejus universus populus acclamat eumque virum sanctum, et Dei cultorem esse protestantes, omnes pariter una voce non debere eum ad judicium vocari, subjungunt. Tunc ab antiquo naturæ statu visus est

A mutari episcopus, nunquam enim vel antea, vel post idem pontifex inventus est pertinax in aliquo fuisse, sed semper precibus aut dictis aliorum a sua sententia facile flecti consuevit. In hac vero sola causa tantæ fuit constantiæ ut, cum nullus Anselmum accusaret, imo pene cuncti contra episcopum ei faverent, Dei tamen nutu nullo modo ad eum dimittendum flecti potuerit.

Cum ergo præsul eum custodiri usque ad præfinitam diem examinis jussisset, quidam miles ei vehementer favens, nomine Guillelmus, rogavit episcopum ut eum sibi servandum committeret, sicque ad domum suam eo concedente illum duxit. Ubi dum servaretur, quadam nocte vas maximum aqua impleri, sequè in eo ligatum fecit deponi, tentare scilicet volens utrum in aqua totus mergeretur an supernataret. Cum vero se sine ulla dilatione vidisset ab aqua receptum fuisse, et ad vasis fundum pervenisse, exhilaratus dixit se nihil ultra timere, sed sponte in aquam ingressurum fore. Quid **550** longius moror? Venit dies constituta, confluit ad ecclesiam innumera multitudo clericorum, militum, et rusticorum diversi sexus et ætatis juvenes, et virgines, senes cum junioribus invocant nomen Domini ejusque gloriosissimæ Genitricis. Qui ergo primus in aqua positus est, salvus et gaudens exiit, secundus autem corruit, tertius salvus, quartus inventus est reus, quintus liberatur, sextus idem Anselmus culpabilis invenitur, sicque probavit nihil sibi profuisse quod prius Deum tentaverat, sed plurimum hanc aquam distare ab ea in qua prius, dum in custodia esset, se deponi fecerat.

Mox ergo vinculis religatus, usque [*f.*, usquequo] thesaurum furatum redderet ab episcopo communitus statim publico imprecatus est, ut sic suspendi mereretur sicut Judas qui Deum tradidit, si aliquid ex eo haberet, vel furatus fuisset. Videns pontifex quod nihil exhortando posset proficere, Nicolao castellano eum tradidit, præcipiens ei ut torquendo thesaurum reddi cogeret. Ille nudatum terræ et prostratum atque ligatum lardo calido fecit profundi, sed nil extorquere potuit. Inde jubente præsule fecit eum suspendi, non ut interficeretur, sed tantummodo ut torqueretur. A mane ergo usque ad vespereum tortus, deciesque suspensus, decies depositus, cum jam se deficere videret, iudex etiam juraret, quod si se ulterius suspendi permetteret, jam deinceps vivens non deponeretur.

Tandem interrogavit quid sibi daretur, si thesaurum redderet. Hac vox audita, continuo spem recuperandi thesauri cunctis dedit. Poposcit centum libras sibi dari; sed paulatim minuendo ventum est ad quadraginta libras. Quas se accepturum dixit, ea conditione ut fidejussores simul sibi darentur, quod decem milliaribus procul a Lauduno ex quacunque parte vellet secure cum eadem pecunia deduceretur. Protinus ad episcopum curritur, petitio ejus refertur, annuit præsul, et quidquid petisset concedi præcepit, eo tamen pacto ut continuo thesaurum redde-

ret, quoniam timebat ne si dilatio vel brevis daretur, illæ dæmonum instinctu fuga laberetur. Jam lux diei transierat, noxque tenebrosa successerat. Jubente tamen episcopo per totam urbem faces et lychni, cæteraque luminaria accenduntur, ut illud Psalmistæ Lauduni ea hora compleretur; • Et nox sicut dies illuminabitur (*Psal.* cxxxviii, 10). » Nullus domi remanet, omnes quasi ad spectaculum progrediuntur.

Anselmus instar ursi de cavea producti deducitur custodibus et populo caute ne fugiat circumdatur. Petit ecclesiam S. Martini extra muros urbis positam, pervenitur ad quendam locum prope vineas, in quo paxillorum, quibus vites sustentantur, ingens acervus erat congestus, sub eis in montis præcipitio quasi in tartarum descendit, manumque ad sacrum mittens, primum auream tabellam de textu Evangeliorum discerptam protulit, subridensque circumstantibus, bonum, inquit, mercatum feci, qui tantum thesaurum pro quadraginta libris reddidi, quia hæc sola tabula multo plus valet. Sic ergo thesaurus redditus ad ecclesiam S. Mariæ protinus refertur, totaque civitate lætante clamoribus, et in voce exultationis et confessionis plateæ resonant, signa etiam præ gaudio per omnes ecclesias pulsantur.

Non est reticendum magnum quoddam miraculum. Quidam enim monachus aurifex, nomine Sigerus, in cœnobio S. Vincentii manens, dum operi suo etiam nocte insistens, aperiret ædiculæ suæ fenestram, qua S. Martini prospiciebatur ecclesia, videbat quasi radium splendidissimum lucis de cœlo procedentem, et usque ad illum locum, quo thesaurus absconditus erat, procedentem. Unde nimis admiratus nonnullis monachorum Sancti Vincentii eundem lucis radium ostendit, sed illi quamvis quotidie thesaurum reliquiarum S. Mariæ requiri audirent, nullus tamen eum ibi esse cogitabat. Tandiu ergo monachi radium lucis nocte coruscare viderunt, quandiu saccus ibi cum thesauro jacuit.

Aliud quoque miraculum non silendum contigit, ex quo enim Anselmus ille cum reliquo thesauro etiam columbam auream confregit, de qua supradiximus, in qua de lacte S. Mariæ et capillis ejus contineri ferebatur, divino iudicio nunquam dormire potuit, sicut ipse postmodum episcopo confessus est. Sed quancumque oculos pro somno claudebat, protinus eandem columbam rostrum oculis suis infligentem, et eos aperientem videbat. Diabolo tamen cor suum obdurante nulla propter hoc pœnitentia compungebatur. Postquam vero columbæ fracturas cum alio thesauro reddidit, facultatem dormiendi recepit.

In crastino ergo Anselmus ad episcopum veniens, ut se ab excommunicatione pro furato thesauro facta absolveret, crucemque sibi daret, et Jerusalem ad sepulcrum Domini abire permetteret, petiit. Respondit episcopus se nihil horum facturum, quoniam nec absolutio, nec iter Hierosolymitanum ei aliquid prodesset, quandiu quadraginta libras, quas pro redditione thesauri acceperat, teneret. Non

A enim, inquit, compunctus eum reddidisti, ideoque non potes absolvi, sed adhuc excommunicationis reus teneris; sed si pecuniam istam reddens veracem confessionem de furto, imo de sacrilegio faceres, et pœnitentiam exinde susciperes, tunc et absolvi, et Hierusalem proficisci posses. Acquiescens ille verbis pontificis præfatam pecuniam publice super altare posuit, fidejussores, qui se decem milliaribus procul a Lauduno secure deducendum sponderant, liberos a fidejussione sua esse concessit, sicque ab episcopo absolutus, et crucem suscipiens, quocumque volebat libere est abire permissus, et cum ipso episcopo per aliquot dies familiariter est conversatus.

B Conscentia tamen se interius graviter torquente perterritus, cœpit fugam meditari, tandemque clanculo ex urbe fugere voluit. Sed cum de monte descendere cœpisset, mirum dictu! vidit quasi fluvium magnum instar maris contra se redundantem, seque in montem redire cogentem. Unde stupefactus rursus per aliam portam descendere, et fugere tentavit, sed protinus fluvium sicut prius contra se redundando venientem vidit. Cumque hoc ei sæpius contingeret, nec de monte descendere valeret, secreta hoc episcopo confessus est. Quamobrem episcopus, occasione sumpta, suadere ei cœpit, ut priorem thesaurum, cujus partem, sicut supradictum est, Suesionis venundandam aurifici tradiderat, S. Mariæ integro redderet, sicque securus Hierusalem ire posset. Ille consuetam negationem repetens, sic, inquit, suspendi merear sicut Judas, qui Deum tradidit, si aliquid exinde habui. Quod si mihi non creditis iterum paratus sum iudicium aquæ subire; et si culpabilis inventus fuero, vel si iudicium facere noluerò, facite me suspendi. Tunc episcopus rogabat ut saltem lapides pretiosos, qui in crucibus aureis inserti fuerant, redderet, promittens quod pro auro nullam ei molestiam faceret. Ille vero nihil pontifici reddere voluit; sed eos se habere omnino negavit.

C Postea tamen Nicolao castellano jussu episcopi priora ei tormenta comminante nimis perterritus, duxit eundem Nicolaum ad vineas sub monte positas, ponensque manum in terræ caverna extraxit de sacco jam putrefacto lapides pretiosissimos, tradiditque eos ipsi castellano. Quo facto iterum conscientia remordente tremefactus, quoniam eos celaverat episcopo, et reddiderat castellano, rursus fugere tentavit. Episcopus autem receptis a castellano lapidibus recordatus somnii supradicti, in quo S. Maria ei præceperat, ne latronem suum impunitum abire permetteret, sed justitiam de eo faceret, protinus convocatis ministris suis, præcepit ut Anselmum quantocius quærerent, et sibi præsentarent. Ministri per diversa loca discurrentes, tandem eum reperiunt in valle sub cœnobio S. Vincentii, fugere volentem, sed propter fluvium redundantem non valentem. Jubent ei ut secum ad episcopum veniat.

D Ille tremens et exsanguis rogat, ut se permittant loqui domno Alberoni S. Vincentii abbati. Nolentes

eum relinquere vadunt cum eo, præcæperat enim episcopus ut caute custodirent eum. Prostratus ille pedibus abbatis rogat ut secum ad episcopum eat. Acquiescit abbas et cum eo ad episcopum vadit. Prosternitur ille pedibus antistitis, obsecrans vitam et membra sibi concedi. Cui episcopus, quis enim, inquit, te persequitur? Redde thesaurum dominæ meæ sanctæ Mariæ, et quocunq̄ volueris liber proficiscere. Anselmus consueto more imprecatur sibi, ut sic suspendatur sicut Judas, qui Deum tradidit, si aliquid exinde habuerit. Tunc præsul : Palam est, inquit, te mentiri; quia lapides castellano reddidisti, et mihi reddere noluisti. Sponte vero tua mihi promisisti, quod si tibi exinde non crederem, iudicio aquæ te purgares, aut si facere nolles, concessisti publice ut suspenderis. Elige ergo quod volueris. Dico

A tibi coram omnibus quod non credo tibi, te non habuisse thesaurum S. Mariæ. Aut illum redde, aut purga te sicut obtulisti iudicio aquæ, aut suspenderis sicut concessisti. De his tibi optionem concedo. Respondet Anselmus nec se habuisse thesaurum, nec iudicium aquæ proinde facturum. Tunc episcopus convocato generali conventu clericorum, militum et civium, causam profert in medium. Comuni omnium sententia iudicatur, ut quod miser ore proprio statuerat completeretur. Protinus de monte in vallem deducitur, et in arboris ramis suspenditur, evidens documentum præbens omnibus, quod Deus nolit impunitum dimitti, qui Matri suæ injuriam fecerit.

Hæc sunt quæ tempore domni Bartholomæi episcopi contigerunt Lauduni.

EXPLICIT LIBER TERTIUS.

## DOMNI LUCÆ D'ACHERY

MONACHI BENEDICTINI

### AD OPERA QUÆDAM V. GUIBERTI DE NOVIGENTO NOTÆ ET OBSERVATIONES

#### AD LIBRUM DE LAUDE SANCTÆ MARIÆ.

561 *Fragmentum ex lib. 1. S. Paschasii Ratberti De partu Virginis. — Quod Deipara Virgo maculam originalis peccati minime contraxerit.*

(1) CAP. VIII. — *Cum actuali abolevit originale peccatum.* Qui cursim et visu tantum prælibaret hæc verba, posset ita præfestinatim argutari: Spiritus sanctus in Virgine peccatum abolevit, proinde fuerit in Virgine aliquando hoc peccatum fieri necessum est. At penitus inspicienti argutiola isthæc frivola est atque inanis; etenim regeri posset hoc modo: Si cum actuali abolevit originale peccatum, ergo et abolitum est actuale; si autem actuale abolitum, exstitisse aliquando in Virgine concludas oportet. Verum fritinnere est atque plane effutire sic loqui; siquidem pluribus in locis abbas noster de puritate Virginis immaculatæ, deque ejus ab omni sorde immunitate mentem aperit suam: unde contra sic ago: In Virgine sancta peccatum actuale, quod in ea nusquam fuit ex sensu Guiberti, Spiritus S. prædicatur abolevisse, quidni et originale, quod nunquam fuerit ex mente ejusdem abbatis, Spiritus sanctus non aboleverit?

Attende, quæso, verba cap. 5, col. 551: « Certe si secundum Platonicam sententiam spiritus nostri

prius creantur quam corpora, posset Deus cuiquam spiritui optionem dare qua vellet procreari ex matre. Quod si fieret, quam, putas, ille personam sibi ipsi consciret? De corporis forma ac habitudine si leam. Quid honestatis, quid prudentiæ animo ejus comportaret? nihil procul dubio illi adimeret, quo ipsa aliis invidiosa non esset. Si sic hominis spiritus, civitatem virginalis uteri, quam sibi fundat Altissimus, quo potentior est, nonne Dæi multo magis perornat Spiritus? » Ex hoc loco quid inferri possit, si diligentius advertatur, neminem ullum de illibato Virginis conceptu dignius fuisse arbitratum in confessum veniet.

Sed enim mirum in modum Guiberti sensum illustrabit beati illius æerrimi Ecclesiæ propugnatoris, Paschasii Ratberti Corbeix antiquæ abbatis sententia; sane singularis est et exosculanda: cumque hactenus aureum prorsus tanti viri opus De partu Virginis delituerit, donec a nobis publicum fiat, pergratum iri puto vetustioris theologiæ studiosi, si fragmentum prolixius attexam:

<sup>1</sup> At vero beata Maria, licet ipsa de carne peccati sit nata et procreata, ipsaque quamvis caro peccati fuerit, non tunc jam quando præveniente Spiritus

sancti gratia ab angelo præ omnibus mulieribus benedicta vocatur : *Spiritus sanctus*, inquit, *super-veniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi* (Luc. 1, 35). Alioquin si non eodem Spiritu sancto sanctificata est, et emundata, quomodo caro ejus non caro peccati fuit? et si caro ejus de massa primæ prævaricationis venit, quomodo Christus Verbum caro sine peccato fuit, qui de carne peccati carnem assumpsit, nisi quia Verbum quod caro factum est, eam primum obumbravit, in quam Spiritus sanctus supervenit, et virtus Altissimi eam totam possedit? Propterea vere caro jam non caro peccati fuit, in qua Deus se totum infudit, et Verbum quod caro factum est, sine peccato ad nos venit, qui jure non solum legem naturæ vitiatæ in nascendo non tenuit; verum nec legem primæ originis quam habent feminæ, si mandatum servasset mater omnium Eva in paradiso. Alias autem quomodo, Spiritu sancto eam replente, non sine originali peccato fuit, cujus etiam nativitas gloriosa catholice in omni Ecclesia Christi ab omnibus felix et beata prædicatur? Enimvero si non beata esset et gloriosa, nequaquam ejus festivitas celebraretur ubique ab omnibus. Sed quia tam solemniter colitur, constat ex auctoritate Ecclesiæ, quod nullis quandoque naturæ subjacuit delictis, *neque contraxit in utero sanctificata originale peccatum*. Unde, etsi Jeremiæ dies atque Job maledicta pronuntiat, dies, inquam, nativitatis eorum, dies tamen quando inchoata est felix Mariæ nativitas, beata pronuntiat et colitur religiose satis. Quod si in peccato esset, jure maledicta diceretur et gemebunda, potius quam benedicta, quando nuntiatum est patri ~~569~~ ejus quod nata esset in sæculo. Nunc autem, quia universam benedictione sua beata virgo Maria illustrat Ecclesiam, non merito sanctificata in Spiritu sancto colitur veneranda? Nullius igitur nativitas celebratur in mundo, nisi Christi et ejus, atque beati Joannis. Sic et beata virgo Maria nisi in utero matris sanctificata esset, minime nativitas ejus colenda esset. Nunc autem quia ex auctoritate totius Ecclesiæ veneratur, *constat eam ab omni originali peccato immunem fuisse*, per quam non solum maledictio matris Evæ soluta est, verum etiam benedictio omnibus condonatur. Quod si præclara sanctissimæ Virginis Nativitas universaliter tam sancta et tam gloriosa jure colitur et veneratur, quanto magis ipsa quando ab angelo jam gratia plena officiosissime salutatur? Nam cum dicit ei : *ave*, cæleste venerationis obsequium exhibet, cum autem dicit *gratia plena*, ex integro iram exclusam ostendit et restitutam gratiam declarat. Cum dicit *benedicta tu*, fructum benedictionis demonstrat, quia quando Spiritus sanctus

A in eam advenit, totam defæcavit a sordibus Virginem et decoxit, ut esset sanctior quam astra cæli. Porro quando virtus Altissimi totam eam adumbravit, factum est ut ejus in utero veniens Verbum, quod erat in principio sempiternum apud Patrem, caro fieret ex tempore, et habitaret in nobis.

« Audiant igitur novi disputatores, et investigatores novi et inauditi partus; audiant et intelligant primum, quia viri sunt, quomodo bene disputare queant de natura et sexu mulierum. Deinde recogitent, ut qui naturam requirunt, et communem legem nascendi, ubi totum divinum est et ineffabile, divina virtus quod operatur. *Generationem ejus quis enarrabit?* (Isai. LIII, 8.) Nam quis hoc loco pro impossibili accipitur, quia nemo sanctorum est, qui non dico divinam, verum etiam qui humanitatis ejus generationem ad liquidum queat enarrare, quamvis utrasque omnes debeant credere? Hinc ergo colligitur quod superstitiosa sit istorum concertatio, et superflua disputatio, qui dicunt ostia ventris et vulvæ eum aperuisse, et colluvionem sanguinis ut cæteri omnes, et secundarum spurcicias post se traxisse; in quibus omnibus gemitus et dolor multiplicatur, tristitia, et ærumnæ augentur, ut nemo sine his pariat filium. Sed absit a cordibus fidelium, ut tale aliquid suspicentur de Maria virgine, quæ pro maledictione primæ originis benedictionem attulit mundo! Unde et ipsa siquidem, ut dixi, ab angelo benedicta prædicatur in mulieribus, et salutatur officiosissime ut Mater Domini præ omnibus gloriosa, nec non et ab Elizabeth in Spiritu prophetiæ benedicta (Luc. 1, 42) pronuntiat, et benedictus fructus ventris (Ibid.) ejus creditur et veneratur. Ergo in qua, et per quam tanta benedictio effloruit, et gratia manavit, non est credendum quod ejus puerperium doloribus et gemitibus more feminarum subjacuerit. Et quia beata Dei Genitrix tristitiis non subjacuit et ærumnis, *libera ab omni maledictionis nævo fuit*, quam Spiritus sanctus adimplevit, et totam Domino dedicavit, quam virtus Altissimi obumbravit, et ex sanctificata carne Virginis Verbum carnem assumpsit, et convivit in unitate personæ. »

Et multis interjectis virgines alloquens : « Eximie pietatis honor et decus virtutis, beatissimæ Virginis pudicitiam prædicate incorruptam, et incontaminatam, *et ab omni contagione primæ originis alienam*, » etc.

Denique sub finem : *In qua* (Virgine) *vezilla virtutum micarunt, nullum peccatum primæ originis viguit*.

Huc usque Paschasius, qui Carolo Magno imperante florebat, nempe duobus sæculis ante Guibertum.

## AD LIBROS DE PIGNORIBUS SANCTORUM.

(<sup>2</sup>) **EPIST. NUNCUP. Sancti Symphoriani abbati A** *Odoni*. Hic postea episc. Belvacens. consecratus est sub an. 1135 (Anto. Loysel., *Commentar. Belvac.* pag. 98). Abbatia vero S. Symphoriani exstat Belvacis a Drogone ejusdem urbis antistite fundata 1035 quam monachi Benedictini possident. Plura de Sancti Symphoriani cœnobio scire cupis? adi Louvet. *Hist. Belvac.* tom. I, atque Ant. Loysel., ubi supra pag. 252 et 301.

In hoc De pignoribus sanctorum tractatu Guibertus, non profane, non lucri gratia, sed religiose, sed secundum scientiam, sed spiritu colendas esse sanctorum exuvias haud imperite contendit. Nec mirere si prolixis adeo sermonibus in reliquiarum falsarios, adinventores, ac specie pietatis easdem populo venerandas exhibentes, invehatur. Etenim hac ipsa tempestate tot et tam diversi irrepserunt pestiferi errores, et tam nefanda pecuniarum libido ecclesiasticos religiososque viros, quo celebriores suas redderent ecclesias, cepit, obcæcavit, ut non mirum si auctor eas pluribus in locis hujusce tractatus exagitare videatur; nēdum pietatem, cultumque reliquiis velit denegari, imo vero ad religionis Christianæ accessionem, gloriamque Dei adaugendam plurimum conferre profiteatur. « Cæterum si quid, ait ille in præfatione, senserim ex fide, sensa tota fidei securitate protulerim, si quis melius sentiat velim. »

(<sup>3</sup>) *Cui non semel Augustinus, sed locis pluribus refragatur*. Tomo IV, De sermone Domini in monte, c. 20; et t. VI Cont. Adimantium. l. l. 1, c. 17.

(<sup>4</sup>) *Abbatem quemdam, quem sanctum Pyronem lectio illa agnominat*. Simile quid habes, cap. *Audivimus*, De reliquiis et veneratione sanctorum. « Audivimus quod quidam inter vos, diabolica fraude decepti, hominem quemdam in potatione et ebrietate occisum, quasi sanctum (more infidelium) venerantur. »

(<sup>5</sup>) **CAP. I. — Nec illud excidit quod Lanfrancus,** etc. Quid elicere velit auctor noster sane non video. **563** Verum equidem est B. Lanfrancum aliquandiu, quod annua celebritate S. Elfegum prædecessorem suum populus percoleret, non probasse; at ubi colloquium cum sanctissimo discipulo Anselmo habuit, scrupulum submovit omnem, jussitque celebriori cultu S. Elfegum venerari. « Quam quidem historiam non solum plano dictamine ad legendum, verum etiam musico modulamine ad canendum a jucundæ memoriæ Osberño, Cantuariensis Ecclesiæ monacho, ad præceptum illius nobiliter editam ipse sua prudentia pro amore illius martyris (Elfegi) insignivit, insignitam auctoravit, auctorizatam in Ecclesia Dei legi cantarique instituit. » Eadmerus

lib. II Vitæ S. Anselmi. Videsis quæ ad Vitam B. Lanfranci, ipsius operibus præfixam, adnotavimus, pag. 42. E. 2. n.

(<sup>6</sup>) **CAP. I. — Quid dicam de iis sanctis, quorum finis, aut est in malo propatulus, aut latet utrum bonus an malus,** etc. Ea de re capitulare Aquisgranense 42: « Ut falsa nomina martyrum, et incertæ sanctorum memoriæ non venerentur. » Cui rei illustrandæ documentum concilii Africani can. 50, facit mirum in modum: « Placuit ut altaria, quæ passim per agros et per villas, in quibus nullum corpus vel reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab episcopis qui locis eisdem præsent, si fieri potest, evertantur. Si autem hoc, propter tumultus populares non sinitur, plebes tamen admoneantur ne illa loca frequentent, ut recte sapiunt nulla ibi superstitione devicti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi ubi corpus aut reliquiæ certæ sunt, aut origo alicujus habitationis vel possessionis, vel passionis fidelissima origine traditur. Nam quæ per somnia, et per inanes quasi revelationes quorumlibet hominum ubicunque constituuntur altaria, omnino reprobentur. »

(<sup>7</sup>) **CAP. I. — Sit itaque videre pontificum, sit populi Dei videre custodum.** Unde capitul. Caroli Magni cap. 28: « De ecclesiis, seu sanctis noviter, sine auctoritate inventis, nisi episcopo probante, minime venerentur. » Imo concil. Lateran. IV, cap. 62: « Inventas reliquias de novo, nemo publice venerari præsumat, nisi prius auctoritate summi pontificis fuerint approbatæ. Prælati vero de cætero non permittant illos qui ad eorum ecclesias causa venerationis accedunt vanis figmentis aut falsis decipi, documentis, sicut et in plerisque locis occasione quæstus fieri consuevit, » etc. Trident. concil. sess. 25, De invocatione, veneratione et reliquiis sanctorum.

(<sup>8</sup>) **CAP. I. — Hos plane qui scrophas circa jugulum, aut uspiam in corpore.** Scrofæ seu scrofulæ, sive etiam strumæ, « quas Græci χοιράδας appellant, glandia (quæ ab eadem gente adenes dicuntur) sunt obdurata, quibus collum, axillæ, et inguina frequentissime occupantur. » Paulus Ægineta, De arte med. lib. IV, cap. 33; Aristot., De part. animal. lib. VIII, cap. 21 et 23; Hippocrat., lib. De glandsect. 3, init.; et De affect. sect. 5, post med. De diversis strumarum generibus Bartholom.; Perdulcis lib. XIV, cap. 27. Curandi autem pestiferi strumæ morbi prærogativam regibus Francorum divinitus esse concessam, tradunt scriptores; et hæc hodieque perseverat.

Cæterum quia complures in hoc argumento desu-

dasse scio, atque adeo multiplices occurrunt opinio-  
nes, ab his haud inconsulto (ampla licet sandi sup-  
petat materies) expediendum me putavi. Legant  
qui voluerint neotericos auctores, Hubert. Morum  
lib. III, De sacris unctionibus, cap. 5, qui feliciter  
admodum (si quid iudico) hac de re scripsit. Et  
Guillel. Du Peyrat, lib. II Hist. Eccles., cap. 56 et  
seq. Ritus vero qui suo ævo observari solebant ex-  
ravavit Stephanus de Conty Corbeiensis cœnobita  
decretorum doctor, Historia ms. regum Francor-  
rum : « Prædicti reges singulares, quilibet ipsorum  
fecit pluries miracula in vita sua, videlicet sanando  
omnino de venenosa, turpi, et incommoda scabie,  
quæ Gallice vocatur *écrouelles*. Modus sanandi est  
iste : Postquam rex audivit missam, affertur ante  
eum vas aquæ plenum, statim tunc facit orationem  
suam ante altare, et postea manu dextra tangit in-  
firmitatem, et lavat in dicta aqua. Infirmi vero ac-  
cipientes de dicta aqua, et potantes per novem dies  
jejuni cum devotione, sine alia medicina omnino  
sanantur. Et est rei veritas, quod innumerabiles  
sic de dicta infirmitate fuerunt sanati per plures  
reges Franciæ. » Vivebat Stephanus anno 1400. At  
vero ejusmodi ritus obsolevisse, testis est qui su-  
pra Du Peyrat, cap. 61. Qui quidem cap. 60, post  
med., ex verbis Guiberti : *Me ei cohærente, et etiam  
prohibente*, conjicit ab eleemosynis fuisse regi Lu-  
dovico Grosso : cui conjecturæ quominus assensum  
præbeam prohibet ipsemet Guibertus : siquidem  
hac fuit dignitate auctus, num in vita ubi minuta-  
tim suos actus percurrit, officium illud præterisset ?  
Non facile credi potest.

Notandum tandem est, auctore nostro antiquio-  
rem hactenus (quod sciam) qui de hacce regum  
nostrorum prærogativa disputarit, reperiri nemi-  
nem.

(<sup>9</sup>) CAP. II. — *Mulier quædam ad ecclesiam pro-  
prium infantulum suscipiendæ causa communionis  
adduxerat*. Vides ad hanc tempestatem et ultra (uti  
mox demonstraturi) infantibus communionem cor-  
poris Christi in ecclesia administratam. Adi, si pla-  
cet, B. Lanfranci epist. 33, et observationem no-  
stram ad eandem; Arcudium lib. III De Eucharistiæ  
sacramento. Qui vero ipsis infantibus ac potissi-  
mum recens aqua Christiana tinctis traderetur sa-  
cra communio, indigat epistola ad S. Florentii ab-  
batem Gilbertus Pictaviensis antistes, quam 564  
quod plurimum illustrandis Ecclesiæ antiquis insti-  
tutionibus conferat edere juvabit :

*Epistola Gilberti Porretani Pictavorum episcopi.*

« Gillebertus Dei gratia Pictaviensis episcopus,  
dilecto in Christo Matthæo eadem gratia abbati  
Sancti Florentii, salutem in Christo.

« Placuit vobis nostram consulere parvitatem su-  
per cujusdam oblivionis casu, qui nuper in ecclesia  
vestra dicitur contigisse : quod videlicet super al-  
tare pane posito in Eucharistiam consecrando, et  
calice vacuo presbyter omnia verba, quæ sacra-  
mento panis et vini pertinent, usque ad panis in-

A fractionem dixerit. Quando discooperto calice se  
cognoscens errasse, positus in calicem vino et aqua,  
non modo super calicem, verum etiam super panis  
hostiam consecratam, sacra consecrationis verba  
iteravit. Pro quo facto quid vobis, quid illi pre-  
sbytero, quid de illa hostia faciendum sit, quæritis.  
Nos autem non ex sensu nostro novum aliquid, sed  
quid a prudentibus viris super simili casu consilium  
olim audivimus, hac a vobis quæsitâ responsione  
commemoramus. Cum enim simile factum ad aures  
quorundam prudentium pervenisset, presbyterum  
de negligentia corripendum judicaverunt, et con-  
ventum pro ipso oraturum providerunt. Hoc igitur  
exemplum securi consulimus, ut presbyter vester  
ad tempus oblationis hostia abstineat, et interim  
B quibus providebitis sive jejuniorum, sive aliis cor-  
poris castigationibus, et non tantummodo suis, ve-  
rum etiam vestris, totiusque conventus orationibus  
expiatus, mereatur offerre. Cui tamen, non de er-  
roris conscientia, quæ, cum est contumax, hæresis  
dicitur, sed ex illusionibus, quæ sæpe recte creden-  
tium lumbos implent, hujus oblivionis contingit  
casus ; brevior tempore, initio, passione, castiga-  
tione hujus poenitentia poterit esse. Quoniam vero  
in altero, sive panis, sive calicis sacramento, post  
illas quæ ex more fiunt per presbyterum consigna-  
tiones, totus est Christus, a jam consecrati panis  
reconsignatione omnino debuit abstinuisse, et a  
vini et aquæ in calice prius vacuo, infusione, satis-  
C facere potuit ; et sine illa sacrorum verborum itera-  
tione in sacramento panis, Christo communicasse,  
quoniam et pueri baptizati in solius calicis, et in-  
firmi in solius panis sacramento sæpe communicant,  
et nihilominus, quantum ad rem ipsam et ad in-  
corruptionis futuræ sacramentum, accipiunt quan-  
tum illi a quibus, in utroque, panis scilicet et cali-  
cis sacramento, in Ecclesia de ipsa mensa Domi-  
nica Christus assumitur. Hæc ad inquisitionem  
vestram, et si minus plene, tamen fideliter respon-  
demus, de vestra charitate confisi, quæ, quod pa-  
rum est, reputat multum, et quod mutilatum, per-  
fectum. Addentes quod nos ipsi, ne hujusmodi obli-  
vionibus sive ministrorum nostrorum, sive nostris  
possimus decipi, facere consuevimus. Cum enim  
D ministri nostri vinum in calicem oblaturi infude-  
rint, de miscenda vino aqua non eis credimus, nisi  
jam oblato nobis pane et offerendo calice, vel ipsi  
præ oculis nostris aquam infundant, vel nobis aqua-  
manili tradita, eam calici misceamus. Sic enim et  
minister sacerdos manet indubius, et sine oblivio-  
nis cujusdam casu indemnis. »

Quam epistolam morum gravitate atque eru-  
ditione, scriptisque clarissimus Nicolaus Camusat,  
Ecclesiæ Trecensis canonicus, mihi amicissimus  
ultra concessit : et hanc e veteri eruit Grandimon-  
tensis ord. Rituali. Consona his docet Hugo Victo-  
rinus De sacramentis lib. I, c. 20 : « Pueris recens  
natis idem sacramentum in specie sanguinis est  
ministrandum digito sacerdotis ; quia tales natura-



liter fugere possunt, » etc. Circa infirmorum communionem observare pretium operæ est quod Arcudius ubi supra, cap. 56, refert, Græcos sacratissimam Eucharistiam, quam præparant pro infirmis in cœna Domini per modum viatici, sanguine Domini tingere solere. Et morem istum quibusdam in locis Ecclesiæ Latinæ receptum constat ex concilio Turonensi (refert Burchardus lib. v, cap. 9) : « Ut presbyter habeat pyxidem aut vas tanto sacramento dignum, ubi corpus Dominicum diligenter recondat, ad viaticum recedentibus a sæculo. Quæ tamen sacra oblatio intincta debet esse in sanguine Christi, ut veraciter presbyter possit dicere infirmo : corpus et sanguis Domini proficiat tibi. » Concilium Bracharense III, nihilominus can. 1 interdixit sacerdotibus, « Eucharistiam vino madidam populis pro complemento communionis porrigere. » Legendus hac de re Radulphus de Rivo de canon. observant. lib. Propos. XXIII, sub finem; qui affatim testimonia subministrat.

Statutum adjicerem ordinis Cluniacensis, ni infra de morte proximis agens integrum proferre deberem. Temperare attamen mihi non possum quin quantum curæ, quantum nitoris, quantumque venerationis et observantiæ præstare soliti fuerint Benedictini erga augustissimum Eucharistiæ sacramentum, huc attexam, nempe caput 55 antiquorum statutorum Cluniacensium abbate S. Hugone conditorum.

#### *De Hostiis quomodo fiant.*

De his quæ pertinent ad Eucharistiam sacrosancti mysterii, quia dignum est, 565 ut cum summa reverentia et diligentia gerantur, consequens est ut ipse quotiescunque oportuerit, eas fieri sit necesse, præcipue tamen ante Domini Natalem, vel sanctæ Resurrectionis diem fieri solent. Cum autem brumali in tempore prolixiores sint noctes, licet ante prandium fratribus operari amplius; nam post prandium hujusmodi opus gerere non licet.

« Frumentum de quo faciendæ sunt hostiæ, quantumlibet bonum sit naturaliter et purum, tamen granatim eligitur; nec per alias personas quam per ipsos fratres colligitur; deinde in saccum non qualemcunque, sed qui ad hoc solum de bono panno consutus est, reservatur. In quo colligatum commendatur uni famulo non lascivo, qui portans illico ad molendinum molam lavat utramque, operitque sursum et deorsum cortinis; seipsum induit alba, et super caput mittit et alligat superhumeralia idem amictum, ut nil de facie præter oculos possit apparere. Ita ergo molit : ita farinam cribrat, primo cribro quoque diligenter abluto.

« Major ecclesiæ custos si non est sacerdos vel diaconus, vicarium sibi quærit ad hoc opus perficiendum; duos etiam alios de his ordinibus, hujus rei gnaros perquirat, accepta licentia a priore et unum conversum : hi quatuor finitis nocturnis se calciant, facies manusque lavant, et capita pexunt :

A secedunt deinde ad altare Sancti Benedicti, et ibi cantant matutinas laudes, primam quoque simul, et septem psalmos cum lætania, reliqua psalmodia interim dilata.

« Deinde illi tres qui sunt alicujus ordinis induunt se albis, et humeralibus, ut supra dictum est de famulo : sunt enim albæ, et amictus quidam huic solo negotio deputati; quorum unus farinam conspargit, et vehementissime compingit super tabulam nitidissimam habentem limbum in circuitu, aliquantulum in circuitu superficie altiore, ne aqua effluere possit. Conspergunt eam aqua frigida, quia inde fiunt hostiæ candidiores : a duobus vero reliquis hostiæ formantur. Aqua vero non in alio vase defertur, quam in quo solet ad missas deferri Ferramentum, in quo sunt coquendæ, characteratum tenet conversus, manusque induit chirotecis. In ferramento possunt simul..... hostiæ poni; unde inter bajulum ferramenti, et formatores hostiarum, ponitur tabula, et super hanc duo sunt pali infixi, super quos lignum habetur transversum, super quod ponitur ferramentum ad hostias imponendas; quæ non fuerint coctæ cultello abraduntur, et cadunt in disco deorsum in tabula imposito, et linteo jugiter cooperto, nisi quando hostiæ abraduntur.

« Canunt psalmodiam quæ remansit, et si voluerint horas de Sancta Maria; ad alias omnino horas tenent silentium : et summopere cavent ut non modo saliva, sed nec flatus eorum aliquomodo ad hostias pertingere possit. Solus conversus, si quid opus fuerit, breviter famulis innotescit; qui faciunt focum non nisi de aridis lignis, et ad hoc de industria præparatis. Ipsi autem hostiarum operarii eo die non cum fratribus, sed potius cum servitoribus reficiunt, et pro tanti laboris levamine, habent de apocrypho ad prandium pictantiam et pigmentum, » etc.

Hæc oro revolvant, ac tota mente tacitus perspiciant qui divinam rem hancce minus circumspecte, imo non secus et cætera sæculi negotia atque artes infimas pertractant.

(<sup>10</sup>) CAP. II. — *Et puerulus rerum adhuc omnium inscius, etc., exclamat ad matrem, etc.* « Similiter evenit in Andegavensi civitate, » etc., inquit Robertus de Monte in Chronico. Vide sub annum 1182.

(<sup>11</sup>) CAP. III, § I. — *Ut etiam Matris Dominicæ corpus resurrectione glorificatum dicere non audeat.* . Uti produunt antiqua martyrologia Usuardi, die 15 Augusti : « Dormitio sanctæ Dei [genitricis] Mariæ. Cujus sacratissimum corpus, etsi non invenitur super terram, tamen pia mater Ecclesia ejus venerabilem memoriam sic festivam agit, ut pro conditione carnis eam migrasse non dubitet. Quo autem venerabile illud Spiritus sancti templum nutu et consilio divino occultatum sit, plus elegit sobrietas Ecclesiæ cum pietate nescire, quam aliquid frivolum et apocryphum inde docendo tenere. » Hæc Usuardus. « Porro Dei Ecclesia » (infert Baronius nota Marty-

rolog. ad hanc diem) « in eam partem propensior videtur, ut una cum carne assumpta sit in cœlum. » Quod inter alios (quos eo loci apud eundem Baronium legeris) Beda Ephemeridè mens. Aug. 18 Kalend.

*Octava et decima mundi lux, flosque Maria  
Angelico comitata choro petii æthera Virgo.*

Atque id quidem affabre sciteque probat Guibertus noster.

(11\*) CAP. III, § II. — *Caput Baptistæ Dominici cum Constantinopolitani habere se dicant, Angeriacenses Monachi idem se habere testantur.* Hisce de S. Joannis capite controversiis haud immoror; etenim nil certi quit statui, nisi quod omnia incerta; nec non et a doctioribus ante me multis ultro citroque disputatum est: ea de re lubens calamum subtraho. ac sileo. Consule Baronium Annal. Eccles. ad annum 391 et 1025 ac not. in Martyrolog. Roma. die 29 Augusti.

Cæterum novissime omnium, de variis agens inventionibus, ac translationibus 506 capitis sanctiss. præcursoris Henricus, Spondanus observat. ad an. 1024 epito. Annal. Eccles. subdit ista: « Denique quod diversæ Ecclesiæ gloriantur de possessione ejusdem capitis, ita rem definitam voluit Robertus *le Viseur*, theologus Paris. et canonic. Ambia. qui peculiarem ea de re tractatum habuit, ut Angeliaci fuerit pars cranii missa a Constantino Copronymo imp. ad Pipinum regem Franc. ejusdem Angeriacensis cœnobii conditorem; Romæ in ecclesia S. Silvestri pars altera cranii; Augustæ prætoriarum in finibus subalpinorum, maxilla altera; altera Lugduni; Ambiani vero, excepto mento, a labio superiori usque ad partem frontis. » Et paucis interjectis: « Cum de his nil usquequaque certum asseri posse videatur, de his interim liceat (una cum Baronio in litteris ad eundem Robertum rescriptis) quod olim prætores edicto proposito iis qui se rem aliquam possidere affirmarent: « Possidete uti possidetis. » Laudanda vero pietas eorum qui his sacrosanctis pignoribus cupiunt sibi peculiare tanti præcursoris patrocinium adsciscere. » Quo tempore illæ sanctæ Joannis reliquiæ Ambianum translatae fuerint (nullæ enim Guiberti ævo inibi exstabant) vis nosse? inspice præfatum Roberti *le Viseur* Tractatum.

(12\*) CAP. III, § II. — *Plane decessor meus Ambianensis cum corpore Firmini martyris, etc.* Duo sæculi hujus auctores, contraria de sancto Firmino asserentes, occurrunt: Guibertus abbas Novigentinus, et Nicolaus S. Crispini Suessionensis monachus. Ille vir gravis et maturæ ætatis; hic adolescens, qui vix pubertatis annos excesserat cum scriberet: alter cœtaneus; suppar alter; insignis doctrina ac dignitate primus; secundus simplex cœnobita, et notus solummodo ex Vita sancti Godefridi Ambian. ep. quam et relatione quorundam contexit. Utri fidem adhibebo? Guibertone abbati, nullum de corpore S. Firmini repertum testimo-

anium, dum sanctus ille antistes capsulam aperuisset, attestanti? An monacho Suessionensi, corpus in eadem capsula inventum ipsissimum esse S. Firmini asseveranter probare conanti? Rem discutiamus; erit, spero, lectori haud ingratum.

Sic itaque se res habet hic apud Guibertum. « Plane decessor meus Ambianensis episcop. cum corpore Firmini mart. ut putat, quatenus de theca in thecam efferret, nullum inibi pitacium, ne unius quidem litteræ testimonium, quis ibidem jaceret, invenit. Qua de re urbis episcopus plumbeæ laminæ mox inscripsit, quod illic conderetur Firminus martyr Ambianorum episcop. » Hæc ille.

Nicolaus vero lib. II, cap. 26, Vitæ sancti Godefridi, posteaquam retulit B. Godefridum multos ante dies populum, uti munera ad capsulam conficiendam offerrent, præpararentque sese ad reliquiarum translationem, adhortatum fuisse, hæc subdit: « Postquam locus accurate confectus fuit, ad eam diem, quo erant transferendæ reliquiæ, tantus eo advenit hominum cœtus, ut tota Europa confluisse videri posset. Tum episcopus cum aliis sacerdotibus accessit ad locum, ubi cœlestis ille servabatur thesaurus, sacrasque reliquias, cum multo tremore omnibus visendas exposuit, etc., deinde populum dimittit. Huic autem spectaculo non interfuere, qui Ambianensis urbis suburbana loca habitant. Accedunt igitur ad Godefridum, orant ut ipsis quoque B. Firmini sacras reliquias ostendat. At ille valde admirans: Ubi, inquit, nudius tertius fuistis, quando mea manu eas omnibus contemplandas exhibui? Afferunt alii alia, etc. Flectitur tandem vir pius et in celebritate Omnium Sanctorum, præmisso jejunio, ait se precibus satisfacturum. » Quod effecisse, necne, nil retexit auctor.

Verumenimvero quid ejusemodi Nicolai sermonibus colliget lector eruditus, nisi (mea quidem sententia) istos ex industria compositos uti fucum faceret, obnubilaret veritatem? At hæc omnia vincit, seque tandem profert in apicum. Ecquæ amabo illius narrationis connexio? Testatur credulus ille Nicolaus tot populos Ambianum, quo sacra Firmini pignora venerantur, convenisse, « Ut tota Europa confluisse videri posset. » Deinde: « Huic autem spectaculo non interfuere, qui Ambianensis urbis suburbana loca habitant. » Qui oro te suaderi potest ut tota Europa ad reliquiarum patroni Ambianorum ostensionem confluisse videri posset, ac suburbani nihilominus oclusas continuo habuissent aures, fuissent oculis capti, inebriative obdormissent toto die. Nutabunda utique narratio! Ac proinde Guibertus, sin testis oculatus, vel cœvus potiori jure audiendus est; vir sane justique amantissimus, qui nemini, ubi vitium, ubi falsitatem, ubi catholicæ fidei corruptelam, ubi labem ecclesiasticæ libertatis reperit; nil parcere, nil dissimulare nescit; quemadmodum luce meridiana clarius scripta ipsius evolventi patescet.

Quo demum in loco pretiosum Firmini pignus

escat, paucis declarat abbas noster. « Nec » scribit ipse, « in monasterio Sancti Dionysii (anciana) idem actitatur. Parata ab abbate ornata, dum inde extollitur, dum cum membris involvitur, membranula in martyris naribus tur in qua quod esset Firminus Ambianensis expromitur. » At ne auctor gratis, seu bile isthæc asserere quis credat, antiquam libet translationem, Dagoberto I, Francorum præcipiente factam, e Piquiniacensi castro in onysianam ecclesiam.

« Tempore gloriosi ac piissimi regis Franci Dagoberti, Hunnorum gens corde ferocis-procera corpore, bellis assueta, plus de pro- viribus quam de divino præsumens adjutorio, njacentes provincias sibi tyrannice subjuga- nec istud ei sufficiens videbatur, sed audiens llem regni Francorum regisque gloriam, regnum ausu temerario suo dominatui submit- roposuit : initoque consilio cum Flandrensibus i ad propositi consortium facinoris conciliat, ariter civium urbis Arabianensium auxilio et su. Et ecce præparatis ad bella necessariis, sibi futuri nescia, cum suis complicitibus versus iam movet castra. Quod quidem pervigilem Dagoberti providentiam latere non potuit. Qui cans fidelissimam sibi Francorum militiam de divino, et specialis sui Francorumque pro- s Macharii, scilicet Dionysii sociorumque ejus inio, celeriter suis occurrit adversariis ad lo- qui Leo tunc temporis dicebatur. Quid plura ? dies certaminis, et diu multumque hinc inde um est. Hunnis cum sociis complicitibus acriter antibus fervore et desiderio consummandæ, æstimabant, nequitia, Francis e contrario pro : libertate. Interea divina clementia, quæ su- resistit, humilibus autem dat gratiam, regis orumque fidem et animi pietatem misericordi- spiciens, et perfidam Hunnorum superbiam, m brachia confortavit, adversarios intantum ians, ut vix saltem unus evaderet qui belli um ad patriam reportaret; et facta est in eo- oco a Francis tanta strages, tantaque Hunno- anguinis effusio, ut idem locus qui prius Leo tur, ex tunc et deinceps gentis illius idiomate D *Lyons-en-santez*, quod Latine leo in stagno inis potest dici.

unnis ut dictum est penitus interemphis, nec ien Dagoberti regis ira deferbuit, donec de s urbis Ambianensium, qui Hunnorum contra unndi consenserant, condignam acciperet ul- : quod eosdem cives non latuit, qui non im- vehementer tremefacti, propria eos remor- conscientia, qua se giudice nemo nocens absol- communicato inter se consilio, episcopus m civitatis, et clerus, et populus, corpus glo- iartyris, et episcopi ejusdem urbis Firmini, e reliquias cum thesauris ecclesiæ, ad quod- unicipium, quod Piquiniacum dicitur, tran-

A tulerunt : Quod idcirco factum est quia civitas parum munita contra regis impetum videbatur. Ca- strum autem illud, et natura loci, et manuali arti- ficio, et bellatorum audacia fortissimum, et velut inexpugnabile putabatur. Sed « non est prudentia, non est sapientia, non est consilium contra Domi- num » (*Prov. xxi, 30*).

« Rex igitur cum Francorum exercitu, prædictam adiens civitatem, paucis obstantibus, sine multa dif- ficultate ingreditur; hostes cum regia indignatione aggreditur; quosdam interficit, aliis carcerali custo- diæ mancipatis, nonnulli vero fugæ præsidio mortis periculum evaserunt. Rex igitur Dagobertus, glo- riosa de hostibus potitus victoria, ne, quod absit, ad gloriosos protectores suos Macharium, scilicet Dio- nysium sociosque ejus, reus ingratitude remearet, divino tactus speramine, hoc deliberavit apud se, quod munus eis, omni thesauro pretiosius, in recom- pensationem ab eis impensi sibi manifesti patrocini reportaret. Unde dispositis ex parte regia in, præ- fata civitate custodiis, versus Piquiniacum vertit exercitum, ubi certissime ab incolis didicerat, pro- pter metum regis majestatis, venerabile corpus sanctissimi martyris et episcopi Firmini, cum aliis fuisse reliquiis occultatum. Sed quid facerent cu- stodes municipii ejusdem, nisi quod ipsa rerum ne- cessitas facere compellebat? arma deponunt, se et sua regis voluntati subjiciunt, ipse vero miseri- corditer erga ipsos se habuit, sicut regiam in tali articulo decuit dignitatem.

C « Subjecto sibi præfato municipio, rex providus et discretus, ut opere completeret quod antea mente conceperat, jure victoris atens, cujus sunt omnia quæ fuerant devictorum, accedit ad locum ubi pre- tiosas sanctorum reliquias repositas fuisse didicerat, corpusque venerabile sanctissimi martyris et epi- scopi Firmini, cum omni reverentia levat de late- bris, indignum judicans ossa tanti martyris diutius in tenebris occultari. Deinde convocatis magnatibus Francorum exercitus, eis auctoritate regia præcepit, ut inde sacratissimum corpus cum honore debito summoque, ad dilectam sibi præ cæteris ecclesiam transferrent, ipso cum suis familiaribus humiliter subsequente.

D « Venerabilis autem conventus ejusdem Ecclesiæ audiens regem cum nobili triumpho revertentem de prælio, secumque pretiosas deferentem reliquias, occurrit ei solemniter, ipsumque cum hymnis et laudibus, sicut regiam majestatem decuerat, in ec- clesiam introduxit. Rex vero sacratissimi corpus martyris, quod secum detulerat, veluti thesaurum impretiabilem, super altare sanctorum Martyrum propriis manibus devotus obtulit; quod conventus cum ineffabili gaudio suscipiens, super altare Sanctæ Trinitatis, quod in choro monachorum situm est, sublimiter et honorifice collocavit. »

••••• Hucusque vetus codex ms. Bibliothecæ S. Victoris Paris. Et hanc profecto translationem Nico- laum Gillium a Francis. Belforestro adauctum mi-

nime latuerat de Dagoberto I agens; qui, Ambianensibus subactis, captoque Pequiniacensi castro, « corpus S. Firmini, ait ille, cum aliis lipsanis ac thesauris transportavit; et ea ecclesiam S. Dionysii obtulit, quæ etiamnum cernuntur ibidem. »

Quæ cum ita sint, an non fides pluribus in locis est Nicolao Sues. deneganda (quanquam omnia B. Godefridi gesta in dubium revocare nefas fuerit) quippe qui ex solo vulgi rumore, sive ex cerebro attexerit plura? quibus reclamatum fuisse suo ipse prologo ad lectorem conqueri videtur: « Quod si quis impudenter oblatrare, et carpere nos velit, cur non tam visa quam audita referamus, » etc., epistola nuncupatoria, cum quæ de S. Godefrido verba facturum erat, plurima ex parte minimi pensi fore suboleret, Rohardum affatur ad hunc modum: « A tanti viri piis laudibus exprimendis hinc me revocabat ætatis immaturæ debilitas (ut enim a relatione obstetricis insertæ memoriæ retinebam, non amplius quam quinque lustrorum ambitum attigeram) hinc vero humilis scientiola maxime retrahebat. Nam ut de reliquis taceam nondum complexionem syllabarum, nondum ipsius alphabeti elementa plane cognoveram, » etc.

*Parergon de privilegiis abbatiz S. Valerici.*

Atque ut sole clarius innotescat quam turpiter Nicolaus erraverit, nostraque de sancto Firmino solida sit assertio huic loco conveniens, quæ is ipse tam belle lib. II, c. 9, describit, radicibus excutere cum maxime plerosque magni nominis hac in relatione (volentes nescio) cæcutisse legerim. Nempe in synodo Remensi supposititia quædam privilegia, quæ confecerant monachi S. Valerici diœcesis Ambian. fuisse deprehensa. Et sane miratus sum vehementer, ubi acta S. Godefridi a Nicolao delineata percurri, tot summæ eruditionis viros, tam aperto errori subscripsisse, quin et ejusemodi fabulam inseruisse conciliis. Sed juvat auctorem audire, remque ipsam ad limam et incudem revocare.

Narrationem suo (imo Surii Carthusiani) stylo prosequitur lib. II, cap. 9: « Cum aliquando vir beatus diœcesim suam visitaret, ad B. Valerici monasterium venit. Id ubi abbas Lambertus et monachi perceperunt, illico ad cryptam properant, ubi ille residebat: rogans qua causa eo accesserit? Respondet vir Dei: Hi presbyteri (illi enim circumstant) longe ab Ambianorum civitate separati, orant me, ut calices et lintea, in quibus divina tractantur mysteria, ipsis consecrem. Tum illi magno furore perciti, et vix manus cohibentes: Nunquam, aiunt, ullus Ambianorum episcopus hic consecrationis alicujus ministerium exsecutus est. Cernens vir beatus immodice illos commotos, etc., abiit inde, » etc. En dissidii causam: calicum ac linteorum in ecclesia Sancti Valerici consecratio, non monachorum perversi mores, uti perperam Vitæ sancti Bernardi Clarevall. Interpres Gallicus lib. V, cap. 25, affirmavit.

Ulterius progrediamur cap. 10. « Postquam do-

num rediit episcopus, convocato clero exponit eis, monachos Sancti Valerici jactare immunitatem suam, quod et non sint subjecti Ecclesiæ Ambianensi, seque ab eis cum ignominia repulsum. Id illi audientes valde commoti sunt, missisque litteris, accersunt abbatem. Venit ille: sed *auri sacra fames quid non mortalia cogis pectora?* Non pauci ab abbate largitione corrupti eum adversus episcopum et matrem Ecclesiam acerrime tuebantur. Id vir beatus ammadvertens, ad archiepiscopum Remensem causam rejiciendam statuit. » Quasi vero abbas a jure episcopali, ac synodali lege exemptus (saltem id prætendebat) adeo facile mandatis episcopi, canonicorumque obtemperasset: hoc enim facto causa excidisset; ac propterea commentitia Nicolai verba quis non videat?

Capite subsequenti, « Remis celeberrimum procerum Galliz, conventum tunc habitum contendit. Adfuit etiam venerabilis Ambianorum episcopus Godefridus. Proccedit in medium abbas cum monachis suis, accusat episcopum Godefrid. quod magna ipsum injuria affecerit, profert litteras commentitias, nulli, præterquam Romano pontifici, ipsos esse subjectos. Leguntur litteræ jubente archiepiscopo, moxque insultatur episcopo ab illis qui muneribus depravati erant, etc., ille (Godefridus) parum fidens litteris, quas recitabant, petit eas sibi dari inspiciendas. Accurate igitur illas contemplant, et veste sua leviter abstergens, fraudem deprehendit, exclamansque: Huc quæso, inquit, oculos omnes advertite: en membranas et atramentum scripturamque plane recentia, nec Romano more obsignata: rem esse, ut ait Godefridus, comperiunt, etc. Monachi pudefacti, ad Romanum pontificem provocant, Romamque illico proficiscuntur. » Quis color in hoc sermone? Certe quidem puerilia a puero depicta continet: ut puta, « Remis celeberrimum procerum Galliz conventum habitum, » cujus nequidem vestigium hactenus reliquere scriptores, nulumque in cartophylacio Remensi inspicere est monumentum.

Deinde si celeberrimus Galliz procerum exstitit ille conventus, cur oro te, Guibertus noster e Remensi metropoli pendens, « Vir religiosus, et magnæ auctoritatis, » ut fert Martyrologium Laudunense antiquius; quique 569 aliquando regi Ludovico adhærebat velut de seipso tradit De pignoribus sanctorum lib. I, cap. 4. Et Manasses episcopus Suessionens: « Wibertus abbas, qui sapientia, et innocentia sua nos sibi valde conglutinavit: » Cur, inquam, non sederit cum aliis regni proceribus? Ad quid ipse toto in contextu operum, in Vita præsertim, quam affingit synodum Nicolau, non memorat ille, qui in minutioribus, quæ suo evenere tempore, diligentiorrem exhibet sese? Quin etiam, homo integerrimus, abbatem Sanvallericensem, utpote falsarium (si vera est Nicolai narratio) scriptis insectari procul dubio non dissimulasset. Ad Kalendas Græcas conventus ille celeberrimus.

Præterea haud verisimile est abbatem, qui potestati suberat nulli, præterquam Romani pontificis (ut antehac de Ambianensi episcopo dixi), pseudo-conventum Remensem, ad tuendum jus suum, et querimoniam de S. Godefrido habendam, petiisse.

Age vero, qui fieri potest, ut B. episcopus, « Vestes sua leviter abstergens, membranas et attramentum scripturamque plane recentia, nec Romano more obsignata » demonstrarit? Recens quippe in membranis exarata non levi abstersione queunt deleri, imo inhærent tenacius, difficilius oblitterantur. Si autem infers debuisse rugas, tinearum blattarumque rixas, præ se ferre membranas, imperitum te profers; centum siquidem annorum ætatem prope non excedebant; Benedicto scilicet papa VII (ut quidem conjicio, cum papæ nomen monachus Suessionensis tacuerit ex industria,) sedente Romæ, quo tempore instauratum constat Sancti Valerici monasterium ab Hugone duce, post rege Francorum, atque ipso petente indulta privilegia. At quæ id ætatis habent membranæ (potissimum quod ejusce momenti religiose et sollicite asservari soleant) vices æ detrimenta temporum sentisse nequeunt agnosci, quemadmodum in dies experimento discimus.

Sed, inquires, monachorum immunitates. « Nec Romano more obsignatas, meritoque rejiciendas » animadverterunt episcopi. (Et hic cardo, vel in mente Nicolai, totius difficultatis.) Quid ita? Ridesne, an serio loqueris? Prius utique constantem traditione continuata morem Ecclesiæ Romanæ, in obsignandis subsignandisque litteris probandum fuerat exstitisse; ast potius maris aquas ebibes quam istud demonstres. Contra passim mutasse stylum summos pontifices affatim suppetunt exempla, ex innumeris propemodum pauca, lector, ne stomachum moveamus, seligamus. Concil. Gal. tom. II, pag. 75, privilegio Remensi, quod Tilpino inscripsit Adrianus papa, sic finem imposuit: « Bene vale. » Subscriptio privilegii S. Dionysii, ibidem pag. 114: « Scriptum per manum Christophori notarii et scriniarii sedis nostræ, in mense Junio, indict. ix. Bene valete. Dat. Kal. Juliis per manum Anastasii primicerii, regnante Domino nostro et Salvatore Jesu Christo cum Deo Patre omnipotente et Spiritu sancto per infinita sæcula, anno, Deo propitio, pontificatus domini nostri in apostolica sacratissima Beati Petri sede xv, indict. ix, » tom. III. Indidem pag. 217: « Scriptum per manus Zachariæ notarii regionarii, et scriniarii S. R. E. in mense Aprili, indict. xi. Bene vale. Dat. iv Kal. Maii, per manus Tyberii primicerii sanctæ sedis apostolicæ, imperante piissimo domino imp. Augusto Ludovico, a Deo coronato, magno, pacifico, imperii an. xiv, indict. xi. Pag. 481. Data iii Kal. Septembris, indict. xi, Trecis. Pag. 485. Scriptum per manus » etc., ut in superioribus, sed imperatoris mentio non habetur. Pag. denique 521: « Scriptum per

PATROL. CLVI.

A manum, etc. regnante in perpetuum Domino Deo nostro, anno pontificatus domni Marini universalis papæ primo, indictione prima. »

Subsequentium quoque pontificum subscriptionum formulas referamus. Sergii papæ IV: « Scriptum per manus Joannis scriniarii S. R. E. in mense Junio, ind. x. Datum xv Kal. Julii per manum, etc., anno, Domino propitio, pontificatus domini Sergii IV papæ, in sacratissima sede B. Petri apostoli, ind. x. » Et post alia, item altera. Scriptum per manus, etc. Datum per manus, etc., pontificatus domini nostri Benedicti summi pontif., et universalis octavi papæ, in sacratiss. sede B. Petri apost. iv, imperii domini Henrici imp. Aug. anno tertio, » etc. Has videbis subscriptiones tom. II Annal. Baronii, ad ann. 1012, et Bullarii tom. I, pag. 50 in Gregorio VII. « Datum Laurenti, iii Non. Septemb., indict. incipiente xv. » Item pag. 52, ex privilegio Vallisumbrosæ congregationi indulto: « Datum Romæ per manus Joannis S. R. E. diac. cardinal., anno Dominicæ Incarnat. 1090, indict. xiii, viii Id. April. » Et pag. 53: « Ego Paschalis cathol. Ecclesiæ episcopus. »

« Ego Lambertus Ostiensis episcopus interfui et subscripsi, » etc.

« Datum Laterani per manus Joan. S. R. E. diac. card. ac bibliothecarii, vi Kal. Jan., » etc. Coævus autem erat Paschalis S. Godefrido; et hæc quidem subscriptionis formula longe discrepat a superioribus.

C Ex his itaque omnibus liquet Romanos pontifices variasse suas obsignandi formulas; atque adeo Nicolaum stolide scripsisse, idcirco synodi Remensis Patres privilegium Sanvallericensium amandasse, quod *nec Romano more* fuerit obsignatum. Insuper illo sancti Godefridi atque anterioribus sæculis, 570 pontifices summi, nec non reges ac principes, diplomata epistolarum instar (unde *litteræ, rescriptum* nuncupantur) sæpiusculè transmittere solebant. Neque ita tum frequens usus fuit, velut sequioribus B. Godefridi maxime temporibus, bullas, sive icones plumbeas apostolicis litteris affigere; quod ex supra positis exemplis perspicuum habetur. Diutule notioribus immorati, ad cætera refellenda D prosequamur.

Pergit Nicolaus cap. 14: « Monachi vero Romam veniunt, munera largiuntur, redeunt ad sua læti et alacres, omnibus pro voto impetratis a Romano pontifice, » etc. Ridicula! Semel, iterum et tertio Sancti Valerici abbatem insimulat hic auctor, canonicos Ambianenses, Remensis *conventus celeberrimi* præsules, atque ipsummet maximum Ecclesiæ hierarcham, pecuniis, muneribus corrupisse ac delinisse, quo veritatem susdeque haberent, et molestia sanctum virum afficerent, privarent jure ac proinde corrupti omnes et abominabiles fuerint facti, ut cum Psalmista loquar. Quasi cœnobiarcha ille immensis Cræsi opibus affluisset, ut quavis occasione sic pecunias effunderet.

Deinde in animum facile quis induxerit, abbatem et monachos, insigni techna eorum (quod vult Nicolaus) Remis propalata, adeo frontem et os perfricuisse, ut ex templo Romam ierint, a Romano pontifice quidquid expostulassent obtinuerint negotio perfacili? nec ullus ex *celeberrimo conventu* perversis hominibus occurreret, neque tanti facinoris præmonuisset summum pastorem; quin et actutum ipse, ignota prorsus causa, assensum monachis præbuerit, et ab obedientia eos exemerit episcopali. Apage hæc deliramenta!

Capite vero 15, 16, 20 et 21, Romam ea de causa petiisse sanctum Godefridum, atque a pontifice maximo repulsam passum biographus enarrat; sed Bario, quo venerat voti solvendi causa, ubi Romam redisset, de ejus prudentia, eruditione, sanctitate, jam certior factus Paschalis papa, ab illo veniam, quod male eum excepisset, exposcit. « Tum Paschalis pontifex (infit Nicolaus cap. 21) litteras ei tradit, quibus inter alia continebatur, abbatem Sancti Valerici cum monachis suis, Ambianensi episcopo, perinde atque patri et pastori, in omnibus parere debere. Ille igitur, » etc. Itane vero? Unde igitur in ventilanda toties et refricanda de privilegiis monachorum Sanvallericensium controversia, hactenus Ambianenses episcopi in medium producere Romani pontificis quas prætendit ille litteras nequiverunt? Hac scilicet via universæ prorsus sopitæ, imo et extinctæ permansissent discordiæ. Ergo Paschalis litteras B. Godefrido nusquam datas, nemo, mea sententia qui non advertat.

Postremo tandem historicus ille opinatissimus fabulæ suæ colophonem addidit in hunc modum, cap. 24: « Abbate Sancti Valerici rursus accito B. episcopus profert litteras Paschalis pontificis, dat eas Simoni præposito palam recitandas, etc. Ad pedes B. Godefridi se abjiciunt (abbas et monachi) veniam perperam gestorum petunt, nec difficulter impetrant, congrua eis multa irrogata. Ex eo tempore abbatia S. Valerici paret episcopo Ambianensi. » Quod si ita se res habet, quare non multo post tempore gravissima lis est, Ambianenses inter atque Sanvallericenses, excitata? Quam ob rem arbitris in partibus (ut aiunt) a summo iudice Alexandro delegatis, et rationibus ab ipsis utrinque auditis ac ponderatis (quod mox sumus commonstraturi) pontifex demum, post varias ac prolixas partium disceptationes, abbatem et monachos S. Valerici, quia post hominum memoriam a jure episcopali exemptos arbitri compererant, in possessione retinuit. Atque adeo evidentissime Nicolai conclusionem: « Ex eo tempore abbatia S. Valerici paret episcopo Ambianensi, » supposititiam, nisi impotens animi, puto, ibit inficias.

Tametsi parergon istud omnibus mihi videar numeris absolvisse, et aperte boni illius viri, fletitiam, quam hand dubie ab impostoribus acceperat, diluisse narratiunculam; tamen quod crambem toties recoctam ab osoribus illis, quibus minime stomacho

A sunt immunitates monachorum, ingestam perspicio, juvat omnino privilegii subscriptionem qua de agitur, quæque ansam Nicolao præbuit fabricare fabellam, adjicere. De bullatis Paschalis II litteris, quippe vel consensu adversariorum sine dubio a Romana sede sunt emissæ nil attendendum. Alexandri vero III integram, utpote quæ universam (ut antea monuimus) dirimit litem, describemus sententiam. Habent igitur hancce Benedicti papæ litteræ subscriptionem.

« Scriptum per manum Hugonis notarii regionarii, et scriniarii S. R. E. in mense Aprili, indict. ix. Bene valete. Datum Kal. Aprilis per manum Stephani episcopi S. R. E., primo pontificatus Benedicti sanctissimi septimi papæ in sede B. Petri septimo, imp. domno Ottone, a Domino coronato, magno imperatore xii, indict. nona. Amen. »

Insultabunt forsân æmuli, oclamitabuntque, imperii Ottonis II octavum duntaxat annum (cui septimus quadrat Benedicti papæ VII) fore computandum.

Quibus ego non meis pretium operæ fuerit respondere, at illustriss. cardinalis Baronii verbis, qui cum sua minime referat, 571 audiendus est, tom. I videlicet Annal. ad an. 974 sub finem, hanc perite remoræ umbram expedit: « Defuncto Ottone, inquit, ejus filius Otto junior solus incepit imperare, qui jam cum patre inchoaverat annum sextum: nam ipse in diplomatibus hunc annum numerat sui imperii (ut apparebit inferius) sextum, » etc.

C Itaque ad annum 981: « Exstat hoc eodem anno datum diploma Ottonis II imperatoris, etc. In fine autem: Joannes cancellarius, ad vicem Petri Papiensis episcopi archicancellarii, recognovi et subscripsi. Datum v Id. Aug., anno D. Incarnat. nongentesimo octogesimo primo, indict. ix, regni vero domini Ottonis xxi, imperii vero viii, indict. nona. Inest sigillum ejusdem, aliaque diplomata ejusdem generis privilegia continentia ibidem exstant, ut illud datum sexto idus Octob. hoc eodem anno Redemptoris 981, indictione x, inchoata imperii a tempore coronationis decimo quarto, per manus ejusdem Joannis cancellarii. » Hactenus Baronii verba.

D Quibus ac similibus constat hoc præsertim sæculo, cum imperatores, tum reges Francorum, imperii sive regni annos a die inaugurationis solitos auspicari nonnunquam. Sequitur tandem

*Sententia decretoria Alexandri papæ III.*

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Asselino abbati, et fratribus Sancti Valerici, salutem et apostolicam benedictionem. Dignum est et rationi conveniens ut, cum ad sedem apostolicam quæstiones aliquæ deferuntur, etc. *Reliqua vide infra in Alexandro III, ad an. 1181.*

Ad hæc pertinet privilegium ejusdem summi pont. datum eodem anno. Quod inter alia continet quæ sequuntur: « Ad exemplar prædecessorum nostrorum piæ recordationis 572 Benedicti, et

Paschalis Romanorum pontificum, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentem privilegio communimus. Imprimis, » etc. Deinde multis interjectis : « Sententia quoque inter vos et Ambianensem Ecclesiam super impositione abbatris in cathedram electionis tempore, et de cura animarum, necnon et de omni jure parochiali castri S. Valerici, a nobis auditis hinc inde rationibus allegationibusque et juratorum testium dispositionibus de communi fratrum nostrorum consilio lata, unde vos absolvimus, et Ambianensi Ecclesiæ perpetuum silentium imposuimus. Vobis et Ecclesiæ vestræ, sicut in scripto nostro exinde facto noscitur continere, auctoritate apostolica confirmamus, » etc.

Privilegia et immunitates Sanvallericensium comprobantur summi pontif. Innocentius III, Gregorius IX, et alii, quos recensere non modo prolixior descriptio, sed et lectori onerosior evaderet, fle-retque fastidio. Itaque de his ita, ut qui sancti Valerici privilegiis derogare (Nicolai tantum fulti narratione) et toties oblatrare ac sibi temperare nequeunt. Saltem se in lumine positos non posse videre erubescant, set vel amodo claudant ora, ne rectum verumque amantibus opprobrio fiant.

(<sup>13</sup>) CAP. III, § III. — *Tanta indissimiliter facta ubique loci memoriæ meæ subjiciunt.* Fraudem impiam Adelberti deflet sanctus Bonifacius Moguntinorum archiepisc., epist. 135, ad Zachariam papam : « In primæva ætate hypocrita fuit, dicens quod sibi angelus Domini, in specie hominis, reliquia attulisset, et exinde potuisset omnia quæcunque posceret a Deo impetrare. Et tunc demum per illam simulationem, sicut apostolus Paulus prædixit, penetravit multorum domos, et captivas duxit post se mulierculas, oneratas peccatis, et multitudinem rusticorum, dicentium quod ipse esset vir apostolicæ sanctitatis, et signa et prodigia multa fecisset. » Et paulo post : « Ungulas suas, et capillos suos dedit ad honorandum, et portandum (cum reliquiis S. Petri principis apostolorum, » etc. Legeris et hæc inter concilia sub eodem Zacharia celebrata. Magnus etiam Gregorius Bonifacio senior lib. III, epist. 30, de Græcis agens, qui corpora mortuorum in campo jacentia effodiebant, recondebantque : « Qui cum deprehensi, » narrat ille, « et cur hoc facerent, diligenter fuissent discussi, confessi sunt quod illa ossa ad Græciam essent tanquam sanctorum reliquias portaturi! » Prætereo nefarium quemdam impostorem, cujus execrandas pseudomartyris Justi reliquiarum nundinas, testis oculatus, graphica descriptione sugillat Glaber Rodolphus lib. IV, cap. 3 : « Quod peccatis hominum exigentibus, Domino permittente, a nequam spiritibus aliquando fiant miracula. » Abunde ad hunc modum exempla suppeditat Menardus noster in cap. 3 Concord. reg. pag. 125, quem adi, si lubet, nec non Amulonis Lugd. archiep. epist. ad Theobald. Lingon, episcop. a Camuzatio Trecensi canonico editam 1633.

(<sup>14</sup>) CAP. III, § III. — *Dum ossa vulgaria pro sanctorum pignoribus venundanda dispertiunt.* Notes velim sacrilegum hoc ævo de sacris SS. reliquiis venditione usum. Unde nec mirum si auctor ipse tam acriter eos qui ejusmodi pestifero commercio incumbabant insequatur : proinde merito concil. Pictavense II, ea tempestate actum, anno 1109, cap. 12 statuit « Ut sanctorum reliquias causa pecuniæ et quæstus circumferentes, ad prædicationem non admittantur. » Et cap. *Cum ex eo*, De reliq. et venerat. sanctorum : « Cum ex eo quod quidam sanctorum reliquias exponunt venales, et eas passim ostendunt, Christianæ religioni detractum sit sæpius; ne imposterum detrahatur, præsentis decreto statuimus ut antiquæ reliquiæ amodo extra capsam nullatenus ostendantur, et exponantur venales, » etc.

(<sup>15</sup>) CAP. IV, § I. — *Nunquam legisse me meminisse quod loculis aureis seu argenteis marmora pura mutarent.* Quæ hac in re Guiberti mens fuerit non habeo perspectum, verum si conjecturas exponere liceat, duplici de causa capsulas aureas argenteasve improbare videtur : vel enim quia statim atque ex hac colluvione in cælum discesserant suo tempore pii viri, ipsorum corpora in sepulcris aureis et argenteis recondebantur; quod nunquam in Ecclesia receptum, « Cum Dei filius saxo vilissimo obstruatur, fert auctor. Qui et idipsum non ita obscure indicat his verbis : « Quæ Dei æmulatio est, etc., nostro tempore commentetur, quod nulli nunquam religioni, nullis usquam divitiis exhibitum a sæculo comperimus. » Vel ob perversum tum probatum plerisque morem, et quæstum. Quos Dei zelo accensus magnus Bernardus quam vehementer objurgat, apologia ad Guillelmum abbatem, sub finem : « Et ut aperte loquar, an hoc totum facit avaritia, quæ est idolorum servitus, et non requirimus fructum, sed datum? Si quæris quomodo, miro, inquam, modo. Tali quadam arte spargitur æs ut multiplicetur, expenditur ut augeatur, et effusio copiam parit. Ipso quippe visu sumptuosarum, sed mirandarum vanitatum accenduntur homines magis ad offerendum quam ad adorandum. Auro tectis reliquiis saginantur oculi, et loculi aperiuntur. Ostenditur pulcherrima forma sancti vel sanctæ, et eo creditur sanctior, quo coloratior. Currunt homines æ osculandum, invitantur ad adorandum, et magis mirantur pulchra quam venerantur sacra. » Ab hoc doctore sanctissimo, Alvarus, eo licet inferior multo, minime discrepat lib. II De planctu Ecclesiæ cap. 76 « Multi 573 homines veniunt ad ecclesiam magis ut delectentur et admirentur pulchra ædificia et imagines, quam ut corrigant vitia. Aurum trahit aurum, politus lapsis lapides pretiosos trahit. Magis offertur reliquiis deauratis quam pannosis, » etc.

Hic perversitas, non pietas, damnatur. Alioquin inficiari potest nemo, cultu divino impulsus qui primas, tum sanctitate, tum dignitate tenuerunt,



sanctorum exuvias identidem argento, auro, gemmis circumvestisse et adornasse. Exempla suppetunt innumera; quæ brevitatis ergo attexere supersedemus. Instar sint omnium S. Salvii Ambianens. « Qui sepulcrum S. Firmini auro gemmisque nobiliter decoravit. » Vitæ S. Salvii cap. 3. Et S. Audoenus in Vita S. Eligii lib. 1, cap. 32 : « Hic idem vir beatus, inter cætera honorum operum insignia, multa sanctorum auro argentoque et gemmis fabricavit sepulcra, id est Germani, Severini, Piatonis, Quintini, Lucii, Genovefæ, Columbæ, Maximiani et Loliani, et Juliani, adhuc et aliorum multorum, sed præcipue Martini Turonis civitate, etc. Præterea Eligius fabricavit et mausoleum S. Martyris Dionysii Parisius civitate, et tugurium super ipsum marmoreum [miro opere de auro et gemmis : cristam quoque et species de fronte magnifice composuit; nec non et axes in circuitu altaris, » etc. Ita ms. codex Corbeiens.

Porro id genus thecarum auro et argento confectarum, atque gemmis sparsim ornatarum, antiquitas in Ecclesia usum invaluisse tradunt Sozomenus lib. ix, cap. 2, in fine; Nicephor. lib. xiv, cap. 45; Aimoinus De mirac. Benedict. lib. II, cap. 19 sub finem.

Solere autem Francos in abside ecclesiæ capsas sanctorum reliquiis refertas collocare, queis et lintea, ac serica pallia supponebantur, testis est Eginhart. cap. ult. lib. De translat. SS. Petri et Marcellini, apud Surium ad diem 2 Junii.

Ad quid demum ejusemodi in capsulis sacræ reliquiæ asserventur, docet Theofridus abbas sermo de reliquiis, ante finem : « In dispositione sane Dei tanta quasi patrisfamilias domo, vasa in honore esse ac fuisse electi creduntur; ideo et eorum reliquiæ in vasis aureis atque argenteis, et gemmatis, ac in omnibus quæ pretiosa sunt, reconduntur, » etc. Nec ab his dissimilia effatus est ante Theofridum S. Petrus Damiani, sermone de translatione S. Hilarii, initio.

(<sup>10</sup>) CAP. IV, § 1. — *Certe si sanctorum corpora sua juxta naturæ debitum loca, id est sepulcra servassent*, etc. Eo loci propter impium tantummodo commercium, et falsam hominum religionem, ac fraudem, Guiberto non probantur reliquiarum translationes, divisionesque : quam ob causam beatus Augustinus de opere Monachorum cap. 28 : « Multos hypocritas sub habitu monachorum usquequaque dispersit (dæmon) circumeuntes provincias, nusquam missos, nusquam fixos, nusquam stantes, nusquam sedentes; alii membra martyrum, si tamen martyrum membra, venditant, etc. Siquidem callidissimus hostis (loquitur Baronius) studuit infamare clarissimum monachorum nomen. » Quod Theodosio imp. sancientiæ hujusce legis fuit occasio : « Humatum corpus nemo ad alterum locum transferat : nemo martyrem distrahat, nemo mercetur, » etc. C. l. ult. De sepulcr. violat. C. Theodosius.

A Nihilosecius olim et in hunc usque diem diversas per Ecclesias unius alicujus sancti ossa dispertire, quo in eundem populi augetur devotio et cultus, stabilem permansisse consuetudinem produnt Evodius De mirac. S. Stephani, lib. 1, cap. 2; apud August. in Append. tom. X; Theodoret. Hist. lib. v, cap. 36; Nicephor. lib. vii, cap. 49. Quinetiam scriptores testantur viros religione conspicuos summa cum devotione sanctorum gestasse reliquias, velut S. Germanus Antissiodorensis teste ipsius biographo apud Surium 30 Jul. SS. Benedictus et Maurus, referente Fausto in Vita S. Mauri, cap. 3, atque alii quam plurimi. At vero, « Per hoc (gemens scribit hic noster Guibertus) quod e tumulis eruuntur, membratim huc illucque feruntur, et cum pietatis obtentus occasio circumlationis exstiterit, ad hoc subeunte nequitia detorqueri cæpta est intentionis rectitudo. » Quare synodus Bracar. III, cap. 6 : « Agnovimus quosdam de episcopis, quod in solemnitatibus martyrum ad ecclesiam progressuri reliquias collo suo imponant, et ut majoris fastus apud homines gloria intumescant (quasi ipsi sint reliquiarum arca) Levitæ albis induti in sellulis eos deportant. Quæ detestanda præsumptio abrogari per omnia debet, ne sub sanctitatis specie simulata vanitas sola prævaleat, » etc. Minime autem hoc decreto reliquias a populo coli, vel ipsas deferri ab episcopis improbatur. « Quod si etiam episcopus (subinfert synodus eadem) reliquias per se deportare elegerit, non ipse a diaconibus in sellulis, sed potius pedisequa eo, una cum populis progressionem præcedente, » etc. Videsis ad ipsum caput adnotationem.

C Abest quam longissime ab synodi illius religione et zelo mens eorum qui ecclesiasticam, imo et arctiorem vitam professi, nescio qua pietate, prope dixeram impietate, ducti, purissima sacratissimaque sanctorum ossa minutatim discernunt, ut auro aut argento, ac gemmis contacta mulierculis fiant ornamenta, monilia, ludibria, et perditis ac dissolutis sæpe viris scelerum species et obtentus. Heu! equid ageret, quibus verbis 574 abbas noster, Patresque præfati synodi, quo nefariam adeo rem e medio tollerent, uterentur. Parco scriptis, ne quid D gravius.

Audeant nihilominus qui tam funesta peste laborant, et corde percipiunt, de recto sanctorum pignoribus cultu exhibendo, quamque religiose sint asservanda quid edoceant, decernantque concilia, et summi ecclesiæ rectores. Concil. Epaonense A. C. 517 celebratum, cap. 25 : « Sanctorum reliquiæ in oratoriis villaribus non ponantur, nisi forsitan clericos cujuscunque parochiæ vicinos contingat, qui sacris cineribus psallendi frequentia famulentur. » Caroli Magni capit. 3 Eccles. cap. « Ut unusquisque sacerdos ecclesiam suam omni diligentia ædificet, et reliquias sanctorum cum summo studio vigiliarum noctis et divinis officiis conservet. » Gregorius Mag. lib. v, epist. 51, missis SS.



Petri et Pauli reliquiis, sic Brunichildi Francorum reginæ scribit : « Sed ut in vobis magis magisque laudabilis et religiosa possit clarere devotio, providendum vobis est ut sanctorum beneficia cum reverentia et honore condantur, et servientes ibidem nullis oneribus, nullisque molestiis affligantur, ne forsitan necessitate exterius imminente in Dei servitio inutiles et segnes reddantur, et injuriam, quod absit! neglectumque beneficia sanctorum collocata sustineant, » etc. Item lib. vii. epist. 12, de Reliquiis SS. Hermetis, Hyacinthi, et Maximi, collocandis in ecclesia S. Mariæ Spoletanæ : « Et ideo, frater charissime, si in eodem loco nullum corpus constat humatum, sanctuaria prædictorum martyrum cum reverentia sine ambiguitate suscepta diligenter consecrabis. » Idem constituit eodem lib. vii. epist. 87. et lib. ii, ep. 20. Denique lib. vii. epist. 88, ad Constantinum Mediolanensem episc. « Fraternalitas ergo vestra solito studio perscrutari non differat, quatenus in locis quibus recondendæ sunt (reliquiæ SS. Pauli, etc.) luminaria, vel alimoniam ibidem Deo servientium, ante dedicationem loci ipsius debeant erogari, et tunc in eisdem locis directa sanctuaria, sui cum reverentia collocentur. »

Ex quibus planum est sanctorum exuvias haudquaquam in locis profanis, solummodo in locis Deo sacratis, ubi divinæ laudes soleant diu noctuque decantari, esse recondendas, quanquam insolens quibusdam singulari morum probitate insignitis reliquiis deferre, nolim asserere, cum me non lateat probare sanctum Thomam, inter alios, 22, quæst. 96, artic. 4, ad 3, id licere.

(17) *IBID.* — *Apud splendidissimum papam Gregorium.* Libri tertii, epist. 30, dignissima quæ attente revolvatur, ab illis præcipue qui sanctorum reliquias sacrilege nundinantur; eorum pruriginem mitigabit haud dubie.

(18) *IBID.* — *Non Deo, non sanctis ipsis unquam fuisse placitum.* Consule, si placet, beatum Gregorium loco citato.

(19) *IBID.* — *Se prorsus id non audere respondit.* « Nam vetus Romanæ Ecclesiæ consuetudo non tantum abhorruit ut corpora sanctorum Roma transferri pateretur, verum nec tenues reliquias ex eis detrahi quoquo modo permisit. » Refert Baronius, in Not. martyrolog. ad diem 1 Junii, quod pluribus probat ibidem, maxime ex epistola sancti Germani ac ejus collegæ, legatorum apostolic. ad Hormisdam papam an. 520 : Reliquiarum loco lintea, seu velamina, brandea, nuncupata, mittebant Ecclesiæ catholicæ pontifices. Quid brandeum? explicat ille eo loco.

(20) *IBID.* — *Abba quidam ejus loci plus æquo curiosus.* Leftanus nomine. Historiam, qua de agitur, ita exhibet Guillelmus Malmesb. De pontif. Anglo., lib. ii, in episcopis oriental. Anglo. sub finem. « Hic, Leftanus, quibusdam de incorruptione sancti (Edmundi) male credulis male consulens, suo dis-

A crimine aliorum prospexit; prolatumque corpus in medium inspiciendum exhibuit, ipso a capite, monacho suo a pedibus trahente. » Et post pauca : « Vix orationem finierat, cum ecce ambarum manuum digiti, vel retro miserabiliter retorti, vel volæ miserabiliter infixi, pœna, quam rogaverat, virum mulctare. Post etiam aliis debilitatibus corruptus, » etc. His astipulatur Florentius Vigorn. ad an. 1097. Non prorsus absimile Auxentio episcopo in Vita S. Nicetæ mart. apud Surium die 15 Septembris, evenit : « Cum enim aggressus esset ejus (Nicetæ) corporis aliquid dividere, et accipere, nil quidem accepit eorum quæ volebat; eum autem non parvus invasit metus, nec ejusmodi, ut non apertum prodiret, aut lateret, sed ejus anima quæque fuerit valde agitata, et alios docuerit iis quæ vidit et terrore quo est affectus, ut nemo deinceps manum audacem porrigeret, neque ullam partem ejus corporis, cum esset præter ejus sententiam, avelleret, » etc. Quo ipso sensu affatur Constantiam Augustam S. Gregorius papa, lib. iii, epist. 30. « In Romanis namque, vel totius Occidentis partibus, omnino intolerabile est atque sacrilegum, si sanctorum corpora quisquam tangere fortasse voluerit. »

#### AD LIBRUM III DE PIGNORIBUS SANCTORUM.

Tertio hoc in libello lectori vehementius fortean et æmulatione accensus, Sanmedardenses insectari videbitur auctor, ac limites prætergredi fraternæ dilectionis : verum si ad sanctuarii pondus sermones ipsius reducantur, si nempe quorundam ecclesiasticorum Patrum sanctorumque 575 doctorum, Hieronymi, Augustini, Bernardi maxime, attente scripta revolvantur; qua mente, quo zelo, perversis moribus, nefandisque consuetudinibus sponsæ Christi unitatem, puritatem, pietatem labefactantibus, tum dictis, tum scriptis occurrerant, conabanturque ea ipsa radicitus evellere, in memoriam reducantur, nec non sacrilegas illas reliquiarum nundinationes (velut satis superque ostensum est) quæ hoc sæculo pietatis equidem specie, sed reapse turpis lucri gratia exercebantur, merito suos De pignoribus sanctorum libros, tertium præsertim, casto divini cultus amore edidisse fateri necessum est.

Præterea nil opus, ut quidem sentio, aut necessitatis asserere Dei Verbum, nostra humanitate circumvolutum, morbo illo septennium infantium, quod dentes lactei, ut vocant, excidunt recentesque vicissim succrescunt, laborasse; quin potius, quandoquidem sit omnium Patrum constans opinio, doctrina, fides, Filium Dei, lapsi hominis quanquam miserias, peccatum si excipias, assumpserit, ipsius tamen corpus ægritudinibus, quæ cæteri homines addemnati fuere per protoparentis prævaricationem nusquam obnoxium exstitisse. Enimvero vicariam illam dentium succretionem, aliquod ægritudinis esse genus, est apud medicos in confesso, nihilque in dies non experimento probatur. Paul. Ægineta, De arte

medendi, lib. i, cap. 9; Aristot. De generat. ani-  
mal; lib. v, cap. ult.; Hippocrat., sect. lib. iii De  
carnibus, ante med.

Huc pertinet quod tradunt auctores ipsi, haud-  
quaquam dentes quosdam infantum necessitate natu-  
rali, sed tantummodo ex alimentorum mutatione  
corruptione excidere. Quid igitur causæ, quid nec-  
essitatis Christi in corpore, cui illa corruptio non  
competebat, novam dentium factam productionem  
asserere? Ac proinde Guibertus minime est in cul-  
pam et crimen adducendus, qui dentem Salvatoris  
illum in Sanmedardensi cœnobio haud unquam  
existisse, at falso hoc nomine veneratum potius  
beato cuiusdam attribuendum contendit.

(<sup>21</sup>) CAP. I, § II. — *Capillum de capite nostro non per-  
iturum dixerat.* In sententiam ire videtur beati Augu-  
stini, Enchirid. cap. 87 et seq., præcipue vero lib. xxii  
De Civitate Dei, cap. 19 et 20. Scilicet non membro-  
rum, non partium corporis quantitatem, sed numerum  
instituta sua professis Christus se illis verbis reddi-  
turum pollicetur. Corpora siquidem beatorum in  
resurrectione, cum sint ultimam perfectionem con-  
secutura, et in substantia integra reparantur oportet,  
atque adeo longe potiori jure hoc in Christo  
completum est quando resurrexit, utpote omnium  
exemplar perfectissimum. S. Thom. in 4 sent. d.  
44, q. 1., artic. 2. Cæterique in eundem librum  
theologi.

Porro dens ille Salvatoris in terra derelictus,  
vel putrescet aliquando (sicut argute probat auctor),  
vel eum resumet Christus post extremum iudicium,  
at utrumlibet absurdum fore per se patet.

Non sane par est ratio de Christi atque de cæter-  
orum hominum corporibus; ille namque resumptis  
non modo quæ ad integritatem, sed etiam quæ ad  
majorem sui corporis perfectionem pulchritudinem-  
que attinent, seipsum a mortuis divina virtute sus-  
citavit. Hi vero cum nondum a mortuis excitati, id-  
circo quidquid corporis fuerit, sunt extra dubium  
recepturi in iudicii die; ac propterea corporum par-  
tes universæ in futuram hic asservantur resurre-  
ctionem.

(<sup>22</sup>) CAP. I, § III. — *Non minus etenim de umbi-  
lico, et de cæteris quæ de ipso habere dicuntur, quam  
de dente apud nos agitur.* Næ ego quid de umbilico  
proferam nec habeo, nec video. Verum, ut dicam  
quod sentio, quando non eadem via qua infantes  
alii, ex virgineo claustro in lucem prodierit Christus,  
dissonum et abhorrens mihi videtur, tum a Matre  
Virgine, tum etiam ab immaculata mundissimaque  
Filii nativitate, excisum e corpore ipsius umbili-  
cum edicere. Ecquid, oro te, hæc ipsa umbilici am-  
putatio, siquidem ipse solis instar radii vitrum pen-  
trantis, ex utero Virginis sanctissimo absque ulla  
puritatis læsione exierit? Ab his ergo manum retraham.

De præputio pariter, quod ipsum se habere non-  
nulli gloriantur, scribantque auctores non pauci di-  
versis in locis asservari statuere nil ausim, præter

A sententiam papæ Innocentii III, lib. iv. De missæ  
mysteriis: « Quid de circumcissione præputii vel  
umbilici præcisione dicetur? an in resurrectione  
Christi similiter rediit ad veritatem humanæ sub-  
stantiæ? Creditur enim in Lateranensi basilica re-  
servari, licet a quibusdam dicatur quod præputium  
fuit in Hierusalem delatum ab Angelo Carolo Magno,  
qui transtulit illud Aquisgrani; sed post a Carolo  
Calvo positum in ecclesia Salvatoris apud Carosium.  
Melius est tamen Deo totum committere quam ali-  
quid temere definire. » Consule Titum Bostrensem  
et Theophylact. in cap. ii Lucæ, ac Bollandum, De  
Actis sanctorum, tom. I, ad diem 1 Januarii, qui  
testimonia in hanc rem antiquorum et recentium  
permulta retexit.

(<sup>23</sup>) CAP. III, § IV. — *Sicut Lauduni apud nos lac  
ipsius Benedictæ in columba cristallina.* Non abs re  
utique hic nonnihil adnotare absterreo ac detrecto:  
etenim plurimis in ecclesiis Gallicanum per orbem,  
et alibi, guttulas lactis 576 Deiparæ religiose coli  
audio legoque. Guibertus econtra constanter B.  
Virginem usquam e sacris uberibus lac expressisse,  
quod venerationi foret aliquando, negat. Quam igitur  
in partem propendam? Utrobique sane negotium,  
utrobique scrupulus meum lancinat animum.

Verum enim vero volunt aliqui, et quidem gravis-  
simi scriptores, lac illud conservatum candidissimum  
esse liquorem, qui a B. Virgine jam in cælo re-  
gnante, suis se unice amantibus diffusum est. Et hoc in  
vetere Carnotensium episcoporum serie consignatum,  
ex qua fragmentum, beneficio Joann. Bapt. Soucheti  
omni litteratura docti, emittimus in lucem: « Ful-  
bertus, etc., ipsum B. Virgo tanquam præcipuum  
alumnum in quadam ægritudine personaliter visita-  
vit, et linguam ejus jam sacro igne consumptam,  
lactis de mamilla recenter extracti infusione sanavit.  
Unde accidit tres guttas lactis super facie reman-  
sisse, quas recollegit, et in pretioso vase ad hoc  
apto reponit; quæ usque ad præsens in Ecclesia cer-  
tis temporibus venerantur. » Huic rei calculum ad-  
jicit Guillel. Malmesburi., lib. iii De gest. Anglorum.

Non dissimile quid factum lib. membranaceo De  
miraculis B. Mariæ, anno circiter 1100 scriptis man-  
datum, cap. 76: *De monacho cujus ulcera Virgo  
D beata lacte suo rigavit.* « Erat quidam frater qui in  
cœnobio militabat cœlorum Domino, Dei Matri tan-  
quam et Filio, decreverat servire sedulo. Cum con-  
ventus illa finierat quæ cantare nocte consueverat,  
coram ara hic solus aderat, heræ suæ solvens quod  
voverat. Die vero per horas singulas, post expletas ho-  
ras canonicas, gloriosæ Mariæ proprias decantabat  
laudes et gratias. Multo quidem hoc egit tempore,  
non negligens, sed devotissime, donec quadam tentus  
gravedine non valebat debitum reddere; morbus  
quippe nimium affluens, ita guttur extra interiusve  
occupaverat, ut neque cibis neque potibus pateret  
aditus; sed et partes totius corporis infra breve  
spatium temporis videbantur quasi exanimis, tanta  
erat vis ægritudinis. Prævalente dolore febrium la-

borabat vir Dei nimium, ut dicerent circumstantium quidam : Iste jam reddet spiritum ; cujus rei audito nuntio, totus conventus adest illico, et pro fratre ut morti proximo flent et orant, ungentes eum oleo.

« Expletis his, ceperunt psallere, ut in tali mos est discrimine, admirantes tandiu vivere quem nec flatum videbant trahere. Oculorum defecto lumine desierant moveri palpebræ, jam pallore infecta facie, membra mortis rigebant frigore. In arca consperso cinere festinabant fratres sternere cilicium, ubi a corpore egressio fieret animæ. Dicebatur fere ab omnibus : Heu ! quam male tardavimus, non habentes quod opus est istis patrantibus. Non videtis quia est mortuus ?

« Interea cunctis ululantibus et pro boni fratris excessu voces lugubres emittentibus, ea causa universalis pietatis, beata scilicet virgo Maria, gloriosa mater misericordiæ, sui capellani mota suspiriis, indigne fert illum tali diutius languore vexari. Dum enim hæc fiunt a fratribus, ecce interea felix illa puerpera, nullis videntibus, excepto eo qui moriebatur, se collocat juxta ejus cubilia, speciosa nimis in veste candida, et, ut sibi videbatur, suæ admota fronti dextera, loquebatur secum talia : Mi dilecte, quid facis ? Nimia attritus es diu molestia. Injustum est ut his doloribus te patiar vexari amplius, quem et ego et meus Filius tam devotum nobis conspeximus. Ego Mater misericordiæ capellano meo succurrere huc adveni, nunc ad me respice, ne timeas, evades optime. Res miranda et cunctis sæculis prioribus inaudita ! Nam ut sibi videbatur ipsa mater pia, quæ est miserorum miseratio materna, extrahens quasi e sinu ubera, quæ circa os erant perhorrida, sacro lacte, ægri, scilicet capellani sui, rigabat ulcera. Quo facto, statim recessit mater, seque in stelligera, quasi tumultum fratrum ferre non sustinens, recepit palatia. Prius tamen adjecit paululum hoc, inquam : Nunc habeto præmium ob impensum mihi servitium, possessurus non post multum perenne gaudium. Nam qui meo servire Filio studuerint et mihi sedulo, securi sint de facti servitii præmio, vita vivent quæ caret termino.

« Tam admirandæ rei audito nuntio, animus pavore percellitur, obstupescit auditus et hoc verum esse mens inconsiderata trepidat, eo quod misericordem Altissimi Genitricem sui capellani sacro lacte rigasse dixi ulcera, quia nec tantæ dignitatis persona, nec tanta philosophiæ vel precum accedit eloquentia, quæ ab excellentissima Matre Dei quid tale debeat promereri ; sed si ad memoriam deducimus, quomodo Altissimus Filius ejus virgineum descendere dignatus est in uterum et postea nasci, circumcidi, tentari, a Pharisæorum insidiis persequi, ac demum pro peccatoribus crucifigi, deinde sepeliri, resurgere a mortuis atque ad dexteram Patris ascendendo collocare dignatus est formam nostræ mortalitatis, omne discedit ambiguum, cum pro peccatoribus tanta fecisse recolimus Deum.

« Verum nomine lactis aliquando misericordia,

A vel aliqua dulcedo supernæ contemplationis solet exprimi. Unde et Apostolus 577 ait : « Tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam ; » id est misericordiam leviora præcipiendo indulsi. Quid igitur mirum si gloriosa virgo Maria, mater omnis pietatis et misericordiæ, per similitudinem lactis ubere suo sacro, ita misericordiam devoto suo impendit famulo, cujus sacro lacte tenera ipsius misericordiæ, Jesu Christi scilicet Domini nostri, nutritur infantia, qui etiam postea dignatus est pro peccatoribus misericorditer crucis ferre supplicia ?

« Fertur quoque in Gestis beati Dionysii martyris, Athenæ quidem prius, postea vero Deo donante Parisiorum archipræsulis, ipso beato Dionysio in suis epistolis referente, quia dum a quibusdam fides sanctæ violata fuisset Ecclesiæ, beatus Carpus presbyter benignum Jesum Christum precaretur ut suæ potestatis vindictam in illos vibraret, apparuit ei et benignus Jesus in orationibus soporato, sum multitudine angelorum, qui manum suæ sanctæ misericordiæ ipsis miseris, quasi in carceris profunda dilapsis, porrigens, atque angelorum ministerio, ea sustentans, ait beato Carpo : Carpe, manu in istos, immisericorditer constituta, et non per misericordiam retracta, percute adversum me. Nam paratus sum pro hominibus resalvandis iterum pati, et complaceo super his magis quam super aliis qui non peccaverunt. Quid ergo dubitat homo miserrimus gloriosam Matrem misericordiæ, in similitudinem lactis misericordiam præstare suis, quando ipsa misericordia, benignus scilicet Jesus Dominus noster qui sedet ad dexteram Patris, qui mortem vicit nec jam amplius valet mori, mori se velle asserit pro perfidis ? Verum hoc dixisse sufficiat ad comprobanda Dei nostri et suæ sanctæ Matris magnalia. Nunc igitur redeamus ad narrationem nostram, ubi gloriosam Matrem diximus post visitationem sui famuli se recepisse in æthera.

« Eger vero plurimum confortatus est a Matre Domini, mox caput erigit, nec jam æger a lecto prosilit, et medicandum nusquam respicit, hæc ejulans Fratribus intulit : Hic adfuit Regina gloriæ servum suum me salvum facere, et vos nihil ei reverentiæ exhibentes, peccastis utique, dum vidistis quid mihi faceret, et neglexistis parare ubi recumberet. Et putans quod ipsi similiter, sicut ipse viderat visionem, vidissent, ait : Heu me miserum ! quia non fui valens Salvatrici meæ parare aliquod sedile pulcherrimum, quæ immerito mihi tantæ sospitatis impendit solatium : si enim tumultus vester non fieret, non tam cito forsitan recederet.

« Fratres, viso quod sic surrexerat quem defunctum quisque putaverat, terror ingens omnes præoccupat, ignorantes quod factum fuerat. Verba Fratris nullus perpenderit, tantus quemque stupor invaserat. Psalmodiæ vox nulla resonat, qui nunc flebat præ metu resonat. Interea recuperata virtute æger in se rediit, et quid erga se factum sit recognoscit,

atque fratribus recitat per ordinem, sicut res contingat, sicque mentes eorum revocat. Superfluum est nobis quærere si quas laudes de tanta Virgine studuerunt hi tunc exercere, qui videbant fratrem dilectum, quem mortuum putaverant, satis membris vivere.

« Benedicta sit talis Domina,  
 Quæ sic suis fert medicamina,  
 Ipsa nobis fiat propitia  
 Donans nobis vitæ remedia  
 Nati sui, suosque servulos,  
 A peccatis faciat liberos;  
 Nosque per cunctorum dierum curricula,  
 Suis obsequiis reddat idoneos :  
 Deo pura nos habitacula,  
 Aptet mundos ab omni macula,  
 Ut post hujus vitæ curricula,  
 Gaudeamus secum in sæcula.  
 Ejus ope, ejus antidoto,  
 Mundo salus rediit perditio ;  
 Ipsi laus, una cum glorioso suo Filio,  
 Honor, virtus, atque jubilatio,  
 Tempore perpetuo. Amen. »

Hucusque codex ms. Corbeiensis monasterii.

Lac et B. Bernardo Clarevallensi eandem cœlorum Reginalm infudisse ferunt scriptores nonnulli; sed quo fulciantur vero judicent, qui gesta illius a tribus synchronis auctoribus exarata (quibuscum perquam familiariter Bernardus est conversatus) excusserint. Quo etenim modo fieri potest ut relatis, ultra centum, miraculis, hoc tam insigne oblivioni tradiderint? Ita Joan. Bertelius lib viii in Regulam S. Benedicti; quem Chrysostom. Henricquez confutat in Menologio Cistert. ad diem 13 Maii, et Angelus Manrique, Annal. Cistertiens. tom. II, ann. 1153, cap. 12.

(\*) CAP. III, § IV. — *Quid post resurrectionem vulnera illa reservata portenderent.* Nequaquam plane mens Guiberti est, ut in Christi corpore vulnerum cicatrices remansisse, sed eam tantummodo ob causam neget, qua nimirum Patri sint veluti signa ac stimuli ad memoriam eorum refrigerandam quæ Filius gratia generis humani pertulit, et ad extorquendam ab eo misericordiam: « Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neque viæ vestræ, viæ meæ, »: ore quondam Isaïæ cap. LV inquebat Deus ipse. Sola ejus infinita bonitas, sola Christi sufficit humanitas, quo paterne veniam peccatoribus largiatur, gratias ~~578~~ affatim effundat hominibus.

Neque pariter quod objectabant Sanmedardenses approbat, nempe vulnera idcirco post resurrectionem perseverasse, quoniam Christi corpus omnimoda ultimum post iudicium gloria sit donandum. Refellit et quarumdam deliria vetularum, quæ fingebant Salvatoris illa ipsa continuo esse aperta vulnera, saniemque manare.

Non, inquam, præfracte diffitetur auctor, Dominum instar margaritarum passionis stigmata in cœlo nunc habere; alioquin in SS. Patres sese erigere, ac suam sententiam anteferre videretur (absit!) sanctis videlicet Ambrosio, lib. x in Lucam cap. xxiv ante finem, Leoni, sermone 1, de Resurrect., et aliis. Quare ergo vulnerum cicatrices? Ut fidem roborent, solentur fideles, impii aliquando ignominia suffundantur. Ita August. lib. xxii de Civitate Dei, cap. 19 et 20; Euseb. Gallican, sive Eucherius, seu etiam Faust. Regiens. homil. feriæ 3 post Pascha, Cæsarius Arelat., homil. 23. Sed et Guibertus apertissime id affirmat cap. 3 epistolæ De veritate Domini corporis, pag. 284. C. « Quid quod in cœlo positus ne vulnera quidem sua obducere, aut servilem formam, quam in futuro representabit iudicio, exuere voluit, » etc.

## AD LIBROS GUIBERTI DE VITA SUA.

Quod splendidissimum orbis oculum B. Augustinum fuerit Guibertus exemplo proxime secutus, vitæ ipsius priorem librum qui legerit, plane animadvertet. Augustinus libro cui titulum fecit *Confessiones*, vitæ suæ deflexus actus percurrit: hic pariter libris de vita sua, priori maxime, gemebundus vitam recolit anteaactam; ille summas Deo grates pro infinitis in se collatis beneficiis agit: similiter et iste; matri S. Augustinus ab improba et hæretica consuetudine revocatum sese, fert acceptum: Guibertus in hunc modum, quod e corruptis moribus a matre traductus fuerit, ingenue fatetur; prior matrem mire laudat; ita et posterior suam; verbis atque scriptis doctor ille Manichæos et cæteros, qui suo sæculo emergerant, hæreticos insectatus est: abbas quoque noster ut Judaicam perfidiam,

D hæreticamque pravitatem, Manichæorum fæce excitatam, evelleret, et coram disputavit, et tractatus edidit.

Cæterum non defuere celebres et alii scriptores, qui ea quæ gesserant scripserant potissimum, posteritati consignarunt; velut Hieronymus, Gennadius, Beda, Sigebertus, etc., id præstare non abs re, quinimo profuturum duxere.

### AD LIBRUM PRIMUM.

(\*) CAP. I. — *Cum quod emanat, omnibus debeas.* Hoc est, gratiæ ac beneficia, quæ ex decreto atque ex congruo, non ex condigno (ut loquuntur theologi) in homines infinita tua bonitas, clementia immensa continuo emittit (verbum *emanat* eo loci active usurpatur) et effundit, omnibus plane debentur. Nonne universi orbis Conditor cum sit, rebus a se

creatis non conservationem modo, quin et perfectionem sponte debere Deum clamat natura, divinæ Scripturæ asseverant? At in rerum natura si gratuitum ejuscemodi debitum agnoscitur, num potiori ratione in statu gratiæ, cum sit fons, inquit auctor, « a quo omnia bona procedunt, » quidquid hominem saluti perfectionique convenit, illum, « cujus natura bonitas, cujus miserationes super omnia opera ejus, » emanare necessario, quia id secum ab æterno statuerit, fateri necesse est?

Et hæc sane non ita obscure innuit Guibertus lib. viii in Genes. cap. xxxi ad vers. 7. « Sed pater vester circumvenit me, » etc. Ait: « Non permisit eum Deus ut noceret mihi, id est, cum sit essentialiter Deus, propriumque Deo sit ut sit pius, ipsa sua naturalis gratia non sinit eum ut imminens tentationis prælium permetteret verti in exitum mei. »

(<sup>26</sup>) *IBID.* — *Quoties per peccandi necessitatem peccare compellor.* Ea necessitate quam gentium Doctor. ad Rom. vii deflet: « Non enim quod volo bonum hoc facio: sed quod nolo malum hoc ago. » Et: « Video aliam legem in membris repugnantem legi mentis meæ, et captivum me ducentem in lege peccati, » etc. Unde Augustinus Simpliciano, lib. i, quæst. 1 sub medium respondens, Pauli verba explanat: « Hoc autem ideo totum dicitur, ut demonstraretur homini captivo non esse præsumendum de viribus suis, etc. Hoc enim restat in ista mortali vita libero arbitrio, non ut impleat homo justitiam cum voluerit, sed ut se supplici pietate convertat ad eum cujus dono eam possit implere. » Et Primasius in cap. vii ad Rom. « Non enim quod volo, etc., Vincente consuetudine quod nolo facio. Facere ergo se dixit, et operari, non affectu consentiendi et implendi, sed ipso motu concupiscendi. Non ego, quia invitus; sed ego quia ipse mihi hanc, per vim consuetudinis, imposui necessitatem. » Suam ipsemet Guibertus mentem aperit lib. iii in Genesim, cap. vi, vers. 19: « Quasi femineos carnis motus, ex necessitate peccandi, velimus plerumque nolimus, animo admoveamus: sed tamen illico juri illius masculi mancipamus, 579 rationis videlicet, cujus vi ad regulam constringatur, » etc.

(<sup>27</sup>) *CAP. IV.* — *Erat paulo ante id tempus, et adhuc partim sub meo tempore Grammaticorum charitas,* etc. Quod inter cæteros commemorat Milo Crispinus Vitæ B. Lanfranci, operibus ipsius præfixæ. capite 1: « Fuit vir magnus Italia ortus, quem Latinitas in antiquum scientiæ statum ab eo restituta tota, supremum debito cum amore et honore agnoscit magistrum, nomine Lanfrancum, etc. Et pertransiens, Franciam plures magni nominis scholares secum habens, in Northmanniam pervenit; et in Abrincatensi civitate demoratus, per aliquod tempus docuit. » Itemque cap. 4: « Lanfrancus quoque licentia abbatis sui, iterum scholas tenuit. In Becensi videlicet monasterio cænobita factus. » Ex qua Becensi schola velut e limpido fonte,

A scientias Galli, Angli, Itali, et alii hausere quamplurimi haud vulgaris doctrinæ pietatisque viri, quorum ad cap. 7 præfatæ Vitæ nonnullos attigimus.

Posthac in Gallia restitutas esse floruisseque litteras produunt scriptores: sed maxime Lauduni Clavati, doctore Anselmo, Glossæ interlinearis auctore, qui Magni Anselmi, Lanfranci discipuli, auditor exstiterat. Parisiis quoque Abælardus, ac Robertus Pullus, post modum cardinalis et cancellarius S. R. E. sub Innocent. II. Quo etiam tempore scholæ S. Victoris Paris. celebriores evasere. Abælard., epist. 1, Vita S. Gosuini, cap. 4. De scholis monasteriorum late egimus observat, ad cap. 4 Vitæ beati Lanfranci, pag. 35.

(<sup>28</sup>) *CAP. VII.* — *Contendebat denique mater mea ecclesiasticis beneficiis me quoquo modo inserere.* Quod virus mirum in modum serpebat sub eadem tempora: ac propterea Urbanus II Concil. Roma. III, ann. 1099 celebrato, sancivit cap. 5: Ut, « quicumque cupiditate parentum, cum adhuc essent parvuli, ecclesias vel ecclesiarum beneficia per pecunias adepti sunt, postquam eas omnino dimiserunt, si in iis canonicè vivere voluerint, pro misericordia ibidem eos esse concedimus, » etc. Sed libeat strenuissimum ecclesiasticæ disciplinæ propugnatorum Bernardum, Guiberto æqualem, audire epist. 42, sive tractat. De moribus et officio episc. « Nunc vero quia sola attenditur gloria, et non pœna, purum esse clericum erubescitur in Ecclesia, sequè viles et inglorios qui quocumque eminentiori in loco non fuerint sublimati. Scholares pueri, et impuberes adolescentuli ob sanguinis dignitatem promoventur ad ecclesiasticas dignitates, et e sub ferula transferuntur ad principandum presbyteris: lætiores interim quod virgas evaserint, quam quod metuerint principatum, » etc. Quam apte isthæc nostræ quadrant ætati!

(<sup>29</sup>) *IBID.* — *Erat ea tempestate nova super uzoratis presbyteris apostolicæ sedis invectio.* Concilii Melitani cap. 2 et 12, vel Claromontani cap. 9, ab Urbano II habitorum; sive etiam concil. Pictaviensis 1, cap. 9 et 10, sub Paschali II. Porro antehac, hoc est an. 1074, statuerat multa Gregorius VII adversus clericorum incontinentiam. S. Petrus Damian., epist. 16 ad Nicolaum pontif.; Ordericus Vital. lib. v Histor. ac lib. xii, pag. 866 et 888, et alibi sæpe.

Presbyteros concubinariorum graviter reprehendit beatus Bernardus protocœnobiarcha Tyronensis, hoc eodem sæculo, circiter an. 1108, ut testis est Goffridus Grossus Vitæ illius cap. 7. « Pro consuetudine tunc temporis per totam Northmanniam, hoc erat, ut presbyteri publice uxores ducerent, nuptias celebrarent, ac filios procrearent, quibus hæreditario jure post obitum suum ecclesias relinquerent, etc. Contra hanc mortiferam consuetudinem servus Dei Bernardus in conventiculis sacerdotum studiose disputabat, et ut eam relinquerent magnopere satagebat, etc. Quadam die dum in Constantiis populo

publice prædicaret, quidam archidiaconus uxorem habens, et filios, cum magno presbyterorum comitatu advenit, et cur ipse monachus, qui mundo mortuus erat, viventibus prædicaret, requisivit. At Bernardus lepide respondit: Nonne, frater charissime, in Scriptura legisti quod Samson ille fortissimus de mandibula asini mortui inimicos suos interfecit? » (*Jud. xv, 15.*) Et post pauca: « Asinus mortuus simplicem populum obedientem, jugum suave Christi, et onus ejus leve portantem, humilitatis vias sectantem, mundo mortuum, id est peccatis et vitiis mortificatum, ut ait Scriptura: Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo (*Col. iii, 3.*), » etc. Viden ad quid monachi mundo sint mortui?

(<sup>20</sup>) *IBID.* — *Sub præstolatione enim alienæ mortis.* Beneficiorum nefanda cupido non Guiberti sæculo tantum, verum etiam in multa subsequentia, ad Ecclesiæ dedecus maximum, irrepsit, imo et grassata est. Quod mercimonii genus, postea reservationum et gratiarum expectatarum nomine, a beneficiorum aucupibus est factitatum. Qua in re Antonius de Raymundia Benedictini ord. non ignarus Asceta, *Tractatu contra reservationes speciales et nominales omnium fere prælaturarum*, etc.: plangit ad hunc modum miserandum Ecclesiæ statum, « Hæc pestis est a nostris invisâ patribus; licet olim nixa fuerit de corporibus aridis hominum velle emittere plantulas, et palmites infructuosos coalere, ipso ortu a Patrum sanctorum prudentia de ipso agro Ecclesiæ, tanquam arbor spinosa, protinus est avulsa (videlicet reservatio dignitatum, prælaturarum et aliorum beneficiorum, quorum ministri ac prælati adhuc vivunt in corpore), 580 quia materiam parabat scandalis, et votum dabat hominibus captandi alterius mortem, in sacro Lateranensi concilio ab Alexandro III celebrato perpetuæ fuit prohibitioni subjecta, videlicet in cap. 2 de concessione præbend., etc. Miram enim rem nostris lacrymosis et infaustis temporibus, oculis perspicimus, quod aliquo prælato quinquagesimum vix annum attingente, ejus prælatura vel dignitas in favorem alterius reservetur, contra regulam charitatis dandi illi expectandi desiderium mortis alienæ, ut possit in locum ejus substitui. Magis tamen mirandum, quomodo principes Christiani pro tam scelestâ materia non verentur aures summi pontificis per importunas et (si fas est dicere) inhonestas vexare preces, mirabilisque quod ipse summus reipublicæ Christianæ hierarcha, et qui vices gerit justissimi judicis Jesu Christi talibus inique postulatis, contra omne fas, jus, et rationem naturalem et positivam assensum præbet, » etc. Hactenus doctor ille Dei æmulatione exæstians.

(<sup>21</sup>) *CAP. VIII.* — *Luxovium in Gallia.* De quo Jonas Vitæ S. Columbani cap. 10: Celebre monasterium Luxovium veluti paradisi fons totam suâ pietate, religione, doctrina Galliam irrigavit. Sanctus Audoenus Vitæ S. Eligii cap. 21, lib. 1. « Nimis

A sanctæ conversationis æstians, S. Eligius, desiderio, ipse quoque properabat ad cœnobia maximeque Lussedium [Luxovium] quod erat eo tempore cunctis eminentius atque districtius, » etc.

Insuper Luxoviensis monasterii primordiorum graphica est descriptio in perantiqua sancti Agili abbatis Resbacensis Vita ins. « Eo tempore vir religionis venerandæ, Columbanus nomine, ab Hibernia, Christo ducente, in Gallias advenerat, desiderans nutu divino a serenitate præfati regis adipisci locum, quo monasterium ædificaret monasticæ religionis, etc. Audito vehementi studio principis Agnoaldi, eum adire deliberat seque suamque precem illi commendat: qui mox talis desiderii arcanum, ac si divinitus sibi commissum suscipiens, quantocius regi opportune intimat, eundemque Columbanum illi gratiosum efficit; nec non qui optabilem ipsius precem exaudiat, submissus efflagitat. At rex magnanimitatis modestia jucundans super sermone hujusmodi, postulata libentissime indulget; insuper necdum petita largiri magnifice promittit: castrum namque inter vasta eremi septa, quæ Vosacus dicitur, fuerat fanaticorum cultui olim dedicatum, sed tunc ad solum usque dirutum; quod saltus hujus incolæ, quamquam ignoto præsagio, Luxovium nominavere.

« Illud equidem considerans benignissimus Agnoaldus velocius posse restaurari, et cernens situm loci monachorum agmini aptum, imo intelligens prærogativa fidei, et sapientiæ lumine illustratus, eundem locum Deo sacrari oportere, et ubi olim profano ritu veteres coluerunt fana, ibi Christi tegerentur aræ, erigerentur vexilla, atque celebrarentur mysteria, obtinuit suis precibus a sublimitate regis, ut per scripti seriem, habitaculum Deo militantium perenniter delegaretur; quo adversus aereas potestates, B. Columbano instituyente, dimicarent superni regis tyrones, quos, demum post diversa exercitia virtutum, ut robustos bellatores lux perpetua Christo cum palma gloriæ suo conspicuos redderet paradiso.

(<sup>22</sup>) *IBID.* *Quædam etiam in Neustria.* Nimirum Beccense, Cadomense S. Stephani, Sagiense Sancti Martini, etc. (quæ illis temporibus sumpserunt initia) et Sancti Ebrulfi Gemeticense, Sancti Vandregesili, etc., postliminio ad pristinum splendorem revocata, et alia quamplurima, quæ in Roberti de Monte tractatu De immutatione ord. monachorum, etc., enumerantur. Vide post Appendicem a nobis editam. Chronicon Beccense meminit eorundem cœnobiolorum; Orderic. Vital. Histor. lib. III, pag. 461.

(<sup>23</sup>) *IBID.* — *Sanctæ conversationis refrizit charitas, et rerum opulentia quasdam postmodum sensim deseruit ecclesias.* Morum ergo perversitas gignit egestatem, in ecclesiasticis maxime viris; contra vero facultatum productrix virtus est. Ecclesiasticus capite xiii, 30. « Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia, et nequissima

paupertas in ore impii. » Ad hæc verba Strabus Fuldensis glossa ordinaria : « Divitiæ habitæ juste sunt materia exercendæ virtutis per opera misericordiæ et liberalitatis. » Cui simillimum est illud beati Ambrosii effatum. « Divitiæ ut impedimenta improbis, ita bonis sunt adjumenta virtutis, » ad cap. xviii et xix. Luc. lib. viii. Quin Juvenal. Satyr. 3 :

*Nil habet infelix paupertas in se,  
Quam quod ridiculos homines facit.*

Et Guillelmus Flaviacensis abbas (de quo infra in compendio Hist. ejusdem cœnobii) consulens probæ et constanti monachorum conversationi, ait : « Egestas enim murmuris, et impatientiæ, atque etiam cupiditatis nonnunquam est occasio. »

Atque adeo haud bonorum temporalium opulentiæ Benedictini ordinis perniciæ, quod obgannire solent gurgites illi et helluones rerum Deo sacratarum, causa exstitit, imo a sancta conversatione deviatio ; simul enim atque pœnitentiæ pertæsi decepti deliciis, post concupiscentias suas fere monachi, sæcularibusque, solitaria et arcta via posthabita, sese ultro immiscuere negotiis, « sanctæ conversationis refrixit charitas ; » et corrupti, atque abominabiles facti evanuerunt in cogitationibus suis, quæque prius non sibi tantum ad victum et vestitum collata fuerant, sed et ad gloriam, quo non secus ac domini **581** potentes, et principes terreni, ea cæteris egenis præcipue, affatim erogarent, versa sunt in venenum et opprobrium, veneruntque alieni et comederunt robur eorum. Ut merito cum Jeremia, Thren. v, 2, 3, 7, occinere debeamus : « Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduæ. Patres nostri peccaverunt, et non sunt ; et nos iniquitates eorum portavimus. »

Verum ubi viget regularis observantia, ex sententia affluunt universa ; quod probe adnotavit Hugo Flaviniacensis in Chronico nondum edito, ad an. 1078, gesta exhibens abbatis Divionensis, S. Guillelmi, qui postea Fisanense rexit monasterium : « Noverat quia cum cresceret interior religionis studium, exterioris quoque substantiæ accederet supplementum. » Et ad an. 1088 : « Vigeat in eo virtus charitatis, quæ tanta erat, ut quanquam eo anno, ubique tempestatis violentia, maturæ segetes in spicis, et vinum in racemis, omnia prostrata, et prorsus damnata essent, nil tamen minus fieret in refectorio et eleemosyna, cum fratres centenarium fere excederent numerum, » etc. Huc pertinent quæ de se refert Sugerius in Ludovici Grossi Vita, tom. IV Hist. Franc. Andreæ Duchesne, pag. 311. « Ordinem sanctum plene reformavit, sanctæ religionis propositum quo ad Deum fructum pervenitur, absque scandalo et perturbatione fratrum, licet non consueverint, pacifice constituit. Cujus voluntatis divinæ efficaciam, tantæ libertatis, bonæ famæ, et terrenæ opulentiæ subsecuta est affluentia, ut etiam impresentiarum, quo magis nostra excitetur pusillanimitas, quodammodo cogno-

scatur, nos ipsos remuneratione etiam temporali remunerare ; cum et apostolici reges et principes, felicitatibus Ecclesiæ congratulari delectet, gemmarum pretiosarum, auri et argenti, palliorum et aliorum ecclesiasticorum ornamentorum affluentia exinde exuberet, ut recte dicere valeamus : *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa* (Sap. vii, 11). Quo experimento gloriæ futuræ Dei, fratres nostros successores nostros obtestando per Dei misericordiam, et terribile ejus judicium sollicitamus. ne sanctam religionem, quæ et homines et Deum conciliat, contracta consolidat, perdita restaurat, paupertatem opimat, tepescere permittant, quia sicut timentibus Dominum nihil deest, non timentibus etiam regibus omnia, ipsi quoque sibi deficiunt. »

Rationes autem assertionis præfatæ meæ subministrat sanctus Benedictus, siquidem ipse evangelicæ perfectionis instaurator, monachorumque Occidentis institutor, præcipue decrevit, nempe antequam professionem tirones emittant, ut ex omnibus quæ possidebant nil sibi reservent, cap. 58. Item cap. sequenti, de filiis agens nobilium, parentes obtestatur, « Promittant sub jurejurando quia nunquam per se, etc., filiis tribuant occasionem habendi ; » cap. 33, nil proprium habere sinit monachum, « omnia vero necessaria a Patre monasterii sperare ; » cap. 34 : « Infirmorum cura ante omnia, et super omnia adhibenda est, etc., carniæ usus, et balneorum, » et quidquid infirmis necessarium fuerit, concedatur ; cap. 39, 40 et 55. Victus et vestimenta suppeditentur ; cap. 53 et 56 : « Omnes supervenientes hospites tanquam Christus suscipiantur. » Et tandem cap. 66 : « Monasterium ita debet construi, ut omnia necessaria, id est aqua, hortus, pistrinum, vel artes diversæ intra monasterium exerçantur, ut non sit necessitas monachis vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorum. »

Nunquid his ex locis necessario colligendum est cœnobia rerum copia fore dotanda, quatenus ad unguem observetur regula ? nimirum ut victus, vestitusque unicuique tribuatur ; « Infirmis sicut revera Christo, ita serviatur ; » pauperes omnes (quod solemne ac religiosum in ordine, quamdiu redditus monasteriorum a sæcularibus viris minime distrahebantur, semper exstitit) velut Christus excipiantur, sublevantur, alantur, vestiantur (de quibus mox infra). Quapropter S. Junianus a rege Clotario I, cujus professionis ac studii esset, sciscitatus, sic conquerendo respondit : « Se sub monastico ordine vitam degere, et monachis prælatum et beatiss. Benedicti instituta servare, regularem ejus vitam observare, nisi quod propter angustiam loci non eam plenissime custodire cum suis valeat. » Et paucis interjectis : « Quibus auditis, rex statim ait : Si ex prædio fisci nostri aliquid vobis vicinum est, et loci opportunitate congruum, quantum tuæ sanctitati placet, et tibi, tuisque sufficere

possit, tam in exercitio operis, quam etiam in pascua jumentorum et pecorum necessarium concedimus, ad usus videlicet servorum Dei, etc. » Sic vita manu exarata.

<sup>(34)</sup> *IBID.* — *Bene conversantium, dum et ipse manuum labor sorduit facta est raritas.* « Otiositas enim inimica est animæ : et ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum » docet S. Benedictus Reg. cap. 48. Inde inferunt, voluntque nonnulli monachos, quo vitæ necessaria lucrentur, manuum teneri labore. At objurgatores ejuscemodi multum hallucinari, duplicique tantummodo de causa suos astringere huic operi B. Benedictum, indigitant Rupertus abbas, Petrusque Venerabilis, ut segnitiem fugiant, sublevent paupertatem.

Prior itaque lib. III, ad cap. illud Regulæ, cap. 1 : « Capituli hujus idcirco memini, cum de ministerio altaris dicere proposuerim, cur Benedictus in regula nihil ordinaverit; quia videlicet hodie nonnullas animas ignorantia sui negligentes facit illius internæ pulchritudinis, propter quam ~~589~~ ad sacri altaris officium meruerunt ascisci. Nam quia monachi sunt, et beatus Benedictus monachis ordinavit opus manuum, penè obliviscuntur quod sacerdotes sunt, etc. Relinquenda illis esset nostro silentio sua intentio, quia intenti circa opus manuum, de quotidiana celebratione missarum, parvum aut fere nullum dicunt habere studium nisi sollicitarent. » Tum cap. 2 : « Igitur quæcunque es, o anima! quæ sollicitaris a dicentibus : Non potes hic salvari, quia de labore manuum tuarum non vivis propter te hoc a me dictum puta : Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, et abi post vestigia gregum, et pasce hædos juxta tabernacula pastorum, » etc. Et infra, cap. 4 : « De opere manuum, quo maxime victus acquiritur, quod est arare, seminare, et metere, sylvasque succidere, perspicuum est quia non est Benedicti præceptum, sed tantummodo permissum, sive patientiæ solatium, » etc. Denique cap. 7 Exemplis probat SS. Gregorii, Mauri, etc. « Qui monasteriis suis tot et tanta prædia providerunt, vel susceperunt, non fore necessitatem monachis victum sibi quærere de labore manuum suarum, et non argui hoc contra B. Benedicti fecisse institutum. »

Secundo loco Petrus ille Venerab. abbas Cluniac. Cisterciensium objectionibus respondet, lib. I, epist. 28 : « Videamus, inquit, non tantum quid de opere manuum regula præcipiat; sed etiam quare illud præcipiat. Otiositas, ait, inimica est animæ, et ideo certis temporibus debent occupari fratres, » etc. Deinde post pauca . « Si aliis bonis operibus occupare semper totius diei spatium monachi possunt, cum ad hoc tantum ne otiosi sint operari præcipiantur; nonne illa agentes a prævaricatione regulæ omnino alieni permanent? Plane ita, certe ita : velint, nolint adversarii, etc. Ergo si orando, legendo, psallendo, injuncta religiose

A implendo, vel alia quælibet hujusmodi bona agendo animus occupatur, regula perfecte servatur. » Et post alia de sancto Mauro agens, ejusque monachis, hæc subinfert : « Ut quia eis sine proprio labore cuncta necessaria suppeditabant, omissis manuum labore, spiritualibus exercitati, otiosi non essent; sicque sibi nuper a sancto Benedicto traditam Regulam, bona semper operando, optime servarent. » Ita Venerabilis, qui statuto suo 38, ut monachorum, eorum maxime qui conversi dicuntur, desidiam propelleret, laborem manuum imperat.

Quam in rem sanctus Hieronymus ad Rusticum : « Ægyptiorum monasteria hunc morem tenent, ut nullum absque operis labore suscipiant, non tam propter victus necessitatem, quam propter animæ salutem, ne vagentur perniciosis cogitationibus et instar fornicantis Jerusalem omni transeunti divaricet pedes suos. » Clericis nimio otio ne affluerent, ac torperent, æque ac monachis olim manuum indictus labor a S. Clemente Romano, Const. I, cap. 76, concil. Carthag. IV, can. 51 et 52; S. August. 2, retract. 24, et alii.

<sup>(35)</sup> *IBID.* — *Rerum antiquius datarum exuberante copia.* Quam ob causam Benedictinorum cœnobio maximis opibus fuerint orbata, ostendimus supra. Paucis nunc qua ratione in tantum divitiis crevere dicendum. Diversis attribuere solent causis auctores : alii regum principumve beneficiis, opulentioribus illis alii, qui monachum induentes monasterio prædia complura acquirebant; nonnulli Ascetarum diligenti ac sedulæ administrationi; non pauci vero iis, qui singulari doctrina florebant, publice scholas tenebant; cæteri tandem integræ mundanorum abdicati, ac perfectæ monachorum S. regulæ observationi (quod et a nobis superius observatum est). At potissimum solemnem atque religiosissimam illam cum ordine natam consuetudinem, pauperibus erogandarum continuo eleemosynarum, hospitumque suscipiendorum, juxta regulæ præscriptum, occasionem existisse mihi perspicuum videtur : quippe sanctus Benedictus discipulos hacce doctrina imbuerat : « Pauperes recreare, nudum vestire, mortuum sepelire, » reg. cap. 4; instru. 14, 15, 16 : « omnes hospites tanquam Christus suscipiantur, etc. Pauperum et peregrinorum maxime susceptio omni cura sollicitè exhibeatur, quia magis in eis Christus suscipitur » cap. 53, a magistro enim omnium ac Domino didicerat : « Date et dabitur vobis, » etc. Sciebatque experimento illud (uti videre est in ejus Vita, Dialog. S. Gregor. lib. II, cap. 21 et 29,) « Feneratur Domino qui miseretur pauperis; et vicissitudinem reddet ei. » (*Prov. XIX, 17.*)

Solere autem in monasteriis quoscunque pauperes excipi ac solari, supra numerum testimonia cum sint obvia, consulto præterimus : unum duntaxat, et alterum ex vetustis membranis eruendum delectat. Nobilissimus abbas S. Adalardus Corbeie regens cœnobium isthæc ordinavit.



« Constituiamus ad hospitalē pauperum, quotidie dare panes de mistura factos quadraginta quinque, librarum trium, et dimidiæ, et de frumento vel spelta, panes quinque quales vassali accipiunt; ut flant simul quinquaginta. Ipsi vero panes isto modo partiantur, ut duodecim pauperes, qui supra noctem ibi manent, accipiant singuli unusquisque panem suum; et in crastinum unusquisque dimidium ad viaticum. Hospitalarii autem ii, qui ibi deserviunt, de supra scripto numero unusquisque panem unum. Nam panes quinque frumentacei debent partiri inter peregrinos clericos, qui in refectorium ducuntur, ad viaticum, et infirmos qui ibi sustentantur.

Ipsam tamen distributionem panum arbitrio ~~503~~ committimus hospitalarii, ea videlicet ratione ut si venerit major numerus pauperum, aut plus, aut minus, indigentes, sicut sunt inedia defecti, aut pueruli parvuli, ipse discernat juxta quod oportet.

« Quod si contigerit aliquo tempore minus venire pauperes, ipse hospitalarius et magister, et senior portarius in memoriam omnimodis habeant, quanto de suprascripto numero propter paucitatem venientium minus dispensatur, ut iterum cum plures venerint, quod remansit dispensetur.

« Cæteris vero pauperibus venientibus, et eadem die recedentibus, solet dari quartarius, vel sicut diximus, juxta quod hospitalarius providerit in majori vel minori numero aut necessitate compedire, companaticus, aut secundum consuetudinem tribuatur.

« De potu autem detur quotidie modius dimidius, id est sextarii viii, de quibus dividuntur sex. iv, inter illos xii suprascriptos, ita ut unusquisque accipiat calices duos. Ex aliis quoque quatuor, sex dantur clericis, quibus pedes lavantur a fratribus, unicuique calix unus, et Wileranno servitori calix unus; quod residuum fuerit, in arbitrio hospitalarii relinquimus, quomodo illud sive infirmis, sive aliis pauperibus dividat. De vino autem erit in arbitrio prioris.

« Infirmorum autem necessitatem senior portarius debet juxta possibilitatem providere, sive in cibo, sive in potu, in his rebus quæ hospitalario desunt ad opus infirmorum.

« Et si contigerit venire peregrinos de longinquis provinciis, qui supra scriptum numerum excedant, portarius provideat eis quæ necessaria sunt, ita ut non minuatur quicquam de his quæ quotidianis diebus deputata sunt.

« Addimus etiam de companatico in cibos pauperum ad pensas xxx, quæ dantur inter caseum et lardum, et modios xxx de leguminibus; quintam partem de decima, quam accipit portarius a cellerario de anguillis, vel caseo recente, qui constitutus est dare de decem herbicariis; nec non et de illo qui de villis dominicis datur in decimam.

« Similiter omnem quintam decimæ de pecudibus,

id est in vitulis, in vervecibus, vel omnibus quæ dantur de gregibus portario, etiam in caballis.

« Insuper disposuimus dare ipsi supra commemorato hospitalario, de omni argento quidquid ad portam venerit, quintam partem, per manus portarii senioris, de quo argento talem voluimus fieri distributionem, ut non minus quotidie quam quatuor denarii dentur; et si minor fuerit numerus, de ipsa quinta quam sufficere possit ad hanc distributionem quotidianam faciendam, abbas si vult suppleat aliunde; et si ultra creverit, non subtrahatur.

« Ligna autem provideat portarius pauperibus secundum consuetudinem, vel cætera quæ hic scripta non habentur, sicut sunt panni in lectulis, vel vasa et cætera quæque. Hæc omnia supra scripta de his quæ ad portam veniunt propter illud supplementum argenti, sicut supra commemoratum est, dentur.

« Insuper accipiat hospitalarius a camerario vestimenta, vel calceamenta fratrum vetera, pauperibus tribuenda secundum consuetudinem.

« Obsecramus igitur omnes quibus ordinandi fuerit officium in hoc monasterio, ut, in largitate ac distributione, Dei potius attendant voluntatem quam nostræ parcitatis exemplum, quoniam unusquisque est pro se redditurus rationem. »

Habes ergo sancii Adalardi ardentissimam in proximum charitatem, ac pietatem ad pauperes et afflictatos ægritudine sublevandos, quæ et quam diutissime in Corbeiensi monasterio (servata usque ad tempora videlicet abbatum commendatariorum) fuit. Quapropter non modo celeberrimum, sed et evasit opulentissimum.

Quam vero gratæ sibi essent beati illius antistitis eleemosynæ, significavit aliquando Deus. « Cum quodam die (scribit Paschas. in Vita ejus, cap. 7,) omne pulmentum casei hospitibus expendisset, illumque ob hoc cellerarius objurgasset, respondit sanctus : *Dominus dabit*. Et ille : Tu semper ista polliceris, sed non sic extemplo dabitur, quod tamen indifferenter effundis. Interim dum hæc aguntur ecce duo adsunt plaustra præ foribus, unum nescio quid ferens piscium, et aliud plenum caseis, » etc. Idem accidit sancto Judoco, Orderic. lib. iii, Hist. ad an. 1066; lege, si lubet, cap. 22 Vitæ S. Bernardi Tyron.; Decret. B. Lanfranci, cap. 8, § 3, et Statut. 23 Petri Venerabilis.

Alterum quod sum prolaturus testimonium, ex antiquis abbatie Cluniacensis consuetudinibus, in ordinem, jubente B. Hugone I abbate, a Bernardo quodam monacho digestis, haurio. Est autem ejusmodi cap. 14.

#### *De officio eleemosynarii.*

« Quemadmodum a custode hospitii recipiuntur omnes peregrini, qui faciunt iter equitando, eodem modo quotquot pedites vadunt, præter illos qui tales sunt, ut ad eleemosynarium ire non velint, ab eleemosynario recipiendi, excepto si legatus est, et literas defert, hos colligit custos hospitii.

« Receptis autem singulis, quærit eleemosynarius a granatario unam libram panis et sequenti die abituris dimidiam, mensuraque eadem venientibus et abeuntibus dat vinum, scilicet dimidiam justitiam, et recedentibus dabatur olim singulis unum denarium, si tamen avertere poterat, quod in loco nostro nunquam amplius fuerit, aut infra unum annum non venerit.

« Ergo in adventu Domini, exceptis his diebus quibus bis comeditur, et in Quadragesima exceptis Dominicis, et per totum annum, quoties pro canonicis institutis ab adipe abstinetur, ut in Rogationibus, in vigilia Sanctorum, et in Quatuor Temporibus; et quoties frater in monasterio sepelitur, quidquid de vino superfuerit fratribus in refectorio, totum accipit eleemosynarius, sicut etiam de pane et per totum annum de pigmento. Hoc vinum colligit et reservat, ut peregrini supervenientes semper de hoc habere possint. Illo quoque die quo ita panem recipit de refectorio, non tantum quærit a granatario, sed de ipso pane tot quot potuerit peregrinis, et quod sibi deerit, hoc a granatario quærit.

« Item quotidie accipit quotquot defunctorum fratrum est anniversarius, præbendas totidem integras in pane, et vino, in fabis et generalibus. Præter hæc pro quolibet fratre nuper defuncto, qui professus est nostræ Congregationis, ubicunque obierit, præbendam integram per triginta dies. Pro omnibus insimul fratribus, quorum obitus qualibet interveniente negligentia a nobis sciri non possunt, quotidie accipit duas.

« Præterea tres fratrum præbendæ dantur quotidie ad eleemosynam, quæ et in refectorio super mensam principalem apponuntur, scilicet pro beatissimo Patre Odilone, pro Henrico primo imperatore, pro Fredelanno et ejus uxore, regibus Hispaniarum.

« Super hæc omnia dantur quotidie XII tortæ, quarum unaquæque tres libras appendit. Hæc vero pupillis et viduis, claudis et cæcis, senibus et aniculis, cunctisque supervenientibus sunt eroganda.

« Habet quoque adhuc quotidie de refectorio, de his quæcunque fratribus supersunt, ac de generali et de pitantia medietatem; altera medietate cæcis popularibus deputata. Similiter de fabis medietatem, bubulcis ipsius decani, qui villæ præest, deputata altera medietate.

« De oleribus et de pomis, et de his similibus totum. De hac medietate quæ sibi de generalibus, et de pitantiis contingit, solet præbendariis per vires pitantiam exhibere, solet etiam famulis suis dare. Accipit autem famulus ejus major quotidie libram unam de Granario, ideo quod recipiat panem et vinum, quod datur præbendariis, et dimidiam ab ipso eleemosynario. Alii quoque singuli habent ab eleemosynario libram et dimidiam, sive de quotidianis, sive de alio pane, si ei magis placuerit.

« Dantur namque præter ea quæ dicta sunt de

A granario ad eleemosynam, sex præbendæ, quæ vocantur quotidianæ; sunt autem quinque ipsius famuli, unus major qui servit præbendariis, et aliis pauperibus, et peregrinis; alter ostiarius eleemosynæ domus, duo quotidie deferunt ligna cum duobus asinis; unus est provisor duorum furnorum, de quibus aliquid subsidii venit ad eleemosynam. Omnes autem præter majorem vadunt pro unico, quoties eleemosynarius præcipit, si generale fratrum defunctorum ipsa die, qua in capitulo recitantur, abesse [f., habere] non poterit; computat usque ad aliquam summam, et tunc reddit ei camerarius denarios, et aliquoties cellerarius pro genere piscium dare valet carnes.

« Ipse quoque comparat sibi cum denariis, qui pro decima de ecclesia sibi dantur. Ipse enim habet decimam omnium denariorum qui in ecclesia offeruntur, sicque providet ut carnem frequentius dare possit peregrinis. Sunt autem octodecim pauperes præbendarii, quibus quotidie famulus eleemosynarii accipit de cellario totidem justas vini, et a granatario totidem libras panis et fabas ad quatuor dies septimanæ, reliquos tres non habet nisi olera de horto ad eleemosynam deputato; sed in majoribus festis habet carnem pro fabis; et per annum sunt triginta quinque dies, in quibus habent carnem.»

Tum post alia.

« Mandatum et si a festivitate Omnium Sanctorum, a fratribus non geratur usque in capite jejunii, tamen eleemosyna nunquam remanet; famulus enim eleemosynarii in hieme cum aqua calida pedes trium pauperum lavat, datque libram singulis, et justitiam, et libram de tali pane qualem habent in refectorio fratres.

« Hoc quoque pertinet ad eleemosynarium, ut semel in hebdomada totam villam perlustret, assumptis secum famulis suis, et pane, et carne in cophinis, et vino in aliis vasis; visitans illos qui pauperes alicubi jacent ægroti; et si masculus est ipse visitaturus intrat; si femina, stat ad ostium, et famulum suum mittit ad eam. Et dato eisdem quod melius potest, consolatur ipsos, et si quidlibet desiderant præter quod dederit eis, si commodum ullo modo ei est, inquit, et postmodum mittit per famulos suos. Est autem consuetudo quatenus mulieres, quæ in domibus sunt ubi infirmi jacent, mox ut viderint eum venientem, omnes exeant: Nunquam enim quandoquælibet mulier intra domum fuerit, ingrediatur.

« Sciendum vero quoniam peregrinis, de quibus superius locuti sumus, cum libra et vino, in ipsa nocte qua veniunt, de quovis alio edulio dabit; scilicet de piscibus vel hujusmodi et aliquoties, ut prædictum est, de carne. Non nisi vero ad portam curtis dat cuiquam justam vini et libram panis; non enim ingrediuntur curtem.

« Si autem aliquis peregrinorum habuerit ad hospitium suum conjugem debilem, vel lassatam

m, quibus non sit commodum venire ad  
iam, debet eis misericordiam facere, et  
dat aliis mittere per eorum socium, qui  
ad eos, propter eorum debilitatem. Alii  
es in eleemosynaria comedunt.

autem pedites seu pauperes clerici pere-  
longinqua terra veniunt ad eleemosyna-  
dicit ante prandium fratrum abbati vel  
accepta licentia ducit eos in refectorium  
suis. Istitis vero non commodantur super-  
eorum enim tantum est, qui cum equis

enses quoque ea de re commendat Gnil-  
ngiacus ad an. 1176. « Maxima fames fuit  
; pro qua ad sustentationem pauperum,  
m invadiata sunt ornamenta et sanctorum  
frustrata; et tunc maxime apparuit Cister-  
dinis munificentia in pauperibus susten-

go mirum si apud monachos adeo opulen-  
um pene omnium copia exuberarit, qui  
ite, animatus et affatim se suaque Chri-  
bant Domino universorum; ipse etenim  
est: « Quod uni ex minimis meis fecistis,  
stis (*Matth.* xxv, 40); » et centuplum in  
lo, et in altero vitam æternam se redditu-  
ondit.

. VIII. — *Qui in eisdem parentum devo-*  
*raditi ab ineunte nutriebantur ætate.* Optima  
berti observatio. Longe siquidem absunt  
praxis; de virtutibus documentum, atque  
n earumdem. Solent quippe qui solitarie  
que infantie ac pubertatis annos in mo-  
transegere, dum sese hominum flagitiis  
m consortio immiscent, nil equidem mali  
onte suspirari; at quia proni sunt suapte  
peccatum, cum nec infans unius diei su-  
n immunis sit a sorde, utpote in peccatis  
impellente ipsa prava propensione (quam  
vocant) proclivius et imprudentius quali-  
ione (nisi eos retrahat divina gratia, sive  
carnis delicias, voluptatesve prius experti  
reddant) irretiuntur illecebris, atque in-  
rolabuntur. Utinam ista sæpiusculæ usu-  
ent! Quamobrem S. Benedictus rectores  
admonet quominus eos qui mundo re-  
llum remisere, identidem foras egredi per-  
« Quia omnino, inquit, non expedit anima-  
n, » cap. 66 regulæ.

rorum Deo a parentibus oblatorum proli-  
nus ad B. Lanfranci epist. 32. Superest  
am sistendorum eorumdem pro altari per  
m seniore huc attexam.

ero qui cum laicali vel clericali habitu  
hunc camerarius in vestiarius ducat eo-  
o vestiendum quo quilibet novitius vestitur,  
nod ei non stamineum, sed pro stamineo  
linea datur. Cum visum fuerit domno ab-  
illum de frocco ejus jubet auferrī, et cu-

A cullam ei dandam benedicit. Jubet etiam uni fra-  
trum ut puerum offerat in vice parentum ejus, qui  
petitionem, quam facturum est, scriptam habens,  
confirmat eam signo propriæ manus, et postea legit  
eam in aperto, et mittit in manum domini abbatis;  
est autem hujusmodi: « Ego frater N. offero Deo et  
sanctis apostolis ejus Petro et Paulo hunc puerum no-  
mine N. vice parentum ejus, cum oblatione in manu,  
atque petitione, altaris palla manu ejus involuta,  
ad nomen sanctorum quorum hic reliquiæ continen-  
tur, et domini N. abbatis præsentia, trado coram  
testibus regulariter permansurum, ita ut ab hac  
die non liceat illi collum de sub jugo excutere regu-  
læ, sed magis ejusdem regulæ fideliter se cogno-  
scat instituta debere servare, et Domino cum cæ-  
teris gratanti animo militare: et ut hæc petitio  
firma permaneat, manu mea subterfirmavi, testi-  
busque tradidi roborandam. »

« Accipit ipse puer cum offertorio patenam et  
calicem, hostia imposita, et vino infuso; et ita vi-  
carius ille involvit manum pueri cum palla altaris,  
ut tam ipsum puerum quam ejus sacrificium offerat  
a sacerdote præcipiendum. Postea induitur cu-  
culla; et de cætero benedictio ejus differtur usque  
ad legitimam ætatem, id est si non amplius vel usque  
ad decimum quintum annum ætatis. Rursus cum  
domnus abbas voluerit ut eum benedicat, refert  
hoc fratribus in capitulo; et ipse juvenis statim ve-  
niam petit, et de schola absolutus venit ad pedes;  
tamen ab aliis pueris non recedit usque ad horam  
benedictionis. Sicut alii novitii profitetur. Sola cu-  
cullæ benedictio non iteratur, nec exiit, nec in-  
duitur, nisi sicut et prius erat, » etc.

Ex cap. 29 stat. Cluniacensium, de quibus su-  
pra,

(<sup>87</sup>) *IBID.* — *Tanto intra cænobiorum septa remis-*  
*siore studio victitabant.* Id loci illustratur Petri 586  
Venerabilis statuto: « Statutum est, ait ipse, ut  
nullus, etiam ex concessione, futurus monachus,  
regularibus usque ad annum vigesimum vestibus  
induatur. Causa instituti hujus fuit immatura, ni-  
misque celer infantium susceptio, qui, antequam  
aliquid rationabilis intelligentiæ habere possent,  
sacræ religionis vestibus induebantur, et admisti  
aliis, puerilibus ineptiis omnes perturbabant: et ut  
quædam teceam, et multa breviter colligam, et sibi  
nihil pene proderant, et aliorum postea religiosum  
propositum non parum, imo quandoque plurimum  
impediabant. »

(<sup>88</sup>) *IBID.* — *Ecclesiasticas occasione difficili dila-*  
*pidare pecunias,* etc. Heu! quam in profanas (ne  
quid gravius,) et varias discerpta partes ecclesia-  
rum monasteriorumque bona: quæ « vota sunt fide-  
lium, et pretia peccatorum, ac patrimonia paupe-  
rum, » scripsisse traditur Urbanus papa I, et Edga-  
rus Anglorum rex: « Sunt patrimonia pauperum,  
ac pretiosi Christi sanguinis pretium. » Quæque Deo  
ac sanctis data, ut die noctuque laudes summi om-  
nium Creatoris concinentes, habeant victum ac

vestitum, ferunt omnes propemodum monasteriorum A fundationes. In restauratione monasterii Besuensis ita loquitur Albericus Lingonensis, episcopus, post enumerata a se collata : « In substantiam monachorum, et alimoniam pauperum, et ut ibidem delectetur servis Dei Domino servire; et pro rege ejusque conjugē, et liberis ipsius et totius imperii stabilitate jugiter Domini misericordiam implorare, » etc. Chronicon Besuense ms. Sed et Aldricus Senonensis antistes, hoc sensu suos suffraganeos compellabat in charta ms. instaurationis cœnobii Sancti Remigii prope Senonas : « Sciamus rem ecclesiæ esse oblationes fidelium, pretia peccatorum, patrimonialia pauperum, easque nobis administrandas, procurandas, atque ordinandas suscepisse, harum rerum administratores nos esse, meminisse debemus : et redditus expansasque earum eis usibus applicare, quorum gratia divinis altaribus alligatæ noscuntur. » Chronicon Divionense ineditum : « Contulit rex Guntrannus Deo et sancto Benigno ad victum monachorum Deo in hoc loco deservientium, ut pro se ac sequentium regum salute et peccatorum remissione divinam exorent clementiam monachi. Insuper etiam instituit ut ad similitudinem monasterii Sanctorum Agaunensium, diu noctuque divinum persolveretur officium, » etc.

Ludovicus Pius imperator monachis Anianensibus ecclesiam Sancti Martini Arelatensis, et quæcunque ac eam pertinerent, concedens, his inter alia verbis utitur : « Hanc nostræ auctoritatis donationem memorato monasterio ad stipendia fratrum ibidem Deo famulantium, et ad subsidia pauperum, vel ad cunctas ejusdem monasterii Aniani necessitates consulendas, ob emolumentum animæ nostræ perpetualiter concessimus, » etc. Sic vetustissimæ membranæ.

His consona de ecclesiæ opibus effert Tertullianus, Apologet. cap. 39 : « Hæc deposita pietatis sunt, nam inde non epulis, non potaculis, nec voratrinis dispensatur, sed egenis alendis, humanisque, et pueris ac pupillis re ac parentibus destitutis, » etc. Ad rem istam quæ ad suas constit. Benedict. Patres regni Portugalliæ amplas possessiones ordinis memorantes, præloquuntur, adnotabo : « Hæc et alia omittimus in ecclesias redacta.

*Singula quæ sæcli attrivit sic cana vetustas,  
Ut maneat præter nostra fuere nihil.*

Ea tamen perstringere libet, quia licet alienationes nobis sint dolores oculorum et animi, indices tamen sunt sanctissimi patriarchæ (Benedicti) charitatis et meritorum ipsius (adde et filiorum pietatis ac doretinæ) vivi præcones, » etc.

(<sup>39</sup>) CAP. IX. — *Vocabatur autem ipse Ebrardus.* Quem paucis laudat Andræas Duchesne Histor. Drocens. lib. 1, pag. 24, ubi et de familia comitum Brioliensium : illum eo loci adi, si placet.

(<sup>40</sup>) *IBID.* — *Theudebaldus*, etc. sive Theobaldus. Cujus biographus ei contemporaneus hæc habet : « Theobaldus parentibus non solum nobilibus, ve-

rumetiam clarissimis atque ditissimis enituit, » etc. Et infra : « Lapides ferendo, fenuin e pratis secando, stabula curando, et maxime, ut idem simpliciter referebat, carbones ad opera fabrilis faciendo, victum sibi cum parvo censu providebat, » Surlus, tom. III. Sigebert. ad annum 1050.

(<sup>41</sup>) *IBID.* — *Majus monasterium petivere.* Celebre istud monasterium prope Turones ad fluentia Ligeris situm, a sancto Martino archiepiscopo sumpsit initium. De quo Gregorius Turon. De gloria confess. cap. 8; Glaber. lib. III, cap. 4, et alii.

Et quoniam nomenclaturam abbatum a Roberto in Gallia Christiana expositam, in multis vitiosam animadverti, quotquot ex antiquis membranis ac rudibus ejusdem abbatiae reperire licebit, huc attexere haud inutile fore judicavi.

*Elenchus abbatum Majoris monasterii.*

Primus abbas ac fundator sanctus Martinus episcopus Turonensis. II. Galbertus a B. Martino electus ac benedictus. Quem consecuti regulares abbates (quorum nomina oblivione sepulta) omnem navaverunt operam, ut in Majori monasterio religio floreret.

587 III. Et hoc equidem usque ad Robertum comitem Odonis regis fratrem : qui comes et abbas Majoris monasterii, in charta anno 6 regni ejusdem Odonis confecta, nuncupatur.

Destructo a Northmannis monasterio, cæsisque monachis, qui superstites fuerunt una cum sacratissimo B. Martini pignore in Burgundiam secessere, C At ex clericis nonnulli inter ruinas sibi fabricare domicilium, et locum plures per annos occuparunt. Ita iis prætermisiss, ad regulares transeundum.

IV. S. Majolus abbas Cluniacensis, rogante Blesensi comite Odone, monasticum ordinem postliminio in pristinum statum revocavit. Prodit hæc disertis verbis charta donationis eorum quæ Stephanus Blesensis comes Majori monasterio contulerat. « Ubi Odo avus meus, inquit ipse, et frater ejus Hugo Bituricensis archiepiscopus et eorum mater humati jacent; et quod post eversionem a Danis factam exstructum, et, amotis canonicis, facultatibus suis auctum, monastico ordini, qui ab initio antiquitus, a tempore beati Martini ibi fuerat, restituerunt; abbatemque Guillebertum nomine posuerunt, D a sancto Maiolo sibi de Cluniaco datum. Quorum sequens vestigia pater meus, tum pro reverentia et amore gloriosi confessoris Christi Martini, tum pro religione inhabitantium monachorum, eadem abbatiam de substantia sua honoravit admodum et augmentavit, » etc. Eo igitur monasterio apprimè stabilito, et dignitatem abbatialem, et jurisdictionem omnimodamque potestatem in humeros Gisleberti deposuit.

V. Gislebertus unanimi fratrum assensu in cœnobiam assumptus est an. 970.

VI. Bernerius 987.

VII. Gauzbertus primo Sancti Juliani Turon. deinde simul Majoris monast. Burgulii, et Malleacensis abbas fuit 1007.

I. Sichardus, sive Sichardus.

Ebrardus 1015. Ut ablatae possessiones restituerent, multum desudavit elaboravitque.

Albertus 1037. Hoc abbate Airardus Nanne-episcopus, antea Sancti Pauli in urbe abbas dinalis, Majori Monasterio, cujus monachos sissime diligebat, multa contulit beneficia. Tertius Pictaviensis antistes eosdem præclare endat in scheda his verbis : « Monachi Majoronasterii quorum in sancto proposito percele-  
pud nos habetur opinio, petierunt a me rerum, in episcopatu Pictaviensi possidebant, confir-  
nem, quam et libenter concessi, » etc. Cui  
m apposuit alius Isambertus, senioris succes-

bertus abbas (habet codex ms. de servis Ma-  
Monasterii cap. 32) cum fratribus, quemdam  
n liberum fecit, et clericavit tali ratione, ut  
iam se a S. Martini servitio ad alios transiens  
it, » etc. Ubi advertere est clerico sæculari  
bate tonsuram clericalem tum collatam.

sterea illemet abbas suo, et capituli Majoris  
sterii nomine, præbendam sive canonicatum  
goberto Carnot. episcopo expetiit, cui episco-  
ma cum clero perlibenter annuit, ea lege, ut  
inter sese precum subsidia rependerent. Ita  
Henrici regis, quæ exstant in capsula Sancti  
ni de Valle apud Carnutes. Alexander vero pa-  
diplomate mandat Carnotensis Ecclesiæ cano-  
quatenus Majoris Monasterii monachos mini-  
pediant præbendæ fructus perciperent.

us abbatis, et quatuor proxime subsequen-  
meminit Orderic. Vitalis lib. iv Hist. : « Nostris  
ribus Albertus et Bartholomæus, Bernardus et  
us, ac Guillelmus Nanticensis, abbates huic  
sterio præfuerunt, qui sanctitate et probitate  
profuerunt, et longe lateque famosi, vicinis  
ernis viriliter micuerunt. » Et anonymus au-  
Appendicis ad Historiam Franc. Gregorii Tu-  
sis, De gest. episc. Turon. et abbatum Major-  
monasterii quem passim in medium proferemus,

Alberto : « Requiescit in dextera parte ec-  
ad altare S. Mauricii. Hic bonas consuetudi-  
Ecclesiæ solerter instituit, et ordinavit; quas  
postea mutare præsumpsit, pejeravit. »

Bartholomæus 1063, seu 1064 : « Hujus vi-  
gnis et virtutibus atque miraculis plenam qui  
voluerit, in nostro armario reperire poterit, »  
uctor anonymus : « Bartholomæi tempore in  
a de Bello Goisbertum Majoris Monasterii re-  
rim monachum, abbatem constituit (Guill. Angl.  
quo monitore monasticus ordo et regularis  
lina commode viguit. » Verba sunt Orderici  
lib. iv Hist. initio. Ac vetus chronologia ms.

Cornelii Compend. anno 1066, qua regnum  
æ victoria Guillelmus Conquæstor sit adeptus  
ms, ait : « Locus ubi pugnatum est, exinde  
n usque hodie vocatur. Porro Guillelmus rex  
nobium Sanctæ Trinitatis (S. Martini, ut fert

A fundatio) construxit et monachos ad ordinem Majoris Monasterii statuit, atque necessariis opibus pro-  
fectis utriusque partis affatim ditavit. »

Ex chartulario rerum Vindoc. charta 28, inter  
Gusmanum militem et Bartholomæum abbatem,  
ann. 1070, conventio facta est : « Quod si quis  
vult discere litteras in civitate Turon. vel apud ca-  
stellum novum Sancti Martini, sibi et suo homini  
præbebimus tres panes quotidianos, et quatuor jus-  
tas (hoc est mensuras solitas) vini. » Obiit Bartholomæus 1084. 588 « Hic humatus quiescit in si-  
nistra parte ad altare apostolorum. » Anonymus.  
Tetbertus ejusdem loci monachus, celebris medicus,  
hac ipsa tempestate floruit.

XII. Bernardus de S. Venantio 1084. Cui Urbanus papa II anno 3 sui pontificatus, indict. xiii, pri-  
vilegium concessit, quo non tantum abbatem ac mo-  
nachos, sed etiam domesticos et omnes a Majori  
Monasterio dependentes prioratus, ab archiepiscopi  
Turon. et aliorum episcoporum jure prorsus exem-  
ptos declarat ac decernit. Is ipse Urbanus (qui Tu-  
rones concilii celebrandi gratia venerat) exhorta-  
tione fratres Majoris Monasterii ut in melius in dies  
proficerent, admonuit, eisdemque in capitulo abs-  
olutionem impertiit.

Philippus Francorum rex an. 1093 Bernardo  
Sancti Maglorii Parisiensis monasterium, ad vetus  
monastici ordinis institutum resarciendum, tradidit ;  
quod ex illius constat diplomate, anno circiter 1095,

C « Adela comitissa, filia regis Guillelmi (fert charta  
Sancti Martini de Valle Carnot.) et Stephani comitis  
(Blesens.) uxor, bene patrizans erga Majoris Mo-  
nasterii monachos, beneficia multa et largitiones ab  
ejus patre assecutos, et ab eodem specialiter amatos ;  
cum vellet imitari amorem patris sui erga eos, quan-  
tumcunque poterat eos opibus adimplebat, et anno  
dedicationis basilicæ Majoris Monasterii ab Urbano  
papa II factæ, cum vir ejus isset in Hierusalem cum  
exercitu Christianorum, dedit eis prope Carnoti  
muros clibanum publicum, dictum Bellum videre. »

Neque prætereundum illud factum, ex autographo  
desumptum : « Hugo de Calvomonte filius Sulpicii  
de Ambaziaco (cum adhuc puer esset) et mater ejus  
quæ neptis erat Gaufridi de Calvomonte, consense-  
runt venditioni factæ monachis Majoris Monasterii  
de duabus quartis terræ apud culturam Rathonis :  
postea cum factus esset juvenis, et patri successisset  
in honore, et cum Ambaziaco simul Calvummontem,  
loco Gaufridi avunculi sui, possideret, easdem  
quartas repetere voluit. Contigit interim Urbanum  
papam venire ad Majus Monasterium et basilicam  
dedicare : cui dedicationi interfuit ipse Hugo.  
Sacrato autem ex more et inuncto altari, papa re-  
sidents advocavit Fulconem, et circumstantium tur-  
bam procerum, monens eos ut ecclesiæ et altari no-  
viter dedicatis providerent dotem secundum morem  
solitum. Submonitus itaque a nobis, supradictum  
Hugonem ad se vocavit, et monuit ut quartas illas  
nobis relinqueret, quod ille gratanter fecit. Cui rei

interfuit multitudo, utpote ad tantam celebritatem undique congregata. »

Hi nominatim inter cæteros censentur « primas et archiepiscopus Lugdunensis Hugo; Radulphus, Turon. archiep.; Rangerus, cardinalis et archiepisc. Rhegiens.; Bruno, Signiensis episcop.; Albertus, presbyter cardinalis; Tezo, presbyt. cardinalis; Gregorius, Papiensis diaconus cardinal. Deinde: Dominus Bernardus de Sancto Venantio abbas noster, etc. Ex laicis vero: Fulco, comes Andegavensis; Sigebrannus, constabularius ejus; Robertus de Rupibus, Gausbertus, præpositus de Calvomonte. Tandem sorores Hugonis præfati, Adenordis, et Ermensendis idem concesserant. » Hæ antiquæ membranæ.

Anno 1099 ultimo Bernardi abbatis, dum circumiret ipse obedientias sive prioratus sui monasterii, duo juvenes spontanea voluntate sese illi offerentes, servi S. Martini sunt effecti, hoc nempe ritu: « Super genua sua stantes ante abbatem, et quatuor denarios, ut moris est, super capita sua portantes, se servos S. Martini professi sunt. »

« Bernardus abbas (loquitur anonymus) requiescit in dextro porticu ecclesiæ a parte inferiori. Obiit VIII Idus Maii. »

XIII, Hilgotus seu Hilgaudus, abdicato Suessionensi episcopatu, induit collobium monachale, atque abbas fit invitus 1100. Dat ipsi litteras Paschalis papa II, velut et Bernardo antea Urbanus II, quas hic describere pretium operæ est; emergentes quippe archiepiscopum inter et Majus Monasterium controversias diluere possunt.

« Paschalis episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Hilgoti Majoris Monasterii abbati ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. »

« Cum universis sanctæ Ecclesiæ filiis, » etc. *Vi-de inter diplomata et epistolas Paschalis II.*

599 Anno Dominicæ Incarnationis 1101, Alanus Britanniæ dux, et uxor ipsius Ermengardis, atque eorum filius Conanus, dedere Majori Monasterio ecclesiæ S. Crucis et S. Saturnini in urbe Nannetensi: « Quia contra sacros canones eas tenebat, » etc., fert charta. Quo eximii principes illi formam subditis exhibuerunt obedientiæ.

« In Angliam pergens triginta marcas argenti, quas annuatim habemus a rege et regina Anglorum, et plura alia acquisivit. Hic requiescit 599 in dextera parte ad altare S. Antonii. » Anonymus.

XIV. Guillelmus 1104. Bullatas litteras accepit a Paschali papa II. In iis libertas ab episcoporum subjectione, cum Majoris Monasterii tum possessionum, et ecclesiarum omnium, quæ seriatim recensentur, confirmatur. Præterea abbati calices et quælibet altaris ornamenta benedicendi confert summus pontifex potestatem, quam nulli antehac abbati concessam puto. Guillelmum his in litteris papa *reverendissimum filium* appellat.

Gaufridus Grisagonella Vindocinensis comes A. C. 1120. « Venit in capitulum (ut exprimitur in charta)

A et ibi petivit humiliter absolutionem de commissis, quæ nobis et locis nostris fecerat, promittens emendationem; et nos et nostra diligentius conservaturum: cujus humilitatem videns dominus Willelmus abbas eum absolvit; et insuper eum revestivit societatis nostræ orationibus et benefactis, » etc. Intelligis quanti monachorum preces olim pendebant principes, maxime vero Majoris Monasterii quorum sanctitatis famam longe lateque percubuisse indicat Chartularius Cenomanensium rerum, chart. 215. « Anno Incarnat. 1105, seu primo domini Willelmi abbatis ordinati, quo etiam Boamundus descendens Jerosolymis visitavit hunc locum, petivitque tam sibi quam omnibus conchristianis, quos illis partibus in Dei servitio reliquerat, orationum nostrarum suffragia: Robertus de Belismo, cum filio suo Willelmo, in capitulum nostrum venit, et accepit benefactum nostræ societatis, et promisit se defensorem rerum nostrarum; et concedere fecit Willelmo filio suo quidquid habebamus in Pontico (*Ponthieu*) et concessionem tradidit per baculum in manu Willelmi prioris, qui fuerat archidiaconus Redonensis, videntibus Willelmo de Pois, Normanno de Neaflo, Willelmo fratre ejus, Willelmo Malaherba, Roberto Oison cognato Roberti de Belismo, » etc.

« Totum cœnobium abbas hic (loquitur anonymus) cinxit muris, et multas obedientias acquisivit, etc. Ecclesiam istam ab omni debito liberam reliquit: moriens sepultus est in dextera parte capituli inter columnam et sedile. »

XV. Odo abbas religione clarus 1124. Ipsi Majus monasterium regenti cœnobium Sancti Martini de Valle Carnot. restitutum est: ea de re exstat Honorii papæ et Theobaldi comitis præceptum. Odinem et ejus monachos se maximo loco habuisse Ulgerius episcopus perspectum facit in hunc modum: « Ego Ulgerius episcopus Andegavensis Ecclesiæ Majoris Monasterii, et fratribus meis Odoni et monachis illius (quibus ferventiores in divino servitio alios me novisse non inveni) dedi anno Incarnat. 1131, ecclesiam de Bessiac, et capellam de Bellifortis, in eadem parochia sitam, cum omnibus ad eas pertinentibus, et jure presbyteros præstandi, cum vacatio contigerit, » etc.

Ritus, quibus olim sæculares orationum, cæterorumque pietatis, austeritatisve exercitiorum, quæ a cœnobitis actitabantur, participes fiebant, sunt digni notatu: « Odo Canutus ab abbate Odone per traditionem libri capituli investitus est, et factus est particeps beneficii ecclesiæ Majoris Monasterii, de quo plurimum gratulatus (Odo Canutus) investivit abbatem de quadam terra, cum quadam virgula disciplinali, quam ob confirmationem super majus altare portavit, » etc.

Sulpitium Roberti de Rupibus (Corbonis videlicet) filium in extremis agentem, poscente patre in monachum suscepit Odo abbas. Quamobrem dedit Robertus decimam piscium fluvii Sextiæ seu Sithiæ;

A Anonymus. Usus mitræ Roberto concessit summus pontifex. Et abbas ipse maxima animi submissione, humilis Majoris Monasterii *Dispensator* voluit nuncupari. Sedit an. 1166 ad an. 1176.

XIX. « Petrus de Gasconia 1177. Fuit valde simplex et religiosus: sæcularis versutiæ ac nequitia ignarus, » etc., inquit anonymus.

XX. Herveus de villa Petrosa ab anno C. 1178 ad 1186 pastorale munus protraxit. Eum laudibus prosequitur multis anonymus. Notat autem inter alia tum strictam S. regulæ observantiam, cui minime repugnat bulla Clementis papæ III qui statutum ab Herveo abbate latum, atque a monachis receptum, laudat: nempe hospitibus intra monasterii septa carnes apponere inhibetur. Comprobat etiam Alexander III omnes immunitates a suis prædecessoribus Urbano, Paschali, Calixto, Innocentio II et Eugenio III Majori Monasterio indultas. pontificatus sui an. xix, indict. xi.

Herveo subjectum fuit cœnobium Sancti Maglorii de Lehonio; atque omni jure, quo potiebatur olim Albertus Sancti Maclovii episcopus suis litteris in præsentia Henrici regis Anglorum libere uti concessit an. 1181. Lucius papa III sub excommunicationis pœna præcipit Herveo, ne sæcularibus quovis colore ullum e prioratibus conferat, aut eos possidere patiatur.

C Nivello de Cherisy Suessionensis episcopus, ex familia dominorum Petræfontis, in charta conventionis rectorem inter et monachos Sancti Sulpitii Petræfontis, hæc de Herveo inseruit: « Herveus tunc temporis venerabilis abbas Majoris Monasterii amicus noster, familiaris. et consanguinitatis linea nobis propinquus, hanc compositionem approbavit, » etc.

XXI. Gaufridus 1187. In charta prioratus de Fractavalle (*de Freteval*) data ann. 1190, Robertus S. Valeriani frater Gaufridi abbatis recensetur. Et chartæ de Comborno (*de Combour*) Gaufridum de Cursol sive de Curson cognominant. Matthæus Paris ad ann. 1196 eum pro rege Francorum Philippo, et abbates Cluniacenses et Sancti Dionysii, ac priorem de Charitate, obsides Richardo Anglorum regi datos affirmat. Anonymus tandem: « Gaufridus natione D Britannica, nobili prosapia ortus, clericali scientia eruditus, statura vultuque decorus. Ipse se dimisit, et postea, sicut Domino placuit, in pace quievit. »

XXII. « Hugo 1210. Natione Carnotensis, a pueritia in monachum susceptus est. Ipse erat parvus in corpore et sufficienter litteratus. » Anonymus. Frater fuit Guillemi de Rupibus Carbonis. Non abbatis nomen sed ministri sibi ascribit hoc modo: « Omnibus præseutes litteras inspecturis, fratres capituli Majoris Monasterii, et Hugo humilis eorum minister, » etc. Quod moris ab Hilgato abbate 13 ad abbates Commendatarios continuo deductum est. Quanquam is ipse Hugo, ubi necessitas exigebat, publicis verbi gratia in instrumentis, abbatis titulum usurpabat.

Luctuosæ eadem tempestate discordiæ, quin potius nefandæ comitum Blesensium, qui patronos sese vel advocatos Majoris Monasterii jactitabant, gratulationes exortæ, unde monasterii ejusdem ac prioratum in comitatu Blesensi existentium, universæ propemodum res distractæ, et perinde atque a perduellibus direptæ sunt ab eisdem.

Sedem Hugoni tribuit Robertus in Gallia Christiana inter episcopos Lingonenses; quod nihilominus silent et antiqua monumenta, et chronologus anonymus, e cujus narratione ista de Hugone desumo: « Contra archiepiscopum Turonensem placitabat; nam archiepiscopus aiebat abbatem nostrum baculo pastoralis aut mitra uti non debere: quapropter ipse Hugo prudens et humilis, prospiciens mitram plus afferre oneris quam commodi, noluit inaniter litigare, et sic potentiam sine mitra, sicut antiqui prædecessores sui, de cætero portavit, » etc.

XXIII. Gaufridus II 1227. Iste una cum sequente, anonymo incognitus. Hoc eodem anno episcopus Macloviensis Gaufridus, ab invasione possessionum Majoris Monasterii quæ in sua diocesi erant, viros nobiles coercere nititur; sed oleum ludit et operam, quippe tam nequiter et præfracte iisdem retinendis addici solent illi, ut vix ac ne vix quidem ab his divelli possint.

XXIV. Guarinus 1229. Mandat Gregorius papa IX abbati de Gastineta ord. S. Augustini, diocesis Turon. uti tenuiores e Majori Monasterio pendentes prioratus, ubi ~~500~~ nempe duo monachi commode regulariter vivere nequirent, plures reduceret in unum: Præceptum enim antea fuerat ab Alexandro papa III concil. Lateran. III cap. 10: « Monachi non singuli per villas et oppida, seu ad quascunque parochiales ponantur ecclesias; sed in majori conventu, aut cum aliquibus fratribus maneant, nec soli inter sæculares homines spiritualium hostium conflictionem expectent, » etc.

XXV. Gaufridus III de Conam. 1235. A Joanne Blesensi comite advocatiæ causa gravissimas passus est calamitates, quin etiam carceri septennio mancipatus in castro Guisiacensi, et binos comes ille a suis satellitibus e monte monachos præcipites dari jussit: de his plura anonym. Tandem ut tantis sceleribus occurreret Innocentius papa IV anno 1254. Nicolaum misit in Galliam, qui iudicio sive sententia in eum velut contumacem prolata, jure advocatiæ, et cunctis quæ in res monasterii sibi vindicarat, spoliavit; nihilosecius comes sententiam detrectavit, sprevit, et continuata in eosdem ascetas rabie debacchatus est.

Ludovicus IX rex an. 1255 litteras avi sui Philippi Augusti, queis in Northmanniæ Scacharium (quod multas in eodem ducatu possessiones haberent) velut inquilinos Majoris Monasterii monachos ad jura prosequenda, admittendos imperatur, approbat.

Labefactatam, ex præfata sine dubio calamitate, fuisse regularem disciplinam docent acta legatorum

A apostolicorum, Philippi Bituricensis, et Clementis Dolensis episcoporum, nec non abbatis Burgidolensis Bituricensis diocesis. Verum pauco post tempore cœnobitas ad meliorem redactos frugem, haud obscure notant litteræ Joannis episcopi Redonensis: ubi de prioratu de Sallo Gallo (*Solial*) Majoris Monasterii unito agitur. Ita se habent: « Nos Joannes episcopus Redonensis, attendentes fervorem charitatis monachorum Majoris Monasterii et necessitatibus pio attendentes affectu, domum suam de Solial nostræ diocesis, in qua ab antiquo solus monachus solebat habitare, et quod in Lateranensi concilio fuerit statutum, ut monachi solitarii debeant amoveri, concessimus ipsorum in proprios usus convertendam, » etc.

B Anno 1254 Romam ad limina apostolorum petiisse Gaufridum abbatem planum faciunt litteræ Nannetelini Agaunensis abbatis.

XXVI. Stephanus ab ann. 1263 ad ann. 1284, Vincentius archiep. Turonens. an. C. 1264, sententiam fert in comitem Blesensem, qui majorum suorum pravo exemplo exstimulatus, monachos Majoris Monasterii exagitare non desistebat.

Quod nil prope eorum quæ possidebat in Anglia Majus Monasterium, percipere posset, dat licentiam Gregorius papa maximus anno 1274 Stephano abbati ea omnia venundandi, sive, ut aiunt, abalienandi; quorum tamen pecunias in aliis utilioribus collocare præcipit.

C Stephani temporibus institutum, opinor, ac decretum, quatenus ad Majus Monasterium, prioratum, ecclesiarum, ac locorum eidem cœnobio subditorum chartæ, privilegia, immunitates, atque diplomata deferrentur velut in arce conservanda: unde hactenus, rabies Calvinistarum licet omnia susque deque vastaverit, illæsa permansere.

XXVII. « Robertus de Flandria natus (refert anonymus) eratque pulcher, et sufficienter litteratus; erat etiam prior de Cella in Bria, » etc. Privilegium tribuit Roberto Martinus papa IV, sui pontifical. anno 4, ubique locorum (civitate Turonensi excepta) mitram, annulum et cæteræ pontificalia indumenta deferendi, nec non et benedictionem populo solemniter impertiendi, ac benedicendi pallas altaris.

D Cum Blesensis comes, patrum vestigiis insistens, Majoris Monasterii res continuo infestaret, tantis molestiis ut finem imponeret, Matthæus abbas sancti Dionysii, tum regis vices agens in Francia, Roberto abbati ejusque monachis litteras impertitur: ordinans si quid in posterum inter eosdem et Joannam Alençonii comitissam, Blesensis comitis filiam, dissidii emergeret, regio in palatio fore discutendum.

Durando Nannetensi episcopo, qui pecunias titulo visitationis ex prioratibus sui juris extorquere conabatur, abbas Robertus privilegiis, et concilio Lugdun. non pridem celebrato, id prohibente cap. 24 fretus, viriliter sese opposuit, cohibuitque.

XXVIII. Odo de Braccolis seu Braceolis, nobili



genere ortus, ac eruditus, fuit abbas constitutus an. 1296. Ipse et monachi a visitationibus prioratum, ac procurationibus, archiepiscopos Burdigal. arcuerunt; quanquam illi, proh nefas! tunc temporis fœde ab regulæ observantia defecere; siquidem prioratum redditus inter sese dispertierunt, et a communi recessere vita. Unde non mirum (quod alibi notavimus) si sæculares viri, Deo sic plectente, et episcopi complures hoc ævo monachorum opibus inhiarent.

XXIX. « Joannes de Montelonis sive Monteleonis, de territorio Pictaviensi oriundus, et de nobili genere procreatus, parvæ tamen staturæ, sed pulchra facie decoratus, » etc. Anonymus. Multis hac tempestate a nobilibus affectum calamitatibus et injuriis Majus Monasterium, conjecturam infert bulla Joannis 593 papæ XXII, data Avenione 1320, ad abbates Sancti Germani Parisiensis, Vindocinensem ac Rothomagensem, qua defensores et conservatores contra eosdem nobiles et episcopos, prioratum Majoris Monasterii possessiones qua fas qua nefas occupantium, denuntiantur. « Iste Joannes resignavit Simoni le Maye camerario an. 1330, et obiit anno sequenti, et die crastino in quo resignavit. » Anonymus.

XXX. « Simon le Maye 1331. Fuit de pago Turonensi oriundus, et competenter litteratus. Et quantum fuerit potens in suo regimine, opera testimonium perhibent veritati. » Prosequitur anonymus. Eduardus Anglorum rex 1333 Simoni scribit se omnes Majoris Monasterii possessiones in suo regno existentes confirmare, instituisseque ad illas tuendas procuratores.

In archiepiscopum Burdigal. Petrum, quod pecunias insolite e Majori Monasterio exigeret, sententiam tulit Aymericus abbas Sancti Augustini Lemovicensis a sede apostolica judex delegatus. Qua de re etiam episcopus Trecensis a Benedicto papa XII accersitus, gravissime reprehenditur. Quemdam clericum participem piorum operum quæ a monachis fiebant admittit Simon; patet ex formula, ubi isthæc præsertim verba exprimuntur: *Missæ, eleemosynæ et disciplinæ*.

Tandem Simon ipse in episcopum Carnotensem est assumptus, teste anonymo.

XXXI. Petrus de Podio (*Dupuy*) Lemovicus 1357 ex abbate S. Florentii Salmuriensis, quemadmodum indigitat ipsemet in tabula anno 1357 exarata. Obiit ann. 1364, die sancti Sixti papæ sepultus in sacello S. Florentii quod condiderat.

XXXII. — Gerardus de Podio, Petri germanus 1334. Cum duos anonymus ejusdem nominis abbates proxime subsequentes, atque in chartis ferme semper cognomen subteatur, non facili negotio anni regiminis, ab Gerardi subsequentis possunt discerni; ac proinde sæpe fato anonymo fides est adhibenda.

Quod propensam erga Majus Monasterium rex Carolus V habuerit voluntatem, anno Domini 1370

A patefecit; nam ipse licet ducatu Turonensi fratrem Ludovicum, ducem Andegavorum auxisset, summum nihilominus in Majoris Monasterii res, jus ac dominium voluit sibi reservatum.

Ad Gerardum de Podio, et Joannem sancti Albini Andegavensis antistitem Urbanus V sui pontificatus 7, deinde Gregorius XI, primo, rescripta misere, quibus inquirendorum miraculorum Caroli Britannicæ ducis, provincia demandatur. Lege Andree Duchesne Histor. Castillon. lib. v, cap. 1, pag. 228, et in Probat. pag. 127. Gerardum autem purpureo galero donatum asserunt anonymus et Ciaconius in Vitis pontificum, sepultumque Avenione.

XXXIII. Gerardus II *Pante*, vel *Paute* antea Floriacensis Sancti Benedicti abbas, natione Lemovicus. **B** *Sepultus est in choro ecclesiæ*. Anonymus.

XXXIV. Helias in Petragorensi territorio humili loco natus: primum SS. Sergii et Bacchi Andegavensis, deinde permutatione facta, Majoris Monasterii abbas an. 1389. Res monasterii non modo dilapidavit, sed monasticam quoque disciplinam pessumire consensit. Nonnulli hoc tempore e monachis Majoris Monasterii Lauream Baccalaureatus in decretis obtinere, publice Petro abbate S. Eligii Noviomensis docente, ann. 1394. Helias onus in Guidonem de Luro abbatem Sancti Sergii deposuit, et abdicata omni prælatura, atque omnibus renuntians flevit quæ gesserat mala. Obiit iii Kal. Octobris 1418.

C XXXV. Guido de Luro, Lemovicus, ex abbate Sancti Sergii Andegavensis 1413. Litteris non mediocriter eruditus. Damna tum rei domesticæ, tum etiam regularis observantiæ a decessore illata, maxima parte resarcivit. Addictus præsertim eleemosynis pauperibus erogandis fuit, ac monasterii jurium, immunitatumque propugnator: denique in pace quievit, cujus corpus delatum ac sepultum in choro Majoris Monasterii sub tumba cuprea Geraldii Paultæ abbatis 33, patri sui. Ita noster anonymus, qui Majoris Monasterii abbatum seriem ulterius minime perduxit.

XXXVI. Petrus Marques ab an. 1429 ad 1453. Privilegium singulare Majori Monasterio non tam indulsit, Nicolaus papa V, quam approbavit. Quod D huic abbatum Elencho inserere profuturum subinde judicavi.

« Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam, ad decorem sacræ religionis, ac ut illius felices ubique dilatentur fecundius propagines, necnon honoris flores, et honestatis fructus in ea, in salute plurimorum, in ubertate concrecant, apostolicæ meditationis vehementius diffundimus cogitatus, specialibus ea prosequentes adminiculis, per quæ personæ religiosæ singularum turbationum cessantibus dispendiis, in pacis et tranquillitatis dulcedine, sub apostolicæ libertatis præsidis, in sanctæ contemplationis suavitate quietius et commodius exsolvere valeant altissimo sua vota.

« Hinc est quod nos charissimi in Christo filii

nostrum Caroli Francorum regis illustris, ac dilectorum filiorum abbatum et conventus monasterii Majoris Monasterii prope Turonem, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Benedicti, **594** ac priorum prioratum dicto monasterio subjectorum, in hac parte supplicationibus inclinati potiori pro cautela monasterium prædictum, ac illi subjecta, et in futurum subjicienda ubicunque consistentia, prioratus, hospitalia, membra, et loca quæcunque; necnon monasterii prioratum, membrorum, hospitalium, et locorum prædictorum abbatum, priores et superiores eorumque monachos, et personas familiares, domesticos, continuos commensales, ac personas in ipsis residentes, præsentem et futuros, cum omnibus ipsorum mobilibus et immobilibus bonis, rebus, juribus, et pertinentiis etiam præsentibus et futuris, ab omni jurisdictione, dominio, subjectione, auctoritate, potestate, superioritate, visitatione, correctione, coercionem, et compulsionem archiepiscoporum Turonensium, eorumque vicariorum et officialium, ac quorumlibet aliorum ordinariorum, et prælatorum, ac personarum ecclesiasticarum; necnon a solutione quorumcunque, collectarum, pedagiorum, caritativorum subsidiorum, impositionum et onerum, ac cujuscunque alterius generis exactionum, de apostolicæ potestatis plenitudine, et ex certa scientia, prorsus eximimus, et totaliter liberamus, ac in jus et proprietatem beati Petri sedis apostolicæ, et sub eorum speciali ac immediata protectione suscipimus, atque nostra decernentes monasterium, prioratus, hospitalia, membra, loca, abbates, priores, monachos, familiares personas, bona et res prædicta; solum et immediate dictæ sedi in omnibus subjacere; ita quod archiepiscopi, vicarii, officiales, ordinarii et prælati prædicti, vel quivis alii in ea, utpote prorsus exempta, generaliter et specialiter, aut communiter vel divisim non possint quavis auctoritate excommunicationis suspensionis, vel interdicti, aut alias sententias ecclesiasticas, censuras et pœnas quomodolibet promulgare, seu alias etiam ratione delicti, vel contractus, aut rei, de qua agitur, ubicunque committatur delictum, ineatur contractus, aut res ipsa consistat; potestatem, jurisdictionem, superioritatem, auctoritatem, visitationem, correctionem, coercionem, compulsionem, vel dominium aliquod exercere. Quodque etiam abbates, priores et conventus prædicti, ratione bonorum monasterii, prioratum, hospitalium, membrorum ac locorum prædictorum, procuracionem aliquam, vel etiam conventionem, aut charitativum subsidium, gabellas, pedagia, telonea et alias exactiones, quibusvis regibus, seu aliis personis ecclesiasticis, vel sæcularibus dare, solvere, minime teneantur; nec ad id compelli possint, vel super hoc, aut alias a quoquam quomodolibet conveniri, vel per litteras sedis prædictæ, aut legatorum, vel delegatorum, seu nuntiorum ipsius, aut diœcesanorum locorum, vel quorumcunque aliorum, etiam sive ejusdem sedis litteris

A contineatur expresse, quæ ad quævis exempta vel non exempta, prioratus, seu loca se extendant, ex aliqua ejus cujuscunque tenoris existat indulgentia, non obsistat; nisi forsitan dictæ litteræ apostolicæ de ordine et monasterio præfatis ac præsentibus, de verbo ad verbum, necnon monachis et degentibus in monasterio, prioratibus, hospitalibus, membris et locis prædictis plenam et expressam, ac etiam notanter et specialiter fecerint mentionem.

« Et insuper volumus et eisdem abbati, et conventui, et prioribus dicta apostolica auctoritate concedimus, quæ de præsentibus et in eis contentis, alicui ex archiepiscopis, ac aliis locorum ordinariis prædictis, in eorum vita nisi semel tantum, si super hoc per eos requisiti fuerint fidem facere nequaquam teneantur, nec ad id inviti valeant quomodolibet coarctari felicitis recordationis Innocentii IV prædecessoris nostri, et aliis apostolicis constitutionibus, necnon legibus imperialibus ac statutis, et consuetudinibus, necnon illis per quæ præmissa possent quomodolibet infringi vel impediri, et aliis in contrarium editis nonobstantibus quibuscunque. Nos enim quascunque excommunicationum, suspensionum, et interdicti, aliasque ecclesiasticas sententias, censuras et pœnas, necnon quoscunque processus, etiam quascunque sententias et pœnas in se continentem, quas, et quos contra abbatem, conventum, priores, monachos, residentes personas, monasterium, prioratus, hospitalia, membra et loca prædicta, contra tenorem et formam præsentium, ac exemptionis hujusmodi promulgari et haberi; necnon totum id, et quidquid in contrarium a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter fieri, vel attentari contigerit, nulla, cassa, irrita, infecta et inania, ac nullius etiam decernimus existere roboris vel momenti.

« Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, susceptionis, decreti, voluntatis, concessionis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Potentianam anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, tertio decimo Kalend. Decembris, pontificatus nostri anno secundo. »

**595 XXXVII.** Guido Vigerii (*Vigier*) 1453. Hisce temporibus expostularat pontifex maximus Pius II (quippe expeditionem parabat in Turcas) ab ecclesiasticis viris decimam; quam persolvere multi detrectavere. Quapropter Audegavensis provinciæ Clerici, quod in ea plures existerent Majoris Monasterii prioratus, Guidonem abbatem submonuerunt, quatenus cum illis iniret societatem; at ipse nefas summo pastori jussis non assurgere putavit.

A. C. 1458, abbatiam in nepotis Guidonis Vigerii gratiam abdicavit. Ille vicissim prioratus quosdam

refudit avunculo. Hac de re bulla Pii papæ II eodem anno conscripta; in qua pontifex Guidonem nobili genere procreatum, atque in Majori Monasterio monasticen professum, nec non a se creatum Bibliensem episcopum notat. Ego vero utrumque et avunculum et nepotem nundinatores beneficiorum, priorem maxime animadverto.

XXXVIII. Guido Vigerii nepos ann. 1458, ad an. 1499. Fidelitatis sacramentum Ludovico XI regi 1493, tunc Ambasiæ, ac postmodum Carolo VIII ibidem existenti, facit, sicut instrumenta testantur.

XXXIX. Ludovicus Pot 1499. Abbas simul Sancti Launomari Blesensis. Prioratum septem Dormientium, qui intra monasterii muros continetur, contulit. In litteris episcopum Tornacensem atque Lectorensem se insignit. De Ludovico Pot ac de ejus familia Andræas Duchesne in Historia Montmorenc. lib. v, cap. 1, pag. 355, et in Probationibus pag. 260, Vita fungitur an. 1504.

XL. Franciscus Sfortia 1504, ex nobili genere Sfortianorum oriundus, in Majori Monasterio leges monasticas juravit, ac jubente rege Francisco I adhuc juvenis est a monachis in abbatem electus. Sed contra ecclesiastica præcepta venationi operam cum daret, in foveam, quam equo concitato transilire cupiebat, prolabitur. Qui pondere equi oppressus graviterque sauciatus rediit, ac postremo e vita decessit an. 1511

XLI. Matthæus Galterus (*Gaultier*) 1511. Majoris Monasterii cœnobita, et doctor theologus societatis domus Sorbonicæ. Impense in B. Annam, Dei Genitricis matrem, erat affectus; quare ab abbate S. Florentii Salmur. portionem capitis illius (quod asservari ferunt in prioratu de Gaya diœcesis Trecentensis, ab hoc ipso cœnobio pendente) obtinuit. In litteris 1550 de Prioratu septem Dormientium Matthæus abbas episcopus Nigropontis denotatur. Permutavit abbatiam cum Philippo Hurault, pro Burguliensi in territorio Andegavensi. Matthæi nepos, Majoris Monasterii presbyter asceta, ac doctor theologus, Adrianus Galterus nomine, auctor operis, cui titulus, « Æquilibrum virtutum B. Petri apostoli, et sancti Martini. »

XLII. Philippus Hurault 1536. Non diu pedum gessit ipse, qui postremus est abbatum, sive patrum monachorum, vitam religiosam professus. Præsidebat 1538 Capitulo generali in Majori Monasterio die 17 mensis Aprilis celebrato. Obiit an. 1539. Sepultus jacet Parisiis in ecclesiæ Albimantellorum: cujus inscriptio sepulcralis in marmore nigro hæc est :

PHILIPPE HURULT ABBÉ DE MARMONSTIER, BOURGUEIL, ET DE SAINT NICOLAS D'ANGERS, QUI DECEDA LE XII NOVEMBRE M. D. XXXIX EST ICY DESSOUS ENTERRE.

*Abbatibus commendatariis.*

XLIII. Joannes cardinalis a Lotharingia, primus abbas commendatarius, qui pessumedit omnes prope modum Majoris Monasterii possessiones et facul-

tates. Prioratus per fas et nefas sæcularibus conferbat, excidebat silvas, et quidquid in æs converti poterat, conflabat ex eo nummos; aliaque patravit, quæ sunt æterno silentio oblitenda. Mortem oppetisse ferunt anno 1555, atque sepultum apud Sanctum Germanum in Laya.

XLIV. Carolus cardinalis a Lotharingia tit. S. Apollinaris, nepos Joannis, 1555, vel ut alii placet 1550. In Comitibus generalibus statuta pro scholasticis collegii Majoris Monasterii Parisiensis an. 1552 condi jussit.

XLV. Joannes de la Rochefoucault. Abbas item Cormeriaci, ac Villelupensis; musicorum pariter aulæ regis præfectus. Juramentum fidelitatis Carolo nono Franc. regi præstat 1566, a quo et tutelaribus præsidii diploma ann. 1568 impetravit. Joannes abbas probatæ vitæ fuit. Solebat in Majori Monasterio non monachus cum monachis religiose versari. Multa contulit beneficia; totis enim viribus et animo incumberebat, ut Majori Monasterio illata a fratre, pessimo hæretico, damna resarciret. Qui, nempe ad pietatem ac misericordiam admodum propensus, sacras vestes Ecclesiæ et codices divino cultui aptos contulit abunde. Quidquid religiosis die noctuque Deo famulantibus erat necessarium paternè providebat suppedibatque.

Egenorum præterea et morbis aliisque miseriis afflictatorum, non tantum inopiam effusus elemosynis, ac beneficentiis sublevabat, sed et recreabat ipse sua præsentia. Tandem piis id genus exercitiis dans operam, apud Verteuil in Engolismensi pago, 596 efflavit animam an. 1583. Atque utinam posteri abbates commendatarii ejus assequerentur semitas, vestigiis inhærerent !

XLVI. Anno 1583 Jacobus d'Apurilli, vir infimæ conditionis, filius lictoris Aurelianensis, dono Francisci Valesii Aurelianensis ducis, etc. Verum duce Francisco e vivis sublato, Jacobus suo destitutus præsidio, nec eam dignitatem sustinere valens, abbatiam cardinali Francisco de Joyeuse resignavit, etc. Hæc doctor theologus Jaculus d'Huyseau Majoris Monasterii cœnobita cœrvus.

XLVII. Franciscus de Joyeuse cardinalis 1584.

XLVIII. Carolus a Borbonio obiit 1610.

XLIX. Sebastianus Galigai archiepiscopus Turo-nensis 1610.

L. Alexander eques Vindocinensis 1617.

LI. Petrus cardinalis de Bérulle.

LII. Joannes Armandus, cardinalis de Richelieu; cujus auspiciis instaurata est regulæ Benedictinæ perfecta disciplina per Patres congregationis Sancti Mauri. Obiit 1642, 4 Decemb.

LIII. Amadorus Joannes Bap. de Vignerot.

(42) CAP. X. — *Simon enim quidam.* Comes Crespeiensis. Hujus Vitam ab auctore synchrono exaratam, hactenus in monasterio Ursicampi prope Noviodunum, congregationis Cisterciensis ordinis Sancti Benedicti latentem evulgamus; locum obtinet in Additamentis operibus Guiberti nostri. Insu-

per ex chronico Besuensi ms. pericopen, ut puta lectu non indignam, et ab scriptore Vitæ B. Simonis partim haud scriptis consignata complectentem excerpere visum est. Igitur in Stephano abbate Besuensi: « In diebus illis vocavit sponsus ad se sponsam suam Christus, videlicet Ecclesiam, venire a cubilibus leonum, et montibus leopardorum, per montem myrrhæ et colles libani. Principes enim qui prius fuerant similes leonibus propter crudelitatem et terrorem, et leopardis propter diversarum iniquitatum varietatem; hysopina, humili scilicet confessione mundati, per myrrham mortificationum candore sunt super nivem dealbati. »

« Horum autem exstitit caput et dux quidam comes Francorum nobilissimus, Simon nomine, Rodulphi comitis [*sup.* filius]. Hic divina respectus misericordia, mundum fugientem fugit, et Christum vocantem se secutus est. Expetiit autem cœnobium sancti Eugendii Jurensis, ibi Christo se sacrificaturus. Præmiserat ante se duos illustrissimos viros, domnum Rodolphum, et domnum Franconem; secum vero duxit domnum Robertum, domnum Arnulphum, et domnum Varnerium. Hi omnes et secundum genus sæculi clarissimi, et secundum Deum nobilissimi, postea se holocaustum Deo obtulerunt.

« Erat adhuc domnus Stephamus, de quo nobis sermo, tenellus, militaribus tantum armis decoratus. Sed saniori usus consilio, una, Deo inspirante, Patres istos secutus, sæculari balteo abrenuntians, Christique jugum suscipiens, in præfato cœnobio monachilem vitam arripuit, ibique sub domno Hu-naudo abbate per decem annos se in Dei servitio mactavit. Deinde Cluniacum expetiit, » etc.

Albericus Cisterciensis monachus in chronico nondum edito summam gesta refert B. Simonis, videlicet annis 1074, 1076 et 1081, sed quia nihil singulare, præter ea quæ in vita recenset, regerenda non putavi.

Porro autem præclara atque religiosa ab Simone, dum adhuc sæcularibus implicaretur, acta commemorant chartularia Crepeïense et Cluniacense.

« In nomine sanctæ et individuae Trinitatis, etc. Omnis qui semetipsum intelligit hominem duabus naturis, anima videlicet rationali et corpore constare cognoscit, etc. Quapropter ego Simon comes Crepeïensis, etc. Salutem animæ meæ, imo et patris mei venerabilis comitis Radulphi præcavens in futurum, præsentis vitæ dies nihil esse conspiciens, atque mentem pro posse in consideratione æternitatis figens, supradictum Radolphum patrem meum de Montedesiderio, jam per tres annos post suis corporis dissolutionem ibi jacentem, asportare feci, et Ecclesiæ Sanctis Arnulphi, quæ ab eodem, et ab antecessoribus in castello Crispiacensi honorifico schemate fundata; in qua etiam ex aqua et Spiritu sancto renatus fuerat, reddidi, ibique more antiquorum juxta sepulcrum matris meæ, uxoris suæ; nec non et prædecessorum nostrorum, cum psalmis et orationibus

in spelunca duplici collocare feci, ut melius apud Deum, eundem archiepiscopum et martyrem, videlicet beatum Arnulfum, habeamus pro animabus nostris intercessorem; eidem ecclesiæ per annulum aureum totam terram de Bonoculo, quam hactenus in dominio habebam, cum servis et omnibus appendiciis suis concedo, etc. Actum Crispiacensi castello XI Kal. April. an. Incarnat. 1077, indict. xv, epact. 23, concurr. vi, regnante Philippo rege Francorum.

« Signum Philippi regis, » etc.

Ita Chartularius Crespeïensis. Quæ vero sequitur Simonis comitis epistola ad beatum Hugonem palam facit eandem Sancti Arnulfi abbatiam Cluniacensibus fuisse traditam.

« Venerando abbati Hugoni et omni congregationi Cluniacensis cœnobii, Simon comes, Vestræ sanctitatis servulus, salutem. »

597 « Notum sit vestræ Celsitudini, beatissime Pater, me plusquam omnes homines in carne viventes in Deum diligere, atque proficuum et honorem vestrum in quantum valeo quærere. Concedo itaque vobis et omnibus successoribus vestris abbatiam sancti Arnulphi, quæ constructa est in castello, qui vocatur Crispi; ut omnino subjecta sit vobis; et ibi abbatem de vestris monachis eligatis, qui secundum Deum, et secundum regulam beati Benedicti, illud monasterium regere possit. Volo ergo ut sciatis me fecisse cum consilio, et cum voluntate meorum hominum, scilicet majorum; nec non et regem hanc meo deprecatu firmasse chartulam; Philippo videlicet astante, et concedente Ivone. Testes Simon dapifer, etc. Factum in domo S. Mariæ Parisiensis, die festivitatis omnium Sanctorum.

« Signum Philippi regis. »

Hæc veteres membranæ Cluniacenses.

Confirmata quoque est præfata Ecclesiæ donatio a Silvanectensi antistite Hugone: patet ex iisdem membranis.

(48) *IBID.* — *Qui quidem Radulphus quam celebris,* etc. Ejus genealogiam describit Ivo Carnotensis, epist. 45. « Perlatum est ad aures nostras quod Mellentinus comes ducere velit in uxorem filiam Hugonis Crespeïensis comitis, etc. Horum autem sanguinitas nec ignota est, nec remota, sicut testantur, et probare parati sunt præclari viri de eadem sati prosapia. Dicunt enim quia Gualterius Albus genuit matrem Gualeranni comitis, qui genuit matrem Roberti comitis. Item supradictus Gualterus genuit Radolphum patrem alterius Radulphi (cujus hic meminit Guibertus) qui genuit Vermandensem comitissam, » etc. Et hæc hæres B. Simonis fratris sui exstitit; cujus filia Adela nomine, Hugoni, filio Henrici regis Francorum, nupsit primum, deinde Rainaldo comiti Claromontensi, ut refert vetus charta Crespeïensis monast.

« Ego Adela Viromanduorum comitissa, et filii mei comes Radulphus et Henricus, dedimus S. Arnulfo martyri, ea quæ comitissæ Crespeïenses in

privato jure suo, in castro meo Crespei, et villis Fenez, etc., ad sustentationem monachorum Cluniacensium apud Crespeium Deo servientium. Hoc donum fecimus, ut dominus meus Hugo magnus, qui obiit in via Jerosolymitana, cum filiis et filiabus meis, cum domino meo comite Clermontensi Rainaldo, participes simus in orationibus omnium congregationum cœnobii Cluniac. Actum an. 1118 Paschale II, PP. rege Franc. Ludovico, » etc.

Rodulphum autem avum Adelæ, de quo nobis est sermo, Crespeiensem, sive Vadensem et Valesiensem comitem multis auxisse bonis monasterium S. Arnulphi Cresp. (hujus fundator avus Radulphi Gualterius Albus agnoscitur), produnt ejusdem loci antiquiora monumenta, sed maxime illud sacris B. Arnulphi pignoribus decorasse. Veteres chartæ de Rodulpho, quarum summarium hoc est : « Rodulphus comes Crespeiensis plurima quondam in beneficio tenebat altaria ab episcopo Suessionensi; sed post mortem Adelæ uxoris suæ, ab Heddone Suessionensi episcopo obtinet, ut altare de Bonol (*Bonoeil*) quod in beneficio tenebat ad personam perpetualiter, et cum integritate teneat Ecclesia S. Arnulphi, » etc.

Actum Suessionis ann. Incarnat. 1053, Henrici regis XIX et primo Heddonis episcopi.

Hinc nonnullos, qui Rodulphum, filiumque B. Simonem Viromand. comites voluit, hallucinari animadvertere est. Lege Claudii Hemerei Augustam Viromand. ad an. 1046, et Andream Duchesne, hist. Castillon. lib. II, c. 9.

(44) *IBID.* — *Ad S. Eugendum in territorio Jurensi.* Jura sive Jurassus mons, in quo S. Eugendi, nunc S. Claudii cœnobium : de quo Menardus Observat. Martyrologii Benedictini ad diem 1 Januarii. Quo loci monasterium Condatense sive Condatense a Jurensi haudquaquam distinguendum contendit.

(45) *CAP. XI.* — *Qui conversionis initia ex subjecta nactus occasione,* etc. Audin causam cur beatissimus ille Carthusiensium protoparens in eremum secesserit, ab auctore cœtaneo posteris traditam? eandem prope aperit illemet S. Bruno epistola ad Radulphum; ubi potissimum hoc argumento ipsum sponsonis de vita monastica Deo factæ admonet : « Reminiscitur quippe dilectio tua quod, cum ego et Fulcius Monoculus, quadam die simul fuisset in hortulo adjacenti domui Adæ, ubi tunc hospitabar, de falsis oblectationibus, et perituris mundi hujus divitiis, nec non de perennis gloriæ gaudiis, aliquandiu, ut opinor, tractarem; unde divino fervore ferventes, promissimus ac vovimus Spiritui sancto, in proximo fugitiva sæculi relinquere, et æterna captare, nec non monachicum habitum recipere. » Plura hunc in modum edisserit sanctus Bruno jam Carthusiæ colonus.

Canonicus anonymus Sancti Martini Turonensis Historia inedita Bibliothecæ Regiæ. « Anno 1086 incœpit ordo Carthusiæ tali modo : Sanctus Hugo Gratianopolitanus vidit per somnium in solitudine

A Carthusiæ Dominum Jesum Christum quoddam confirmantem; stellas etiam septem ducatum itineris sibi præstantes. Nec mora ad ipsum episcopum veniunt septem viri, qui uno desiderio successi locum eremiticæ vitæ quærebant, nec adhuc repererant : quorum primus fuit magister Bruno religione et scientia clarus, et alii quatuor litterati, et duo laici, quos sanctus Hugo gratanter suscepit, et voti compotes fecit. Ipso namque consulente, juvante, et comitante Carthusiæ solitudinem intraverunt, ædificia construxerunt, et ibi quieti in eremo Domino ~~596~~ servierunt. » Sic ille, sic et innumeri propemodum scriptores, quos his adnotationibus insuere piget, quandoquidem me ab hoc onere levet Joannes de Launoy, vir eruditionis reconditæ ac disciplinæ ecclesiasticæ peritissimus, in dissertatione De vera causa secessus S. Brunonis in eremum. Quem porro doctorem habuerit paucis enarrat chronographus Malleacensis par beato Brunoni ad an. 996. « Gerbertus docuit Fulbertum Carnotens. episcopum, etc. Hic iterum docuit Berengarium canonicum Sancti Martini; qui item Brunonem Remensem, et multos alios hæredes reliquit philosophiæ. Bruno quidem perfectus philosophus, monachus effectus et eremita apud Calabriam multorum monachorum Pater obiit in Christo. »

At omittendum minime est, quod observavi de sancto Brunone, quodque fugit, opinor, scriptores; puta cancellaria dignitate claruisse in Ecclesia Remensi; doceor id ex chartæ subscriptione jussu Manassis archiepiscopi Remensis scriptæ, qua monasterio Sancti Basoli confert altaria Alteio, et Caprille, etc. « Actum anno 1076 præsentibus Henrico Sancti Remigii, Joscelino Altivillaris, Gybuino Mosomi, Raimbaldo S. Theodoric abbatis, et Brunone Remensis Ecclesiæ cancellario. »

(46) *CAP. XI.* — *Vices autem abbatis ac provisoris Gratianop. episcopus, vir plurimum religiosus exsequitur.* Ne mireris episcopum Hugonem, novellæ plantationis præfectum, quippe qui vitam arctissimam professus, prudenter sapienterque illam rigare, amputare, suffodere, stercoreare noverat : non secus ac olim sanctissimi antistites monachi Athanasius, Basilius Magnus, Gregorius Nazianzenus, Chrysostomus, Martinus, Augustinus uterque, doctor et Angliæ apostolus, Cæsarius Arelat., Bonifacius Mogunt., Leodegarius Augusto., Lanfrancus, Anselmus, et alii, institutionem suscipiebant monachorum. Etenim quæ longo usu in cœnobiis didicerant, peregerantque, aliis apprimè depromebant : et juxta illud Lucæ XII de fideli dispensatore Dominicæ familiæ, tritici mensuram dare percallebant in tempore; sciebantque pastori « oportere prodesse magis quam præesse, » ut loquitur sanctus Benedictus regulæ cap. 64; et cap. 2, abbatem præmonens : « Omnia bona et sancta factis amplius quam verbis ostendere, ut quæ discipulis docuerit esse contraria, in suis factis indicet non agenda. » Unde in statutis jubente Edgardo rege conditis, decretum inter cætera

de episcopis, qui monachis præesse debebant : « Qui ordinatus episcopus in omnibus eundem morem regulæ cum monachis suis quem abbas tenet regularis, diligenti cura sine intermissione custodiat. Nec episcopatus occasione; regulæ præcepta tumidus vel obliuosus temere intermittat, sed quantum excellat et opere. » Seldenus in Not. ad Eadmeri Hist., pag. 150.

En causam cur identidem præclari tot præsules cœnobitarum rectores exstiterent. Ast ubi e sæculari vita in solium episcopale intrusi sunt, qui quod nusquam auditum lectumve, nedum in usu habitum, dictis factisque poterunt edocere? Merito igitur eos, qui evangelicæ perfectionis in ordine monastico instituta amplexati fuerunt, ab illorum jure summi Ecclesiæ principes exemere, quin et ultro monachorum regimen antistites ipsi quam multi abdicarunt.

(<sup>17</sup>) *IBID.* — *Ditissimam tamen bibliothecam coagulant.* Usurpatum id ex regula Sancti Benedicti, qui sæpiusculæ ut *lectioni vacent*, dentque studiis sanctæ Scripturæ operam exhortatur capite 48, ac præcipit : « Accipiant omnes singulos codices de bibliotheca, quos per ordinem legant, » etc. Itaque primoribus illis Carthusiensibus in more positum fuit bibliothecas instruere, quatenus hac arte solitudinis tedium allevarent : hi namque institutorum suorum maximam partem se mutuatos fuisse abs regula eadem, sed præsertim litteris initæ an. 1632 cum congregatione Sancti Mauri societatis, gloriantur his verbis : « Et quidem justum nobis hac in re vobiscum, tanquam cum fratribus, aut commilitonibus commune gaudium, qui sub ejusdem sanctissimi Patris (Benedicti) labaro militamus; quique ab illius sapienti et religioso magisterio præcipua militiæ nostræ Chartusianæ jura legesque accipi-mus, » etc.

Cæterum quæ supersunt in ordine Benedictino antiquorum monumentorum vestigia, testantur solemne esse, dum viguit regularis observantia, instructissimas bibliothecas concinnare, e quibus panem « qui non perit, » quique « cor hominis confirmat, » perceperunt Ascetæ. Vide Cassiod., *Institu. divin.* cap. 32; *Trithemium Chronic.* Hirsaug. ad an. 838.

Quantæ vero curæ fuerit iisdem monachis Benedictinis libros aggerare, prædicant Alexandri papæ (ni fallor) tertii litteræ bullatæ ad abbatem et monachos antiquæ Corbeisæ.

« ALEXANDER episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et capitulo Corbeiensi, salutem et apostolicam benedictionem. Cum velitis utilitati vestri monasterii, » etc. *Vide in Alexandro III, ad an. 1181.*

599 Similiter decrevit abbas Sancti Benedicti Floriacensis in capitulo generali : « Ego Macharius abbas monasterii Sancti Benedicti Floriacensis, videns bibliothecæ nostræ codices, vetustate nimia cariosos, ac tinea rodente corruptos, ad eorum refectionem,

et novorum comparationem, seu membranarum, » etc. Et infra : « Ego igitur, et qui mihi succedet, viginti solidos annuatim dabo, etc., prior noster decem solidos, prior de regula decem solidos, » etc. Hæc constitutio inter veteres consuetudines bibliothecæ Floriac. pag. 409.

Majorum quoque exemplo, Patres congregationis Sancti Mauri ad caput regulæ 48, in declarationibus statuere : « Et ne desint codices in bibliothecis dandi fratribus pro eorum captu, erant solliciti superiores ut libris utilibus instruantur pro facultatibus monasterii, » etc.

(<sup>48</sup>) *IBID.* — *Nivernensis comes.* Guillelmus tertius, ni fallor, qui aliquandiu cum administrasset comitatum, neglecto splendore natalium, ad tutam monasticæ vitæ stationem e mundi pelago appulit, in ordine videlicet Carthusiensi humilem conversorum (ut vocant) seu servientium est pie professus. Testis Guillelm. Nangis in Hist. ms. ad an. 1138 : « Florebatur etiam Guillelmus Nivernensis comes insignis, cujus devotio mira enituit, dum de potenti principe sæculi, factus est in Chartusia humilis pauper Christi. » Guido Coquille, Hist. Nivervens., pag. 145.


Plura id genus exempla memoriæ ingeruntur virorum genere clarorum, qui posthabita sæculi vanitate in claustra se, vitam regularem professuri, hac ipsa tempestate receperunt. Nota nil ad me, sicut ab omnibus legi possunt; bina solum hic apponam, e codice membranaceo Majoris Monasterii anno circiter 1116 exarato, cap. 45.

« Illustris quidam Carnotensium vicecomes Ebrardus nomine audita Domini voce, qua dicit : « Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus (*Luc. xiv, 33*), » etc. Timens ne si ab ista Domini benignissima admonitione se faceret alienum, alienaretur etiam in futuro a regno cœlorum; excogitare cœpit qualiter ad ipsum Dominum propius accederet, ipsiusque servitio familiariter manciparet. Et quia ad hoc magnum faciebant impedimentum, et præsens sæculum, et quæque in eo possidere videbatur; nec facile illi erat adimplere quod volebat, maluit omnia omnino relinquere, quam pro his in perpetuum infernales cruciatus sustinere. Igitur honorem suum et possessiones fratribus suis dereliquit, reliqua autem quæ in auro et argento habere potuit, pauperibus erogavit, quatenus nihil jam sollicitus de rebus transitoriis. securius et expeditius inhiaret divinis, etc. Anno ab Incarnatione Domini 1073. » Aliquando post sequitur :

« Sed ut ad propositum redeamus, domnus Ebrardus nudus et pauper effectus, patria, parentibus suis derelictis, peregre profectus est. Cumque de peregrinatione illa, in qua multo tempore demoratus est, reverteretur, ad Majus Monasterium habitum inibi monachicum suscepturus devenit, ubi cum quibusdam uxoris suæ impedimentis aliquandiu in laicali habitu moraretur, venit ad eum Hugo frater ipsius, qui ei in honorem vicecomitatus succes-

serat; qui cum plurima salutis suæ monita audisset, » etc.

Et cap. 42, ubi supra : « Nosse debetis si qui eritis posteri nostri, majoris scilicet habitatores monasterii Sancti Martini, militem quemdam nomine Bernardum, cognomine Flagellum, devenientem ad suscipiendum apud nos monachatum, donasse nobis dimidium terræ, ut appellatur, Ostrulvilla, concedentibus dominis quoque de quibus illam tenebat, Hugone videlicet de Putatiolo vicecomite Carnotensi, atque Ebrardo de Levaisvilla, annuente quoque Stephano avunculo suo, » etc.

(<sup>49</sup>) CAP. XII. — *Calceorum de Corduba*. Nil hunc locum Ordericus Vitalis non elucidat, qui eadem ferme tempestate componebat, Historiæ lib. quinto in fine : « Dederunt Simoni quinque solidos, et Roberto sotulares (calceos) Corduanos. » Item libro octavo, pagina 682 graphice sui temporis calceos depingit, et id haud ævo nostro non competit : « Hic (Fulco Andegavensis) in multis reprehensibilis, et infamis erat ipse nimirum, quia pedes habebat deformes, instituit fieri longos, et in summitate acutissimos subtulares, ita  ut operiret pedes, etc. Insolitus iste mos in occiduum orbem processit, levibusque et novitatum amatoribus vehementer placuit : unde sutores in calceamentis quasi caudas scorpionum, quas vulgo pigacias appellant, faciunt : Idque genus calceamenti pene cuncti divites et egeni nimirum expetunt; nam antea omni tempore rotundi subtulares ad formam pedum agebantur, » etc. Et Guillelmus Malmesbur. cœvus de gestis Anglorum lib. IV, c. 1, in Guillelmo II : « Tunc fluxus crinium, tunc luxus vestium, tunc usus calceorum cum acuminatis aculeis inventus, » etc.

(<sup>50</sup>) CAP. XIV. *His Guido*, etc., inter quas Sancti Quintini a primo lapide canonicorum regularium ecclesiam fundaverat. Vita sanctæ Romanæ virginis et martyris egregium hac de re continet testimonium. « Cum comes Flandriensis Balduinus puerum Philippum, Henrici regis filium, ad regni proveheret solium, ipsum pro eo disposeret regnum; civitas Belvacensis suo destituta est antistite. Annuente igitur supernæ pietatis æquitate, Guido decanus custosque ecclesiæ Sancti Quintini Vermandensis, et archidiaconus Laudunensis, constitutus est a præfato principe Belvacensium episcopus, ordinante eum cum cæteris ejusdem provinciæ episcopis viro illustri Gervasio Remensi metropolitano. Vir quippe nobilis prudenter ascendens altiores gradus Ecclesiæ adeptus est culmen episcopale. Qui facile non carere ferens se præsentia martyris, de cujus uberibus Ecclesiæ suxerat lac doctrinæ spiritualis, in honore et memoria ejus ædificavit ecclesiam haud longe a mœnibus Belvacæ civitatis, etc. Quæ cum sit admirabilis specie suæ compositionis, admirabilior haberi potest ipsa facilitate celerrimæ constructionis. Nulla enim tam brevi spatio tantum efficeret opus vis humana, nisi intercedente martyre virtus auxiliaretur divina : duobus quippe annis incœpit et


A perfectit eam in decore suo idem venerandus Guido episcopus dealbatam undique, et depictis insignitam laquearibus, etc. Qui inspiratione divina, sapienti usus consilio, cum grandi honore, comitantibus turbis psallentium clericorum atque laicorum, transtulit corpus præfata virginis et martyris Romanæ, de sacrario S. Petri ad eam quam construxerat ecclesiam, » etc. Hucusque fragmentum ex Gestis S. Romanæ calamo exaratis, quod mihi commodavit quidam canonicus regularis, congregationis Gallicanæ; velut et sequens Gregorii PP. VII privilegium, Ivoni postea Carnotensi episcopo indultum; et cætera post describenda de Guidone episcopo.

B « GREGORIUS dilecto in Christo filio Ivoni, præposito ecclesiæ S. Quintini, sitæ in episcopatu Belvacensi, suisque successoribus regulariter promovendis.

« Supernæ miserationis respectu, » etc. *Vide in Gregorio VII.*

Quo tempore condita dedicataque fuerit præfata S. Quintini basilica indicant versus codici vetusto inscripti.

*Anno millesimo sexagenoque noveno,  
Est Incarnati Verbi sub honore beati  
Quintini factus locus iste, Deoque dicatus.*

C Obitus vero Guidonis episcopi dies notatur in Necrologio ejusdem Ecclesiæ, in hunc modum : « Nono Kal. Maii obiit domnus Guido Belvacensis episcopus, qui hujus ecclesiæ fundator exstitit et ædificator, quam multis possessionibus ditavit, et quam pluribus ornamentis decoravit; fecit enim in ecclesia nostra coronam argenteam, et tabulas argenteas, feretrum argenteum, etc., duos textus (in quorum uno Guidonis visitur effigies), crucem argenteam, cappas novem meliores cum casula una; decem campanas majores et minores. Fecit etiam omnia vetera ædificia, dedit nobis villam istam, » etc.  Legesis epistolas Ivonis 151, 181 et 193. Accessiones Roberti de Monte ad Sigibertum ad an. 1066 et 1069. « Guido Belvac. episcopus duobus annis perfectam dedicavit ecclesiam in honore advocati sui Quintini Mart. IV Nonas Octobris. » Quo, versibusque præfatis advertere licet, arguendum lapsus auctorem Vitæ Ivonis, operibus proloquii loco appositæ (inter alios errores), quod ad annum 1078 foundationem S. Quintini Belvacens. rejiciat.

D (<sup>51</sup>) *IBID.* — *Flaviacense monasterium*. Vulgo Sancti Geremari, in diœcesi Belvacensi situm, ab eadem civitate quatuor leucis disparatum.

Porro quæcunque ad Flaviacensem Ecclesiam spectant, R. P. domnus Joannes Baptist. de Boulogne, tum ejusdem Asceterii congregat. S. Mauri prior, vir admodum eruditus, eorum chronologiam ex primis monumentis, velustioribus schedis, summorum pontif. litteris, diplomatibus regum, principumve (e laica manu post summos labores ac sudores ereptis) amplissimam retexit. Quo ex fonte in antecessum ejusdem Historiæ compendium, a nobis concinnatum damus.



*Historiæ Flaviacensis monasterii compendium.*

Monasterium Flaviacense in Belvacensis diœcesis pago, situm prope Eptam fluvium, tempore Dagoberti, annum circiter 650, seu, quod volunt alii, 660 condidisse, dotasseque sanctum Geremarum (cujus nomine postea illud insignitum fuit) nosces ex litteris Joannis V, episcopi Belvacensis; quæ sic habent.

« Joannes, miseratione divina Belvacensis episcopus, universis præsentibus litteras visuris, salutem. Nobis dilecti filii, venerabiles et devoti religiosi, abbas, et conventus, et priores ei subditi, devotissimi cœnobii S. Geremari de Flaviaco, nostræ diœcesis, dolentes exposuerunt; sanctæ religionis contemptores, imo verius despectores ipsis exprobrare, suum monasterium pridem in honorem Trinitatis sanctissimæ Deo dicatum, per devotissimum Deo Geremarum patronum suum, adjuvante beatissimo Audoeno Rothomagensi archiepiscopo, nunquam fundatum exstitisse de redditibus ipsius Geremari, sed ex partialibus bonis aliunde venientibus, improperando ipsis, veritate non suffragante, quod aiunt, illum beatissimum Geremarum suum dotasse cœnobium, multaque alia religiosa loca ipsis subdita, ex suis patrimonialibus et paraphernalibus bonis. Quamobrem quid in sacris historiis, chartis, registris, librisque et scripturis veteranis nostris, aut ecclesiæ et sponsæ nostræ, de ipsorum fundatione inveniretur, vellemus testificari, postularunt.

« Notum facimus nos male latrantium cupientes ora claudere, testimonium veritati exsultantes perhibere, certificamus veteranis libris, legendis, chartis et scripturis, quibus fidem suspicione vacuum, nullaque nota reprehensibilem, ea quæ sequuntur, contineri. Videlicet serenissimi regis Dagoberti temporibus gloriosum Geremarum a sobole rogia procreatum, maximæ exstitisse sanctitatis, cujus consilio sacro ille Dagobertus rex cum amabili pace regnum gubernavit. Voluit autem ille gloriosus Geremarus, tum non solum apud homines militare, imo mundana postposita militia cupivit cœlestis militiæ particeps fieri, velut novus tyro sub veterano et approbato cœlestis militiæ rectore, et cœlestis principis vicario, sancto Audoeno Rothomagensi archiepiscopo, atque præfati regis cancellario, adversus carnem, mundum, et dæmonia bellare decrevit.

« Cujus Audoeni jam sanctitate magna fruentis, secutus consilium, de præfati regis Dagoberti consensu religionem intravit, in loco qui dicitur Flaviacus, ubi non multo post, suis ad Dominum transmigratis liberis, de Clodovæi regis prædicti Dagoberti filii consensu, pariter et assensu, revelatione angelica prævia, ad sanctissimæ et beatissimæ Trinitatis latrariam et venerationem, cœnobium, quod nunc beati Geremari dicitur, cum pluribus aliis religionis locis, propriis sumptibus construxit; necnon suis dominiis villis, castris, ac redditibus dotavit, cupiens et affectans ex terrenis sibi a Deo datis, multis in locis ipsum Dominum Deum venerari.

A « Stetit autem in esse et statu præfatum illud monasterium, ducentis annis et quinquaginta, vel eo circa. Verum pacis iniquus perturbator, et humani generis corrosor, qui a superis corruit ad inferos, ex servitio illo in monasterio celebrato perturbatus, nefandi Rolonis cor subintrans, monasterium Flaviacum funditus usque ad solum destrui procuravit, et religionis non multo post defunctis, et profugis, desertum et incolis vacuum, aridumque fructu et inhabitabile, centum et triginta mansit annis; nec a nobis inventus est qui in præfata exstiterit devotione succursor et consolator; qui chartas, papyrus, registra, vel libros illius monasterii conservare cupiverit. Nec mirum quoniam apud prædones, et fidei Christianæ inimicos, moris erat usitati, et adhuc diebus exstat in istis, ea quæ Christianam sapiebant religionem, igne voraci consumere.

B « Sed quia misereri voluit Creator omnipotens, populi, et beatissimum Geremarum ☉☉☉ confessorum suum in loco suæ sanctitatis iterum venerari, meum prædecessoris nostri bonæ memoriæ Drogonis Belvacensis episcopi, gratia Spiritus sancti inebrians ad novam illius monasterii inspiravit constructionem: ordinans (ut ipsius erat ordinare) antelati Geremari præviam insequendo voluntatem, illud monasterium a sanctissima Trinitate denominari, addendo ad Dei laudem et ipsius fundatoris Geremari, monasterium Sancti Geremari appellari. In cujus rei testimonium præsentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum.

C « Datum anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, die Mercurii, tertia mensis Junii.

« De mandato domini sic signatum, R. Champdesus. »

Cæterum viginti abbates ab ipsis monasterii incubabilis, ad excidium a Northmannis illatum, præfuisse notant vetera ejusdem loci monumenta; e quibus, necnon et ex Gontanellensi, sive Sancti Vandregesili chronico, eorum nomina (paucos si excipias qui temporum injuria excidere) desumemus.

D Primus abbas sanctus Geremarus exstitit, ac fundator monasterii Flaviacensis, sanctissimæ Trinitati initio dicati. Res gestas sancti Geremari ab antiquo auctore exaratas, et ex vetusto codice manuscripto Conchensis monasterii, cura nostra exscriptas, inter additamenta collocavimus.

III. Sanctus Gennardus (secundus enim oblivioni traditus) sancto Ansberto longe charus fuit; unde juxta corpus ejusdem in Fontanellensi cœnobio, cui etiam præsederat, sepultura donari statuerit.

IV. Sanctus Benignus Fontanellæ monasterio præfuerat prius, sed a Regenfredo majoridomus projectus in abbatem Flaviacensem a monachis assumitur.

V. Adebrardus, integritatis, prudentiæ ac ingenii gloria clarus, atque imperatori Ludovico Pio (codex manu exaratus de Adebrardo), merito prudentiæ



adeo fuit acceptus, ut inter ejus principes ad pacis negotia componenda et in Ecclesia, et in regno in longinquas usque gentes semper fuerit primus. »

VI. Hinemarus ex monacho Sancti Dionysii in Francia, ut refert Flodoardus libro III, cap. 1 : « Regis ascitus obsequiis regimen monasterii Sanctæ Dei Genitrici Mariæ, et sancti Germani, regali et episcopali, atque abbatis sui Ludovici jussione suscepit. » Legendum vero hic Sancti Geremari, suadent quæ eodem lib., cap. decimo octavo scribit ipse Flodoardus, his verbis : « Item (scribit Hinemarus), pro cella, vel monasterio Flaviaco, quod idem rex sibi, dum in ipsius ante episcopatum moraretur servitio, donaverat; et ut in vita sua illud teneret, præcepto confirmaverat; quodque a quodam invasore destructum restruxerat, et religionem prout potuit, in eo restauraverat, » etc. Plura de Hinemaro Remensi archiepiscopo scribere supersedemus, quippe notiora et celebriora sunt ipsius facta, scriptaque (duobus voluminibus comprehensa) quam ut ea detexere debeamus.

VII. Odo ex abbate Corbeiensi in Picardia, episcopus Belvacensis, monasterium Flaviacense, et alterum Nonnarum, utrumque solo prope adæquatum, juri episcopali addici, quatenus e laica manu eriperetur, suæque inopiæ subveniretur, ab rege Francorum primum, deinde a Nicolao primo, papa, impetravit. « Eo autem ordine (fert diploma summa pontificis) ut de rebus ejusdem monasterii collatis, sive conferendis, Ecclesiæ Belvacensis necessitatibus subveniatur, prout voluntas et judicium episcopi, qui præfuerit eidem Ecclesiæ decreverit; et monasteria ipsa, nec in ædificiis domorum, nec in restauratione ecclesiarum, nec in necessitatibus Deo illic servientium subsidia defraudentur; sed ita rerum dispositio fiat ab episcopo Belvacensis Ecclesiæ, ut et ipsa monasteria juxta modum facultatum sibi collatarum restaurentur, et conserventur, et illic Deo militantium subsidiis adjuventur, quatenus loca Deo dicata, et res illis ecclesiis collatæ ibi potissimum deserviant, ubi Deo fidelium oblationes esse collatæ noscuntur : quia nec pium, nec justum esse cognoscitur, ut ecclesiæ præfata ita suis rebus spoliarentur, et alterius ecclesiæ necessitatibus deserviant, ut earum nulla prorsus cura videatur impendi. Unde sollicitus videat episcopus Bellovacensis, ut sive de feminis illis Deo deservientibus, sive de cujuscunque ordinis viris, sive de monasteriorum restauratione et conservatione, eam curam suscipiat, quatenus et divinæ domui dignam habere sibi procuracionem gaudeat, et ipse qui præfuerit rector, supernæ censuræ judicium propter negligentiam non incurrat. In sæcularium vero munus atque potestatem, ipsa monasteria nulla deinceps ratione vel occasione perveniant; quia non est leve ante oculos summi judicis discrimen religiosi locis, et monasteriis Deo dicatis, sæculares præficere potestatem, et ei contradere pastoralis curæ sollicitudinem, qui, quid sit pastor, ignorat nec quærit lucrum animarum, sed

A pecuniæ censum, non ut divinis cultibus servitium impendatur, sed ut suis usibus, ad dominationis votum deserviat, etc.

» Datum est id privilegii ann. v imperii Ludovici II, Christi vero 860 »

VIII. Ansigisus vir religione, doctrina usuque rerum præstans, humana deposuit anno 882.

••• Pluribus post annis, nempe circa annum 900, susque deque eversum est abs Northmannis. Sacra autem beati Geremari ossa translata, ac collocata in ecclesia Belvacensi, ubi hodie visuntur.

At anno 1030 strenue pius juxta ac prudens Croco Belvacensium episcopus ad instaurationem, seu verius exædificationem, animum appellit, ita feliciter et magnifice, ut brevi ecclesiam et universa vitæ monasticæ commoda ædificia perfecit; quo non tantum vetustas ædes, sed etiam præcipuas Galliæ tum amplitudine, tum elegantia superaret.

Constructio itaque et instructio monasticis rebus et sacra supellectili cœnobio, nec non prædiis, quæ antiquitus possederant cœnobitæ, redditus, accersivit e monasterio Sancti Mauri Fossatensi monachos, quibus Guntherium præfecit. Ac tandem ut sacra restituerentur sancti Geremari ossa, totis viribus enisus est, sed frustra, reclamante, præpedienteque populo.

IX. Gunterius ex monacho Fossatensi, asceticæ vitæ norma postliminio revocata in sancti Geremari cœnobio, magnam sibi virtutum ac scientiarum laudem inibi collegit, adeo ut præstantis disciplinæ permoti fama, etiam exteri, sæculo abdicato, sese ipsius magisterio subderent : quin et mulieres nonnullæ, eodem postea odore allectæ, in adjacentibus ecclesiæ ædificiis commanerent; nempe soror Sugerii prioris, mater Guiberti abbatis Novigenti, Leodegardis. De quibus idem Guibertus lib. I de Vita sua. Itemque posterioribus sæculis Albreda de S. Ouin conversa, uxor Guillelmi de Henouville; uxor Girardi de Hanuoiles, et aliæ quamplurimæ; quæ contraditis inibi suis opibus, monasterii stipendiis, seu ut codicilli loquuntur, præbendis, nomine conversæ ac sororis, sanctimonialium habitu degabant. Ædicularum in hodiernum usque diem vestigia exstant.

D Obiit Gunterius Idibus Martii, anno Christi 1058, et administrationis 22.

X. Garnerius Gunterio successit; vir utique probitate, doctrina, administrandi prudentia insignis : qui disciplinam regularem mire illustravit, adauxit res monasterii. Eo quoque præside complures ecclesiæ, seu prioratus, Faviaco conferuntur; quæ colonias monachorum, qui orationum subsidiis, verboque et exemplo populum tuerentur, erudirentque, Garnerius abbas addixit. Constat id potissimum ex narratione foundationis prioratus S. Sepulcri de Villaribus, a nobilissimo comite Belvacensi Lancelino conditi, et eandem nos chartam, utpote summam hujusce comitis pietatem redolentem, internectere delectat.

« In nomino sanctæ et individuæ Trinitatis. Amen Omnibus aqua et Spiritu sancto renatis, gratum fore decrevit charitas nostra, si litterarum apicibus annotamus, qualiter a quibusdam personis ecclesia nostra, auxiliante Domino, fuerit fundata. Lanscelinus senior, Fulconis Belvacensis filius, strenuæ nobilitatis vir, et secundum hujus sæculi fastum magnæ potentiæ fuit: iste, ut rei exitus probavit, nutu et voluntate Dei Jerusalem, et sacra loca, ubi Dominus noster Jesus Christus, natus, ubi crucifixus, et sepulcrum in quo positus fuit, multis in hac provincia secum comitatus adiit: illis videlicet temporibus, quibus nullus Christiani nominis confessor, nisi furtim, aut, ut ita dicam, tapinatione propter obsistentium paganorum timorem, illic pergere ausus erat; qui multa tam per terram, quam per mare, passus pericula, ad ultimum suo potius desiderio, satisque humiliter adorato, cum suis omnibus in Galliam repedavit. Transacto autem non longo tempore, pietas conditoris nostri, qui « omnes vult salvos fieri, et ad agnitionem sui nominis venire (*I Tim.* II, 4), » misit in cor ejus, quatenus in honorem sancti sepulcri de propriis facultatibus ecclesiam strueret, monachosque ibidem ad Dei servitium die noctuque peragendum constitueret. Consilium vero, voluntatemque hujus rei, uxori suæ et filiis suis nec non et hominibus propriis aperiens, omnes una voce laudaverunt, Deoque fore gratum simul affirmaverunt.

« Post hæc domnum Garnerum Flaviacensis cænobii abbatem petiit, et ut monachos ad tale negotium peragendum dignos secum transmittere dignaretur, humillimis precibus exoravit, tali scilicet ratione, ut ecclesia, quam ædificare volebat, omnibus diebus Flaviacensi ecclesiæ fuisset subiecta, et ut ipse abbas, sique successores, monachos quos vellent transmitterent, et quos vellent reducerent. Qui libentissime quod tantus exorabat, non solum concessit, set ut tam sanctus perficeret sua sancta exhortatione admonuit. Tunc incipiendi operis inter se die constituta, abbas Garnerus cum suis monachis adfuit, Lanscelinus quoque nobilium virorum stipatus agmine, viros operis cæmentarii gnaros secum adducens a Belvacensi civitate, cum suis filiis advenit. Omnes enim qui convenerant, locum ad habitationem monachorum congruum fore affirmabant, circumspicientes vicinitatem aquarum, amplitudinem pratorum, abundantiam nemorum, ubertatem vinearum, multitudinemque arborum diversi generis ferentium.

« Tandem paratis omnibus quæ necessaria erant lineisque a cæmentariis juxta quantitatem jactis; domnus Lanscelinus cum magna devotione in honore sanctæ et individuæ Trinitatis, locum ubi fundamenta basilicæ jacienda erant, fossa humo primus aperuit.

« Cœptum est opus istud mense Martio, millesimo sexagesimo, Philippo rege apud Gallias regnante, ducatum vero Northmannorum et re-

gnum Anglorum Guillelmo nobilissimo rege administrante. »

Monachis vero ibidem Deo servientibus incliti Lanscelini non defuit largitas. Ut enim sufficientiam quotidiani victus haberent, dedit eis molendinum Crevicordis super ripam Taræ situm, et totam aquam de Cailoto usque ad Pontem Harmis, ad piscandum, dedit et hospites suos ibidem manentes, totamque mansionem Hildefredi, cum pratis ad mansionem pertinentibus; querquetum Burgerii, et alnetum querquetum adjacentem, Nemus Hes, Faiolum: omnes brochias ad comburendum et ad hospitandum concessit. Vasa apium in nemoribus suis reperta; et duas partes decimæ de Harmis; et duas de Serenciis et de Medianavilla, similiter duas partes decimæ, et culturam Crene, clausum quoque monasterioli, quod a quodam homine, Gildino nomine, septem libris Belvacensis monetæ et uno modio frumenti emit; ipsum vero Gilduinum usque ad finem vitæ suæ monachi vestitu et quotidiano victu sustentaverunt. Dedit etiam quamdam mansionem, quam centum solidis Belvacensis monetæ emit ab Hemelino de sancto Luciano, concedente Petro sancti Luciani abbate, de Consensisco, et aliis omnibus monachis concedentibus. De qua re dominus Lanscelinus abbati de sancto Luciano hominum fecit. Abbas vero ad augmentum fisci unum dentem sancti Luciani ei dedit.

Post hæc talem confirmationem fecit, ut si a clientibus suis ex hominibus monachorum aliquis aliquando caperetur; aut sicut mos est rusticorum, silvas suas cædendo, aut aliquod forisfactum suum clientes sui de homine illo, qui calumniaretur, clamorem ad monachos referrent, et monachi in curia sua justitiam tenerent. Confirmavit adhuc, manumque filiorum suorum roboravit, ut si quis ex militibus suis de fisco suo ecclesiæ donare voluerit, absque suo jussu et filiorum suorum donet indifferenter, ita scilicet ut militare servitium inde non amittat.

Adhuc autem confirmavit, concedentibus suis, ut quando ad ecclesiam ipsam aut villam ire voluerit, nihil in eadem habeat, nisi solummodo procuratorem unius monachi, nihilque omnino sibi retinuit in villa, nec justitiam, nec sanguinem, nec latro-

nem; nec talliam, nec sævum, nec forisfactum.

« Sciant præsentés, et qui futuri sunt, quia ego Renaudus dominus de Bul. profunde de peccatis meis pœnitens, quasdam injustas consuetudines, tailliam videlicet, et omnes alias oppressiones et procuraciones, quas in villa, quæ dicitur Villaris Sancti Sepulcri, injuste per aliquot annos acceperam, quietas dimisi, et a monachis Flaviacensibus in eadem villa commorantibus absolvi postulavi, quod et obtinui.

» Et ne hoc statutum meum ulterius a quocunque successorum meorum possit violari omnino prohibens, sigilli mei impressione firmavi. »

Privilegia et prædia Philippus rex Francorum

monasterio Flaviacensi in Garnerii, quem plurimum diligebat, gratiam, indulgit; sed præcipue dat litteras Belvacensi episcopo et clericis, præcipiens ut sacratissima beati patroni Geremari pignora restituerent, sed nullum sortitæ sunt effectum.

Garnerius demum tranquillioris vitæ amore, uti totum se Deo offerret et impenderet, onere simul et honore sese abdicat: privatamque egit vitam undecennio; et anno Domini 1095 Nonis Junii diem ultimum clausit feliciter.

XI. Hugo I multijugæ religionis atque eruditionis Guiberto teste exstitit. Præfuit post Garnerii spontaneam cessionem. Floruere hac ipsa tempestate dum præclare pedum Hugo gestaret, monachi magna virtute, doctrina et constanti disciplina, quos inter Guibertus ipse velut sidus eminebat.

Guillelmus de Besencourt et Gamelinus De Boverescis nuntium sæculo miserunt, votisque sese monasticis obstrinxerunt in Flaviacensi monasterio.

Ad cælum venerabilis Hugo evocatus est Nonis Decembris, anno Christi 1100, sui regiminis xv.

XII. Joannes abba probatæ morum integritatis (quem Guiberti mater a puero nutrierat) e pago Claromontano oriundus, Guillelmum optimæ indolis puerum e Judaica pravitate ad Christianam veritatem traduxit; cujus gratia Guibertus ille Tractatum contra Judæos elucubravit, lib. II De Vita sua, cap. 5.

Anno quarto præfecturæ Joannis, is ipse Guibertus in abbatem cœnobii Novigentini prope Couciacum est evectus. Sub extrema Joannis tempora venerabilis mater Guiberti, exuta mortalitate, animam efflavit, corpusque Flaviaci sepeliendum reliquit.

Obiit Joannes tertio Idus Martii an 1106.

XIII. Hildegarius ob egregias animi dotes, ac religionem, locum sortitur 605 Joannis. In tantum crevere Flaviacensis cœnobii divitiæ, ut non modo per amplæ monachorum familiæ alendæ satisfacerent, sed et abunde hospitibus, qui undique confluebant, necessaria suppeditarentur, sublevaretur pauperum et sanorum et ægrorum inopia; qua de causa plures nobilis notæ viri sese divino cultui manciparunt Flaviaci.

Effecit autem Flaviacensium monachorum stricta disciplina, ut illustris Ansellus ipsis Mauriniacense cœnobium juxta Stampas conferret.

Prodit hæc Mauriniacensis Chronici prolog. lib. II sub finem, tom. IV Histor. Francor. Andreae Duchesne: « Ansellus quidam annis et consilio strenuus, religione et familiaritate Flaviacensium monachorum provocatus, primum quidem Ecclesiam Stripiniaci, et quæ in villa illa possidebat, monachis Flaviacensibus obtulit: ac deinde Maurianensæ prædium, in quo ecclesia ista in honore sanctæ Trinitatis fundata est, Christi gratia præeunte contulit.

Odo Flaviacensis cœnobita, a monachis sancti Symphoriani Belvacensis in Patrem, multum licet reluctans, cooptatur. Sanctitate, sapientia ac doctrina

A floruisse commemorat Guibertus epistola nuncupatoria libris de Pignoribus sanctorum præfixa. Sed cum subesse potius quam præesse, eum impense delectaret, deposita dignitate in suo Flaviacensi asceterio iterum sub obedientiæ magisterio versari delegit.

Atraxit autem perfecta Regulæ observantia viros nobiles, ut Flaviacenses redditibus adaugerent; ac præ cæteris Matthæus de Maurenciaco quod constat ex hac schedula.

« In Christi nomine, ego Matthæus de Monte Maurenciaco dominus, ad notitiam tam futurorum quam præsentium volo pervenire, Buchardum bonæ memoriæ patrem meum, pro remedio animæ suæ monachis beati Geremari Flaviacensis, zelo charitatis, in eleemosynam concessisse, quatenus ministeriales sancti Geremari undecunque res ad usus eorundem monachorum adducerent, libere ac quiete, et absque ulla consuetudine per suam terram transirent. Ego autem et fratres mei idipsum simplici et devota intentione concessimus: quia vero bonam et honestam monachorum illorum conversationem frequenter audio, eandem patris mei eleemosynam non solum concedo, verum etiam satis approbo: et ut rata in perpetuum permaneat, concedentibus etiam filiis meis Buchardo, Matthæo et Hervæo, sigilli mei impressione confirmo, et præsentium ibi viro- rum testimonio confirmari volo. »

Quamplures ex illustri prosapia adolescentes sese Christi servituti in hocce monasterio manciparunt; nimirum Hugo (panis avenæ nuncupatus) Drogo de Calvomonte, Gallonis filii, ac nepotes Hugonis, cognomine Borgni; Galterus de Reber, Rogerius de Constantin, Aszo de Ferrieres, et alii.

Vita fungitur Hildegarius quarto Kalend. Maii 1123.

XIV. Odo spectatæ virtutis et sapientiæ Hildegario sufficitur.

Perperam omni sua ac suorum industria, quo sacra Geremari pignora ecclesiæ Flaviacensi restituerentur, impensa, tandem os brachii, quod radium vocant, obtinet, ac solemniter Flaviacum viii Kalend. Aug. an. 1132 inferri curavit.

Labente eodem anno abbas ipse, communi totius cleri voto, ad præfecturam Ecclesiæ Belvacensis est evectus: quod oneris quam præclare ab anno 1133 ad annum plus minus 1145 subiit.

XV. Leodegarius successit: qui, ut Odo præfatus episcopatum acceptaret, multum suis adhortationibus adlaboravit. Henricus primus Anglorum rex Leodegario selectas quercus in silva Leonis, ad ædificiorum solitam restaurationem, facit asportandi facultatem.

Abbas munere functus toto decennio mortalitatem exiit anno 1145, v Idus Decembris.

XVI. Fulbertus, morum vitæ integerrimus, ab Hugone Rothomagensi archiepiscopo anno 1151, a summo pontifice Eugenio eodem anno; et ab Odone

Belvacensi antistite 1146, immunitatum privilegiorumque litteras amplissimas impetravit.

Multa quoque beneficia anno 1148 contulit Radulphus de Mavoison, Samsonis archiepiscopi Remensis frater, annuentibus uxore Bertha, ac filiis Radulpho, Guillelmo, Manasse, et filiiabus Agnete et Joanna regina.

Sed et Ludovicus VII christianæ pietatis, atque propensæ voluntatis ac benevolentiae in Sangeremancens monachos specimen dedit, concessis variis immunitatibus, quarum diplomata brevitati consulens prætermitto.

Hugo de Gornaco approbat his verbis quæcunque monasterio Flaviacensi contulerat.

« Notum sit omnibus præsentibus et futuris, quod Ego Hugo de Gornaco impressione sigilli mei, confirmo omnes elemosynas de domanio meo proprio, tam in Anglia, quam in Northmannia et Francia, quas dedi ecclesiae beati Geremari de Flaviaco in perpetuum. Insuper alias omnes elemosynas, quæ sunt in feodo, et in protectione mea, quas homines mei eidem ecclesiae donaverunt et donabunt. Adhuc vero libertatem famulorum ejusdem ecclesiae, qui negationem non fecerunt, similiter concedo. Hoc ut ratum permaneat, sigillo meo, et testium subscriptione corroboro. Testes sunt Joannes de Hodane, » etc.

Lites quæ subortæ fuerant inter monachos diversorum monasteriorum, pro posse (ad hoc charta confecta) diremit Fulbertus abbas : « Ne inter filios pacis, inquietas, pax, qua nihil melius est, lite aliquando suborta, turbaretur. » Ejusmodi chartam nominibus munere, Theoldus prior, Lambertus subprior, Landricus cantor, Odo cellerarius, Walnerius alter cellerarius, Petrus arator [*alias* Carrucarius] Godzo præpositus, Herbertus thesaurarius, Droco de Calvomonte aliique monachi complures.

Interfuit Bellovacensi conventui episcoporum, abbatum, procerumque Galliae ab Ludovico rege congregatorum, qui agitari rogarat, utrum Alexander an Victor in summum pontificem admitteretur.

Fulbertus monasterio præclare 19 annis administrato, Nono Kal. Maii rebus humanis exemptus est.

XVII. Gerardus. Litterulas obtinet ab Henrico II, Anglorum rege, quibus stabilita permanent quæ concesserat Henricus I, his signum apposuit S. Thomas, tunc Angliæ cancellarius.

Tribus duntaxat annis præfuit Gerardus, ac mortali vita fungitur x1 Kalendas Maii 1167.

XVIII. Hildegarius II. « Parvipendens salutem animarum sibi commissarum, plus gerens sollicitudinem de rebus transitoriis atque caducis » (contra regulæ Benedictinæ præscriptum cap. 2), habenas laxavit religiosæ disciplinæ; nempe officialibus monasterii (quos claustrales vocant) certos redditus annuatim ascripsit.

Moritur anno 1172, vii Kal. Martii.

XIX. Hugo II (quem Claromontani comitis filium

A volunt nonnulli), abbas Flaviacensis, deinde Sancti Luciani Belvacensis, ac demum Cluniacensis. Omnia quæ Juris sunt monasterii Flaviacensis, bullatis litteris confirmavit Alexander III papa anno Christi 1178.

Cessit e vita vi Idus Aprilis 1188 : tradunt Chronicon Fontanellense manuscriptum, et codices sancti Luciani, et sancti Geremari; vel, si fides chronographo Cluniacensi adhibenda, 1199. In ecclesia Cluniacensi jacet, ut testis est idem auctor, in Bibliotheca Cluniacensi pagina 1663.

XX. Lambertus, ex cellerario ejusdem monasterii circiter 1180. Huic syngraphum tutelarem impertit Radulphus comes Claromontanus. Egit animam pridie Id. Junii 1190.

XXI. Hugo III, cognomento *Pauper*, e ditissima æque ac nobilissima familia ortus. Sui regiminis anno primo possessiones, quæ in diocesi Rothomagensi exstant, curat ab archiepiscopo Valtero confirmari. Insuper a Richardo Anglorum rege tutelare diploma consecutus est, quod ita se habet :

« Richardus Dei gratia rex Anglorum, dux Northmanniæ, Aquitanæ, comes Andegavensis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justiciariis, et vicomitibus, ministris, et omnibus ballivis, et fidelibus suis, totius terræ suæ, salutem. Sciatis quod abbatia, abbas, et monachi de Sancto Geremaro de Flay, et homines sui, et omnes res et possessiones eorum, sunt in manu nostra, et custodia et protectione : quare volumus, et firmiter præcipimus quod ipsam, et monachos, et homines, et res, et possessiones eorum tam ecclesiasticas quam laicas per terram nostram, sive pax fuerit, sive guerra, custodiatis, protegatis et manu teneatis; ita quod eis nullam injuriam, vel contumeliam, aut gravamen faciatis, nec ab aliquo fieri permittatis. Et si forte in aliquo eis fuerit forisfactum, plenariam eis super hoc justitiam faciatis, tanquam mihi ipsi. Apud Vallena Rudolii xv Junii. »

Prioratum Sancti Arnulphi martyris, prope Claromontem, a Philippo Belvacensi episcopo sancti Geremari ecclesiae dilargitum constat ex sequenti scheda.

« Notum sit tam præsentibus, quam futuris, quod ego Philippus Dei gratia Belvacensis episcopus, capellam, quæ in honore beatissimi martyris Arnulphi fundata est, ecclesiae de Flaviaco concedo perpetuo possidendam, salvo jure circumjacentium parochiarum : sic enim singulis sua teneor conservare, ut aliis non depereant legata, etiam quæ præfatæ ecclesiae facta fuerunt, sive ministro ejusdem, ei præsentem scripto, et sigilli nostri auctoritate, confirmo. »

Sua sub tutela Flaviacense cœnobium declarat Philippus Francorum II rex, seu potius diploma Ludovici VII approbat suis litteris.

Deposita carnis sarcina Hugo ad æternam requiem vi Kalendas Octobris 1200 translatus est.

XXII. Eustachius singulari doctrina, sanctitate

rebusque præclare gestis, inter cæteros Flaviacensis asceterii archimandritas conspicuus, communibus fratrum votis, et assensu episcopi Belvacensis, cui a secretis erat Eustachius, præficitur, uti ex subjecta postulandi consensus episcopi formula perspicuum habetur :

607 « Gratias agimus immensæ benignitati vestræ, quæ non solum assentit, sed etiam congaudet electioni nostræ : eo quod concorditer facta sit, et secundum tenorem justitiæ. Invocata namque clementia Sancti Spiritus, sine quo preces omnes cassæ sunt, elegimus Eustachium, secretarium scilicet vestrum, virum honestum, approbatum, simplicem et rectum, intus et foris bonum habentem testimonium. Hunc talem, Pater reverendissime, vobis præsentamus, et ut præsentato manum benedictionis apponatis, suppliciter postulamus. »

Northmanniæ ducatus ubi in jus cesserat Francorum, Philippus II rex Flaviacenses litteris tutelari-bus munit mense Julio 1202.

Cum in Anglia et Scotia, legati potestate ab Innocentio III accepta, semel ac iterum fungeretur Eustachius abbas, « Prædicavit (ut habet Rogerus Hovedenus) verbum Domini, et de transgressione Dominicæ diei et aliarum festivitatum, dedit populo pœnitentiam et absolutionem, sub tali conditione, quod illi de cætero debitam impenderent Dominicæ diei et aliis sanctorum festivitibus reverentiam, non faciendo in eis quidquam servilis operis, nec in Dominicis exercerent forum rerum venalium, sed bonis operibus, orationi devote insisterent. Hæc servanda constituit ab hora nona sabbati usque ad ortum solis in die Lunæ. Populus autem Deo devotus ad illius prædicationem, voverunt Deo quod de cætero in diebus Dominicis, nec quidquam emerent, nec venderent, nisi forte cibum et potum prætereuntibus. Voverunt etiam quod de singulis quinque solidis omnium rerum quascunque venderent, darent unum quadrantem ad lumen ecclesiæ emendum, et ad sepulturam indigentium. Et ad hoc colligendum, statuit prædictus abbas in singulis ecclesiis parochialibus fieri truncum concavum, sub custodia duorum aut trium fidelium hominum, ubi populus jactaret prænominatum æs. Statuit etiam præfatus abbas, quod discus eleemosynarius haberetur quotidie in mensa divitum, in quo partem ciborum suorum mitterent ad opus indigentium, qui non præparaverint sibi. Prohibuit autem idem abbas ne quis in ecclesiis, vel atriis earum venderet, emeret quidquam, vel placitaret. »

Tandem postea quam probatis religiosisque moribus instituisset fratres suos, auxisset bona monasterii, et longe lateque fama summæ pietatis pervolasset, nota sanctitatis, quæ etiamnum pervulgatur insignitus, ad cœlestem patriam transmigravit iv Id. Septembris 1211. Conditus jacet in medullio ecclesiæ cum hac epigraphe saxo sepulcrali incisa.

*Cullor honestatis verus jacet hic, et pietatis.*

PATROL. CLVI.

A *Arca, lator legis ; formula facta gregis. Vermibus esca datus, cuncti quo tendimus, ivit. Abbas Eustachius, cui, Deus, esto pius.*

XXIII. Girardus II d'Eraigny dictus, vel a familia, vel loco natali, qui Gizortio vicinus est. Primo regiminis anno potius invitus, quam sua sponte, cessit præfectura.

XXIV. Girardus III a Fraxino. Init cum Fossatensibus monachis societatem anno 1214. Cujus litteras haud abs re fuerit exprimere :

« In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, ego Radulphus Dei gratia ecclesiæ Fossatensis abbas, et totius ejusdem loci conventus, universis præsentem paginam inspecturis notum facimus, quod inter nos et venerabilem Girardum abbatem Flaviaci, et ejusdem ecclesiæ fratres, talis firmata et concessa est societas : Si abbas alterius ecclesiæ ad aliam venerit ecclesiam, ab abbate et monachis ejusdem ecclesiæ, ut decuerit, honorifice receptus, in choro locum abbatis obtinebit : et capitulum ceu abbas ejusdem loci tenebit, et fratres in sententia positos, pro voluntate sua absolvet, et puniendos, sicut expedit cegnoverit, affliget. Alterius abbatis dormitionis die cognito, quidquid præfatum unumquodque monasterium abbati suo decedenti tenetur exsolvere, id ipsum alteri persolvetur ; et audito ejus obitu, pulsatis campanis, solemniter ipsius officium celebrabitur, et ei ex integro tricenarium cum debita præbenda persolvetur.

« Sed quoniam defunctorum fratrum obitus ad notitiam alterius congregationis per negligentiam, vel oblivionem sæpe non pervenire contigit, statutum est ut singulis annis in crastinum sancti Pauli, hoc est Kalendis Julii, pro fratribus defunctis tricenarium faciemus : et istis triginta diebus singulis, tam apud nos, quam apud illos, integra præbenda erogabitur pauperibus. Audito etiam uniuscujusque ecclesiæ fratrum obitu, officium, et missam in conventu solemniter celebrabimus ; et singuli sacerdotes singulas missas pro singulis defunctis celebrabunt. Cæteri vero qui non sunt sacerdotes, singula psalteria, et conversi trigesies *Pater noster* : et ipso die sui officii integram præbendam in refectorio habebunt.

« Cæterum si quempiam monachorum utriusque congregationis abbatis sui iram seu indignationem (quod Deus avertat) ! incurrisse contigerit, et se in alterius monasterium contulerit, tanquam unus ejusdem loci in communione scilicet tam capituli, quam victus et vestitus erit, donec pax inter eum et abbatem reformetur ; nisi (quod absit ! ) talis sit, qui secundum regulam, non valente satisfactione, haud debeat conciliari.

« Nomina autem tam abbatis, quam 608 defunctorum fratrum, in martyrologio scribentur.

« Ut vero hæc societas inter nos et ipsos firma sit et stabilis in perpetuum, hanc chartam sigillorum nostrorum munimine roboratam eis indulsumus

anno Incarnationis Dominicæ millesimo ducesimo decimo quarto. »

Ecclesiæ parochialis, quam in Corileto recens extruxerant Flaviacenses, pæsentationem, ut vocant, impertitur Philippus Bellovacensium antistes, ad hunc modum :

« PHILIPPUS Dei gratia Belvacensis episcopus, omnibus in Christo fidelibus, salutem in perpetuum. Noverit universitas vestra quod cum Girardus abbas, et conventus Sancti Geremari Flaviacensis, terras arabiles, quas in nostra diocesi possidebant, locasset cultoribus, ibidemque villam, Coriletum nomine, de novo construxissent, communi assensu ibidem ecclesiam fundaverunt propriis sumptibus, et redditibus eadem ditantes. Nos quoque ad petitionem eorum, præsentationem dictæ parochiæ, ecclesiæ Sancti Geremari perpetuo possidendam concedimus. Ad cujus rei testimonium præsentem paginam dictis monachis tradidimus, sigilli nostri munimine roboratam.

« Datum Flaviaci anno ab Incarnatione Domini millesimo ducesimo decimo quinto. »

Girardus v Idus Martii 1215 vitæ cursum peregit.

XXV. Girardus *de Haraigny*, seu *Eraing*, cujus supra meminimus, iterum communi monachorum calculo ad abbatæ gubernaculum assumitur.

Testamento Flaviacensibus crucem auream, et ecclesiastica ornamenta, una villæ Spalburgi (vulgo *Espaubourg*) partem erogat in extremis positus Philippus Bellovacensis præsul. Et hanc donationem successor Milo, obtento prius a canonicis jure quod in eandem villam obtinebant, approbat in hæc verba :

« Milo Dei gratia Belvacensis ecclesiæ minister humilis, omnibus Christi fidelibus ad quos præsentem litteræ devenerint, æternam in Domino salutem. Notum facimus universis, quod cum quædam pars villæ de *Espaubourg* in hominibus, feodis, campiparte, terris, pratis, nemoribus et rebus aliis, dictæ partis villæ pertinentiis, ex parte Harmerici Ruffi quondam militis Belvacensis, ad piæ memoriæ Philippum quondam Belvacensem episcopum, prædecessorem nostrum, fuisset devoluta; et idem Philippus canonicis beatæ Mariæ Belvacensis in perpetuum prænominata contulisset : idem canonici de assensu capituli beati Petri Belvacensis, sufficienti excambio inde recepto, nobis eadem quittaverunt in perpetuum tenenda, vel cui vellemus transferenda.

« Nos ergo ecclesiam Flaviacensem paterno amore complectentes, ipsi, et monachis ibidem commorantibus, hæc omnia concessimus tenenda in perpetuum libere et quiete, cum tota justitia, cum aliis, quæ antiquitus prædecessorum nostrorum temporibus dicti monachi ibidem libere et pacifice possidebant, masagio scilicet suo, hominibus feodis, terris, pratis, nemoribus, decimis, molendinis, aquis, campiparte et tota justitia. Itaque in dictæ villæ pertinentiis, nihil nobis retinemus, quin monachi nominati in prælibatis plene gaudeant libertate. Nosque

A auctoritate episcopali, fide bona, tenemur guarandire prælibata, in cujus rei fidem, etc.

« Milo episcopus. »

Statuta præscripsit Girardus abbas quæ ad præcipuas festorum spectant solemnitates : ita veteres consuetudines ejusdem cœnobii.

Fundat ex consensu capituli anniversariam sui obitus diem, anno 1235.

Mortem oppetiit Kal. Sept. 1236. Jacet in capitulo; ubi hoc visere est epitaphium sepulcro incisum :

*Quid facimus cum negligimus peccata cavere.  
Qui jacet hic semper studuit bona cuncta fovere.  
Cum moritur, non deseritur Gerardus in imo  
Sed cælo infertur dono dilatus opimo.*

B XXVI. Guillelmus *de Vilains*, morum probitate clarus. Sedet cum aliis abbatibus Remensis provinciæ in capitulo, sive congregatione apud Sanctum Vincentium Laudunensem convocata.

Thecæ argentæ auro lappillisque adornatæ, solemniter ritu astantibus Guillelmo, ex Flaviacensi monacho abbate Cluniacensi, et Guillelmo de Vilains, Guillel. episc. benedictionem impertitur, et in ea sacrum sancti Geremari brachium reconditur.

Anno 1255, Guillelmus *pium patris ostendens affectum*, prædia quædam ne suis tum sanis, tum infirmis quid deesset, selegit ac decernit. Quod quidem statutum ab episcopo Belvacensi Guillelmo, nec non ab Alexandro IV piæ memoriæ voluit approbatum. Quod et actum est. Causam autem ejusce decreti hanc affert : « Egestas enim murmuris, et impatientiæ, atque etiam cupiditatis nonnunquam est occasio. » Egregia Guillelmi providentia ! Diem ultimum clausit xvii Kal. Junii 1259.

C XXVII. Petrus *de Vesencourt*. Præclaro opere immortales glorias ipso sui regiminis primordio consecutus est. Siquidem summæ Dei matri Virginique sacellum, mira structura exædificavit et consecravit; quod etiamnum exstat, præstatque cum pulchritudine, tum amplitudine sacris pene omnibus Galliæ ædificulis. Constituit in eo sacra quotidie agenda precesque horarias, suis annitentibus, persolvendas.

D Fœdus sive societatem pactus est cum Sancti Audoeni Rothomagensis cœnobitis an. 1261.

Auctas vero Sancti Geremari possessiones amplissimis muneribus Petri, indigitat annua diei depositionis ejusdem Petri commemoratio, ordinata mense Maio 1269.

Ineunt mense Julio 1275 Sangeremarenses et Sancti Luciani Bellovacensis monachi una societatem.

Tertio Kal. Maii 1272 cursum vitæ implèvit Petrus, et in atrio sacelli a se constructi afficitur, cum hac rhythmica epigraphe, sepultura :

*Petrum petra legit abbalem, qui bene rexit  
Clastrum Germense; quem Christus servet ab ense.  
Devotæ vitæ semper fuit, et sine lite.  
Elegit cellam, quam condidit ipse capellam.*

*Virginis in laude cæli, ut requiescat in æde.  
Huic sit propitia, via cæli, Virgo Maria.*

XXVIII. Michael e Castaneto, vulgo *Catenay*, prope Claromontem Belvacensem oriundus : prius Flaviacensis cœnobia cellerarius, accurate disciplinam monasticam servavit. Impetrat a Philippo III, Francorum rege, privilegiorum confirmationem an. 1275. Et anno 1276, mense Augusto nonnullas confert possessiones. « Pro solemnitate officii, inquit, die obitus nostri anniversario faciendi, et pro libris ecclesiæ nostræ reparandis. »

Sepulti jacent in æde Deiparæ Virginis, Guillelmus ac Reginaldus castellani Belvacenses : quorum depositionis dies anniversaria notatur ab anno 1274. In hac ipsa æde sacra visuntur et alia sepulcra.

Naturæ debitum solvit Michael IV Kal. Augusti 1284, et ante altare ejusdem ædis conditus est.

XXIX. Petrus II. Diploma Philippus IV, Francorum rex, Petro annitente, Flaviacensibus concessit, quo ipsorum universæ immunitates ac possessiones sub regia tuitione, velut ipsius præstiterant antecessores, declarat anno 1287. Obiit Petrus IX Kalend. Octobris 1299.

XXX. Fulco. Charum domesticis exterisque Fulconem exstitisse, ac fratrum concordiam probæque conversationi consuluisse exhibent cœnobia membranæ. Villam de Reilly in pago Vilcassino, ubi elegantem ædiculam construi curavit, et alia plura monasterio acquisivit. Orbatur vita XVII Idus Januarii 1317, cujus sepulchralis tumuli talis est inscriptio.

*Fulco sub hac silice milleno triptici. c. anno,  
Septenoque simul latuit, juncto sibi deno.  
Felix Ecclesia tanti pastoris alumna.  
Nunc dolet illa, quia talis sibi dempta columna.  
Visus erat melior nullus, qui quidquid acerbi,  
Aut fausti accideret, non dispare mente subiret :  
Hic abbas humilis, doctus fuit, atque pudicus.  
Vir sanctus, prudens, et semper pacis amicus.  
Nescius iste doli, quia servivit tibi soli :  
Quod pereat noti, cælo at da, Christe, beari.*

XXXI. Robertus. Mortem oppetiit XII Kalend. Octobr. 1333. Et in æde Deiparæ Virginis sepelitur, insigniturque hoc epitaphio.

*Hic jacet frater Robertus de Marcellis, quondam abbas hujusce monasterii. Migravit ad Dominum anno millesimo trecentesimo trigesimo tertio, in vigilia sancti Matthæi; cujus anima requiescat in pace.*

XXXII. Joannes II. Vir haud infimæ notæ : onus præfecturæ gravius sentiens, subesse quam præesse maluit; idcirco illud in humeros Arnulphi, spectatæ vitæ monachi, deposuit, et, religiose vita triennio peracta, v Id. Julii 353 obdormivit in Domino.

XXXIII. Arnulphus. Anno æræ Christianæ 1364, Galliarum rex Carolus libertatem Flaviacensium vendicat hoc rescripto.

« Carolus Dei gratia Francorum rex, universis præsentibus litteras inspecturis, salutem. Notum fa-

cius, quod cum religiosi, abbas et conventus monasterii S. Geremari de Flaiaco, Belvacensis diocesis, occasione cujusdam domus cum certis censibus, quam, seu quos habent in villa Belvacensi, per burgeneses habitantes ipsius villæ Belvacensis, compulsi fuerunt ad contribuendum, et solvendum cum eis tallias et impositiones in dicta villa factas, pro reparatione et fortificatione necessariis dictæ villæ, ex quibus compulsi fuerint ad contribuendum et solvendum cum eis tallias. Iidem religiosi certam partem seu portionem guerris durantibus persolverunt : quod tamen futuris temporibus eisdem religiosis posset in damnum cedere. Quamobrem nos qui libertates et franchisias personarum ecclesiasticarum, totis conatibus volumus observare, eisdem religiosis concessimus et concedimus, etiam de gratia speciali, per præsentibus, ut ipsi, et dicta eorum domus, et census prædicti, ab hujusmodi contributionibus, sicut præmittetur, factis, vel aliis consimilibus, in posterum faciendis per burgeneses et habitantes in dicta villa Belvacensi omnino, prout ante fuerunt, liberi futuris temporibus remaneant et immunes.

Et quod propter hujusmodi contributionem, guerris vigentibus factam, nullum eisdem religiosis, aut eorum ecclesiæ præjudicium de cætero generetur, litteris in contrarium impetratis, vel impetrandis, non obstantibus quibuscunque.

« Datum Parisiis die prima Martii, an. Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, regni nostri anno primo. Per regem ad relationem consilii. Signatum de Remis. »

Arnulphus vita fungitur anno 1374, XI Kalend. Junii.

XXXIV. Joannes III. Expleto administrationis septennio VIII Kalend. Decemb. 1378 finem clausit.

XXXV. Joannes IV, Remon. Conferuntur more majorum litteræ a Carolo, rege Francorum; quibus, quæcunque juris sunt Flaviacensis cœnobia confirmantur, regni ipsius 17 anno, Christi vero 1380.

Joannes de Rochers. Doctor in decretis, ex monacho Flaviacensi Fiscanensis monasterii eleemosynis præfectus; ad Fontanellensis sive S. Vandregisilli asceterii magistratum evocatur, ac tandem novissimum diem sortitur quarto Maii 1412.

Joannes autem Flaviacensis antistes, pridie Kal. Sept. 1391, atque in S. Geremari sacello, ubi ejus effigies demonstratur, traditur sepulturæ.

XXXVI. Eustachius II. Ipso abbate, Francorum regina Blancha, Philippi VI quondam uxor, peragenda ritu solemniori divina officia quotannis stultuit ad hunc modum :

« Blancha, Dei gratia Franciæ regina, omnibus tam præsentibus quam futuris hanc paginam inspecturis, notum facimus quod nos, ob specialem devotionem quæ erga Ecclesiam S. Geremari de Flaiaco afficimur, et ad augendum ibidem Dei cultum, concessimus, et dedimus et per præsentibus con-

cedimus et damus, omnem decimam villæ *Harden-court* in parochia de Ferrieris diœcesis Belvacensis, in castellania nostra Gornaci, cum suis juribus, pertinentiis, perpetuo possidendam; quam nuper a Joanne le Feure, dicto Fraillon, presbytero curato de Belliere, prout latius in litteris super hac re confectis continetur, acquisivimus; ita tamen, ut hæc decima semper tota in conventus, et nulla ejus pars in abbatis unquam usus cedat. Nec non summam quinquaginta francorum aureorum, in ecclesiæ et aliorum locorum ei subjectorum reparationes expendendam, cum præfata decima hodie iisdem tradidimus; sub hac lege ut singulis annis, die nostra natali, quæ est secunda Aprilis, quoad vixerimus, missa solemniter de Spiritu sancto, cum diacono, et subdiacono dalmatica et tunica indutis, et cum una collecta, pro salute animarum Philippi, regis Francorum, domini et conjugis mei charissimi, et Joannæ filiæ meæ, in ecclesia præfata celebretur. Post nostrum vero ex hac vita decessum, in die obitus nostri singulis annis, vigiliæ et missa defunctorum solemniter cum diacono et subdiacono, ut supra indutis, pro animabus præfatorum domini regis Philippi, et Joannæ, et nostra (quorum nomina in Missali majoris sacri, et in martyrologio, ne hæc nostra ordinatio oblivioni tradatur, adnotari volumus) ibidem cantabuntur.

« In cujus concessionis et ordinationis fidem, et stabilitatem acquisitionis decimæ prædictæ, litteras præfatis religiosiis tradidimus, et præsentibus nostrum jussimus apponi sigillum.

« Datum in castro nostro de Neaufle anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, die vigesima sexta mensis Junii. »

Privilegio Eustachium abbatem ornat Joannes xxii seu xxiii P. M., quo jus utendorum inter sacra solemnia pontificalium ornamentorum concedit. Sic autem habent litteræ.

« JOANNES episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Eustachio abbati, et conventui monasterii S. Geremari de Flaviaco, ord. S. Benedicti, Belvacensis diœcesis, salutem et apostolicam benedictionem. Exposcit me devotionis sinceritas, et religionis promeretur honestas, ut tam vos, quos speciali dilectione prosequimur, quam monasterium vestrum, dignis honoribus attollamus. Hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati, ut tu, fili abbas, et successores tui abbates dicti monasterii, qui erunt pro tempore, mitra, annulo, et aliis pontificalibus libere possitis uti, nec non quod in dicto monasterio, et prioratibus eidem monasterio subjectis, ac parochialibus, et aliis ecclesiis ad vos communiter, vel divisim pertinentibus, quamvis vobis pleno jure non subsint, benedictionem solemnem, post missarum, vesperarum, et matutinarum solemniam, dummodo in benedictione hujusmodi aliquis antistes, vel apostolicæ sedis legatus præsens non fuerit, elargiri possitis: felicitis recordationis Alexandri papæ IV, prædecessoris nostri, quæ inci-

A pit, *abbates*, et aliis quibuscunque constitutionibus apostolicis in contrarium nequaquam obstantibus; vobis, et eisdem successoribus, auctoritate apostolica, de speciali gratia, tenore præsentium indulgemus.

« Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum.

« Datum apud Sanctum Antonium extra muros Florentinos, Kalendis Novembris, pontificatus nostri anno quarto. »

B Castrum *de Gondray*, ubi sese abbas ac monachi receperant, Angli, et qui a partibus ipsorum stabant Burgundi, prodente Petro de Villequain, cui commissum fuerat, capiunt, diripiuntque universa, syntheses tum sacras, tum profanas, libros, chartas, et cætera id genus.

Munus suum implevit et excessit Eustachius V, Kal. Sept. 1415.

XXXVI. Joannes V. Cum multas calamitates fuisset triennio propter militum grassationes perpressus, migravit a vita anno Domini 1418.

XXXVII. Joannes VI, *le Veneur*, probitatis, doctrinæque fama illustris. Anno reparatæ salutis 1456, sui regiminis 38, tranquilliora præferens ultro se munere abdicavit, et illud Petro Sancti Vandregesili ascetæ C commisit; ac post septennium iv Kal. Febr. 1462, ab hominibus demigravit.

XXXVIII. Petrus III, cognomine *Aubert*, per decessoris sui cessionem, totius congregationis approbatione gubernacula monasterii suscepit, multosque labores, quo restituerentur possessiones vi ablata, tota prope administrationis tempestate sustinuit.

Iste prolixam, quam initio hujus Compendii prætulimus, a Joanne Belvacensium præsule habuit schedam, sui regiminis anno 46. Vitæ corporis finem imponit 4 Decembris, æræ Christianæ 1500.

XXXIX. Guido *de Villiers de l'Isle-Adam*, nobili stirpe procreatus: qui ferendo oneri fuit his ipsis bellorum tempestatibus, quique ut omnia susque deque habita in pristinam integritatem asseret, Deo providente, eligitur. Dispersos monachos revocat, subministrat victus necessaria. Templum instaurat, sacraque suppellectili adornat. Totque demum ac tanta efficit pastor optimus ipse, uti haud immerito restauratoris nomen adipisci mereatur.

Tandem post exantlatos in resarciendo monasterio juges labores, ad superos evocatur venerabilis Guido, atque dextra chori parte funeratur; cujus sepulchrali lapidi insculptam effigiem, una sequens epitaphium prospicere est:

*Hic jacet Reverendus in Christo Pater Dominus Guido de Villers de l'Isle-Adam, monachus et abbas hujus cenobii, qui obiit anno Domini MDXXXVI, die xxiii Junii. Requiescat in pace.*



Parieti vero proximo, hoc encomium æneæ laminæ A  
inscriptum :

*Ci gist Reuerend Pere en Dieu Guy de Villers, en son viuant Religieux et Abbé de ceans : issu et parent des nobles et anciennes Maisons de l'Isle-Adam, et Aubremont : fils de haut, noble, et puissant Seigneur Messire Antoine de Villers, en son viuant Chevalier Seigneur de l'Isle-Adam ; Prevost de Paris, etc. Et de noble Dame Madame Jeanne de Nelle, frère de feu de bonne memoire Reverendissime frere Philippe de Villers, Chevalier et Grand Maistre de Rhode. Pareillement frere de feu Reuerend Pere en Dieu Louis de Villers, en son viuant Euesque Comte de Beauvais, Vidame de Gerbroy et Pair de France Oncle de feu Reuerend Pere en Dieu Charles de Villers, aussi Euesque Comte de Beauvais. Et aussi Oncle de noble et puissant Seigneur et Chevalier de l'Ordre du Roy nostre Sire, Messire Anne de Montmorency, Seigneur et Baron dudit Montmorency, Comte de Beaumont sur Oyse, Grand Maistre, Mareschal de France, Gouverneur du pays de Languedoc, et du depuis Connestable de France : et de Messire François de Montmorency Seigneur de la Rochepot et de Merlou, Gouverneur et Lieutenant pour le Roy au Pays de Picardie. Ausquels Seigneurs de Montmorency est neuue Reverendissime Odel de Colligny vulgairement dit de Chastillon, Cardinal du Saint Siege, Archeuesque de Thoulouse, Euesque Comte de Beauvais, Pair de France etc.*

*Lequel Guy de Villers en son viuant apres avoir restauré l'Eglise de ceans, fait plusieurs autres biens ; et dauantage auoir fait l'acquisition de la terre et Seigneurie de Boisville, a fondé un Obil qui se dit par chacun an à treize fois ; sçauoir les premiers Samedys de chaque mois, et à tel jour qu'il deceda de ce monde, qui fut le vingt-troisiesme jour de Iuin l'an de grace mil cinq cens trente-six. Priez Dieu pour son Ame.*

*Abbatas commendatarii.*

XLI. Joannes a Lotharingia, S. R. E. cardinalis tit. Sancti Onufrii, vi, ac monachis renitentibus, abbatiam retinet in commendam.

¶ XLI. Georgius de Narbonne per ultroneam Joannis cessionem.

XLII. Franciscus de Tournon, episcop. cardinal.

XLIII. Odettus de Colligny, vulgo de Chatillon, Calviniana hæresi infectus : quapropter eo expulso.

XLIV. Carolus de Bourbon de Vendôme, administrationem sortitur anno Christi 1569.

XLV. Carolus de Bourbon de Vendôme, præfati Caroli nepos,

XLVI. Franciscus d'Espinay, dominus de Saint-Luc, proventus, Stephano Auxdents œconomo, sibi vendicat.

XLVII. Franciscus de Monceaux de Villers-Hodanc, abdicante Francisco d'Espinay, rebus Flaviacensibus potitur. Equitis abbatis, quoties subscribere, nomen usurpabat.

XLVIII. Carolus de Monceaux, cui Franciscus germanus abbatiam, servata sex millium librarum pensione, transmittit.

XLIX. Franciscus de Tiercelin de Brosse. Caroli de Monceaux ex nepote pronepos.

Anno Domini 1644. Augustinus Potier episcopus Belvacensis, morum gravitate, pietate, doctrina clarissimus, cum prece, tum minis, et auctoritate, regulæ Benedictinæ observantiam, accitis ea de re monachis congregationis Sancti Mauri, instauravit, quæ, Deo afflante, viget hodieque. Unde præsul ille memoriam consecutus est immortalē.

(\*) CAP. XIV. — *Exstructis itaque inibi ædiculis prope ecclesiam.* Sæpiuscule id actitatum tradunt auctores quam multi, Guiberti matris non modo tempestate, sed et plura ante sæcula : cujus rei Chronicon Besuense amplissimum suppeditat monumentum, epistolam videlicet Adalsindæ antistitæ, qua et seipsam, et quidquid possessionis suo erat monasterio, Besuensibus contradidit, et juxta ipsorum ecclesiam habitavit. Enillam primum evulgamus.

« Domino sancto et in Christo amabili fratri Waldaleno, Adalsinda abbatissa.

« Dum malorum hominum vexata injuriis, et variis adversitatibus ibidem stare non possem, inde ego et germanus meus Adalricus, vobis et fratribus vestris petivimus, ut ad monasterium Sancti Petri habitare sub regula vel ordine in Dei nomine deberem ; quod et vos pro charitatis studio concessistis. Ideo monasterium Dornatiacum, in honore sancti Martini situm, quod genitor meus Amalgarius, et Aquilina mater mea construxerunt, et ei maximam partem de suis facultatibus delegaverunt, hoc recipere in Dei nomine debetis cum villis ad locum pertinentibus, et omnibus universaliter appenditiis suis ; villam scilicet Assonam, villam Parniacum, Potentiacum, et medietatem, quam in Balatonna genitores nostri tenuerunt. Reliqua vero, quæ ad ipsum monasterium Dornatiacum genitores nostri delegaverunt, a die præsentis in Dei nomine recipite. Et de villa Montaniaco quod genitor noster Amalgarius, et Amoloaldus de fisco pariter promeruerunt, portionem nostram a die præsentis in vestra dominatione revocate, ut nec ego, nec quislibet de parte nostra, ulla apposita persona, adversum vos de supradictis rebus calumniam ac laborem generare præsumat. Si qua vero fecerit, conferat una cum sacratissimo fisco auri libras xx, argenti pondo quinquaginta.

« Actum publice Fonte-Besua monasterio, in Dei nomine. Ego Adalsinda hanc traditionem nostram subscripsi. Aga monacha jussu dominæ meæ Adalsindæ subscripsi hanc donationem. S. Dagnius. S. Munulfus presbyter. S. Victor. S. Proculus. S. Walibertus. S. Landebertus. S. Trasgarius. S. Rogitus. Ego Allo hanc traditionem scripsi et dictavi, anno ab Incarnatione Domini 1152, indictione x epacta VI, Clothario rege regnante in Francia, primo anno regni ejus ; venerabili viro Donato Besonticam sedem tenente, die Mercurii proximo ante medium mensis Febr. »

Biographus S. Godefridi Ambianensis lib. 1, cap. 27 : « Adelheidis Cociaci vicecomitissa, liberalitatis et castitatis multa præclara de se præbuit exempla.

Ea facultatibus suis magna ex parte in pauperes, et pupillos, et ecclesias erogatis, contemptis mundi pompis, Novigentum venit, atque illic in multa puritate et sanctitate vitam egit. » Dum scilicet abbatis munere fungeretur sanctus Godefridus. Chronicon Beccense in calce Operum B. Lanfranci, ad ann. 1089 : « Tempore sancti Anselmi abbatis Becci tres matronæ nobiles dederunt se in subjectionem Becci, videlicet Basilia uxor Hugonis de Gornaco, et Amfreda neptis ipsius Basilie, et Eva uxor Guillelmi Crispini, » etc. Quod vero refert Gilbertus Crispinus in vita beati Herluini pag. 35 (post Chronicon Beccense) non potes non mirari : « Simili se inibi, inquit, propter Deum servituti nobilis mater ejus (B. Herluini) addixit et concessis Deo prædiis quæ habebat, ancillæ fungebatur officio, servientium Deo pannos abluens, et quidquid injungebatur extremi operis accuratissime agens. » His non absimile altero post sæculo factum Jauserrannæ nobilissimo loco natæ, hic in gratiam antiquitatis studiosorum adjiciam :

¶ Sciant præsentis et discant posteri, quod anno Incarnationis Dominicæ 1223, mense Maii xii Kalendas Junii, Ego Jauserranna filia quondam Domini Guillelmi de Medullione, uxor quondam Bernardi de Sancto Saturnino, dedico meipsam Deo, et monasterio Sancti Andreae, et ecclesie beati Laurentii de Barreto; et pro salute animæ meæ, et parentum meorum, idono et offero eidem monasterio, et eidem ecclesie Sancti Laurentii quædam de bonis meis paternis, positus in castro de Barreto inferiori, intus et extra, cætera filiis meis relinquens B. et W. et B. sponte, non coacta, non suasionibus alicujus, vel aliquorum seducta, pure, et sine conventionem et conditione aliqua, in perpetuum donatione irrevocabili facta, dono inquam, septem mansiones hominum, et eorum successorum et ipsos homines. » Et aliis interjectis : « Quæ omnia superius dicta, et nominata, prædicti fratres filii prædictæ Jauserrannæ promiserunt ita attendere, servare, et contra ullo tempore non venire domno Bermundo abbati Sancti Andreae, et priori ecclesie dictæ Sancti Laurentii; et tactis sacrosanctis Evangeliiis juraverunt. Et insuper ego Jauserranna prædicta professionem emitto, et me imperio et mandato domni Bermundi abbatis, et ejus successoribus subjicio, et in manu Calverii, de mandato ipsius domni abbatis, me absque proprio vivere promitto; promittens etiam me obedientiam et continentiam quantum permiserit divina gratia, servaturam : et habitum monachalem suscipio, et quandiu vixero, secundum regulam beati Benedicti vivere promitto, et tempori probationis renuntio.

« Et ego Bermundus abbas prædictus professionem a te, Jauserranna, emissam recipio, et tibi monachalem habitum concedo.

« Et ego Raymbaudus de Kalma major dominus castri de Barreto inferiori, donationem seu oblationem supradictam consensu meo et voluntate factam

A a te, domina Jauserranna supradicta, monasterio Sancti Andreae, et prædictæ ecclesie Sancti Laurentii approbo, et in perpetuum laudo; et confirmo filiis tuis in præsentia mea constitutis. Ad majorem memoriam rei et robor in antea valiturum, hanc chartam feci sigilli mei munimine roborari. Et omnes nos fratres prædicti, filii dominæ Jauserrannæ prædictæ, de mandato ipsius hanc chartam donationis seu oblationis prædictæ sigilli nostri munimine roboramus. Actum est hoc subtus ecclesiam beati Laurentii in prato ipsius ecclesie, præsentem domino Raymbaudo de Kalma, et Joanne de Andusia, monasterii Sancti Andreae operario, et B. Laurgerio priore de Salto, et Rainardo, et Joanne Bertrando monachis, Hugone de Pino, Raymundo, et Willelmo de Pino fratribus, Bertranno de Pennis, milite, » etc.

Et hoc quidem monumentum chartophylacii abbatiæ Sancti Andreae secus Avenionem, Dominus Claudius Chantelou sodalis meus, rei antiquæ peritus indagator, dum his in regionibus ageret, excerpit, mihique amice suggestit.

(<sup>88</sup>) CAP. XIV. — *Et sutulari partusuris incorrigibilibus terebrato*. Hoc est calceo, sive calceis omnino detritis utebatur. Partusuram autem vel pertusuram a verbo pertundo derivari conjicio. Sanctus Rogerus abbas Ellantii in hunc modum sese gerebat : « Sotulares tandiu frequenter portabat foratos, donec stramen per soles exiret. » Ejus Acta cap. 7 ad diem 4 Januarii apud Bollandum. De hac voce *sutularis* varie scriptores : quidam *subtalaris*, *sutalaris* alii, nonnulli *sotularis* exarant. In Vita sanctæ Gudilæ virg. cap. 2 : « Dimidiis utebatur subtalaribus, ut superior pars pedum videretur. » Auctor Vitæ S. Eguini episc. Vigornensis cap. 4 : *Sotulares*. Joannes S. Odonis biographus l. II post. med. : *subtulares*. Ordericus Vital. Hist. lib. v, pag. 591, *subtulares*; pag. 596, *sotulares*. Quibus *sotulares* sive *sutulares* pro calceis vel tegumento pedum usurpari clarum est.

(<sup>89</sup>) CAP. XV. — *Prosulas versiculosque componere*. Superest solummodo prosa, seu (ut vocant) Sequentia de Sancto Geremaro (quæ etiamnum in ejus die festo decantatur) cum hac epigraphe : « Sequentia in festo sancti Geremari, quam dominus Guibertus hujus ecclesie monachus dictavit ingenio suo. Sic incipit :

*Adest præcipua,  
Fratres, materia,  
Diei consona  
Date præconia, » etc.*

Quid Prosa, quid Antiphonæ. docet S. Isidorus lib. I. Orig., cap. 37, et lib. VI, cap. 19.

(<sup>90</sup>) CAP. XVI. — *Multas enim invidentias, etc., patiebar*. Unde sibi temperare nequit, quominus sapuscule suis in scriptis facessita sibi repetat negotia: potissimum vero id initio cujusque libri Commentariorum in Genesim, nec non epistola ad Odonem

Sansymphorianum abbatem libro De pignoribus A sanctorum præfixa:

(<sup>86</sup>) *IBID.* — *Cujus nomen et pignera.* Subuculam seu camisiam ejusdem gloriosæ Virginis (cujus gratia celeberrimum est Carnotense delubrum) hisce verbis intelligi existimo.

(<sup>87</sup>) *CAP. XVII.* — *Nullis impressa tabulis.* Conceptos animi fetus olim solemne scriptoribus erat in tabulis cereis sive pugillaribus stylo exarare; ac postmodum ubi ad limam et incudem eos revo- carant, exscribebant in membranis: exstat exem- plum in fine vitæ sancti Bonifacii Moguntini au- ctore sancto Vilibaldo, ab Serrario [evulgatæ: « Ego Wilibaldus episcopus, etc., Vitam et passionem Bo- nifacii conscripsi, primum in cereis tabulis ad proba- tionem Lulli et Megengaudi. Post eorum examen in pergamenis rescripsi, » etc.

¶ *14* Locum vero, ubi olim monachi scriptioni operam dabant, scriptorium solere nuncupari, præter innumera antiquorum testimonia, perhibet vetustis- simus Liber Sacramentorum nostri Corbeiensis monasterii, tit. *Oratio in scriptorio*, quæ sic exprimitur. « Benedicere digneris, Domine, hoc scripto- rium famulorum tuorum, et omnes habitantes in eo: ut quidquid divinarum Scripturarum ab eis lectum vel scriptum fuerit sensu capiant, opere percipiant. Per Dominum, » etc.

(<sup>88</sup>) *CAP. XXI.* — *Signo crepitante.* Apertius quid eo loci innuere velit auctor, explicat ipse cap. 23 sive 24, pag. 486. C. « Ad convocandum aliorum conventum tabulam ex more percutiunt. Ista si- quidem disciplina continuo ad nostra tempora, præ- ter nolas et campanas in usu monasteriis fuit, tabulis seu malleis ligneis, cœnobitas ad privata quædam exercitia convocari, vel excitari a somno. Vitæ Pa- trum lib. v, libel. 17, n. 20: « Percute signum in cella fratrum, ut congregent se hic omnes. » Cas- sian. lib. iv de Inst. renunt, cap. 12. « Cum soni- tum pulsantis ostium, ac diversorum cellulas percuen- tientis audierint, ad orationem scilicet, seu ad opus aliquod invitantis, certatim e cubiculis suis unus- quisque prorumpit. » Adolius Tarsens. in Vita Patrum cap. 14: « Tempore consueto excitatorio malleo pulsabat cellas omnium, » etc. Lanfranc. Decret pro ord. S. Benedicti, cap. 9: « Cura (infirmario) de administranda tabula, quam ex more prior percutit, » etc. Et cap. 23, de ægrotantibus morti proximis: « Cumque eum jam in exeundo viderit laborare, gestans manu tabulam, ad ostium claustrum currat, ictuque creberrimo acriter eam percutiat, quousque in conventu auditum esse cognoscat. » Declarationes Patrum cong. Sancti Mauri in regulam S. Bened. cap. 8: « Fratres omnes malleoli strepitu ostiatim excitabantur. »

(<sup>89</sup>) *IBID.* — *Ut monastici moris est, cilicio suppo- situm.* In extremis positos vitæ asceticæ professos, cilicio cinerique imponi nil usitatus olim; quo Filii Dei e cruce ad gloriam transeuntis propius imita- rentur exemplum. » Decret. B. Lanfranci loco

A proxime citato: « Ægro in agonia posito, frater qui ad hoc deputatus est, cilicium expandat, et supra illud mensuram longitudinis, quam ipsum cilicium habet, signum crucis de cineribus faciat, morien- temque fratrem desuper ponat, » etc.

Quid vero moris fuerit in congregatione Clunia- censi tempore B. Hugonis, caput 26 statut., ex- primit; quod subijcere (etsi prolixius) haud erit ingratum, utpote plurima continens notatu dignis- sima:

*De obitu fratris et sepultura.*

« Frater qui se, infirmitate ingravescente, senserit in proximo ab hoc sæculo migraturum, de omni conscientia sua domno abbati vel priori confiteatur; et si in capitulum vult ire, ostendit priori vel per se, vel per infirmarium; et postea adducunt eum duo fratres inter manus, si est adeo infirmus, et petit veniam, reumque se de multis negligentis contra Deum, et contra illos confitetur. Absolvit eum prior, et cunctis respondentibus. Amen, ipse cunctos si quid contra eum deliquerint, absolvit; omnesque de suis sedibus altius inclinant. Postea reducitur; reductus rogat ut oleo infirmorum ungetur, et tunc collocatur in lecto tali, id est terram demisso, ubi fratres possint undique circumstare. Tunc prior qui tenet ordinem, innotescit armario, et armarius præ- videt omnia ad hoc necessaria; scilicet sacerdotem, quem indui facit alba et stola, et conversos, qui deferant aquam benedictam, crucem, et candelabra, et ipse portat oleum. Tunc paratis omnibus præcedit processio, et subsequitur sacerdos, et per anti- quam consuetudinem totus conventus, imposito quinquagesimo Psalmo, et postea, si opus fuerit, adjunguntur, etc. »

Aliquanto post sequitur:

« Interim sacerdos hoc modo facit unctionem. Pollicem oleo illinit, et cum pollice signum crucis imprimit super utrumque oculum ita dicendo: *Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti per visum.* Super utramque aurem; *per auditum.* Super utraque labia; *per gustum.* Super nasum, *per odoratum.* Su- per manus; *per tactum.* (Et frater conversus est interius, si sacerdos exterius) super pedes; *per in- cessum.* Super inguina; *per ardorem libidinis.* Quo facto lavat manus, et prius in cinere confricat: olim istud fiebat in crustis siliginei panis; et hæc levatio non nisi in igne, vel in loco mundo et abdito solet effundi. Tunc, si infirmus non communicatur, ab ipso sacerdote dicuntur omnes hæc collectæ, præ- missis his capitulis: *Salvum fac servum tuum,* etc.

« Postquam in ecclesiam venerint, unum de quo- tidianis calicibus in armario accipit vel ipse sacer- dos vel armarius (prius tamen lotis manibus), et vinum et aquam ac si missa cantari deberet, infundit. Tunc sacerdos ad majus altare, super quod Domini corpus servatur, accedit, et prius quam accipiat, incensat; postmodum accipiens, frangit su- per ipsum calicem; et illam partem, ¶ *15* quam

allaturus est, super calicem tenet, aliam in pixide reponit; et tunc ab armario tam manus sacerdotis, quam ipse calix linteolo mundissimo cooperiuntur. Si tunc conventus in choro est, quando discedit ab altari, totus veniam pro reverentia Dominici corporis petit. Similiter ubicunque viderint eum fratres transeuntem faciunt. Interea curatur ut infirmi bucca lavetur recepturi ipsum Dominicum corpus. Prius autem quam recipiat, *Confiteor* dicitur, et fratribus in commune *Miscreatur vestri* respondentibus; solus sacerdos prosequitur: *Indulgentiam et remissionem omnium peccatorum tuorum*, etc. Ipsum autem Domini corpus in vino aquæ permisto intingitur. Quo epotato ebibit quoque ablutionem calicis, et si potest ablutionem digitorum sacerdotis, et adhuc calicis, si non potest, alius ebibit. Adhibetur quoque illi crux a sacerdote, ut eam adoret et osculetur. Osculatur etiam quasi ultimum vale facturus; primo sacerdotem, deinde omnes fratres, et per antiquam consuetudinem, ipsos quoque pueros. Redit conventus.

Postquam autem frater ad hujusmodi venerit infirmitatem, adhibetur ei unus famulus, qui non habet aliud facere, nisi ut obsequatur infirmo; sed et in nocte famuli omnes qui sunt in infirmaria diligenter excubant, ne obitus ejus improvisus eveniat. Crux est contra faciem ejus affixa, et lumen cerei usque ad claram diem non deficit. Si quis frater est ita religiosus, cui hoc singulari libuerit affectu, ut ipse quoque remaneat cum infirmo excubans, libenter ei prior acquiescit. Famuli qui sunt in talibus multum exercitati, multum opperiti, cum viderint jam ejus exitus horam imminere, cilicium ad terram expandunt, et cinerem in crucis modum spargunt, infirmum de lecto levatum in cilicium ponunt. Deinde infirmarius debet priori notificare quod ille frater sic est prope suum finem. Prior vero, si æger habuerit memoriam, præcipiet alicui fratrum, ut legat coram eo passiones: si autem non habuerit, præcipiet duobus, vel quatuor, ut indesinenter ibi cantent psalmos, donec notum sit et pateat animam de corpore jam egressuram sine longa mora. Quod cum viderit famulus, qui bene doctus et usitatus in tali officio est, tum demum arreptam tabulam debet fortiter, et cum festinantia multa, percutere in claustro ante gradum dormitorii: prius, si nox est, accensis lucernis in claustro infirmariæ, et per aditum per quem itur in infirmariam, » etc. Hactenus liber ms.

Locum in quo moribundi corpus deponi solet, describit Petrus Venerab. De Miraculis cap. 19. « Habetur autem (Cluniaci) in domo media (infirmorum) locus unius corporis capax, ad hoc aptatus, ut fratres ibidem in cinere et cilicio compositi, extremum Deo spiritum reddant, » etc.

Addit et ille eodem lib., cap. 4, morem hunc esse Christianorum et « maxime monachorum » qui utique scriptis verbisque non modo, sed potissimum ubi ad altiora evecti Ecclesis præsiderent, actutum homines ad severiores rigidioresque antiquorum

A Christianorum mores allicere conabantur (quod scite observavit doctus admodum Joan. de Launoy) « ut conformes fierent imaginis Filii Dei (*Rom.* VIII, 29), » etc. Apostolus: Siquidem « dura et aspera, per quæ itur ad Deum, propter emendationem vitiorum, et conservationem charitatis, » plane eos qui Christo dedere nomen condecet, ait cap. 58 et in prologo regulæ sanctus Benedictus, « Arctissimæ Vitæ magister optimus, » a Magno Gregorio dictus, lib. IV in libro Reg. cap. 9.

Hinc in scholis monachorum qui cum pietate, tum litteris imbuebantur, alte adeo in mente retinebant quæ visu ac usu didicerant, ut postea toto vitæ curriculo ea suis moribus exprimerent. Omnium vice fuerit Ludovicus Grossus Francorum rex, quem a puero pater Philippus Sandionysianorum monachorum disciplina educandum obtulerat; quo Christianissimus juxta et prudentissimus, sapientissimus evasit, teste oculato Sugerio in ejus vita. Quod demum pille ille rex morti proximis religionis specimen reliquerit, indigitat idem auctor eo loci: « Qui ut erat in consiliis providus, sibi ipsi consulens, etc. Hoc unum totum animi affectu præoptans, apud sanctos martyres protectores suos Dionysium sociosque ejus, se quomodocunque deferri, et ante sacratissima eorum corpora, regni et coronæ depositione, coronam pro corona, pro regalibus et imperialibus ornamentis humi beati Benedicti monasticum ordinem profiteri. Videant, qui paupertati monasticæ derogant, quomodo non solum archiepiscopi, sed et ipsi reges transitoria vitam æternam præferentes, ad singularem monastici ordinis tutelam securissime confugiunt. » Et infra sub finem. « Præcipientes ergo tapetum terræ, et cineres tapeto in medium crucis deponi, ibidem manibus suorum depositus, signo sanctæ crucis præsentiam suam muniens, etc., spiritum emisit. » Ita tomo IV Hist. Franc. And. Duchesne.

(<sup>60</sup>) CAP. XXIII. — « Ad abbatem monasterii, quod vocabatur de Bello. » Sic autem vocitatum a bello in quo vicit Haraldum Guillelmus Conquestor, ad littus Sussexianum. Refert Fundationis diploma Seldenus Notis ad Eadmeri Hist. novorum, p. 165. « Guillel. Dei gratia rex Angl., etc. Notum sit vobis me concessisse ac confirmasse, assensu Lanfranci archiep. Cantuariensis, etc. ut, ecclesia S. Martini de Bello, quam fundavi ex voto ob victoriam quam mihi Deus in eodem loco contulit, libera sit et quieta ab omni servitute, » etc. Eam eximi vult ab omni prorsus tam laicali, quam episcopali jurisdictione.

(<sup>61</sup>) *IBID.* — *Missa ad beatam Mariam et de ipsa quotidiana.* Laudatissima sane consuetudo in monasteriis Benedictini ord. ab antiquo recepta, missam nimirum quotidie hora sexta matutina ad Virginis Deiparæ honorem decantare. Chronic. Beccense page 17.

(<sup>62</sup>) CAP. XXIV. — *Cucullum.* Sive cuculla et cucullio. Est quoddam capitii operimentum, ab aucto-

re verbo corrupto *capero* appellatum, Gallice *chaperon*. De quo noster Menardus ad cap. 62 Concord. regularum. Quare isthoc vestimenti genere utantur cœnobitæ lege ibidem page 887. De cuculla item, ac diversa usurpatione latissime nec inrudite Benedictus Hæften. Disquisit. monastic. tract. 3, disquisit. 1.

(63) CAP. XXVI. — *Ad Lisiardum Belvacensem archidiaconum, avunculum meum*. Cui epistolam 92 inscripsit Ivo Carnot. Num vero is ipse Lisiardus postea episcopatu Suessionensi donatus fuerit, scrupulus movet animum; imo duos hac eadem tempestate synonymos exstitisse, alterum Bellocensem archidiaconum, de quo hic fit mentio, alterum ex præposito Suessionensi ad ejusdem infulas evectum, statuendum videtur, quando quidem auctor noster eo loco, et infra l. III, c. 11, atque in præfatione Hist. Gest. Dei per Francos, ne verbulo quidem Lisiardum Suessionem sibi propinquitate conjunctum, sed potius non ita notum aut familiarem innotescit.

#### AD LIBRUM SECUNDUM.

(64) CAP. I. — *Vocatur siquidem Novigentum*. Næ ego equid de lugendo illo monasterio proferam? quippe non semel idipsum rabies Calvinistica labefactavit, diripuit, vastavit: quin etiam abbates ipsi commendatarii nefanda hæresi hac infecti, sæculares viri conjugio copulati, quæ facultatum restiterant dilapidavere, cartas tradidere vel igni, vel amicis, parentibusve, quo redditus Deo sacri facilius suis possessionibus qua fas qua nefas adjungerent. Cæteræ vero schedæ atque instrumenta, adeo supina oscitantia fuerunt in monasterio derelicta, ut sub impluvio corrupta, corrosave a blattis ac tineis exstent modo: cura nihilominus permaxima, ingenti labore ac studio R. P. Domnus Simeon Maubailard nostræ congreg. illo in cœnobio prior, vir non mediocriter eruditus, chartarum reliquias, quæ ab ex-cidio tanto evaserant, eripuit. Earum nonnullas nostris observationibus inseremus infra.

Porro plura Novigenta notis ad vitam B. Bernardi Tyron. recensuit page 246 doctus Souchetus.

(65) IBID. — *Apud Anglos ante Incarnati Verbi, etc.* Si mira tibi quæ hocce toto capite attextit auctor, videantur, caveas tamen ipsi velim notam vel inscitiam, vel fraudis, aut calumniæ inrurere. Namque licet altum apud scriptores cum sacros, Lucam apostolicum præcipue, tum sæculares, ac præ cæteris qui de Britannicis scripsere rebus, fuerit silentium; et animus nonnulla credere hujusce narrationis quodammodo refugiat, quæ litteris ille a majoribus consignata reperit cum aperiat nude, quid, amabo, criminis, culpæ quid commisit? plane nihil. Etenim ea minime tanquam indubitata fidei credenda proponit. Historica sunt; absurdi nihil, neque aperte falsi præ se ferunt, sufficit. Imo testis oculatus cuncta sepulcro, aliisque vetustioribus quæ remanserant monumentis quadrare attestatur Guibertus: « Quædam autem sunt, ait ipse, in eadem Ecclesia litterarum metro

A compositæ, quibus ego nulla adniterer auctoritate, nisi quædam quæ plurimum roborant fidem viderem hodieque constare. Quæ historia sic se habere secundum scripturæ seriem traditur, » etc. Viden illum prout istis versibus tradita, haud veluti certis certiora scriptis mandare? In fine capituli item, ubi de sacris reliquiis a Quilio rege Novigentum advectis egit, hæc subinfert: « Inde Deo post tempus plurimum procurante exempta capsula, et a quibus nescio fidelibus, vetusto opificio auri pretiosi bracteis ad-operta ad nostri temporis devenit intuitus, et antiquis hucusque præbet testimonia nova relatibus. Itaque loci illius sic perhibentur sese habuisse initia. »

B Sat ergo est, a Guiberto relatis fidem adhibere tantam, quantam et cætera merentur ab aliis bonæ notæ scriptoribus ad posteros traducta. Nonne permulti, ipsique gravissimi auctores scriptis intersuere historias velut ab aliis acceperant, seu interlegendo didicerant? Testes SS. Gregorius Magnus libris Dialog.; Gregorius Turon. De gloria confessorum et alibi, atque ævo Guiberti Venerab. Petrus Cluniac. abbas, libro De miraculis.

Præterea in Britannicæ regionibus tot propemodum exstitisse regulos, quot erant urbes munitissimæ, nemo nescit; non mirum igitur si nullam de Quilio habeant mentionem Britannicæ scriptores.

C His itaque præmonitum te volo, lector erudite, ne tanti viri auctoritati detrahas, quando non nihil, quod animo fortean hærendi præbeat occasionem, offenderis, et inde parvi facias fide dignissima; quinimo quæ retro sæculis auctorem præcessere, seu quæ ipsi fuere 617 præ oculis, et quæ sua evenere tempestate, valeas habere delecta.

(66) IBID. — *Castelli ergo nulla antiquitas*. Graphice Codiciacum ad mentem auctoris describit Papius Masso, in Descript. Franc. per flumina: « Codiciacus est locus situ alto atque eminenti, et naturaliter munito ac despicienti undique subjectam planitiem admodum fertilem, quæ sumen terræ dici potest. Codiciacum nemo quod sciam appellavit, qui ante Flodoardum vixerit. In finibus autem Laudunensis urbis et episcopatus collocatus est, et finibus Viromanduorum continetur. »

D (67) IBID. — *Fluxio, quem supra diximus Aquila, etc.* Vulgus nunc *Elette*, et *Ailette*, antiquitas vero *Aiglette* appellat.

(68) IBID. — *Si feminæ nondum natæ quæ Deum et hominem esset genitura*. Similis de insigni illo Carnotensi templo traditio est, quod nempe a Druidis ante Verbi Incarnati adventum *Virgini parituræ* fuerit dedicatum. Qua de re statuendum habeo nihil.

(69) CAP. II. — *Castelli autem ipsius sub florentissimis principibus, etc.* Codiciacensium dominorum historiam texuit Andræas Duchesne: quorum si quid scire peroptas, hunc adi, faciet satis.

(70) IBID. — *Humiliarensi monasterio præerat*. Historiam sive seriem abbatum monasterii hujus

observationibus nostris intexere actum agere viderer; siquidem in hoc argumento ample ac pererudite laboravit nostras Claudius Hemeræus doctor, dum adviveret, Sorbonicæ societatis, Historia, cui titulus, *Augusta Viromanduorum illustrata*, pag. 65, et a pag. 94 ad 99.

Verum ne penitus jejunum legentis animum relinquam, paucissima ex pag. 65 apponere visum est: « Ad ipsos pene muros Augustæ (S. Quintini) monasterium Humolariense, Eligio regente cathedram Noviomensem, mira nonnarum sanctitate inclaruit, tum vero maxime, cum est præfectura ejus Hunegundi virgini commendata. Hæc orta Lambaidis domicellis, binis milliaribus ab Augusta, etc. Scripsit ejus vitam Bernerus abbas, et chorographus reformationis ejus loci, sub Alberto Pio comite Viromanduorum, an. 948 ejectis nonnis, quæ a regula defecissent. » S. Hunegundis Vitam inter Surianas sanctorum Vitas, die 25 Augusti: Præceptum vero Ludovici Ultramarini, de inducendis monachis in cœnobium Humolariense, sanctionalibus expulsis, nec non diversas quæ ad id spectant monasterii chartas reperies in regesto ad calcem præfatæ hist., pag. 29 et seq.

(71) *IBID.* — *Henricum cœnobiolo etiam præfice rent.* Quod Henricum tribus asceteriis præfectum audias, minime tibi suadendum est, eorum redditus ac substantias in privatam utilitatem usurpasse, quasi sacrilegii labe ac peste, atque obstinata ea malignitate laborasset, quæ et subsequuta sæcula adeo infecit, ut quamcunque medicinam hactenus respuisse, vicisseque videatur; nempe nefanda illa, regum principumve concessione, abbatiarum ecclesiarumque reddituum in laica sive sæcularia beneficia divulsio; contra vero hæc onera sibi poni patiebatur, eaque lubens subibat, exempla subsequuta præclarorum religione et sanctitate archimandritarum, Benedicti Anianensis, ac Guillelmi Divionensis sive Fiscanensis, qui canones monasticos, ætatis vitio deformatos, ad antiquum nitorem revocarunt.

De priori, Ludovici Pii imp. diploma tom. II Concil. Gal., et epistola Patrum Indani monasterii ad monachos Anianenses in calce Vitæ, quæ opera ejusdem S. Benedicti præcedit.

De sancto Guillelmo Chronicon ms. Besuensis monasterii cujus et abbas fuit: « Verum quia super gregem sibi commissum solerti vigilavit cura, divina promeruit gratia de fructu operum suorum in hac gaudere vita: nam regularem disciplinam, quæ jam deciderat per veterum negligentiam, prout sanctus Benedictus eam composuit in pristinum statum corrigendo restauravit, ac per diversas mundi partes, per plura monasteria a regulari tramite devia, tam per se quam per suos, quos abbates ordinaverat, monastico ordini subdidit. » Et infra refert qui rogatu Richardi Northmannorum ducis regimen susceperit abbatia Fiscanensis. Item aliis interjectis: « Robertus etiam rex abbatiam S. Germani apud

A Parisios precatus est prædictum Patrem (Guillelmum) ut susciperet, et secundum regularem institutionem ordinaret, quod et fecit. Nec non et Odo comes pari devotione locum S. Faronis in urbe Meldarum, eidem commisit venerabili Patri; sed et honorabilis præsul Metensis Ecclesiæ Theodoricus Gorsiensem abbatiam eodem zelo Dei commendavit illi, » etc. Denique S. Benigni Chronicon calamo exaratum, in Brunone episcop. Lingon. « Dominus autem Bruno considerans Patrem Willelmum ita ferventem in religione ac monastica institutione, et loca ei commissa de die in diem in melius proficere, omnia in suo episcopatu monasteria ipsius delegavit, providentiæ, » etc.

(72) *IBID.* — *Et San Quintinensis de Monte, etc.*

B In monte, ab urbe Perona primo lapide, disparato, collocata est abbatia S. Quintini; est enim alia S. Quintino sacra Augustæ Viromanduorum, vulgo, *l'Abbaye d'Ile*, seu *de l'Ile*, abbatia S. Quintini in Insula, sic nuncupata, quod antequam urbs eadem a Philippo II Hispaniarum rege caperetur, secus Somonam fluvium exstaret: nunc vero media in urbe Augustæ Viromanduorum. De qua Sigebert. ad an. 964.

Monasterii Sancti Quintini de Monte, solo ab Northmannis adæquati, nullæ nobis superstites sunt primævæ foundationis notæ, præter litteras Adalberti Viromanduorum comitis: e quibus instaurationem pariter et aliquantulum originis ejusdem cœnobia notitiam percipere est.

C « Ego Adalbertus comes notum esse volo tam presentibus quam futuris, in meo Virodunensi comitatu ab antiquo tempore exstitisse ecclesiam in honore sancti Quintini martyris dedicatam, in monte sitam, juxta vicum Peronam, quam quondam Dagoberti regis auctoritate, Erchenaldi præfecti donatione, sancti Eligii pontificis benedictione, Ultanus quidam genere Scotus, professione monachus, ecclesiasticis sanctionibus, ac monasticis instituit institutionibus, abbatis honore functus; post cujus vitæ excessum, incuria, ac barbarorum insectatione ad tantam desolationem ipsa pervenit ecclesia ut vix rara antiquæ habitationis apparerent vestigia.

D « Hanc igitur pro meæ remedio animæ, prædecessorum sive hæredum meorum salute, divina compunctus inspiratione, jussi a fundamento reædificare, et abbate constituto, cum consilio fidelium meorum, abbatiam studui dotare; sicque in perpetuum ratum, et inconvulsum permanere.

« Hujus autem dotis res hæc sunt: In pago Virodunensi villula una, quæ dicitur Aisilcourt; et in ipso pago, in villa Curticulus nuncupata, mansi septem, et medieta ecclesiæ de Duriaco, apud Castellum Nigellum super fluvium l'Ingon, pontem cum terra appendente ibi. In Tegeri hamo mansi duo; et in villa quæ dicitur Sanctæ Radegundis, mansi tres. In vico medieta capellæ Sancti Quintini, cum quatuordecim hospitibus. In villa Alania, super

fluvium Halle, duodecim hospites, cum terra colenda, et prato uno. Ad ecclesiam ejusdem montis respicit villa, quæ vivarius, cum suis adjacentibus, super fluvium Grinsionem. In villa, quæ Douin vocatur, molendinum unum, cum tertia parte prati ibi appendentis. In pago Suessionico, in villa quæ Allemans vocatur, tres mansi, cum curia indominicata.

« In his ergo domino sancto Quintino martyri datis rebus, nullus hæredum vel propinquorum meorum, non comes, nec vicecomes, nec ejus liberæ ingenuitatis homo, aliquid amodo accipiat causa consuetudinis, seu advocacionis, non bannum, non justitiam, non districtionem, nisi fideli precatu ipsius abbatiæ abbatis. Quod qui infringere præsumperit, pro suæ temeritatis ausibus ternis subiaceat maledictionibus, et publicis coactus resipiscere teneatur legibus. Cujus actionis testes laudatores confirmarunt :

« Ego Adalbertus comes, qui jussi fieri, confirmavi

« S. Heriberti com. S. Vidonis com. S. Philberti. S. Luntberti. S. Walchisi. S. Odonis. S. Ivonis. S. Boslevi S. Walcelini. S. Amalrici. S. Walneri. S. Odonis. S. Macharii.

« Ego Leudolphus Wermandensis ac Noviomensis Ecclesiæ episcopus subscripsi, confirmavi.

« Actum in curia Sancti Quintini die passionis ejusdem. »

Subjicienda præterea est abbatum brevis chronologia e vetustis ejusdem cœnobii chartis ac rudibus ab erudito æque ac facundo R. P. domno Stephano le Gris, nunc nostræ congregationis priore meritissimo, deprompta; et, ne institutum nostrum prætergrediamur, breviori quo poterimus stylo eam contrahemus.

*Chronologicum abbatum monasterii Sancti Quintini de Monte summarium.*

Protoabbas sanctus Ultanus, in Hibernia regio sanguine procreatus, eximia tum sanctitate, tum etiam monasticæ disciplinæ peritia illustris, anno reparatæ salutis 643 abbatiæ Sancti Quintini Montensis ab Erchenaldo Viromanduorum comite præficitur; quemadmodum ex præfatis Adalberti litteris perspectum habetur.

Ad superos excessit anno Christi 686.

II. Eyraldum, instaurato monasterio, in abbatem assumptum, eadem signant litteræ anno æræ Christianæ 943. Verum enimvero pauco post tempore (sic nimirum vicissitudini atque detrimento terrena subsunt **619** universa) rursum eo usque decidere a pristina instauracione ædificia, ut cellæ nomen, nedum abbatiæ titulum præferret. At Robertus urbis Peronæ præfectus religione præclarus (qui id loci jure beneficii possidebat), obtentiâ a Roberto Francorum rege litteris, inique possessores facultatum monasterii ablata restituere cogit, ac postmodum suis sumptibus cœnobium resarcit (neque

A prædia facultatesque monachis desse voluit) anno videlicet 1028.

III. Balduinus ex nobili comitum Flandriæ Namurcique prosapia clarus 1028.

IV. Walteranus obiit 1040.

V. Walteranus II, anno 1040. *Hujus Ecclesiæ (fert Necrologium) sapientissimus ordinator, et a fundamentis ædificator.* Verum piæ peregrinationis gratia cum Romam venisset, inibi vitæ finem imposuit, et corpus sepeliendum reliquit.

VI. Gaudefridus, 1058. Eum commendat in hunc modum Nicolaus monachus Vitæ sancti Gaudefridi (qui abbatem illum educatorem habuit) lib. 1, cap. 2 : « Est celebre monasterium in Viromanduorum solo, in B. Quintini martyris honorem conditum, Peronæ oppido propinquum. Et per id tempus præerat vir pius Godefridus et morum integritate, et generis nobilitate clarus. Fuit enim patruus Idæ filiæ Alberti nobilissimi comitis Namurensis, quæ juncta matrimonio egregio consuli Boloniensis provincie Eustachio, etc. Quæ quidem idcirco mihi commemorata sunt ut possit intelligi genus illustre tanti Patris, quem constat etiam gregi suo magna cura invigilasse, religione celeberrimum, litterarum scientia, et rerum quoque externarum et politicarum peritia cumprimis instructum fuisse. » Item multa cap. 3, 4 et seq. ejusdem libri de Godefrido.

Anima exhalata cœlestem patriam adiit 1098.

VII. Henricus, 1098, summæ pietatis vir ac doctrinæ decessit 1133.

VIII. Hugo, 1133. Desiit anno 1148. Jura possessionesque approbat Eugenius papa III his verbis :

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, Hugoni abbati monasterii Sancti Quintini de Monte, quod in pago Vermandensi situm est, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, etc. Apostolici moderaminis clementiæ convenit religiosos diligere, etc. *Vide in Eugenio III ad an. 1153.*

**620** IX. Rogerius ex Aquicinctensi monacho abbas Montis S. Quintini creatur 1148. De quo Biographus B. Gosvini lib. II, cap. 12, ubi discipulorum venerabilis ejusdem viri mentionem faciens : « Rogerius, inquit, Montem S. Quintini non segniter observabat. » Humana reliquit an. 1150.

D X. Hugo II, an. 1150. « Hugo abbas Corbeiensis et hujus congregationis. » Obiit an. 1150.

Lucii III pontificis maximi scriptum Hugoni, in quo cœnobii immunitatum et exceptionem sancitur auctoritas traditum est hac forma.

Lucius, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati Montis S. Quintini, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, etc. Effectum justa postulantis indulgere, etc. *Vide in Lucio III ad an. 1185.*

**621** Defungitur Hugo 1182, sive 1185.

XI. Balduinus II. Egit animam 1188.

XII. Robertus. Hujus defunctionis annus in Martyrologio 1192.

XIII. Walterus, 1192. Is monachorum coactu præfecturæ cessit anno 1198.

XIII. Walterus. II. In ætatis flore, stirpis et animi A præclarus, omnium una voce eligitur. Monasterium strenue adeo rexit, ut spem superavit et ætatem. Disciplinæ regularis, cæterarumque virtutum studiosissimus fuit. Facultates auxit; excitavit sacellum Beatæ Virginis. Ingentem pecuniarum summam quo sacram basilicam a fundamentis exstrueret, aggregavit, sed, morte præoccupatus anno 1241, id operis successoris perficiendum reliquit. Sunt qui Walterum ex illustri familia de Hardecourt originem ducere affirmant.

XIV. Simon de Valencourt 1241. Ecclesiam, vestigiis supremæque voluntati inhærens sui decessoris, mira structura, quæ nunc dierum cernitur, exædificavit. Cum morte vitam commutavit a partu B Virginis 1257.

XV. Gerardus Peronensis 1257. Jurium, atque immunitatum acerrimus propugnator, mortalitatem explevit 1267.

XVI. Robertus 1267. Itidem forti sese animo, ne privilegia monasterii infringerentur, opposuit. Extrema ætate suadente, ultro munus abdicavit anno 1275 et paucis post diebus cessit e vita.

XVII. Balduinus III, haud religiose gessit præfecturam. Mortem oppetiit 1280.

XVIII. Matthæus. Fuit mitis et mansuetus, necnon et multorum ædificiorum auctor. Migrat anno 1293.

XIX. Joannes de Villaribus, San Quintinianus haud ignobili genere oriundus. Hac ipsa tempestate, cum C prisca majestas ecclesiæ montis S. Quintini obsolescisset, et possessionibus, ob debita a prædecessoribus contracta, ad externos translatis, oppignoratisque, omnium rerum egestas cœnobitis obrepsisset, calamitatibus tandem oppressus Peronam se recepit, ubi, vita in cinere et cilicio peracta, extremum spiritum exhalavit 1313.

XX. Joannes II. Splendida de Hinchin familia natus. Rei domesticæ administrator industrius notatur. Siquidem ipse, ære alieno gravatum monasterium, singulari providentia exoneravit. Resarcit plerasque ædes ruinis deturpatas. Sex maxime illi res ecclesiasticæ, divinunque officium decentius atque attentius persolvendum, cordi fuere. Paterna demum in monachos et pauperes viscera demonstravit. In cœlum translatus est 1337.

XXI. Joannes III, ab equitandi peritia *Eques* appellatus. Deposito canonicali habitu, collobium induit monachale in asceterio Montensi, et abbas creatur 1337. Demoritur 1361.

XXII. Joannes IV, de *Hercourt de Combles*, 1361. Magnificentiori apparatu quam humile Christi mancipium deceret incedebat: hic nihilominus longe charus suis exstitit et familiaris. Novissimum diem clausit 1370.

XXIII. Hugo III Augustæ Viromanduorum, sive S. Quintini civis. Bona monasterii, utrum volens, an ob ipsius œconomiam minus providam, dilapidavit. Desiit anno 1379.

XXIV. Petrus de *Barville* an. 1379. Quæ superant facultatum absumpsit, obligurivit. Occidit 1398.

XXXV. Matthæus de *Dury*, 1398. Singulari signatur parcimonia. Etenim cum pernicipem possessionibus, labem ædificiis, antiquæ splendori disciplinæ obnubilum illatum conspiceret, universa diuturno labore, industria summa, reparavit, restituitque. Naturæ concessit 1413.

XXVI. Joannes V de *Hennon*. 1413. Obiit 1438.

XXVII. Jacobus *Rausson*. Prius a sacris duci Burgundiæ; deinde monasticen professus, prioratu de Lehuo in sanguine terso (*Lihon en Santerre*) donatur; tum S. Quintini Montensis 1461, ac postremo Corbeie veteris abbas eligitur. Octogenarius anno 1480 occubuit. « Fuit ubique vir mitissimus (quod refert Chronicon Corbeiese ms.) atque perhumanus, et scientia grammaticali apprime eruditus, optimus scriptor; magnificusque ac splendidissimus, qui licet humili loco natus esset, omnibus tamen in rebus præclarissimus evasit. Hic admodum in communiis et cœnis facetus, et in jocis cavillator jucundissimus. » Quod sanctæ regulæ monachorum atque institutorum ecclesiasticorum gravitati longe repugnat.

XXVIII. Joannes VI *Dansquenet*. Vitam cum abbatia posuit 1481.

XXIX. Joannes VII *Karquendlan* canonicus Pictavensis, et protonotarius apostolicus. Hic primus abbatiam subripuit in commendam 1481. At monachi multa illi facessunt negotia; unde tædio pressus mœroreque confectus diem clausit 1487.

XXX. Joannes VIII *d'Estrée*, ex avita nobilitate originem trahens, ac monasticis obstrictus votis. Ipsum in Patrem assumunt fratres; qui et a summo pontifice anno 1487 asseritur, atque insigniis pontificalibus adornatur 1505. Terras migravit anno insequenti 1506.

#### *Abbatibus commendatarii.*

XXXI. Ludovicus de *Constin* abbatia simul Souillacensi (*Souillac*) titulo commendæ potitus est 1506.

XXXII. Antonius *Ragault*, Ludovici nepos, possessionem adiit 1527.

XXXIII. Joannes IX de *Genouillac*, 1532.

XXXIV. Verdun *du Mas*, 1544. Desiit anno 1563.

XXXV. Jacobus *d'Aplincourt*, 1563. E medio tollitur 1575.

XXXVI. Franciscus *Pascanet*. Regi ab eleemosynis, et Ecclesiæ Bituricensis canonicus anno 1575. At vero Marescallo *de la Chastre*, quem sibi procuratorem delegerat, annuente, abdicat abbatiam 1596.

XXXVII. Sebastianus *Robelin* Parisiensis senatus supremi princeps. Nicolaus Damerval dominus de Liencourt, actor ipsius exstitit. Abiit e vita 1613.

XXXVIII. Claudius *d'Argouges*, quo morum vitæque consuetudine nemo clarior hac ætate fuit. Inita possessione 1613, monasterium ædificiis caducum, imo ruens in ultimum prope casum, excitat. Instaurat nempe a fundamentis dormitorium, claustrum, capitulum refectorium, ut verbo claudam, ædes



universas regulares, ut vocant, suis et his permaximis impensis extrui curavit. Novis operibus basilicam suffulsit, decoravit diversi generis sacra suppellectili, vasis argenteis locupletavit, et quod summum est, quodque ipsi amplissimum nomen cum immortalis gloria peperit, regularis disciplinæ lucem Monti Sancti Quintini inferre peroptans, monachis congregationis Sancti Mauri, eadem disciplina apprime instructis, idem monasterium tradidit possidendum.

XXXIX. Franciscus d'Argouges, Claudii nepos, et virtutum proxime imitator, Societatis Sorbonicæ doctor, de quo, ut sacro vaticinio assurgam : « Lauda post vitam, magnifica post consummationem, » reor silendum.

(73) CAP. II. — *Igitur electo illo*, etc. Quandoquidem electionis, benedictionisque peragendæ modum subiceat auctor, libet quæ in manus meas, cum hæc adnotarem, devenerunt, evulgare. Et primo quidem observandum electionem abbatum (velut etiam episcoporum) reges seu principes olim prius potestate eligendi, tum clericis tum monachis tributa, confirmare solitos; unde ex neotericis scriptoribus nonnulli, ecclesiasticæ rei prorsus ignari, ausi sunt inferre, in omnes ecclesias et abbatias summam potestatem jusque summum eosdem reges habere, atque pro libitu ac genio iis uti posse.

At ejusmodi approbationis concessionisve causa in promptu est; nempe quod non modo amplas possessiones, sed ditiones quoque opulentissimas et jura clientelæ verbi gratia toparchias, ducatus, comitatus, et cætera id genus ecclesiæ et monasteria potirentur, ac proinde episcopi et abbates, cunctorum cum essent moderatores, atque ab ipsorum penderet natu plurima hominum et nobilium, et plebeiorum multitudo; quin et municipia, castra, urbes, provinciæ ditioni eorum subjicerentur, num ideo par erat, ut de eorumdem qui præfecturam gerebant fide, certiores redderentur regnorum, principatumque summi rectores?

Plane his astipulantur antiquæ electionum concessionis approbationesque. Præceptum immunitatis a Carolo Magno sancto Benedicto Anianæ abbati concesso, inter alia sic habet : « Et quandoquidem divina vocatione suprascriptus venerabilis Benedictus 673 abba, vel successores ejus de hac luce ad Dominum migraverint, qualem meliorem, et nobis per omnia fidelem, ipsa sancta congregatio de suprascripto monasterio, aut de qualicunque loco voluerint eligere abbatem, qui ipsam sanctam congregationem secundum regulam sancti Benedicti regere valeat, per hanc nostram auctoritatem licentiam habeant, » etc. Ex antiquis schedis ejusdem monasterii. Et ex chartulario Sancti Albini Andegavensis : « Goffridus comes ad petitionem Nefingi episcopi pro remedio animæ matris suæ Gerbergæ, etc. » facit monachis potestatem deinceps eligendi abbatem, et exemit a potestate sæculari, » etc.

A Addam et antiquam electionis factæ formulam, quæ in hoc ipso extat chartulario :

« Omnibus in Domino, quibus est Christus vivere et mori lucrum (Phil. 1, 21), et potissimum sub jugo regulæ sancti Benedicti sponte colla submittentibus, qui jubet ut monachi in monasterio degentes, abbatem sibi præesse desiderent : Notissimum esse volumus, quod an. 988 Incarnationis Dominicæ, recedens a loco Sancti Albini abbas Gunterius, quem pro fidelitate Dei, et remedio animæ suæ nobilissimum inter suos Goffredus comes eidem loco præfecerat, et Romam, vel, quod majus est, matrem civitatum Jerusalem expetens gratia orationis, successorem sibi præsago spiritu providerat, cui animarum simul et corporum curam committeret . . . . vitæ et morum probitate decorum, quem ipse in Christi nomine nutrierat, cum consensu tamen fratrum præfati loci, et elegantissimi . . . . filii prædicti comitis Gaufridi, qui in loco patris feliciter successit, nomine Fulconis. Cui electioni, providente gratia Dei, prout credimus, prudentissimorum pontificum, clericorum quoque et nobilium laicorum, et super his omnibus electio simul et acclamatio prædictæ congregationis concordare videtur in melius, eo tenore videlicet, ut secundum regulam sancti Benedicti, qui est Pater, et dux advocatus quoque post Deum, omnium fidelium monachorum, tam in hoc sæculo quam in futuro, in omnibus conversari pro posse et nosse studeat, et prodesse magis quam præesse satagat, et omnia cum consilio fratrum timentium Deum, provide et juste disponat ;

B Cui cum venerit Pastor pastorum (I Petr. v, 4), cui redditurus est rationem de animabus sibi commissis, addita et suæ animæ, audire gaudenter mereatur quod servus bonus, qui erogavit talentum sibi creditum conservis suis in tempore suo, *Euge, serve bone et fidelis, intra in gaudium Domini tui* (Luc. xix, 17).

• Signum Widoni episcopi.

• Signum Fulconis inclyti comitis. »

Minime est omitterendum Ludovici vere Pii imperatoris egregium Christianæ pietatis specimen, quod hactenus in chartophylacio cænobii Anianæ latuit, illudque eruit noster Claudius Chantelou.

D *Epistola Ludovici imperatoris, ad Anianenses, seu Gellonenses monachos, de electo abbate Trutesindo.*

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, Ludovicus, divina ordinante providentia, imperator Augustus, venerabilibus fratribus in Aniano sive Gellone monasterio constitutis. Proxime accidit Agobardum archiepiscopum, etc. *Vide inter epistolas, et diplomata Ludovici Pii, Patrologiæ t. CIV.*

674 Neque eam ob rem quis inferre audeat, electiones antistitum jure ad reges aut principes attingere. « Sacerdotum quippe est electio, et fidelis populi consensus adhibendus est, quia docendus est populus, non sequendus, » ait Stephanus papa ad archiepiscopum Ravennat. Et can. 25, dist. 63, *Vide*

Glossam. Statuit quoque synodus Nicæna II, can. 3 : « Omnis electio episcopi, vel presbyteri, vel diaconi a principibus facta, irrita maneat. »

De approbandis per regem electionibus agunt, Jacobus Bruellius ad lib. III, cap. 2, Aimoini De gest. Franc. ; et Juret. not. ad Ivonis, ep. 104.

Subjiciendus nunc antiquus in benedictione abbati impertienda ritus, a B. Theodoro Cantuariensi digestus atque observatus, ex vetustissima canonum collectione Bibliothecæ S. Germani Præsentis.

*De ordinandis abbatibus.*

« In abbatis ordinatione episcopus debet agere missam, et eum benedicere inclinato capite, cum duobus vel tribus testibus de fratribus suis et det ei baculum et pedules.

« Abbas potest pro humilitate, cum permissione episcopi, locum suum derelinquere, tamen fratres eligant sibi abbatem de ipsis, si habent, sin autem de extraneis, nec episcopus debet violenter in loco suo.

« Congregatio debet sibi eligere abbatem, post mortem ejus, aut eo vivente, si ipse discesserit vel peccaverit ; ipse non potest aliquem ordinare de suis propinquis, neque de alienis, nec alio abbati dare, si non voluerint fratres.

« Si vero peccaverit abbas, non licet episcopo tollere possessionem monasterii, sed mittat eum in aliud monasterium, in potestatem alterius abbatis.

« Non licet abbati, neque episcopis terram ecclesiæ vertere ad aliam, quamvis ambæ in potestate ejus sint. Si mittere vult testem, faciat cum consensu amborum.

« Si quis vult monasterium suum in alio loco ponere, faciat cum consensu episcopi, et fratrum suorum ; et dimittat in priori loco presbyterum ad ministerium ecclesiæ.

« Abbas et episcopus hominem sceleratum servum possunt habere, si pretium redimendi non habet.

« Abbas si habuerit monachum dignum, episcopo debet dare si necesse est. »

(74) CAP. II. — *In civitate Tricassium coegerat concilium.* Expressius his B. Godefridi electionem, conciliique causam denotant Nicolaus, Vitæ ejusdem Godefridi lib. I, cap. 30 ; Ivo Carnot. epist. 208 ad Paschalem papam. Sed et Guillelm. de Nangis, Hist. ms. ad annum 1109 : « Paschalis papa, inquit, venit in Franciam, etc. Qui papa a rege Francorum honorabiliter susceptus, diversis Franciæ locis peragratis concilium universale apud Treca honorifice celebravit, et cum amore Francorum, qui multum ei servierant et timore et odio Theutonicorum, » etc.

(75) CAP. III. — *Pro mei auspicio haberet.* Ejusmodi prognostica passim, Guiberti potissimum tempestate legere est in Actis antistitum ; unde futuros mores electi, sive episcopi, sive abbatis conjicere solebant. Guillelmus Malmesbur. lib. I, De pontif.

A Angl., fol. 121, 122, ubi de B. Lanfranco : « *Aiunt ejus prognosticon* : « Date eleemosynam et ecce omnia munda sunt vobis (Luc. x, 41). » Quo ille ab acclamantibus, hilari vultu ad Dominum direxit : Certemus ergo mutua vicissitudine, tu dando, ego dispertiendo, etc. Nec erat segnus in erogando, » etc.

(76) IBID. — *Ad salutem meorum, quos tu mihi subjecisti, animus intendat.* Quam spectata morum probitate ac religione abbas noster, sui que monachi claruerint, prædicat Manasses Suessionensium episcopus donatione cujusdam ecclesiæ, quam integre describere, ne cum aliis pereat, pretium operæ est.

« In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

« Ego Manasses Dei gratia Suessorum episcopus. Cum omnibus fidelibus per . . . . . nobis creditis debitores sumus, majorem tamen diligentiam his impendere exigimur ; majore circa eos devotione . . . . . quos a negotiis sæculi se sponte videmus removisse, et ad vacandum Deo, et insistendum orationi, quietem et secretum elegisse. Horum igitur quidam, illi videlicet fratres, qui in monasterio Sanctæ Mariæ apud Noviandum, monachicam et religiosam agunt vitam, ita nobis et majoribus nostris sua devotione, et sinceritate, charissimi exstiterunt, ut eos, quamvis intra episcopium nostrum minime consistant, non minus quam nostros proprios honoraverimus, beneficiis quoque et donis auxerimus. Quod ergo eis nostra beneficentia pro Dei amore contulit, memoriæ placuit litteris assignare, ne posteritati quidquam vel ignorantia, vel malitia liceat demutare.

« Præerat siquidem illi monasterio dominus Wibertus abbas, qui sapientia, et innocentia sua nos sibi valde conglutinavit, a quo rogatus sum, ut altare de villa, quæ dicitur Crecis, quod quidam potentium, nomine Wido Widonis de Cociaco filius, et majorum beneficio, a nobis, et ab Ecclesia nostra tenebat, eidem monasterio conferrem. Idem enim abbas religioso quo pollebat consilio, cum prædictis Widone tractaverat, ut altare illud possidere laicus periculum crederet, egeratque ut præfato monasterio pro salute sua illud redderet. Si tamen ego, ex cujus beneficio erat, annuerem, et efficerem, ego vere ac libens id effeci ; neque enim hoc intellexi beneficii nostri minorationem, sed utilem commutationem, et quasi de læva transferre in dexteram.

« Concessi igitur altare de Creci præmonito sanctæ Dei genitricis Mariæ monasterio, annuente Auculfi archidiaconi nostri, et clericorum nostrorum voluntate ; ita videlicet, ut cura ejus per manum nostræ principalis ecclesiæ decani dispensetur ; et inde quinque solidi quotannis persolvantur canonicis nostris, in festivitate sancti Gervasii, post mortem vero meam in anniversario meo. Ut autem concessio hæc cum determinatione sua inconcussa

permaneat, anathematis interpositione confirmamus, sigilli nostri impressione, et signis convenientibus corroboramus.

« Signum Manassæ episcopi. S. Ausculfi archidiaconi. S. Lisiardi præpositi. S. Bernardi decani. S. Petri archidiaconi. S. Fulconis archidiaconi. S. Hugonis præcantoris. S. Odonis sacerdotis. S. Gualteri sacerdotis. S. Roberti decani. S. Odonis diaconi. S. Fulconis diaconi. S. Ausoldi subdiaconi. S. Laurentii subdiaconi. S. Heberti subdiaconi. S. Adam subdiaconi. S. Ausculfi acolythi. S. Augenuffi acolythi. ❸❸❸ S. Durantis acolythi. S. Leonis acolythi.

« Actum Dominicæ Incarnationis anno 1107. »

Porro haud incongruum hoc loco seriem abbatum Novigentini monasterii fuerit recensere, quandoquidem auctor vetusta ipsius monumenta hocce lib. II, describat, ut quoquomodo integram historiam exinde curiosi ejusemodi mercis exploratores valeant haurire.

*Abbatess monasterii B. Mariæ de Novigento.*

I. Henricus simul abbas S. Remigii Remensis, de quo Guibertus noster lib. II de Vita sua cap. 2.

II. S. Godefridus rexit monasterium ad an. 1104, quo ad episcopatum Ambianensem assumptus est. Idem Guibertus eodem loci, et lib. III, cap. 13.

Gesta B. Godefridi conscripsit Nicolaus S. Crispini Majoris Suessionensis monachus; ea refert SURIUS stylo suo perpolitata ad diem 8 Novembris.

B. Godefrido ad sublevandam monasterii egestatem tria altaria sive ecclesias dilargitur Hugo Suessionensis episcopus, quod testatum reliquit in hunc modum:

« Ego Hugo gratia Dei Suessorum episcopus, cognoscens ordinis et loci, in quo Deus me indignum posuit, rationem qua omnibus fidelibus, quantumcunque in me est, debitor sum, ut me non tantum pro mihi commissis, verum etiam pro quibuslibet in Christum credentibus, animum, si necesse sit, ponere, nedum terrenam et exteriorem substantiam ministrare oporteat, dilectis fratribus monachis, in monasterio, Novigento, in pago Laudunensi, Deo, et sanctæ Dei genitrici, semper virgini Mariæ humiliter servientibus, hoc modo benefacere decrevi.

« Frequenter enim, sed satis humiliter, rogatus a domno Godefrido prædicti loci abbate, viro religioso, et clarissimo nobis, ut ejus monasterii paupertatem et fratrum Deo ibi servientium necessitatem misericorditer attenderem, et laboris eorum et studii circa Dei cultum adjutor, et sustentator existerem, justis precibus acquiescere dignum ducens, ad sustentationem illius monachorum cœnobii, tria altaria pro amore Dei et statu ecclesiæ nostræ, et vitæ aternæ obtentu, devotus concessi, altare scilicet de Joviniaco, altare de Valsalione, altare de villa quæ vocatur Pons Sancti Medardi.

« Et quia sacra præcipit auctoritas ut, quæ rata esse episcopus voluerit, suorum consilio faciat cle-

ricorum, hanc concessionem nostrorum consensu et voluntate clericorum facientes, statuimus, ut sanctæ Suessionensis Ecclesiæ, cui indignus præsum, in die Anniversarii mei VI solidos, pro iisdem altaribus quotannis persolvantur; decanus vero hujus ecclesiæ, eorundem persona altarium semper existat, et ad ipsum cura eorum et providentia pertineat. Hanc igitur traditionem nostram omnibus temporibus inviolatam esse cupientes, ne quis ejus temerator unquam existat, interpositione excommunicationis prohibuimus; scriptura quoque sigilli nostri impressione munita corroboravimus. Signa etiam legitimorum testimoniorum adhiberi censuimus.

« Signum Hugonis Suessorum episcopi.

« Signum Lisiardi præpositi. Signum Hugonis decani. S. . . . . archidiaconi. S. Fulconis archidiaconi. S. Ebali archidiaconi. S. Roberti præcantoris. S. Guarneri presbyteri. S. Hugonis presbyteri. S. Odonis presbyteri. S. Petri, Rotberti, Bernardi, diaconorum. S. Thæbaldi, Ivonis, Giroldi, Odonis, Bartholomæi, Alexis, Rainaldi, subdiaconorum. S. Ansoldi, Laurentii, Ivonis, Heberti, Arnulfi Walteri, Ingelranni, acolytorum,

« Hugo sanctæ Suessionensis Ecclesiæ cancellarius huic chartæ subscripsit, et relegit.

« Actum Verbi Incarnati anno 1100. Hugonis episcopi anno VIII, epacta XVIII, currente VII, indictione VIII. »

III. Guibertus seu Wibertus 1104, ex monacho S. Geremari Flaviacensis, genere, religione, omni literatura clarus, veluti ipsius opera, quæ nunc primum in lucem emittimus, attestantur. Addam hic ordinationem Guiberti de obitu suis die, tres, antequam ab humanis excederet, annos, factam. Habet ita;

« Ego Guibertus Dei gratia sanctæ Dei genitricis Mariæ apud Novigentum servus. Quoniam de augmento ecclesiæ suæ quemque rectorem curare convenit, octo solidos, qui apud Landicurtem in atrio ecclesiæ ab hospitibus nostris accipiebantur, in festo sancti Martini tali modo emi. Maritus cujusdam mulieris in feodo a nobis tenuerat, nomen Paganus erat, quo defuncto, cui relicta ipsi quæ in dote eos a marito acceperat, ❸❸❸ Hildeburgis nomine, filium et filiam habens, cum valde egeret, et feodum nostrum alii quam nobis sibi vendere non liceret, tandem nobis vendidit, et centum solidos proinde a nobis accepit, ita ut, præsentibus Codiciaci castri proceribus, tam ipsa quam filius et filia ejus a potestate feodi sese exuerent, mihi que et ecclesiæ redderent, et pariter donum ejus super altare ponerent. Huic interfuerunt Robertus Castellanus. Rainaldus Belehere, Ado et Iterius cum patre suo Guidone, Robertus Anguilla, Gerardus Dolle.

« Quin etiam a quodam milite qui Guermundus vocabatur, et in eleemosynam accepimus mansum quemdam apud Remeias, quem pro allodio possidebat: quem etiam Fortmundus quidam, cujus familia tota erat de jure ecclesiæ nostræ, cum terra appen-

dice ab ipso Guermundo tenebat. Cujus largitione tamen non fui ingratus, sed triginta quinque solidos ei contuli, quia eum pauperem scivi: qui mansus tres solidos Laudunensem quotannis solvit in festivitate sancti Remigii. Cui dono Furlmelina ux-  
sua libenter annuit. Et hujus rei testes sunt Guido de Guni, Ado filius, Helias de Fera, Guido filius.... Gerelmus.... Albericus de Traveci.

« Hos octo solidos cum tribus illis, qui de manso solvuntur, pro anniversarii mei die constitui cum consilio fratrum nostrorum, ipsis fratribus ad quos potuerint epularum apparatus dandos: et ea die omnes ecclesie sacerdotes missas singuli quique cantent, sicut in die ordinationis facere solent. In vita autem mea, etiam si ab abbacia decederem, aut alias quavis occasione transmigrarem, in festo sancte Lucie eosdem denarios dandos constituimus ad fratrum refectorem. Ex Dei ergo et nostra omnium auctoritate excommunicamus et Dei iudicio addicimus omnes qui has expensas undecim quos prædiximus solidorum, ab eo cui destinati sunt, removerint.

« Actum Incarnati Verbi anno 1121. S. Alardi. S. Radulfi. S. Rainaldi. S. Alardi rectorarii. S. Godifridi cantoris. S. Odonis. S. Gullermi. Adelmi. . . . . S. Adæ. S. Fulconis. S. Leodegarii, et cæterorum omnium.

IV. Andreas 1124. Prior antea cœnobii Novigentini. Nonnullas benevolo animo Præmonstratensibus, maxime apud Bonolium, possessiones concessit.

« In nomine sancte et individue Trinitatis.

« Sciant omnes præsentis et futuri quod ego Andreas abbas Sancte Mariæ Nogenti, concessu capituli nostri, concessi ecclesie Præmonstrate omnem terram alodii nostri quod possidebamus apud Bonolium, per censum tredecim solidorum monetæ Vermandensis, omni anno persolvendum ad Purificationem sancte Dei genitricis Mariæ. Et hoc ratum et firmum attestatione sigilli nostri confirmamus, et inconvulsum permanere decernimus.

« Hujus concessionis testes sunt. Godefridus monachus et cantor Novigenti, Bernardus eleemosynarius, Adelardus monachus, Adelelmus secretarius, Albericus præpositus, Herberius cellerarius, Fulco puer, Iterius puer, et cæteri.

« Et de eadem Præmonstrata ecclesia, Hugo tunc temporis abbas, Gerardus prior, Hardwinus cantor, Petrus diaconi, Almoricus diaconus, Adam, Thibaldus, subdiaconi, Rainaldus, Joannes, pueri.

« Anno Incarnationis Domini 1129, indictione vii, epacta xxviii, conc. i. »

Radulphus autem castellanus, et Ivo Nigellensis Ecclesiam, quam injuste usurpabant, approbante Simone Noviomensi episcopo, tradunt Andreæ abbati, et monachis B. Mariæ Novigentinæ: En tabulæ donationis.

« In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

Ego Simon Dei gratia, Noviomensium episcopus

A universis in Christo fidelibus in perpetuum. Quoniam Apostolus præcipit, dum tempus habetis, operamini bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei (*Gal. vi, 10*). » Nos prout pastoralis solertia exigit, dum tempus habemus, ea, quæ pietatis sunt et misericordiæ, invicem sectari debemus. Omnibus siquidem notum esse volumus, tam præsentibus quam futuris, Radulphum Nigellensem castellanum, ab Ivone Nigellensi domino per successionem posteritatis, in altare de Curci, tam in minutis decimis quam in hospitibus atrii; seu in oblationibus sacerdotis, dimidietatem per omnia in feodum tenuisse; eosque ambos ante nos humiliter venisse, recognoscentes super hoc culpam suam, Radulphumque in manum Ivonis hunc feodum reddidisse, et Ivonem libere et absolute in manum nostram remisisse, eosque in commune nos cum devotione magna rogasse quatenus, pro animabus antecessorum suorum, et specialiter pro anima Guillelmi fratris Radulfi, qui in monasterio beate Mariæ Nogenti monachus factus, et sepultus est, eidem monasterio hoc ecclesiasticum beneficium contraderemus, et canonice firmaremus.

« Nos igitur devotioni eorum aggratulantes, tibi, frater Andrea supradictæ ecclesie venerabilis abba, tuisque successoribus, fratribusque inibi Deo servientibus, quidquid in altare de Curci Radulphus sæculariter tenebat, nos ecclesiastice possidendum ulterius pro animabus prædecessorum nostrorum, et matris meæ concedimus; ut quod laica manus hactenus in sanctuarium Dei male tenuit, ecclesia tua deinceps bene et libere possideat. Presbyter in parochia tuo assensu per manum episcopi ponatur. Si quid vero in eadem parochia tu et successores tui, Deo auxiliante, acquirere poteritis, hujus charitativæ sanctione firmamus.

« Ut igitur hæc omnia rata et inconvulsa permaneant, præcipimus, et sigilli nostri impressione, et testium suppositione corroboramus, et ne quis præsumptor hoc donum violare unquam præsumat, anathematis inhibitione, auctoritate sancti Spiritus, prohibemus. Hujus rei testes sunt suppositi:

« S. Simonis episcopi. S. Hugonis archidiaconi. S. Balduini decani. S. Petri cantoris. S. magistri Petri. S. Theodorici abbatis Sancti Eligii Noviomini.

« Actum Noviomio in præsentia Simonis episcopi, anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo, centesimo tricesimo secundo. Ego Hugo cancellarius subscripsi. »

V. Bruno 1140 ecclesiam canonicorum Codiciacensium, et pia quædam alia donaria Ingelranni, rata vult Bartholomæus Laudunensis episcopus hocce diplomate:


« In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Ego Bartholomæus Dei gratia Laudunensium episcopus. Quoniam Apostolus præcipit, dum tempus habetis, operamini bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei (*Gal. vi, 10*), nos prout pastoralis solertia exigit, dum tempus habemus, ea quæ

pietatis sunt et misericordiæ, invicem sectari debemus. Omnibus siquidem notum esse volumus, tam futuris quam præsentibus, quod Ingelrannus filius Thomæ ecclesiam in castro Codiciacensi sitam, quam hactenus contra jus ecclesiasticum tenuerat, per me, et per venerabilem fratrem nostrum Goislenum Suessionensem episcopum, crebro super hoc commonitus, tandem divina inspiratione punctus, absolute in manu nostra reddidit, id obnixè et devote a nobis expetens, ut eandem ecclesiam monasterio beatæ Mariæ de Novigento contraderemus. et canonice firmarem.

« Nos igitur petitioni ejus gratanter assensum præbentes, tibi, frater Bruno, supradicti monasterii venerabilis abba tuisque successoribus, et fratribus inibi Deo servientibus præfatam ecclesiam perpetuo possidendam concedimus, ita videlicet ut decedentibus canonicis præbendas ipsorum habeas, et pro facultate loci consequenter monachorum inibi numerum substituas.

« Præfatus itidem Ingelrannus sub turri ecclesiæ capellam construi fecit, in qua, ut quotidie missa defunctorum pro anima patris sui Thomæ, et pro animabus omnium fidelium defunctorum, celebraretur, hortatu religiosorum, rogatu etiam matris suæ Milesendis, et Roberti fratris sui, et sororis suæ Milesendis, et assensu procerum suorum, vineam quamdam ab omni consuetudine liberam, duos modios frumenti ad terragia Cocciaci villæ, et ad transversum de Blarencurte triginta, ad Casnells vero decem solidos in festo beati Remigii quotannis persolvendos contradidit. Dedit ad transversum Codiciacensem viginti solidos ad luminaria ecclesiæ concinnanda; et confirmavit donum duorum videlicet solidorum, quod pater et mater ante fecerant omni septima ad refectionem fratrum.

« Contulerunt etiam pares supradicti castelli eidem monasterio pro animabus suis, et prædecessorum suorum: Robertus de Cals, v solidos bonæ monetæ singulis annis ad transversum Codiciacensem; Rainaldus Belehere, xi solidos censuales monetæ ad censum suum de Morilencurte accipiendos; Ado de Luni, xi solidos cursabilis monetæ; Iterius frater ejus, xi solidos; Robertus Vitulus, xii denarios; Simon Crassus, xii denarios; Petrus de Fre-scencurt, xii denarios; Guido filius Alberici, xii denarios; Bonifacius, xii denarios; Rainaldus Rufus, iii sextarios vini; Lambertus Gruellus, iii sextarios vini, quos habebat in prædicta vinea; Robertus de Curval condonavit consuetudines quas habebat in eadem vinea.

« Noverit etiam posteritas fidelium, quod ad transversum pontis de Cuiaperit, quem Drogo nepos Mathildis Grossæ, Beatæ Mariæ Novigenti ad conversionem veniens contulit, idem Ingelrannus de Carreta denarium unum bonæ monetæ, de carro vero duos denarios, et de Trussello in Sella jacente, denarium unum, et v solidos apud Puislerium, et obolum unum bonæ monetæ de  unaquaque

PATROL. CLVI.

A domo adjacentium villarum, pro reficiendo ponte, abbati et monachis in perpetuum habendos concessit.

« Ut autem hæc omnia in posterum inconcussa permaneant, anathematis interpositione confirmamus, sigilli etiam nostri impressione et testium suppositione corroboramus.

« Signum Bartholomæi Laudunensis episcopi. Signum Ernaldi archidiaconi. S. Bartholomæi archidiaconi et thesaurarii. S. Guidonis decani. S. Milonis præcentoris. S. Anselmi abbatis Sancti Vincentii. S. Balduini abbatis Sancti Joannis. S. Leonii abbatis Sancti Michaelis. S. Gualterii abbatis Sancti Martini. S. Gisleberti abbatis Sancti Nicolai de Saltu.

B « Actum Lauduni anno Dominicæ Incarnationis 1138.

« Data per manum Ernaldi cancellarii. »

Quæ Norbertinæ familiæ alumnis concesserat suus decessor, confirmat Bruno.

At controversia Brunonem inter et Hugonem Præmonstrati abbatem, sopita tandem est isthac Bartholomæi Laudunensis sententia decretoria.

« In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen. Bartholomæus Dei gratia S. Laudunensis Ecclesiæ humilis minister, dilecto filio suo Brunoni abbati S. Mariæ de Novigento, suisque successoribus in perpetuum. Quæ ad pacem Ecclesiarum a catholicis episcopis inter religiosas maxime personas juste ordinata, canonice stabilita sunt, firma debent et perpetua pace muniri.

« Ea propter, dilecte fili, quæstionem quæ inter te et dilectum filium Hugonem abbatem de Præmonstrato, nostris temporibus emersa est, per gratiam Dei cooperante confratre nostro Goisleno venerabili Suessorum episcopo, ad plenum definire, et præsentī pagina tam futuris quam præsentibus notum facere curamus.

« Sane constat ecclesiam de Cocciacovilla, et parochiales redditus, ad ecclesiam B. Mariæ de Novigento pertinere. Porro intra ejusdem parochiæ terminos in loco qui Roserias appellatur, Milesendis Ingelrami mater, monasterium construxit, et prædicto abbati de Præmonstrato ad ordinem religionis concessit. Cujus monasterii dedicationem, te et Ecclesia tua contradicente, tandem, præsentē et cooperante supradicto coepiscopo nostro Goisleno, res ita definita est:

« Videlicet, ut nullam omnino ecclesia tua de possessionibus tuis patiat diminutionem, sed ad integrum decimas, oblationes debitas, vivorum et mortuorum curam, et si quid ultra est quod de parochiali jure descendat, æterna quiete possidebitis. Ipsi vero Præmonstratenses nihil de omnibus his quæ vestri juris erunt, poterunt usurpare. Quod, ut in posterum ratum et incon vulsum permaneat, ego, et Suessionensis, præsentis chirographi pace firmamus, et sigillis nostris consignamus.

« Actum Lauduni anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo quadragesimo primo.

« S. Bartholomæi Laudunensis episcopi. S. Goslensii Suessionensis episcopi. S. Widonis decani. S. Richardi archidiaconi. S. Barthol. archid. S.... abbatis S. Joannis. S. Anselmi abb. S. Vincentii. S. Gilleberti abb. S. Nicolai de Saltu. S. Wilhelmi abb. S. Nicolai de Prato. S. Milonis canonicis. »

VI. Ingelrannus, 1157.

VII. Joannes, ab anno 1164 ad 1185. Hoc ipso regente crevere monasterii bona, summique pontifices privilegiis munierunt.

VIII. Helias, 1185, complures iniit cum diversis societates, præsertim cum Hugone Præmonstratensi abbate.

IX. Robertus, anno 1190 ad 1201.

X. Petrus Claudy (vulgo *le Boiteux*), 1201 in archimandritam S. Remigii Remensis, ubi prius institutum monasticum professus erat, eligitur.

XI. Robertus II, 1213, ecclesiam ipse a fundamentis, dormitoria duo, alterum presbyterorum, novitiorum alterum ædificari curavit summis impensis; quorum omnium vix ruinæ parent. Hoc abbate corpus Thomæ de Marla translatum est, uti ex subjecta Ingelranni charta perspectum habetur.

« In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen. Ego Ingelrannus Dei gratia dominus Cociaci, universis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, præsens scriptum inspecturis. Notum facio quod, cum vir nobilis dominus Thomas de Marla bonæ memoriæ antecessor meus, et quondam dominus Cociaci, antiquitus sepultus fuisset in quadam capella, 630 quam vir illustris et piæ recordationis dominus Ingelrannus avus meus, et filius ejusdem Thomæ construi fecit sub veteri turri ecclesiæ B. Mariæ de Nogento; in qua pro anima ejusdem Thomæ patris sui, et pro animabus omnium fidelium defunctorum, a monachis ejusdem ecclesiæ quotidie una missa celebraretur. Tandem tempore meo cum ecclesia de Nogento cœpisset de novo reædificari, et eandem capellam necesse esset amoveri propter novum opus, quod per eandem capellam et per sepulturam prædicti Thomæ oportebat crescere et extendi; domnus Robertus tunc abbas de Nogento et monachi ejusdem loci, de assensu et voluntate mea, et me præsentem, cum aliquantibus militibus, et serviensibus meis, corpus ejusdem Thomæ de loco, in quo prius sepultum fuerat honorifice transtulerunt; et peractis missarum solemnibus, in medio choro suo novæ ecclesiæ solemniter tumulaverunt; et illam missam, quæ pro anima sæpe dicti Thomæ, et pro animabus omnium fidelium defunctorum in veteri capella prius celebrabatur, in novo opere per voluntatem meam duxerunt quotidie in perpetuum celebrari.

« Et ne per succedentia tempora hæc translatio corporis sæpedicti Thomæ oblivioni traderetur, abbas et monachi ejusdem Ecclesiæ petierunt a me ut eandem translationem, et diem, in qua facta fuit,

A per litteras sigillo meo roboratas posteritati futurorum commendarem.

« Ego autem petitioni eorum gratanter præbens assensum, præsentem litteras fieri præcepi, et sigilli mei munimine roborari; et ad recordationem hujus facti, prædictis abbati et monachis de Nogento in perpetuum reservandas commisi.

« Actum Verbi Incarnati 1218, mense Aprili, in Non. ejusdem mensis, quarta feria ante Resurrectionem Domini nostri Jesu Christi. »

Planum autem fit ex hac Ingelranni charta, omnia vetustatis monumenta susque deque diruta; unde non mirum si eorum, quæ Guibertus de sepulcro Quilii regis, et cæteris ejusdem cœnobii antiquitatum vestigiis attigit in libro II de Vita sua, nil supersit.

XII. Gallerus seu Walterus, 1231, monachale collobium induerat in S. Vincentii Laudunensi monasterio.

XIII. Joannes tertius, 1240.

XIV. Iterius, 1248.

XV. Matthæus, 1281.

XVI. Joannes IV, *de Palye*, 1300.

XVII. Robertus III, 1332.

XVIII. Joannes V *Despagnyes* ex marchionibus Despagnyes in Picardia, 1347.

XIX. Laurentius *du Rasse*, 1415.

XX. Joannes *Roussel*; cui, quod monasterii bona dilapidasset, munus abrogat episcopus Laudunensis; œconomumque Nicolaum de Lestoc constituit.

XXI. Nicolaus *de Lestoc* 1464, Joanne vita functo, eligitur.

XXII. Joannes IV, *Mareschal* 1475 ad ann. 1489. *Abbatibus commendatarii.*

XXIII. Arturus Donnay sacræ capellæ Parisiensis canonicus, omni jure posthabito, sprete monachorum electione, Nicolaum Mavart, cui cœnobitæ regimen abbatæ imposuerant, exagitavit; ac tandem anno 1489, abbatiam obtinet in commendam.

XXIV. Joannes VII, *de Beaumont*, archidiaconus Lingonensis, 1512 ad 1529.

XXV. Carolus *de Vignacourt* archid. Rothomag. et canonic. Paris., 1529.

D XXVI. Joannes *de Longueval*, per cessionem Caroli 1544 ad an. 1557, quo, mense Julio, abbatiam abdicavit in fratris Caroli gratiam.

XXVII. Carolus II, *de Longueval*, Joannis frater, 1564 pessime res monasterii administravit, imo dissipavit. Hic uxore sibi copulata ad Calvinistarum partes nefarie devolutus est.

XXVIII. Gabriel *le Seneux*, cui specie tenuis abbatiam cessit Carolus ille; siquidem nefando mercimonio possessiones sibi continuo retinuit; sed antequam possessionem iniret *le Seneux* morte præoccupatur 1571.

XXIX. Gaspardus *de Bremier*, Delphinus, mense Septembri an. 1572 a rege abbatiam obtinet. Possessione adepta litem movet adversus præfatum de

Longueval, qui bona monasterii suis possessionibus ad-  
junxerat, sacra feretra auro argentoque adornata, cal-  
lices sacros, gemmas, et quidquid pretiosum reperire  
licuit, deprædatus fuerat, exciderat silvas; quatenus  
ipse non modo universa restitueret, sed et turrim  
et chorum ecclesiæ, quæ ipso die nuptiarum cor-  
ruerant, instauraret. At cunctæ Gaspardi conten-  
tiones incassæ remanserunt. Etenim accepta pecunia  
pactum iniit cum Carolo, qui per fas et nefas rebus  
Ecclesiæ pacifice potitus est.

XXX. Joannes VIII, de la Grange, Parisinus, lite  
Carolus de Longueval et armis persequitur, sed  
frustra: quare multis calamitatibus lacessitus ab-  
batiam abdicare, atque Jacobo du Val, tanquam  
confidentiario **CSII** ut vocant, Caroli de Longue-  
val, cedere coactus est.

XXXI. Jacobus du Val, nomine duntaxat abbas  
effectus; nimirum ea lege ut cum primum Philippus  
de Longueval, sæpe fati Caroli filius, adoleverit, ab-  
batiam in ejus gratiam deponeret, quod et auctum est  
anno 1586.

XXXII. Philippus de Longueval, Caroli primoge-  
nitus, abbatia potitus ad ann. 1624, quo abbatiam  
retenta pensione, tradidit Antonio de Longueval ex  
fratre nepoti.

XXXIII. Antonius de Longueval, die 15 Novembr.  
adhuc duodennis, quantum per ætatem et tempus  
licuit, instaurationi abbatix, disciplinæque regulari  
incubuit, accitis ea de re monachis cum ex S. Ger-  
mani Parisiensis, tum ex Casalis Benedicti mona-  
steriis; ac tandem congregationis S. Mauri; cui et  
Novigentinum cœnobium, pacto ad hoc confecto,  
aggregavit die 21 mensis Octobris 1646. Vita defun-  
ctus die 7 Julii 1649, sepultus in ecclesia S. Ger-  
mani de Antissiodoro Parisiis: cujus cor ad Novi-  
gentinum cœnobium delatum, atque sepulturæ tra-  
ditum est.

XXXIV. Joannes de Grasse, provinciatis, abbatiam  
adipiscitur an. 1649.

(77) CAP. V. — *Augium castrum*; comitatus, cujus  
urbs præcipua Augium, Picardiæ inferiori atque  
territorio Caletensi contermina. Familiam comitum  
Augensium sive Aucensium, reperies in fine Histo-  
riæ Northman. scriptæ ab Andree Duchesnio, pag.  
1086.

(78) *Ibid.* — *Abbatia Sancti Michaelis juxta mare,*  
*quod dicitur Ulteris-Portus.* Ipsius conditoris atque  
originis, nec non facultatum notitiam ut habeas,  
quodnam antiquius, nobilius, certius monumentum  
prodere quivero, quam foundationis tabulam? Hanc  
ergo ex antiquis schedis in lucem emitto:

*Charta abbatix Ulterioris-Portus de donatione et con-*  
*firmatione Roberti comitis Augi, fundatoris ecclesix*  
*de Ulteriori-Portu.*

« In nomine sanctæ et individue Trinitatis, Pa-  
tris, et Filii, et Spiritus sancti, Amen. Anno ab In-  
carnatione Domini millesimo tricesimo sexto. Ego  
Robertus comes Augensis, consilio Maurilii archi-  
episcopi Rothomagensis, et Willermi Northmanorum

A ducis, sed et aliorum tam episcoporum, quam opti-  
matum Northmaniæ, hominumque meorum laude, et  
præcipue monitu uxoris meæ Beatricis comitissæ,  
abbatiam in honorem Dei et sancti Michaelis ar-  
changeli apud Ulteris-Portum constituo, et unde  
monachi ibi vivant, qui pro mea meorumque salute  
Deum assidue exorent, uxore Beatrice, et filiis meis,  
Radulfo videlicet, Willermo atque Roberto conce-  
dentibus, atque laudantibus, de meis possessionibus  
stabilio.

« Do igitur eis in Ulteris-Portu ecclesiam, ubi  
eadem abbatia est constructa, cum tota decima, et  
cum omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus;  
et viginti domos in eadem villa, sex in cambis ex  
ipsis, et duos homines vavasores liberos, et cœsum  
B lignorum ejusdem villæ; et palustrem, terram et  
prata de juxta, et omnem terram arabilem, quam  
in dominio meo, in eadem villa, id est in Ulteris-  
Portu habeo, et omnem consuetudinem hominum  
illorum, qui sunt sancti Michaelis, quidquid omnino  
sit.

« Item in Ulteris-Portu, et in Augo oppido, et  
decimam denariorum de vicecomitatibus, et in utra-  
que villa quidquid abbas et monachi acquirere po-  
terunt. Quod si homines abbatis piscem, qui vocatur  
turium, capiunt, totus erit Sancti Michaelis, crassus  
piscis si captus fuerit, ala una et medietas caudæ  
erit monachis.

« Do etiam ego Robertus comes eidem Ecclesiæ  
C apud Augum, mansionem cujusdam hominis qui  
vocatur. . . . . cum viridario; et  
alias tres mansiones; decimamque pasnagii silvarum  
Augi; omniumque exaltatum earumdem silvarum,  
ubicunque fiant, silvam quoque liberam in opus  
monasterii et ministerii monachorum.

« Do etiam terram Maisnilli-Vallis, cum portu, et  
quidquid in eodem loco habeo; quercitumque Cri-  
lii; et maisnillum Soreth liberum, et quietum ab  
omni consuetudine, et quodcunque inde exit.  
Maisnillum quoque Alardum do; et villam quæ Ra-  
micheon-Maisnil dicitur; et aliam quæ Grimonth-  
Maisnil vocatur. Et concedo medietatem de Boiteal-  
Maisnil apud Fucardi montem. Et de dominio meo  
do duos hortos, et mansiones quinque hospitum, et  
D unum molendinum. In fontibus autem, excepto telo-  
neo, et parochia, do illud quod in dominio meo  
habeo in terris, et pratis, et alnetis, et marescis, et  
unam domum liberam, et unum molendinum, ubi  
tota molitura de Grimonth-Maisnil debet venire, si  
dominus villæ molendino caruerit.

« Do etiam decimam molendinique Blangeci, et  
septem molarum. Apud septem molas do ejusdem  
villæ ecclesiam, et quodcunque ad eam pertinet,  
terramque unius carruce, et totam decimam de do-  
minio meo. In Crioleio molendinum unum cum tota  
CSIII molitura, et de floscis, et de Estaelonde Vin-  
liothuil, et duas mansiones liberas.

« Ecclesiam quoque do de Aledinace, et fiscum  
Rogerii ejusdem villæ, qui monachus effectus est,

et totam terram Gozondimare. In Verleio unum molendinum do pro anima Rogerii filii Turlodi, et terram quam Romeldis avia ipsius Rogerii in Verleio habuerat, et quam ipse Rogerius ecclesie Sancti Michaelis, me presente, dedit, scilicet medietatem villæ do ego Robertus comes liberam.

« De Boevilla autem, et de Penleio et de Brunvilla do ecclesias, et totam decimam, et terram quatuor bobus; ecclesiam quoque de Guillemercourt do, cum tertia garba; et ecclesiam Sancti Petri in Valle, cum tota decima; et ecclesiam Sancti Walariici de Monte-Aqueso, cum terra et cæteris ad eam pertinentibus; et ecclesiam de Burgo Turoidi, cum tota decima, et triginta quinque acras terræ; Basilicis terram ad unam carrucam, et ecclesiam cum tota decima, et quidquid ad eam pertinet, et mansiones hospitum duodecim. Do et Roscelinum de Matun-Maisnil cementarium, cum fisco suo; et Sanctum Martinum de silva liberum et quietum, cum terris, et hospitibus, et quidquid ad eundem locum pertinet, ubi quondam dominus Gervinus, abbas Sancti Richarii, eremiticam vitam duxit; item locum illum qui dicitur Flamenguevilla, et terram unius atrii, et partem meæ Warance; decimamque telonei septem molarum; et Grandinciæ omnium piscium coquinæ meæ; et de sale, et de omni carne, quæ mihi, vel hæredibus meis de Anglia veniunt.

« Similiter decimam do et aquam de Criolio, octo diebus ante festivitatem sancti Michaelis, et ipsa nocte festivitatis ejusdem, aquam de eo, eidem abbatiæ do; similiter ante festum translationis sancti Benedicti, aquam de Criolio concedo eidem ecclesie quatuor diebus, et ipsa nocte festi, aquam de eo.

« In Anglia do Bonitone, et quidquid ad eam pertinet, in terris, in hospitibus, et cæteris rebus.

« Hæc omnia dono eidem abbatiæ in eleemosynam liberam, et quietam, et per chartam testificor dona, quæ Guillelmus filius meus, me presente et consentiente, eidem ecclesie in eleemosynam contulit, videlicet ecclesiam de Haymies cum tota decima, et terram trium hospitum ad eandem ecclesiam pertinentem.

« Testificor etiam omnia dona, quæ, me presente, volente, et rogante, barones, milites, et nationes terræ meæ, eidem ecclesie in eleemosynam liberam contulerunt et quietam, videlicet triginta acras terræ apud Ulteris-Portum de dono Hugonis vicecomitis, patris Guiberti de Dimeio; de dono Willermi Cancheis, duas mansiones in villa Ulteris-Portus, et totam terram Montis-Goisberti, et duo jugera prati apud Flamenguevillam, et apud Criolium alia duo jugera prati, et terram quam tenebat in Augo oppido, et viridarium unum, et quidquid habebat in septem molis; de dono Richardi Boistel, et Hilduini de Blangeio, et Gustini de Grimont-Maisnil, et Henrici Jaillardii, duas garbas decimæ in feodis suis apud Blangeium; de dono Henrici Mostellencis, in fontibus viginti jugera terræ, et duas garbas decimæ; de dono Anscherii de Riu senis, decimam

A suam de Riu; de dono Ymberti de Basinval, et de dono Helduini Forestarii duas garbas decimæ de terris suis apud Basinval; de dono Walterii ad Barbam de Daivilla, duas garbas decimæ de fisco suo apud Moncheium; de dono Gosselini de Bernoumaisnil, et Osmeldis uxoris ejus terram de Sifridivilla; de dono Rogerii filii Teroldi, apud Guillemercourt fiscum duorum hominum, videlicet Goifridi filii Romoldis, et Rogerii filii Henrici; de dono Radulphi, qui non videt, patris Radulphi de Grantcourt, quamdam decimam in Grantcourt; de dono Willelmi Tallebot servitium terræ Sansogolinis in Gillemercourt; de dono Alundi de Grantcourt, patris Roberti, duas garbas decimæ de terra sua de Grantcourt; de dono Radulphi filii Alveredi totam decimam terræ suæ apud Penlieu; de dono Goifredi, filii Rainoldi de Sancto Martino Jaillardo, decimam de terris hominum suorum, quam habebat in dominio suo, et apud S. Martinum, et apud Letot et apud Merlim campum; de dono Claremboudi, patris Ricardi de Tokevilla, duas garbas decimæ de Tokevilla, de dono Rogeri de Salcheio fratris Ricardi de Freavilla, ecclesiam de Salcheio cum tota decima, et quidquid ad eandem ecclesiam pertinet, et unam acram prati; de dono Ricardi, filii Roberti de Freavilla, totam decimam de . . . . .; de dono Picardi de Lonreio, patris Bartholomæi, decimam de Bosco Ricardi; de dono Millonis de Ayssingueio, duos hortos et duas garbas decimæ de Assingueio, ita libere, ut eas et nunc homines villæ ad domum monachorum adduxerunt, sicuti ad suam pridem facere ex debito solebant; de dono Roberti de Petrepono, et Godefridi fratris ejus decimam de Cuvervillam, quam tenebant de Oylardo domino ejusdem villæ, et hoc ~~est~~ fecerunt de consensu ejusdem domini; de dono Oystellandi militis mei, qui filium meum Willermum nutrit, villam quæ vocatur Maisinloystellant, et hoc concessi precibus Willelmi filii mei, ut in perpetuum esset eadem villa ad eleemosynam pauperum libera et quieta.

« Et volo ut quæcunque monachi Ulterioris-Portus ei dono meo, sive successorum meorum, tenuerint, vel possederint, ita libere et quiete teneant quod vel ab eis vel ab hominibus eorum hæredes mei nulla servitia, nulla auxilia, nullas tallias sive collectas, nullas omnino exactiones exigant: et successoribus nostris hoc annuentibus, et pro posse suo res hujus ecclesie argentibus, benedictionem; calumniantibus vero, et res hujus ecclesie retrahentibus, æternam maledictionem indico, et eos timendæ excommunicationis vinculo ligo. Horum donorum tam meorum quam aliorum benefactorum hujus ecclesie, quos prædixi, testes:

« Ego Robertus comes Augi. Et Radulphus et Willelmus, et Robertus filii mei. Et Hugo vicecomes. Et Gaufridus de Bailoil. Et Galterus ad Barbam de Davitusvilla.» Et alii multi quos longum est nominare.



Hocce donationis instrumentum confirmat Joannes, itidem comes Augensis, ad hunc modum :

« Anno Incarnationis 1149, Romanam Ecclesiam regente papa Eugenio; Rothomagensem cathedram episcopo sedente Hugone archiep.; principante in Northmania Andegavorum comite Gaufrido : Ego Joannes Augensium comes, huic S. archangeli Michaelis Ulterioris-Portensi ecclesie concedendo dedi et confirmavi, et super altare propria manu mea posui omnia dona illa, quae antecessores mei, comes videlicet Robertus, et Guillelmus filius ejus, Henricus pater meus, sui que homines concesserunt, dederunt, et confirmaverunt, et quidquid die uno, quocunque pacto ecclesia tenuerat viventibus praefatis comitibus; et volo ut ea praecipue quae monachi habere debebant, firmiter et plenarie habeant, et in perpetuum possideant, » etc.

Verum paucis post annis ab eodem comite, sive ab ejus militibus, cum ecclesie S. Michaelis thesaurus immani sacrilegio fuisset direptus, poenitentia princeps ille ductus, quidquid ablatum eatenus compensare studuit, ut alia, quae in sequenti charta continentur, pie contulerit. Hanc exscribere juvabit, ut inde aevi nostri exercituum duces (Heu! quam nefanda patrata sunt) nobile religionis Christianae, quin et justitiae exemplum sumere possint.

« Notum sit universis Ecclesie Dei filiiis quod Ego Joannes comes Augi pro stipendio militum, et servientium, quos tenui per guerram regis, invadiavi maximam partem et optimam thesauri ecclesie Sancti Michaelis de Ulteriori-Portu, duos videlicet textus pretiosos, et duo thuribula pretiosa, unum calicem argenteum, et optime deauratum, cappas caras viginti quatuor, casulam perlatam, et bonam. Praeterea tot et tantis gravaminibus praefatam ecclesiam tam saepe gravavi, quam vices gravaminum numerare non possem. Quare pro multis pauca, pro magnis parva rependens, concedo et in perpetuum do praedictae ecclesiae, avenam et frumentum de Verleio, quae pertinet ad forestagium. Diligenter autem haeredes exoro ne Ecclesias terrae suae gravent, sed honorent et protegant. Et si quid eis pro salute animae meae, et parentum meorum dedi, vel pro ablatis reddidi, in pace stabiliter tenere faciant, recordantes quod ipsi morituri sunt, sicut praedecessores nostri mortui sunt. Hujus donationis testes sunt hi : Henricus et Robertus filii comitis, et N. comitissa Augi : H. abbas Fiscanni, Stephanus abbas de Fulcardimonte, Thomas de Brienchon, Alverdus de Sancto Martino, Magister Ricardus, Guillelmus Billuar; » *et alii plures.*

His accedit ejusdem monasterii antistitum nomenclatura.

*Ex Necrologio abbatiae Sancti Michaelis Ulterioris-Portus.*

« XIV Kalendas Maii, obiit pie recordationis dominus abbas Rainerus, hujus ecclesiae pastor primus.

« III Nonas Martii obiit pie memoriae dominus abbas Drogo, hujus ecclesiae secundus rector.

« XI Kalendas Aprilis, obiit reverendissimus vir dominus abbas Alfredus, istius loci gubernator tertius. »

De quarto et quinto nihil.

« XI Kalendas Maii, obiit dominus abbas Guillelmus, hujus Ecclesiae pastor sextus.

« Kalendis Junii, obiit dominus Ricardus abbas, hujus Ecclesiae pastor septimus. »

De octavo haud ulla commemoratio.

« VI Kalendas Martii, obiit pie memoriae dominus abbas Guillelmus, hujus Ecclesiae pastor nonus.

« Kalendis Martii, obiit dominus abbas Arturius, hujus Ecclesiae pastor decimus.

De undecimo silet Necrologium.

« V Nonas Martii, obiit dominus Hugo abbas, hujus Ecclesiae rector duodecimus.

« VI Kalendas Maii, obiit pie memorae dominus abbas Henricus rector, et reaedificator nobilissimus, et tertius decimus loci istius; in cujus anniversario habemus 634 quadraginta solidos. »

De quatuor subsequentibus nihil.

« XIV Kalendas Aprilis, obiit dominus Robertus abbas hujus Ecclesiae vigesimus primus.

« III Idus Julii obiit Joannes abbas istius Ecclesiae, reaedificator et reparator nobilissimus, et pastor vigesimus secundus. »

Vigesimi tertii nulla mentio.

« VI Nonas Maii, obiit pie memoriae dominus abbas Ricardus de Longuemor rector, et reaedificator nobilissimus, vigesimus quartus.

« V Kalendas Aprilis, obiit pie memoriae dominus abbas Andreas rector, et reparator nobilissimus capellae Beatae Mariae, vigesimus quintus.

VI Kalendas Octobris, obiit pie memoriae dominus abbas Ricardus de Longuemor nobilissimus reaedificator, ac vigesimus sextus hujus Ecclesiae rector. »

Videtur hic error, vel fuere synonymi 24 ac 26.

De vigesimo septimo nihil exstat.

« XVI Kalendas Septembris, obiit anno Domini 1521 illustris dominus Carolus de Cleves comes Augi, filius primogenitus domini Gilberti ejusdem loci comitis, frater germanus domini Francisci de Cleves hujus Ecclesiae moderni abbatis commendatarii primi, et in ordine vigesimi octavi.

« XII Kalendas Junii, obiit dominus abbas Albericus, Ecclesiae S. Leofredi moderatissimus rector, nostrique loci primus aedificator. »

Hanc abbatum seriem solidam, certamque nequaquam propono; refragatur enim Robertus de Monte in tractatu De immutatione ord. monach. infra inter Additamenta : « Robertus comes Augensis, inquit, monasterium S. Michaelis Ulterioris-Portus aedificavit : in quo primus abbas fuit Herbertus, monachus S. Trinitatis de Monte Rothomag., secundus Alveredus, tertius Osbernus monachus ejusdem loci, quartus Fulcherius monachus Cluniacensis. »

(7<sup>a</sup>) CAP. V. — *Comitissa Helisendis.* Quae Ro-

berto Aucensi comiti nupta, Willelmum (de quo eo loci) natu secundum genuit, quemadmodum in subscriptionibus foundationis S. Michaelis supra allatæ visere est. Guillelmus Gemet. Hist. lib. v cap. 3 in Richardo II. « Cui, Willelmo, non multo post Ocensem comitatum tradidit, eique quamdam puellam Leschelinam dedit. Ex ea genuit tres filios, Robertum scilicet, post ejus mortem comitatus hæredem, » etc. Sed vim solummodo conjecturæ nostra hæc habeat adnotatio.

<sup>(80)</sup> *IBID.* — *Cum ibi litteratorum foreat multitudo.* Inter antiquos Radulphus Flaviacensis vulgo dictus, haud infimæ notæ scriptor, commentarium in Leviticum (multoties eusum) edidit.

<sup>(81)</sup> *IBID.* — *Instar religiosorum illorum, quos Deonandos vulgo appellant.* Deonandos eos esse puto, *Donatos* sive *Oblatos*, vulgari lingua *Donnés*, *Oblats*, nuncupamus. Hi autem habitum laicali inserviunt monasteriis, in his potissimum quæ foris peragi a monachis (quorum munus est sacris incumbere) non facili negotio queunt: haud omnibus observantiis, rigidioribus maxime, tenentur. B. Lanfranco monachi laici dicuntur, decret. cap. 1, sect. 4, post init., et sect. 5, sub med., fratres laici. Legesis Menardum, observat. ad caput 70 Concordiæ regul. pag. 1028.

Cæterum Deonandos, sive laicos fratres, nomine monachorum ad succurrendum identidem in vetustis chartis, et martyrologiis seu necrologiis venire existimo. Cui ministerio non viri tantum, sed etiam mulieres sese, quo facilius theoriæ studiis intenderent cœnobitæ, addicebant, velut supra ostensum est, pag. 12, D. et seq. Testimonium hujusce rei subministrat Chronicon Besuense hoc modo:

« Noverint fideles per succedentia tempora, quod quidam homo Lambertus nomine, cum esset ingenuus, et maneret apud Setas, cum uxore sua nomine Ereburchi, ac liberis Framvero et Dominico, ejusdem conditionis, gratis se tradidit sancto Petro ad serviendum, in loco qui dicitur Fons-Besua, ac monachis ibi degentibus famulantibus Deo, quatenus libertas proveniret animabus eorum: sed hoc fecit eo tenore, ea conditione et fenore ut ipse et successores ejus fideliter custodirent eleemosynam, quam comes regionis Rainaldus, una cum sua conjugē, tribuit supradicto sancto Petro. Nam quidquid in lucro aut negotio aliquid exinde potuerint lucrari, reddant ad vestitum fratrum in camera supradicti loci. Et ut hæc scriptio firma maneret in præsentī dederunt in recordatione huic conventui, vir duos asinos, et ejusdem viri uxor decem solidos, ad restaurandam caldarium; similiter, et unam navim dederunt. Nam noverint monachi ipsius loci, non eum habere alium advocatum, nisi ipsos, et ideo omni tempore eum in vestitu, in calceatu, ac cibo semper gubernari. Et ut insuspecti manerent, anathematizaverunt seniores loci quidquam in aliquo, aut quidpiam ei moleste fecerit, aut ejus liberis perpetua anathematizatione ex auctoritate Dei

A sanctique Petri, ob cujus amorem se tradidit ipse Lambertus ad serviendum, nisi satisfactio facta promeruerit veniam. Testes huic subscriptioni omnes habitatores sancti loci, ipsi sunt: Ado præpositus, Humbertus, Wilo decanus, Orbertus, Necteus, Ramerius. Hæc enim acta sunt tempore Willelmi abbatis, ac præpositi loci, Benedicti nomine. »

635 Et charta e monasterii S. Maxentii tabulario exscripta:

« In nomine Domini. Ego Gauterius presbyter, filius Adhemari de Guarda, dedi animam meam et corpus meum domno Goffredo abbati sedenti in capitulo cum monachis suis, die quodam Dominico Adventus Domini, in societatem et beneficium totius monasterii; et quando voluero monachus esse, cum rebus quas habuero accipiant me sive sanum sive infirmum. Dedi eis unam borderiam de terra, et unum quartarium de prato, pro beneficio et salute animarum parentum meorum, in eleemosynam, sine ulla requisitione progeniei meæ. Ipsi autem me et fratrem meum Lucium, de hoc beneficio cum regula revestierunt nos, et osculati sunt. Et ibidem convenimus donum hoc a dominis nostris carnalibus servaturos. Hoc donum fecimus cum isto pergamento super altare, videntibus testibus istis subtus scriptis.

« Martinus Espernus. Hugo Porcheus, etc.

« Et ego Gauterius cum signo † firmavi.

C « Facta est autem hæc chartula anno ab Incarnatione Domini 1110, regnante in Francia Ludovico rege, et Guillelmo comite in Aquitania, Petro quoque episcopo Pictavensi. »


Virum uxoremque cœnobio Beatæ Mariæ Vallis-Bonæ sese nuncupasse delicat instrumentum, quod non ita pridem ex chartis ejusdem prioratus (olim abbatia) diœcesis Grassensis, descripsit atque in epitomen redegit noster Claudius Chantelou.

D « Anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo trigesimo secundo, indictione quinta, mensis Decembris die decimo octavo. Blacacius de Sartols et Jordana uxor sua, donant monasterio Beatæ Mariæ Vallis-Bonæ et domno P. abbati dicti monasterii, seipos et omnia bona sua generaliter, et specialiter Blacacius dat omnia bona sua mobilia et immobilia, et jura quæ habet in castro de Sartols, et in toto ejus territorio, sive consistant in domibus, hominibus, servitiis, dominiis, vineis, arboribus pratis, campis, nemoribus, aquis, pascuis, etc. Et Jordana specialiter dat omnia bona sua et jura quæ habet in castro de Torrenco, et in ejus territorio, et in castro de Grauleriis superioribus, et in ejus territorio, sive consistant in domibus, etc. Item dat dicta Jordana libras triginta quinque, denariorum Raimondensium, unum denarium, et solidos centum Raimondensium in rebus retento ipsis jugalibus usufructu in vita sua. Et promittunt ipsi jugales prædicto abbati quod quicumque ipsorum jugalium prius defecerit seu decesserit, quod alter qui superstiterit, tantum quantum vixerit, permanebit caste et in conti-

mentia, et incontinenti promittunt obedientiam eidem domino abbati, nomine dicti monasterii, junctis manibus. Et ibidem abbas recipit dictos Blacacium et Jordanam junctis manibus in fratres, et participes et Donatos dicti monasterii Vallis-Bonæ, promittens quocumque ipsis venire placuerit, ipse et monasterium eos benigne suscipiat et pertractet tanquam alios confratres dicti monasterii, et provideat ipsis in victu et vestitu, et calceamento secundum monasterii possibilitatem. Scribebat B. de Sclannola notarius domini Raimundi Berengarii comitis Provinciæ. »

Sed et Necrologium Sandionysianum expressis verbis : « v Kal. Februarii, obiit Girardus monachus ad succurrendum ; et xi Kalend. Novemb. obiit Vincentius monachus ad succurrendum. » Martyrologium Corbeicense : « Pridie Idus Januarii, obiit Walterus monachus nostræ congregationis ad succurrendum. » Item : « xvii Kalend. Febr. obiit Odoardus monachus nostræ congreg. ad succurrendum. » Mortuologium Sancti Andree juxta Avenionem : « iv Idus Januarii, obiit dominus Isuardus, dominus de Bareto, monachus ad succurrendum. » Denique : « iii Nonas Novemb. obiit Rostagnus de Podio Alto miles, monachus noster ad succurrendum. » Sic et alibi.

Aliter vero monachos ad succurrendum usurpari aliquando in antiquis membranis legisse venit in mentem, nempe pro laicis morbo aliquo laborantibus, qui in monasteria vel ipsimet rogantes, vel a monachis ob Dei amorem suscipiebantur ; et iis succurrebant monachi inserviebantque, et quascunque poterant res ad eorum solamen, commodabant, inde *monachi ad succurrendum* sortiti nomen. Duo inter quamplurima occurrunt exempla. In charta prioratus Sancti Ægidii de Medunta : « Odo Ruffini filius maxima ægritudine vexatus suscepit habitum monachicum, etc., et monachus ad succurrendum effectus est. Chronicon Besuense : Wido miles de villa quæ Eretas nuncupatur, decidens in infirmitate effectus est monachus, » etc.

(<sup>82</sup>) CAP. V. — *Birro talari et nigro capite cooperto.* Pro pileo birrum sive biretum hic sumi perspicuum mihi videtur. Verba huic rei l. i Codic. Theodos. De habitu quo uti oportet intra urbem, libro xiv, tit. 10 : « Servos sane omnium (quorum tamen dominos sollicitudine militiæ constat non teneri) aut birris uti permittimus, aut cucullis. » Statuta Cluniacensis anno circiter 1290 edita, cap. 53 : « Permittitur  cuilibet religioso habere duas tunicas, etc., duo caputia cum duobus biretis, uno nigro et altero albo. » Me tamen non latet birrum aliud sonare apud gravissimos auctores, scilicet lacernam et palliolum. Consule Henric. Spelman in Glossario et Girardum Vossium De vitis sermonis, etc. Canonicus Laudunensis in Chronico ms. ita birrum exprimit : « Et ecce quidam in specie peregrini birro, id est veste Hierosolymitana indutus, » etc.

(<sup>83</sup>) CAP. VI. — *Apud Sanctum Medardum.* In

abbatiæ Sancti Melardi Suessionensis Historia conscribenda operam ac studium collocat dominus Ildensius Vrayet, haud ignarus nostræ congregat. presbyter ; de hac ergo silemus.

(<sup>84</sup>) IBID. — *Directis ad abbatem Sancti Nicasii ea tempestate Joannem.* Quis iste Joannes ex subjecta Historiæ monasterii Sancti Nicasii epitome atque abbatum serie palam fiet. Utrumque ex sua ms. diocæseos Remensis Historia (quam improbo studio et cura plures per annos elaboravit) lubenti animo deprompsit mihi valde amicus dominus Guillelmus Marlot, major ejusdem cœnobii prior, doctor theologus, vir cum morum gravitate, tum eruditione singulari.

B *Monasterii Sancti Nicasii Remensis, ordinis Sancti Benedicti, initia et progressus.*

Monasterium Sancti Nicasii, ordinis Benedictini, in urbe Remensi, clarum origine et progressu celebre habetur. Vetus olim basilica fuit titulo Sancti Agricolæ, cui primo consecrata fuit, et Remensium archiepiscopum sepultura insignis. A Jovino, Romanæ militiæ præfecto, anno 330, et deinceps illustris effecta beatissimi Nicasii nomine, sub Wandallia persecutione martyrii laurea donati, cujus sacratissima pignora ac sororis ejusdem Eutropiæ feliciter excepti anno 407, ut est apud Flodoardum lib. 1, cap. 6.

In hac eadem basilica idem Fla. Jovinus fundator munificus quiescit, ex testamento sancti Remigii, quo pariter archiepiscopi in ea tumulati recensentur, his verbis : « Ecclesiæ Jovinianæ tituli Sancti Agricolæ (ubi ipse vir Christianissimus Jovinus et sanctus martyr Nicasius, cum plurimis societatis suæ Christi martyribus requiescunt, ubi etiam quinque confessores proximi antecessores domni Nicasii, cum sanctissima virgine et martyre Eutropia, conditi sunt) solidos tres. » Hodie visitur tumulus marmoreus Jovini tota Gallia celeberrimus in navi ecclesiæ, juxta parietem tribus columnis erectus et prominens, in cujus anteriori parte egregie sculpta prostat effigies insignis cujusdam equitis, leonem telo ferientis, et multorum satellitum seu servorum circumstantium, cujus explicationem curiosam juxta et eruditam dederunt Nicolaus Bergier Remus in doctissimo opere Viarum imperii, ac dominus Tristan.

Quam vero eleganti structura idem Jovinus prædictam basilicam construxerit codex manuscriptus sic indicat : « Est quædam ecclesia in suburbio Remensi (nunc pomœrio urbis dilatato a trecentis annis, mœnibus clauditur) posita, miro columnarum ornatu, arcubus, auro et vitro lapillis interposito micantibus, a Jovino urbis Romæ præfecto quondam glorioso fundata, etc., quam his verbis aureo prætitulavit decore. » Ex Flodoardo :

*Felix militiæ sumpsit devota Jovinus  
Cingula, virtutum culmen propectus in altum, etc.*

De hoc Jovino præclare Ammianus Marcellinus, lib. xv ; Cassiodorus in Chronico, et Necrologium

Nicasianum septimo Septembris, qui anniversarius A dies ejus obitus solemniter celebratur.

Quanta vero præcelluerit dignitate vetus basilica Joviniana, ex quo sanctorum martyrum pignoribus locupletata est, satis superque indicat Flodoard, cap. 17, lib. 1, imo promiscue titulo Agricolaë et Nicasii colebatur a fidelibus, et abbatia nomine gaudebat primis his sæculis, quamvis in ea non monachi, sed fratres clerici divina officia persolverent, ut ex Philippi primi Francorum regis diplomate, et ex cap. 8 Flodoardi abunde colligimus. Sed quamvis sensim, ut sors est rerum humanarum, forte clericorum incuria, decreverit, per septingentos tamen annos usque ad Flodoardi tempora superstes mansit. At sub Henrico primo cum reverendissimus antistes Gervasius, ex episcopatu Cenomanensi ad sedem Remensem speciali providentia Dei evectus est, adeo erat vetustate attrita et imbribus deformata, ut tecta ac parietes undique corruerent, vectori majestate prorsus extincta, quo fit ut prædictus venerabilis Gervasius visa tam magnifici operis fabrica, ruinis undique fatiscente, in animum induxerit eam a fundamentis instaurare, quod et egregie præstitit assensu potentissimi regis Henrici primi, ac conatum ejus regali magnificentia promovente Philippo primo, Francorum rege, hujus diplomatæ præcipua verba hic præfigenda sunt.

« In nomine Dei summi et Salvatoris mundi Jesu Christi, Philippus divina dispensante clementia Francorum rex.

« Quoniam fovendis Ecclesiis Dei exaltandis et protegendis operam dare, regalis est excellentiæ, nosque ad hanc dignitatem divina clementia sublimare dignata est, si qui pro earum incolumitate patimur, id eis, prout tempus exigit, regali nostra liberalitate debetur. Noverit igitur fidelium nostrorum tam præsens quam futura posteritas, Gervasium venerabilem Remensem archiepiscopum, quamdam abbatiam in archiepiscopatu suo construxisse, et quæ suo labore et industria acquisita sunt, ut eidem nostræ confirmationis scripto corroboremus, nostram regiam serenitatem sedulo postulare. Est enim ecclesia in suburbio Remensi posita, miro opere quondam a Jovino præfecto ædificata, quæ in primordio archiepiscopatus sui, ab eo inventa est vetustate et incuria, magna ex parte consumpta. Et quia de nomine sancti martyris appellabatur, quanquam qui primo fundaverat, sub titulo eam Sancti Agricolaë condidisset, ob amorem Dei et sancti prædecessoris sui, studuit quæ in eo omnino corruerant a fundamentis restaurare, quæ semirupta pendebant artificio quodam reintegrare, eam speciem novi operis ruinosam ecclesiam decentissime reformare. Ad hæc refectorium, dormitorium, et cætera habitacula servorum Dei usibus necessaria, quæ antea ibi nunquam fuerant, insigni opere superaddidit, fratresque sub abbate et regula Sancti Benedicti, Domino militantes ibidem congregavit, et redditus unde viverent sufficienter delegavit, etc.

« Signum Philippi regis Francorum. Signum Gervasii archiepiscopi. S. Adelardi Suessionum episcopi. S. Ermendi Laudunensis. S. Rogeri Catalaun. S. Balduini Noviomen. S. Widonis Belvacen. S. Leiberti Camerac. S. Walteri Melden.

« Actum Remis anno incarnationis millesimo sexagesimo sexto, Philippi regis septimo, Gervasii archiepiscopi nono, in ecclesia sanctorum Agricolaë et Nicasii martyrum, iv Kal. Octobris.

« Balduinus cancellarius ad vicem Gervasii archiepiscopi subscripsit. »

Ex veteri etiam manuscripto discimus illustrissimum Gervasium archiepiscopum, recentem a se ædificatam ecclesiam, quam nuper reliquii beati Nicasii ab urbe Tornacensi postliminio reportatis, ditaverat, consecrasset quinto Kal. Octobris, ac in ea novam abbatiam monachorum Benedictinorum instituisse, quam amplis possessionibus, et innumerabilibus divitiis, quandiu vixit, studuit exornare, sed filios proprios non habentem extraneis procuratoribus utriusque conditionis monachis compulsus fuisse committere, etc. Quibus verbis liquet Gervasium, nullum abbatem creasse (quamvis regio diplomate quid facturum esset, si diu mansisset in vivis, referatur) sed nomen abbatis sibi tanquam fundatori reservasse (externos procuratores sub se constituendo, ut tenelli illius gregis, ac vix adunati, paternam curam gereret), sed eo obeunte onus, legitimum ductorem non habentes, ad propria loca redeunt, possessiones a Gervasio relictae a perversis hominibus distrahuntur, et recens abbatia in tam infelicem statum redacta est, ut ipsa missarum solemnitas, nemine in ecclesia existente qui hoc ipsum expleret, a forensibus sacerdotibus celebrarentur, horæ etiam regulares a quodam juvene nomine Joranno, in eodem loco nutrito, recitabantur potius quam cantabantur; hunc statim abbatiæ dignitate, et Romana purpura ornatum videbimus.

Sed Rainaldo primo archiepiscopale culmen adeptus post Manassem, qui sacra profanaque conculcaverat, nova lux regioni Remensium visa est exoriri. Nam hic dispersa et exterminata congregans, et dissipata restaurans, venerabilis Gervasii exemplum secutus, inter alia præfatam ecclesiam Jovinianam ad pristinum statum revocare conatus est; et profectus ad solum Arvenense in comitatu regis monasterium Casæ-Dei adiit, nuper institutum a sancto Roberto, ac insignis tunc observantiæ sub venerabili Seguino, beati Roberti fundatoris discipulo, et nacta occasione, prædictum abbatem Seguinum summis precibus efflagitavit ut delectos sibi monachos concederet, cum experto rectore, ad regularem disciplinam in monasterio Nicasiano restituendam. Quod et obtinuit, ut ex charta ejusdem Rainaldi colligere licet. « Visum est nobis, et ut credimus, divinitus inspiratum, venerandum Seguinum abbatem monasterii, quod dicitur Casa-Dei, compellere, ut pro Deo laborem restituendæ ipsius

abbatiæ nobiscum susciperet, et ex sua congregatione fratrem ad præficiendum idoneum, aliosque in hoc ipsius cooperatores dirigeret, exorare, » etc. Hoc præclare cœptum Rainaldi confirmarunt Paschasius secundus, et Calixtus summi pontifices, concessa etiam monachis facultate eligendi abbatem in capitulo, a Remensi archiepiscopo consecrandum.

Sic igitur renovata regulari observantia venerabilis ipse Seguinus regimen suscepit animarum, et suis quasdam discipulis imposuit observationes, a Casa-Dei mutuatas, ut ab aliis monasticen profitentibus tanquam tessera discerneret, quas multos annos 636 retinuerunt, donec languescente disciplina constitutionibus Gregorii IX, Nicolai IV, et Benedicti XII, partim a Cluniacensi ordine depromptis, et partim de novo conditis, abbatiæ Remensis, et Senonensis provinciarum reformatæ sunt. Habitus etiam Nicasianorum, quamvis in pluribus cum aliis conveniret, hoc peculiare habuit, quod dalmutiis de pellibus nigris, caputiorum loco, uterentur (de quibus vide Clementinam) et botis foderatis, ut aiunt, de nocte cum ad matutinas surgerent, cum quibus etiam post mortem sepeliebantur.

Porro vigente observantia regulari, et virtutem monachis excolentibus, sensim ditescere cœpit asceterium Nicasianum, factumque octo cellarum parens, et monachorum numerum satis copiosum aluit, quem abbas canonicè electus additis sub se quatuor decanis, seu prioribus claustralibus, laudabiliter rexit usque ad moderna tempora, cum sublatis electionibus ordo monachicus per totam Galliam pessum abiit, ac regularis observantia, maxime in campestribus locis, neglecta est. Quam tamen a sexdecim annis seniores monachi, pro ea propensione animi quam habent erga sanctam regulam, summo studio renovare conati sunt, evocatis reverendis Patribus congregationis Sancti Mauri, quibus, non vi coacti, sed ingenua et simplici charitate, ecclesiam sacris supellectilibus refertam, omnes reditus claustrales, et jura, quæ hactenus illæsa conservarant, paucis omnino contenti cesserunt, ut sarta tecta in perpetuum tueantur; hinc factum est ut abbatia Nicasiana, quæ hactenus independens ab origine exstiterat, exemplo regalium abbatiarum regni Franciæ in omnibus innovata, huic congregationi, auctoritate summi pontificis erectæ, unita sit, cui prosperum et felicem successum precamur, Cæterum.

*Abbatès præfuerunt hac serie.*

I. Gervasius, fundator illustris et primus abbas, rexit monasterium per externos procuratores quandiu vixit, ut erat consuetudo hujus sæculi. At incerta quædam abbatum series nobis Remigium quœdam, et post hunc Albericum, et Henricum ex clauastro Remigiano emendicatos obtrudere conatur, sed ficta et fabulosa est, cum obeunte Gervasio, non tam monasterii facies immutata sit, quam dissipata congregatio, et incuria vel recessu procu-

ratorum, nulli permanserint, qui regere vel regi possent. (Ex Chronico. ms. a cœtaneo auctore conscripto.) Sed et monasterium amplis possessionibus a fundatore ditatum instar cornicis Horatii exutum et spoliatum est, Manassis, ut credo, in sedem Remensem post Gervasium intrusi, omnia late depopulantis tyrannide, sub quo pariter cœnobium Remigianum eadem persecutione pressum, legitimum abbatem nancisci non potuisse, ex epistolis Gregorii VII discimus, multo minus aliis providere. Adde quod Guibertus de Novigento, de posteriore Henrico verba faciens, trium abbatiarum pastorem nominat, Sancti Remigii, scilicet Humiliarensis, et Novigenti, at nusquam Sancti Nicasii, quod non tacuisset. Dies obitus Gervasii archipræsulis, iv Julii in Nicasiano Necrologio legitur, quo die anniversarium solemne a monachis celebratur 1068.

II. B. Seguinus ex abbate Casæ-Dei, fit primus abbas regularis Sancti Nicasii, anno 1086. Fuit is discipulus sancti Roberti, quem Rainaldus I Remensis archiepiscopus evocavit, cum duodecim religiosiis, ut Benedictinum ordinem restitueret, ex charta ejusdem Rainaldi. Memoratur in chartulario Sancti Theodorici, anno 1093, quod abdicans, Casam-Dei reversus est post septem annos regiminis, eique suffectus.

III. Nicolaus I, etiam ex monasterio Casæ-Dei, et beati Roberti discipulus, legitur pariter in chartulario asceterii beati Theodorici prope Remos an. 1093.

IV. Joannes I, ex eodem clauastro selectus memoratur apud Guibertum de Novigento. Hic vix adepto regimine in terram sanctam profectus est, cum aliis abbatibus, eremitis, et reclusis, qui domicilliis suis non satis sapienter relictis, ire viam perrexerunt, ait Ordericus Vitalis De itinere Hierosolymitano.

V. Guido I, pacificavit cum Nicolao domino de Rumigni, pro decimis ejusdem loci anno 1100. Huic Manasses II, archiepiscopus Remensis decimas Montis Valesii concessit instrumento confecto, vi pontificatus, quod sic incipit : « Curam nos gerere pauperum, et episcopalis exposcit sanctitas, et animæ simul invitat utilitas, quatenus juxta Apostolici vocem, sic illorum inopiam nostra suppleat abundantia, ut ex illorum abundantia nostra in futuro suppleatur inopia (II Cor. viii, 14). » Præfuit quatuor annis.

VI. Jorannus in monasterio Sancti Nicasii a pueris educatus, et tenaciter observantiæ regulari adhærens, etiam post obitum Gervasii, meruit ob præclaras ingenii dotes, et singularia merita, ad præposituræ dignitatem primo, tum ad abbatialem promoveri, quam sic laudabiliter gessit, ut aliis esset rectæ vitæ speculum, et salutiferæ conversationis exemplum. Hunc Rainaldus archiepisc. 639 vocat « virum sanctitatis merito omnibus bonis imitabilem. » Eo regente, ex asceterio Nicasiano insignes viri prodierunt, ad regularem disciplinam longe

lateque propagandam; inter quos memorantur: Drogo prior claustralis, qui expulsus monialibus e monasterio Sancti Joannis Laudunensis, tempore Bartholomæi episcopi, coloniam monachorum in earum locum iniecit, quorum ipse ductor fuit et primus abbas, tum cardinalis Ostiensis, cujus exstat epistola De sacramento Dominicæ passionis, tom. II Bibliothecæ Patrum; Simon reparator lapsæ regularitatis in monasterio Sancti Nicolai de Bosco, cujus meminit D. Bernardus epist. 83; beatus Arnulphus, postea monachus Cisterciensis apud Signiacum; Godefridus item prior S. Nicasii, agentibus Calixto II et Ludovico VI, Francorum rege, translatus ad S. Medardum Suessionensem, pro statu regulæ reparando. De quo etiam S. Bernardus epist. 66, et alii plures. Multis etiam auxit bonis monasterium Jorannus, multis altaribus, cellis, seu prioratibus, tam in hoc regno quam in Flandria; sed tandem majori devotione intrinsecus tactu abdicavit, et ordinem Carthusianorum ingressus est an. 1138, ut habent ms. Montis Dei, ubi se tam præclare gessit, ut in numerum purpuratorum coaptatus fuerit ab Innocentio secundo.

VII. Nicolaus II, legitur in chartulario anno 1139. Hic favente beato Bernardo obtinuit prioratum beatæ Mariæ Castri Porciani, anno 1143, obiit 28 Septemb. 1144, post quindecim annos prælacionis. Jacet in prioratu de Finia prope insulas.

VIII. Guillelmus interfuit translationi reliquiarum sancti Gibriani, apud Sanctum Remigium, sub Samsonē archiepiscopo, mense Aprili 1145. Rexit in omni doctrina et bonitate tribus annis, ut legitur in Necrologio, 21 Julii.

IX. Joannes II recepit bullam Eugenii III, pro unione prioratus Castri Porciani. Obit 1 Octob. 1158. Jacet prope altare pulchræ capellæ dictæ *la Verde*, sub tumulo lapideo.

X. Guido II. Ex monacho Remigiano. Vide Sirmondum in Notis ad lib. v Petri Cellensis. Hic contraxit societatem cum Remigianis et viam universæ carnis ingressus est 5 Octob. 1179.

XI. Pontius memoratur undecimo Junii in necrologio; et præfuit duobus annis. Hujus nondum indiget nomen invenio.

XII. Reginaldus electus rite et solemniter a confratribus religiosi, anno 1181. Ei confirmat privilegia Clemens III, et obtinuit unionem prioratus Berbacensis. Abdicat anno 1193; jacet in capitulo.

XIII. Galterus, post abdicacionem præcedentis electus, fuit vitæ et doctrinæ venerabilis, cujus fama per totam percrebuit Provinciam, quem apud nos sua loquuntur opera, ex epistola fratrum Sancti Amandi in Pabulo, qui et illum statim in abbatem postularunt; unde paucis annis præfuit.

XIV. Hardericus nominatur in societate inita cum reverendis fratribus Sancti Amandi, 1193. Hic etiam sponte abdicavit, post tres annos præfecturæ.

XV. Drogo, Dei amore flagrantissimus ac litteris liberalibus apprime eruditus, anniversaria benefa-

ctorum ac præcedentium abbatum in Necrologio conscribi curavit, ut monachi ipsis satisfaciendis serio incumberent; sed cum justitiæ consulit proliores cantus inducendo, ac pensum divinum augendo, ansam præbuit remittendi regulæ observantiam. Hic renovavit societatem cum Remigianis, et obiit 18 Novemb. 1221; jacet in capitulo.

XVI. Simon *de Lions* instauravit ecclesiam eo schemate, quo nunc non sine admiratione conspicitur, in forma crucis, longam pedes 305, latam 130, altam a pavimento ad fornecem 95, columnis sepilis suffultam 28; vitreis fenestris incomparabilibus ex dono regum et procerum decoratam, choro vario marmore strato, in quo sunt sedilia ex utraque parte 76. Simon præfuit octo annis. Jacet in claustro juxta capitulum.

XVII. Simon II, *de Dampierre*, nobilissimis parentibus, rexit duodecim annis. Hic obtinuit licentiam augendi numerum monachorum usque ad sexaginta ab Innocentio IV; jacet in capella claustrii. Verum deficiente primo religionis ardore, regula novis constitutionibus vallata est a Gregorio IX, anno 1233, et posthac Nicolao IV, et Benedicto XII. Quibus priores adauctæ, aliam vivendi normam pepererunt. Imo et habitum diversum, ut opinor; nam præter usum bireti etiam almutiis nigris caput texerunt; quod Clemens V confirmat his verbis: « Almutiis caputiorum loco contenti sint monachi. »

XVIII. Simon III, *de Marmoustier*, benedicatur ab episcopo Suessionensi, sede archiepiscopali vacante anno 1242. Hic confirmationem immunitatis a gestis et procuracionibus obtinuit a reverendissimo Thoma de Beaumets archiepisc. anno 1249, et post 14 annos regiminis fato functus est 5 Nonas Julii 1254.

XIX. Gerardus *de Cernay*, vel *Cerny*. Ei confirmavit privilegia Alexander IV, et concedit, ut festum beati Nicasii solemniter celebretur, tam a clero quam a populo in provincia Remensi, Innocentius permittit, 640 ut religiosi possent succedere bonis paternis, nec possent excommunicari, aut prohiberi celebrare divina officia tempore interdicti januis clausis. Gerardi tempore lis mota est, pro conservatione clavium portæ civitatis, quæ Sancti Nicasii dicebatur. Obit 17 Maii 1263.

XX. Milo *Croissart* eligitur a Joanne de Courtaio archiepiscopo Remensi, sine præjudicio jurium et libertatis monasterii, ut ipse declarat in charta proprio sigillo munita. Præfuit quinque annis, et obiit 26 Octobris 1269.

XXI. Joannes III dictus de Sancto Ferreolo præfuit unico anno. Notatur in Necrologio 21 Augusti.

XXII. Guibertus administrationem sumpsit 1270; hic excepit Philippum et Mariam reginam in suo monasterio, quibus valde charus erat. Recognovit abbatiam esse in guardia, seu protectione archiepiscopi 1284; obiit post 18 annos regiminis, jacet in capella claustrii.

XXIII. Odo *le Plat*, Remus canonicè et solemniter A electus, benedicitur a Petro archiepiscopo, qui ejus electioni consenserat. Theobaldus dux Lotharingiæ ei hominum facit in ecclesia Sancti Sulpitii de Ruminiaco, pro feodis a monasterio dependentibus. Cœpit anno 1289; desiit vero 1297. Jacet in capella Sancti Quintini.

XXIV. Ægidius I, *de Landre*, rexit duobus mensibus cum dimidio. Sepultus in capella dicta *la Verde*, 1298.

XXV. Rogerius in vivis agebat anno 1299; legitur in processu Nicasianorum, pro jure tuendi chorum in supplicatione ad sanctum Mauritium. Jacet in capella Sanctæ Mariæ dicta de Coucy. Eo autem e vivis sublato.

XXVI. Ægidius II de *Monte Cornuto*, ex gente Castilonea, eligitur anno 1303. Societatem contraxit cum monasterio S. Petri Catalaunensis 1310. Dominus Castiloneus, comes Castri Porcensis et conestabularius Franciæ, ei hominum facit pro feodo de Rumigni, propter Mariam sponsam suam anno 1313. Ipsius tempore Robertus de Courtenais recognovit reliquias sancti Nicasi per aperturam capsæ, præsentente Rogerio Sancti Remigii abbate. Jacet in capella Sancti Quintini, decorata insignibus Castiloneæ familiæ, et Barrensis, in vitreis.

XXVII. Philippus *la Coque* eligitur an. 1316. Vir ingentis animi, et summæ prudentiæ; ei hominum facit Ferricus dux Lotharingiæ, pro feodis de Rumigni, in vico Remensi, dicto *le Barbastre* 1318, postquam declarasset præstari debere in burgo de Rumigni. Philippus contraxit societatem cum capitulo Remensi, in qua modus incedendi in processionibus publicis præscribitur. Memoratur in Historia Leod., fol. 384. Univit prioratus de Ham, et de Betencourt mensæ abbatialis; anno 1346 senio confectus abdicavit. In sacello Sanctæ Eutropiæ sepultus, anno 1348.

XXVIII. Guido *Morel*. Juramentum præstitit ecclesiæ Remensi post suam electionem, 8 Decembris 1349, et jurâ monasterii generose tuitus est, ac possessionem reliquiarum sancti Nicasi adversus capitulum Remense. Obiit 5 Januarii 1363, et in capella de Couciaco, seu beatæ Mariæ de Lætitia sepelitur.

XXIX. Petrus *Cocquelet* abbatiam adeptus per resignationem præstitit obedientiam archiepiscopo, 6 Maii 1364. Ei Urbauus V. confirmavit privilegia monasterii. Jacet in capella de Couciaco post 17 ann. regiminis. Eo vero hominem exuente.

XXX. Guillelmus *de Illiniis* ex abbate Sancti Basoli per gratiam exspectativam promovetur 1381 et post octo annos præfecturæ fit episcopus Vivariensis, omissus a Claudio Roberto. Nominatur in consilio regis anno 1398. In Historia Montmorenciaca apud Andræam Duchesne.

XXXI. Josserandus *de Illiniis*, per resignationem præfentis præfuit tribus annis; mortuus 28 Decembris 1392.

XXXII. Simon *Maubert* Trecensis; obedientiam archiepiscopo vovit mense Januario 1392 quo et benedictionis munus ab eodem consecutus est. Huic Florentia de Ribemont, domina de Chini, et de Germigni, hominum fecit pro feodis ex monasterio dependentibus, in præsentia Guillelmi Fillastrii vicarii generalis 1398 Obiit 19 Jannarii 1403. Jacet in capella Beatæ Mariæ, dicta *la Verde*, retro majus altare.

XXXIII. Ægidius III, *Jennart*, obedientiam præstitit Ecclesiæ Remensi, 24 Martii 1406, more Gallico. Obiit Parisiis 18 Martii 1408.

XXXIV. Nicolaus *Duchet* ex præposito Sancti Remigii, et abbate Sancti Basoli, obtinuit unionem prioratus de Finia, in favorem mensæ abbatialis et conventus. Fato functus 22 Decembris 1430. Jacet prope sacrarium in navi ecclesiæ ex Necrologio.

XXXV. Jacobus I, *Gueularl*, canonicè electus in capitulo, juramentum solitum de obedientia præstanda Ecclesiæ Remensi edidit 28 Junii 1430. Judex delegatus a summo pontifice, pro litibus dirimendis inter curatos urbis Remensis, et religiosos mendicantes. Rexit 21 annis, sepultus 19 Aprilis 1451. Post decessum ipsius conflictus emersit inter officarios regios, et baillivum archiepiscopi, 641 pro Guardia seu protectione bonorum temporalium monasterii.

XXXVI. Jacobus II, *Champion*, rexit undecim annis cum quatuor mensibus, 15 Septembris 1462 mortuus. Post obitum ejus Guillelmus Bouille canonicus Noviomensis obtinuit abbatiam in commendam, per litteras apostolicas, quibus scabini urbis cum monachis intercesserunt, ut ex Actis capituli ecclesiæ cathedralis constat 14 Februarii 1465. Post hunc Richardus de Longueil cardinalis Constantiensis possessionem cœpit virtute litterarum per gratiam exspectativam obtenturam, sed resignat in favorem sequentis.

XXXVII. Joannes IV, *Jacquier*, per resignationem seu spontaneam demissionem cardinalis, quem iterum Nicolaus Bouille protonotarius et decanus Noviomensis, turbat in pacifica possessione, sed ipse confirmatur a Paulo II, 1467. Hic societatem inivit cum monachis Sancti Corneli Compendiensi D 1471. Obiit 14 Julii 1483, sub tumultu Ægidii de Montcornet sepultus.

XXXVIII. Joannes V, *Fransquin*, thesaurarius, et doctor in decretis, canonicè eligitur mense Augusti 1483; sed turbavit eum per annum Robertus Lescot vicedominus ecclesiæ Remensis. Obiit 2 Julii 1500, post 17 annos regiminis. Jacet in sacello beatæ Mariæ, dicto *la Verde*, nunc Boni Nuntii. Vacavit abbatia tres menses.

XXXIX. Joannes VI, *Willemet*, Retellinus, virtutis et doctrinæ commendatione clarus, ecclesiam multis ornamentis decoravit, pulpitem erexit, et redditus sufficienter reliquit pro anniversario die obitus celebrando, decimo Octobris 1521. Sepultus in medio chori juxta aquilam æneam.

XL. Jacobus III, *Joffrin*, ultimus abbatum regu-  
larium, a multis turbatur in pacifica adeptione  
dignitatis abbatialis, quam retinuit duntaxat per  
decem annos, nunquam satis laudandus pro iis quæ  
præclare gessit in augmentum monasterii. Dies obi-  
tus 13 Januarii perenni anniversario celebratur  
1530.

*Abbatibus commendatariis.*

XLI. Carolus *des Ursins*, protonotarius, et archi-  
diaconus Campaniæ, in ecclesia Remensi, nomina-  
tur a rege secundum Concordata; rexit per 38, et  
tandem abdicat, permutatione facta abbatia, cum  
prioratibus Sancti Petri de Couciaco, et Sancti  
Theobaldi.

XLII. Claudius *de Guise* monachus Sancti Diony-  
sii in Francia. Juramentum præstitit Ecclesiæ Rem-  
ensi mense Decembri 1568. Hic ædem abbatialem  
ampliavit; sacristiam multis ditavit ornamentis;  
factus postea abbas generalis Cluniacensis obiit 23  
Martii 1612.

XLIII. Franciscus *de Paris* a Lotharingia, præ-  
fectus regius nominatur a rege 1612, sed nusquam  
possessionem canonicam adeptus est, præmatura  
morte sublatus 1 Junii 1614.

XLIV. Daniel *de Hottemant*, vitæ merito et pru-  
dentia venerabilis, possessionem iniiit mense Aprili  
1616, resignat in favorem Henrici a Lotharingia  
1626, ac Patrum Oratorii sodalitis pacatoris, tran-  
quilliorisque vitæ amans, sese addixit, ubi et mor-  
tuus est anno 1634.

XLV. Henricus a *Lotharingia* possessionem cepit  
personaliter in capitulo mense Maio 1626. Eo pro-  
bante, seniores monachi veteris disciplinæ aliqua-  
tenus lapsæ renovandæ gratia duodecim Patres  
congregationis Sancti Mauri, ex regalibus mona-  
steriis Sancti Germani a Pratis, et Vindocinensi  
ab admodum reverendo Patre superiore generali  
domno Gregorio Tarrisse, per domnum Columbanum  
Regnier visitatorem Provinciæ Franciæ mis-  
sos, intra septa monasterii humanissime ac libera-  
liter exceperunt. Cui rei serio per totam Galliam  
incumbunt, ac ædificiorum restaurati, quæ pas-  
sim imbris ac gelu, seu etiam vetustate et com-  
mendatariorum incuria deformata jacebant.

Post abdicationem Henrici a Lotharingia anno  
1643, Ludovicus XIII Francorum rex abbatiam  
Sancti Nicasii univit capitulo sacræ ac regalis ca-  
pellæ urbis Parisiensis, in locum regalium, quæ per-  
cipere solebant post obitum episcoporum regni; et  
hic hactenus abbatum catalogi finis erit. Sed quid  
juvat tot illustrium virorum nominibus catalogos  
monasteriorum onerari, cum studio potius vigilantis  
pastoris optime vivendi norma floreat, quam eor-  
um inutili ac fastuoso stemmate. Hactenus idem  
qui supra Guillelmus Marlot.

AD LIBRUM TERTIUM.

(85) CAP. II. — *Præterea Helinandus*, etc. Cano-  
nicus Laudunensis in Chronico manu exarato:  
« Anno Domini 1095 Elinandus episcopus ecclesiam

A S. Joannis in Burgo, quondam abbatiam monialium,  
ad unius sacerdotis administrationem reductam,  
præbendis duodecim insignivit. » Deinde paulo post:  
« Elinanda successit Ingelrannus in episcopatu. » Se-  
pultus jacet in ecclesia S. Vincentii Laudun.

(86) CAP. III. — *Ingelrannus scilicet Botuensis*.  
Consulendus Andreas Duchesne Hist. Codiciac. lib.  
vi, cap. 2; 640 et probat. pag. 317 et seq. qui com-  
plura ex Guiberto nostro mutuavit.

(87) *IBID. Rogerii comitis Porcensis*. De quo Histo-  
ria Luxembourg. auctore jam producto Duchesno,  
pag. 34; et probat. pag. 36, 38.

(88) *IBID. Godefredo comiti*. Idem Duchesne locis  
citatis.

(89) CAP. IV. — *Gauldericum eligunt quemdam*  
B *regis Anglorum referendarium*. Ita canonicus Lau-  
dunensis ubi supra, an. 1112. « Waldericus, inquit,  
fuerat Henrici regis Anglorum cancellarius, vir  
insolens, in litteratura nil valens omnino, litteratos  
despectui habens, milites super omnes diligebat;  
protervus fuit pariter et præsumptuosus. »

(90) *IBID. De curia contra canones expetitur*. Can.  
1 et 2, dist. 51, præcipue can. 3, sed juverit audire  
Hadrianum PP. I ad Constant. et Irenem scribentem,  
multo post med. « Nimis iterum turbati, ac con-  
turbati sumus, quia ex laicorum ordine, et impe-  
rialibus obsequiis deputatus, repente ad patriarcha-  
tus culmen electus est, et apocalligus contra san-  
ctorum canonum censuram factus est patriarcha,  
C et, quod dicere pudet, et grave tacere est, qui re-  
gendi adhuc et docendi sunt, doctores nec erube-  
scunt videri; nec metuunt ducatum animarum  
impudenter assumere, quibus via in omnibus ignota  
doctoris est. Quod quam pravum, quamve sit teme-  
rarium, sæculari ordine et disciplina monstratur.  
Nam dux exercitus non nisi labore et sollicitudine  
eligitur, quales animarum duces esse possint, qui  
in episcopatus culmen immatura cupiunt festinatione  
conscendere? » etc.

(91) *IBID. Solus magister Anselmus*, etc. Laude  
prosequitur Anselmum, canonicus ille sæpius in  
medium prolatus, ejus designans obitus annum  
1117. « Magister Anselmus nominatissimus Laudun-  
ensis decanus, in litteratura suis temporibus nulli  
secundus, morum honestate, et consilii maturitate  
venerabilis obiit. Huic utili stylo, et solerti industria  
inter cætera opera sua, etiam Glossas marginales  
et interlineares in psalterio de authenticis expositio-  
nibus elimata brevitate ordinavit. » Tribuuntur  
pariter ipsi commentaria in Cantica, et in Apoca-  
lypsim, quæ a nonnullis B. Anselmo Cantuariorum  
archiep. inscribuntur.

Reperi et epistolam ad abbatem S. Laurentii  
Leodiens. quæ ex illa ingenti manuscriptorum  
bibliothecæ Beccensis clade evasit; hanc carie  
labefactam, ne cum aliis deperat in lucem damus.

*Epistola magistri Anselmi.*

« Venerabili abbati II, de Sancto Laurentio An-  
selmus humilis filius Laud. Ecclesiæ salutem. Vi-



dendum est, domine. » etc. *Vide inter Opera Anselmi Laudunensis ad an. 1117,*

643-6 Ita eruditissima Anselmi epistola, quæ diutius tenebras, utpote lectu dignissima pati non debuit.

Quam turpiter hallucinentur, qui hunc Anselmum monachum volunt, ex superius allatis, et iis quæ scribit Guibertus, relinquitur haud ullus dubitandi locus: errandi autem ansam præbuere plures hoc Anselmi nomine, eadem tempestate insigniti; nempe Anselmus Cantuariensis, cujus ille auditor existit, et Anselmus ex abbate S. Vincentii Laud. episcopus Tornacensis.

Tumulatus fuit magister Anselmus in San-Vincetiano templo. Epitaphium sepulcro insculptum refert Andreas Duchesne, not. ad Abaelardum pag. 1163, qui et pluribus laudat eundem Anselmum ibid. et pag. 1147, corrigendum tamen est in citatione historiæ canonici cujusdam, revera etenim auctor germanus a nobis evulgatur Hermanus monachus. *Vide Appendicem ad Vitæ Guiberti lib. III.*

*Decanorum Laudunensis Ecclesiæ catalogus.*

Quandoquidem de Anselmo decano Laudunensi attigimus nonnulla, et Guibertus ipse atque Hermanus plerisque in locis eundem mire laudant, et de Ecclesia Laudunensi multa attextunt, haud erit otiosum catalogum ejusdem Ecclesiæ decanorum maxima parte ab docto Antonio Bellotte, qui nunc dierum decanatus præclare gerit onus, ex antiquis schedis collectum, ex chartulario potissimum quod Jacobus de Trevis canonicus et archidiaconus Laudunens. postmodum ad summam Ecclesiæ præfecturam, sortitus Urbani IV nomen, est evectus, confici curavit, nostris observationibus more nostro concinnatum accensere.

Sed vero cum nulla prorsus vetustiorum monumentorum Ecclesiæ Laudunensis vestigia reliquere cives, dum more duellium, cæde, sanguine, atque igne universam prope civitatem destruxere, vastavere, quemadmodum posteritati, Guibertus De Vita sua, lib. III, et Hermanus lib. VI De miraculis S. Mariæ Laudun. ubi supra, tradidere: non hic moramur antiquiora, sed mediæ ætatis duntaxat scripta in texendo decanorum præfate Ecclesiæ catalogo vestigare, nempe exordium a celebri illo magistro Anselmo capiemus.

I. Anselmus decanus et archidiaconus quem sic commendat Guibertus abbas, Bartholomæum episcopum Laudun. alloquens proœmio ad Geneseos moralitates: « Indidit tanto Deus capiti duos oculos sideribus clariores, dum a dextris habes Anselmum totius Latini orbis magisterio prædicatum, cujus tam sincera est in Scripturarum ac fidei assertionem severitas, ut plures veros suis probetur documentis fuisse catholicos, quam instituisse potuerit erroneus quispiam temporis hujus hæreticos; altrinsecus Radulphum, » etc. Et lib. III De Vita sua, pag. 498: « Magister Ansellus vir totius Franciæ, imo Latini orbis lumen in liberalibus disciplinis, et tranquillissimis moribus. » Plura in hunc modum idem auctor loci

A citati pag. 505 et alibi. Item Hermanus lib. I, pag. 528, et lib. III, pag. 558, multis laudibus Anselmum cumulat. Anselmi doctrinam magnificat Rupertus Tuitiensis libro de Omnipotentia Dei, cap. 1, de Anselmo loquens his verbis: « Anselmus Laudunensis Lucifer, » etc.; et cap. 26: « Ille cujus fides et scientia præ cæteris bono hactenus cum odore in Ecclesia Christi fructificat, Laudunensis Anselmus sua illos, ut veraciter comperimus, auctoritate corroborat, » etc. Denique lib. I in regulam Sancti Benedicti, ante medium; in Galliam venisse, quo sese inter atque Guillelmum Catalaunensem episcop. de libera Dei voluntate conferrent; sed Anselmum (« quovis episcopo, inquit, famosiorem, quamvis ipse non esset episcopus ») ubi pedem in Laudunensem civitatem intulisset, « ultimum trahentem spiritum » reperisse, innuit.

B Denique Anselmum ferunt summa animi demissione episcopatum Laudunensem strenue recusasse.

Subscripsit chartæ Bartholomæi Laudunensis datæ anno 1113 apud Hemeræum Augustæ Viromand. illustr. pag. 140. « Ego Ansellus S. Mariæ Laudunensis cancellarius relegi et subscripsi. »

C E scholis Laudunens. rectore Anselmo, permulti eximia doctrina, sapientia, qui Galliam illustrarunt, prodire; quos inter Petrus Abaelardus, Guillelmus de Campellis archidiaconus. Paris., post episcopus Catalaunens., Albericus Bituricensis archiepiscopus, Guillelmus Cantuariens. archiepiscopus, Gilbertus Porretanus Pictavensis episcopus, Algarus sive Algardus Constant. episcopus.

In præfectura scholarum successit Radulphus Anselmi germanus, ut testis est Hermanus lib. III, cap. 4: « Post paucos dies (habet) vir Dei Norbertus Laudunum veniens scholam magistri Radulphi, qui germano Anselmo defuncto successerat, ingreditur, » etc.

II. Guido seu Wido de Anco, in Anselmi locum successit: « Ætate quidem juvenis, sed moribus senex, » refert historia manuscripta. Item: « dum esset decanus castitatis amator, et ecclesiastici officii assiduus frequentator. » Decanus pariter et archidiaconus fuit. Ipse (ut ferunt chartæ Laudunensis Ecclesiæ) « fecit ut supprimeretur munus quoddam præpositi, quod magno oneri esset ipsi Ecclesiæ. »

Abbatæ Sancti Vincentii Laudunensi quædam contulit ad hunc modum. « Ego Wido sanctæ Laudunensis Ecclesiæ decanus, et totus conventus, etc. Notum facimus, etc., quod cum in territorio villæ nostræ, quam Brisseium vocant, versus Mechaniam, in loco ubi dicitur Report, terram incultam haberemus, Anselmo abbati et monachis S. Vincentii qui in ipsa Mechaniam curtem unam habent, de terra illa duas carucatas ad omnes rigas ad terragium nonæ gerbæ, ita libere, sicut et ipsi obtinebamus, perpetuo jure concessimus; et quoniam præfata B. Martyris Ecclesia specialiter Ecclesiæ nostræ filia esse di-

gnoscitur, et nos ipsi in ipsa sepeliri tenemur, concessimus ejusdem Ecclesiae fratribus quidquid in Ecclesiis nostris hactenus acquisierunt, et deinceps acquirant, et quidquid episcopi Laudunenses eis contulerunt, vel in posterum conferent, libere possidendum. Actum in capitulo nostro, anno Domini 1139. » Ita chartularium.

Verum cum sanctitatis ejus et doctrinae fama ubique personaret, ad episcopatum Calalaunensem anno 1140 aut 1142 assumitur. Hermannus qui supra lib. III, cap. 352.

III. Gualterus de Mauritania anno 1152. Hic, exemplo Ludovici VII regis Francorum, qui jus omne quod in Molendinum d'Argentré habebat, ecclesiae Præmonstratensi dederat, cum capitulo suo jus quoque suum in prædictum Molendinum contulit, ea potissimum de causa, « Quod dicta ecclesia Præmonstratensis ab ipsis decano et capitulo procreata esset, et in medio suæ domus ut filia maneret. » Verba donationis anno 1149 factæ.

Ipsæ etiam capitulumque ea bona concessit, quæ Præmonstratensis abbatia possidet in Valiscurto; quod patet ex hisce litteris anni 1153.

• In nomine sanctæ et individua Trinitatis. Quia naturæ mutabilis exigente defectu, generatio præterit et generatio advenit, sicutque ut velustas oblivionem, oblivio confusionem pariat et contentionem, necessarie mos inolevit ut beneficia vel possessiones ecclesiarum scripto tradantur, et transmittantur ad notitiam posterorum. Ea propter ego Galterus Dei gratia Sanctæ Mariæ Laudunensis Ecclesiae decanus, totusque capituli nostri conventus, notum fieri volumus, tam futuris quam præsentibus, quod contulimus ecclesiae Præmonstratensi sub annuali censu alodia de Valescort cum appenditiis suis, scilicet silva de Mesloi, et cultura quæ est in confinio de Landerfai, et cæteris omnibus pertinentiis, et altaria cum dotibus suis, et decimis, tam in territorio de Moncels quam de Murci et de Valescort, et in eisdem locis impositionem sacerdotum idoneorum, quos videlicet in præsentia nostra adducent ipsique fidelitatem nobis facient quo justitias nostras, tam proprias quam communes, pro posse suo tenebunt; ea siquidem conditione, quod eadem Præmonstratensis Ecclesia persolvat nobis singulis annis circatas in synodo de Murci et de Valescort, et septem modios, et quatuor galetos frumenti, et modium unum pisorum ad mensuram in civitate Laudunensi eo tempore quo hæc acta sunt currentem; quod utrumque sine diminutione vel augmentatione servabitur. Hoc autem frumentum tale solvitur quale in duobus, vel tribus, aut pluribus mercatis, uno nummo minus valeat cariore, reperitur. Pisa quoque denario uno minus valentia carioribus persolvuntur. Terminus vero persolvendi est a festo Sancti Remigii usque ad mediam Quadragesimam, infra quem terminum, quocumque die, vel tempore voluerint aut poterint, solvent, et apud Laudunum ad cellarium

A nostrum cum propria vectura conducent, ipsique conductores duo ad currum, unus ad rhedam, ea die si in refectorio comederimus victum a nobis accipient. Persolvuntur etiam nobis annuatim a præfata Præmonstratensi Ecclesia quinque solidi bonæ monetæ, pro quadam portione terræ illius quæ præscripta est, de qua inter nos et monachos Sancti Vincentii querela aliquandiu habita, et sub adnotatione ejusdem census fuerat terminata. Sciendum præterea inter nos convenisse quod si monachi Sancti Nicolai de Pratis terram de Tuscis, quam a nobis censualiter tenent, renuntiaverint, Præmonstratenses sub eodem censu quo et illi, viginti scilicet galetis frumenti ad mensuram Laudunensem, eam accipient. Si quis igitur eos super his inquietaverit, qui justitiam subterfugerit, nos pro eorum liberatione, etiam usque ad Remensem curiam cum eorum expensis laborabimus, et si longius ire necesse fuerit, consilium et auxilium sine expensis nostris exhibebimus. Si vero malefactorum audientiam subterfugerit, nos cum eis eandem justitiam quam de propriis nostris redditibus facere consuevimus, exsequemur. Quod ut ratum et inconvulsum permaneat, et prius quidem per nos prædicta alodia sub præsentia et testimonio circumstantium terminavimus et ecclesiae Præmonstratensi assignavimus. Quorum nomina hæc sunt: Bernardus Villicus de Monceles, Wibertus filius Constantii Siuvart, Paganus de Derci, Odo Aldent, Herbertus de Boisnero et de Parem, Odo miles, Robertus villicus, Richardus et filius ejus, Terricus Wascelinus; ac postmodum chirographi conscriptione, et legitimarum testium utriusque capituli adnotatione, nec non etiam utriusque sigilli impressione, præsentem paginam communiri fecimus. Signum Walteri Laudunensis episcopi. S. Richardi, etc. Et actum Lauduni, anno Incarnati Verbi millesimo centesimo quinquagesimo tertio, indictione prima. epacta vicesima tertia, concurrente tertio. »

Dedisse et alia quædam monasterio Sancti Nicolai de Silva, eodem decano agente, capitulum Laudunense, notant veteres membranæ ann. Domini 1151, 55, 56, 57 et 59 exaratae. .

Vita functo Galtero de Sancto Mauricio episcopus Laudunensis electus Romam proficiscitur, atque ibidem episcopatu 1155 inauguratur; Joannes a Guisla lib. xxiv, cap. 3; Sigibertus, et Martyrologium Ecclesiae Laudunensis.

Ne in posterum pro more nefando, quæ episcopatu acquisierat bona permulta, regia potestas usurparet, a rege Francorum Ludovico VII, hocce præceptum obtinet hac forma. « Ego Ludovicus Francorum rex, Galtero Laudunensi episcopo, ejusque successoribus in perpetuum; sollicitudinem quam videntes gerimus pro Ecclesiis regni, post vitæ præsentis decursum apparere volumus posteris, in Laudunensi Ecclesia præsul erat magister Galterus, qui longo tempore decanus illius exstiterat, et episcopis sui temporis quamplurima viderat defecisse; exemplo decessorum suorum territus, et sibi præ-

vens, pontificalem insidens cathedram, dedit operam agriculturæ, etc. Actum publice Parisiis anno Incarnationis Domini 1158, regni vero nostri xxii. »

Interest episcopus concilio Turonensi anno 1163 celebrato ad Alexandro tertio summo pontifice, una cum Henrico suo metropolitano, minime vero cum Guillelmo, ut vult Robertus in Gallia Christiana; Guillelmus siquidem anno tantum 1177 ex Senonensi ad Remensem translatus est sedem; at concilium illud coactum anno 1163.

Gualterus anno 1173 naturæ concessit.

IV. Liziardus præficitur 1153 ut ex diversis chartis colligo, quibus subscripsit ipse decanus ad annum usque 1168.

Inter alia isthæc instituta visere est : « Sancitum est etiam quod nullus nisi personatum habuerit, aut viginti quinque annorum fuerit, antequam subdiaconus sit, ad sedem subdiaconorum ascensum habebit. Nec autem hujusmodi institutio ab aliquo mutari vel infringi possit, sigilli nostri impressione, et approbantium subscriptione muniri fecimus. Signum domini Galteri episcopi, et Liziardi decani, etc. Actum Lauduni in capitulo, anno Incarnationis Verbi 1159. »

Illius opus est liber stallis incathenatus in inferiori parte chori, vulgo Ordinarius liber vocatus, in quo rite ordinantur quæ antiquitus ad cæremonias et officium divinum ejusdem Ecclesiæ spectabant. Synodus Andegavensis ann. 1261 his verbis : Statuimus quod in singulis ecclesiis liber, qui dicitur Ordinarius, habeatur, in quo respiciunt sacerdotes singulis diebus ante vesperarum inceptionem, ut ipsas vespersas, matutinas, et officium diei sequentis faciant, et exsequantur juxta ordinariam instructionem. » Ut est in libro decretorum Ecclesiæ Gallicanæ, collectore Laurentio Bochello lib. 1, tit. 19, cap. 1. Quæ autem ab hoc Liziardo redacta sunt in hoc Ordinario ad solum feriarum et Dominicarum officium pertinent : quæ porro ad dies festos spectant (de quibus infra) ab alio decano sunt concinnata. Commutatio quædam Liziardo decano facta est hac forma : « In nomine sanctæ et individue Trinitatis. Ad nos pertinet quæ in præsentia nostra fiunt attestari, et ne oblivioni tradantur, scripto commendare. Eapropter ego Liziardus Dei gratia decanus Laudunensis, notum facimus quam futuris tam præsentibus, quod communi capituli nostri assensu terram, quam terræ ecclesiæ S. Martini de suburbio Laudunensi contiguam habuimus, quæ muro ejusdem ecclesiæ inclusa est, quæ et de dote altaris Sancti Cirici erat, et duos nummos censuales nobis annuatim solvebat, cum justitia, districto, et venditionibus ejusdem terræ, ecclesiæ Beati Martini libere possidendam in concambium dedimus, pro medietate campi subtus montem clericorum siti, sex nummos censuales annuatim persolventes. Quam cum justitia, districto, et venditionibus ejusdem medietatis prædicti campi, Garinus abbas præfata Ecclesiæ assensu capituli sui nobis vicissim in concambitionem dedit;

A quam cambitionem, ut amodo rata permaneat, sigilli nostri, et sigilli Sancti Martini impressione, et chirographo, ac testium subscriptione muniri fecimus. Signum Galteri thesaurarii Laudunensis. Signum Roberti, etc. Actum Laudunens. in capitulo nostro anno Incarnati Verbi millesimo centesimo sexagesimo quinto. »

« Agotus cancell. relegit, scripsit, et subscripsit. »

V. Anselmus signum apposuit chartæ Galteri episcopi Laudunensis qua donationem San-Vincenciano monasterio factam confirmat anno 1168.

VI. Robertus sedit ab anno 1172 ad annum 1173. Chartularium Laudunens. Ecclesiæ.

VII. Raynerus decanus; cujus nomen exaratum in antiquis schedis, anno videlicet 1178 reperitur.

VIII. Robertus II San-Vincencianum monasterium jus ad illa tempora firmum stabileque servaverat, ut ecclesia S. Vincentii « inviolabilis sepultura episcoporum, canonicorum, et casatorum Ecclesiæ Laudunensis » appellaretur. (Quod et non ita pridem ecclesia S. Joannis Laudun. obtinuerat) canonici nihilominus, decani dum munia obiret Robertus, sibi cœmeterium erigere tentarunt; hinc lites, contentionesque multiplices exortæ. Qua de causa arbitri communi partium assensu electi sunt. Horum Hugo abbas Sancti Vincentii suis litteris arbitrium patefacit in hunc modum : « Venerabilibus fratribus et amicis, Roberto decano, et capitulo Laudunensi, Hugo humilis abbas B. Vincentii Laudun. et totus ejusdem Ecclesiæ conventus in Domino salutem. Noverint universi quod orta inter nos et vos dissensione super cœmeterio nostro, quod contra jus nostrum, et antiquam consuetudinem de novo construxisse videbamini, tandem in dominum Willhelmum Remensem archiepiscopum, tit. Sanctæ Sabinæ cardinalem, apostolicæ sedis legatum; Simonem Beati Remigii Remensis abbatem; et magistrum Meliorem Remensis ecclesiæ vicè dominum; hinc inde fide interposita compromisimus. Ipsi vero deliberato inter se, debita maturitate, consilio, pro bono pacis inter nos et vos, taliter transegerunt; Vestrum siquidem cœmeterium vobis in perpetuum liberum remanebit; ita quod tam episcopis quam canonicis et casatis Ecclesiæ vestræ, et aliis quibuslibet personis tam clericis quam laicis, liberum sit ibidem eligere sepulturam. Quod si quis eorum casatorum alibi quam apud vos et nos sepultus fuerit, jus nostrum et vestrum communibus expensis et laboribus prosequemur; et emolumentum æqualiter patiemur bona fide, canonicis vero vestris, et apud vos et apud nos, et ubicunque voluerint erit liberum sepeliri. Vos igitur in recognitione antiquæ consuetudinis nostræ duodecim denarios Laudunensis monetæ nobis in festo sancti Vincentii annuatim persolvetis. Quod, ut ratum permaneat, chartam istam sigilli nostri impressione muniri curavimus. Actum anno Incarnati Verbi millesimo centesimo octuagesimo tertio. »

Privilegium decano Laudunensi ab Innocentio II concessum, Guillelmus ille archiepiscopus vice summi pontificis repetitis verbis declarat : « Præterea concedimus vobis, quod et piæ recordationis Innocentius papa vobis indulsit, ut sive præsentem, sive absentem episcopo vestro, malefactores vestros excommunicare, vel absolvere possitis, et cum aliquis a vobis excommunicatus fuerit, nemini liceat absolvere, nisi prius præstita satisfactione, etc. Actum anno Incarnationis 1179. »

Robertum ad annum 1190 egisse decanum notant antiquæ membranæ.

IX. Gislebertus 1199 vix anno decanatus officio functus.

X. Michael de Corbolio frater Reginaldi de Corbolio LXXVII archiepiscopi Parisiensis ; primum canonicus Parisiensis ; deinde decanus Meldensis, ac tandem Laudunensis, 1191. At cum post hac Michaelem sibi in decanum Parisienses cooptassent, obstiterent Laudunenses ; quibus, ut illum cederent, scripsit epistolam Stephanus Tornacensis. Demum doctrinæ pietatisque fama longe lateque personante, patriarcha ex decano Parisiensi eligitur ; verum in itinere positus ad Sedem Senonensem invitatus rapitur. Michaelem inter archiepiscopos Senonenses annumerant Jacobus a Guisia, et Demochares.

XI. L..... decanus reperitur 1193.

XII. G..... paciscitur cum monachis Sancti Joannis Laudunensis 1193.

XIII. Adam de Cortlandon, vir nobilis in vico comitatus Roussiaci, Fismensi urbi contermino natus. In eo septem præbendas fundavit, ea lege, ut si quando canonici persistere non possent, earum reditus Ecclesia Laudunensis possideret. Hostem infensissimum habuit hac tempestate eadem Ecclesia Ingelrannum de Couciaco, qui omnia ditionis Ecclesiæ bona, agros, vicos, etc., more immanissimi tyranni diripuit, expilavit, decanum carceri mancipavit, et ad summam calamitatem canonicos redegit. Quamobrem a divinis laudibus siluere, præfatumque Ingelrannum anathemate percussere et Laudunensis et Remensis provinciæ antistites universi, qui opem omnes et solamen Laudunensibus offerunt. Locuples hujusce rei testimonium proferunt inter alia litteræ canonicorum Remensis Ecclesiæ ; habent ita : « Viris venerandis, et amicis reverendissimis, Adamo decano totique Laudunensis Ecclesiæ capitulo, M. præpositus, II. cantor, cæterique Remensis Ecclesiæ fratres, salutem, et verum et constantem sinceræ dilectionis affectum. Novit cogitationum et operum scrutator et cognitor Deus quod injuriam quæ illata est vobis, etc. Scimus enim quod negotium istud universas Ecclesias communiter tangit, et per impunitatem tanti flagitii commune imminet periculum ecclesiasticæ libertatis. Sed ne vobis parum quod hactenus fecimus videatur, ad præstandum vobis aliquod consolationis remedium, et tollendam de cordibus vestris suspicionem, corpora sanctorum, quæ in ecclesia nostra requiescunt,

A cum feretris super pavementum deponenda, et spinis decrevimus circumdanda, et ante sacratissimum corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi contra prædictos persecutores vestros singulis diebus humiles proclamabimus, et prostrati. Et si jam dictum Ingelrannum in ecclesia, vel civitate Remensi noverimus esse præsentem, cessabimus a divinis. »

Quibus adde litteras episcopi et canonicorum Ecclesiæ Suessionensis relatu haud indignas : « Hugo Dei gratia episcopus, S. præpositus, G. decanus, totumque matris Ecclesiæ Suessionensis capitulum, viris venerabilibus, et in Christo charissimis, decano, et capitulo Laudunensi, salutem ; et pro libertate Ecclesiæ stare viriliter, nec deficere in adversis. Cum in hujusmodi volutabro nullam certam habuerimus mansionem, nec adhuc etiam habeamus, etc. Turbati sumus siquidem et dolemus, quod Ecclesia tanti nominis, tantæ dignitatis, quæ aliis Ecclesiis in consilio et auxilio consueverat subvenire, et consolationis ubera porrigere desolatis, nostris temporibus jam præsentit præambulos Antichristi. Unde ad supportandum onus vestrum, et desolationem vestram, imo nostram, ardenti animo, et ferventi desiderio, corda et corpora nostra, vobis universis et singulis exponimus, et res nostras, rogantes vos cum quanta possumus affectione, et sub fœdere dilectionis et firmitatis inter nos et vos in posterum conservandæ, attentissime requirimus, quatenus intuitu dilectionis mutuæ, et quia sumus ad invicem debitores, bona nostra quæ vobis exponimus tanquam vestra propria accipiatis confidenter et secure, et eis uli velitis in omnibus tanquam vestris, et si vobis placuerit ad nos divertere, vobis parati sumus occurrere, et cum omni honore debito et devoto in domibus nostris vos honorifice recipere et liberaliter pertractare. »

Solitos autem fuisse ecclesiasticos viros a precibus horariis, et a divino sacrificio feriari, donec bona dirempta restituerentur indigitat Ivo Carnot. epistola 121.

Tandem mentis compotem factum Ingelrannum, et scelerum pœnitentem, Stephanus Noviomensis, et Anselmus Laudunensis episcopi, a summo pontifice delegati, criminibus solvunt.

Cæterum Adam societatem inivit cum S. Vincentii cœnobitis anno 1196. Librum, cui titulus Ordinarium Ecclesiæ, sive Ordo divini officii, in quo præscribuntur quæ sunt diebus festis observanda, conscripsit.

Ad annum usque 1223, decanum egisse constat ex Chartulario ejusdem ecclesiæ.

XIV. Galterus de Chamblis, cujus familia in episcopatu Laudunensi clarissima est hodieque, Romanum perrexit rescriptum inquisitionis, ut vocant, petiturus adversus episcopum Laudunensem, quod successor obtinuit. E vita migrat 1229.

XV. Stephanus de Bria, præfatum inquisitionis rescriptum ipsi concessit Romanus pontifex, quod

sententiam excommunicationis in decanum et capitulum prolatam coegit episcopum revocare.

De Stephano mentionem facit Chartularium Laudunense ab anno 1230 usque ad 1232, additque : Stephani testamenti exsecutor exstitit Jacobus de Trecis, dictus Pantaleon, seu de Gnatopalatio, canonicus Laudunensis, postmodum summus pontifex Urbani IV nomine.

XVI. Guido de Castro Portuensi. « Qui (verba sunt Chartularii) fere per annum et amplius pro decano se gerere noluit, ideoque sedebat capitulum suppresso nomine decani. » Sed ubi decanatum abdicasset, in episcopum Suessionensem evectus est.

XVII. Guido de Triangulo ex archidiacono hujus Ecclesiæ decanus, anno 1234, mense Maio. « Sic enim eo tempore prædictus Guido de Castro Portuensi renuntiavit decanatu, et fuit in decanum electus dominus Guido de Triangulo. » Chartularium sæpe productum. Is autem decessoris secutus exemplum, cum per annum decanus sedisset, medio in capitulo ea se dignitate deposuit anno videlicet 1235. Idem Chartularium.

XVIII. Iterus de Malonido, frater Anselmi Laudunensis antistitis, archidiaconus, communi canonicorum suffragio decanus eligitur. Iniiit ann. 1236 ad 1238. Prodiit hæc Chartularium, velut et Itero munia decanatus obeunte, Jacobus de Trecis (cujus supra meminimus) litteris, jure potissimum canonico et theologia apprime eruditus, canonicus et archidiaconus Laudunensis, capellanium in æde sua claustrali ædificavit et fundavit; cujus conferendæ jus ad decanum, sive ad eum qui divina officia celebrat, hebdomadarii vulgo vocitatum, attinet. En litterarum pericope foundationis. « Universis præsentibus litteras inspecturis. Iterus decanus, et capitulum Laudunense, in salutis Auctore salutem. Noverit universitas vestra, quod cum dilectus canonicus noster dominus Jacobus de Trecis in domo sua in claustro Laudunensi, quam a nobis ad vitam suam emerat, ædificasset de novo, non modicum sumptuosam, nos attendentes, etc. Actum anno Domini 1237, mense Julio, feria tertia post Pentecosten. »

XIX. Garnerus decanus ex archidiacono Laudunensi, deinde episcopus ejusdem Ecclesiæ in locum Anselmi suffectus est. Rebus humanis exemptus anno 1249, primus omnium sepulturam medio in choro cathedralis ecclesiæ sortitur : siquidem ante hac episcopi in San-Vincentiana ecclesia (quod supra notatum est) funerabantur.

XX. Guillelmus Remensis archidiaconus Garneri in episcopum allecto, decanus est designatus. Subscriptis litteris, an 1244. Ac demum purpureo galero ab Urbano papa IV donatur 1263.

XXI. Helias de Caturco vir morum probitate juxta atque scientiis clarus; primum canonicus Paris, deinde a summo Ecclesiæ hierarcha decanus Laudunensis asseritur 1261 vel 1262. Is nihilominus pauco post tempore id muneris papæ reddidit alteri conferendum, quod his ex litteris bullatis ejusdem

pontificis perspectum habetur. « Tu hujusmodi gratiose tibi factam a nobis gratiam gratanter recipiens et paternam quam ad te gerimus benevolentiam ex hoc plenius recognoscens, provisionem hujusmodi receptasti, et tandem per tuas litteras, expositis quibusdam tuis rationabilibus excusationibus, supplicasti nobis humiliter ut excusationes ipsas admittere, teque a provisione exonerare prædicta, et decanatum eundem conferre alii personæ idoneæ curaremus. Nos igitur, » etc.

XXII. Joannes ex præposito Torlatensi anno 1263 ab Urbano papa sufficitur. Fuit insignis litteraturæ et pietatis in Parisiensi academia theologiæ professor, quemadmodum pontifex ille significat : « Personam, inquit, insignem cum magna sollicitudine quærentes, quæ virtutum insigniis decorata, in eadem ecclesia Laudunensi per multæ diligentæ studium multiplicet ornamenta decoris, ad dilectum filium magistrum Joannem præpositum Torlatensem Morinensis diœcesis, capellanium nostrum, tanquam ad virum fama præclarum, et virum, sicut a fide dignis habemus, probatæ virtutis, et probitatis expertæ, ac regentem Parisiis in Theologiæ Facultate, apostolicum convertimus intuitum, » etc.

Joanne ex mortali vita sublato 1268, sive 1269,

XXIII. Guillelmus de Matiscone locum ipsius sortitur ad annum circiter 1271. Deinde ad episcopalem Ambianensis Ecclesiæ sedem evocatus, in gratiam Laudunensium anno 1279 tulit sententiam; inter cætera habet ista : « Nos Guillelmus Ambianensis episcopus, etc., attendentes etiam qualiter eo tempore quo in officio fuimus decanatus nos usi pacifice fuimus in prædictis, » etc.

XXIV. Joannes Raynaldus canonicus Laudunensis, quem decanum Gregorius papa X declarat ad hunc modum : « Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio magistro Joanni Raynaldo, capellano nostro, etc. Hinc est quod nos personam tuam ob tuorum meritorum prærogativam favore specialis gratiæ prosequentes, decanatum Ecclesiæ Laudunensis cum suis juribus, libertatibus, et pertinentiis, per liberam resignationem dilecti filii magistri Guillelmi de Matiscone, tunc ipsius Ecclesiæ decani, in manibus nostris factam; tibi ipsius Ecclesiæ canonico de gratia speciali concedimus, providemus tibi de illo, et te per annulum nostrum investimus, etc. Datum apud Urbem veterem, secundo Idus Januarii, pontificatus nostri anno primo; » qui in annum incidit 1271.

XXV. Stephanus de Villa Mauri subscripsit quibusdam schedis 1290.

XXVI. Milo. De quo hæc habent litteræ : « Universis præsentibus litteras inspecturis, Milo decanus et capitulum Laudunense, salutem in domino. Noveritis quod cum nos anno 1295 die Jovis ante Nativitatem beati Joannis Baptistæ, hora capituli, pulsata campana, prout moris est, essemus in nostro capitulo generali constituti de status reformatione nostræ Laudunensis Ecclesiæ, » etc.

XXVII. Hugo de Castellione. Huic Clemens V A papa, tum Pictavii degens, privilegium concessit, sui pontificatus anno secundo, quatenus a Laudunensi Ecclesia ob quaedam privata negotia posset abesse. Ab anno 1298 decanatum gessit ad annum 1313.

XXVIII. Garnerius ex familia de Thoulis, ut constat ex instrumenti hujusce verbis: « Anno Domini 1312, quarta die mensis Decembris, vir discretus, dominus Garnerius de Thoulis, decanus Ecclesie Laudunensis, » etc. A Garnerio obtinet Robertus de Martigniaco, ut ipsa die Parasceves (quod antea insolens fuerat) possessionem iniret, atque in capitulo admitteretur, anno 1313. Excessit anno 1322.

XXIX. Joannes decanus ad annum 1326.

XXX. Adam de Bugnivila, præfecturam egit ad annum plus minus 1329.

XXXI. Guido. Cum decani ipse munus expleret, multæ sunt lites exortæ, quod jurisdictionem in canonicos, cæterosque clericos Laudunensis Ecclesie, et eorum ministros Albertus de Roya episcopus prætenderet, sed profuit nihil; quippe ita jus suum perpetuo canonici conservarunt, ut prorsus ab episcopi potestate hactenus eximantur.

XXXII. Dionysius de Quadrollis anno 1350. Robertum Laudunensem episcopum inauguratum in sedem, quo possessionem adipisceretur, induxit; habet vetus codex cæremoniarum, *Liber albus* vocitatus.

XXXIII. Adam Decola. In chorum pariter Gaufridum le Maingre ex decano Turonensi episcopum Laudunens deduxit. Vacasse decani sedem ann. 1370 indicat Chartularium.

XXXIV. Stephanus Lescaillart. Ex litteris Clementis papæ VII Avenione scriptis 1389 sedem occupasse apparet. Summus pontifex isdem Marchiensis parochie redditus, ad instaurandam ventis, pluvisque infestatam sacram basilicam, Ecclesie Laudunensi concessit. Vixit circiter ad an. 1396.

XXXV. Balduinus de Mepa 1397. Registrum Ecclesie.

XXXVI. Joannes de Choisiaco decanus, necdum sacris initiatus a Benedicto papa XIII creatur. « Quamobrem capitulum (ut est scriptum in eodem registro) tertio et pridie Idus Junii anno Domini 1398 ea conditione investiendum censuit, ut, dum installaretur et fidem juramento præstaret, almutium seu armilansam ipse non haberet, sed in manus buticularii sive syndici dictæ ecclesie deponeret, quo facto eam gratiam a capitulo impetravit, ut sibi dehinc liceret uti hujusmodi armilansa, sic tamen ut illam in brachio deferret, non vero illam (ut tunc moris erat) gestaret in capite. Ut autem hoc ei concederet capitulum, movit, quod præsens non esset adfuturus: ipsi enim curiæ ducis Burgundiæ adhærenti pontifex assiduitatem Ecclesie debitam remiserat. » Post menses xviii, capitulo decanatum reddidit.

XXXVII. Petrus de Bieura die xxi Junii an. 1400. Id muneris obibat adhuc 1412.

XXXIX. Joannes Marteguain annis 1421-1426. Decanus exhibetur.

XL. Petrus Goudeman. Sententia decretoria summi senatus Parisiensis, Petro decano, de lite inter episcopum Laudunensem ejusque vicarium episcopum Appamiarum, lata est in gratiam capituli, die xx Novembris anni 1442.

XLI. Petrus de Longolio annis 1451-1455.

XLII. Joannes Dixme permutavit archidiaconatum Terrasæ (vulgo *Thiérache*) cum Petro de Longolio, anno 1456. Ex regis mandato interfuit una, cum Antonio de Crespin sive Crespy episcopo Laudunensi generalibus Gallie comitiis in oppido Montargiensis.

XLIII. Thomas de Poissiac 1460. Defungitur 1463, decimo sexto Kal. Februarii.

XLIV. Carolus de Luxemburgo canonicus Laudunensis unanimi canonicorum consensu decanus excipitur die xvii Jan. 1463. Patrem habuit Carolum de Luxemburgo a S. Paulo comitem, matrem vero Joannam de Bar filiam Mariæ de Couriaco.

Carolus de Luxemburgo electione ultimus a capitulo in episcopum Laudun. assumptus est 1472.

XLV. Guillelmus de Armire antea archidiaconus Ebrouicensis, decanatum anno 1472 a sede apostolica obtinet, s.d ob varias illum inter et capitulum controversias abesse atque dignitatem abdicare cogitur.

XLVI. Stephanus Marque Guillelmo abdicante decanus ex consensu capituli factus, anno 1479. Moritur die quinta Junii 1480.

XLVII. Polyenus sive Pollius Claudet regi ab eleemosynis, arbitris a capitulo tribus constitutis, præfuit die xxx Octobris 1480, ut est in subjectis litteris. « Nos post diversos tractatus multiplicium personarum, finaliter divina favente gratia, etc., reducentes ad memoriam litteras commendatitias domini nostri Francorum regis pro persona scientifici viri magistri Poly Claudet, in eundem magistrum Poly Claudet direximus concorditer vota nostra, virum utique providum et discretum; litterarum scientia, vita, et moribus merito commendandum; in sacris ordinibus et ætate legitima constitutum; ac de legitimo matrimonio procreatum; domini nostri Francorum regis eleemosynarium; in spiritualibus et temporalibus multipliciter circumspexit. » Canonicus autem minime cum esset Pollyus, præbendam ipsi contulit episcopus, ac sic demum canonicus est acceptus.

XLVIII. Joannes Godefridi, quem, licet alterum a rege commendatum haberent, forti animo elegerunt canonici, veluti perhibet epistola eorumdem ad regem directa anno 1483 in hunc modum: « Quia decanatus beneficium est maximi ponderis, habens curam animarum omnium habituatorum dictæ Ecclesie, et etiam dirigere et supportare omnia et singula onera, tam in spiritualibus quam in temporalibus dictæ Ecclesie, ipsi nomini capitulantes dicta die, Altissimo favente, taliter intendunt procedere, et hujusmodi electionem secundum eorum conscien-

tiam adimplere, quod præfatus rex merito debet contemneri. » Humana reliquit Joannes mense Aprilis 1494.

XLIX. Joannes de l'Or secretorum suffragiorum via decanatum sortitur xix Julii 1495 ad diem xii Maii 1516, quo fatis functus est.

L. Gaufridus de Bonavalle. Crebris in gratiam ipsius datis ad capitulum litteris cum a rege, tum a duce Vindocinensi, tum etiam a cardinali Ludovico Borbonio ea tempestate Laudunensi episcopo, qui tandem arbiter constitutus decanum Gaufridum declaravit 1517, die, xii Augusti. At nomine potius quam pre gessit præfecturam.

LI. Valeranus de la Haye decanus noscitur ab anno 1522 ad annum 1530, cessisse vero ex tabulis abbatiæ Sancti Joannis Laudunensis constare videtur; siquidem Joannes cardinalis a Lotharingia Remensis archiepiscopus, Vallerannum constituens vicarium generalem dicti monasterii (cujus erat ille abbas commendatarius) canonicum ac thesaurarium Laudunensis Ecclesiæ duntaxat appellat. Adde et Regestum ejusdem Ecclesiæ quod his ipsis eum titulis notat ab anno 1537 ad 1542.

LII. Claudius Carpentier 1537.

LIII. Philippus Esmery ab anno 1548 ad 1554. Quo cedente,

LIV. Anthonius de Herbes, doctor medicus, in capitulo admittitur die xxiv Decembris 1554, et e vita decessit 1556.

LV. Christophorus de Hericourt die xxiv Junii 1556 possessionem inivit. Vir fuit nobili genere in diocesi Laudunensi ortus, et scientia præditus. Compendiarium Historiam de Jesu Christi triumpho, Lauduni habito adversus dæmonem mulierculæ Nicolæ Obriæ Vervinensis corpus agitantes, conscripsit. Eandem Historiam Carolo IX Francorum regi dedicat. Id autem miraculi contigit 1565.

Decanatum primo archidiaconatu mutavit. Ditissimam bibliothecam Laudunensi Ecclesiæ contulit, ac tandem migravit e vita 1570 et sepultura donatus in ipso chori ingressu.

LVI. Firminus le Normand, alias de Trouville, doctor theologus; permutatione facta archidiaconatus cum decanatu, in possessionem inductus est 1549. Ecclesiæ canonicus ecclesiastes exstitit egregius. Obiit die xix Octobris 1578.

LVII. Petrus Emotte Laudunensis, doctoris theologi titulo insignitus; animam egit primo Augusti 1580.

LVIII. Joannes Bertrand, electus xx die Novembris 1580, munere functus vel annos viginti.

LIX. Nicolaus Triplot inter doctores hujus sæculi facile princeps, et hæreticorum expugnator indefessus. Ex archidiacono canonicorum omnium calculo in decanum cooptatus die xxxi Augusti 1600 ac paulo post hac se dignitate abdicavit.

LX. Dionysius Hangart canonicus Laudunensis et doctor theologus, decanatum sede episcopali vacante ex regio diplomate adeptus est xxvi Octobris 1601.

LXI. Joannes Bellotte communi totius capituli suffragio et applausu eligitur die xxxi Augusti anni Domini 1605; prodesse sategit magis quam laudem sibi comparare. Prædicatur inter alias virtutes imprimis inculpata ipsius religio, effusa in pauperes largitas, atque in decanatus administratione prudentia, legum insuper ecclesiasticarum inviolata custodia, et in divinis ministeriis rituum ad amussim observatio. Unde ea disciplinæ claritas in Ecclesia Laudunensi effulsit ut vix, in toto Gallicano orbe canonicorum collegium reperias quod cum Laudunensi conferendum videatur. Nosocomium urbis instaurari, et ad Christianam pietatem postliminio revocari curavit. Annum prope agens octuagesimum generose, ut cleri immunitates ac privilegia illæsa permanerent, elaboravit, multosque labores ea de re est perpressus. Hæc et alia operantem remuneraturus ad se Deus evocavit die viii Septembris 1660.

LXII. Antonius Bellotte, Joannis nepos, juris pontificii doctor, canonicus Laudunensis, antea vicarius generalis illustrissimi ac reverendissimi domini Philiberti de Brichanteau. Decanatus in ejus humeros, priusquam ex hac vita patruus migraret, onus deposuit (abdicatio interim a summo pontifice confirmatur) ac postmodum a capitulo die xvi Septembris 1550 eligitur. Vir est morum integritate et gravitate præditus, ac patrii virtutum proxime inhærens vestigiis, nec non et rei ecclesiasticæ longe peritus.

(\*) CAP. IV. — *Cum abbate Ribodimontensi.* Ribemontium, Riburgis mons, Ribodium, « Omnium vero optime Ripemontium in monte situm, ad ripas Isaræ præterfluentis duabus leucis ab Augusta, inquit Hemeræus in Augusta Illust. ad ann. 1095. Schedis nihilominus in antiquis constanter legitur *Ribodimons*. Cœnobium porro sancti Nicolai in Pratis, quod abbas ille regebat, conditorem agnoscit Anselmum Ripemontii dominum: cujus institutionis tabulam evulgare profuturum judicavi.

« In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis.

« Ego Anselmus, Ribodimontensis comes, quia sæculo jam in senium vergente, et natura mortalium fragilior, et ætas brevior, et memoria labilior est, » etc. *Vide in Anselmo ad an. 1099-1101.*

¶ Utrumque instrumentum domnus Furseus Beaurain, nostræ Congreg. presbyter theologus, decriptis amiceque communicavit.

Nil præterea impræsentiarum dicere sinunt milites, qui hoc ipso quo hæc scribo tempore, prius Guisianam urbem quam obsidione cinxissent (quam minime ceperunt) armata manu monasterii cuncta diripuerunt, atque ædificia destruxerunt.

Robertus in Gallia Christiana, in catalogo abbatiarum, verbo Ribodimonte, foundationis confirmationem a Philippo I, rege Francorum, factam an. 1084 inseruit.

(\*) *Ibid.* — *Apud S. Rufum de Anione.* Avenione monasterium canonicorum regularium. Consule eundem Robertum eo loco, V. S. Rufi.



(94) *IBID.* — *Ego poetice*, etc. Quod perstringit A canonicus Laudunensis in chronico :

« Hic (Gualdrius) dum aliquando a dedicatione cujusdam ecclesiae rediisset, et ad confirmandum si opus foret, cum stola et mitra equitasset, ut erat levis animi, lanceam a manu cujusdam extortam circumquaque agili gesticulatione gestabat; unde ceperunt eum deridere, dicentes vulgariter quod abbas Wibertus poetice sic exposuit.

*Non bene conveniunt, nec in una sede morantur Cidaris et lancea.*

Hic pannum sericum auro intextum, quem per eum regina Angliæ miserat reginæ Francorum, abstulit in ecclesia Laudunensi B. Genitrici Dei Mariæ, jussitque fieri casulam, ad ejusdem Matris honorem. Procedente tamen tempore, cum reginæ memoratæ convenissent, et secum ad invicem diu essent collocutæ, mirabatur regina Angliæ, quod nullam mentionem faceret de memorato panno, sic ait ad eam : Non placuit vobis munusculum meum, tamen de potioribus fuit, quod manus nostræ potuerunt attingere. Cui regina Franciæ, ait : Quid est quod loqueris, mi regina ! Cui illa : De panno, quem per Laudunensem episcopum vobis misi, sit sermo. Negat illa se aliquid hujus rei scire. Vocatur episcopus, qui in illo conventu regali aderat; quæritur quare transmissum illi pannum non obtulerit reginæ. Respondet se pannum ei deferendum minime a quoquam accepisse; sed reginæ, inquit, Franciæ, pannum misisti, quem veniens ei indilata obtuli; mirantur utræque, sed magis regina Angliæ, putans se delusam, et cum alia loco reginæ adfabulasse, aiens ad episcopum : Ubi igitur regina Franciæ? Similiter et alia ait : Quid est, domine episcope, non cognoscis me? Qui ait : Utique novi. Certe, ait regina, mihi non præsentasti. Qui ait : Reginæ Franciæ obtuli pannum ab hac domina sibi transmissum, quæ est pia Dei mater, regina immortalis, cujus regnum stabile est sine fine. Laudant utræque rei factum, et approbant donum.

647 « Walderico successit Hugo decanus Ecclesiæ Aurelianensis. Quo post 6 menses mortuo, Bartholomæus fit Laudunensis episcopus, cujus industria cathedralis ecclesia in brevi reparata, iterum fuit consecrata; in multis quoque locis in quibus religionis fervor non fuerat, per eum est dilatatus. »

Et Guillel. de Nangis Historia inedita, ad an. 1113, ab his non discrepat : « Valdrico Laudunensium episcopo a suis civibus nequiter preëmpto, Hugo Aurelianensis Ecclesiæ decanus substituitur. Quo post septem menses mortuo, » etc.

(95) *CAP. IV.* — *Non bene conveniunt*, etc. Alludit ad Ovid. *Metamorph.* III, 5, 14.

(96) *IBID.* — *Hanaporum et scutrarum.* Hanapum patera est, sive cymbium, Gal. *hanap. tasse.* Scutra vasis genus, paropsis instar. Plaut. in *Persa*, Act. I, scena. III.

*Commisco mulsum; struthea colutheaque appara, Bene ut scutris concaleant, et calamus injice.*

(97) *CAP. V.* — *Monasterii Puellarum Castellanus.* Castellanus vulgo arcis præfectum vocitari probe scio, I. II. De fundis limitrophis, lib. II. Cod. Tit. 59. Verum secus hoc loco, ut reor, usurpatur pro advocato nimirum, cujus præcipuum munus erat, ecclesiæ vel monasteria tueri. Nil frequentius scriptores antiqui. Capitul. lib. VII, cap. 308 : « Pro Ecclesiarum causis, ac necessitatibus earum, atque servorum Dei, exsecutores, vel advocati, seu defensores, quoties necessitas ingruerit, a principe postulentur; et ab eo fideliter atque libenter juxta canonicas sanctiones fidelissime dentur. » Duplicis generis advocati, nati, et dati. Videsis Glossarium Pithæi ad capitula Caroli Magni et perdoctas Francisci Bosqueti observationes ad epist. 122, 134 et 191 Innocentii III, pag. 143, 149 et 188.

Advocatum concedit monasterio Anianensi Ludovicus Pius suis litteris in eam rem conscriptis. Habent hæc verba.

« In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, Ludovicus divina propitiante clementia, imperator Augustus.

« Si petitionibus servorum Dei justis et rationabilibus, divini cultus amore favemus, » etc. *Vide inter diplomata Ludovici Pii. Patrologiæ t. CIV.*

648 (98) *CAP. V.* — *Quæ basilicæ caput.* Locus ecclesiæ prominentior, sic dictus quod instar fuerit cervicalis, vernacule *chevet.* In basilicis Sancti Dionysii in Francia, Sanctæ Genovefæ Parisiis, Sancti Benedicti Floriacensis, et alibi id genus capitum visuntur hodieque.

(99) *IBID.* — *Mastigia chlamydis a tergo rejecta.* Difficile admodum est mastigiæ etymon aperire : verum si conjecturæ locum dare liceat, mastigiam opinor chlamydis quoddam vinculum, quo velati ligula utraque pars anterior connectitur. Conjecturæ nostræ videtur suffragari Severus Sulpicius, *Dialog.* libro II, cap. 4. « Consurgunt omnes pariter in verbera; consumit Gallicas mularum pona mastigias. » Vides eo loci mastigiam lori esse genus seu coriaceum retinaculum.

(100) *CAP. VII.* — *Ut capite censi.* Uno verbo, id est mancipia, quæ quotannis tributum solvere tenebantur. Charta Flaviniacensis monasterii relata ab Andræa Duchesne in probat. *Historiæ Vergiacensis*, pag. 21. « Archivata et filios suos sub eo censu, ut masculi denarios quatuor de capite annis singulis. »

(101) *IBID.* — *Apud Sanctum Vincentium.* Quando quidem præ manibus habeam cœnobii Sancti Vincentii Historiam, ex veteribus schedis a docto Emiliano de la Bigne sacerdote nostro theologo (ex qua, quæ relaturi, pauca studio nostro adjecturi desumemus) libet paulo diutius hic immorari, ad lustrandum antiqua illiuscæ monasterii monumenta, tum etiam antistitum seriem, memorandaque facta nonnullorum recensenda.

*Summarium historiæ monasterii et abbatum series sancti Vincentii Laudunensis.*

Lauduno Clavato quasi insidet Sancti Vincentii



sterium. Uno ferme lapide distans ab eadem A  
situm est in monte, quem inter et ipsam ur-  
in monte itidem collocatam) vallis interjacet.

idatur (ut conjectura est) a Bruna Clodovei I  
Francorum filia, quam e tyrannide regis Go-  
m ereptam, in Gallias frater Childebertus tum  
m tenens Franciæ reduxerat. Adeo siquidem  
ris obvoluta sunt illius monasterii primordia,  
altum silentium apud historicos, ac veterum  
mentorum penuria tanta ut vix conjecturis  
inniti. Verum ne gratis isthæc protulisse ap-  
t, hoc affert testimonium domnus Emilianus ex  
o scrinii officialitatis Laudunensis codice ms.  
no Domini quingentesimo sexto Bruna re-  
Hispaniæ plura sanctorum cœnobia fundavit,  
lificia mirandi operis, inter quæ cœnobium B  
i Vincentii Laudunensis, tempore sancti Remi-  
emensis archiepiscopi, et sancti Genebaldi,  
pi Laudunensis. »

verosimilius Brunam esse Brunichildis, non  
gem, sed filiam regis Gothorum, Sigiberto Gal-  
egi conjugio copulatam. Unde autem Brunæ  
n sortita, indicat Chronicon Besuense : « Porro  
ertus cum videret fratres suos [vile uxores ac-  
], Gogonem majorem domus causa legationis ad  
ildum direxit, petens ut filiam suam, Brunam  
æ, conjugio traderet, etc., ad nomen ejus or-  
im est auctum, ut [vocaretur Brunehildis, » etc.  
t Gregorii [Turonensis sententia Hist. Franc.  
) « Tanta mala et effusiones sanguinis, Brunis C  
s consilio factæ sunt in Francia, ut prophetia  
æ impleretur dicens : Veniens Bruna de par-  
Hispaniæ, ante cujus conspectum gentes p:r-  
; hæc vero equitum calcibus disrumpetur. »  
t foundationem, institutionemque monacho-  
variis est labefactata cladibus abbatia Sancti  
ontii; quam et diversis clerici incoluere  
oribus; ac tandem anno salutis 948. [Rori-  
sive Rorico Caroli Simplicis filius, præci-  
pietatis et doctrinæ episcopus Laudunensis or-  
us est, qui antecessores suos Didonem scilicet  
deletotum imitatus, canonicorum ministerio  
iam Sancti Vincentii Laudunensis in pristi-  
splendorem restituere non potuisse considerans  
æ pretium fore putavit, si monachorum utere-  
quamobrem e monasterio Sancti Benedicti D  
Ligerim duodecim accersivit monachos, quos  
dem sanctuario substituit, eisque Mecalmum  
scit abbatem, diplomate ad hoc confecto.] Hæc  
t D. Emiliani. Atque magis ut veritas elusces-  
lud diploma est adjiciendum.

#### 649 Charta restitutionis monachorum.

Auxiliante supernæ propitiationis clementia,  
torico, etsi indignus sanctæ Laudunensis Eccle-  
ræsulatum indeptus, considerans ultimæ evon-  
is sortem, ut cæteris, mihi quoque [imminere,  
storum quoque meorum quam magno depressus  
amine], cepi apud me tacita deliberatione

tractare quiddam huic sedi, cui auctore Deo præ-  
sideo, profuturum, meis vero, ut opinor consulen-  
dis criminibus pernecessarium; si [quidem in latere  
montis, cui præeminet civitas, in prospectu scilicet  
ejus, est ecclesia sita Sancti Vincentii egregii mar-  
tyris cultu et honore venerabilis. super qua fama  
ferebatur antiquis temporibus insigne fuisse mona-  
sticæ conversationis, quæ quidem moderno tempore  
omni destitutionis succumbebat penuriæ, donec  
prædecessor noster Adelmus undequaque sumpti-  
bus, duodecim canonicorum in ea assiduum consti-  
tuit servitutis conventum, ordine vivendi religio-  
sum. Quo ita defuncto, crescentibus diversarum  
cladium malis, pene ad pristinum relapsa est deso-  
lationis detrimentum; quod ego non æquanimis  
ferens, maxime quia non tantum hujus sedis epi-  
scoporum, sed etiam canonicorum, clericorum, no-  
bilitium, nec non laicorum habebatur sepultura, ac-  
cito generali conventu, ipsius consilio deliberavi in  
antiquum, ut fama erat, monasticæ conversationis  
statum reformare, et prout temporis dictabat op-  
portunitas, quantulumcunque monachorum ibidem  
numerum aggregare.

« Evocatis igitur a monasterio Sancti Benedicti,  
supra Ligerim sito, duodecim monachis, venerabi-  
lem eis Melcalanum præfeci abbatem. Quibus inter  
cætera beneficia a me sibi collata, secundæ sedis  
dignitatem episcopatus, ab antecessoribus nostris  
antiquitus ejdem Ecclesiæ concessam approbans  
confirmavi. Sepulturam quoque episcoporum, cano-  
nicorum, casatorum, custodum matris Ecclesiæ, ca-  
pellanorum et servientium, ac familiarium eorum.  
Concessi etiam procinctum montis et vallis distri-  
ctum, quæ ut sine aliqua calumnia teneant sicut  
dedi, ita et consilio et assensu prædicti conventus  
determinavi. Statuimus etiam mittere venerandæ  
synodo, quæ habita est apud montem Sanctæ Mariæ  
in pago Tardanensi, mense Maio, ubi recitatum est  
hoc, residente domino Adelberone archiepiscopo,  
cum coepiscopis, atque omnium assensu ab eis ro-  
boratum.

« Ego S. Remensis Ecclesiæ archiepiscopus sub-  
scripsi et corroboravi.

« Actum Lauduni anno Incarnationis Domini no-  
stri Jesu Christi 961, indict. iv Kalend. Octobris  
septimo Lotharii regis. »

Ex majori Chartulario, fol. 1.

Quo ex diplomate bina Ecclesiæ San-Vincentianæ  
privilegia non vulgaria cernere est; alterum quod  
episcoporum, canonicorum, etc., fuerit sepulturæ  
locus; alterum vero quod secunda sit sedes, hoc est,  
prærogativa donetur, qua Sancti Vincentii abbates  
proxime post episcopum in Ecclesia Laudunensi ac  
synodis assideant, debeantque ipso absente sacrum  
solemniter agere; SS. Christi corpus in processione  
gestent, et populo ritu solemniter benedicant. Quare  
episcopi eandem Ecclesiam non modo secundam  
sedem, verum et primam Laudunensis Ecclesiæ  
filiam, consueverunt vocitare. Hujusce rei fidem fa-

ciunt chartularia fol. 1. 4, 352, etc., nec non vetu- A regularis disciplinæ rexerunt illud asceterium, stiora cum San-Vincentianæ, tum Laudunensis xamum.

*Abbatum S. Vincentii Laudunensis elenchus.*

Melchalmus ex monacho Floriacensi primus institutionem monachorum an. 948.

II. Bellandus. sive Beilandus. Hujusce gratia bero Laudunens. episc. Ecclesiam Petrapontu Sancto Vincentio largitus est una cum redd atque appenditiis. Obiit 989.

III. Lampertus vel Lambertus.

IV. Seigerus.

V. Cadros.

VI. Rogierus.

VII. Hercanneus, sive Hervæus; cui Henri Francorum rex, anno 1031, vectigal in sul Semiliaco ad radices montis Laudun. cæ sit.

VIII. Reginerius Corbeia oriundus. Dal Elinandus antistes Laudun. altare Sancti G quod et in prioratum erexit.

IX. S. Gerardus, itidem Corbeia natus, in Reginerii locum suffectus est, vir pietate ac titate insignis, velut Acta ipsius testantur, quæ stylo prosecutus est Hugo Menard. Martyrolog. ned. Observat. lib. II, ad diem 5 Aprilis: integra, favente Christo, cum aliis evulgal Priora monasterii Silvæ Majoris fundament an. 1079.

X. Rogerius.

XI. Adalbero perinde doctus ac probus, at forensibus rebus fuit non mediocriter versatus monasticam perillustravit, auxit facultates i terii. Anno 1088, prioratum S. Joannis Ba Vendolio, supra Faram ad Isaræ ripam, Adal tribuit Rabbodus Noviomens. episc. Ecclesia Goberti de Alto monte in Arduenna, prius cæ cis, eidem abbati suisque mandris subjecitur. tularium minus, pag. 16. et seq.

Quantum illis temporibus (verba Emiliani Bigne) propensus ad pietatem erat nobilium: ex uno Anselmo sive Anselmo Ribodimontis dignoscitur, qui non solum inclytam Aquicir pago Cameracensi dotasse abbatiam, nec al nempe Sancti Nicolai, ad castelli sui radices damentis erexisse contentus, penitens mæ quæ fratribus Sancti Vincentii Laud. et eort minibus inflixerat, in eorum capitulo, scapulis tis comparuit, atque a monachis se flagellari ac in jacturæ quam ecclesia passa fuerat, re rationem, religiosis et hominibus ejus pe terras, Maceriam scilicet et Ribodimontem, li Viomagium est elargitus, etc. Ita in eodem C lario.

Quam donationem Elinandus episcopus vicinus comprobavit. Demum Adalbero carri cinam exiit, atque in sacello B. Mariæ M quod ipse construxerat, conditus est. In t hæc verba:

*Adalbero abbas*

Est et alia San-Vincentiani abbatis, haud minimi pensi habenda prærogativa. Sua nimirum in ecclesia episcopum (ut ipse episcopatus possessionem adipiscatur) excipit, ac postmodum in urbem conducit, offertque Laudunensis Ecclesiæ capitulo. Sic Chartularia Laudunense, et San-Vincentianum majus, fol. 122.

Institutionem monachorum a Roricone perfectam, laudat Lotharius rex, diplomate Compendii acto in hunc modum.

« In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Lotharius divina propitiante clementia Francorum rex. B Si fidelium nostrorum ratis petitionibus, etc. Quapropter cunctis ejusdem sanctæ Ecclesiæ filiis, fidelibusque nostris, tam præsentibus quam futuris, liquido patere volumus, quoniam venerandus Laudunicæ urbis Rorico episcopus nostram mansuetudinem humiliter postulavit quatenus pretiosissimi martyris Christi Vincentii basilicæ in suburbio dictæ civitatis supra montem constructæ, adeoque honoratæ, ut secunda sedes ex antiquo sit appellata, et episcoporum, canonicorum, ac nobilium, laicorum totius urbis fuerit sepultura; ob quasdam res ibi noviter fidelium largitione aggregatas nostræ regiæ auctoritatis præceptum renovare dignaremur. Nam eidem loco, petente prænominato præsule, præcepti C nostri jamdudum cautionem impertiveramus, cum ille ibi in suam, suorumque et urbis tutelam monasticam constituerebat 650 regulam. Cujus petitionem quoniam idoneam et proficuum esse comperimus ob amorem Dei, et præcellentissimi martyris ejus Vincentii, ob salutem nostram, conjugis, et prolis, totiusque nostræ posteritatis; statuimus hoc nostræ auctoritatis, seu renovationis præcepto jam dictæ basilicæ, ut inibi monasticus ordo, Deo auxiliante, perduret. Statuimus etiam ut abbas et monachi, ibidem Domino militantes, militaturive, quiete et libere teneant quæcunque ex antiquo ad ipsum locum possessa, etc.

» Actum Compendio palatio regis, anno |Dominicæ Incarnationis 975, anno xxii, regnante Lothario D rege, » etc.

Ex Chartulario magno, fol. 3.

Summi quoque pontifices multis post annis id firmatum voluere privilegii, maxime Honorius II. « In quibus (ait ipse bullatis litteris ann. 1135 datis Laterani) duximus nominibus adnotanda, sepulturam episcoporum, canonicorum, casatorum, etc. prohibita infra muros civitatis (Laudunensis) omni sepultura, ex quo urbs ipsa a tempore B. Remigii præsulari meruit, et inthronisari cathedra pontificali, » etc. Sic Honorius PP. agente tum Romæ Bartholomæo Laudunensi episcopo.

Superest ut abbatum seriem, non primorum quidem, sed duntaxat eorum, qui post instaurationem

XII Sifridus Adalberoni religione et doctrina non impar, observantiæ regularis tenacissimus exstitit. Is, opinor, ex priore Sancti Nicolai, (cui epistolam de Buccella Judæ data, inscripsit Guibertus noster) abbas exstitit Sancti Vincentii. Præmonstrati locum, rogante venerabili Bartholomæo episcopo, concessit B. Norberto. Litteræ in hanc rem ex bibliotheca Præmonstratensi.

« In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, etc.

« Ego Bartholomæus Dei gratia Laudunensis præsul. Cum ecclesia Sancti Vincentii locum qui Præmonstratus dicitur, qui ad propriam mensam episcopi pertinebat, ex dono prædecessoris nostri Elinandi episcopi haberet, sicut in privilegio ejusdem ecclesiæ continetur, monachi locum illum diu incoluerunt, et per multos labores, nullum ~~651~~ vel parvum fructum consequerentur; quod ego attendens, rogavi Adalberonem abbatem, et monachos, ut locum illum supradictum mihi libere concederent, quatenus secundum voluntatem meam de eo disponere possem. Abbas autem et monachi, petitioni meæ assensientes, quidquid in eo loco habebant, mihi libere et sine contradictione concesserunt. Ego vero, non ingratus eorum voluntati concessi ecclesiæ Sancti Vincentii altare de Bariaco in perpetuum, salvo jure synodi, habendum. Dedi eis etiam dimidium modium frumenti ad molendinum, quod apud villam situm est, quæ Broincurtum dicitur. Videns autem prædictum locum, qui Præmonstratus dicitur, religiosus viris utilissimum, fratri Norberto, et subditis et posteris, libere et sine contradictione in perpetuum concessi habendum. Frater vero Norbertus, sicut rei alienæ minime cupidus, primitus noluit recipere, donec Seifridus abbas Sancti Vincentii et monachi ejus, donum illud firmaverunt in capitulo communi assensu. Quæ vero concessio, aliquo modo deinceps ne immutari possit, impressione nostræ imaginis, et sigillo Sanctæ Mariæ Laudunensis Ecclesiæ, sigillorumque Seifridi abbatis Sancti Vincentii, confirmare curavimus.

« Signum Bartholomæi Laudunensis episc. S. Seifridi abbatis Sancti Vincentii. S. Simonis abbatis Sancti Nicolai de Silva, etc.

« Actum Lauduni, in capitulo Sanctæ Mariæ Laudunensis Ecclesiæ, anno Dominicæ Incarnationis D millesimo centesimo vigesimo primo. »

Sponte etiam Seifridus mediam partem loci, in quo ecclesia Sancti Martini, prima Præmonstrati filia, sita est, quod juri Sancti Vincentii subjaceret, obtulit.

Litteras misit Seifrido Honorius papa II, queis universa San-Vincentina cœnobii bona confirmat. Defungitur circiter an. 1131, sepultus in inferiori parte chori.

XIII. Anselmus ex monasterio S. Medardi Suesionensis in abbatem a monachis est cooptatus 1131. Religiose, docte ac prudenter rexit monasterium annos plus minus septemdecim. Militum, equitumque, vi ac tyrannice prædia auferentium, re-

pressit audaciam; atque fretus Innocentii papæ II auctoritate, qui Lauduni tunc aderat, reddere coegit omnia. Anno 1133, ecclesia canonicorum castri de Lescheriis in agro Guisiano, itemque alia in castro Montis-Acuti, juxta Lætiense sacellum collata fuere S. Vincentio.

Romam profectus, a canonicis Tornacensibus, qui hoc ipso tempore in Urbe agebant de pastore subrogando, episcopus eligitur, at ipse reluctans a summo pontifice annuere sub anathematis vinculo compulsus est. Quam præclare se gesserit in hisce tum abbatis, tum episcopi muneribus indiget Hermannus, lib. III, cap. 20 et 21, in Appendice. Vide Galliam Christ. in episcopis Tornac.

XIV. Balduinus regimen egit solummodo annis quinque. De quo citatus Hermannus eo loci.

XV. Guillelmus. Huic donat Galterus episcopus Laudun. ecclesiam S. Juliani in burgo Laud. 1153, nec non ecclesiam castri de Nonavilla (quæ est in prioratum erecta) ab Helliuno Tyrio erogatam confirmat ipsemet episcopus.

XVI. Galterus.

XVII. Hugo basilicæ S. Vincentii, quæ etiamnum exstat, jecit fundamenta, eamque complevit. Controversia Hugonem inter atque Joannem Novigenti abbatem, anno 1177, arbitro Codiciacensi Rodulpho, diluta est. Sacram extruxit ædem S. Genebaldo protoantistiti Laudunensi duodecim canonicorum, quam et prædiis San-Vincientiani asceterii ditavit. E vita discessit 1200; sepulcrum ejus in medio chori hoc adornatur epitaphio.

*Hugo boni forma, claustrî rigor, actio cauta,  
Regia frons, doctrinæ fons clarus, largus, abundans,  
Abbatum flos ecce jacet; qui regnat ubique  
Huic det pro meritis æternæ gaudia vitæ:  
Quem post Augusti medium lux tertia clausit.*

XVIII. Ingelrannus, 1208, sacrum S. Vincentii mart. os gutturis ab episcopo Carcassonensi, ac Simone de Monteforti A. D. 1215 solemnî ritu accepit. Eodem prope tempore abbas et monachi Castrensis Ecclesiæ (nunc episcopatus) ad Ingelrannum partem brachii ejusdem martyris transmisere. Et, anno 1234, sacellum B. Mariæ Lætiensis a dominis de Apia (qui in San-Vincientiano templo sunt sepulti) initium sumpsisse ferunt.

XIX. Balduinus II.

XX. Joannes.

XXI. Balduinus III.

XXII. Thomas.

XXIII. Gosbertus. Dum jussu Gregorii papæ X ad concil. Lugdunense proficisceretur, morte est præoccupatus, circiter anno 1273, vel 1274.

XXIV. Guido de Boveriis. Eodem abbate jurisdictionis abbatiaë limites recensiti sunt 1280.

XXV. Joannes II, anno 1300.

XXVI. Joannes III, cognomine de Sancto Quintino. Obiit 1345.

XXVII. Petrus de Saisi sive de Namur fit abbas Joanne de S. Quintino vivente, 1333.

650 XXVIII. Petrus II, de Villiers, Memora-

tur in pacto cum comite de Roncey inito 1349, A circa quoddam jus S. Vincentii in molendino de Petraponte.

XXIX. Joannes IV, de Nouëlles, de Guisia vulgo nuncupatus, 1370. Egregie litteris excultus. Colletarium historiæ universalis, libris octo, qui quatuor voluminibus comprehenduntur, distinctum elucubravit. Ditissima fuit, Joanne abbate, bibliotheca San-Vincentiana; undecim nimirum millia voluminum continebat. Consedit in concilio Compendii habito (cui præsidebat Petrus Lessiensis abbas) cum aliis archimandritis archiepiscopatum Remensis ac Senonensis. Eo in concilio lectæ litteræ Urbani IV et Gregorii X ad episcopos earumdem metropoleon scriptæ, quibus abbates ab episcoporum synodis eximuntur. Obiit Joannes 1396 cujus sepulcro discipuli sequens epitaphium apposuerunt.

*De Guisia natus jacet hic sub caute Joannes*

*Historiographus, arteque juridicus.*

*Abbatum primus mitra fuit hic decoratus.*

*Inhumata manet fama, mirumque canet*

*Mens pia, mens humilis, patriæ lux, Martha labore.*

*Irradiet functo vita beata Deus,*

*Anno milleno, quater et centum bis, duo demo, Octavo mensis Idus decessit Aprilis.*

XXX. Joannes V de Sylva 1396. Obiit 1419.

XXXI. Simon a Porta.

XXXII. Thomas Vastel.

XXXIII. Joannes VI, Corbeau.

XXXIV. Helias d'Arson protonotarius apostol. abbas commendatarii titulo sedem invadit. Moritur 1502.

XXXV. Franciscus {de Frechencour, ex monacho fit abbas. In Necrologio nobili loco oriundus notatur. Diem clausit 1506, in choro sepultus.

XXXVI. Carolus Morel, antea prior S. Joannis de Vendolio 1510.

XXXVII. Joannes VII, Charpentier, ex ordine monastico abbas ultimus. Totam iastauravit San-Vincentianam ecclesiam, multaque beneficia contulit. Medio in choro jacet, hoc donatus encomio.

*Hic jacet domnus Joannes Charpentier Remensis, dum viveret hujus Ecclesiæ pientissimus antistes : qui feliciter obiit sexto Idus Septemb. nostræ salutis millesimo quingentesimo trigesimo octavo.*

#### ABBATES COMMENDATARIII.

XXXVIII. Carolus Borbonius cardinalis de Vindecino.

XXXIX. Crispinus de Brichanteau ex monacho S. Dionysii in Francia abbas S. Vincentii, et episcopus Silvanectensis. Moritur 1500.

XL. Godefridus de Billi, primum monachus S. Dionysii, deinde S. Vincentii, abbatiam atque episcopatum Laudunensem obtinuit Diversas monachis intulit calamitates. Priorem, Antonium Danis nomine, de ædificiorum imminente ruina conquerentem exagitavit, expulit et monasterio : quem nihominus abbas ille decreto curiæ Parisiensis revocare, organorum campanarumque applausu excipere compulsus est.

XLI. Philibertus de Brichanteau, adeptus possessionem 1612, ac postmodum episcopatu Laudunensi donatus. De quo Robertus in episcopis Laudu. « Vir multæ pietatis et prudentiæ :

« *Qui mores hominum multorum vidit et urbes.* »

Omnem navavit operam in resarcienda regulari disciplina; ideoque San-Vincentianum cœnobium congregationi S. Mauri aggregavit 1643.

#### *Nonnullarum Sancti Joannis Laudunensis abbatissarum nomenclatura.*

Prima abbatissa et fundatrix fuit S. Salaberga cujus Vitam nunc primum eventilamus, reperies in Additamentis infra.

Conditum vero fuit istud monasterium Deiparæ Virgini sacrum, post Sancti Joannis nomine insignitum, anno æræ Christianæ plus minus 1610.

S. Anstrudis B. Salabergæ filia, ab incunabulis Deo a sanctissima genitrice consecrata, vix duodenis cum videret se ab illustrissimo simul et opulentissimo juvene ad nuptias expeti, conjugio imo et sæculo renuntians, patriamque deserens, Laudunum venit, et magno cleri ac populi concursu excepta, et ad monasterium deducta monasticum habitum sub religiosa sanctæ matris disciplina suscepit. Octo post annis, defuncta matre, in abbatissam electa est anno ætatis suæ vigesimo, et annuente Clodovæo secundo Francorum rege, acclamantibus regionis proceribus universis, a Peregrino Laudunensi episcopo post impertitam benedictionem instituitur. C Obiit anno Christi circiter 707, xvii Octobris; virtutibus et miraculis in vita et post mortem clarissima. Ex vita ejusdem ms.

Adalsinda successit beatæ Anstrudi; de qua fit mentio in eadem S. Anstrudis Vita.

Adelis : cujus obitus notatur in Necrologio veteri ms. Sancti Vincentii ad vi Kalend. Augusti.

Adelis secunda nominatur in vetustissimo codice litteris Gothicis exarato, qui Psalterium Sanctæ Salabergæ nuncupatur, in quo, recentiore tamen caractere, catalogum ornamentorum ecclesiæ, coram prædicta abbatissa, post obitum Walburgis thesaurariæ recensitorum, cernere est.

Ogina regina uxor Caroli III, cognomento Simplicis. Et hæc erat sacrilega sæculi hujus consuetudo, quæ ab anno 845 in Galliam irreperat : nempe reges prout collibebat, aulæ asseclis imo et suis uxoribus sæpesæpius conferebant abbatiarum possessiones. Videndi Lupus Ferrariensis, epist. 22 et 42; Chopin. lib. III, cap. 8, De domanio Franciæ, ubi, de Ogina uxore Caroli III et Gerberga uxore Ludovici IV, hæc habet : « Legimus corrupti illius sæculi labe profanis tradita monasteria Carolo Simplici rege, ut vix unquam Cæsar Commodus incommodius, quam simplex iste simplicius reipublicæ statum labefactavit. Qui Caroli filius Ludovicus? Ademit hic Ogina Augustæ cœnobium Laudunense Deiparæ Virgini sacrum, quod Carolo marito defuncto superinduxisset Herbertum Viromandunum

illius parricidam. Eodem deinde cœnobio Ludovicus A Gerbergam Augustam conjugem donavit. »

Mansit autem Ogina in cœnobio Laudunensi ad annum 951.

Gerberga regina uxor Ludovici IV, cognomento Transmarini, monasterium, eodem, quo regina Ogina, modo usurpavit.

Abbatissæ cujusdam Sancti Joannis Laudunensis, suppresso nomine, meminit Alexander papa II, epistol. 12, his verbis : « Proclamatio delata est quod abbatissa Laudunensis monasterii Sancti Joannis sine canonica audientia, et judicio episcopi sui a regimine suo ejciatur, etc. Admonuimus confratrem nostrum Elinandum episcopum Laudunens. ut hanc causam diligenter discutiat atque canonicè definiat, ita tamen ut eadem abbatissa, priusquam discussio fiat, regimini suo, sicut sacri canones præcipiunt, restituatur, » etc.

Rainsendis abbatissa tempore Guadrici episcopi Laudunensis, hoc est anno 1112 de qua Guibertus, lib. III De Vita sua, cap. 14 : « Solertissimam feminarum abbatissam Sancti Joannis, genere clarissimam, ecclesiæ provectricem, nomine Rainsendis, Laudunensem indigenam suus servus occidit; quodque passa est, pro Ecclesiæ fide consustinuit. »

Adelis anno circiter 1113. Hujus commeminit Chartularium monasterii Sancti Theodorici prope Remos, in concessione nimirum cujusdam terræ suo et capituli nomine præfato cœnobio facta.

Adelais regina, Ludovici VI uxor, non equidem abbatissæ titulo, sed uxoriæ dotis jure abbatiam possedit. Quod nefandi commercii genus hac ipsa ætate in more positum erat, ut dotem uxorū reges in monasteriis collocarent. Patet id potissimum ex conventu illo, de quo infra, Attrebatensi celeberrimo.

Factenus de Laudunensis Sancti Joannis monasterii abbatissis : quippe illo in incendio urbis (quod Guibertus libr. III De Vita sua, prolixius exhibet) omnia antiquitatis monumenta periire.

Haudquaquam tamen est omittendum quod consignavit auctor anonymus, sed canonicus Laudunensis in Chronico nondum excuso : Anno, inquit, Domini 1095, Elinandus episcopus (Laudunens.) ecclesiam Sancti Joannis in Burgo, quondam abbatiam monialium, ad unius sacerdotis administrationem reductam, præbendis duodecim insignivit. Hæc nos superius col. 1151. retulimus.

Monialibus amandatis e monasterio Sancti Joannis, monachi subrogantur.

Quid causæ Bartholomæum Laudunensem episcopum quatenus nonnas expelleret, monachosque sufficeret, induxerit, animadvertere tam ex Hermano monacho lib. III, cap. 22 et 23, tunc etiam ex subjectis chartis tabularii Sancti Joannis Laudunensis. Etenim in comitiis provinciæ Remensis Attrebatii VI Idus Maii, anno 1128, habitis, ab universis præsulibus, rege volente, decretum est ut monachi cœnobium Sancti Joannis, prius ejectis

monialibus, occuparent. Quo statuto, a Matthæo Albanensi episcopo cardinali, sedis apostolicæ in Gallia legato, tum, hoc est eodem anno in conventu Remensi ac paulo post a summo Ecclesiæ hierarcha Innocentio II confirmato, nonnæ, an. 1128, apud Grandelani-villam vitæ residuum transacturæ ablegantur.

*Ludovici VI Francorum regis diploma.*

« In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Amen. Ego Ludovicus, Dei misericordia in regem Francorum sublimatus. Notum fieri volo cunctis fidelibus, tam futuris quam instantibus, quod in conventu quem fidelis noster Rainaldus secundus venerabilis Remorum archiepiscopus, Attrebatii cum universis suffraganeis suis episcopis, et abbatibus VI Idus Maii tenuit, ubi et nos præsentés aderamus; ipse et Bartholomæus venerandus Laudunensis episcopus humiliter nos convenerunt, cum multa precum instantia postulantes ut Laudunensem beatæ Mariæ, et beati Joannis Ecclesiam, quæ regalis abbatia est, quia sanctimoniales, quæ ibi antiquo fuerant, nimis indigne et enormiter se habebant, ad meliorem religionis statum duci, et monachos ibidem substitui concederemus; quam profecto petitionem rationabilem et utilem cognoscentes, voluntati eorum, et consilio assensum dedimus, et in prædicta Ecclesia abbatem et monachos substitui et haberi in perpetuum, salvo ibi in omnibus jure regio, et Adelaidis reginæ uxoris nostræ dotalitio, benigne quidem concessimus, ita si quidem quod subjectionem illam, quam cæteræ abbatie nostræ, quæ in episcopatu Laudunensi sunt, Laudunensi episcopo debent et exhibent, abbatia illa eidem episcopo sine aliquo juris regii detrimento debeat et exhibeat; quod ne valeat oblivione deleri scripto commendavimus, et, ne possit a posteris infirmari, sigilli nostri auctoritate et nominis characterè subterfirmavimus. Actum Attrebatii publice anno Incarnati Verbi 1128, regni nostri XX, astantibus in palatio nostro, quorum nomina substituta sunt et signa.

« Signum Ludovici Buticularii. S. Hugonis constabularii. S. Alberici camerarii, dapifero nullo, data per manum Simonis cancellarii. Signum Rainaldi Remensium archiepiscopi. S. Josleni Suessionensis episcopi. S. Bartholomæi Laudunensis episcopi. S. Simonis Noviomensis et Tornacensis episcopi. S. Joannis Morinensis episcopi. S. Garini Ambianensis episcopi. S. Roberti Attrebatensis episcopi. S. Clarembaldi Silvanectensis episcopi. S. Petri Belvacensis episcopi. »

*Decretum Matthæi Albanensis episcopi, et S. A. legati.*

« MATTHÆUS Dei gratia Albanensis episcopus, et apostolicæ sedis legatus, universis fidelibus, salutem. Quod in conventu Attrebatensi, sancto Spiritu cooperante, a venerabilibus fratribus Rainaudo Remensi archiepiscopo, Bartholomæo Laudunensi, Gosleno Suessionensi, cæterisque illius diocesis

episcopis, et abbatibus, aliisque religiosis personis A de expulsionem monialium in Ecclesia Sanctæ Mariæ Sanctique Joannis Laudunensis minus honeste viventium, et de substitutione abbatis et monachorum, ibidem Deo religiose servientium, constitutum est, Ludovico rege Francorum præsentem annuente, et suo præcepto firmante; nos in Remensi conventu, consilio et petitione venerabilium fratrum Remensis, Senonensis archiepiscoporum, Laudunensis, Suesionensis, Parisiensis, Meldensis, Trecensis episcoporum atque abbatum plurimorum, aliarumque religiosarum personarum, comprobavimus, et sedis apostolicæ auctoritate et munimine in perpetuum confirmavimus. »

*Innocentii secundi papæ litteræ bullatæ.*

« INNOCENTIUS episcopus servus servorum Dei, dilecto filio DROGONI abbati monasterii Sanctæ Mariæ Sanctique Joannis Baptistæ in Laudunensi civitate, ejusque fratribus, salutem et apostolicam benedictionem. Ad hoc nobis a Domino pastoralis officii cura commissa est, » etc. *Vide in Innocentio II ad an. 1143.*

Anno proxime subsequenti venerabilis Bartholomæus Laudunensis episcopus, quam ex monachorum subrogatione in Sancti Joannis asceterio lætitiā conceperit, non potuit scriptis non consignare. Assertas autem vult iis ipsis cœnobitis possessiones ejusdem monasterii hac forma.

« In nomine sanctæ et inviduæ Trinitatis, Ego Bartholomæus Dei gratia sanctæ Laudunensis Ecclesiæ minister indignus. Quia largiente Domino in ovilis Dominici cura, licet indigni, laboremus, dum ex injuncti nobis officii occasione ad sæcularium hominum negotia rapiamur, si pedes nostros terreni actus pulvere attactos, et in sæculi lubrico titubantes ad plenum firmare et emundare minime prævalemus, devotæ charitatis obsequiis eorum suffragia promereri satagamus, qui in beata sponsæ ipsius sorte censentur, qui lotis pedibus et tunica expoliata, in lectulo quietis internæ cum sponso cœlesti ineffabili jucunditate perfruuntur. Quanto enim majore labantium rerum contemptu curam corporis abjecerunt, et deplorata pristinarum enormitate culparum, compressisque ingruentium tumultibus cogitationum, defecata et pura conscientia ad sola D superna se surrigunt, eo grätius in eis divinæ majestati exhiberi cedimus obsequium, si ab iis qui cum ad Rachelis desiderabile consortium necdum pertingere possunt, laboriosam cum Lia tolerantur servitutem ad usum vitæ labilis, eorum profectus augeatur, quominus terreni stipendii defectu tentati sanctæ contemplationis otium interrumpere compellantur.

« Notum igitur esse volumus, tam præsentibus quam futuris, quia cum divinæ misericordiæ respectus Laudunensem abbatiam B. Mariæ Sanctique Joannis Baptistæ visitasset, ita ut eliminato irreligiosarum feminarum grege, quæ vitæ suæ incorrigibili enormitate, et locum infamaverant, et

plurimis aut periculosæ offensionis, aut perditionis causa fuerant, religiosus inibi monachorum Ordo institueretur, de loci illius emendatione divinæ dispositioni congratulantes, quanto potuimus favore benevolam assensum præbuimus, atque religiosorum vivorum interventibus aliquod et in vita imperfectioni nostræ patrociniū comparare quærentes, et post mortem, perpetuam animæ nostræ memoriā ibi firmare cupientes, quæ a nobis petierunt gratanter annuimus; et quæ ex antiquo prædecessorum nostrorum dono locus ille vetustissima jam olim possessione tenuerat, [nostra quoque manu eis firmavimus, ne quis forte, quia hæc in monasterio illo ordinis mutatio facta est, possessionibus eorum aliquod calumniæ inferre moliat. Hanc autem nostræ sanctionis schedulam testium subscriptione, et sigilli nostri impressione roborari præcepimus, et, ne quis eam in posterum aliquatenus infirmare, vel aliquam ei calumniam inferre præsumat, sub anathemate interdiximus.

S. Bartholomæi episcopi qui hoc privilegium fieri jussit. S. Widonis decani. S. Hetoudi archidiaconi. S. Blihardi cantor. S. Huberti sacerdotis. S. Alberici sacerdotis. S. Benedicti sacerdotis. S. Roberti sacerdotis. S. Joannis diaconi. S. Petri diaconi. S. Joscelini diaconi. S. Rogeri diaconi. S. Arnulphi subdiaconi. S. Milonis subdiaconi. S. Ebalii subdiaconi. S. Roberti subdiaconi.

« Auctum Laudun. anno Dominicæ Incarnat. 1129, indict. viii, epacta ix, conc. i. anno regni domini Ludovici xxi, filiique ejus Philippi anno i, episcopatus autem domini Bartholomæi adno xvii.

« Ego Radulphus Sanctæ Mariæ cancellarius regi. »

*Abbatum monasterii Sancti Joannis Laudunensis tabula chronologica.*

I. Drogo ex priore cœnobii Sancti Nicasii Remensis primus abbas sancti Joannis a Bartholomæo Laudunensi præsule constituitur, anno Domini 1128, 17 Kalend. Junii. Rexit abbatiam usque ad annum 1136, quo Romam ab Innocentio II summo pontifice evocatus, episcopus cardinalis Ostiensis creatus est. Porro esse hallucinatos Ciaconium lib. De Vitis pontificum et Ferdinandum Ughellum in Italia Sacra, priorem anno reparatæ Salutis 1133. Drogonem ea dignitate donatum Romæ; posteriorem vero 1131, asserentem. Planum quippe fit ex tabulario Sancti Joannis Drogonem abbatis titulo litteris subscripsisse an. 1136.

Gesta Drogonis percurrit Hermannus ubi supra cap. 22. Auctor Append. editæ ad Sigibertum anno 1128 et 1138. « Obiit Drogo bonæ memoriæ Ostiensis episcopus vir religione ac sapientia clarus. »

Scriptis sermonem de Passione Domini; exstat in Bibliotheca Patrum.

Soliloquia quoque edidisse notatur in Bibliotheca Belgica ms.

II. Balduinus ex præposito abbas eligitur, de quo

Hermannus loco citato. cap. 23. litteras anno 1147, A  
obsignasse indicant antiquæ membranæ.

III. Rogerus antea Sancti Medardi Suessionensis  
prior 1133.

IV. Bruno ad annum 1160.

V. Ingelrannus ex abbate B. Mariæ de Novigento.  
1160-1161.

VI. Simon vix anno evoluta cessit e vita.

VII. Radulphus, 1164-1165.

VIII. Ingelrannus II, an. 1165-1182.

IX. Balduinus II primum Sancti Sepulcri Came-  
racensis, post Sancti Joannis Laudun. anno 1189 et  
1193, ac tandem abbas B. Mariæ Signiaci ordinis  
Cisterciensis in diœcesi Remensi.

X. Nicolaus, 1188-1196.

XI. Ebalus prius Sancti Theodorii asceta, 1200-  
1201.

XII. Hugo monachus S. Remigii Remensis in Pa-  
trem eum assumunt S. Joannis cœnobitæ.

XIII. Renerus ex præposito Sancti Joannis præ-  
ficitur 1210-1214.

XIV. Robertus præpositus antea S. Theodorici  
prope Remos, 1215-1235.

XV. Petrus 1240. Hoc abbate anno 1247 in vi-  
gilia Sancti Joannis Baptistæ translatus est corpus  
B. Anstrudis virginis, secundæ hujusce monasterii  
abbatissæ, a Garnero Laudun. episcopo, e capsula  
lignea in elegantiore, in qua hactenus asservatur.

XVI. Hugo II, 1240-1277.

XVII. Stephanus, 1286.

XVIII. Petrus II, 1299.

XIX. Garnerus.

XX. Ægidius de Dysiaco.

XXI. Petrus III de Courpalay (*de Courpalais*), ex  
monacho Sancti Martini Parisiensis abbas Sancti Joannis  
Laudunensis, postmodum Sancti Germani Pra-  
tensis 1303. Obit 1334. Petrum laudes prosequitur  
noster Jacobus du Breul in Chronico nondum edito  
Sancti Germani a Pratis: « Petrus de Corpoleyo,  
inquit, abbas hujus monasterii locum sepulturæ in  
choro templi prope Morardum abbatem habuit. Qui  
vario lapide obiectus plurimas ejus laude recenset,  
scilicet, quod fuerit consilio certus, omni bonitate  
refertus, pauperibus largus, circumspectus velut  
Argus; quem clerus charum, rex, plebs, habuit, D  
monarchique in vultu clarum, sobrium, corpore  
mundum. Cætera vetustate attrituque pedum deleta  
legi nequeunt. In fine tamen præscriptio tenporis  
præclare apparet, sic: Traxit Aprilis eum ter Nonas  
M C ter, X ter, I quater. » Nunc vero lapis ille sepul-  
cralis visitur ante majus altare sub cancellis.

XXII. Petrus IV *de Moy*. His temporibus Step-  
hanus de Suisyaco, (Suisy) villa in agro Laudunensi  
(quæ monasterii Sancti Joannis juri subjacet) ar-  
chidiaconus Burgensis sive, ut alii, Brugensis (non  
Biturensis, ut habet Ciaconius), deinde Franciæ can-  
cellarius, ac demum S. R. E. cardinalis tituli Sancti  
Cyriaci in Thermis: anno circiter 1310 sacellum  
beatæ Virginis et Sancti Stephani protomartyris,

elargitis quibusdam redditibus, excitavit. Fundavit  
et inibi anniversarium sui obitus diem. Denascitur  
Viennæ Ciaconius Avenione 1311, mense Decembri in  
ecclesia Sancti Joannis marmoreo tumulo sepultus,  
cui sculptum est ejusmodi epitaphium.

*De Suisi natus Stephanus iacet huc tumulatus:*

*Qui se gessit ita vivendo, quod archilevita*

*Burgensis pridem, mox cancellarius idem*

*Aulæ regalis fuit; exhinc carquedinalis*

*M semel et C ter v bis semel I, nece teler*

*Factus decessit Decembri, cui requies sit.*

XXIII. Ægidius de Platea 1333-1353 hic anno  
1342, redditus nonnullos gratia festivitatis S. Flocelli  
pueri martyris Augustodun. die 17 Septembris cele-  
brandæ attribuit.

XXIV. Gerardus per abdicationem Ægidii 1353.

XXV. Joannes. In charta Hugo proxime subse-  
quens abbas; Joannis et Gerardi decessorum suorum  
meminit; obtestatur videlicet fideles quatenus ad  
Deum preces pro animabus eorum emittant.

XXVI. Hugo III de Castillione. 1385-1403, abbas  
cooptatur Belliloci. Andræas du Chesne Hist. ejus-  
dem familiæ, pag. 559.

XXVII. Chatardus, 1407.

XXVIII. Joannes Jacquinet, vulgo La Codasse vo-  
catus, 1436-1456.

XXIX. Jacobus Botin, 1461-1463. Eum, abdi-  
cata abbatia, Pius II pontifex maximus episcopum  
Hierapolitanum inaugurat.

C XXX. Antonius Crespin primum episcopus Lau-  
dunensis, tum archiepiscopus Narbonensis 1460,  
ex traditione Jacobi ab eodem summo pontifice ab-  
batiam obtinet in commendam anno 1461.

XXXI. Joannes Aubinet ex gremio monachorum  
eligitur in abbatem. Primus abbatum Sancti Joannis,  
insignia pontificalia a Sixto papa IV est adeptus  
anno 1482. Desiit mense Septembri 1491.

XXXII. Carolus de Luxemburgo. Hunc postremum  
sortito ex episcopis Laudunensibus capitulum accipit  
anno 1472; post Joannis Aubinet funera fit abbas  
commendatarius. Moritur 1509.

XXXIII. Joannes Moynet, 1510. Ultimus abbas  
monasticen professus defungitur 1520.

*Abbatess commendatarii.*

XXXIV. Matthæus l'Evesque dictus de Marconnay,  
natione Pictavensis, episcopus Trojæ magnæ; pos-  
sessionem iniit 1120; abbas simul S. Nicolai Ribodi-  
montensis, et S. Michaelis in Therascea.

XXXV. Joannes a Lotharingia, Renati Lotharingiæ  
ducis et Philippæ Gueldriæ filius, possessionem per  
Valerannum de la Haye canonicum ac thesaurarium  
Laudun. Hac in re illius procuratorem, adeptus est  
anno 1533 ad 1536.

XXXVI. Petrus Cauchon seu de Maupas 1535 et  
anno 1566 abbatiam Claudio germano tradit.

XXXVII. Claudius Cauchon, Petri frater, simul  
abbas S. Dionysii Remensis 1566. Claudio e vivis  
sublato, Matthæus Brice œconomus instituitur.

XXXVIII. Stephanus Penet presbyter religiosus

1604; Matthæus tamen œconomus non destitit curam a gerere monasterii.

XXXIX. Joannes Aubert doctor theologus 1608, defunctus Parisiis anno 1626, in ecclesia Sancti Landericii funeratur.

XL. Gabriel Albaspinæus Aurelianorum episcopus, qui generis claritudinem infulis sublimavit, exornavit infularum dignitatem sacrorum canonum, et antiquioris theologiæ studiis, scriptisque illustravit. Abbatiam S. Joannis consecutus est circiter 1627, et anno 1629, exiit mortalitate.

XLI. Carolus Albaspinæus Gabrielis frater, marchio de Chateaufort regis sigillis præfectus, etc. Abbas pariter S. Eligii Noviomensis, de Pratellis et Nigri Lacus; vir est multis integræ ac strenuæ vitæ, rerumque præclare gestarum laudibus insignis. Egregiam navavit operam ut collapsam in præfatis monasteriis S. Eligii, Pratellensis, regulæ Benedictinæ observantiam, prout in congregatione S. Mauri vigere dignoscitur, restitueret, propagaretque; cujus rei gratia ad S. Joannis Laudunense cœnobium evocatus ab eo Patres Benedictinos illius congregationis illustrissimus Philibertus de Brichanteau Laudun. antistes, celebratis pontificali ritu missarum solemnibus, excepit Kalendis Januarii, an. reparatæ salutis 1648.

*De monasterio S. Martini Laudunensis, ordinis Præmonstratensis.*

Tabulæ donationis ecclesiæ S. Martini Laudunensis ordini Præmonstratensi a Bartholomæo episcopo actæ, mihi nequaquam sunt prætermittendæ: siquidem Hermannus libros tres De miraculis beatæ Mariæ, Laudun. de composito edidit, quatenus præclaram virtute et sanctitate præsulis illius vitam consignaret posteritati; iisdem ego pariter ipse rationibus allectus, quidquid præfato pontifici splendorem afferret, si nostris observationibus insererem ratus fore non injucundum.

*Privilegium Bartholomæi episcopi Laudunensis, de ordinatione domus S. Martini.*

« In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Bartholomæus Dei gratia sanctæ Laudunensis Ecclesiæ minister indignus. Quia ex injuncti officii necessitudine, cui auctore Deo deservimus, Ecclesiæ, quam gubernandam suscepimus, debito curæ pastoralis obligamur ne una membrorum suorum parte laboret solerter invigilare, bene cœpta in melius provehere; et, si qua forte inconsultius acta fuerint, Domino opitulante, pro facultatis et peritiæ nostræ modulo, corrigere debemus. Notum igitur esse volumus, tam præsentibus quam futuris, quia, cum in ecclesia Sancti Martini de suburbio Laudunensi, quæ prius sæcularium clericorum, quidam fratres nostris temporibus ad regulariter vivendum se transtulissent, atque, aliquandiu inibi commorantes de die in diem, peccatis exigentibus, imperitia ac negligentia exteriores possessiones magis magisque desererent, neque interius, vel numero, vel religione proficerent; novissime anxii et de loci illius dejectione solliciti,

ex consilii nostri decreto in hanc sententiam declinavimus ut fratris Norberti, qui in Vosagii silva apud Præmonstratum locum, cum magna famulorum Dei manu, sub canonica professione eremiticam vitam constituerat, curæ et dispositioni ecclesiam illam committeremus. Qui cum precibus nostris acquievisset, sancitum est ut, sicut ille locus ab antiquo in manu prædecessorum nostrorum existerat, ita et nunc in nostra successorumque nostrorum remaneat, fratresque qui ad eum pro salute animarum pia devotione convenient, ordinato sibi abbate secundum regulam beati Augustini ad tenorem Præmonstrati loci canonice vivant. Quod si forte abbas beati Martini, instigante diabolo, a regulæ suæ tramite deviaverit, conventusque ab episcopo Laudunensi atque Præmonstrati loci abbate, in præsentia Laudunensis Ecclesiæ, in pertinacia et aversione sua permanserit, convocatis ejusdem religionis coabbatibus apud Præmonstratum de regulæ executione sub eorum testificatione discutatur, atque corripatur. Si vero in malo suo obstinatus, et sicut confutatus incorrigibilis apparuerit, absque ulla retractione ab eisdem abbatibus secundum religionis suæ institutionem deponatur, aliusque idoneus, eorum communi consilio et electione, in locum ejus evestigio subrogetur, et ab episcopo Laudunensi ordinetur.

« Signum Bartholomæi Laudunensis episcopi. S. Widonis decani et archidiaconi. S. Radulfi archidiaconi. S. Seifridi abbatis Sancti Vincentii. S. Simonis abbatis Sancti Nicolai de Silva. S. Bernardi abbatis Clarevallis. S. Rainaldi abbatis Fusniacensis. S. Blehardi cantor. S. Drogonis presbyteri. S. Eballi subdiaconi. S. Widonis subdiaconi. S. Roberti acolyti. S. Roberti decani Sancti Joannis. S. Gaufridi cantor. S. Haimonis thesaurarii. S. Henrici. S. Guntranni. S. Hugonis. S. Clarembaldi de foro. S. Nicolai castellani.

« Anno Incarnat. Dominicæ 1124; iudict. xii, epact. xx. ».

*Syllabus abbatum S. Martini Laudunensis.*

I. Galterus primus abbas in episcopum Laudunensem est assumptus. Obiit 1153, atque in Præmonstratensi ecclesia sepelitur.

II. Garinus Britto ab anno 1149 ad 1170.

III. Bartholomæus de Mons, 1170-1179.

IV. Galterus Testart, 1180-1185.

V. Ticelinus, vel Thiscilinus nepos primi Galteri, 1186-1189.

VI. Wido, vel Guido de Spornaco, 1189-1191.

VII. Ægidius de Marsi, 1195.

VIII. Oilardus de Domno-Martino, 1195-1204.

IX. Wilbertus Branensis, 1204-1207.

X. Renaldus de Ribemonte, 1209-1210.

XI. Walterus de Regia valle, 1212-1228.

XII. Hugo.

XIII. Joannes de Saisinqrte, 1243.

XIV. Galterus de Duaco, 1243.

XV. Joannes quondam abbas Clarifontis.

XVI. Joannes de Betunia.



- XVII. Gerardus de Festieux, 1248-1254.  
 XVIII. Joannes de Reneuille.  
 XIX. Joannes de Burceio, 1261.  
 XX. Petrus de Petrigny, 1261-1267.  
 XXI. Willielmus de Marla.  
 XXII. Joannes Destres, 1269-1286.  
 XXIII. Milo de Curigni, 1300-1311.  
 XXIV. Joannes de Castellione. Hic anno 1333 electus abbas Præmonstratensis; hoc munere decennio præclare functus obiit anno 1343, xvii Kal. Maii, ibidem sepultus ante majus altare. Necrologium S. Martini.  
 XXV. Joannes de Brueriis 1340.  
 XXVI. Joannes de Malbodio, 1347-1348.  
 XXVII. Bertrandus de Roseto, 1358.  
 XXVIII. Joannes Benedictus, 1392-1404.  
 XXIX. Joannes Vairetus, 1415-1430.  
 XXX. Balduinus Branensis.  
 XXXI. Petrus de Ponte, 1447-1461.  
 XXXII. Jacobus le Noir, 1480.  
 XXXIII. Joannes Poulallier.  
 XXXIV. Joannes Buquet, 1524-1526.  
 XXXV. Adrianus Pelletier, 1527-1529.  
 XXXVI. Amatus de Fonte, 1530-1545.  
 XXXVII. Carolus cardinalis a Lotharingia, 1548.  
 XXXVIII. Anthonius Viscontius, 1563-1588.  
 XXXIX. Claudius Basin.  
 XL. Nicolaus le Saige, 1615, obiit 1645, 13 April.  
 XLI. Julius Mazarini cardinalis, 1645 (61).

*Illustrium quorundam S. Martini Laudunensis canonicorum indiculus.*

Galterum de Mauritania ex decano episcopum Laudunensem, post canonicum Sancti Martini existisse subinferre videtur Necrologium ipsius Ecclesie: « II Idus Julii obiit dominus Galterus de Mauritania hujus Ecclesie canonicus quondam episcopus Laudunensis, » etc. In eadem San-Martiana ecclesia hoc epitaphio donatur.

*Hic teo Galterum, quod detego, mutaque petra  
 Præsulis acta loquor, pro lingua sunt mihi metra.  
 Consilio, monitis, virtutibus, hoc modo vitæ.  
 Rexit, correxit erexit, oves et ovile.  
 Infuit huic pietas, sale sed condita rigoris,  
 Torpida ne feret virtus et egena saporis.  
 Abstulit hunc mundo divisio discipulorum.  
 Vivat in æternum meritis adjutus eorum.*

Godescaclus canonicus Sancti Martini Laudunensis, tum Montis Sancti Martini abbas, ac tandem episcopus Attrebatensis. Necrologium: « VII id. Aug. Godescalci Attrebatensis episcopi hujus Ecclesie canonici, qui inter cætera beneficia episcopalia vestimenta, calicem aureum, pelves argenteas, urceolos, candelabra nobis dedit, sub anathemate prohibens ne quis ea ab ecclesia alienaret. » Baronius Annal. tom. XII, ad annum 1148, locuples habet de Godescalco testimonium.

Concordatus sit episcopus Eduensis. Necrolog. ad XI Kal. Aprilis.

(61) Numericas annorum notas, prout in chartis Mortuologicis perhibentur, apposimus.

A Arnoldus episcopus Caurenensis in Philippinis. Necrolog. vii id. Februarii.

Gregorius VIII pontifex max. ex canonico San-Martini. Ita Necrologium: « Commemoratio venerandæ memoriæ Gregorii papæ hujus Ecclesie canonici. »

Joannes Comnenus imperator Constantinopolitanus. Cujus ad hunc modum meminit. Necrologium « xv Kal. Maii commemoratio Joannis imperatoris hujus ecclesie fratris ad succurrendum. » Sacrum Dominicæ crucis lignum, quod visitur hodieque, imperatorum Græcorum iconibus super operculum efformatis insigne, contulisse fama est.

Guido abbas Sancti Vincentii Laudun. « Frater fuit ad succurrendum hujus ecclesie. » Necrolog. ad III Kal. Septembr.

De *fratribus ad succurrendum* egimus supra in observationibus, col. 1139.

Robertus regulam Præmonstratensium professus in claustro San-Martini, primus abbas eligitur insulæ beatæ Mariæ in Geldria. Ferunt Robertum Henrici regis Anglorum cognatum.

(103) CAP. VII. — *Vulgo bacones vocant.* Et nos Galli nunc, *jambons*. Baconum meminit Matthæus Paris in Henrico III pag. 404, ultimæ edit. « Missa sunt decem millia summarum frumenti, et decem millia avenæ, cum totidem baconibus. » Vernacule in Lotharingia et alibi, *bacons*, solent vocitari *bacones*; nempe pro lateribus, tergisque porcorum salitorum. Glossarium in fine Historiæ ejusdem Matthæi.

(103) CAP. VIII. — *Percussus occubuit.* Dies necis Galdrici episcopi in Necrologio Laudunensi commemoratur. « Sexto Kalend. Maii obitus Waldrici episcopi, etc. Hic vir magni cordis, et strenuus in sæcularibus, qui civium exigente superbia, suis quibusdam legibus privatis regentium, per illustrem Franciæ regem aliosque..... Laudunenses procuravit cassari communiam, » etc. Et descriptis quæ a Guiberto enarrantur, subinfert idem Necrologium: « Hæc et alia quamplurima ad tam immane scelus pertinentia, memoratus abbas (Guibertus) qui his diebus præsens aderat plena fide et veritate conscripsit. In hujus igitur tanti ac tam miserabilis flagitii lamentabilem memoriam, statutum est in capitulo nostro anniversarium dicti pontificis, singulis annis celebrare. »

(104) CAP. IX. — *Prominenti eorum, quam sic vocitant repa.* Repam ornamentum quoddam auro argentove confectum, coronidis instar, tumulis sive loculis sanctorum appositum, S. Audoenus subindicare videtur lib. I. Vitæ S. Eligii cap. 32. « Fecit quoque (Eligius et repam in loco anterioris tumuli, et altare secus ad pedes S. martyris fabricavit. » At vero repam ac crepam synonyma fore subdubitat animus, siquidem ille ipse Audoenus lib. II cap. 39, sub finem, profert ista de S. Bathilde: « Jussit 653

præterea crepam ex auro atque argento mirifice fabricare, quam supra confessoris (Eligii) membra deponere deberet. » Iterum cap. seq. initio : « In-  
 ingrediente ergo Quadragesima, præcinxerunt crepam hujusmodi sindone, ut moles radiantis metalli velata tegeter diebus pœnitentiæ, » etc. Quibus ex verbis crepam, loculum sive urnam feralem sonare nemo non videt. Num tandem in verbo *Repa*, et *Crepa*, incidat et *Freda*? de quo Herricus Antissiodor. lib. 1 cap. 27 mirac. S. Germani : « Clotarius Crotildis filius tempore S. Desiderii Antissiodorensis episcopi, fredam regalibus expensis composuit auro argentoque decoram, ubi auctorum erant inscripta nomina. » Nil certi statuendum occurrit.

(105) CAP. IX. — *Et Sancti Joannis ecclesiam succendens.* Monasterium ab ipsa fundatione, sanctimonialium, quod pluribus deinde sæculis elapsis, episcopi Laudunensis Bartholomæi jussu monachi S. Vincentii ejusdem urbis incolere cœperunt. Hermannus monachus lib. III, cap. 22, De miraculis B. Mariæ. Et Guillelmus Nangiæ ad an. 1128. « Lauduni in Ecclesia S. Joannis, consilio Franciæ regis et principum, monialibus, quæ infames erant, ejectis, in loco ipsarum monachi substituti sunt; ubi Drogo religione ac facundia venerabilis a Bartholomæo Laudunensi episc. primus abbas ordinatur : qui postmodum a papa Innocentio II, Romæ Ostiensis episcop. cardinalis. » De S. Joannis cœnobio nil impræsentiarum præter Vitam sanctæ Salabergæ (quam damus in lucem) suppetit. Occurret in Additamentis.

(106) *IBID.* — *Radulphi discophori monachorum.* Nomine Discophori œconomum, sive, ut vocant, procuratorem, cui rerum gerendarum et facultatum cura et administratio demandatur, venire mihi suadeo. Radulphum pariter episcopi discophorum nominavit Guibertus initio cap. 10.

(107) *IBID.* — *Sub birro liberationis causa ferret.* Birrum supra pileum exposuimus; hic vero pallium seu chlamydem significari, verbis subsequentibus haud obscure innuitur : « Parasitus autem aliquis ei obviam factus, quid sub cappa portaret aspexit. » Videlicet verbo antiquato cappa pro chlamyde amplo sumenda hoc loco, qua voce etiamnum in rebus ecclesiasticis pluviale, (vernacule *chappe*) sæpiuscule vocant. Quanquam a capite cappam periti linguæ latinæ scriptores deducant. Consule Spelmanni archæologum, et Vosium De vitiis sermonis. De birro ita canonicus Laudunensis in Chronico ms. « Petrus eremita de territorio Ambianensi, primo monachus apud S. Rigaudum in Foresio, post prædicator effectus, cœpit tanta populorum multitudine vallari, tantis muneribus donari, tantis sanctitatis præconiis acclamari ut multæ ætates non meminerint honore simili quempiam haberi. Pii de ejus mulo pro reliquiis rapiebantur. Tanea tunica ad purum, cuculla super utrisque talaribus, birro

A desuper utebatur : pane vix, vino autem nunquam aut pisce alebatur, » etc.

(108) *IBID.* — *Ad S. Mariam Versiliacensem* sive Vesselicensem (*Vezelay*) monasterium quondam Benedictini ordinis in Burgundia, ab ipsa origine monialibus traditum perhibet testamentum comitis Gerardi de Rossilione, atque uxoris Berthæ, cujus equidem testamenti tabulam magna ex parte, diversisque in locis inseruit suis probationibus ad originem familiæ Alsat. doctissimus Vignerius e congregatione orat. presbyter. Nos vero haud per partes sed solidam dare, una Nicolai I, papæ atque Caroli Calvi eam approbantes litteras subjicere, non grave, imo perquam acceptum fore viris eruditis censuimus. Ferunt igitur hæc verba :

B *Testamentum, sive fundationis tabula monasteriorum Pultheriensis et Vezeliacensis.*

« Omnibus Christi fidelibus pietate, amore, desiderioque ferventi beatam vitam expectantibus, et in unitate Christianitatis sub obedientia præceptorum Dei ubique manentibus, sive his qui præsentibus sunt, sive his qui futuri, atque in compage et vinculo charitatis victuri, et usque ad consummationem sæculi in Ecclesia sanctorum sibi invicem sunt successuri. Ego Gerardus, divinæ pietatis munere apud gloriosam regalem mansuetudinem comitis honore sublimatus, (ex communi, voto et desiderio dilectissimæ conjugis meæ atque amantissimæ. Berthæ, eo quod nobis pariter unanimiterque, Domino inspirante, complacuerit, ut de rebus nostris et possessionum nostrarum titulis, perennem memoriam Domino Deo, nostro, ubi laus ejus assidua fieret, statureremus. Et, quoniam largitionibus piis dominorum, et seniorum nostrorum, qui nos liberalissime honoribus et dignitatibus ampliaverunt, id est imperator et senior noster clementissimus Ludovicus, et gloriosa domina et regina Judith, filiusque ipsorum æque senior, atque dominus noster rex Carolus, plurima, possidenda accreverunt, justissime nobis visum est ut eorum amore incitati locum ecclesiæ ipsum fundaremus ubi pro gratis muneribus ipsorum, esset in orationibus solemnibus et jugis supplicatio apud Deum, continua pro salute eorum exhortatio.

« Non immemores etiam sumus eorum circa nos benevolentiam ipsorum, id est domini senioris Ludovici Augusti, Judith dominæ 654 et reginæ, Caroli filii ipsorum similiter domini et senioris, qui nunc superest regnans; sed et dignam rependentes genitoribus ac parentibus honorificentiam, id est Leuthardi et Gymuldis [*al.* Grimildis], atque gratissimorum Hugonis et Davæ, amabilibusque filiis et filiabus ipsorum, sive qui jam obdormierunt in Domino, sive qui adhuc vivunt, consanguinitate, affinitate, et propinquitate etiam nobis junctis. id est Leufredi et Adalardi, comitum præclarissimorum, ut pro eis intercessio et assidua deprecatio fieret, et peccatorum eorum acquireretur propitiatio: et in loco ipso, quem juvante Christo fundaremus,

succedentibus temporibus esset eorum permanens A recordatio. Itaque et illorum quoque propinquorum, quibus et hæreditario jure eisdem in rebus successimus, nec non et reliquorum omnium, sed et amicorum, nostrorum universorum, et fidelium generaliter omnium perpetualis duraret memoria, ibique per ævum pro omnibus fieret communis oratio.

« Ego igitur Gerardus, et conjux simul gratissima, pia et fideli devotione constituimus, atque construximus monasterium, et habitaculum servorum Dei, apto competentique loco, et ex largitione atque oblatione facultatis et rerumstrarum quidquid ad sustentationem eorundem Deo famulantium, quidquid ad religionis cultum necessarium exstat, pia ac solerti providentia juxta vires, quas Deus tribuit, procuravimus, menteque promptissima, eadem ipsa, quæ de manu ipsius accepimus, gratias beneficiis illius offerentes obtulimus.

« Fundatus igitur atque conditus est locus devotionis nostræ in honore Domini nostri Jesu Christi, et venerationes beatissimorum apostolorum Petri et Pauli, super amnem Sequanæ præterfluentis, in agro respiciente ad villam, quam ex antiquo Pultarias nominant in pago Laticensi, in regno Burgundia, ut ibi venerabile orationis domicilium votis ac supplicationibus fidelium frequentetur conversatioque celestis sub regulari districtione, et institutione beati Benedicti viventium, omni desiderio et ardore intimo perquiratur et expetatur. Ibique contulimus villas has, ipsam eandemque, ubi e vicino monasterium situm est, Pultarias, quidquid [al., ibi] erit ex hæreditate, quidquid præcepti sui auctoritate senior noster Carolus rex nobis inibi contulit, quidquid alio legitimo pacto rebus nostris accessit, cum universis appenditiis suis, et quæ ubicunque ad ipsa respicientia sunt. In pago vero Senonico sextam cum omnibus ad eam respicientibus, et universis appenditiis; mannistam similiter cum omnibus ad eam respicientibus, et universis appenditiis suis, verum etiam et villare in supra dicto pago, cum omnibus rebus ad eas respicientibus, et appenditiis earum. Similiter et in eodem pago, in villa quæ dicitur Piscatoria, quæ est sita super Hionem fluvium, totum et ad integrum quidquid de..... vassallo dominico acquisivimus, et quidquid ad ipsam Piscatoriam aspicit, in omnibus duntaxat in quibus ibidem nostra videtur dominatio, vel esse scitur potestas, et quidquid ad jus nostrum in pago Tricassino pertinet.

« Pari etiam ordine fundavimus aliud monasterium, eodem studio, eademque devotione, ut habitaculum ancillarum Dei sub regulari districtione, et institutione sancti Benedicti viventium fieret in honore Domini nostri Jesu Christi, in loco vel agro qui dicitur Virziliacus, in pago Avalensi, in regno Burgundia, ubi et contulimus villas has. Eandem ipsam, in qua situm est sacrum et venerabile monasterium, Virziliacum, quam commutavimus cum

domina et gloriosa Judith regina, agente et imperante apud piissimæ memoriæ dominum et seniore nostrum Ludovicum imperatorem, quidquid idem clementissimus imperator ad eandem villam respiciens sub præcepti sui confirmatione condonavit nobisque contulit, quæ ubicunque respiciunt ad eandem villam pertinentia, prædicto monasterio consignavimus. Villam denique Dorviciacum, villam Cisternas fontanas atque Molintium, vel quidquid in nominato pago Avalensi, vel Tornodorensi acquisivimus, cum universis appenditiis supradictarum illarum, ubicunque vel in quocunque pago fuerint.

• Totum ergo ex integro quidquid in supranominatis villis vel agris acquisivimus, et acquirere potuimus, sacratissimis locis, et monasteriis coadunavimus, et unanimi, atque utilitati eorum, qui ibi Deo servierint, in perpetuo conneximus; tantum nobis dum manemus in vita, earum usu fructuarium reservantes. Tuitionem quoque et defensionem prædictorum monasteriorum sub nostra cura habentes. Itaque quidquid præfato monasterio nostra religiosa oblatione collatum est, quidquid in rebus sive servitiis quibuscunque speciebus, Deo inspirante, contradictum additumque fuerit, aut a quibuscunque fidelibus quolibet unquam tempore oblatum, absque ullis exterioribus obsequiis, et obsequiorum exactio nibus, solis eorum stipendiis, et necessariis sumptibus, qui illic Domino serviunt, jugi præsentis nostri testamenti firmitate permaneat illibatam. Excepto quod pro benedictione annis 655 singulis ad reverendam sedem beatorum apostolorum, cui loca eadem subdidimus, Romæ offerantur beato pontifici Urbis libræ argenti duæ.

• Et quia ultronea voluntate charitatis, atque humanitatis officio, quotidiana beneficia docent exercenda, liberi tamen ab aliis exhibitionibus monachi sub quieto servitio regulariter vivant, orationis obsequia solemniter offerentes Deo, pro gloriosissimis dominis et senioribus nostris Ludovico Augusto, et Carolo ejus filio, et præcellentis memoriæ dominabus Judith, atque Hermentrude; sed et præclarissimæ item recordationis genitorum genitricumque filiorumque ipsorum, qui sive vivunt, sive jam dormierunt in Domino, pro nobis etiam filiisque, ac filiabus viventibus, sive defunctis, cunctisque amicis nostris, omniumque fidelium multitudine.

« Hoc vero monasterium, sive aliud supra nominatum, cum omnibus rebus ibi collatis, beatissimis apostolis apud Romam subdidimus, et testamentario libello dato æterne pontificibus Urbis illius, qui vice apostolica annis sequentibus sedem tenuerint, ad regendum, ordinandum, non tamen ut beneficiaria potestate. Cumque dandi aut procaminandi licentia sit disponenda, perpetuo commisimus, ut eorum sollicitis studiis, et vigili provisione, juxta nostram devotionem, religio pietatis et honestatis ad gloriam Dei semper ibi exerescat, et fructus apud Deum propensior generetur. Illud perpetue firmum volumus,

ut quoties abbas vel abbatissa de præfatis monasteriis respectu divino a religione nostra sanctis apostolis contraditis, ex hac luce migraverint, congregationes ipsæ, quas de venerabilibus locis Deus esse voluerit, habeant concessam sibi potestatem cum interrogatione, sanctorumque virorum consilio, alterum vel alteram bonæ vitæ et boni testimonii, auxiliante Domino, ex suo consortio atque collegio electum vel electam præficiendi, prosequente pontificis super hac re probatione, qui sedem apostolicam tunc temporis meruerit.

« Sed et rerum quantitas in suscipiendis fratribus, vel sororibus semper attendatur, ne superfluo numero congregationes ipsæ (quod absit) forte gravatæ delabantur. Illud quoque summopere monemus, et sub obstatione etiam inhibemus ne cui pietatis nostræ votum liceat in perpetuum commutare, vel præpostero ordine irrumpendo perturbare. Quod si quis, quod non credimus futurum, præsumperit domini et senioris nostri Caroli Pii regis præcepto damnatus, Domino Deo nostro dignam facti sui vicem ei reddente, ex sententia sancti pontificis, vobis, et sacrilegus et sacrarum rerum fraudator, a cœtu populi Dei extraneus pœnam æternam, nisi resipuerit, incurrat.

« Sed et vos omnes, sanctissimi Patres et episcopi, per Redemptorem Dominum nostrum deprecamur, ut huic nostræ devotionis semper dignemini exactores, et adjuutores in omnibus existere. Quod in finem monendum sit piis et charissimis nostris servis Dei in monasteriis tanto studio a nobis fundatis, degentibus, et pia et vigili cura devotionis et religionis sit, « atque in omnibus se exhibeant sicut Dei ministros, nemini dantes ullam offensionem vituperandi (II Cor. vi, 3) » religiosissimum et sacrum ordinem monasterii sui, ut apostolicæ sedis pontifex sit eis rector assiduus, consolator et tutor; quatenus corpori et membris Ecclesiæ fidelissima charitate et religiosissima obedientia juncti, etiam capiti totius corporis, quod est Christus, mereantur compage sociari.

« Hoc autem testamentum plena a nobis pietate et devotione confectum, ut omni tempore irrefragabilem obtineat firmitatem, etiam manus nostræ, et illustrium virorum subscriptionibus sanximus roborandum.

« S. Gerardi comitis, S. Berthæ conjugis qui hanc oblationem Deo pro remedio animæ suæ obtulerunt, et testamento facto firmaverunt, atque firmari jusserunt.

« S. Evæ filii ipsorum quæ voluntatem parentum, et oblationem Deo factam, audiendo et firmando consentiit, consentiendo confirmavit.

« S. Sanvarii. S. Simonis. S. Fanvel, S. Baunari. S. Widerici. S. Gerardi. S. Rotardi. S. Abonis. S. Auzgarii. S. Optadi. S. Galfari. S. Athonis. S. Ardullii. S. Bercharii. S. Ragonaudi. S. Leuderci. S. Alverti. S. Fredeberti. S. Radulphi. S. Gerardi. S. Sigiberti. S. G'slemari. S. Gauzelini. S. Ayr-

baldi. S. Zenonis. S. Odolardi. S. Odeberti. S. Aistorici S. Amalberti. »

*Nicolai papæ I confirmatio foundationis monasterii Vizeliacensis.*

« Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, religiosæ, et Deo dicatæ, quæ divino nutu, divinaque providentia in 656 monasterio fuerit constituta, » etc. *Vide inter epistolas et diplomata Nicolai I, Patrologiæ t. CXIX.*

**657** *Diploma Caroli Calvi foundationem approbantis Vizeliacensis monasterii.*

« In nomine sanctæ et individuae Trinitatis. Carolus Dei gratia rex. Si nobilium et illustrium, » etc. *Vide inter diplomata Caroli Calvi Patrologiæ, t. CXXIV.*

**658** Aliquot post annis, sanctimonialibus mandatis, in Vezeliacense cœnobium successere monachi; qui tandem pluribus sæculis elapsis anno nimirum 1537, obtentis dolo a summo pontifice Paulo III litteris bullatis, cucullum abdicaverunt, ac sæcularium canonicorum mores et vestes induere.

<sup>(109)</sup> CAP. IX. — *Abbas autem Sancti Vincentii Adalbero.* Quem supra seriei abbatum S. Vincentii Laudunensis æcensuimus, estque undecimus.

<sup>(110)</sup> CAP. X. — *Et Salbano superjecto. Lege Sabano.* Quo verbo usus est auctor noster libro De virginitate, cap. 10. « Sabanoque ac vestibus ac si somnolentum operiri. » Pro linteo usurpatur, velut antiqui scriptores exponunt. Victor Uticensis libro tertio ante medium. Muritta diaconus Elpidoforum Christianæ religionis desertorem, ac crudelem persecutorem, quem e sacro fonte susceperat, alloquitur: « Clam furto nescientibus cunctis bajulabat illa, quibus eum suscipiens de fonte dudum texerat sabana. » Et infra quid sabanum explicat. « Hæc sunt linteamina, Elpidofore, quæ te accusabant, dum majestas venerit judicantis. » Videsis sanctum Gregorium papam, libro IV, Dialog. cap. 55, de Centumcellensi presbytero, sanctum Bonifacium Mogunt. epist. 10 et 145 in fine; Paulum papam I, ad Pippinum regem, tomo III Hist. Franc. Andræ Duchesne pag. 746.

<sup>(111)</sup> *IBID.* — *Delatus ad ecclesiam, etc.* — Quare in ecclesia San Vincentiana sepultus fuerit Galdricus ep. rationem dedimus in summario Hist. ejusdem monasterii; quod nimirum ecclesia illa episcoporum Laudunensium fuerit cœmeterium. Epitaphium Galdrici pene obiteratum prostat ante altare S. Benedicti in hæc verba:

*Fructus amorque gregis, utriusque modestia legis.*

*Vivere dum licuit Waldricus iste fuit.*

*Præsul prudentis super alta negotia mentis.*

*Ecclesiæ clypeus sit suus inde Deus.*

. . . . . *Vix terra recepit*

. . . . . *Pastorem jugulavit ovis.*

<sup>(112)</sup> CAP. XI. — *Thomam enim Codiciacensis, ut dicitur, filium.* Late etiam nefandos Thomæ mores suis coloribus depingit Sugerius in Vita Ludovici Grossi, pag. 97. Hist. Franc. tom. IV, ab Andrea Duchesne. Alii quando nihilominus illum ipsum Tho-

mam religionis cultorem exstitisse, exhibuisseque A pietatis exercitia demonstrat subsequens charta :

« In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Ego Thomas Dei gratia Codiciacensis dominus, pendens quanta sanctæ Ecclesiæ reverentia debeatur, quæ sub Deo Patre Mater nostra vocatur ; in qua per baptismatis sacramentum regeneramur, et ex qua ad supercœlestem Jerusalem nostram principaliter matrem colligimur : ecclesiam beatæ Mariæ Novigentis sub nostro post Deum patrocinio, et de nostris beneficiis constitutam, prospiciens plurimum a debita libertate claudicare, et ministrorum nostrorum usurpationibus miserabiliter subjacere, tali, Deo inspirante, prærogativa disposui insignire ; eam enim reverentiam, quam ab antecessoribus meis eidem ecclesiæ impensam comperi, scripto, et auctoritate nostra, et procerum nostrorum testimonio roborare decrevi.

« Intra constitutos igitur terminos ambitum villæ ipsius ita liberum esse debere censuimus, ut nullus clientium vel præpositorum nostrorum intra ipsius terminos, nec hominem, nec aliquid capere audeat, vel quidquam a quoquam ullus hominum, præter abbatem et monachos, præsumat violenter exigere, sed a cunctis invasionibus. ac si sacratus, sit immunis locus ipse. Homines loci ipsius præter quinque, quos mihi retinui, Deo et Ecclesiæ servituros dereliqui, quos nolo amodo pro meo servitio, nisi cum abbatis et fratrum licentia et voluntate urgeri. Quod si quis eorum quos mihi retineo ad me venire noluerit, cum eum per ministrum meum mandavero, abbatii suggeretur, vel priori, aut præposito, ut eum ad me venire faciat. Si propter abbatem venire noluerit, nunquam per aliquem hominum meorum intra districtum territorii ecclesiæ capiatur. Sed ut intra districtum castrum mei valeat, exspectetur.

« Et si ab hac die in posterum aliquis externus ibi habitare voluerit, si probabiliter liber est, Ecclesiæ servitio se mancipare poterit. Similiter et advena. Quod si alicujus sancti eum esse constiterit, meus erit. »

(112<sup>a</sup>) *IBID.* — *Facta sunt hæc*, etc. Consimilis est istis canonici Laudunensis enarratio : « Anno Domini 1112, Waldericus Laudunensis episcopus cum cives ipsius urbis a sacramento 659 juratæ civitatis studuisset revocare, civibus in seditionem versis, cum quibusdam fidelibus suis nobilibusque subvenire volentibus, armis eorum nequiter est confossus feria quinta hebdomadæ paschalis, viii (Guibert iii) Kal. Maii, in litania majori : unde confusa multitudine tumultuante succenditur ecclesia cathedralis cum domo episcopali ; succensa est etiam ecclesia B. Joannis Baptistæ in abbatiâ monialium, cum aliis 9 ecclesiis e vicino appendentibus. Ludovicus rex Francorum tam severe scelus istud in auctores seditionis ultus est, ut tam futuros quam præsentem debeat exemplum a simili scelere terrere. »

(113<sup>a</sup>) *IBID.* — *Quod siccatorias vocant. A sicca de-*  
PATROL. CLVI.

duci opinor. At quodnam instrumenti sive machinæ genus fuerit siccatoria nondum legi.

(114<sup>a</sup>) *CAP. XIV.* — *Quo decedente, iste legitime.* Per se patet demonstrativo iste Bartholomæum, qui Hugoni successit, ab auctore subintelligi. De quo sic Guillelmus Nangiachus in Hist. ms. an. 1113. « Quo (Hugone) post septem menses mortuo, vir illustris Bartholomæus ad episcopatum Laudunicæ civitatis provehitur ; cujus industria episcopalis ecclesia, quæ incensa fuerat, in brevi reparata, est, » etc. Gesta Bartholomæi recenset Hermannus in Appendice ; qui, quod inter cætera ab eodem episcopo præclare acta abbatiam Fusniacensem congregationis Cisterciensis condidisse affirmet, pauca ejusdem foundationis ex ipsomet Fusniacensi tabulario hausta, retexere libitum est :

*De eo quod Bartholomæus episcopus in loco qui Fusniacus dicitur abbatiam construxit.*

« In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Bartholomæus Dei gratia Laudunensis episcopus, notum esse volumus tam præsentibus quam futuris, quod Fusniacus erat alodium Sancti Michaelis, et, cum locus ille non multum esset utilis eidem ecclesiæ, impetravimus ab Elberto abbate et monachis loci illius, ut illum locum nobis liberum et absolutum redderet, ad faciendum quidquid indefacere vellemus. Nos autem eundem locum, assensu prædicti abbatis et capituli ejus, Bernardo et monachis de Claravalle, liberum et absolutum reddidimus, ut ibi abbatiam constituerent, et libere et quiete Deo deservirent.

« Actum anno Domini millesimo centesimo vigesimo primo. »

Multa et alia contulit beneficia Fusniacensi monasterio idem venerabilis antistes. Sepultus jacet in ejusdem cœnobii templo, in quo sequentia duo epitaphia cernuntur

*Epitaphium reverendissimi præsulis Bartholomæi Laudunensis episcopi*

Regum stirpe, ducum generatus sanguine, claris  
Clarum nomen habet Bartholomæus avis.  
Promptus ad arma fuit dum junior iret in hostem  
Multa trophæa tulit, vix habet usque parem.  
At Deus in præceps retrahit miseratus euntis :  
Nec mora, castra fugit, projicit arma ducis.  
Clericus inde Remis sequitur virtute Manassem,  
Imo senem fessum fertque subitque vicem.  
Lauduni interea sacra mactatus in æde  
Præsul, obit subito ; moxque vacante sede,  
Hunc sibi pastorem clerus, populusque requirunt ;  
Abducuntque Remis, ac sibi præficiunt.  
Sic bene pontificis, meritumque et nomen adeptus ;  
Quod gerit officii, perficit, implet opus.  
Exemplo verboque gregem regit, omnia factus  
Omnibus, ut Christo feneret ex ovibus.  
Protinus hinc Mariæ succensa recondere templa  
Non tardat ; reparat tectaque præsulea.  
Tum sacra Baptistæ monachis dans claustra, perire  
Crimina et ipsa facit, scandala suffugere.  
Postea cœnobium Mariæ sub nomine fundat,  
Consecrat ipse Deo Fusniacumque vocat.  
Fusus ut e cœlo castis in cordibus ignis  
Ardeat, incalcat pectoribusque piis.  
Utque tribus votis triplicem quasi funibus hostem  
Implicet, ad pugnam dirigit hic aciem.

Sic decet et... funes dissolvere, fastus  
 Sternere, mundanos tundere carnis acus.  
 Boheryas condens scelerum spineta revellit.  
 Terraque fert fructus quam prius ipse colit.  
 Mentibus expellit tenebras, lucemque refundens  
 Dat Vallem Claram, luminis arma ferens.  
 Lampada ne vacuum virgo ferat, auget oliva,  
 Monstrolium plantans, pullulet unde olea.  
 Dans Præmonstratum, per devia euntibus aptum  
 Monstrat iter, sequitur quod novus ordo Patrum.  
 Legibus instituens Norberti Martinianos  
 Urbicolos, mores corrigit hisce malos.  
 Quissiacum jaciens quatit arcum, tela retorquet  
 Dæmonis, ac animis noxia cuncta movet.  
 Forceipe, Thenaliis, sumpto carbone labella  
 Mundat, et ut Cherubin casta dat eloquia.  
 Clari fontis aquas facientibus exhibet, hisque  
 Turbida mundanæ flumina tollit aquæ.  
 Buccilici bellum vitiis quasi buccina clangit,  
 Oraque divinis laudibus apta facit.  
 Fessus episcopii tandem sub pondere, honores  
 Deserit, ac clerum, prospera cuncta, et opus.  
 Fusniacum petit, inde simul quod venerat, implet;  
 Sponte fit et monachus præsul, ibique latet.  
 Ut liber vacet ille Deo, totusque saluti  
 Incumbens propriæ, gaudet amara pati.  
 Occidit oppressus senio, dignumque sepulcri  
 Marmor habet corpus, mens petit alta poli.  
 Sicque sua partis fruitur virtute coronis:  
 Cingitur et ternis frons sua laureolis.

*Aliud circa tumulum.*

Qui jacet hic præsul Marianam condidit ædem  
 Lauduni, pariterque domos antistitis ustas.  
 Templa decem instruxit; Benedicto contulit unum:  
 Bernardo quatuor; Norberto quinque piavit.

Addit et Guillelm. de Nangis Histor. ms: « Bartholomæus Laudunensis episc. anno xxxviii sui episcopatus, contempto mundi schemate Fusniaci induitur habitu monachali. »

Inter beatos accensetur in Menologio Cisterciensi ad sextum Kalend. Julii; auctore Chrysostomo Henriquez. De Bartholomæo agunt auctores plurimi quos referunt idem Henriquez ad id diei: et Angelus Manrique Annal. Cist. an. 1120, cap. 2, n. 1, et an. 1142, cap. 4, n. 3.

(115) CAP. XIV. — *Ab archiep. totius Franciæ et episcopis anathemate pulsabatur.* Expressius abbas Sugerius in Vita Ludovici Grossi ubi supra: « Cujus (Thomæ) intolerabili fatigata molestia, cum sederet Belvaci in generali conventu Gallicana Ecclesia, etc. Venerabilis S. R. E. legatus Cono, Prænestinus episcopus innumerarum pulsatus molestia querelarum, etc., anathemate generali detruncans, cingulum militarem ei licet absenti decingit, ab omni honore tanquam sceleratum, infamatum, Christiani nominis inimicum, omnium iudicio deponit, » etc. Auctor Appendicis editæ ad Sigibertum, Thomæ funestum finem strictim ostendit. « An. 1130, Thomas de Marla in suo proprio conductu negotiatores dolo capiens, a rege Ludovico cum exercitu impetitur; et a Radulpho Viromandunorum comite, in ultionem Henrici fratris sui, vulneratus et captus, Lauduni moritur. »

(116) *IBID.* — *Post funestum excidii Laudunensis eventum.* Non equidem hic metam facinoribus posuere Laudunenses; ultra progressi sunt. Post aliquot

A annos iterum commoverunt urbem; ac saniem vulnus recrudescens foras erupit. Testis est sæpiuscule productus Laudunensis canonicus: « Anno 1177 homines de Laudunesio in præjudicium episcopi Ecclesiæ Laudunensis, data regi Ludovico æstimatione pecuniæ, communiam ordinarunt habere, et sic perperam cogitantes, a iugo servitutis cervices suas et suorum hæredum excutere arbitrati sunt. At Rogerius egregius Laudunensis episcopus per se, per amicos, regis præsentiam adiit, et ut Ecclesiæ suæ miseretur, communiam servorum suorum defendendo, modis omnibus exoravit. Rex vero, ut dicitur, sponsioni pecuniæ hærens episcopum et suos non audit. Episcopus vero, ut erat magnanimus, videns se apud regem sæpe requisitum non proficere, proprium genus suum sollicitavit, ut per eos de servis sibi ingratis et rebellare volentibus ulcisceretur. Confluentibus undique ad eum sui generis principibus cum aliis amicis, necessariis, Jacobo scilicet domino de Avennis, et comite de Rostolio.

« Pars autem adversa non ignara, eorum adventum cum suis adiutoribus præstolabatur armata. Venerant eis in auxilium, ex aliis communiis, plurimi, Galfrido Silvanectensi, tunc Laudunensi præposito, procurante. Sed ex regis præcepto homines Sancti Medardi Suessionensis ad eorum auxilium confluerunt. Communia de Crespeio, communia de Velli in eorum auxilium convenerunt. Apparatis itaque hinc inde copiis armatorum, tota illa rusticana multitudo, solo nomine militum qui convenerant territa, fugam consuluit. Cæsa fuit ibi multitudo non modica, sed eorum qui in aquis perierunt incertus numerus.

« Hæc autem acta sunt secunda feria post *Invo-cavit me* ad molendinum Sancti Martini Laudunensis, cui nomen est Comporte, quem locum fuerant deprædati. Sequenti vero æstate ejusdem anni, rex Ludovicus ultum ire parat stragem illorum de Laudunesio, in fratrem episcopi Reinaldum dominum de Roseio (*Rosoy*). Pervenit ad castrum comitis de Roseio (*Roucy*) cui nomen Nisi, ubi, amicis dicti domini de Roseio satisfaciendis regi, pro eo intervenit reconciliatio; ita tamen ut castrum suum ab eo deinceps recognosceret tenendum. Venerabilis vero episcopus iram regis declinans apud Galterum tunc Lingonensem episcopum latuit in Burgundia. »

(117) CAP. XV. — *Matricularios vocant.* Qui in singulis ecclesiis matriculæ pauperum curam agebant et eorum stipendia dispensabant, hodie *Marguilliers* Plura vide in not. clariss. ac doctissimi Bignonii ad veteres Formul. Marculphi, pag. 615, II, et Vossium De vitiis sermonis pag. 496.

(118) *IBID.* — *Is contra datis vadibus bello pugillaturus impetiit.* Nil usitatus apud antiquos scriptores, frequentiusque nil in veteribus schedis (mediæ potissimum ætatis) occurrit, quam duello, sive singulari certamine res controversas diluere. At, quia complures argumentum istud pertractarunt, ab hoc

etsi multa præ manibus habeamus, temperare visum A est; ne periti lectoris stomachum sæpe sæpius repetita ingerendo ad nauseam usque moveamus. Legas Pithœi Glossarium ad Capitularia; Sirmundum, Not. ab lib. III epistola 28; Goffridi Vindo; Bosquet. in libri II epistolam 136; Innocent. III; Spelmannum in Glossario, verbis: *campus, duellum, et iudicium.*

••• Unum ex multis seligere placet exemplum insignis duelli, ex membranis nempe hujusce charophylacii Sancti Germani Parisiensis, quo in Gallia monomachiae quamdiutissime usum viguisse advertere est. Habet ita:

« In Christi nomine, ego Gaufridus Dei gratia abbas Sancti Germani Parisiensis, et ejus monasterii conventus, notum esse volumus universitati præsentium pariter et futurorum, quod Stephanus de Mathiaco cepit quemdam hominem nostrum Ingelrannum de Antogniaco, quoniam ipse juxta publicam stratam fossetum quoddam faciebat, ubi idem Stephanus et Eustachius de Bivera, consanguineus ejus, mediam partem vicariæ se habere clamabant. Non autem hanc injuriam super injusta captione hominis nostri nobis illatam domino regi ostendimus. Ipse vero per submonitionem in curiam regiam veniens, omnes terras, præter arpennos extra villam Antogniaci, et extra villas ad eam pertinentes, de vicaria quam clamabat esse asse-rebat; et ideo prædictum hominem nostrum absque suo assensu secus viam fodientem ceperat. Dicebat insuper quod pater suus, et ipse post patrem, vadia belli, si quinque in villa Antogniaci evenissent, ad voluntatem suam ex consuetudine apud Mathiacum et apud Colliacum duxerant. Ad quod probandum duos homines exhibuit.

« Porro nos hæc omnia pro ecclesia nostra negantes, per Landricum de Antogniaco unum de probatoribus suis, secundum Lambertum de Mathiaco, in approbatione facienda quam promiserat, mendosum esse monstravimus. Igitur, pluribus intercurrentibus intervallis, ad diem a domino statutum venit idem Stephanus, cum suo pugili, in curiam domini regis Parisius, ubi fratres nostri Rainardus et Philippus, a nobis destinati, loco nostri, sicut ad duellum bene muniti adfuerunt.

« Proinde, pertractata causa in præsentia Parisiensium præpositorum Guillelmi de Gornaio, Rainoldi de Bellomonte, Balduini Flandrensis, locum domini regis tenentium, cum non posset inter nos et prædictum Stephanum pax firmari, adductus est in medio uterque pugil et ad conflictationem statutus; cumque ambo diu multumque conflictassent, et sese invicem gravissime afflixissent, tandem, Deo auxiliante, pugil noster, adversarium suum viriliter et audacter invadens, oculum ei eripuit, et tanto conamine eum gravavit, quod, illo profitente se victum esse, victoria sibi cessit.

« Præterea eadem die supradictus Stephanus adduxerat duos homines in medium, per quorum testimonium probare volebat quod ipse vel ser-

vientes sui, sine assensu nostro et officialium nostrorum, debebant de jure metretas de villa Pyrodio ad rectum parare. Ingelbertus autem de Antogniaco uni illorum hominum, Odoni nuncupato, contradicens, testimonium ipsius super hoc falsum esse se probaturum publice asseruit; et sic, vadiis belli inter eos commissis, ad duellum faciendum eadem dies præfixa fuit. Cumque victoria primo pugili nostro, sicut prædictum est, cessisset, præfati fratres nostri Rainardus et Philippus nostrum pugilem, scilicet Ingelbertum, cum obsidibus bonis in medium adducentes, obtulerunt iudicibus eum ad probandum quod promiserat: at sæpeditus Stephanus præsens ibidem non fuit, nec pugilem suum, sicut mos est, cum obsidibus prætaxatis, iudicibus exhibuit. Unde iidem iudices fratribus nostris, Rainardo et Philippo, cum pugilibus et obsidibus nostris dederunt licentiam recedendi a curia. Et cum ipsi iudices a curia exeuntes irent ad propria, prænominato Stephano obviaverunt, quem, pro defectu utriusque duelli captum, cum suis pugilibus et obsidibus in castello posuerunt.

(<sup>149</sup>) *IBID.* — *Sacri laticis iudicio.* De ejusmodi probationibus, aqua calida ac ferro candenti, consulendi auctores modo citati, nec non Juretus ad Ivonis epist. 73 et 168. Verumenimvero prohibere duella et iudicia Stephanus PP. V. 2, quæst. 8 Consuluit; Cælestin. III, capite Cura suscepti. De purgat. vulg.; Innocent. III, cap. Ex litteris de excessibus prælat.; Honorius III, capite Dilecti, et alibi.

Non vulgare est quod protulit iudicium (insigni miraculo consignatum) S. Pontius abbas S. Andreæ Andæonensis juxta Avenionem, ideo hic adnotandum; nempe caput 10 Vitæ ejusdem abbatis, nondum typis evulgatæ, et ab æquali conscriptæ, describendum: « Nec prætereundum, nec silentio occultandum dignum fore decernimus, quod illorum relatu qui præsentibus aderant audivimus. Quadam namque die vir domini (Pontius) transeundum Rhodanum pro quibusdam sui magisterii negotiis disposuerat. Matulinali itaque [tempore] sacrosanctis mysteriis secundum suum morem humiliter persolutis descendebat ad ripam cum pluribus sociis, statimque ante eum adveniunt terræ cultor et custos boum suorum, in manu tenens vomerem, altercando cum socio suo, proclamando illum latronem; siquidem nudius tertius idem vomer non longe ab aratro sub terra ab eodem aratore coopertus fuerat, nemine præsentibus vel vidente, nisi suo socio, qui juxta aderat. Requisitus ••• in crastinum, non est inventus per triduum. Qua de re alter contra alterum conquerendo, impetebat unus alium furem vomeris proclamando. Aiebat ergo, inquam, qui absconderat: nullo præsentibus, nec in proximo existente, excepto te solo, fuit terræ suppositus, propter quod te illum abstulisse dicimus. Prædictus etiam vir Domini supradictam ante se audiens querimoniam, ambobus subridens hanc indixit



sententiam : Mittatur prope ripam sicut videri A possit vomer in aqua Rhodani, et consignabimus eam in nomine Domini. Quod viri Dei dictum factum est celeriter adimpletum. Tunc namque vir Domini signo sanctæ crucis aquam sanctificans, inquit : Nudatis brachiis ille de quo plus dubitatur, prior ab aqua vomerem elevet, et si reus furti sit, Deus justus et verax, hoc sua bonitate revelet. Audacter itaque sibi furti conscius ad extrahendum vomerem ex aqua manum intulit, quam velut in cacabum bullientis aquæ misisset, crematum, et sine vomere retulit. Mira itaque res nec nostris sæculis hactenus audita. Aqua enim naturaliter frigida ad demonstrandam rei pollutam furto conscientiam, furis cremando brachium, vindictæ fecit indicium, hominibusque ex hoc facto mirantibus, ac viri Dei sanctitati præsens miraculum ascribentibus, ait ipse cum precibus : « Laudemus in suis sanctis operibus Dominum (*Psal.* xxxix, 19), » siquidem « ipse facit mirabilia solus (*Psal.* lxxi, 18), » sicut dicit Propheta veridicus. Nullus utique mortalium fecit unquam mirabilia nisi Deus homo factus in virgine Maria. Ille igitur laudetur, honoretur et glorificetur : fecit enim nobis sua pietate cognitum, quod nostris oculis manebat absconditum. Cui est honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen. »

(120) CAP. XVII. — *Dispensationem Filii Virginis phantasma esse fatentur*, etc. Manichæorum hoc est deliramentum. Inspiciendus B. Augustini lib. De hæresibus, cap. 46 post medium ; S. Leo, sermo. 5 De jejuniis decimi mensis, sub med. ; sermo. 4 De Quadragesima, ante finem, et ejus epist. 93 contra Præscilianistas, cap. 7 ; Prædestinatus hæresi 46, 60 et 70.

At enim in Gallia, non modo postquam sopita hæresis Barengariana est, territorium Suessionense hacce pestifera Clementii (quem tuebatur Joannes comes) labe infectum est, imo in Armonicam quoque provinciam ipsa eadem tempestate diversas hæreses serpsisse docet Hugo Rothomagensis archiep., tractatu De hæresibus, qui idcirco primum nunc luci a nobis exponitur. Reperies inter additamenta.

(121) IBID. — *Interea perreximus ad concilium Belvacense*. Cui præsedit Cono legatus Paschalis II, an. 1114, quod supra visum est. Append. ad Sigibertum, D et Nicolaus Vitæ S. Godefridi lib. III, cap. 9.

(122) CAP. XVIII. — *Sordidissimas braccas*. Ovid., *Trist.*, lib. III ; eleg. 10, braccas memorat, de quarum antiquo usu Vossius, De vitii sermonis, pag. 10. Quid vero sonent apud nostrates indignant Molsimenses monachi apud Orderic. Vitalem, *Hist.*, lib. VIII, pag. 712 : « Ast omnes populi braccis utuntur in occiduo climate ; nec eis tam pro frigore quam pro dedecore norunt carere. Quibus pro causis idem mos est in nostro ordine. » Nempe braccis femoralia intelligunt ; inde braccis diminutivum, quod subligaculum aliqui interpretantur. Adeas Menardum in *Concordiam regularum*, cap. 42, pag. 894 ; et Hæftenum, *Disquisit. monast.*, pag. 495.

(123) CAP. XIX. — *Ad sanctæ conversationis habitum*. Auctor ipsemet, lib. I Vitæ suæ, cap. 8 : « Suscepto sanctæ conversationis habitu perenniter Domino deservire. » Ita Magnus Gregorius, *Dialog.*, lib. II, cap. 1 ante med. : « Eique (Benedicto) sanctæ conversationis habitum tradidit. » Perantiquus auctor Vitæ S. Geremari, cap. 3, infra inter Additamenta : « Construit congregationem monachorum sub sancta conversatione degentium. » Unde olim majores nostri, ubi de institutione monastica sermo haberetur, summa cum veneratione loqui solebant. Concilii in palatio Vernensi cap. 5, *ordinem sanctum* ; Suessionensis an. 744, cap. 3, *regulam sanctam* ; Mogunt. sub Leone papa III, cap. 11, *sanctam regulam* appellant Patres.

Sed et Carolus Magn., præcepto membranaceo ad Benedictum Anianæ abbatem de donatione Cellæ-Novæ, etc. : « Supradicta loca habere dignoscitur (Benedictus) denuo per nostræ auctoritatis præceptum, ei et monachis suis inibi sub sancta regula consistentibus, plenissima deliberatione, pro mercede animæ nostræ cedere et confirmare debemus, » etc. Pius Ludovicus Caroli filius in confirmatione abbatis ejusdem monasterii, quam supra retulimus : « Magistri et doctores sanctæ non solum regularis vitæ, verum omnis spiritualis normæ, » etc. Nicolaus papa II, privilegium archimandritæ hujusce monasterii Poncio concedit, approbans universa quæ contulerant reges, cæterique Christiani : « Licentiam, inquit, donanti pœnitentiam ad se undecunque humiliter concurrentibus, excommunicandique perversos potestatem habeat, et solvendi satisfaciendes, auctoritate apostolica indulgemus, etc. Et ne parvam quamlibet occasionem prædicti loci congregatio adinveniat exsequendi quæ sancta sunt et justa, et sanctæ regulæ congrua, » etc. Ex tabulis ejusdem monasterii. Instituens Neufingus Andegavensis episcop. monachos, (expulsis canonicis) in monasterio S. Albini, sic eloquitur in schedis veteribus : « Privilegia quæ ex antiquo canonicis ejusdem ecclesiæ fuerant obtenta, ☉☉☉ fratribus quoque nunc Deo ibidem regulariter servientibus, nostra auctoritate firmaremus : quod nos ordinem sanctum attollere cupientes fecimus, » etc.

At vero si ultra progrediamur, et anteriora sæcula attendamus, cœnobicam vitam Ecclesiæ Patres miris cumulasse laudibus advertemus. S. Athanasius, referente Cedreno, numero sive cap. 91 *Historiæ* : « Cum duo sint vitæ genera, mediocre unum, et humanæ vitæ accommodatum ; alterum angelicum, et apostolicum, atque incomparabile, quod est virginitatis atque monasticæ vitæ, » etc. Et paucis interjectis : « Atque hinc Dionysius ille apostolicus : Omnium sacrorum ordinum supremus et celsissimus est monachorum ordo, » etc. Qua de re Theodosius imp. monachos alloquens ibidem infra. cap. 130 : « Beati ac felicissimi profecto, vos, monachi, estis, » etc. In laudem S. Athanasii orationem



habuit S. Gregor. Naz. estque oratio 21, ubi sub A med. : « Ad sacra illa et divina Ægypti monasteria se confert, in quibus homines a mundo se distrahentes, Deo vivunt magis quam cæteri homines qui in corpore versantur. » [Quam ob rem S. Chrysostomo., homil. 70, in cap. 22. Matth. : « Non cælo diverticula monachorum minora æstimanda sunt. Angeli nempe, imo vero ipse quoque angelorum Dominus sæpenumero ad eos divertuntur. » Iterum Gregor. Naz., orat. ad Julianum Trib. exseq. : « Dei servos et discipulos, cælestium rerum inspectores, generis nostri primitias, hæc columnina, has fidei nostræ coronas, hos templi lapides, » etc., appellat monachos Et Salvianus. lib. viii De gubern. post. med. : « Sanctos Dei. »

Concilium Toletanum iv sub Honorio PP. I. cap. B 50 : « Clerici Iqui monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab episcopis in monasteriis largiri oportet ingressus. » Bonifacius papa IV clericis Anglicanis, qui omni studio totisque viribus monachos, quod mortui essent mundo, clericorum officiis arcere conabantur, respondens, inter alia sic rescribit : « Sacerdotes igitur monachi et canonici, qui quotidie Dei præcepta annuntiant, angeli vocantur ratione non incongrua. Sed unusquisque angelicus ordo quanto claritatem Dei vicinus contemplatur, tanto dignitate sublimior affirmatur : nam uti Cherubim, monachi sex alis velantur, » etc. Habet hæc Ivo decret., part. vii, cap. 22. Concinit in hanc rem C anonymus poeta in notis Sirmundi ad lib. iv. Godfredi Vindo, epist. 1 in fine.

*Sic Cherubin cælo, monachi tellure manentes,  
Unum dant uni servitium Domino.*

Denique subsequiora tempora paululum inspiciamus. In concilio Lemovicensi an. 1034, ita eos qui consedebant affatur præses : « Illi enim (monachi) nostris legibus constringi non debent, qui ultra nos per arctam et angustam portam vitæ ingrediuntur. » Deinde post pauca : « Abbates regulares non ideo ad synodum venire cogo hujus sedis, ut arguantur, sed ut mihi de rebus ecclesiasticis moderandis consultum præbeant; quatenus ipsi, spirituales viri, in retributione coronæ mecum participantur. » Unde S. Leo PP. IX monachorum S. Remigii in concilio Remensi : « societatem devote petiit (fert vetus charta) et accepit, suamque eis humiliter petentibus largitus est, » etc. Anno 1049, quo loco monasticis votis astrictos haberet Ivo

Carnot. prædicat suis litteris ad abbatem Bonæ Vallis Bernerium; his mox finem nostris observationibus imponemus. S. Bernardus, serm. De verbis Domini : « Vere claustrum, fratres mei, vere religio est paradusus. » Petrus Blesens., epist. 13 sub finem : « Juxta sententiam cordis mei, si paradusus in hac vita præsentis est, vel in claustrum est, vel in schola. » Et pius Joannes Gerson. lib. iii De imitatione Christi, cap. 86 : « Vere vita boni monachi crux est, sed dux paradisi. »

Cæterum eas SS. Patrum sententias sic a me expositas velim credas, non ad fastum, non ad philantiam; sive ut aliis ordinibus institutum monasticum, quod id sim amplexus, anteferri appetam ( « Absit mihi gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est. et ego mundo (Galat.) vi, 14. » Imo vero mens mea potissimum fuit, quæ mihi inter legendum collegeram, speculi instar, iis qui, terrenis rebus despectis, Christi suave jugum humeris ultro imposuerunt, objicere; quatenus repetere queant animo quod Gerson., ubi supra cap. 10, tanti facit : « Non enim omnibus (exclamat) datum est ut, omnibus abdicatis, sæculo renuntient, et monasticam vitam assumat. » Nec non et quo animæ ac corporis vires collineare, et quantum virtutum, sanctitatisque fastigium spectare debeant, nihil non agnoscant. Atque illi præterea verecundia percellantur, quibus cordi minime est hocce vitæ genus, scilicet abstinentiæ, jejuniis, vigiliis, chameuniis, silentio, solitudini et cæteris, quæ gravia ac molesta carni revera videntur, exercitamentis operam dare, seque ad ea perficienda votis obstringere, tum verbis, tum etiam scriptis improbant, studentque fastidium suggerere præfatorum, perperam edocentes rerum usum nihil prorsus remoram Christianæ perfectioni inferre, modo adsit charitas; quasi vero hæc ipsa conservari possit, (charitas, inquam, quæ non quærit quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi (I Cor. xiii, 5), nisi corpus castigetur, redigatur in servitutem (I Cor. ix, 27), quemadmodum Apostolus, et quotquot sanctitatis nomine in Ecclesia veneramur, actitavere.

664 Ivonis Carnotensis episcopi litteræ ad Bernerium Bonævallis monasterii abbatem.

« Quoniam dispositiones ecclesiasticarum rerum, episcopali curæ faciendas, decretorum et canonum paginæ concedunt, etc. » Vide inter epistolas Ivonis, apud nos tomo mox edendo.

FINIS.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.

# ADDITAMENTA

## AD GUIBERTI OPERA ILLUSTRANDA.

### VITA S. GEREMARI ABBATIS

ORDINIS S. BENEDICTI,

AUCTORE QUIDEM ANONYMO SED PERANTIQUO.

#### 667-667 CAPUT PRIMUM.

Tempore Dagoberti regis Francorum, cum fideles Christi odium pro veritate incurrerent, et per Galliam a membris diaboli pro nomine Christi multa sustinerent, beatus Geremarus ad proterendam rabiem perfidorum; et ad corroborandam fidem Christianorum, villa Giviarandra, quæ sita est in confinio Belvacensium super fluvium Ittam, annuente Dei clementia, ortus est. Genitor ejus nomine Rigobertus, et genitrix illius nomine Aga, ex gente Francorum nobili orta. Ortus denique illustribus parentibus sacro fonte baptizatur, et sacra fide consignatur: sacris etenim mysteriis imbuendus traditur. Hunc siquidem genitores, velut unicum filium tenere diligentes tradiderunt scholis erudiendum atque instruendum doctrina Christi.

Post quorum mortem beatus Geremarus, magis ac magis in Christi amore exardescens, non cessabat substantiam suam erogare pauperibus; sciebat enim quia quod pauperibus dabat, ipsi Domino Jesu Christo tribuebat, sicut idem Dominus dicit in Evangelio: « Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis (Matth. xxv, 40.) » Præparabat sibi de transitoriis æterna, et de caducis præmia sine fine mansura. His et aliis multis exemplis corroboratus, captivis, orphanis, viduis, pauperibus incessanter substantiam suam impendebat. Sed cum jam Domino placuisset meritum revelare multis beati Geremari, quoniam, sicut ipse dicit in Evangelio: « Nemo lucernam accendit, et in abscondito ponit; neque sub modio, sed super candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant (Luc. xi, 33), » cœperunt plures Francorum ad eum concurrere, fruique ejus sanctissima allocutione; quos pane cœlestis verbi quotidie pascens, admonebat eos ut fidem, charitatem, dilectionem Dei et dilectionem proximi inviolabiliter retinerent, et multa alia cœlestia arma, quibus conscendere possent cœlum, et debellare humani generis inimicum.

Hæc ita eo agente, audivit famam sanctitatis ejus atque prudentiæ rex Dagobertus, mittensque

A nuntios accersivit eum in palatium suum, et videns eum elegantem et doctum in verbis, et sapientem in consiliis, præfecit eum consiliis suis; cujus consilio quandiu acquievit, tandiu strenue Francorum regnum obtinuit.

#### CAPUT II.

Igitur non multis annis juventutis suæ in regis Dagoberti palatio expletis, tractare secum cœpit quem sibi in hæreditate sua sociare potuisset. Hoc autem eo cogitante cum consensu regis cæterorumque Francorum sociavit sibi puellam in conjugio, nomine Domanam. Hoc idcirco maxime fecit, ut inde procrearet aliquem futurum hæredem, ne post mortem ejus gravia scandala orirentur inter parentes suos ex hæreditate sua; habebat namque quamplurima prædia, erantque ei parentes plurimi in palatio regis Dagoberti. Accepta vero uxore sua, complevit circa eum Dominus misericordiam suam; generavit ex ea duas filias; quarum prior dum ad maturam ætatem perveniret, sponso destinatur; sed virgo permansit, morte interveniente carnis. Junior tradita monasticis disciplinis, in virginitate permansit; sic in virginitate corporis ambæ permanentes meruerunt computari inter prudentes virgines: sepelivit autem eas B. Geremarus in ecclesia B. Remigii in prædicto vico, ubi multa largitus est de propriis rebus.

Expletis autem multis diebus, dedit eis filium; super quem gaudens et exultans, beatus Geremarus transmisit eum beato Audoeno, qui tunc illis diebus in palatio regis morabatur, cujus consilio cuncta agebat, et nihil extra præceptum ipsius faciebat; eratque ei familiarissimus amicus et in omnibus secretis suis sibi conscius; narravitque ei omnia quæ acciderant, et quod filius illi successerat. Qui audiens hæc omnia gavisus est, et suscipiens puerum catechisavit eum; præparatoque fonte baptis-  
matis, baptizavit eum in nomine sanctæ et individue Trinitatis, vocans eum nomine Amalbertum, et sic mysteriis quæ sacræ fidei conveniunt initiatum, remisit eum ad beatum Geremarum. Qui,

crescens et quotidie proficiens, factus est honorabilis inter Francorum principes. A cæterisque aliis virtutibus ad curam animarum pertinentibus.

## CAPUT III.

Beatus autem Geremarus, Spiritu Dei plenus, omnia quæ in mundo sunt pro nihilo pendens et cælibem vitam desiderans, cœnobiis monachorum plurima de substantia sua tribuebat. Per consilium vero beati Audoeni de propria facultate fundavit monasterium quod dicitur Insula, construxitque ibi omnia ædificia sanctæ regulæ convenientia. Ecclesias ibidem construxit in honore apostolorum Petri et Pauli; multorumque sanctorum reliquias ibi posuit; constituitque ibi congregationem monachorum sub sancta conversatione degentium; præfecit ei Archarium abbatem, magni meriti virum, B cujus doctrina et sapientia quotidie grex Christi ad superna tenderet. Ipse vero Archarius usque in finem vitæ suæ gregem sibi commissum gubernavit decenter et strenue.

Cum autem placuisset Domino ut vita beati Geremari esset exemplum aliorum, misit ei in cor ut cuncta derelinqueret, solique se Domino ad serviendum traderet. Postquam ei talis voluntas cecidit in mentem, antequam ulli mortalium hoc confiteretur, adiens regem, petiit ab eo ut coram cunctis principibus Francorum, filio suo Amalberto cuncta quæ sui juris erant traderet; eique cunctis præsentibus Francis indifferenter donaret. Quod rex audiens valde mirari cœpit. Tandem petitioni ejus libenter annuens, non solum quod rogabat juveni tribuit, C sed insuper etiam multa ei auxit.

Acquisitis vero omnibus suæ potestatis filio suo, adiit ad sanctum Audoenum, qui tunc in ipso palatio erat, ut omnia cordis sui aperiret secreta. Et vocans eum ad secretum his verbis adorsus est: Quæso, Pater sancte, ut mihi viam Dei non renuas demonstrare, per quam possim ad gaudia æterna pervenire, et hujus mundi naufragium evitare; video enim quia cuncta pertranseunt, et regrediuntur ad nihilum. Hæc audiens beatus Audoenus lætatus est valde, et trahens suspiria cordis, his verbis respondit ei: Viam Dei quam a me, frater requiris, evangelicis tibi demonstratur verbis; ait enim Dominus Petro quærenti de retributione et de futuro præmio: « Omnis qui reliquerit domum, vel fratres aut so- D rores, aut patrem aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit (Matth. xix, 29). » Audiensque hæc beatus Geremarus sancto Audoeno respondit: Scio, Pater sancte, quia omnia vera sunt quæ audio ex ore tuo: derelinquam omnia mundi transitoria, vana, caduca, quæ, cum magis videntur stare, transeunt, et miseros ducunt ad interitum; et, ut verbis Domini utar: « Quid prodest homini si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? » (Matth. xvi, 26.) Completis his inter se sanctis allocutionibus, rediens domum beatus Geremarus instruxit filium suum atque familiam suam de fide, de spe, de charitate,

## CAPUT IV.

Eodem tempore Dagoberto mortuo; anno undecimo regnante Clodoveo rege, correctus est beatus Geremarus in viam salutis æternæ. Videns ergo quoniam nihil in mundo perpetuæ mercedis animæ suæ acquirebat, sed magis detrimentum perpetuum illi præparabat, (adhortante eum beato Audoeno) adiit regem Clodoveum: petiitque ab eo ut filio suo quod pater ejus concessit, concederet, et capitis comam ei deponere liceret; seque Deo in monasterium ad serviendum traderet. Per jussionem autem regis, licet abnegantibus Francis, tonsuravit eum beatus Audoenus, deditque ei monachilem habitum, et instruens illum cœlestibus disciplinis, misit eum in monasterium Pentalli vocabulo denominatum: ut ibi fuisset in obedientia abbas et pastor ovium Christi, et illuminator animarum. Beatus autem Geremarus revolvens illud Psalmographi: « Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum et terram (Psal. cxxxiii, 8). » Et tritum [f., iterum]: « Dominus illuminatio mea, et salus mea, quem timebo? (Psal. xxvi, 1), » in Domino Deo totam spem suam ponens, non distulit obedire præcepto sancti ~~666~~. Cum magno ergo gemitu et lacrymis et suspiriis cordis suscepit regendum monasterium.

Derelicta autem uxore et filio suo, et omnibus hujus mundi curis, secundum evangelicum præceptum, secutus est Christi Jesu vestigia, et abiit in monasterium quod supra nominavimus Pentallium in pago Rothomagensi super fluvium Lirizinum. Cujus vita qualis et quam sancta ibi cunctis refulsit testantur sanitates, et plurimæ incolis factæ virtutes. Diebus ac noctibus in oratione se macerabat in vigiliis et jejuniis, et in omnibus contemplativæ vitæ congruentibus. Jejunabat quotidie; totam diem duceus in hymnis et laudibus Dei, in vesperum reficiebatur. Cibus illi panis paximaticus cum oleribus parvulis; et potus aqua salsissima, ut saturitas ventris non afflueret. Mortuus erat mundo, et vivus Christo. Omnibus autem ad se confluentibus non cessabat demonstrare viam salutis; præmonebat unumquemque ut in lege Dei meditaretur.

Erat autem in eodem monasterio multitudo maxima monachorum, cui ad regendum Pater Geremarus constitutus erat. In hac vero congregatione multi amantes bonum, et timentes Dominum, libenter audiebant eum et recipiebant correptionem ipsius. Sed quoniam semper vita bonorum odiosa est malis, fuerunt ibi nonnulli malitiosi vel impii, quorum pars erat cum Belial. Qui, nolentes recipere prædicationem ejus, cœperunt tractare de morte ipsius, opportunum locum quærentes ut per quamdam damnationem eum interficerent. Erat autem illi consuetudo in primo galli cantu ad laudem Dei surgere, et usque ad crepusculum lucis in Dei laudibus noctem pervigilem ducere; completo autem officio suo re-

vertens in dormitorium in strato suo collocare se A consueverat. Hoc noscentes invidiosi atque protervi, consilium inter se acceperunt, ut cultellum sub lectisternio ponerent, ut sanctus vir rediens ab ecclesia super cultellum se cum impetu corporis injiceret et sic semetipsum interficeret; quod et fecerunt. Manubrium cultelli solo fixerunt; acumen ferri nudum in aeris spatium erexerunt. O infandum nefas, in omni tempore cunctis horrendum! More solito revertens B. Geremarus ab ecclesia ad lectum, Spiritu sancto eum hortante, fecit hoc quod solitus non erat facere: non enim in consuetudinem habebat lectum tangere, sed cum toto corpore se in medium lecti injiciebat. Tetigit manu lectum, et circumducens manum, invenit quod erat absconditum. Statim ut sensit fraudem esse paratam, relicto lectulo reversus est in templum amictus; quod supererat noctis, lacrymas fundens, in hymnis et laudibus Dei duxit, et mane primo rem quæ ei contingeret nemini indicavit.

Tertia vero hora diei post lectionis disputationem, in capitulo ante pedes omnium prostratus rogabat ut a pastoralis cura illum absolverent, et meliorem quemcumque Patrem super se eligerent. Erat autem quædam crypta in vasto solitudinis super fluvium Sequanam, unde S. Sanson serpentem eiecit; hanc petebat ut ad habitandum concederent. Quantus clamor! quantus dolor erat ibi omnium timentium Dominum, et super Patrem Geremarum lamentantium et dicentium: Cur nos, Pater, deseris? aut cui nos desolatos relinquis? quid egimus? quid in te commisimus? quomodo fuimus tibi contrarii? Ipse autem respondit eis: Nemo vestrum exstitit mihi unquam contrarius in aliquo; nemo alienus, nemo C malus, nemo durus; omnes mihi ut patres, ut fratres, ut veritatis amatores (nolebat enim prodere in publicum quod invenit in lecto absconditum, ne locus ipse verteretur in exemplum malorum), Iterum atque iterum prostratus ante pedes omnium, rogabat ut a pastoralis sede absolverent eum; illi autem nolebant, sed magis petebant ut eos non desereret. Tandem victi petitionibus cryptam quam petebat ei concesserunt. Relinquens autem monasterium B. Audoeno abiit ad prædictum locum. Ibi se in orationibus die ac nocte dedit, faciens plurimam abstinentiam, majorem quam facere consueverat. Tantam ei gratiam Dominus veluti electo famulo suo contulit, ut cuncta mundi mente transcendere, et sæpius cælestibus secretis interesset.

#### CAPUT V.

Beatus autem Audoenus audiens famam sanctitatis ejus, et sciens maritum ejus, in gradum presbyterii eum ordinavit; cujus voluntati multum resistere voluit, sed Spiritu sancto eum compellente præceptis sancti præsulis obedivit. Factusque sacerdos, Domino placere studuit. Offerebat enim sacrificium illi per singulos dies cum lacrymis et contritione cordis. Ibi in exemplum omnium positus annis

quinque et mensibus tribus in omnibus mandatis exstitit sincerus et devotus.

Dum autem illic moraretur, nuntius ei venit de filio suo Amalberto, quem in palatio reliquerat. Rediens enim de Wasconia cum rege, gravi infirmitate percussus ægrotare cœpit: unde, morbo ingravescente, evadere non potuit; subripiente mortis articulo vitam corporis amisit: erat enim adhuc virgo, et ignarus mundanæ corruptionis. Et quoniam charus erat regi et Francis, delatus est usque ad locum propriæ hæreditatis. Cum autem hoc ei nuntiatum fuisset, assumens patientiam beati Job, dixit: « Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum (Job 1, 21). » Exiens autem de crypta illa, et omnes clerici simul cum illo. In hymnis David laudem Deo dicebat: « Dominus pars hæreditatis meæ et calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi (Psal. xv, 5). » Pergens autem cum magno psallentium choro, pervenit in pagum Vilcassinum: quem pertransiens intravit Belvacensem pagum, ubi jacebat filii corpus defunctum: veniens illuc ubi jacebat, nihil de morte ipsius est motus, sed laudabat Dominum Deum, quod dignatus sit suscipere in virginitate unicum filium suum. Elevantes eum in feretrum, deferunt in monasterium quod beatus Geremarus construxerat in honore Petri et Pauli apostolorum. Sequebatur multitudo populi flens atque lugens super eum. Veniens autem ad locum qui Baujacus Pons dicitur, paululum solo substiterunt. Non illud silere debeo quod Dominus operari dignatus est. Ibi circa corpus defuncti, ob meritum beati Geremari (quatenus omnes agnoscerent magni meriti esse eum et ipsius filium) in eodem loco sic aggravatum est corpus beati Amalberti, ut ab his qui eum portabant non potuissent moveri, sed nec sic moveri potuit. Fit clamor omnium virorum atque mulierum; tantus autem stupor invasit omnes retro et ante incedentes ut vix ambulare valerent.

Tunc beatus Geremarus, sentiens hoc esse voluntatem Dei, jussit corpus deponi: quo deposito, prostratus solo genibus orationem ad Dominum fudit, et coram cunctis diutissime oravit. Completa oratione, illis qui corpus videbant dixit: Auferte pallium ab eo, quo coopertus est, ut videamus quid contigerit. Cumque tulissent gladium [scilicet, pallium] et diligentius aspexissent, invenerunt faciem ejus sanguine madidam, ac si illo die bello interfectus fuisset: fluebat enim sanguis per nares, irrigans totam faciem ejus. Valde stupendum est atque mirandum, et in memoria devotis laudibus reservandum; jam multum fluxerat temporis a quo vita decesserat revertens a Vasconia cum rege et Francis: quid hoc factum manifestius potuit hoc adimplere illius virtus, beati Geremari meritis et virtutibus, cujus potentia resuscitatur quatruiduanus Lazarus? Demonstratur hoc judicio beatum Amalbertum meritis sancti Geremari vivere cum Christo.

Tunc beatus Geremarus in eodem loco ecclesiam A fieri præcepit in honore S. Joannis. Duodecim monachos ibi constituit, quorum vita salus esset sibi et animæ filii. Ut ergo sine indigentia viverent, et Domino sine murmuratione servirent, reliquit eis multas villas, scilicet propria prædia, per chartarum monumenta. His ita promissis, statim inventum est corpus tantæ levitatis, ut ab uno homine potuisset portari. Moventes inde pervenerunt ad prædictum monasterium, quod beatus Geremarus adhuc in sæculo positus construxerat, ubi honorifice sepelierunt eum. Tunc beatus Geremarus hæreditatem suam recepit, et Dominum Jesum Christum ex ea hæredem fecit: festinabat enim pervenire ad cælestem patriam, et contingere immortalitatis stolam; desiderabat hæredem habere eum a quo, et in quo, B et per quem est summum bonum, ultra quod nihil est appetendum.

#### CAPUT VI.

Postquam autem omnia hæc sunt divinitus completa, in semetipsum reversus cogitare cœpit quomodo astutia antiqui serpentis per mille artes nocendi nititur subvertere corda servorum Dei, ad interitum et damnationem perpetuæ mortis. Quibusdam enim virtute orationum perfectis, quibusdam jejuniis deditis, aliis solitariæ vitæ laude diffamatis, multoties quamdam facem jactantiæ ingerit, et cum virginibus stultis lampades eorum vacuas reddit. Ii tales veniente Sponso non intrabunt cum eo ad nuptias (*Matth.* xv, 2). Hoc providens beatus Geremarus, ne cor ejus laus solitariæ vitæ attingeret, cœpit familiarissime suos alloqui: « O fratres, multos pro Christi nomine passi labores, indesinenter ad viam summi et incomprehensibilis boni currite, et in opere Dei quod cœpistis permanete. Utendum nobis est hoc consilio; properemus ad S. Audoenum, petamusque ab eo ut sua oratione demonstratur nobis ad habitandum locus, ubi usque ad finem vitæ in bonis operibus perseveremus. »

Placuit omnibus consilium beati Geremari, pergensque ad S. Audoenum, sic eum allocutus est: « Deprecor te, sancte Pater, ut orationem ad Dominum pro me facies, mihi que locum ad habitandum tuis precibus demonstras: confido enim quod Deus te exaudiet, et quod rogaveris impetrabis. » Audiens D hæc beatus Audoenus respondit ei: « Noli, noli, frater ista referre; quis ego sum ut hæc agam? non meis meritis, sed tua fide hoc adimplebitur. Si fidem habueris, quidquid petieris, consequeris; fide Abraham amicus Dei factus est; fide Petrus salvatus est. Exspectemus misericordiam Dei triduo cum jejuniis et orationibus, si forte respiciet humilitatem nostram. » His inter se familiarissime dictis, indictum ¶ est triduo jejunium cunctis; tertia autem nocte jejuniis et orationibus positis, apparuit per visum utrisque angelus Domini, dicens eis: Exaudivit Dominus preces vestras; ite ad locum qui Flaviacus nuncupatur, et ibi invenietis desiderium vestrum.

Mane autem facta, retulit uterque quod viderat, et gratias agentes Domino, tendunt ad locum prædictum ab angelo. Cum autem non longe essent a vico, nutu Dei et voluntate deviati sunt a recto tramite, et gyrantes vastæ solitudinis desertum, pervenerunt ad destinatum locum: ubi cum pervenissent et multum dubitarent, nescientes quid agerent, ecce nebula descendit de cœlo et circumdedit totum locum ubi construendum erat monasterium; et cum nebula superna vox dicens. Electi Dei, ecce locus iste metuendus est; quadraginta anni voluti sunt, ex quibus Dominus hunc locum benedixit et sanctificavit, et fidei suo Geremaro destinavit: erit enim habitabilis monachorum multitudini, quandiu perstiterit in præceptis Domini. Mulieribus vero nullus patebit ad eum unquam accessus.

Audientes autem ambo viri sancti valde lætati sunt. Cumque obtutus suos in aspectum nebulæ defigerent, statim ab aspectibus eorum subtracta est. Ex eadem autem nebula, in circuitu loci, quasi quædam virga geometricalis totum locum circumdans remansit, ut daretur intelligi verum esse quod superna vox cecinit. Tunc circumeuntes locum repererunt signum cœlestis roris impressum. Beatus autem Audoenus certus de angelica visione et superna voce, accipiens virgam in manu, per vestigia nebulæ mensus est plateam in circuitu, ubi ecclesia ædificaretur, ubi officinæ construerentur, et cætera monachorum vitæ utilia; consignatoque loco B. Geremaro, ita discessit ab eo.

Tunc Beatus Geremarus una cum omnibus sibi commissis, ad ædificandum locum advenit. Ædificavit ibi ecclesiam in honore sanctæ et individuæ Trinitatis, sanctæque Mariæ virginis, et S. Joannis, sanctique Petri apostolorum principis, et ibi totam hæreditatem suam tradidit. Construxit ibi omnia necessaria monasticæ vitæ congrua, vel artes diversas, quas intra monasterium exerceri utile est, ut non esset monachis necessitas vagandi foras: « Quia (sicut beatus Benedictus dicit) omnino animabus eorum non expedit (*Regul.* cap. 66). » Audientes autem circumquaque monachi confluebant ad eum, quasi ad hortum omnium virtutum; quos ille verbi Dei gratia reficiens admonebat ut in proposito suo perseverarent, et a voluptatibus mundi alienos se facerent.

Consummato autem omni opere suo, fixit se in oratione, atque permansit in Dei opere annis tribus et mensibus sex, et sic in Domino emisit spiritum, transivitque ad gaudia angelorum Sepultum est corpus ejus in eadem ecclesia cum magno honore et reverentia, ubi per meritum ejus multa beneficia præstantur. Ad sepulcrum ejus ægri veniunt et sanantur; cæci illuminantur; claudi gressibus reformantur; surdis auditus reparatur; dæmones ab obsessis corporibus effugantur, et multi a variis languoribus sanantur, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria, laus et potestas per infinita sæcula sæculorum. Amen.

*Explicit Vita S. Geremari abbatis.*

PROLOGUS IN VITAM B. SIMONIS COMITIS CRESPEIENSIS, ET MONACHI ORDINIS  
S. BENEDICTI.

Quoniam quorundam virorum Dei obsecratio et A necessitas instat ut de beati viri Simonis actibus, ad utilitatem audientium, aliquid loquamur; gesta illius singula colligentes, et certa agnoscentes, verbis explicare curavimus, et scriptis et verbis assignare. Dignum quippe est, quod opere gessit, litteris ostentari, cujus vita nulli hominum tempore isto potuit comparari. Merito Dominus, ut scriptum est, mirabilis prædicatur in sanctis (*Psal. LXVII, 36*). « Spiritus enim ipsius ubi vult spirat (*Joan. III, 8*); »

quos perversos reperit, a perversitate divertens, opere simplice, animo innocentes, eloquio dulces simulque sanctæ Dei Ecclesiæ socios reddit pariter et adjuutores. Sed in quo magis quam in Simone Dominus mirabilis denuntiatur? lupum namque vidit, et agnum mansuetissimum reddidit, raptorem, et ovem innocentiam destinavit (*AUGUSTIN. serm. 14, De Sancta*). Et quia in Simone denuntiatur mirabilis, mirabilia ejus quæ in Simone monstrare dignatus est, necesse est, silentio non reprimenda.

## VITA BEATI SIMONIS

COMITIS CRESPEIENSIS

AUCTORE SYNCHRONO.

*Hujus festum est II Kalendas Octobris.*

### CAPUT PRIMUM.

Fuit igitur vir quidam Simon nomine, vita mirabilis, moribus egregius, et **679** genere insignis. Consul primus, et regis Francorum primipilus, deinde monachus probatissimus effectus est. Pater ejus Rodolphus, divitiis et viribus potentissimus; mater Adela vocabatur. Qualiter ergo propositum fidei ad profectum produxit actionis, narrationis ordo enucleatus exhibebit.

Is itaque cum jam in primævo juventutis flore, arte militari multos excelleret, et in his quæ mundi sunt pene totus inhiaret, forte die quadam in agro ad spatiandum progressus, manu tenens accipitrem, ut avem capiendæ deciperet, impegit. At ipse nihil accipiens deceptus est. Quod factum, ut ipsemet refererat, talis et tam perversa cogitatio subsequuta est, ut omne quod bonum est, proponeret non diligere, malum vero nullo modo odisse, sicut de beato Benedicto scriptum reperitur (*GREGOR. Dialog., lib. II, c. 2*); quia ave recedente, suggestionis immundæ dente acerrime mordetur. Sed sancti Spiritus gratia tam subito perversitas illa disparuit, et diabolicum illud, ut quod prius diligebat, omnino displiceret, ibique sanctæ conversationis initium sumens bonum jugiter in voluntate habuit, licet sæcularibus immistis opere implere nequiret.

Parente vero utroque orbatum, rex Francorum Philippus malignitatis spiritu permotus, quæ jure successerat hujus hæreditatem subripere gestiens, utpote juvenem solum sine consilio, absque parentum

B adjutorio, leviter expugnare existimans, primum insidiis molitur appetere; dein in aperto belli commovet tempestatem. Cæpit namque ipse rex igne, præda, gladio, villas destruere; prædia, municipia, et quæ ejus videbantur, prout poterat, omnino dissipare. Is vero intrepide confisus in Domino, erigens se contra se, ad hoc enim ut malum ageret invitatus trahebatur, præcingit se, et præparat fortiter resistere. Concitat namque gentem suam, et velut frendens leo, licet corde dolens, perturbat et devastat quod in regis reperit potestate, et donec proprium possideat, asserit nullo modo retroire. Ecquino bonitatis Domini plenitudinem non admiretur in illo? ecce inter tot flagella positus, bellorum negotiis impeditus, tamen patri condolens jam defuncto (quippe quem, dum adhuc viveret, nimis sæcularibus intentum, mundi cupiditatibus noverat graviter irretitum, castellum quoddam, quo sibi sepulturæ locum præparaverat, ejus possessori vi subripuisse, et velut proprium detinuisse meminerat), Romanum pontificem quid super hoc acturus esset, et quomodo patri sic defuncto subvenire potuisset, per nuntium contulit.

### CAPUT II.

Papa vero Gregorius, qui Ildebrannus dictus est, ab eo quem injuste abstulerat loco penitus tollendum, et pro anima missarum solemnia, eleemosynarumque largitatem, Deo suppliciter offerenda, pie mandare curavit. Simon vero benigne mandatum suscipiens, in omnibus quæ sibi proposuerat, ob-

ravit; corpus scilicet removens, et ecclesiam, A et obedi-  
 beati Arnulphi dicitur, apud Crispiniacum  
 m, ubi translatum est, de facultate propria  
 sime dotavit; viduis, orphanis, et omnibus  
 antibus victus necessaria amplissime erogavit.  
 fides vera, et hæc est dilectio firmissima, in  
 on carnalis sed vita perpetua cogitatur, non  
 noritur sed in æternum victura anima proponi-  
 rat vir Dei hoc in facto perterritus timore si  
 um antea contemptibilem, tunc horribilem  
 vit; et si in aliquo dilexerat, quasi anguem  
 osum fugiendum perdocuit, et licet mundiali  
 nine et belli negotiis detineretur extrinsecus,  
 e Domini interveniens arma Dominica gestabat  
 secus. Nam cum fere triennio, labore militari  
 situs, caro illius requiem non haberet, nocte B  
 i, armorum fatigatione minime detentus, solo  
 m comite contentus ecclesiarum limina subiens,  
 inis semper interesse gaudebat. Si monachum,  
 um, seu peregrinum quempiam religione fam-  
 am alicubi reperisset, vitæ corporaliter neces-  
 præbens, se ejus orationibus commendabat.  
 ii vero et elemosynarum largitate pollebat;  
 m namque, conditos cibos, pigmenta et cæ-  
 ujusmodi quæ apponebantur in mensa, aliis  
 saturari credentibus esuriens, quibus nunquam  
 t, pauperibus erogabat: vestium quoque va-  
 e desuper indutus, cilicio corpus aspero mace-

## CAPUT III.

ærea dum regio regis et ipsius vallatione con-  
 ur, homines a propriis sedibus effugantur,  
 em de malefactis amplectitur. Mox belli cer-  
 a ad tempus differens, sanctorum apostolorum  
 videlicet et Pauli habitacula visere, et domi-  
 papam Gregorium, ut sibi pœnitentiam indice-  
 dire proponit. Nec mora, paratis omnibus quæ  
 i necessaria sunt, Romam ducente Domino  
 nit, illicque sanctæ sedis apostolicæ præsulem  
 iens, quid quæreret indicavit. At ille petitioni  
 non statim acquievit, nisi prius arma depone-  
 nquiens: Inanis foret absolutio renitentis.

✠ Tunc vir Domini Simon aliquantulum in  
 o subsistens, memor tamen Evangelici præcepti D  
 i non renuntiat omnibus quæ possidet, non  
 meus esse discipulus (*Luc. xiv, 33*), se fam-  
 am quidquid præciperet illico promisit. Præ-  
 igitur præsul armorum redditione pœnitentiam  
 t, et indictæ partem super se detinuit, duo-  
 e religiosissimis viris, qui tunc præsentis ade-  
 partem distribuit; et sic absolutum reatibus ad  
 ia remittens, huic quibus spoliaverat, arma  
 iit, terramque gubernandam donec cum rege  
 i reformaret, iterum commendavit, adhi-  
 etiam boni testimonii et summæ auctorita-  
 ustodiam, Hugonem scilicet Diensem epi-  
 m, qui tunc in Galliis legationis functus est  
 , abbatemque Cluniacensium, quorum doctrinæ

et obedi-  
 t-structus.

Revertens igitur sancta jucunditate repletus, rur-  
 sus regem aggrediens, certamen ut miles optimus  
 amplexatur, et donec victor existeret, licet invitus  
 a belli negotio minime relaxatur. Ad ultimum vero  
 regione depopulata, et utriusque laboris [*ut.*, et vi-  
 ctus laborisque] gravi pondere depressus, consilium  
 de pace concipitur, colloquiumque ab utroque man-  
 datur. Quid plura? fit conventus nobilium; iudicium  
 fit a sapientibus; quæ jure contigerat hæreditas Si-  
 moni iudicatur et redditur; pax et concordia con-  
 firmantur.

## CAPUT IV.

Pace igitur restituta, et quæ belli longitudine  
 inordinata videbantur, rebus omnibus collocatis,  
 uxor ei eleganti forma, facie pulcherrima, genere  
 nobilis, quæ nulli in tota regione Arvernica se-  
 cunda videretur, eligitur. Ipse vero quasi talibus  
 adgaudens, ut bonum quod in se latebat penitus  
 operiret, se eo iturum denuntiat, statimque iter  
 arripiens profectus est. Quo, Deo disponente, per-  
 veniens a sponsæ genitore, Hildeberto videlicet con-  
 sule, honorifice suscipitur, ibique aliquandiu com-  
 moratur: post verba tali facto congrua, data fide  
 et accepta, se eam accepturum, ni secus ageretur,  
 affirmat; et sic nuptiarum die constituto, cum gau-  
 dio reversus est in propria.

Ecce statutus dies appropinquat, magnatum mul-  
 titudo mandatur, ornatus diversitas appetitur. Et ex  
 ordine dispositis omnibus, regionem repetens Ar-  
 vernicam, ut decebat, ad fœdera promissa reverti-  
 tur. Mox illis appropinquantibus, clamor turbæ vo-  
 ciferantis excipitur, sponsa venienti Simoni oscula  
 porrigens amplexatur. Quis auditu non obstupescat?  
 quis tali dulcedine commotus non luceat? Oscula  
 dabantur sanctitate condita, amplexus implicabantur  
 luxuria semota, aliisque credentibus eorum dicta  
 lasciva jucunditate repleta, vir Domini prædicationis  
 verbum et dulcia vitæ colloquia, ut ambo sæculo  
 renuntiarent, cordi illius inserebat. Nec mora ipsius  
 monitis acquiescens, religionis habitum accipere,  
 et sanctimoniam fieri devovit.

Nocte igitur subsequenti vir beatus, patre cæte-  
 risque ignorantibus, junctis [sponsæ] ille conversione  
 et generis propinquitate collegis duobus, monasterio,  
 quod Casa-Dei nuncupatur, transmittens, illic ha-  
 bitare disposuit. Ibi illico mutata veste sæculari,  
 tres pariter sumunt habitum monasticæ professio-  
 nis, quorum alter religiositate pollens, postea Bitu-  
 ricæ civitatis ordinatur episcopus; alter in humi-  
 litate subsistens diu in monasterio perstitit, dans  
 operam religioni. Domna vero Deo devota sanctis-  
 sima degens multis post annis superfuit.

Ad hæc pater somno excitus, credens filiam amore  
 meretricio detentam, lenonum quempiam prosecu-  
 tam, se delusum æstimabat. Tunc tristis et ejulans  
 Simonem accersiens, quasi commissi reus hujus  
 alloquitur: « O dulcissime juvenis, quid agam

quid faciam funditus ignoro? te prodidi, tibi fidei A  
meæ commisso, longoque terrarum spatio nobis acci-  
cito, insidias intuli. De pretio fraudatus sum quod  
promisi; promissum namque sublatum est, sed  
nescivi. Parce igitur, parce nescio delinquenti. At  
ille corde lætitiā restituens, dolorem extrinsecus,  
quasi consolans aiebat: « Noli, domine mi, noli tri-  
stari, quem potius dilexerit, diligentius exsequitur;  
et si tibi charior factus sum, vilis forsitan illi. » Iis  
dictis, accepta ab eo licentia, festinus in Galliam  
repedavit.

Quid filia ejus egerat, quemadmodum sanctimo-  
nialem devoverat, Hildeberto per nuntium mandare  
curavit. O virum per omnia laude dignum! cujus  
melius similem, quam sancto Alexio dixerimus? B  
namque cum sponsa sua, cum jam thalamum sub-  
intrassent ambo pariter quieturi, quemadmodum et  
Simo, verbum prædicationis intulit: luxuriam  
declinandam, conservare præmonens castitatem;  
illa vero dictis obtemperans admonentis, se virgi-  
nem devovens, carnis munditiā Domino conse-  
cravit.

Ita beatus homo manu sanctæ allocutionis ferale  
contagium detersit immundæ pravitatis. Deinde  
ipsius, quarum magnitudo infinita videbatur, patris  
neglectis deliciis, sub ipsa noctis hora latenter abs-  
cessit. Sed ad ea quæ de Simone dicenda sunt re-  
deamus.

#### 674 CAPUT V.

Simoni vero in propria vix ad modicum quiescenti,  
ecce rex Anglorum potentissimus, Willelmus no-  
mine, qui eum nutrierat, ad se veniendum sub ve-  
locitate mandavit. Additur etiam ut castello nec  
villa, nisi solius noctis quietem assumeret, uxorem  
sibi debitam nullomodo desponsaret, quoad usque  
ad sui colloquium Northmanniam festinus occur-  
reret. Tunc ille regis metuens edictum, absque re-  
crastinatione aliqua, ubi constituerat abire, disposuit.

Videns ergo rex ad se venientem, lætus efficitur,  
secreto vocans eum, et dicens: « Quoniam fidem et  
dilectionem tuam ex longo expertus sum, et nutri-  
mentum meum, quod in te est augmentare cupiens,  
qui pro filia mea rogaturi diu mecum conversati  
sunt, regis Hispaniarum Anfursi [i. e. Alphonsi] et D  
Roberti principis Apuliæ neglectis nuntiis, tibi eam  
tradens in uxorem te elegi, te hæreditatis meæ filium  
adoptans. Deliciæ meæ tibi reputabuntur; amici mei  
tui erunt, et inimici similiter. » At hæc vir beatus  
hanc diaboli credens prosperitatem, qui electorum  
corda multis circumdat insidiis, licet nihilum et  
inane corde reputans, gratias tamen voce humillima  
referens, aiebat: « Magnum et apertum est benefi-  
cium quod pueritiæ meæ præstitisti; sed grates tibi  
refero multo melius pollicenti. Dignitas tua, sicut  
scriptum est, in humilitate descendit, ut exaltetur.  
Humilitas mea, nisi in gratiarum actione tibi jugiter  
subjiciatur, meretur ut deterius corruat. At obsta-  
culum nobis opponitur, quod valde ambiguum est

et grave, et scrupulum cogitationi meæ videtur in-  
ferre; domina mea namque regina, uxor videlicet  
tua, et ego, ut fertur, cognatione jungimur para-  
tali, et generis propinquitate, quamobrem a sapie-  
tibus inquirendum si quo modo fieri possit, et  
qua ratione. » Ad hæc rex: « Si ab antiquis et  
senibus populi nostri cognatio vera comprobatur.  
episcopos, abbates et clericos viros prudentes  
scientes legem et alta sapientes, si eleemosynarum  
largitate, seu monasteriorum ædificatione, seu ali-  
qua re congrua id ordinari queat, adunare et scri-  
tari necesse est. »

Simon autem spem suam semper ponens Domino,  
ait: « Adhuc superest aliud, tantum voluntas adst-  
tua, quod necessarium est et salutare; volo namque  
si placet, Romam adiens, sanctorum apostolorum  
Petri et Pauli, et domni apostolici, super hoc consi-  
lium et adjutorium flagitare, ut, accepta spirituali  
licentia, quidquid in iis nobis agendum est cum fidu-  
cia perpetretur. » Cui rex assensum præbens, re-  
spondit: « Quidquid super hac re bonum tibi videtur,  
favente Deo et mea voluntate, dispone; » et his dictis  
pariter abscesserunt.

#### CAPUT VI.

Deinde quæ parari videbantur omnibus per ordi-  
nem dispositis, ad ambulandum, relicta domo, omi-  
sis deliciis, quarum ubertas tanta illi affluebat ut  
pene post regem in tota regione nullos ditior, nec  
rebus opulentior videretur; cum Romam ire debuit,  
se monachum devovens, sanctum Eugendum adire  
disposuit: quo postquam perventum est, junctis sibi  
de familia quibusdam viris nobilissimis, omnes  
pariter cum gaudio sanctæ Trinitatis, religionis  
habitum susceperunt.

Nam cum olim adhuc in sæculo positus in febrim  
teneretur, beatus Arnulphus, et ipse sanctus Eu-  
gendus, aliusque cujus nomen et faciem ignorabat,  
dormienti illi in viridario apparuerunt, admonentes  
ut illuc abiret, ibique Deo militans permaneret, per-  
manens sub abbate monachus ordinaretur et esset.  
Qui statim a lectulo surgens ab infirmitate conva-  
luit, et voce magna clamavit dicens: Sanus sum;  
et ii qui aderant tres domini, ubi sunt, et quo  
abierunt? Qui vero de familia præsentibus adfue-  
rant ignorantes quid diceret, se nescire professi sunt.

Igitur Flandriæ, Northmanniæ, cæterisque Gallia-  
rum partibus usque ad fines Germaniæ, tanti viri  
rumore suscepto stupore repleti mirabantur; quippe  
qui notus regionibus illis dilectus Domino, et tam  
charus omnibus erat, quatenus Hugo Burgundiæ  
dux, comesque Matisconensis, ejusdemque ordinis  
quamplures, pietatis affectu et illius amoris dulcedine  
inflammati, arma deponerent sæculum relinquentes.  
Quis enim illius exemplo conversionem morum pe-  
nitus non appeteret, ac vitæ propositum in melius  
non mutaret? Nobiles pariter et ignobiles, audientes  
ejus nomine, mutabantur. Nunc ad ea quæ monachus  
explevit redeamus.



## CAPUT VII.

Hic est Simon obediens, sed non ille primus. Hic ut nominis sui hæres existeret, nunquam in obedientia dicitur restitisse; ubi vero monasticum sumpsit indumentum, stratum suum in secretario ecclesiæ ponens, nocte sub silenti lectulo surgens, solus in oratorio orationi vacabat. Jejunii vero tam præpotens erat, ut tempore illo, cum præ egestate, quæ regionem illam ¶75 vehementer affligebat, triticum ut panis fieret etiam ad opus illius defuisset, panem avenæ siccum et gratias agens in refectioe perciperet.

Cumque genuum inflexione, jejuniorum afflictionem, infirmitas, quæ vehemens irruerat, crura, turgida reddidisset, et quasi sopita, adeo ut ignis ardorem, licet pati videretur, minime sentiret, abbas suus voce humillima precabatur ut levigandi gratia caligas abstraheret; at ille, ut erat mitis eloquio, humiliter abnegans, se ad modicum perpeti respondit, et hoc leviter posse sustinere. Nocte vero subsequenti, Domino propitiante, illo cæterisque ignorantibus, abstractæ sunt caligæ. Cumque ex more ut ad Matutinos pergens mane surrexisset, crura sensisset, et caligas in cruribus minime reperisset, admirans quod acciderat, coram se in lectulo plicatas invenit, quas iterum accipiens, sicut consueverat, reindnit.

## CAPUT VIII.

Est et aliud memoriæ dignum, quod Dominus servo suo monstrare dignatus est. Nocte etenim ¶ quodam, priusquam fratres ad debitæ servitutis officium processissent, ille alios antecedens, monasterium ante altare Dominicum oraturus ingreditur, Cumque in oratione persisteret, sursum caput elevans, ecclesiæ fenestras luminis splendore coruscantes tresque renitentissimi habitus viros monasterium subintrare speculatur, usque in presbyterium festinantes, quorum unus sacerdoti similis, alter diaconi, tertius vero subdiaconi speciem gerebat, Ubi super sanctum altare, inspectante viro Dei, quasi solemnia missæ devotissime celebraverunt. Extrema vero oratione finita, qui sacerdos videbatur, Simonem benedicens, una cum sociis ab ejus oculis evanuit.

Quod abbati suo, ut moris est, confessionem ¶ faciens non celavit, exigens ab eo ut, quandiu in vita subsisteret, nulli penitus hominum denudaret. Abbas autem videns Dei hominem profectum attendentem, et paulatim quæ Dei sunt virtutes multas amplectentem, altiori quam quo ingressus est capituli loco, ascendere et sedere præcepit: quod ipse admodum triste ferens, veniarum multiplicatione misericordiam postulabat; et hoc tandiu actum est, donec ad sedem pristinam revocari promeruit.

## CAPUT IX.

Perpendens itaque honorem a fratribus sibi impensum, metuensque ne jejuniorum suorum afflictio, seu alia quælibet animæ necessaria, alicui in con-

A ventu tædio viderentur incommoda, eremi solitudinem concupivit: unde monasterii Patrem adiens, ut illuc gradiendi licentia ei daretur, prece non minima deposcit, et adeptus est. Qua accepta, assumptis secum paucis de fratribus, quorum vita religio- sitate pollebat, cum humilitate recedit.

Quid ibi adveniens gessit in opere, quantaque pro Christi nomine perpessus est, ut exemplum fiat audientibus, propalare necesse est. Cæpit namque ut de proprio manuum viveret, ubi novale fieret scindere cum securi. Cibus erat tenuis, panis cum aqua, legumen et poma silvestria cum labore gravi, et hoc semel in die, excepta Dominica et die solemni. Et quædomi contulerat, aquam collo deferens, ipse mala cum pulmento decoxit. Et, cum ad quid operandum foras egrederetur, si quis pauper occurrens ibi eleemosynam posceret, dispensatori suo præceperat ut nullo modo vacuus abiret.

## CAPUT X.

Accidit autem ut quadam die viator esuriens illic agapem postularet; quæ sola remanserat libram panis ei minister obtulit. Tunc vir Dei cum fratribus silva regrediens si refici possent inquit. Cui servitor: Panis, inquit, deest; sunt poma silvestria; qui sero superfuit panem indigentipræbui. Mox lætus et Deo gratias agens, fratremque, qui illud egerat, benedicens, ecclesiam subiit orationi incumbens. Necdum orationis verba finierat, et ecce vir quidam onustus panibus adveniens, hos dispensatori sub Simonis nomine tradidit, qui viro Dei cum sociis accersito, quid acciderit et quemadmodum Dominus servorum suorum non est oblitus indicavit. Illi autem sub tali facto stupefacti, hoc viri Dei fidei deputantes, Deum pariter laudaverunt, in refectioe sumentes.

Rursum in nemore, cui fere nullum tempus habebatur vacuum, ligna succidenti ferramentum arbore excussum vulnus pede incutiens vehementer reddidit afflictum, adeo ut domi regrediens alienis sustentaretur humeris. Quod fratres oppido contristati, ut ad medicum mitti deberetur, insinuant. Quibus ille renuens, excepto Dei medicamine, nullatenus se velle sanari respondit; et tamen, ¶ procurante Deo, mox pristinæ restitutus est sanitati.

Sub idem vero tempus vir quidam religiosus, tanti viri famam audiens, ferreo vestitus amictu super nudo, de longinquo visendi gratia venit ad eum; qui devote veniens devotius ab eo susceptus est. Quem postquam ¶76 secretim alloquens, nescius quo docente, sic indutum comperit, summo- pere deprecatur pœnitentiale illud sibi dari: qui precibus ejus annuens, licet invitatus dimisit, et abscessit. Simon vero, ab abbate vix adepta licentia, corpus tenerum, abjecto cilicio quo utebatur, durius illud induit diebus multis, cadaver afficiens semimortuum: quod ferrugine tinctum, clavorum tansionibus attritum, tam lividum et dilaniatum red-

didit, ut qui vidit. assereret, quod etiam saxeum A pectus pie in fletibus molliri posse videretur.

#### CAPUT XI.

Eodem vero tempore bonæ memoriæ Hugone abate Cluniacensium rogante ut ipse beatus vir in Galliam proficisceretur, ut pro eo regem Francorum Philippum, qui sibi quædam auferebat, alloqueretur et corripere, abbatis sui imperio in Galliam profectus est.

Accidit autem eo proficiscente apud Compendium, oppidum regis, ut sudarium Domini levare debuisset, et capsula aurea decentius deponi; quod vir Domini audiens, ab itinere quod rectius videbatur, ut illuc abiret, aliquantulum divertit ac in brevi Domino ducente pervenit; qui beati Cornelii quasi sub occulto templum oraturus ingressus, a quibusdam, qui festivitati intererant, statim agnoscitur, et mox fama pervolante rumor in auribus vulgi suscipitur. Vox populi et turbæ lætantis clamor attollitur: Simon fere ab omnibus clamabatur; Simon certatim aspicitur, et sic usque ad palatium regis, vix, turba premente, subtrahitur.

Quem rex, qui nuper advenerat, diligentissime intuens honore perdebito suscepit, eumque blande allocutus si quid ab eo postularet, se obsequi præparatum libentissime repromisit. Ille vero petitionis suæ non immemor, quid sibi quæreret, innotuit, et sicut petierat, impetravit.

In crastino itaque solemnitate peracta, et Domini perspectis reliquiis, Anglorum regem et reginam, qui eum nutrierant, visendi gratia Northmanniam usque properavit, illucque perveniens contra filium, Robertum nomine, regem dimicantem invenit; qui utrique compassus, pace reformata pestilentia malum a regione fugavit.

Audita vero ejus fama qui sui in sæculo dicebantur, alii et quamplures, pene milites mille, in adventum ejus læti obviam processerunt, et quisque de proprio aurum vel argentum, mulam seu palefridum ut acciperet, devotissime precabantur; ille vero foris gratias agens, corde pro nihilo reputans, nullum penitus accipiens, hæc omnia ex adverso conspicatur.

Ad ultimum vero regem secreto adiens et reginam, mæstos pietate pariter reddit et gaudentes; adeo ut regina, sicut bonarum moris est mulierum, loqui nequiret verba intercedente ploratu. Post dulcia itaque eorum colloquia, et reliquias, aurum, argentum, et cætera quæ hujusmodi sunt munuscula illi offerunt, ut benigne suscipere summo opere deprecantes: ille autem præter reliquias hæc omnia vilipendens, nullum in accipiendo præbuit assensum. Ignorante tamen illo, qui cum eo socii fuerant, quædam optima sub absconso capientes munera detulerunt: itaque male facto et accepto ad monasterium regredi meditatur. O mira Dei dispensatio! quis hominum tantum dilectionis donum ab hominibus impensum temporibus istis promeruisse dicitur? Noti

pariter et ignoti Simonem diligebant, Simonem cerne lætabantur; non hoc fortuito, sed Dei dispensatione fieri credendum est.

Ecce occurrit in memoria miræ ipsius patientiæ bonum, quod eodem itinere sustinuit necessitate compulsus. Nam cum apud Firmitatem castellum quæ olim ipsius hæreditas dicta est, in propria demoraretur, amicum quemdam ad se de villa venientem, videndi desiderio accensum, unus ex iis qui raptos dicuntur, improvide prosiliens, captum rapuit et abcessit. Quod ibi milites et viri nobiles adverterunt, triste admodum ferentes, quæsierunt, et repertus est. Eruere oculos, seu aliter justitiam facere minabantur.

vir autem Domini innocentiam, et illud quod scriptum est corde retinens: « Mibi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus (Rom. xii, 19), » fieri omnino prohibuit. Tunc unus ex sociis, accessit eo secreto alloquitur, scire volens qualiter et quo animo illam injuriam illatam sustineret, si dedecus illatum ab aliquo in propria sentiret, magis esse se lætum et gratias Deo exhibere respondit, quia patientia salvabimus animas nostras.

#### CAPUT XII.

Peractisigitur in itinere quæ perpetranda erant, eremum regrediens, quæ prius proposuerat iterum inchoavit, ibique quantum licuit labori corporeo insistens, in humilitate conquievit. Sed, ne civitas super montem posita, et lumen lateret in tenebris, sanctæ Romanæ sedis memoratus antistes tanti viri nomen audiens, abbati su, ut ad eum mitteretur, litteris denuntiat. Ille vero a ti mali, fama dolore commotus, ne alii turbarentur, sigillum abscondisse nec manifestasse dicitur, donec dominus papa rursus aliud mitteret, quodduriora bajularet. Secundo namque per litteram editam dedit, nisi quantocius in Simonem transmittendo festinus existeret, abbas et cuncta congregatio a spiritali officio vacaret. Quid plura? Turbatur abbas, fratres pariter constrictantur. Quid aliud facerent? Ecclesiæ namque solamen amittitur.

Disposito ergo itinere in iis quæ parari videbantur, Simon una cum sociis ad Urbem dirigitur. Quem postquam venientem domus apostolicus comperit, et appropinquantem oculis intuitus est, lætus efficitur, cum honore perdebito suscipiens eum. Cui ubi blande allocutus pacis osculum tradidit; juxta Theclæ virginis ecclesiam domus ad habitandum congrua eligitur. Qua sanctissime conversanti et orationi vacanti, omnis societas suorum pro infirmitate loci morte subtracta est, relictis solummodo duobus monachis, quorum alter ad monasterium regressus est, alter vero illi serviens usque ad finem vitæ, Urbis inæqualitatem cum eo sustinuit.

#### CAPUT XIII.

Accidit eodem tempore quod dominus papa, et Robertus quidam Apuliæ princeps, ab invicem dis-

sentirent, unde præsul metuens ne civitas belli A contentione in aliquo perturbaretur, Simonem accersivit, summopere deprecans ut pacandi gratia illuc proficisceretur. Cui statim obediens se profecturum promittens, adjuncto sibi viro religiosissimo, iter arripit cum benedictione jubentis.

Eo igitur adveniens principem quærit et invenit; quem inventum quasi epulis in visu suo refecit, unde pacem reformans, quod voluit opere perperavit. Omnibus itaque illuc pacificatis, revertitur, in itinere plebes [at., plures] alloquens, ut ad Dominum converterentur admonuit. Cujus allocutioni assensum præbentes, pene sexaginta milites sæcularibus omissis, arma Dominica susceperunt; et sic viri Dei prædicatione monachalem habitum per diversa provinciæ loca cum benedictione suscepe- B runt.

Ad Urbem itaque regressus pontificem adiit, et quidquid egerat de pace nuntiavit. Ille autem et gratum habuit quod accepit, et illud quod fecerat approbavit. Nec multo post habens in voluntate ad monasterium reverti, licentiam ab eo cum humilitate deposcit: qui nec primo, nec secundo ejus precibus aures accommodans, tale fertur dedisse responsum: « Sicut nec meis meritis, charissime, nec mea, sed domini Petri dominatione pastoralis huc accersitus advenisti; ita nec mea est in potestate promissio revertendi. Vade ergo, et oratorium ingredi beati Petri, et quidquid in voluntate habeat, orationibus perscrutare. »

Qui nocte subsequente, sicut ipse præceperat, C templum precaturus ingreditur, totam pervigilem ducens orationi intentus, et priusquam inde procederet, qua sublatus est vitæ, mortis infirmitate corripitur. Mox inde progrediens ad habitaculum, et lecto decidens, [ad confessionem suam pontificem] invitatur, et ad se visitandum. Qui voluntati ejus obtemperans, et mundatum a vitiis absolvit, et pariter benedicens abcessit. Nec multo post pretiosi corporis et sanguinis Christi munimine roboratus, pridie Kalendas Octobris spiritu Deo reddidit, et qualis in vita religione perstiterit, finis sanctissimus in assumptione monstravit.

#### CAPUT XIV.

Ecce civitas omnis rumore concutitur. Diversi D sexus et ætatis gens in funere concitatur; et quod viventi minus tribuerat, funeri ejus obsequium ab iis ministratur. Tum, præcipiente episcopo, sepulturæ locus inter apostolicos præparatur; et quia apostolicam vitam studuit imitari, merito hujus apicis adeptus est dignitatem.

Præsul tamen non adfuit, infirmitate detentus, sed clerum omnem convocans, dirigit illuc episcopos, abbates, clericos et moniales cum cereis et luminaribus. Ita ut triginta quinque congregationum numerus, cum populorum turbis, funeri ejus obsequium ministrarent, et sic cum missarum solemnibus et celebritate præcipua a principibus Ro-

mae corpus in foveam delatum deponitur. Census vero denariorum non minimum a præsule collatus, pauperibus erogatur. Ecce Dei servus absque pecunia et cognatione aliqua, paulo ante pauper, in fine dives efficitur, sed adhuc ditior fit dum in sede cœlica collocatur.

Regina vero Anglorum Mathildis nomine, dives et præpotentissima, quia eum nutrierat et consanguinitate dicebatur proxima, ob viri Dei memoriam ad sepulturam componendam, Romæ auri quamplurimum et argenti monacho deferente transmisit. Quæ studiose quadris et politis lapidibus ex marmore diversi coloris intexta, adhuc peregrinantibus bonitatis exempla præbet.

#### CAPUT XV.

Monachus autem qui, cum Simone diu conversatus, incommoda corporis pro ejus amore multo sustinuerat, post ejus assumptionem, postque sepulturæ suæ 676 instructionem, relicta Roma monasterium revisit, ubi, multis diebus abstinentiæ et labori operam dans, summæ humilitatis exempla monstravit. Priusquam vero ad mortem, quæ est exitus vitæ, propinquasset, Simon beneficii et servitutis impensæ non immemor, nocte quadam apparuit ei cum cæteris quiescenti, vocans eum, et dicens: « Roberte (sic enim appellatus est). » At ille inquit: « Tu quis es? » Tunc Simon respondens: « Ego, inquit, Simon sum, » et adjecit: « Cur hoc in me olim facere voluisti? Nam cum apud Romam ad novum sepulturæ locum corpus meum transferres, nil pro anima mea pauperibus erogasti. » Cui Robertus: « Pauper, inquit, eram, et census mihi deerat. » Ille econtra: « Certum est te habuisse aliquid quod impertiri debueras. » Et, ut ipse post modum retulit, duos aureos habebat.

Ad quem iterum Robertus: « Dilectissime mihi, quæ gloria et quæ requies tibi maneat, si placet, insinua? Requies, inquit, et gloria mea magna est: Nam Dominus meus inter apostolos requiem mihi dedit, et sedem gloriosam. » At ille: « Et quod est gaudium, quis cantus ante Dominum, rogo si potes edicas? Magnum est, inquit, gaudium et incomprehensibile, nec verbis narrari, nec sensu cogitari potest. Tamen si pergamenum, pennam et incaustum in proximo habuisses, certum te scribendo in aliquo reddidissem. » Et adjecit: « Volo ut Anselmo Sanctæ Mariæ Becci abbati, prudenti et reverendissimo viro, quod modicum in Deo mihi contulit auxilium, ex parte nostra denunties; æstimabam quippe in eo erga animæ meæ salutem, fidem et dilectionem non modicam. » His dictis, confortans eum ad servitutem et obedientiam salutarem, dispâruit.

Frater vero quod audierat beato viro, sicut præceptum est, enarravit. Cui abbas lacrymando respondit dicens: « Crede mihi, frater, crede mihi, vera intulit servus Dei; nam peccatis meīs exigentibus, illud quod deberem pigritia detinente post-

posui; si vero orando, eleemosynam faciendo, seu aliud quid, quod Deo placeat, exhibeam, operando omnibus modis ut in his participetur exopto. » Et his dictis pariter abcesserunt.

His est vir ille religiosissimus Anselmus, qui ex abbate Cantuariæ archiepiscopus, et legationis apostolicæ in Anglia sortitus est dignitatem.

Hæc et alia quæ de Simone scripta sunt, hi qui de propria familia, in sæculo viri religiosissimi, cum eo habitum spiritalem susceperunt, quæ oculis intuiti sunt et auribus audierunt, quemadmodum scripsimus, ita esse testati sunt.

*Epitaphium Simonis comitis, scriptum in pyramide ejusdem, a domino papa Urbano, cognomento Odone.*

Simon habens nomen, majorum sanguine claro,

Francorum procerum pars ego magna fui.  
Paupertatis amans, patriam mundumque reliqui,  
Spiritus divitiis omnibus antefrens.  
Post ad apostolicam cœlestis principis aulam,  
Eximius tanti me Patris egit amor.  
Quo duce promerear tandem super astra levari.  
Hospitor hic sacras conditus ante fores.

*Item versus.*

Olim facta Patris renovans dictamine fratris  
Discipulis normam scripsi sub paupere forma ;  
Sed quia nec spernit Deus hæc, nec pauperiora,  
Ostendit Moyses, operi capiendo minora,  
Quare lectorem cupiens auxiliatorem,  
Me legat absentem posco virtute carentem.

## VITA SANCTÆ SALABERGÆ

ABBATISSÆ S. JOANNIS LAUDUNENSIS,

SUPPARI AUCTORE.

### PROLOGUS AUCTORIS.

679 In infulis sacerdotalibus honore decorato religionis, cui copia fuit, OMOTARIO papæ, nec non et sacerdoti castissimæ Christi virgini ANSTRUDI abbatissæ, et SALABERGÆ.

Jussionibus vestris, o venerandum decus parentum almique vigoris, parere non distuli, quo potissimum almæ matris, et nostris præferendæ temporibus feminæ, Salabergæ vitam atque gestorum seriem, in quantum res sinebat et divina pietas favebat meo debuerim stylo cudere. Sed ego in hac parte valde me censeo fore imparē, quippe qui vix primis imbutus sum litteris, et Christiana simplicitate educatus. Sed sum memor illius Domini et Salvatoris præconii, dicentis : « Petite et dabitur vobis ; quæ, rite et invenietis ; pulsate et aperietur vobis (Matth. vii, 7). » Et illud Psalmographi oraculum : « Aperi os tuum, et ego adimplebo illud (Psal. lxxx, 11). » Unde lectorem obsecro. Si quis tamen hæc, quamvis temerario conatu aggressus sum texere, gesta,

captus amore sanctæ matris, legere decreverit, non querit in his Tullianam eloquentiam, nec oratorum facundiam, non philosophorum flosculos, et stoicorum diversas assertiones, sed veritatem, et simplicitatem historiæ. Neque enim aquila extensis alis semper ad æthera volitat, sed aliquoties assolet ut remissioribus pennis descendat ad terras ; et inter regias sæpe dapes, etiam vilia poma lactucæque agrestes optima quæque censentur. Orandus est Deus Pater ut densissimi pectoris obtusique sensus nubila detegat. Orandus est et Salvator noster Jesus Christus, ut aura nos S. Spiritus afflare dignetur, ut, caligine mentis abrasa, facultatem accomodat loquendi, ut venerabilis matris, quæ semper monasteriorum Ecclesiarumque amore flagravit, valeamus actus disserere, et in posteros strictim succincteque promulgare. Tribuat ille quod peto vestro opitulante oratu, qui « linguas infantum fecit esse disertas (Sap. x, 21). »

### INCIPIT VITA.

#### CAPUT PRIMUM.

Igitur sancta Salaberga in suburbano Leucorum oppido Lingonicæque confinio, illustribus orta natalibus [*al.*, territorio Lingonico confini secundum sæ-

culi dignitatem clarissima parentibus non infimis æ in servitio Dei per omnia devotis exstitit oriunda ; quem Uternensem pagum ob amnem lisdem in locis defluentem vocitant, humanis rebus initium sumpsit.

Sed quantum illustrior, vel nobilior fuit natalibus, adeo in nutriendi cura parentibus sollicitior. Nam cum illo in tempore gens Bajoariorum (quam Orosius vir eruditissimus, et historiarum cognitor Bojas prisco vocabulo appellat, in extrema Germania sita,) Bonosiaca esset infecta errore, Bonosiacam hæresim defensores sanctæ Ecclesiæ notarunt: quæ hæresis antiqui et callidi hostis irretita habentis, purum hominem Dominum nostrum Jesum Christum, absque Deitate Patris esse, sensu pravo censebat. Ad quam nefariam et insanam doctrinam confutandam, imoque resevandam, venerabilis vir Eustasius abba, divino utpote instigatus Spiritu, Luxovio monasterio in Vosago saltu cito advenit, quod vir forma laudabilis, et sanctitate pollens Columbanus, peregrinus ex Hibernia adveniens, ex munificentia Childeberti regis summo studio et labore construxit.

### CAPUT II.

Sed quoniam tanti viri Columbani fecimus mentionem, ejus non est necessarium ~~esse~~ in nostro opere detexere gesta, cum sint ab eloquentissimo viro Jona elucubrata edita; qualiter etiam inter turbines sæculi, et Theodorici regis principatum, reginæque Brunehildis instigante versutia, nefandi hostis pertulerit insidias. Quomodo etiam tyrannica temeritate a fratribus sit ejectus, et Italiæ fines sit ingressus; monasterium Bobiense ex permissu et auctoritate Aigulfi Longobardorum regis miro ordine [*al.*, opere] construxit, regulamque condiderit monachorum, isdem præfatus Jonas in libro quem De Vita et miraculis ejus edidit suo stylo prosequitur.

Exstant ejusdem Patris Columbani scripta ad beatum et facundissimum virum Gregorium pontificem Romanum, in libro, quem [*al.*, quæ] de pervigili pastorum cura elicuit, qui eo tempore adeo clarus habebatur atque sanctitate præditus erat, ut etiam, Spiritu sancto ei favente, secreta cæli patuerint, novemque ei ordines angelorum, post Paulum apostolum mirum in modum aut solus aut rarus ferme disseruit. Cujus doctrina eloquii venustatem, pœnitentiæque fomenta docente; universus Occidens hactenus illustratur. Sed et idem venerabilis vir ad præfatum Patrem melliflua remisit scripta. Nunc ad propositum revertamur.

### CAPUT III.

Præfatam gentem per Germaniæ sinus vir Dei Eustasius aggressus, ut lucerna Conditoris nequaquam sub modio, sed super candelabrum posita omnibus patet fieret, talentumque desuper datum hujus non operiretur, sed potius omnibus cum duplicato fenore perpatesceret (*Matth.* v, xxv), exspargentis ipsius abraso erroris tramite, evangelico, in quantum Dominus contulit, verbi mucrone truncavit, prædicans Dominum nostrum Jesum Christum, quod sicut in Divinitate æqualitatem Dei Patris omnipotentis haberet, ita et humanitatem materni corporis, nostramque naturam, quam ipse condiderat, absque peccato susciperet, et nullam imminuentem unionis

PATROL. CLVI.

A Deitatem [*al.*, nulla imminente immutationis Deitate], quæ utpote semper cum Patre fuerit, ut nihil sua dignitate minuerit, unde verus Deus, et verus homo appellatus sit Christus.

Denique remeans ex Bajoariis vir egregius, post Germaniæ Belgicæque laboriosum callem, tandem pervenit ad quemdam virum illustrissimum opibus et divitiis opulentum fama que secundum sæculi dignitatem præclarum, et aulicis rebus aptum, nomine Gunduinum [*al.*, Gundomum], qui eo tempore apud villam quamdam, nomine Mosam, ob amnem in eo loco decurrentem, sic appellatam morabatur; qui amnis ex Lingonicis finibus fontem sumens, post multos anfractus crebrosque terræ circuitus Rheni velocissime fluminis in se fluenta ex parte B recipiens, oceanum Barbaricum ingreditur.

Vir igitur Gunduinus venerabilem virum velut gratissimum munus suscepit. Porro ut assolet et res se habent, humanæ inter salubria adhortationis verba in colloquio virorum fidelium animus crecebat piorum [*al.*, animi favere pastorum]. Cœpit idem vir Dei sciscitari utrum eidem viro, illustri Francorum orto natalibus, soboles adesset. Cernebat quippe, ut opinor, vir Dei, a Deo fore præscitam prolem, quam postea rei probavit eventus. Tunc vir illustris Gunduinus, cum conjugæ sua Saretrude, elegantis forma et nobili femina, duos bonæ indolis adolescentulos ob benedictionis percepturam gratiam præsentavit; quorum senior Leudinus [*al.*, Leudeinus], cognomento Bodo; junior vero Fulculphus, qui et ipse alio vocabulo Bodo dicebatur.

Sciscitatur denuo vir Dei si adhuc proles superesset. Ad quem illi fatentur se habere puellam Germanam licet ætate præferentem, sed dudum luminibus orbatam. Ad quos vir Deo plenus ait: « Veniat, quæso, ipsa, et vestris [*al.*, nostris] præsentetur obtutibus. » Senserat enim, ut reor, in spiritu ei a Domino sanitatem fore collaturum. Triduo igitur a semetipso exacto jejunio, super oculos puellæ oleum benedictionis vir Dei effudit. Mirum dictu! mox puella sanitatem pristinam, Christi gratia opitulante, consecuta est. Nec immerito omnipotens Deus sic in promptu suorum obtemperat precibus famulorum, qui suas propter ipsum crucifixerunt voluntates.

D Sequitur deinceps aliud splendidum miraculum. Cum eadem puella jam pridem fluxum sanguinis pateret, et gravissima corporis molestia ex hoc debilis teneretur astricta, vir egregius Eustasius ut hoc perspicue comperit, divinum solitumque profusis precibus poscit adminiculum: exaudivit preces fidelis famuli sui ille rerum Sator æternus, qui sanctis suis, ejus præceptis pie obtemperantibus, præsto esse consuevit. Quid multa? Puella sospitate percepta incolumis est restituta.

### CAPUT IV.

Interea cum ad perfectæ ætatis pervenisset annos, parentes ejus cum vidissent puellam gliscentem, moribusque ornatam, erat enim decora venustaque

vultu, verum, ut assolet, post rerum discrimina in prosperis successibus animus tepescere multorum, de liberorum successione cogitantes, contra **601** puellæ voluntatem, eam cuidam viro generositate pollenti, Richramno nomine, in matrimonio tradiderunt; qui vir [al., vix] eam duobus mensibus jure matrimonii habens, humanis rebus exemptus, vitæque privatus est.

His ita transactis, Eustasius ad Luxovium regressus est. Deinde ad Warascos, qui partem Sequanorum provinciæ, et Duni [al., Duvii], amnis fluentia ex utraque ripa incolunt, perguit; qui et ipsi eodem Bonosii, Fontinique maculati errore everso, jam senio [al., ævo jam senes] tabescebant. Ad quos vir Dei veniens evangelico vomere, Scripturarumque sacrarum cauterio, licet non absque labore exercens, ne seges Dominica, crudescente gleba, suffocante zizania, in avenas loliumque accresceret, ad sanctæ Ecclesiæ gremium revocavit. Qui hactenus, gratia divinæ aspirationis in eadem, quam ab eo perceperunt, norma perseverant.

Sic B. Eustasius post multa rerum discrimina, post labores immensos, post hæreticorum diras procellas, agrestiumque schismaticorum fraudes, quæ plenius in suis gestis continentur, ut bonus athleta, summis pollens miraculis vita beata functus migravit ad Deum, cum curam fratrum post discessum magistri tribus non parum minus rexisset lustris (62). In cujus locum jam pridem convenientia beatæ recordationis Walbertus in regimine fratrum subvectus est, vir omnium fama laudabilis, eximieque sanctitatis, et in ecclesiasticis disciplinis non mediocriter eruditus; bonitate ac pietate, charitateque perspicuus, et doctrina exuberans; hujus tempore per Galliarum provincias agmina monachorum, et sacrarum puellarum examina, non solum per agros, villas, vicosque, atque castella, verum etiam per eremi vastitatem, ex regula duntaxat beatorum Patrum Benedicti Columbani pullulabant, cum ante illud tempus monasteria vix paucis illis reperirentur in locis. Sed nunc ad articulum revertamur historiæ.

#### CAPUT V.

Prudentissima femina Salaberga cum per biennium jam viduata resideret, licet sub laico habitu degens, vigiliis, jejuniis atque elemosynis, in quantum vires suffragabantur prædita [al., suppetebant] intentâ, prædita], quæ Dei sunt, Deo inhianter reddebat. Doctrinam vero, quam a B. Eustasio perceperat, velut mundum animal ruminabat. Cum hæc ita res se haberet, decrevit animo ut ad sacrarum virginum cœnobium, quod venerandus vir Romaricus ex palatio magnificè conversus, per exhortationem et solamen B. Eustasii in Vosago construxerat saltu, latebram fuga expeteret, fecissetque satis votis, si sexus non fecisset impedimentum, et regia non impedissent obstacula.

(62) Hic videtur auctor B. Salabergæ suppar.

**A** Per idem tempus Francorum scepra regnique gubernacula Dagobertus gestabat, vir imprimis acerrimo ingenio, et principatum tenens [al., principatu clarus], et non solum fidei jure sibi subjectis, verum etiam exterarum vicinarumque gentium fama metuendus. Metuens autem præfatus Gunduinus [al., Bandoinus], ne ob filiam iram regis sævitiamque incurreret, eam a calle, quo ire sponte decreverat, pedetentim retraxit. Jam enim opinor ejus ad aures regis pervenerat.

**B** Morabatur denique iisdem temporibus in aula prædicti principis vir quidam strenuus, consilii regiis gratus, et inter suos fama celeberrimus, nomine Blandinus [al., Blandinus], qui cognomentum Baso acceperat, qui utpote et ipse ex Sicambrorum prosapia ortus exspectabili, prædictam Salabergam, non ejus sponte, quia jam dudum divinis præceptis se implicare noverat [al., voverat], licet invitis parentibus, regio tamen jussu, et ob liberorum procurandorum causam, in suum adscivit conjugium. Sociata itaque viro memorato, licet sub jure conjugii, Christiana tamen utriusque exercebant opera, et baptismi candidatum devotissime servabant. Erant enim hospitales et elemosynis dediti, maximeque, juxta B. Paulum egregium prædicatorem, domesticis fidei (Gal. vi, 10), et peregrinis, servis autem Christi summa veneratione obtemperantes, illius Salvatoris memores præcepti: « Quoad fecistis uni ex minimis istis, mihi fecistis (Matth. xxv, 40); » et illud **C** B. Petri apostoli: « Hospitales invicem sine murmuratione (I Petr. iv, 9). »

**D** Sed cum his, favente Domino, bonis pollerent moribus, et Christiano more degerent [al., vigore vitam] et prolem nullam capere possent, Christianissima femina anxiosa, et tot privata privilegiis, sanctarum mulierum Annæ et Elizabeth in se adhibens fidem, quæ in templo Domini vigiliis et orationibus excubantes (Luc. ii, 37; i, 6), post diuturnam sterilitatem partus sanctos meruerunt, et procrearunt liberos, ad basilicam B. Remigii pontificis, qui urbem Remorum Campaniæque tellurem virtutibus sacris et mirabilibus illustrabat, expetiit; ibique vigiliis et orationibus excubans, votum vovit ut, si divinitus ei soboles concederetur, ipsam Domino dicaret.

Nec mora domum reversa, hoc quod fideliter et anxie petierat, a Domino est ei collatum; concepitque, et peperit filiam; cui ex aviæ vocabulo Saretrudis nomen indidit. Rursus aliam filiam edidit, quam Ebanem nuncupavit. Deinceps vero genuit filiam tertiam, ipsamque baptismi gratia regeneratam Austrudem [al., Astrudem] appellavit, quæ in curam et regimen sororum, processu temporis, cuncta annuente cetera, successit. Quartum vero edidit liberum cui et ipsi baptismi gratia sacerdotibus consecrato, Eustasius nomen indiderat, qui et infra **600** pueriles annos defunctus est. [Quæ hactenus Christo

auspice divinis privilegiis nunc superest. Unum tantum edidit liberum, cui et ipsi baptismi gratia a sacerdotibus... Eustasium nomen tradiderunt, qui et infra pueriles annos, etc.] Quintum vero bonæ indolis edidit prolem, nomine Balduinum [al., Baldonum], quem et ipsum juxta priores omnipotenti Deo sacravit. Egit hoc denique famula Christi, omnique nisu aggressa est ut omnem domum suam non sibi soli, sed marito simul, et liberis Christi faceret Ecclesiam.

## CAPUT VI.

Interea cum egregiæ sanctitatis opinio Waldeberti, cujus memoriam fecimus, pene per universos Francorum terminos eximie pullularet, et solertia prædicationis ejus a Christo Domino, sine quo nihil boni agitur, affatim fervesceret, essetque omnibus Domini colentibus gratus, monasteriaque virorum ac mulierum ex ejus norma affatim conderentur, cernens beata Salaberga servum Christi militemque præclarum tot florere exemplis, virtutibusque flagrare supernis, et assidue velut e luporum faucibus creptos ubique greges Christi adunari, eum ad propriam, domum, ob benedictionis ab eo gratiam percipiendam, crebrius accersitum, velut divinum munus sibi a Domino fore concessum ovans suscipiebat, verbaque salubria et animarum medelæ congrua haurire ex ejus mellifluo ore desiderabat, flagrabatque instantissime animus, ut, spretis phaleramentis sæculi pompisque mundanis postpositis, ad virtutum culmen apicemque sanctitatis valeret ascendere. De quo virtutum culmine Dominus quoque et Salvator in Evangelio loquitur dicens : « Omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut domos, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam æternam possidebit (Matth. xix, 9); » et illud : « Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi ut ardeat? (Luc. xii, 49.) » Quid plura? Auctore Deo omnem spem suam post Deum beato viro committens, viro converso, prolibusque Deo sacratis, religionis veste accepta, inito cum B. Waldeberto consilio, convenientia [al., conniventia] existente mariti, cœnobium puellarum in suburbio Lingonicæ urbis, in hæreditate vel successione paterna, conatur exstruere. Quod propriis redditibus prædiorum suorum, ex successione hæreditatis paternæ, Christum faciendo hæredem, nobiliter ditavit. Ad quod opus peragendum venerabilis Walbertus solamen, artificesque, ac viros industrios præbuit atque commisit. Qui locus licet Austrasiarum finibus immineret, vicinus tamen Burgundiæ erat, distans a Luxovio monasterio paulo minus millibus quadraginta; ibique adunatis centum seu amplius tam ex nobilibus [al., nobilium] liberis, quam ex proprio officio puellis, Christo Domino dicavit.

Sed cum jam pars maxima fabricæ monasterii instructa esset, cœpit famula Christi præsaga, utpote Spiritu Dei repleta, sagaci cum viro trutinare animo, non esse in loco eodem puellarum cœnobium tutum, nihilque stabilitatis atque munitionis habere.

Nam cum barbaries licet procul abesset, regum tamen limitibus hinc inde admistis, periculi indicium futuris temporibus erat, quod periculum nos deinceps vidimus. Denique nuper civile bellum inter reges Francorum Theodericum et Dagobertum circa illos fines est actum, ubique vicinia quæque depopulata, agri, villæ, ædes, et ipsa, quod gravius est, sanctorum corpora igne sunt cremata. Unde liquido patet divino eam Spiritu fuisse imbutam, quæ pridem anticipavit discrimen.

## CAPUT VII.

Consilio igitur adepto cum præfato Waldeberto abbate, qui ingenio, et vigore sagaci, et natra bona in talibus rebus præditus erat, quem postea et comitem itineris, et socium laboris habuit, elegit iter Christo duce instar sanctissimi Abrahæ patriarchæ, qui de Mesopotamia Syriæ egressus, Philistinorum colonus exstitit, eamque Deo promittente in postera successione sortitus est. Quem imitata Dei famula relinquens patriæ solum, paternas sedes malens cum Christo egere, quam mammonæ lucra possidere, quam tot pati discrimina, cum vitæ stipendio ad urbem Lauduni Clavati, cum maximo apparatu, et cum animabus a Deo sibi commissis, proficiscitur.

Quæ urbs licet obsidione vallari ab hostibus possit, tamen natura loci, et in cacumine saxi sita, munitionem robustam obtinuit, ut frangi a barbaris nequeat periculoque carcat. Nam et vetusto tempore cum eam Wandali, Alani, Illini, cæteræque Germaniæ et Scythiæ gentes frustra vallassent, nulla aggerum arte imminente, non fundibulorum jaculis, non armorum spiculis jacentibus, nec arietum impulsio-nibus obtinere valuerunt, sed casso labore frustrati, inertes recesserunt. Excepto enim murorum ambitu, qui extrinsecus in proceritatem collis extenditur, intrinsecus ipsius muri circuitus homo coæquatur, unde et machinarum arte nulla illud oppidum fatigari possit, sed et altrinsecus saxa naturalia ambiunt; urbs infra referta puteis; ad ipsos quoque portarum exitus fontes emanant perennes, qui in usus hominibus, pecoribus ac jumentis potui dantur.

Igitur, cum jam ad illuminandam urbem, veluti solis radius, veneranda femina cum suis sequacibus sanctis appropinquasset, præsul oppidi illius Attilo [al., Attila, Attola] cum summo favore ei obviam pergat, tanquam divinum munus, angelicamque turbam venisset [al., tanquam si divinum munus turbaque angelica venisset], ovans sanctas famulas Christi cum choro psallentium, cum psalmodia, et hymnidicis, summisque laudibus deduxit in urbem. Sed miraculum illud magnificum dictu, quod nocte eadem in ipsa urbe gestum sit, non est silendum.

## CAPUT VIII.

Prædictus itaque pontifex præcepit pueris ac familiaribus sibi creditis, ob præparandam in crastino die familiæ Christi refectionis gratiam adesse. Ministri igitur attoniti velociter per noctem, portam

oppidi ingressi, obviam sibi ferarum ac bestiarum A diversa genera cernebant. Nam ille hubulum, alius cervum; ille ursum, alius suem, nonnulli lupos, plerique nihilominus vulpes, alius interim lascivum asinum, trucemque cernebant leonem, egredientes et fugientes simul de civitate et cætera monstra bestiarum, quæ huic operi intexere prolixum est, ne fastidium lector incurrat.

Quo miraculo pavore percussi omnes ministri mirabantur, quoniam in illo loco istæ bestię nusquam antea apparuerant. Quid aliud datur intelligi, nisi quod sanctitatem ac vigorem ancillarum Dei antiquus hostis non ferens, cum suis satellitibus fugiens discessit? Nec immerito in bestiarum se ferarumque, et monstruosas deformat figuras, variaque figmenta depromit, qui, utpote a bono Creatore bonus creatus angelus, superbia deinceps tumidus dudum dixerat in corde suo: « Super astra cæli ascendam, ponam thronum meum ad Aquilonem: similis ero Altissimo (*Isa.* XIV, 14); » nunc de superna claritate, et paradiso deliciarum ejectus, cum suis sequacibus in formicarum, vermium, soricum, vel qualibet deformi specie actus, mysterium operatur iniquitatis: si quidem priscis temporibus, quod plerique adhuc memoria retinent, et superstites esse noscuntur, qui hoc facinus viderunt, quod in eodem oppido, ut creditur, antiqui anguis versutia crudeliter vigeat, plebeios, rusticos atque hebetes homines arte callida ludificabat, de quo scribitur: « Cujus mille nocendi sunt artes. » Nam sub specie idololatriæ [*al.*, baptismatis] eos sibi proprie vendicabat. Denique raro tempore peracto [*al.*, retro acto tempore], et idolum vocitabant velut, a ludo incipientes, in medio eorum duntaxat diabolo debacchante, plerumque homicidia perpetrabantur.

Egerat hoc nequissimus dæmon callida astutia, ut si quis ibidem proximam alterius quolibet modo debilitasset, a consanguineis, vel affinitate conjunctis, innoxius foret ab effusione sanguinis, videlicet ut in longius consuetudo nefanda incrementum malignitatis auget, et miseram urbem suis habenis irretitam iniquus prædo velut propriam vendicaret. Sed omnipotens miserator omnium rerum Dominus, « qui vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire (*I Tim.* II, 4), » ad sui juris plasma clementer respiciens, olim jam hoc sacrilegum et nefandum facinus a civitate ista radicibus evacuavit.

#### CAPUT IX.

Sed nunc rursus ad cœptam redeamus narrationem. Denique contemplata conditione loci, cernentesque idoneum ac gratissimum, et absque discrimine munitiois locum, cœperunt fundamenta ecclesiarum atque domorum jacere. Quibus rite peractis ac prospere gestis, cœperunt ad laudes Dei omnipotentis Domini nostri Jesu Christi nobilium soboles servitiumque concurrere. Quis enim vir potens, aut femina nobilis, qui illis in locis degerit [*al.*, degeret], qui non beatam Salabergam ex affectu diligeret?

A Erat enim hilaris semper, et placido vultu, charitate atque humilitate perspicua, eleemosynis promptissima, et quæ circa Dei cultum sunt, valde devota. Quid multa? Infra exigui temporis spatium coacervatæ in eodem loco sunt, vel monasterio adunatæ plus minusve trecentæ famulæ Christi.

Illisque dispositis per turmas instar Agaunensium monachorum, habendique castimoniam [*al.*, habendi normam] disposuit. Die ac nocte præcipiens psallendi canorem omnipotenti Deo personare, et juxta egregium prædicatorem Paulum, sine intermissione orare (*I Thess.* V, 17). Quæ institutio hactenus in eodem, Christo auspice, celebratur cœnobia. Flagrabat quippe in eodem desiderio canendi carminis valde amor intentus. Plures siquidem, ut supra diximus, nobilium, ad servitium Christi colligendas sitiens adunabat.

Nam inter cæteras nobilium Sicambrorum feminas, Odila, nobilitate et ingenio naturæ bono [*al.*, ingenii natura boni] pollens, quæ et ipsa pridem a venerabili Waldeberto Christiani vigoris insignia, et salubre acceperat antidotum, consilio accepto cum legali [regali] viro illustri Bodone, quem superius [*adde*, Leudinum] prædiximus, qui eo tempore industrius, et potens, et secundum sæculi dignitatem florens erat, postpositis phaleramentis mundi, ad Dominum sunt conversi; rebusque suis monasteriis collatis, post beatam Salabergam, eundem callem terentes Landunum properabant [properaverunt]. Bodo incisa cæsarie monachi, in quantum res sinebat, agebat officium. Ac non multo post Tulli oppidi adeptus episcopatum, naturæ ~~esse~~ debitum reddidit. Veneranda quoque Odila Christi stigmate suscepto sacrarum virginum se choro conjungens, sub obedientiæ tenore, vitam beatam degens, spiritum, cui omnia debentur, reddidit.

#### MIRACULUM I.

Igitur cum beata Salaberga in sanctitate ævosa [morosa], et ornato [exornato] vultu, cum sororibus pie vitam duceret, puella quædam sanctimonialis in eodem cœnobia cadivæ vesaniæ [guttæ cadivæ vesaniæ] morbo indepta, dum cursum in ecclesia canere cœpisset, coram omnibus effrenata mente in terram corruit. Quam mox beata et venerabilis mater secum familiariter acceptam, sedula oratione pro ea Deum poscens, opitulante divina gratia, ab eadem peste purgavit, et in servitium Christi libere abire jussit incolumem. Plurima enim et valde celeberrima sunt quæ in laudibus atque memoria venerandæ matris stylo inseruntur, quæ postmodum suis aptabuntur locis.

#### CAPUT X.

#### MIRACULUM II.

Quodam vero tempore dum beati viri Waldeberti præstolaretur adventum, et Falerni copia deesset jus tritici vel hordei, quod cervisam nuncupant, et arte conficitur humana, quo Orientalium [*al.*, Occidentalium] pleræque nationes utuntur, jussit facere.



Quæ cum in vas, quod lingua vulgari tonnam vocant, missa fuisset, ac cum vas ad plene refertum ex potus liquore non esset, famula Christi, cui obedientiæ causa eodem anno, juxta tenorem regulæ, ad cellarium custodiendum, sororibusque ministrandum ordo evenerat, ad venerabilem matrem summa cum humilitate veniens ait : « Domna, inquit, mater, quid faciemus, quia vas non est plenum ex sicera, et aer æstuat, si sanctus vir abbas inveniendi moras innexuerit, vereor ne potus liquor in acerbitem aceti acescat [al., accrescat]. » Ad quam illa ait : « Vade, et quod subsequens ex liquore est confectum, funde in vase. » At illa non dubia celeri cursu pergens, ut jussionem scilicet matris impleret, reperit vas plenum, quod paululum pridem semivacuum reliquerat. Ac sic omnipotentis Dei misericordia actum est, ut, dum matris fides armatur, obedientiæ vigor in discipula roboratur [al., amatur obedientia, vigor in discipula, etc.], virtusque divina protinus panditur, potusque, quod exiguum erat, in majus augetur, remeansque Dei famula, cum alacritate et humilitate sanctæ matri narravit miraculum. Illa, summo rerum Creatori Domino nostro Jesu Christo gratias refert, qui servientibus sibi in veritate cito adesse consuevit.

## CAPUT XI.

## MIRACULUM III.

Patratum deinceps aliud miraculum : soror quædam vel abluendo vestimentorum sordes, ut mos est, ad cellam officinæ, qua hæc agi solitum erat, veniens, accepto vasculo quod in talibus rebus necessitas poposcit, deferens simul et exigua ligna, pervenit. Sed quia catena, in qua pendeat vas, exilis et brevior constabat, igni non appropinquans, reprensus de industria famula Dei aliam catenam, sibi invicem nexuit, et ecce alia sodalis ejus cum alio vasculo ex aeris metallo factu adveniendis simile optabat opus, humiliter postulans sociæ dixit : Comoda mihi, soror, unam catenam, ut ambæ velocius operemur. Ait sociæ : Pro charitatis gratia commoda tibi, sed perge tu et affer ligni quantitatem, quantum volueris, quia ardue suspenduntur vascula, ut valeamus perficere quod necessitas compellit. Quæ cum abiisset, nequaquam reperit quod petiit. Tunc utraq; ancillæ Christi anxie esse cæperunt, quid tamen facerent ignaræ; et subito magno cum sonitu cella officinæ quasi casura semel flectendo, addicitur igni. Tunc concito cursu famulæ Christi, omnesque sorores ad eam aspiciendam veniunt, et quisnam esset fragor strepitusve inquirunt. Sed videntes miraculum stupefactæ sunt in re quæ acciderat. Tunc venerabilis mater jubet ad hoc miraculi genus, ut vir Dei Italus presbyter, atque ejusdem cœnobii præpositus, contemplaturus accederet. Vir autem Dei cum affuisset, videns cellam fragoribus nec dirutam sed illæsam permanentem, uberes Deo gratias retulit perpendens meritum matris.

A quæ ita imbutas ac devotas haberet discipulas, quarum charitati ferventi etiam elementa servirent.

## CAPUT XII.

Quadam denique die cum extra murum oppidi, infra claustra tamen cœnobii æstivo tempore deambularet, vidit Landefridum monachum suum hortulanum in horti ambitu, nescio quid oleris causa, investigantem, innoxia gramina abscindentem. Ad quem sub sibili voce silentique, quod nequaquam aliqua sororum audire potuerat, ait : Defer, inquit, nobis ex lactucis, ~~est~~ frater Landefride. Hæc illa innuendo magis quam loquendo affatur. Hæc præfatus frater narrare consueverat qui adhuc superest. Mirum dictu! Vox quæ parvo anhelitu et nullo alio audiente emissa fuerat, in aures fratris admodum pervenit, quasi in præsentia fratris ipsius dicta fuisset. Erat autem spatium inter ipsos quasi stadiis quatuor, aut amplius.

## CAPUT XIII.

Accidit quoque et aliud miraculi genus. Cum quodam tempore in coquinæ officio, ut mos erat, hebdomadam suam sororibus deserviret, et pisciculi, vel alia quælibet monasticis usibus apta, minime suppetere, Basinus archidiaconus ejusdem urbis domi recumbebat, et ecce vox in aures ejus insonuit docens : Nosti quod abbatissa onus coquinæ sororibus exercet. Ad eam visendam expedit te debere quantocius properare. Sed ille levius retinens C neglexit. Cumque usque ter fuisset admonitus, etiam iusuper verbera minatur adhibere. Quid ageret, quid tantæ matri munusculi deferret, minime ad hujusmodi opus habebat. Tandem aliquando domo egressus in foribus ostii reperit hominem piscem miræ magnitudinis gestantem, quem divino nutu allatum credens, dato duntaxat pretio, piscem beatæ matri detulit. Ex quo illa pulmentum sororibus adhibens, omnes usque ad satietatem refecit. Quod ne cui de industria factum fuisse credatur; sed nutu divino ad ejus refectionem exigendam præparatum, quoniam vero quanto amore in hac vita omnipotens Deus eam dilexerit, imo ut aurum obrizum purgaverit, silentio non est prætereundum.

## CAPUT XIV.

Quodam namque tempore febrium igne [al., vena] accensa, gravem molestiam corporis perferebat, ita ut loquendi facultatem amitteret; sed cum melius Christo præsule convalesceret, sciscitata imo flagitata a sororibus quænam fuisset correptio illa, fervente spiritu respondit : O dulcissimæ sorores, quid investigare vultis rei causam? A sævis namque nimium et tetrus opprimebar dæmonibus [al., spiritibus]; quando autem melius convalescebam duæ alæ dorsum meum venientes gyrabant [al., a dorso meo venientes gyrabant me], quarum visio auro purissimo pulchrior erat. Nam et summitas earum gladio accipiti acutior sentiebatur. Cum autem ab his vallabar, fugiebant teterrimi spiritus. Quid autem aliud

datur intelligi, nisi quod omnipotens Deus plasma suum in præsentia duntaxat purgaret vita, et dextra suæ protectionis [*al.*, dexteræ suæ protectione] roboratum cum sanctis aggregaret. Alæ etenim in Scripturis sanctis supernæ intelliguntur potestates. Convalescens corpore, sed mente robustior, anno et novem non plenis mensibus vixit tentatione exacta. Nam quis valeat ejus sanctitatis sagacitatisque astutiam condignis referre præconiis, cujus charitas et humilitas cunctarum subjectarum sibi præminebat miræ dulcedinis et bonitatis affectu? Erat enim hilaris vultu venustoque aspectu, alacris in colloquio, moderata in verbo, consilio prudens, in ordinandis cœnobii causis præcipua, sagax ingenio, eleemosynarum amori dedita, et hospitalitate non pigra, in regulari norma discreta, sanctarum feminarum vitam imitans, Melaniæ videlicet et Paulæ, quarum Melania, ut B. Hieronymus ait, nobilissima Romanarum feminarum fuit, et Marcellini quondam consulis filia, Hierosolymam navigavit, ubi tantum humilitate et charitate insignis exstitit ut Theclæ nomen acceperit. Paula vero, relicto patrimonio urbano, Græcorum orta prosapia, Bethlehemitica rura expetens, cum summa bonitate et humilitate vitam degens, sacrum spiritum Domino fudit. Et ut altiora repetam: Beata Salaberga imitata Helenam Augustam, Constantini Augusti matrem, ut historia narrat ecclesiastica, mortificatis carnis membris mundique pompis postpositis, quotidianis Deo famulabatur obsequiis. Quidquid enim in cœnobio vilitatis et quæmunditiæ essent exercendæ, sibimet deputabat. Coquinam autem et reliquas causas, quæ monasticis rebus peragi solent, vicissim suis hebdomadibus ministrabat.

#### CAPUT XV.

Sed cum his et cæteris his similibus bonis Christo præsele polleret, quodam tempore vidit in mansione quam frequentare solita erat, tabernaculum e polo miræ claritatis ac splendoris descendere, quod deorsum spatiosum et sursum arduum videbatur. In quo recepta avis miro splendore refulgens, eam apprehensam in exstasi positam, imo translata, trans fluvium quemdam ingentem asportavit, et in prata valde amœna immisit, ubi diversorum florum, et immensa odoramentorum genera fragrabant, atque inter candentia lilia, et rosarum rubentium flores vidit immensa infantum agmina utriusque sexus, niveis cicladibus, et laureatis capitibus ovantes, inter quos et Magobertus puerulus aderat. Qua visa ait: Agnoscis me, mater? Illa ait: Nescio. Respondit puer: Ego sum Magobertus filius Amilianæ, quem ante te misisti et sum modo in hac claritate quam cernis. Nec mora vidit beatum virum et venerabilem ~~esse~~ Ansericum pontificem, obviam sibi venire, ad quam ait: Agnoscis me? et illa fatetur se ignorare. Ego sum, inquit, Ansericus episcopus Suessionum, quem crebrius in domo tua accersitum vidisti, veni et ostendam tibi valvas paradisi. Et

ostendit civitatem Dei Altissimi, et duodecim sedes apostolorum ex auro gemmisque rutilantes. Cui et ait: Ecce tibi locus præparatus est. Sed quia B. Mariæ ingemmati sunt oculi, et preces sororum ferre non potest, quia adhuc eis necessaria es, deprecata est Filium suum, ut a superis celerius illuc revertaris præmia possessura tibi a Domino collata. Interim avis illa iterum illam apprehensam in ore ejus, anhelitu recuperato [*al.*, dato] a superis remisit.

#### CAPUT XVI.

Igitur dum quadam nocte quiesceret [*al.*, soporem caperet], in specie venerabilis viri Waldeberti, utpote angelus Domini apparuit ei tertio, qui et cingulum ejus vidit, et de renibus abstractum secum detulit, quod cingulum ulterius non comparuit, significans, ut opinor, quod in posteritate ejus honor successionibus accreverit. Cujus vestes ut ipsa referre solebat, candore nimio fulgebant et hac voce admiranda affatur feminam: O dulcissima filia, præpara te ut accipias bravium, et exitum tuum præstolare, quia et ego ex victoria tua cupio bravium accipere, quia centesima ex hac die dies vocationis tuæ eveniet, ut laboris tui fructum quem cum magno sudore quæsisisti, cum multiplicato sænore in horreo Domini tui recondas. Hæc audiens illa, una ex sororibus sibi familiari accersita, vim somnii tenoreque rei pandit, et cæteris promere distulit.

#### CAPUT XVII.

Angelus autem Domini præcepit ei ut per singulos dies ac noctes infra illum centenarium numerum expleret psalterium. Ab illa igitur die cœpit vigiliis, jejuniis, psalmis, et orationibus plus solito Domino libare quanto firmiter de promisso, tanto alacrior de obsequio. Ante vigesimam autem vocationis ejus diem, pedum dolore tacta lectulo decubuit [*al.*, occubuit] ut et de viro perfecto dicitur: « Florebit amigdalus, impinguabitur locusta, et dissipabitur capparitis: quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ (*Eccli.* xii, v). » Novissime expleto officio, convocatis sororum agminibus, hac eas voce affatur: Permanete in servitio omnipotentis Dei, o famule Christi, quis, non qui cœperit juxta divinum oraculum (*Matth.* x, 22), sed qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit.

#### CAPUT XVIII.

Interea, ut assolet in rerum opulentia, discordiam etiam inter propinquos generari, germanus ejus Bodo aliquas villas, quas per chartarum seriem ad ipsum condonaverat cœnobium, illicita usurpatione retinebat, sed comperta germanæ ægritudine, et illa pro hac re anxia Dominum deprecante, summa cum festinatione ad eam venit, moxque de medio chartarum sanctio invicem roborata, hactenus rata perdurat [*al.*, moxque chartas invicem roborantes, hactenus totum ratum perduxit]: sed cum sensisset se migraturam a corpore vale dicens sororibus, Italum presbyterum poposcit, ut pro se, sicut mos est, offi-

cium expleret funeris, et hæc flagitans sacrum emisit spiritum, sanctorum aggregata cœtibus, perceptura duplicia in æterna gloria, ipso præstante, cui est honor, et gloria, et virtus et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Obiit præfata famula Christi decimo Kalendas Octobris, qua die sacra Thebeorum Mauricio duce Agauno celebratur passio. Reliquiæ quoque ejus in eodem conduntur loco. Ad cujus poliandrum claræ post obitum patuerunt virtutes.

## HUGONIS ARCHIEPISCOPI ROTHOMAGENSIS LIBRI TRES CONTRA HÆRETICOS SUI TEMPORIS.

(Vide in Hugone, circa an. 1154, inter Patrologiæ tomos proxime edendos.)

## ROBERTI DE MONTE AUCTARIUM AD SIGEBERTUM.

(Vide Sigeberti Chronicon cum Auctariis.)

## INDEX RERUM ET VERBORUM.

Revocatur Lector ad numeros crassiores textui incertos.

### A

Abbatii Guillelmo conceditur potestas benedicendi calices, quod antea non permissum reperitur, 590. Abbas diversis monasteriis qua ratione præfici potest, 617. Antiqui ritus in ordinando abbate, 624. Abbas eligi debet a monachis, *ibid.* Non reges, non principes eligere debent, 622 et 624. Non licet abbati tollere possessionem monasterii, 625. In abbatum benedictione prognostica fieri solebant, *ibid.*

Abbatia in dotem reginæ collatæ, 652.

Abel luctus, vanitas, vapor, vel miserabilis, 35.

Abimelech, pater meus, rex, 78. Et patris mei regnum, 103.

Abraham, pater excelsus, 53.

Abreas castellum, 751.

Absalon, S. Amandi abbas, 551.

Absolutio inanis fit remittentis, 672.

Abstinentia vera, 62.

Abyssus cor hominis, 44.

Accaron, eruditio tristitia, 226.

Accidentia nulla in Deo, 280.

Achaz virtus, 182.

Ada, uxor Godefridi a Guisia, 529, b. Nupsit secundo Waltero de Ath., *ibid.* Tertio Theodorico de Avesuis, *ibid.*

Adalardus (S.) abbas instituta condidit ad pauperum sublevandam miseriam, 582. Quam ardeus ipsius in pauperes charitas, 583.

Adalbertus comes Viromand. abbatiam S. Quintini restaurat, 618.

Adam vir et mulier a Deo vocati sunt, 29. Adæ lapsus ad excusationem peccatorum assumitur, 47 et seq. Adam et Eva, quare post transgressionem foliis pudenda texerunt, 263. Utrum generationi intendissent si in obedientia perstitissent, 264. Quanta in primis parentibus perdidimus, 264. Quomodo generationi intendissent si non peccassent, 316. Virgines perseverassent, *ibid.*

Adam S. Andreae de Novo Castello, 552.

Adam de Corlondon, decanus Laudunens., 645.

Adam comes, 516.

Adama, cruores, 59.

Adela, Hugonis Mag. uxor, deinde Rainaldi comitis Claromont, 529.

Adela, comitissa Crespeiensis et Viromand., 597. Ejusdem genealogia, *ibid.*

Adela, comitissa Blesens., 588.

Adelada comitissa Vermandens., 529.

Adelada filia Henrici comitis de Grandiprato, 529.

Adelada, uxor Hilduini comitis Rociens., 528.

Adelada, Falconis de Jur uxor, 529.

Adelardus Suessionens. episcop., 637.

Adelbero abbas S. Vincentii Laudun., 498.

Adelbero, sive Ascelinus, episcopus Laudun., 496.

Adelelmus filius Adæ, 516.

Adelheidis Cociaci vicecomitissa, 612.

Ademarus, sive Aymarus, episcopus, dux expeditionis Jerosolymitanæ ab Urbano papa II constituitur, 379. Commendatur, *ibid.*, et 384, 420. Iter Jerosolymitanum aggreditur, *ibid.* De egenorum sublevandis miseris egregia ipsius dicta, 421. Quædam ejus gesta narrantur, 441.

Ademarus de Guarda, 635.

Admiravi qui, 409.

Ado de Luni, 628.

Ado vicedominus Laudun, 506.

Adoptandorum filiorum ritus, 394.

Adorare pro venerari, 297.

Adoratio qualis imaginum, 279.

Adrianus Galterius Benedictinus librum, cui titulus Equilibrium, etc., edidit, 595.

Adversitas nox, 13. Adversitates qui libenter non tolerant, adulteri, non filii Dei sunt, 17. Adversa et prospera Deus in bonum dirigit, 83. Adversitatibus ad Deum conversi quare atteruntur, 315. Adversitatibus justos atterit et reproborum votis sæpius respondet, 333. Aculeis adversitatum suos sollicitat Deus, 440. Adversitatibus visitat

Deus peccatorem, ut eripatur, 643.

Advocati nati, et dati, 647. Advocati quanta mala intulerunt majorino, 591 et 592. Forma concedendi advocati a Ludovico Pio, *ibid.*

Ædituus, seu æditimus, 485.

Ægrotos sæculares dum visitant monachi, mulieres e cubiculo exire debent, 584.

Ægyptus, *tribulatio, coangustans*, 55. *Tenebræ, ibid.*

Ætas provectorio sanctitatis, 8. Ætates sive tempora sub lege naturali, Moysis et gratiæ velut tres hominis ætates rexit Deus, 276.

Affectus carnalis ratione et gratia Dei spoliatus quam perversa generet, 10.

Afflictio, *Vide* Adversitas. — Quos affligit Deus mali reпутantur, 254.

Afflictioni carnis qui non studet quam misere vivit, 457.

Agar, *conversa*, 66.

Agardus sive Algardus episcopus Constant., 539.

Agulanni præter enses nil in bello deferunt, 409.

Aimarus, *Vide* Ademarus.

Ain, *oculus*, 246. Et *quæstio*, 250.

Alanus Britannicæ dux, 589.

Albaræ episcopus creatur, 421.

Albero abbas, Sancti Vincentii Laud., 560.

Albertus Aletens. sive Maclouiens. episcop., 808.

Albertus abbas Majorismonast., vir insignis, 587. Clericatus ordinem sæculari servo contulit, *ibid.*

Albreda de Saint-Ouin, 603.

Aleph, *doctrina*, 243.

Alexandriola urbs, 415.

Alexis imperator multa fecerit Francis, 387 et seq. Init fraudulentum fœdus cum Boemondo, *ibid.*

Allegoria, quid, 4.

Almutia deferunt monachi Sancti Nicasii Remens., 638, 639.

Almutius, sive Armilansa, 645.

Altare portatile, 538.

Altitudo Dei est virtus humana, 39.

Amalbertus (B.) S. Geremari filius, 668. Obiit, 669. Defertur in monasterium S. Geremari, 670. Divinitus impeditur, et quare, *ibid.* Corpus sanguine madidum reperitur, *ibid.*

Amalech, *populus lingens*, 60.

Ambiani calamitates ab Ingelranno excitatæ, 515 et seq.

Ambitio honoris aut pecuniæ tentat proficientes, 75.

Ambrosii (S.) Mediolan. planeta et alba, 242.

Ambulare cum Deo quid sit, 40. Ambulare coram Deo quid sit tropologicæ, 67.

Amer *lucerna*, 61.

Ammon, *filius mæroris*, 226.

Amon, *populi mei filius*, 77.

Amor terrenorum venenum, amor superiorum oleum, 643.

Amor superiorum ex Deo tantum, *ibid.*

Amoris Dei prærogativæ et effectus, 643. Amor et timor duæ aë ad æterna quærenda, 45. Amor gaudium et gaudium in amore, 264. Ex amore Dei jugis lætitia, 322. Quantum boni ex eodem amore hauriatur, *ibid.*

Amorrhæus, *amaricans*, 60.

Amos, *populus avulsus*, 224.

Amraphel, *dixit ut caderet*, 58.

Anagoge quid, 4.

Andreas comes de Rameruth, 528.

Angeli quid moraliter significant, 73. Quomodo in Deum prospicere desiderant, 28. Sanctitate præcellunt homines, 314. Angelos longe superat beata Virgo, *ibid.* Angeli sunt firmamentum, 18. Dei majestatem comprehendere nequeunt, *ibid.* Sunt incorporei, 362. Angeli quare non ceciderunt, 693. Aquæ super firmamentum, *ibid.* Angelorum novem ordines, 706. Angelus habet signaculum similitudinis Dei, et quare, 714. Ecclesiam cum homine constituit, *ibid.*

Anianæ monachos impense diligebat Ludovicus Pius imperator, 624. Anianæ Advocatum concedit idem imperator, 647.

Animæ quædam non vivunt, 26. Anima naturaliter concupiscit, 49. Anima post conversionem qualiter sit affecta, 81. Qui animas corporeas sibi ingebant, refelluntur, 366. In anima mysteria velut in cælo clauduntur, 14. Anima extra corpus ab angelis non differt, 317. Animæ haud corporales, 362.

Animus quare promptior ad corporea quam ad spiritualia, 35. Animus ager, excolendi ratio, 118.

Annæ (S.) caput, 595.

Annus moraliter quid, 17 et 48.

Anselmus (S.) ex Augustana regione ortus, 477. Laudatur, *ibid.* Abbas Beccensis, 402. Laudibus atollitur, 678.

Anselmus Laudunensis et Radulphus duo Laudunensis Ecclesiæ oculi, 1. Doctissimi, 528. Solatio erant Laudun-

nensibus, *ibid.* Maximo loco est eorum doctrina Guiberto: 1. Laudes Anselmi, 498. Anselmus Laudunens. monet Gualdricum episcopum, burgenses in eum velle violentas manus afferre, 505. Canonicus et decanus Ecclesiæ Laudunens., 528. Scientiæ et eloquentiæ fama notissimus, *ibid.* Anselmi et Radulphi de Anselmo fure judicium, 558. Anselmi Laudunensis gesta breviter perstringuntur, 642. Epistola ejusdem proluxa, *ibid.* Non fuit monachus, 645. Cancellarius fuit Ecclesiæ Laudun., 819.

Anselmus abbas S. Vincentii Laudunens., 552. Celebres habuit discipulos, *ibid.* Romæ episcopus Tornacensis creatur, *ibid.* Anselmus ex abbate S. Vincentii Laud. episcopus Tornacensis, 651.

Anselmus quidam thesaurum Ecclesiæ laudunensis furatus est, 557 et seq. Multa mala perpetravit, 518.

Anselmus sive Anselmus de Ribodimonte in obsidione Archas obiit, 426. Litteras misit Manassi Remorum archiepiscopo, quibus refert acta in expeditione Jerosol., *ibid.* et 447. Festum diem B. Quintini quot annis celebrabat, *ibid.* et 427. Anselmus Ribodimontis fundat abbatiam S. Nicolai de Pratis, 645. Et Aquicinctinum monasterium, 650. Insigne humilitatis et penitentiae specimen dedit, *ibid.*

Ansericus episcopus Suession., 686.

Anstrudis (S.), 652.

Antichristus Christianis potissimum persecutionem inferet, 378.

Antiochia expugnatur a Francis, 396 et seq. Insignem victoriam reportant, 401 et seq. In hac obsidione Christianorum pietas vigeat, 404. Capta a Francis, 407. Eam obsidet Cubaran, 409. Ejus exercitus in fugam veritur, 419. Instaurant Antiochiæ ecclesias, et urbem universam Christiani, 419. Ejus descriptio, 422. Patriarchatus honore insignis, *ibid.* Juri ipsius subjacent clivii episcopi, *ibid.*

Antiochus spiritum disciplinæ non habuit, 3.

Antonius (S.) Deum non timet, quare, 80.

Antonius de Longueval, 631.

Antonius Belloite, 652.

Antonius a Raymondia Benedictinæ tractatum edidit Contra reservationes, etc. 579.

Apostoli quasi barba aut capilli Christi, 330. Eorum quædam scripta falsis scætant, *ibid.*

Appetitus interiorum negligens exteriora quærit, 58.

Aquæ pro voluptatibus, 11. Pro sacra Scriptura, 14, 19, 22. Aqua scientia denotatur, 285. Quid aquæ quas in inferno dives exposebat, 366. Aquæ quomodo intrant in animam, 502. Aquæ super firmamentum angeli, sub firmamento homines, 693 et 694.

Aquila fluvius, 488, 502.

Aquitaniæ et Pictaviæ ducatus quomodo conjuncti, 720.

Aran, *electus*, vel *irascens*, 111.

Arardu, abbas Sancti Pauli in Urbe et cardinal. factus episcop. Nannetensis, 587.

Arbor pro persona, 52.

Archairus proto abbas Insulæ, 668.

Areg castrum, 367.

Arius ex Alexandria, 371.

Armenta Dei quid tropologicæ, 69.

Armon, *sublimitas*, 230.

Arnoldus episcopus Caurens., 652.

Arnoch, *ebrius*, vel *ad solitudinem redigens*, 58.

Arnulphi (S.) Crespeiensis olim abbatia, nunc prioratus, 596. Traditur Cluniacensibus, *ibid.* Dotatur a B. Simone, 672.

Arnulphi (S.) reliquiæ igne probantur 524. Ejus miracula, *ibid.*

Arnulphus (B.) monachus Signacens., 639.

Arnulphus. *Vide* Ernulfus.

Arnulphus patriarcha Jerosol. 434. Huic adversatur papa, 435. A patriarchatu dejicitur, *ibid.*

Arrogantia fugienda, 2.

Artaldus archiepiscopus Remensis, 485.

Arturus rex Angliæ, 540.

Assel, *visus Deo*, 225.

Asasonthamar, *urbs palmarum*, 60.

Ascalon, *ignis infamis*, 226.

Asceneth *ruina* interpretatur, 150.

Aser, *beatus*, 118.

Asini petulantiam tropologicæ significant, 55.

Astaroth, *faciunt exploratores*, 59.

Astutia sæcularis quid efficiat, 14.

Atrebatensis Conventus, 652.

Attilo sive Attila, episcop. Laudun., 682.

Aubertus comes, 529.

Aucenses domini, 633.

Auctores qui legendi ad pie vivendum, 5.

Audire in spiritualibus est videre, 299.

Augiense seu Aucense castrum, 631.  
 Augium castrum, 493.  
 Augustino (S.) quantum deferat Guibertus, 1.  
 Augustini (S.) Cantuar. monachi, 536.  
 Aula regum, voluptas sæculi, 28.  
 Aurum a Magis Christo oblatum in calice Remensis Ecclesiæ, 465 seu 467.  
 Avaritia quomodo idolorum servitus, 643. Avaritia, cenodoxia, luxus, post diluvium producta, 73. Propagatrix totius malignitatis, 77.  
 Azotus, incendium, 226.

## B

Bacones, quid, 506, 652.  
 Balduinus Orbacensis abbas, 552.  
 Balduinus abbas S. Vincentii Laudun., 552, 553.  
 Balduinus Jerosolymæ rex, 383. Ejus actus breviter perstringuntur, 394. Christianum ipsius factum, 433. Rex constitutus, 443 et 449. Preconiis attollitur, 443. Regno capessito Arabebes coercet, 450. Uxorem cur repudiavit, 452.  
 Balduinus Noviomens. episcop., 637.  
 Bale absorbit vel præcipitavit, 59.  
 Baptisma. Sine baptismo fides nulla, 329.  
 Barad, benedictio, 67.  
 Barisiacus, 500.  
 Bartholomæus abbas Majoris monast. signis et virtutibus clarus, 587.  
 Bartholomæus Laudunens. archidiaconus et thesaurarius, 529.  
 Bartholomæo Laudunensis episcopo Moralia in Genesim inscribit Guibertus, 1. Quare, *ibid.* Regio sanguine ortus, *ibid.* et 526. Cælebs, virtutibusque ornatus fuit, 1. Ejusdem vitæ, nobil's prosapiæ descriptio, 528. Bartholomæi parentes Falco et Adela, 529. Canonicus et thesaurarius Remens., *ibid.* Canonic. Laudunens., *ibid.* Thesaurarius Eccles. S. Quintini, *ibid.* Episcopus Laudunens., *ibid.* Dedit ecclesiam Laudunensem, 543. Quanta Præmonstrat. ordini contulerit, 547. Fundator Præmonstratensis monasterii, 550 et seq. Nobile Bartholomæi factum ut discordias sedaret, 553. Bartholomæus Laudunensis instauravit ecclesiam Laudunensem, 659. Litteræ ejusdem, 828. Fundat abbatiam Fusniacensem, et alias, 659. et seq. Epitaphia ipsius, *ibid.* Fit monachus Fusniaci, 660. Ut Beatus veneratur, *ibid.*  
 Bathuel, *virgo Dei*, 94.  
 Bauda, seu Banda, castrum, 387.  
 Bdellium, quid, 27.  
 Beatitudinem qui amat, omnia terrena parvipendit, 115. Beatitudo non est in operibus memoria dignis, 118. Beatorum gloria haud materialis, 363. Dolent quod amplius pro adipiscenda beatitudine non laboraverint, 364.  
 Beatrix uxor Hugonis de Moncornet, 529.  
 Beccensi in cœnobio scholæ celeberrimæ, 579.  
 Bedæ Venerabilis sepulcrum, 539.  
 Beer, *puteus meus*, 183.  
 Belgentiacum, 530.  
 Bello (de) abbatia, quare fundatur, 587 et 615.  
 Benadab, *filius spontaneus*, 225.  
 Benedicere calices. V. Sacrare.  
 Benedictus (S.) pater, dux et advocatus, 623.  
 Benedictus (S.) Anianæ plurimorum monasteriorum abbas, 617. Commendatur 623. Quam familiaris Ludovico Pio imperatori, 624.  
 Benedictini ordinis perniciæ causa, 580. Regulæ Benedictinæ observantia quanta bona producat, 581. Benedictinus ordo, quare tot divitiis crevit, 582. Ordinis Benedicti, consuetudo erogandarum eleemosynarum, *ibid.* Solemne Benedictinis instruere bibliothecas, 598. S. Benedicti regula, regula sancta, ordo sanctus, nuncupatur, 662, 668, 672. Regula sancti Benedicti per universam Galliam tempore S. Eustasii et S. Walberti, 681.  
 Beneficiorum Dei vera cognitio parit humilitatem, 47.  
 Beneficia pueris conferendi prava consuetudo, 579. Beneficiorum nefanda cupido, *ibid.* Reservationes, *ibid.* Gratia expectativæ, *ibid.* Contra perversos beneficiorum usus Antonius a Raymundia invehitur, *ibid.*  
 Benjamin, *filius dexteræ*, 152.  
 Benignus (S.) abbas S. Vandregesili, post sancti Geronimi, 602.  
 Berengarium magistrum habuit, 598.  
 Bermundus abbas Sancti Andreae juxta Avenionem, 613.  
 Bernardus decanus Suession., 264. Quanti enim faciat Guibertus, *ibid.* Illi inscripsit ipse tractatum contra Judæos, 519.  
 Bernardus cognomine Flagellum Dei. monachus effectus, 599.

Bernardus (S.) Clareval, 547.  
 Bersabee, *locus*, 74. Et *puteus saturitatis*, 8. Et *puteus quintus*, 105.  
 Bertrannus comes, 529.  
 Besuensi primo abbati Waldeno suum confert monasterium Adalsinda abbatisa, 612.  
 Bestiæ terræ quid tropologice significant, 2 et seq.  
 Beth, *confusio*, 243. et *domus*, 248.  
 Bethaven, *domus inutilis*, 194. Et *domus idoli*, 211.  
 Bethel *domus Dei*, 54.  
 Bethula, quid, 266.  
 Bibliotheca Carthusiana ditissima, 466, 468. Bibliothecas ditissimas instruxerunt primores Carthusiani, 598. Solenne hoc fuit Benedictinis, *ibid.* et seqq.  
 Birrum, quid, 653.  
 Blacacius de Sartola, 635.  
 Blanca regina, 610.  
 Blandinus cognomento Baso, 681.  
 Bodo et uxor Odila mouastice profitentur, 683. Post Tullensis episcopus creatur, *ibid.*  
 Boemundus Amalfitanus obsidet, 386. Quo genere ortus, *ibid.* Cepit Antiochiam, 407. et seqq. Petit Jerosolymam, 448. Captivus abducitur, 449. Constantiam regis Franciæ filiam ducit, *ibid.* Veneno extinctus est, 386, 462, 449.  
 Bona ecclesiarum et monasteriorum vota fidelium, pretia peccatorum, etc., 586. Quando vi auferebantur quid agere solebant Clerici, 645.  
 Bonosiaca hæresis, 679.  
 Bonum quid efficiat, ut sit tale, 25. Sine Deo nihil boni facere valemus, 87. Bonum nullum est ubi Deus abest, 271. Bonus nullum fructum facere potest sine Deo, 278.  
 Boni nuntii Aurelianens. Ecclesia canonicorum Majoris monast. traditur, 590.  
 Bosra, *tribulatio*, 226.  
 Boves mystice prædicationis labor, 83.  
 Braccæ quid, 662.  
 Britoliense castrum, 463.  
 Brodeburgensis monasterii movialis sociæ post mortem apparet, 333.  
 Bruna non soror Childeberti regis, 648. Non uxor regis Gothorum, sed filia, *ibid.* Sigiberto regio conjugio copulata, *ibid.* Quare Brunichildis vocitata, *ibid.*  
 Brunonis (S.) Carthus. causa secessus in eremum, 465 seu 467, 597. Calabriam petit, 466 seu 468. Refugit episcopatum, *ibid.*  
 Bruno cancellarius Ecclesiæ Remens., *ibid.*  
 Bruno Signiensis episcop. subscripsit chartæ donationis factæ Majori-Monast., 588.  
 Burgeusis abbatia, 71.  
 Burchardus de Gusgia, 529.  
 Burchardus Cameracensis episcopus, 548.  
 Butyrum et mel, quid significant, 266 et 267.  
 Byzantæi nummi, 398.

## C

Cades, *sancta* vel *mutata*, 60. Vel *commotio tinæ*, 78.  
 Cæcitas mentis ex nimia tentatione, 227.  
 Cæsarea Palestinæ expugnatur a Francis, 451.  
 Calamne, *peccatum*, 235.  
 Calcei de Corduba, 468.  
 Calices sacrandi et ornamenta potestas conceditur abbatii, 590.  
 Calistus papa II, 544.  
 Calniacum, *Chauny*, 494.  
 Canalis, mystice humilitas, 95.  
 Canonicatum sive præbendam in ecclesia Carnot impetrat Albertus abbas, 587.  
 Canonici Laudunenses comedunt simul in refectorio, 554.  
 Capero, quid, 485, 616.  
 Capite censi, mancipia, 648.  
 Caph, *cor*, 249. Et *incurvatus*, 245, 254. Et *operatio*, 238.  
 Capilli, *Vide Pili*.  
 Capitulum generale Præmonst. singulis annis, 546.  
 Caput Ecclesiæ quid, 648.  
 Carcathiam, *civitas syloarum*, 60.  
 Carith, *occursus ignis*, 227 et 284.  
 Carmelus, *mollis*, 225. *Cognitio circumcissionis*, 308.  
 Caro pro malo identidem accipitur, 9. Carnalis affectus, terra, 47. Ante diluvium usus carnum non fuit in usu, 23.  
 Caro ex se sibi parit ruinam, 39. Quando superbit, *ibid.*  
 Caro inter labores de præmio requirit, 129. Carnes immolat qui carnalia peccata detestatur, 205. Carnis titillationibus suorum mentes inurit Deus, ut ruinam metuant, 440.

Carolus Albaspinæus de Chasteauneuf, 652.  
 Caroli ducis Britannicæ mirac. inquirendis provincia, Gerardo de Podio abbati Majorismonast. demandatur, 593.  
 Carolus de Longueval, 630.  
 Carolus Flandrensis, 529.  
 Carthusiensis orilius origo, 465 seu 467. Carthusiæ descriptio, 466 seu 468. Carthusiensium vivendi ratio, *ibid.* Missas tantum Dominica et diebus solemnibus audiunt, *ibid.* Perpetuum silentium, *ibid.* Potus, cilicium, *ibid.* Bibliotheca eorum ditissima, *ibid.* Maximæ erant paupertatis studiosi, *ibid.* et 467. Quam ferventes, 466 seu 468. Viri, feminæ ac pueri illud vivendi genus arripiunt, *ibid.* Innumera constituunt monasteria, *ibid.* Abunde dantur, 467. Carthusiensium institutio 597. Bibliothecas instruebant primores, 598.  
 Castellanus arcis præfectus, 647. Pro advocato sumitur, 617.  
 Castellum unde, 298.  
 Castitas. *Vide* Virginitas. Quam excellens castitatis virtus et ardua, 311 et 312. Voluptuosi quomodo contineri possit non capiunt, 311. Castitate qui colit, Deum imitatur, *ibid.* Ad servandam pudicitiam continuo invigilandum, 312. Castitas adamanda, 313. Igni comparatur, *ibid.* Ex Virgine voluit nasci Deus, *ibid.* Angelos absque corpore famulos elegit Deus, 314. Castitas post conjugium, lapsusque, magni quoque est habenda, 315. Quare *ibid.* Moyses et Josue horum duorum typus, *ibid.* Motus carnis peccatum in castitatem, 316. Castitas vitro comparata, 317. Quibus mediis tueatur, *ibid.* Liliu convallium cur, 318 et seq. Flos campi, *ibid.* Qui natura non frigidi contra carnis tentationes decernant generosi, *ibid.* Frigidi et contra, *ibid.* Humilitas servat pudicitiam, 317 et 318. Modestia, 319. Noxiæ familiaritates, jocularia verba et garrulitas sunt evitanda, *ibid.* et 320. Carnali amore irrelitii difficillime a se invicem separantur. Elegantia vultus ac vestium contemendæ, 320. Qui austeram vitam et virginitatem professi in carnis vitium aliquando labuntur, 321. Timori Dei studeant, *ibid.* Castitatem impugnantibus confutantur, 322. Visus specierum nozarum arcendus, 321. Tactus impudicus permixtione. *ibid.* Quantum voluptate carnis irrelitius coarctatur, 323. Voluptatis appetentia plena anxietas est, satietas penitentia, 324. Castitatis tuendæ optimu remediū, monastica institutio fugaque sæculi, 324. Alia remedia, 325. Patri etiam spirituali concientiam aperire, *ibid.* Quanta bona castitatis cultori obveniunt, 324. Quorundam animalium exemplo ad castitatem provocantur, 325. Dei gratia et amore castitas servatur, *ibid.* A quibus caveat castus, *ibid.* Carnis titillationibus inurit suorum meutes Deus, ut ruinam metuant, 440.  
 Castorum proprietates, 325.  
 Cenodoxia impulsu vix justus est vacuus, 74. Cenodoxia quasi quædam idololatria, 77. A cenodoxia inseparabilis superbia, 82.  
 Cham, calidus, 38.  
 Chanaanus, *reversus est* 37.  
 Chanaan, *paratus humilitati*, 152. Et *negotiatio*, 177. Charitas locus fidelium, 95. Charitatis tria membra, 145. Charitas tentatione debet probari, 146. Charitas naturaliter humilis, *ibid.* Charitas super iram regens et illuminans, 643. Quindecim gradus habet, *ibid.* Charitatis prærogativa, V. Amor Dei. Charitas, civitas in quadro posita, 644. Quatuor primas virtutes habet sibi conjunctas, *ibid.*  
 Chodorlahomor, *manipulus decorus*, 58.  
 Christiani probe viventes sunt stellæ cæli, 17. Ob participationem nominis Christi majus præmiu retinebunt in cælis, 38. Christianorum speciale testimoniu, 123. Christianum religioni detrudere quam abominandum, 264. Christianorum gesta bellica gentilibus sunt præferenda, 369. Christiana gravitas ne fide vulgi fabulis attributa levegetur, 447. Christiani mundo mortui quomodo intelligantur, 579.  
 Christus fortibus seu Christianam perfectionem profferi volentibus imitandus proponitur, 16. Christus et Ecclesia signa sunt, 16. Christus verus oriens domus Dei, 542. Locus se diligentium, 126. De Christi humanitatis assumptione late, 264 et seqq. Non potuit utero Virginis, utpote Deus, inquinari, 261. Quare humanam potius quam angelicam assumpsit naturam, 262. Nullam in utero Virginis contraxit labem, 264. Quidquid hominis est, præter peccatum suscepit, 265. Vere Deus et homo, *ibid.* Paravit sibi semen in utero Virginis, *ibid.* Elegit ut homo fieret quod mundus fuit, 266. Ad quid butyrum et mel comedis dicitur, 267. Quare flos, *ibid.* Totius divinitatis in Christo plenitudo, *ibid.* Quam juste iudicet, *ibid.* Quomodo percussit terram virga oris sui, *ibid.* De ejus in terra conversatione, 268. De passione, 269. Sanguine multas gentes non omnes asperget, quia novit qui sunt ejus, *ibid.* Non est species, neque decor, etc., qui Christo conveniat,

*ibid.* Justum erat ut pro hominibus ageret, 270. Deus et homo est sine confusione utriusque naturæ, *ibid.* Quare Deum et hominem mori necesse fuit, *ibid.* Moriens hominem et diabolum dominio exiit, *ibid.* Ejus adventus et divinitas probatur, 271. et seqq. Seipso non sacrificiis Patrem placavit, 278. Qui gentes hæreditavit Christus, 273. Christus Virga, *ibid.* Resurrectio Christi, 274. Salvabit non omnes gentes, sed de omnibus gentibus, *ibid.* Filius est voluntas Patris, 280. Duodecim horas dum in terris conversatus est, instituit, 296. Quanta ex iis horis bona nobis provenerint, *ibid.* Christus. Vitæ ac donorum Christi recordatio quam utilis, 290. Electos in utero Virginis sibi incorporavit, 291. Christi pedes humanitar, caput, divinitas, 299. Ex Christi humanitatis contemplatione ad divinitatem pervenitur, *ibid.* Divinitatem nisi corpore contexisset ferri non potuisset, 300. Christi dextera divinitas, 301. Laudes matris tanquam suas æstimat, *ibid.* Nil sublimius in Christo quam quod homo factus se humiliat, 307. Deus non omnipotentior quam quod intra creaturam contentus est, *ibid.* Oleum est totius ecclesiasticæ lætitiæ, *ibid.* Mons, divinitas, latera Aquilonis, humanitas Christi, *ibid.* Nil sui corporis in terra Christus reliquit, 339. Quam obrem, *ibid.* Morti libere se addixit, 347. In Christo nullum usquam peccatum, *ibid.* Impassibilis et immortalis natura, quare, *ibid.* Nil sui corporis reliquit in mundo, 349. In verbis Christi nihil repugnans, 353. Infantis Christi defluentia corporis nemo collegit, 355. Vulverum cicatrices resuscitatus quare ostendit, 356. Num in die iudicii parebunt, *ibid.* Formam servi qui in extremo iudicio immutavit, 357. Ob nullius meritum carnem assumpsit Christus, 456. Christus nullo unquam morbo laboravit, 575. Dentes ipsius lactei haud exciderunt, *ibid.* Falsum est umbilicum in terris reliquisse, *ibid.* Et præputium, *ibid.* In Christi corpore utrum post resurrectionem vulnere remansere, 577. Quam ob causam remanserunt, 573. Christus nux fuit, 645. Christi divinitas et humanitas probatur, 680.  
 Cisterciensium insignes elemosynæ, 585.  
 Civium sive Cizicum urbs, 382.  
 Claresfontensis cœnobio constructio, 550.  
 Clarembaldus de Vendiole, 418.  
 Claromons urbs commendatur, 377.  
 Claudii (S.) monasterium, 597.  
 Claudius *Chanteloup*, 613 et 635.  
 Clementii et Elardi nefandæ hæreses, 519.  
 Clericus titionem flammantem quo Judæum ad fidem converteret, gestat, 281.  
 Clericis manuum labor præcipitur, 582.  
 Clericum initiavit Albertus abbas, 587.  
 Clericorum corona quid designet, 644. Dum quærent in terra habere portionem, agunt contra suam professionem, *ibid.*  
 Codiciaci descriptio, 617.  
 Codiciacum, 488 et 489.  
 Cœlum et terra moraliter, 9 et seq. et 28. Cœlum Scriptura sacra moraliter, 86. Cœli secreta divinitatis, 301.  
 Cogitationes illi nostri, 89. Cogitationes perversæ Patri spirituali aperiendæ, 324.  
 Colitur imprudenter velut sanctus puer quidam, 331.  
 Columbanus (S.), 580. Ejus gesta perstringuntur, 679.  
 Communio, sive communia quid, 503, 505 et 506.  
 Compendiensis præpositus qui ecclesiæ SS. Cornelii et Cypriani adversabatur, plectitur a B. Virgine, 521.  
 Concilium Atrebatense, 652. Concilium Revacense, 662.  
 Concilium Claromontanum præsidebat Urbano II papa, 377. Quot antistites in eodem concil. *ibid.* Concilium Trencense, sub Paschali papa II, 626. Concilium Remense sub Callisto papa II, 544.  
 Concionis texendæ ratio, 2. Concionis munus licet non pastor quilibet doctus sumere debet, *ibid.* et 2. Concio prolixior tædium generat, brevis delectat, 4. Concionatoribus documenta utilissima, *ibid.* Diversæ concionatorum intentiones, *ibid.* Ventriloqui, *ibid.* Concionatorum triplex invidia, *ibid.* Elatio, arrogantia ipsi fugienda, *ibid.* Concionatores perversi quid agunt, 3. Quæ exercitia, et quid præstare debeant, *ibid.* et seq. De motibus animi vitiorum natura ac fuga differendum, 5. Debent ipsi prius in se periculum exercitii virtutum, et conflictus vitiorum facere, quam doceant, 6. Scripturam sacram quomodo interpretentur, 6. et seq. Prædicatorum gloriæ, ac Inri cupiditas nocet auditoribus, 7. Quid peccatoribus obijciat, 7. Ob inopiam concionatorum miracula patrat B. Virgo, 302.  
 Concordatus episcopus Eduens., 652.  
 Concupiscentia, peccatum, 264.  
 Condatense sive Condatense monasterium est Jurensis seu sancti Claudii, 597.  
 Confessa puella divinitus a summo vitæ periculo libera-

tur, 332. Confessione quidam a diabolo liberatur, 445. Confessio indiscriminatum fit sacerdotibus et laicis, 535. Confessionis necessitas retrahit a peccato, 137 et 324. Confessio peccati et noxiarum cogitationum Patri spirituali facta optimum remedium, 324. Conscientia bona nihil felicius, 3 et 321. Conscientia exulta virtutibus cœlestis quidam redollet, 109. Consensus non differt a culpæ effectu, 333. Consilia evangelica faciunt ut faciliori negotio præcepta Dei adimpleantur, 645. Consortium pravum fugiendum, 320. Constantia sanctorum, 13. Consuetudo mala quantum detrimenti afferat, 7. Consuetudine prava peccandi necessitas, 10. Perducit hominem ad reprobum sensum, ebrium efficit ac mortuum, 10 et seq. Consuetudines diversæ nihil Ecclesiæ efficiunt, 329. Contemplationi qui student volatilia sunt, 18. Contemplatio bifariam sumitur, *ibid.* Vera ex sanctis Scripturis hauritur, 18. Res terrenas abdicare debet qui contemplationi se addicit, 359. Contemplatio humani arbitrii non est, 361. Contemnit se nemo nisi ex magno Dei amore, 186. Conversatio sancta, institutio monastica, 662. Conversio hominis ex diversis oritur, 5. Conversionis primordia malis permista, 14. Quenam accidunt initio conversionis, *ibid.* 49. Conversos reciter vehementer cruciat dæmon. Coph, *conclusio*, 247. Et *aspice*, 251. Et *vocatio*, 256. Cor nostrum sacri eloquii locus, 51. Cor Dei, electi, 215. Cor pro sapientia, 219. Corbeis in Picardia laudanda consuetudo eleemosynarum erogandarum, 582. Statuta ad id peragendum, *ibid.* Corduani, seu de Corduba calcei, 599. Corona clericorum perfectionem designat, 644. Quare rotunda, *ibid.* Corpus Christi, *Vide* Eucharistia. Corporis membra ubi abest peccatum sancta sunt, 265. Corpus nostrum quare vestibulum, 291, 42. Qui corpus pulchrum et fœdam animam habet magis laudendus est, quam si corpus et fœdam haberet, 458. Coxon urbs, 395. Creatori nil in creatura dignum, 262. Creaturas ad morum instructionem reducere assuescendum, 6. Omnis creatura hominum usibus deservit, 20. Creaturas Deus condidit bonas, 262. Creteiacum castrum expugnatum, 517. Credentes fidei mysteria vident, 269. Crepa, quid, 642. Crucis ligna duo Judæos et gentiles denotant, 283. Cruces quare in Canone missæ fiunt, 285. Cucullus, cucullio, cuculla, 616. Cuisiacensis cœnobii constructio, 550. Cupido Veneris ex Vulcano filius, 320. Quinam illius effectus, *ibid.* Curbarau Persarum, princeps militiæ, 408. Antiochiam obsidet, 409. Enum a proposito detertere conatur mater illius, 410. Curio, V. Parochus. Cyreue, hæres, 225.

## D

Dæmon. *Vide* Diabolus. Daibertus Pisanus archiepiscopus regimen gerit Domini exercitus, 435. Patriarchatu Jerosol. donatur, *ibid.* Daleth, timor, 244; et januarum, 248, et nativitas, 252. Et tabulæ, 257. Damascus, oculus sanguinis, vel sanguinem bibens, 63. Damnatorum pœna quæ, 7. In inferno nulla pœnitentia, 327. Quomodo damnati pœniteant, 358. Eorum pœnæ non corporales aut materiales, 362 et 363. Contrarium tenet B. Gregorius. Explicatur a Guiberto, *ibid.* Dolent quod non amplius malignis voluntatibus inservierint, 364. Quæ nam eorum acerbiora tormenta, 365. Dan, *judicium*, 117. Dehalaim, *palatia eorum*, 184. Dentes in infantibus excidunt, et quare, 575. Dens Christi, 338. Credebatur in San-Medardensi cœnobio, 350. Probatur nullum in terris reliquisee Christum, 351 et seq. et 357. Objectionibus respondet, 353. Miracula facta in San-Medardensi monasterio, 357. Dens erat sancti cuiuspiam, *ibid.* Deonandi, 494. Desideria reprimendi utilitas, 133. Desperatio quid, 457. Qui desperat diu non concupiscit, 82.

Devotio individua spei, 82. Cum falsa Deo aut sanctis tribuit, honori divino derogat, 350. Deus locus noster, 15. Deus sola experientia cognosci potest, 190. Membra non habet, 261. Et implet omnia. Incomprehensibilis et ubique totus est, *ibid.* Non potest creaturis inquinari, *ibid.* Bonas condidit creaturas, 262. Deus specialiter misericordiarum debitor, quia essentialis misericordia 262. Humana specie apparuit, 262. Deus etsi immutabilis mutabilitati nihilominus hominum se aptat, 276. Quomodo tres mundi ætates rexit, *ibid.* Trinus Deus ostenditur, nec ideo tres Dii sunt, 279. In Deo accidentia nulla, 280. Verbi generatio, *ibid.* Voluntas Filius Patris, virtus Spiritus sanctus, *ibid.* Si dii tres essent, quam absurda sequerentur, *ibid.* Deus omnia in omnibus qui intelligitur, 288. Nil in Deo sublimius quam quod homo factus est, 307. Deus tunc omnipotentior cum intra creaturam contentus est, *ibid.* Nec laudabilior, quam in quo clementior, *ibid.* Deus ignis, 312. Spiritus principalis Pater appellatur, 339. Qui in Daum substare ac subsistere cndat, *ibid.* Fons Deus, 456. Quod emanat omnibus debet, *ibid.* Quare misericors, *ibid.* Deus concursum naturalem et gratiæ quomodo debeat, 578. Proprium Deo ut sit pius, *ibid.* Diabolus quomodo dicitur « non est, » 15. Æternaliter in morte siue morte est, *ibid.* Nomine bestiæ significatur, 160. Non vere est, 271. Postquam martyr aut confessor victor migrat e vita, diabolus in tormenta nulli unquam nociturus retruditur, 296. Diabolus terret morientem, 484 et 485. Mulier infanti imprecata diabolo mancipatur, 485. Unde dæmones ævo Guiberti tantam potestatem habent, 523. Diaboli mundum inhabitant, 363. Post diem iudicii minime, *ibid.* Sancti igne purgati in illo conversabuntur, *ibid.* *Vide* etiam Satanæ et Dæmon. Dicere Dei est humanæ rationi suggerere, 190. Dies quid moraliter 13 et seq. 17, 28. Dies mensis, et annus significant incrementa virtutum, 44. Dies pœnitentium tres, 85. Dies sunt probi viri, 695. Disciplina a discendo, 3. Disciplinæ spiritum non habere Herodes et Antiochus, *ibid.* Discipuli qui vere dicendi sint, 29. Diecophorus, 653. Discretio unde oriatur, 12. Optima discretio, 13. Disputandum non in pugnis verborum more puerorum, sed ratione, 642. Dives quare in inferno non se, sed Lazarum mittendum ad fratres rogat, 364. Quare fratrum saluti consulebat, 365. Divinitas Christi nisi corpore fuisset contacta, ferre eam non potuissent homines, 300. Divitiæ sine virtute nil prosunt, 457. Divitiæ quomodo virtutum productrices, 580. Docti quilibet proximum instruere tenentur 2 et seq. Qui non bene doctrina utuntur cui comparandi, 3. Vita et doctrina docentes proximum, sunt lignum pouiferum et semen faciens fructum, etc., 16. Docti qui secundum doctrinam non probe vivunt, sicut illi qui manna colligebant in crastinum, et computrescebat, 64. — *Vide ibid.* elegantissima de doctis perverse vitam agentibus. Domus hiemalis conscientia avari et perversi, 230. Domus æstiva habitudo honorum, *ibid.* Dothaim *viride eorum*, vel *pubulum eorum*, *sufficiens defectio*. Drogo I abbas S. Joannis Lauduzensis, deinde Ostiensis episcopus, 533. Drogo Belvacensis episc., Instaurator monasterii S. Geremari Flaviac., 602 et 603. Duellum insigne, 661. Dunensis ecclesia S. Petri, canonicis ejectis, Bonævalli conceditur, 664. Durandus de Cwervilla abbas Troarnens., 802.

## E

Eadmundus. *Vide* Edmundus. Ebalus comes de Roci, 528. Ebalus episcopus Catalaun, 528. Ebrardus Britoliensis comes, 586. Gesta et conversio recensentur, 463. Spectrum alloquitur, 464. Majus monasterium petit, ibique fit monachus, 454. Quantum sui pœni contemptus, *ibid.* Litteratos colebat, *ibid.* Ebrardus vicecomes Carnotens. fit monachus, 599. Ebremarum patriarcha Jerosolym. eligitur, 435. Ebrietas quanta mala pariat, 644. Ebron, *participatio maceris*, *augmentum sempiternum* aut *visio sempiterna*, 58. Ecclesia unica est, 480. Ecclesiæ membra nulla esse debent inutilia, 3. Ecclesia et Christus signa sunt temporum, 16. Ecclesia vidua morte



Domini, 285. Est civitas, *ibid.* Virgo appellatur, 317. Ecclesiae qui falsa attribuit, eam dedecore afficit, 329. Con-  
suetudines diversae nil Ecclesiae officiant, *ibid.*  
Ecclesiae Orientalis status, 371.  
Edmundi (S.) sepulcrum qui inspexit abbas punitur, 337 et 523. Capreolus ad ejus sepulcrum sanatur, 524.  
Edom *terrenus* vel *sanguineus*, 102. Vel *sanguis*, 126.  
Egressio arcæ peccati confessio, 51.  
Ejulah *dolens* vel *parturiens*, 27.  
Elatio fugienda, 2.  
Electiones episcoporum et abbatum quare fieri non poterant nisi facultate prius a regibus principibusve ob-  
tenta, 620.  
Electos (in) mira Dei Providentia, 13. Electos in hac vita vult Christus mundi tolerare opprobria ac ærumnas, 17.  
Quare, *ibid.* Pro electis sanguis Christi effusus, 342. Deus pater electorum, 344.  
Eleemosynæ causa cur tot divitiis crevere monasteria ord. S. Benedicti, 582. Eleemosynæ monachorum insignes, *ibid.* et seq.  
Elfegus (S.) Cantuariensis episcopus, 330.  
Eliezer, *Deus meus adiutor*, 64.  
Elinandus episcopus Laudunens. rei ecclesiasticæ non ignarus, 503 et 535.  
Eloquia sacra delicie sanctorum, 37.  
Emath, *sanguis*, 235.  
Emilianus de la Bigne, 648.  
Emissio animæ triplex, 47.  
Enoch *dedicatio*, 37.  
Ephod quid sit, 191.  
Ephraim, *fructificans*, 151. Et *pulvis maroris*, 177.  
Ephron, *pulvis inutilis*, 89.  
Episcopos Simoniacos non conferre ordines quidam pu-  
tant, 343. Episcopus qui antea monasticam vitam profes-  
sus fuit, apprime monachos regere potest, 598. Episcopi qui monachis præsent, regulam observare debent, *ibid.*  
Cur ab episcoporum jure nuic monachi eximuntur, *ibid.*  
Episcopo non licet tollere possessionem monasterii, 625.  
Ex curia episcopi non debent expeti, 642.  
Equus superbiæ symbolum, 175, 438.  
Eremiticam vitam non securam dicit S. Geremarus, 670.  
Erlebaldu Cameracensis decanus sanctitate et doctrina conspicuus, 333. Quam austeram vitam duxit, *ibid.* Morti proximo quid sibi objiciat dæmon, *ibid.* Apparet episcopo Cameracensi, *ibid.* De ejus beatitudine certa relatio, *ibid.*  
Ermengardis, uxor Rogerii Montis-Acuti, 508.  
Ermentrudis, Theobaldi comitis de Risnel uxor, 529.  
Ermentrudis, uxor comitis de Grandprato, 529.  
Ermenaldus abbas Aniauensis, 647.  
Ermendus Laudun. episc., 637.  
Ernulfus de Vareu, 529.  
Ernulfus episcopus Verdunensis, *ibid.*  
Erramus sæpe iuviti, 55.  
Error ubi religio creditur difficile corrigitur, 350.  
Esau, *acervus lapidum*, 102. Gentes innuit, 274.  
Escæ omnes quid moraliter, 43, 48.  
Essentia ubi vera non est misera solitudo est, 271.  
Eth, *stupens*, 273.  
Eucharistiæ in sacramento quomodo signum corporis Christi, 283. Ridiculum esset si esset signum duntaxat *ibid.* Non est tantum memoria passionis Christi, *ibid.* 284, 339. Quare calix novi et æterni testamenti, *ibid.* Myste-  
rium fidei, *ibid.* Quomodo panis, 285. Christi vicarium corpus Christi potest appellari, 327. Eucharistiæ sumptio an necessaria et quando, 329. Corpus Christi sumit infan-  
tulus, 331. Videt infantulum hostiæ loco, *ibid.* Quid in sumptione Christi faciat meritum æqualitas, 340. Æque recipit qui minimam atque majorem particulam, *ibid.* Qui Eucharistiam, Deum et hominem sumit, 341. Ex hoc sacramento cætera sacramenta manant, *ibid.* Viventis speciem gerit corpus Christi, *ibid.* Ab indigne suscipientibus nil læsionis aut turpitudinis accipit Christus, 342, 346. Neque cum a bestiis roditur, *ibid.* Ab iisdem falso existimant nonnulli non percipi, 342. Totus Christus a sceleratis suscipitur 346. Idem Christus in sacramento, qui et in cælo, *ibid.* Nec passibilis, nec mortalis in sacramento, *ibid.* Asserens quotidie Christum in altari patibulum crucis pati, confutatur, 348. Talis in sacramento qualis post resurrectionem, 349. Eucharistiam Græci sumunt post pran-  
dium, 372. Eucharistiam olim, sanguinem videlicet, in-  
fantas percipiebant, 564. Ob defectus qui inter sacra faciendi contingere solent, quid agendum, *ibid.* Infirmi solius panis sacramento communicant, *ibid.* Panis sanguine madidus morti proximis offerrebat, 564. Prohibi-  
tum est eucharistiam vino madidam porrigere, *ibid.* Ho-  
lie *quanta* cum reverentia conficiebantur, 564 et seq.

Eucharistia positus in extremis qui porrigebatur, 614.  
Eugendi (S.) sive S. Claudii monasterium, 597.  
Euphrates, *frugifer*, 28.  
Eurardus Guiberti pater, 478.  
Eustachius Boloniensis. filius Stephani regis Anglor., 383.  
Eustachius abbas S. Geremari sanctitate et scientia præditus, 606. In Anglia legatus instituta condit, 607.  
Exemplum pravum quam innoxium sit, 28. In Evangelio materialibus exemplis utitur Christus, 360.  
Experientia quid præstat, 5 et 6.  
Exteriora tantummodo qui quærunt haud accepti Deo, 277.  
Extremæ unctionis ritus, 614.  
Exuperii (S.) loco, corpus rustici subinfertur in eccle-  
siam Bajocensem, 336.  
Ezechias, *imperium Domini*, 183.

## F

Falæ, turre lignæ, 430.  
Falco de Jur vel de Serrata, 529.  
Familiaritas, et consortium pravum sunt fugienda, 319, 320.  
Favoris humani gratia quidquid fit, marcidum ac sterile est, 6.  
Felicia, Hispaniæ regis Saucii uxor, 528.  
Feminarum dissolutiones, 467.  
Fenerator æternum perit, 523.  
Feneratoris anima dæmonibus traditur, *ibid.* Feneratoris cujusdam a corruptis moribus traducti insigne factum, 537.  
Fervor spiritus quomodo discernat, 49.  
Fideles in Scripturis dici solent, 15.  
Fidei (de) sacramentis moderate loquendum, 4. Fidei car-  
tudo quanta, 190. Fide mundamur a peccato originali, 262. Fidei mysteria vident qui credunt, 269. Pro fidei mensura gratiæ donantur, 228. Fides præveniente gratia ex libero arbitrio constat, 293. Fides quando sine operibus ad justitiam reputatur, 329. Quis vere fidem habeat, *ibid.* Fides qui sit, 354. Fides sæpius causa miraculorum, 357. Fides super rationem fundatur, 543. Fides prima lux animæ, *ibid.*  
Filiæ procreat qui molles cogitationes menti sæpius objectat, 39. Filiæ hominum videre quid moraliter, *ibid.*  
Filii nostri spes nostræ, quare, 70 et 80.  
Firmini (S.) corpus non in Ambianensi ecclesia, sed in San-Dionysiano monasterio, 336, 566. Ambiani non esse probatur, *ibid.* et seq. Dagoberto I rege Franc. impe-  
rante in San-Dionysianam ecclesiam transvectum, 567.  
Firmamentum, ratio, 14. Quid moraliter, 18.  
Flaviacense monasterium construitur, 671. Quando monachi præceptis Dei obtemperabant, illud ab eis habi-  
tandum prædicit angelus, *ibid.*  
Flaviacum. *Vide.* S. Geremari.  
Florentia de Ribemont hominum præstat abbati S. Nicasi, 640.  
Fluvius quid tropologica, 26.  
Fons noster, ratio nostra, 60.  
Fontinellens. abbatia. *V. S. Vandregesili.*  
Fornicatione senes identidem acrius urgentur, 311.  
Fragilitas bifariam sumitur, 26.  
Franci. *Vide* Galli.  
Freda, 653.  
Fuga animi est timor, 36.  
Fulcherium Carnotensem suggillat et corrigit Guibertus, 446. Multa in Jerosolymitana Historia scripsit haud veritati consona, 447 et seq.  
Fulco Hanouienus abbas, 552.  
Fusniacensis abbatiæ foundationis charta, 659. Fusniacensis cœnobii constructio, 550.

## G

Gabaa, *colles*, 166.  
Gad, *fortuna*, 118.  
Galaad *acervus testimonii*, 123.  
Galberius abbas, 586.  
Galdricus. *V. Gualdricus.*  
Galgala, *volutabrum*, 194.  
Galli erga sedem apostolicam pie semper affecti, 376. Ab his summi pontifices semper supplicias expetiunt, *ibid.* Laudantur, *ibid.* Firma perseveransque fides, 377. Gallo-  
rum seu Francorum gens nobilis, prudens, bellicosa, dap-  
sillis ac nitida, *ibid.* Gallorum insolentia, 381. Sunt vive-  
citate insignes, sed nisi freuentur dominio ferociores, 382.  
Galliæ regum naturalis modestia, 465 seu 467.



- Galterus de Chamblis decanus Laudunens., 645.  
 Galterus abbas S. Amandi in Pabulo, 619.  
 Galterus archidiaconus Laudun., 501, 503 et 516.  
 Gamelius de Bouveresces monachus S. Geremari, 604.  
 Gaston, vir illustris, 432.  
 Gaudium habemus hic per spem in pignore, 80.  
 Gaufridus Carnotensis episcopus, 549.  
 Gaufridus de Bailoil, 633.  
 Gaufridus Grisgonella veniam petit a monachis Majoris in capitulo, 590.  
 Gaufridus Isuldiui dominus, 530.  
 Gausbertus abbas Majoris monasterii Burgulii et Mallesens., 587.  
 Gaustinus Bonæ-Vallis abbas, 664.  
 Gaza, *fortitudo ejus*, 225.  
 Gehon, *pectus vel præruptum*, 27.  
 Gelasius papa Cluniaci vita functus, 544.  
 Gemeticum instaurat Martinus abbas præstante Guillemo Longa-Spata, 313. Abbates, *ibid.*  
 Generationes nostræ sunt cogitationes, intentiones et opera, 40. Generatio nostra quadruplex, 65.  
 Genesios moralia, 9.  
 Gennardus (S.) abbas S. Geremari, 602.  
 Geutes quomodo hæreditavit Christus, 273.  
 Gerara, *colonus ejiciens*, 78. Et *adrena appropinquans*, 103.  
 Gerardus Corbeia oriundus, 650. Abbas S. Vincentii Laudun. et abbas I Sylvæ Majoris, *ibid.*  
 Gerardus de Rossillione fundat monasteria Pultheriense et Verzellacense, 653.  
 Gerardus de Podio abbas Majoris-Mon. cardinalis creatus, 593.  
 Gerardi Carisiacensis mors dira, 500 et seq. et 528. Animo præcellens et armis, *ibid.* et 502, 528. Ense percussit a Rorigone fratre episcopi, 501. Pœnas sumit Deus de Gerardi nece, 512. Castellanus Laudunens., 528.  
 Gerardus abbas Claræfontensis, 550.  
 Gerbergæ uxori Ludovici IV regis Francorum collatæ possessiones S. Joannis Laudun. in dotem, 652.  
 Geremari (S.) seu Flaviacense monasterium, 481. In eo diversi casus acciderunt, *ibid.* et 493. Tonitruo et fulmine clades maxima, 483. Percussunt duo monachi, *ibid.* Plures monachi litterati, 493. S. Geremari seu Flaviacense monasterii historie compendium, 601. Idem sanctus fundator ac dotator, *ibid.* S. Geremarus sobole regia procreatus, *ibid.* Destructum fuit monasterium, *ibid.* et 603. Drogo episcopus restaurat, 603. S. Geremari Vita, 667. Nobili ortus prosapia, *ibid.* In aula degit Dagoberti regis, *ibid.* S. Geremarus B. Andoeno familiaris, 668. Cujus consilio construit monasterium, *ibid.* Nuntium sæculo remisit, *ibid.* Fit abbas Pentalli, *ibid.* Edificat filii defuncti gratia monasterium, 670. Securam non sentit eremiticam vitam, *ibid.* Flaviacense monasterium construit, 671. Feliciter animam inibi exhalavit, *ibid.*  
 Gervasius Remens. archiepiscopus. instaurat ecclesiam S. Nicasii, 636 et 638.  
 Gessen, *appropinquans palpationi eorum*, 162.  
 Geth, *torcular*, 235.  
 Gigantes superbi animi motus tropologice significant, 39.  
 Gimel, *retributio*, 244. Et *plenitudo*, 248.  
 Girardus Fidemensis abbas, 552.  
 Gislebertus abbas S. Nicolai de Saltu, 629.  
 Gislebertus Plato vocitatus S. Michaelis Terrac. deinde S. Nicolai in Sylva abbas, 552.  
 Gladius pro peccato ponitur, 230. Pro divisione, 211. Quomodo intrat in animam, 502.  
 Gloria victoriæ affinis superbæ, 83. Gloria quid, *ibid.* Gloria hominum acceptanda secure, *ibid.* Est frequens cum laude alicujus opinio, 290.  
 Godefridus Namurensis, 497.  
 Godefridus (S.) Ambianensis. Quid de corpore S. Firmi egerit, 336. Abbas Novigentii ex monacho S. Quintini de Monte creatur, 490. 626. Multa de eodem, *ibid.* Fit episcopus Ambian., *ibid.* Abdicat episcopatum, 516. Cluniaci et Carthusiæ aliquandiu degit, *ibid.* Jubente archiepiscopo Remensi revertitur, *ibid.* Redit a Carthusia, interest dedicationi ecclesiæ Laud., 543.  
 Godefridus de Guisgia, 529.  
 Godefridus Ribidionensis, 646.  
 Godefridus Eustachii Boloniensis filius, 383. Rex Jerusalem constituitur, 433. Ipsius præclara facinora, *ibid.* 449. Bellum gerit contra imperatorem Babilon., 436. Ejus obitus, modestia, humilitas, pietas, 445.  
 Goffredus abbas S. Maxentii, 635.  
 Gonsbertus monachus Majoris-Mon. abbas de Bello, 587.  
 Gomer, *lacus*, 184.  
 Gomorra, *seditio populi vel timor*, 59.  
 Gosvinus abbas, 550.  
 Græcorum hæreses, 371 et seq. Ob ipsorum peccata diversæ provinciæ gentibus traditæ, *ibid.* Nefanda Græcorum scelera, 372. Prostibula, *ibid.*  
 Grammaticorum de mysteriis contentiones, 203. Grammatici permulti tempore Guiberti, 368. Eorum paucitas cum ipse esset puer, 460.  
 Gratiæ expectativæ beneficium, 579. Gratiæ necessitas, 578. Voluntatem non cogit Deus, 642. Voluntas non potest per se majus dirigi, vel in honore persistere, *ibid.* Præsto est divina gratia adjuvare, sed non cogere, *ibid.* Si voluntas præmonita audit, et consentit, a gratia dirigitur, *ibid.* Si renuit, relinquitur, et sibi relicta corrui, *ibid.* Quid relinquere, in Deo, *ibid.* Inclinat Deus voluntatem sive ad bonum pro sua misericordia, sive ad malum pro sua justitia, *ibid.* Quando gratia cum libero arbitrio, 643. Cum Deus a peccato eripit, est misericordia, quando deserit, summa æquitas; quomodo id intelligatur, *ibid.* Qui non propter Deum peccatum deserit, non ex dono gratiæ, 643. Per gratiam cooperantem levia sunt præcepta evangelica, 645. Gratiæ Dei in convertendis hominibus, quæ, 5. Gratia privatus homo velut bestia, 10. Item inanis et vacuus, et per se nunquam bonus, *ibid.* Gratia effectus, 13. Gratiæ prævenientis et concomitantis efficacia, 21. Gratiæ subtractio utilis ad humilitatem, 46. Gratiæ pro fidei mensura donatur, 288. Gratia præveniens ex libero arbitrio constat, 293. Gratia pro remissione peccatorum, 291. Gratia præveniens B. Virginem efficit ut Christi conceptionem promeretur, *ibid.* Tam diversimode gratia tribuitur quam bonorum animorum varietas, *ibid.* Gratiam Deus gratuito impendit, 331 et 332. A massa perditorum quosdam discernit Christus, 410. Cujus vult Deus miseretur, et quem vult indurat, 482.  
 Gregorii (B.) papæ Moralia ad virtutes adipiscendas perquam utilia, 5.  
 Gualdericus episcopus. Laud. antea referendarius regis Anglorum, 642. Vir insolens, in litteratura nil valens, *ibid.* Suggillantur ejus facta, 494 et seq. 646. Ejus obitus dies, 652 et 658. Necem descripsit Guibertus, *ibid.* Epitaphium ejus, 658. Adit summum pontificem, *ibid.* Quam levis et parum aptus ad munia episcopalia obendit, 499. Romam quo a nece Gerardi immunis videretur, proficiscitur, 500. Angliam vadit, 503. Redit, *ibid.* Crudelitas ejus, 504. A papa suspenditur ab officio, *ibid.* In cellario Ecclesiæ absconditur, 506. Eo loci occiditur, 407 et 528. Diu inhumatum jacuit, 509. Tandem rogante magistro Anselmo sepelitur in San-Vincentiana ecclesia, *ibid.* Accidit mors ejus an. 1112, 511. Vitia ipsius exhibentur, *ibid.*  
 Gualterus Meldens. episcopus, 637.  
 Gualterus. Vide Walterus.  
 Gualterus abbas S. Martini Laudunens., 546.  
 Guascelinus dominus Calniacensis, 494.  
 Guermundus Bin-Keni, 540.  
 Guibertus abbas de Novigento Moralia in Genesis edit, 1 et 477. Quare non ad litteram commentatus est, *ibid.* Cujus gratia id operis est aggressus, *ibid.* Liber quo ordine fieri debeat sermo, 2 et 477. Quam submisso de se sentiat, 311, 326, 264, 481. Tractatus contra Judæos, *ibid.* Quam difficulter, et cur hoc opus conscripserit, *ibid.* Et De buccella Judæ data sive De veritate Dominici corporis, 282. Quam nude ac vere res aperiat, 306. Christi vicarium corpus Christi in Eucharistia posse vocari contendit, 327. Quod male interpretatus fuerit Sap. cap. 5: « Dicentes intra se penitentiam, » etc., objectum illi est, *ibid.* De falsis reliquiis præsentate Guiberto quid actum est, 334. Monachiarum lib. edidit, *ibid.* Recusat incerta sanctorum acta conscribere, 335. Quantum reveretur B. Gregorium, 364. Haud præfracte suas tuetur opiniones, *ibid.* Quare elegantior in historia Jerusalem., 367. Poesi plus æquo incubuit, 368. Ex relatione texuit hist. Jerusalem., *ibid.* Objectionibus, quod quæ narrat in hac historia non audierit, occurrit, 395. Quod propositum habuerit in elucubrandis operibus, 406. Quam scripsit historiam Jerusalem. a viris fide præditis accepit, 453. Actus suos percurrit ac deflet, 456 et seq. Beneficia sibi a Deo collata memorat, 457. Nobilis, dives, pulcher fuit, *ibid.* Ejus mater pulchra et virtutibus ornata, *ibid.* Pie affectus erga B. Virginem, 459 et 480, 481. Nativitatem suam refert, 458. Patre orbatu infans, 459. Litterarum studiis traditur, 46. Optimis imbuitur moribus, *ibid.* Acriori sub disciplina cohibetur. Renuit eques fieri, 462. Beneficium illi mater conatur obtinere, *ibid.* Omnes sacros ordines præter sacerdotium a Guidone Bellovacensi episcopo suscepit, 471. Mater Guiberti cessit et prope ecclesiam Sancti Geremari construit ædulam, *ibid.* Genio et voluptatibus indulget Guibertus, 472. Quomodo ad institutum monachicum illectus, *ibid.* Monachum induit Flaviaci, *ibid.* Strenue litterata operam, 473. Compunctioni adolescens, et litteris datam dabat, *ibid.* Invident ipsi sodales ob scientiam, 475. Eo amplius ejus acuitur ingenium, *ibid.* Mutandi monasterii

consilium, *ibid.* Beata Virgo Guibertum sub sua protectione matri ostendit, *ibid.* Per visum apparuit Guiberto, 476. Poesi plus æquo delectatur, *ibid.* Ægritudine ac molestiis a Deo emendatur, 477. S. Gregorii papæ scripta revolvit ad intelligendam S. Scripturam, *ibid.* Guibertum docuit S. Anselmus, *ibid.* Concionem habet jubente suo abbate in externo cœnobio, *ibid.* Quod Commentarios in *Genesis* composuerit iniquo fert animo abbas, *ibid.* Scripsit libellum de sententiis evangel. et prophet., 478. Quare non sensui allegorico, sed morali studuit, *ibid.* Eyrardus Guiberti pater, *ibid.* Dignitates ecclesiasticas allicere conatur amici, 480. Eas refugit, *ibid.* Persecutiones ob id patitur, *ibid.* Abbas Novigenti invitus eligitur, 481. De filii electione dolet mater, *ibid.* In locum Godefridi abbas subrogatur, 491. Quare scelera sua plane non aperit, *ibid.* Suscipitur a monachis Novigenti, *ibid.* Sollicite munia obit prælatuæ, *ibid.* Oratio in ipsa susceptione habita, *ibid.* Ad Guillelmum ex Judæo monachum misit tractatum contra Judæos, 493. Illum inscripsit Bernardo decano Suession., 519. Guibertus papam alloquitur, 498. Faceta illius responsio, 500. Sermonem habet ad populum Lauduni, 501. Interfectores Gerardi excommunicatos pronuntiat, 502. Quo iram incurrit conjuratorum, *ibid.* Jerosolymit. Hist. conscripsit, 511. Venerandas esse SS. reliquias minime improbat, 519. Ludovico Grosso non fuit ab eleemosynis, 563. Vir religiosus et magnæ auctoritatis, 568. Sapientia et innocentia præditus, 569, 625. Defenditur Guiberti opiuo, nusquam in Salvatore infante dentes succrevisse, 575. Guibertus S. Augustinum imitatus, 578. Vitæ suæ gesta, celebres viros imitatus, descripsit, *ibid.* Prosam de sancto Geremaro composuit, 613. Quæ de Novigenti retulit, propugnantur, 616. Quartus abbas Novigenti, 626. Ordinat anniversariam sui obitus diem, *ibid.* Guiburgis abbatissa Monasterioli, 551. Guido archidiaconus. Laudun., 501. Guido Belvacensis episcopus Sancti Quintini ecclesiam canonicorum regit. Bellevaci fund., 471. Simoniaci criminis causa deponitur, Cluniaci et filii monachus, *ibid.* Guido ex decano Sancti Quintini episcopus. Belvacens., 600. Fundator et ædificator monasterii Sancti Quintini Belvac. *ibid.* et 637. Guido filius Godefridi de Guisgia, 529. Guido episcopus Catalaunensis, 555. Guido archidiaconus. Laudun., 501, 531 et 540. Guido Belvac. episcopus. 720. Guido de Villiers de l'Isle-Adam, 611. Ejusdem genealogia, *ibid.* Guinimarus castellanus, 506, 508 et 509. Guiscardus. Vide Wiscardus. Guisiana urbs obsidetur, 646. Guillelmus Castellanus Belvacens., 609. Guillelmus Conquestor, rex, abbatiam de Bello fundat, 587. Guillelmus Rufus rex Anglor., 484. Guillelmus archiepiscopus. Cantuar., 536. Guillelmus abbas Morimontensis, 552. Guillelmus abbas S. Nicolai Ribodimontis, 552. Guillelmus ex Judæo monachus Flaviac., 493. Ad hunc misit Guibertus tractatum contra Judæos, *ibid.* Guillelmus Catalaunensis episcopus, 543. Guillelmus Augiensis comes, 492. Guillelmus Carpentarius, qui se inaniter jactabat, clam ab exercitu aufugit, 399. — Guillelmus de Montispelleris, 423. — Guillelmus Parisiensis episcopus, 442. — Guillelmus ex abbate S. Basoli, post S. Nicasii, episcopus Vivariens., 640. Guillelmus (S.) Fiscanensis plurimorum monasteriorum abbas, 617. — Guillelmus Niveruensis. comes vestem conversorum Carthusiæ induit, 599. — Guillelmus abbas S. Nicolai de Prato, 629. Gunduinus pater S. Salabergæ, 680.

## H

Habitare pro dominari, 88. Hæreditas nostra, corpora nostra sunt, 261. Hæreses potissimum ex Græcis, sive Orientalibus, et Africanis, 371. Hæreses Clementii et Ebrardi, 519. Hai, *questio, confusio*, 54. Haimo Catalaunensis archidiaconus, 555. Halma quid, 266. Hauapum quid, 647. He, esse, 244. Et suscipiens, 248. Et salus, 253. Et ista, 257. Hebræus, *transiens a vitis*, 61. Hebron, *augmentum sempiternum*, vel *visio sempiterna*, 91. Et *partic patio trisyllab.*, 134. Helias interpretatur *Deus meus Dominus*, 284.

Heliardis filia Theobaldi comitis de Risnel, 529. Helinandus episcopus Laudunensis, 490. Ejus acta, 496. Helinandus. V. Elinandus. Helisendis comitissa Augiensis, 493, 634. Helon, *regio campestris*, vel *quercus*, 107. Hemor, *asinus*, 130. Henricus abbas S. Remigii simul et Humblariensis. et Novigentini monast., 490, 617. Henricus comes de Grandprato, 529. Henricus filius ejusdem, *ibid.* Herba quid tropologicæ, 23. Heribertus comes, 618. Hermannii monachi libri in De miraculis B. Mariæ Laud sub nomine canonici. Laudun., 526. Vitam et libb. S. ildefonsi jussu Bartholomæi episcopi descripsit, *ibid.* Herodes spiritum discipline non habuit, 3. Heth, *stupor*, 245. Et *pavor*, 249. Et *enarratio*, 253. Et *vita*, 258. Hethæus, *stupens*, 177. Henæus, *peissimus* vel *ferus*, 130. Hibernorum mercatorum consuetudo, 541. Hibertus. Vide Ibertus. Hilandus V. Elinandus. Hildebertus consul Arvernæ, 673. Hildefonsus. Vide Ildefonsus. Hilduinus comes Rociensis, 528. Hieronymus (S.) a Judæis sanctus interpretis appellatur, 266. Hierosolymitanam expeditionem qua mente susceperint Christiani, 370. Hilgotus ex episcopo Suessionensi monachus, post abbas Majoris monast., 588. Hiras, *fratris mei risio*, 138. Historicis in rebus qui falluntur quare excusandi, 369. Holocaustum. totum incensum, 291. Homicida est qui temere aliquem judicat, 31. Homo si in obedientia perstitisset nil in se contrarium sentiret, 9. Creatus enim fuit absque animi carnisque inordinato motu, *ibid.* Homo seipso nullum hostem inferiorem experitur, 15. Impotentia hominis post lapsum ad motus reprimendos, 22. Ejus supra bestias præeminentia unde petenda, 24. Homo pro aliis hominibus quare mori debuit, 270. Cur Deo similis homo, 312. Nil sibi præter peccatum arrogare debet, 457. Homo de tribus redditus estrationem, 644. Honoris, quo aliquem quispiam prosequitur, causam ignorans, facile hallucinatur, 353. Horæ felices duodecim, 296. Hortatur utiliter ad virtutes, qui vigilantia cura prius earundem exercitio incubuit, 6. Hostia in altari consecrandæ quanta cum reverentia fiabant, 564. Hubertus Silvanectensis episcopus, 501 et 543. Hugo Magnus regis Philippi filius iter Jerosolymitanum arripit, 384. Imprudenter agit, 389. Strenuus, 417. Genu sagitta percussus occubuit, 442. Hugo Suessionensis episcopus, 442. Hugo comes Claromontanus, 529. Hugo decanus Aurelianensis; episcopatu absque electione donatur a rege, 514. Hugo I Abbas Præmonstratensis, 546. Capellanusepiscopi Cameracensis, 548. Quomodo secutus S. Norbertum. *ibid.* Ædificat Præmonstrat. Monast., 549, 629. — Hugo Humblariensis abbas, post episcopus Albanensis, 553. Hugo ex priore S. Joan. Laudunens. abbas Humblariensis, 553. — Hugo Burgundiæ dux terrenis rebus renuntiat, 674. — Hugo Bituric. archiep. in Majori-Monast. sepultus, 587. Hugo de Baccen, 646. — Hugo de Calvomonte, 588. — Hugo (S.) Gratianopolit. episcopus. vices gerens abbatii præerat Carthusiensibus, 598. — Hugo ex decano Aurelian. episcopus. Laud., 647. — Hugo Suessionens. episcopus, 626. Hugo vicecomes Carnot. 664. — Hugo Diens. episcopus. Galliarum legatus, 673. Humilis dicitur ab humo, 26. Ex humilitate superbia nascitur, 54. Humilitas mons appellatur, 85. Humilitatem nescit qui terrenis intentus est, 112. Humilitas locus electorum, 181. Speciale donum Spiritus sancti, 288. Humilitas proprie animos sanctitate vestit, 291. Ex adversitate probatur, *ibid.* Excellentissime aliis virtutibus præeminet, 292. Humilitas exercendæ causa peccatum originale, 316. Sine ea nulla virtus, 317. Ejus prærogativæ, 318. Hanc horret Satan, *ibid.* Humilitas charitatis munimine roboranda, 623. Mater virtutum et nutrit, 644. Duplex humilitas, *ibid.* Necessarione de habitis virtutibus superbiatur, *ibid.* Humblariensis monasterii descriptio, 616. Primo nonna, deinde monachi in eo, *ibid.* S. Hunnegundis I abbatissa, *ibid.* Bernerus I abbas, *ibid.* Henricus abbas, *ibid.* Hunnegundis (S.), 617. Hypocritæ, quare dura sustinent, 361. Qui per hypo-

crysim prosperatur, palam postea peccat., 77. Hypocritarum altaria, 218.

## I

Ibertus vicedominus Landunensis, 303.  
 Idumea, *terrena*, 226.  
 Ildelfonsus Vrayet, 636. — Ildelfonsi (S.) vita et scripta, 326. Virgine casulam accepit, *ibid.* Ildelfonsus Hispaniarum rex, 528.  
 Imaginis et similitudinis discrimen., 21. Quomodo simus imago Dei, 21 et 22. Quænam est imaginum veneratio apud Christianos, 279. Idiotis tantum et hebetibus necessaria, *ibid.*  
 Impios (in) qualia Dei munera, 22.  
 Impenitentia inseparabilis, mors animæ, 79.  
 Impossibilitas animi vera stabilitas, 92.  
 Inanis et vacuum homo quid, 10.  
 Inauris obedientiæ symbolum, 96.  
 Incarnatione (de) Dei disserere nisi vitæ integer non præsumere debet, 264. Pro incarnatione Filii Dei homines dignas Deo gratias defendere debent, 263.  
 Includi deforis quid sit moraliter, 44.  
 Indignari minus quam irasci, 502.  
 Inexorabilis Deus quomodo intelligendus, 255.  
 Inferni pœnæ non materiales, 363. Quid fetus et stridor dentium, 364. Igne materialium animas torqueri dixit B. Greg., *ibid.* In inferno cur dives Lazarum non se mitti rogat ad fratres, *ibid.* Quare saluti fratrum consulebat, 365. Quanta damnatorum tormenta, *ibid.* Quæ acerbior pœna, *ibid.*  
 Ingelrannus Botuensis, 497 et 515 — Ingelrauni episcopi Laudun. gesta, 496 et 497. — Ingelraunus de Fera, 558. — Ingelraunus Botuensis, 641. — Ingelraunus de Carreta, 628. — Ingelrannus Codiciacens., 628, 629 et 822.  
 Ingenium quo intenderis, ibi valet, 293.  
 Iniqui nox, 13. — Nullius iniquitas potest judicari digna morte æterna in hac vita, 37.  
 Injuria qui non repellit ubi potest, similem reatum incurrit, 2. Injuriam ægre remittimus, 456.  
 Innocentii II epistolæ tres, 688 et seq.  
 Insegniis lupi appellantur, 507.  
 Institutum vitæ arduum, lignum pomiferum, 16.  
 Insulæ monasterium a B. Geremaro construitur, 668.  
 Intelligentia ad bona sola pertinet, 425. — Intellectus pater spei dicitur, 86. Intellectus ad divinam, ratio ad humanam attinet, 157. Intellectus dominus rationis, 160.  
 Intentio Deum quæretis quæ, 14. Intentio prava nubes inter nos et Deum, 255. Intentio quam pura esse debent in exercenda virtute, 322.  
 Iræ qui initium non subruit, luxuriæ pondus aliquando ferre non sufficit, 318.  
 Ismael, *obediens sibi*, 68.  
 Israel, *princeps cum Deo*, vel *dilectus Dei*, 128. Vel *dilectus Dei*, 164. Et *vir videns Deum*, 204 et 273.  
 Italus presbyter et præpositus, 684.  
 Ivo Nigellensis, 534, 527. — Ivo de Trigel episcopus, 795. Ivois Carnotens. episcopi epistolæ duæ, 664. — Ivo abbas, 523. — Ivo Cluniac. prior et San-Quintiniana urbe oriundus, 474. Ivo Carnatensis episcopus, 532. — Ivo præpositus regius Laudunensis, 501.

## J

Jacob Judæos significat, 274.  
 Jacobus (S.) quemdam, qui sibi mortem consciverat, ad vitam revocavit, 522.  
 Jejunia in pauperibus non laudabilia videntur, 457.  
 Jeroboam, *temporalis*, 184. Et *dijudicatio populi*, 224.  
 Jerusalemitanam expeditionem rationibus suadet in concil. Claromont. Urbanus papa, 378. Via Dei appellatur expeditio Jerusalemitana, 379. Quanta mentis alacritate sese et divites et pauperes huic expeditioni accingunt, *ibid.* Insigni contra Turcos poliuntur victoria, 391 et seq. Jerusalemam petit exercitus Christianorum, 427. Jerusalemam circumcidit, 428. Civitatem vi et armis ingreditur, 431. Parvuli cum patribus Jerusalemam profecti, 440. Parvulorum exercitus, *ibid.* Nudi pedum, 441.  
 Joannes Augensis comes, 633. — Joannes Bapt. de Boulogne, 601. Joannes abbas S. Vincentii Laudun. Historiam universalem duobus vol. comprehensam contexit, 652. — Joannes Blesens. comes advocatus Majoris-Mondire monachos vexat, 592. — Joannes Despagnyes abbas Novigenti, 630.  
 Joannes de la Rochefoucault abbas Majoris-Mond. diversis encomiis celebratur, 595. — Joannes de Rochers abbas S. Vandregesilli, 610. — Joannes de Launoy, 593 et 615. — Joannes de Longueval, 630.  
 Joannis Cassiani collationes Patrum peritiles, 5. — Joannes comes Suesion. Judaica dogmata sectatur, 264. — Perversi ejusdem mores, *ibid.* et 263, 318. — Joannes (S.) evangelista laudibus alloquitur, 310.

Joannis (S.) Laudunensis monasterium succensum, 508. Quædam sanctorum corpora in ecclesia exusta, 509. Abbatissa Reinsendis interficitur, 517. Fundatrix et prima abbatissa S. Salberga, 552. In abbacia S. Joannis septem ecclesiæ, *ibid.* Prærogativæ ejusdem abbatissæ, 553. Ejectis monialibus sufficiuntur monachi, *ibid.*, 653. Drogo I abbas, *ibid.* Diluuntur objectiones commutationem monialium in monachos improbantium, *ibid.* — Joannis (S.) Laudunens. ecclesia ad unius sacerdotis administrationem reducta, 641.  
 Joannis (S.) Baptistæ caput olium Constantinopolitani et monachi Angeriacenses habere contendebant 336, 375. Variæ de hac re opiniones, 566.  
 Joannes S. Michaelis Terasc., 552. Joannem abbatem S. Geremari a puero nutrierat mater Guiberti, 493.  
 Joas, *sperans*, 184. Et *mora Domini*, 224.  
 Joathan, *consummatio vel perfectio*, 183.  
 Job conjugatorum statum perfectum repræsentat, 711.  
 Jod, *confessio*, 249. Et *principium*, 254. Et *desolatio*, 158.  
 Joellus de Totenes, 540.  
 Joffredus Samurensis dominus monachus effectus, 521.  
 Jorannus ex abbat S. Nicasii cardinal., 639.  
 Jordana de Sartola, 635.  
 Jordani, *descensus eorum*, 179.  
 Josue castos et qui baptismalem candorem servarunt, designat, 315.  
 Jovinus fundator S. Nicasii Remens., 636. Inibi illius sepulcrum celeberrimum, *ibid.*  
 Judam vere corpus Domini in Cœna suscepisse SS. Augustinus et Leo, minime S. Hilarius et Victor Capuanus, asserunt, 282. Accepisse probat Guiberus, *ibid.* Buccella ei a Christo porrecta signum fuit quidem proditionis, sed non Christi corporis, *ibid.* — Judas, vel *confitens*, vel *conglorificans* dicitur, 417. Et *confessio*, 138.  
 Judæa, quare terra sancta, 378.  
 Judæorum errores et blasphemie circa Filii Dei Incarnationem, 261. Quam imperfecta eorum sacrificia et cæremoniæ, 276. Temporalia solum eis promittebantur in lege, 276. Exteriora appetebant et quærebant interiora non curabant, 277. Stupentes et alieni filii, 273. Judæorum pontificia et templa adnihilata, 278.  
 Judicare de interius nequit homo, 267.  
 Judicium in ipso mortis puncto profertur a Deo, 323. Post extremum judicium mundus fiet purus, 393. — Judicium aquæ et ferri candentis, 520, 661.  
 Judith uxor Richardi ducis Norman., 721.  
 Jugellus Eliensis episcopus, 755.  
 Jugum Christi qua ratione suave, 645.  
 Juhellus de Meduana, 781, 794.  
 Julia-Bona unde sic appellata, 781.  
 Juliana filia Rotholdi comitis Perticensis, 429.  
 Jumenta quid tropologicè, 19 et seq.  
 Justa, mensura solita vini, 587.  
 Justum nimis esse non oportet, 190. Justorum casus fit eis materia standi, 241. Justos quare affligit Deus, 267. Eos sæpius adversitatibus afficit, et cur non reprobus, 333. Justi nomine se quis non privat, qui peccando ex fragilitate habet resurgendi intentionem, 476.  
 Justi (S.) reliquias percussus mulcitur, 521.  
 Juventus, symbolice superbia et fatuitas, 63.

## K

Kalendæ a convocazione sunt dictæ, 291.

## L

Laban, *candor*, 96.  
 Labore manuum qui teneantur monachi, 581. Nihil haberi potest sine labore, 33.  
 Lac B. Virginis asservatum negat Guibertus, 576, 355.  
 Lac B. Bernardo utrum infuderit B. Virgo, 577.  
 Lætari interius, exsultare exterius, 206.  
 Laici qui in negotiis sæcularibus solertes, servitio divino mancipatis et Theoriæ sacræ incumbentibus inserviunt, plurimam Dei consequuntur gratiam, 15.  
 Laneth, *disciplina*, 38. *Sermo*, 249. *Cor servitutis*, 245.  
 Lanceam, qua Christi latus perforatum, absconsam Autiochæ per visum asserit S. Andreas, 413. Repertur ibidem in ecclesia Sancti Petri, 416. Veritas comprobatur, *ibid.*, 447.  
 Lanfrancus docet in Normannia, 579.  
 Lanscelinus Belvac. comes fundat monasterium S. Sepulcri de Villaribus, 603.  
 Laodicæna vnde, 422.  
 Latiniacens. abbacia ditissima, 551. Radulphus eidem præficitur, *ibid.*  
 Latus pro *incauto*, et *adjulare* ponitur, 29 et seq. Qui laudantur, mala sua occulte commissa non æstimant, 37.  
 Lauduni destructio a quo sumpsit initium, 496. Laudunenses episcopi, *ibid.* et seq., et 557. Biennio vacat sedes, 498. Ecclesia Laudun. totius Gallie florentissima, 592.

Perversi Laudunensium mores, 503. Laudunensis urbs maxima parte incenditur ac destruitur, 506 et 528. Neces diversæ, 506. Ecclesie et ornamenta conflagrarunt, 507. Urbs diripitur a Pageusibus, 510. Destructio seu flagratio accidit, ann. 1112, 511 et 543. Quanta mala Laudini ipsa tempestate patrata, *ibid.* Præsagia præfata prenuntiantia, *ibid.* SS. reliquie circumferuntur, erogandarum pecuniarum gratia, ad restaurationem Ecclesie, 512. Fundatur a S. Remigio, 527. Primus episcopus S. Genehaldus, 528. Dedicatio ecclesie post restorationem, 543. Affatim ditata major ecclesia Bartholomæo pontif., 554. Laudunenses iterum anno 1177 commoverunt urbem, 660. Lauduni descriptio, 682.

Laurentius (S.) de Cala, 531.  
Laus humana tentat voluntarie pauperes, 150.  
Lectio quænam utilis ad mores probe instituendos, 5. —  
Lectio nis disputatio matutina quotidie in monasterio Sancti Geremari, 669.

Leges naturalis, Moysis, et gratiæ veluti pueritia, adolescentia, et ætas perfecta a Deo dispositæ, 276. Quomodo non bona, et quomodo sancta lex hominibus, 277. Lex nova amoris est, *ibid.* Vetus terroris, *ibid.* Nova lege vetus abrogatur, *ibid.* Vide etiam Vetus Testamentum.

Leodegardi sanctimonialis Flaviaci, 479.  
Leodegarius Vivariensis episcopus, 305.  
Leonius abbas S. Bertini, 545. — Leonius abbas Sancti Michaelis Tiracensis, 629.

Lescius (de) cœnobium, 529.  
Letaldus eques primus muros Jerosolymæ ascendit, 431.  
Lenca ex nuo milliario et altero medio, 644. Tres miliarii duas leucas faciunt, *ibid.*

Lendulphus episcopus. Noviom., 618.  
Libero (ex) arbitrio præveniente gratia fides constat 293. Suo, sed non libero abusus arbitrio Adam, 347.

Libertus Cameracensis episcopus, 637.  
Libido nostra ad illustrationem Dei quiescit, non deficit, 45. Libidinis incrementum quid efficiat, 48.  
Ligna pomifera tropologica, 23. Omne lignum paradisi quid moraliter, 28. Quid lignum vitæ, 34. Quid lignum coudicere in holocaustum, 85.

Liliorum proprietates, 308.  
Lisiardus Belvacensis archidiaconus, 487, 616. Non fuit episcopus Suessionensis, *ibid.* Lisiardus episcopus Suessionensis, antea præpositus ejusdem ecclesie, *ibid.* Præpositus subscribit litteris, 625. Item aliis, 626.

Lites inter religiosos viros motæ extingui debent, 506.  
Litterarum obsignandarum modus Romæ diversis temporibus variavit, 569.

Locus noster Deus est, 15. Locus noster bona intentio, 82. Locus noster hic mundus, 75. Locus timore vacuus cor tepidum, 79. Locus sacri eloqui, cor nostrum, 51. Locus se diligentem Christus, 126. Locus electorum humilitas, 181. Locus noster Dei timor est, 185.

Lot declinans, vel vinculus, vel ulinam, interpretatur, 73.  
Lucas, abbas Cuissiacensis, 550.

Luctatores antiqui, quare nudi, et uncti ad palestram exercebantur, 12.  
Ludovicus Pot abbas S. Launomari, tum Majoris-Mo, ac tandem episcopus. Tornacens. et Lectorens., 595.

Ludovicus Grossus Francorum rex scrophas curavit, 331. Laudatur, 505. Corruptis hominibus et avaris indulgentior, *ibid.* Morti proximis fieri monachus Benedictinus peroptabat, 615. Cilicio et cineri se imponi præcepit, *ibid.* — Ludovici Pii imperat. epistola, 623.  
Lumbi et renes pro carnalitate, 268.

Luxoviensis monasterii descriptio, 580. — Luxovium celebre monasterium, 463.

Luxuriæ occasiones fugiendæ, 28. Luxuria senes identidem acrius urgentur, 311 et 321. Luxuria aliquando inficiuntur qui vitam austeram ac virginitatem sunt professi, 321. Luxuriosus quantis malis coarctatur, 323. Luxuriæ appetitus, anxietatis, satietas plena pœnitentiæ est, 324. Vide Castitas, Fornicari.

Lysiardus episcopus Suessionensis nobilitate et scientia clarus, 367.

## M

Maglorii (S.) Parisiensis abbatia tribuitur Majori-Monasterio, 588, 591.

Mainardus abbas S. Nicolai Pratensis, 646.  
Maiolus (S.) ordinem monast. revocat. in Majori-Monasterio, 587.

Majus-Monasterium quo in loco situm, 586. Abbatum Elenchus, *ibid.* et seq. Fuit destructum a Normannis, 587. Clerici per aliquot annos incolere, *ibid.* Instauratur, et monachi ab Odone Blesensi comite, et S. Maiolo stabiliuntur, *ibid.* Stephanus comes confirmat concessa ab eodem Odone, *ibid.*, Privilegio Paschalis II a jure episcopali exi-

mitur, 588. Annuatim a rege Angliæ olim xxx marcas argenti percepit Majus-Mon., 589. Societates et orationes monachorum. Majoris-Mon. quam impense nobiles viri expostulant, 590. Dispensator non abbas Robertus vult appellari, 591. Ministri non abbates vocitari solebant, *ibid.* Prioratus tenuiores plures in nuum reducuntur, 591. Joannes Blesensis. comes advocatiæ causa dire vexat monachos, 592. Majori-Monast. privilegium indulsit Nicolaus papa V, 593. Abbas Majoris-Monast. propensus ad obtemperandum SS. pontifici, 594.

Magistris (in) quæ requirantur, 461.  
Maliometi gesta, 372. Unde suum hausit venenum, *ibid.* Ducit viduam in matrimonium, 373. In epilepsim incidit, *ibid.* Qua arte fecit legem, *ibid.* Mors ipsius, 374.

Maledictio pro defectu, 49.  
Manasses, Suessionensis episcopus, 518.  
Manasses Simonince archiepiscopus Remensis, 463. see 467. Improbi ipsius mores, *ibid.* Ejus genealogia, 528.  
Manichæi hæretici, 520. Manicheorum hæresis renovata, 662.

Marasis urbs, 396.  
Marcelli (S.) meritis presbyter sospitati redditur, 521.  
Mare, sæculum vel caro tropologica, 59.  
Margarita regina Navarræ, 529. Margarita Hugonis Claromontis uxor, *ibid.* — Margarita uxor comitis Flandriæ Caroli, *ibid.*

Maria. S. Magdalene die festo qui araverat, plectitur, 304.  
Maria (B.), gratissima est ipsi Salutatio angelica, 307. Psalmus XLVII, *Magnus Dominus*, etc. de B. Virgine interpretatur, *ibid.* Civitas est ad quam confugiunt peccatores, 308. Liliium, *ibid.* Angelos longe superat, 314. Corpus ipsius in cœlum fuisse sublatum asserere non audet Ecclesia, 335. Nefarium tamen eat credere illud corruptioni derelictum a Filio, *ibid.* Ratio suadet in cœlum fuisse assumptum, *ibid.* Quidquid supra omnem creaturam est post Filium, beatæ Virgini tribuit Spiritus sanctus, 358. Ipsi revelavit Christus quæ de se futura erant, *ibid.* Non primo ei apparet Christus post resurrectionem, *ibid.* Illi posse subest cum vult, 459. Ejus imaginis facies tristis apparet, 483. Missa de B. Maria, 484. Mariæ nomine invocato fugatur dæmon, 487. Camisia et capilli ejusdem Laudani, 512. Interemit hæreses, 261, et perambulantes in delictis, *ibid.* Qui in partum ejus disputat, in Spiritum sanctum blasphemat, *ibid.* Fide munditiam Christo præparavit in utero, 262. Potuisse parere probatur, 265. Supra hominum puritatem pudicissima fuit, 268. Quare virgo, 267 et 273. Decursus aquarum, non stagnum, 278. Stella 273 et 300. Quare homines tam impense diligat, 287. Angelo si lem cur cito adhibuerit, *ibid.* Fides ejus quanta, *ibid.* Virtutum plenitudo causa cur Dei Filium conceperit, *ibid.* Principium novæ gratiæ, *ibid.* Deum in se substantialiter continuit, 288. Quia corporaliter plenitudo divina in ea habitaverit, status illius præstantior in hac vita, quam in cœlo, *ibid.* Quam beata, *ibid.* Ad quid obumbravit eam Spiritus sanctus, *ibid.* Crevit in ea sapientia et cognitio rerum sicut in Filio, *ibid.* Gloriosissima post Filium, quod ejus præ cæteris hominibus imitata fuerit humilitatem, *ibid.* Thronus est eburneus Salomonis, *ibid.* Supparem quodammodo se Deo prodigiis ostendit, *ibid.* Porta orientalis, 290. Quare vox aquarum multarum, *ibid.* Quandiu stabit mundus, verbis et scriptis laudabitur, *ibid.* Absque Maria Ecclesia nisi miseria, *ibid.* Ecclesia illustratur Maria, *ibid.* Nulli titillationi carnis unquam subjecta, *ibid.* In ejus utero electos Christus sibi incorporavit, 291. Clarius omni creatura Deum videt et cognoscit, *ibid.* Gratia plena continuo fuit, 292. Verbum quod ex B. Virgine sumpturus erat sibi convit, *ibid.* Ad quid in salutatione angelica turbatur, 293. Summæ ipsius humilitatis ratio, *ibid.* Humilitatem, suam vilitatem appellat, 294. Quare morose assensum præbuit angelo, *ibid.* Eam præparavit Christus antequam in ejus utero conciperetur, *ibid.* Gratia B. Virgine præveniens effecit ut Christi conceptionem promeretur, *ibid.* Cur Elizabeth B. Virgini ab angelo proponitur, 295. Dies est, 295. Porta, *ibid.* Nubes quæ pluvias effudit, hoc est scientias, 296. Ejus caro Dei Filio unita, adoranda, 297. Imperat cœlo, terræ, inferis, *ibid.* Honor et cultus ipsius in dies augetur, *ibid.* Ultrix injuriarum, *ibid.* Proprium ipsi est misereri, *ibid.* Sequester inter Deum et homines, *ibid.* In ejus Assumptionis festo quare Evangelium *Intravit Jesus*, etc., legitur, 298. Conscientia B. Virginitis castellum, *ibid.* Tota ipsius vita silentium et modestia, *ibid.* Inimitabilis humilitas, *ibid.* Activa vita, *ibid.* Contemplativa, *ibid.* Quanta pro Christo sustinuit. Licet diversis occupationibus et afflictionibus detineretur. nunquam a Filii divinitate contemplatione et fide destitit, 300. Continuo Dei visione potita, *ibid.* Spiritus sanctus in ea abolevit originale et actuale peccatum, *ibid.* Ob inopiam concionatorum patrat miracula B. Virgo, 302. Miracula ab eodem

edita, 302, 304, 306, 512 et seqq. 555. Miraculorum ejusdem lib. ab Hermano, 526.

Maria (S.) Dei mater concepta est absque nœvo peccati originalis, 561 et seqq. B. Virgineum corpore in cœlum assumptam non certo asserit Ecclesia, 565. Certissime id tenet Guibertus, *ibid.* Lac utrum reliquerit in terris venerandum, 575. Non lacte sed candido liquore foravit aliquando sui amantes, 576. Haud B. Bernardo iussit, 577. Missa quotidie de B. Maria in monasteriis Benedictinorum decantari solita, 616. Ipsi antequam nasceretur Christus templa dedicata, 617. Nuces produxit, quo modo, 645. Imago fuit Domini corporis, *ibid.*

Martini (S.) Laudun. ecclesia, 544. Evasit celeberrimum monasterium 546; quingenti in eo religiosi, *ibid.* S. Martini religiosorum quanta paupertas, *ibid.* Ob eleemosynam et hospitalitatem quam in pauperes exercuerunt, ditissimi sunt effecti, *ibid.*

Martyrem facit justa causa, 334. Idola destruens qui occidit, non martyr habendus, *ibid.* Martyres spiritualia spiritualibus comparant, 361. Martyrii palam plures adepti in expeditione Jerosolym., 405.

Masphat, *contemptatio*, vel *judicium*, 60.

Mastigia quid, 648.

Mathomaria quid, 418.

Matthæus vir nobilis martyrio coronatus in expeditione Jerosolymitana, 405.

Maurilius (S.) Rothomagensis archiepiscopus, 631.

Memoria prætorum vitiis nos ad ea irritat, 78.

Mensis decimus creationem hominis significat, 47. Tres menses quid tropologice, 141.

Mente simplicis nil felicius, 8. Mentis cœcitas cavenda, 11.

Mens humana abyssus, 11. Mens hominis ante peccatum paradisi, 26. Mens a Deo non illuminata, nil serium, stabile aut certum carnis motibus persuadere potest, 75.

Merita ubi nulla, nec opes, 287. Meretur gratiam fides, 332.

Michaelis (S.) Ullerioris-Portus abbatia, 493. Fundatio, 631. Confirmatur, 633. Direpta a Joannis comitis militibus restituntur, *ibid.* Abbatum nomenclatura, *ibid.*

Milesendis mater Ingelranni Codiciac., 628 et 629.

Milliarium unum faciunt stadia octo, 644.

Miracula per B. Virginem patrata, 302. Fides sæpius causa miraculorum, 357. Juge miraculum olim Jerosolymis de igne divinitus accenso quotannis, 450.

Misericordiam inter et miserationem quæ differentia, 262.

Misericors Deus, quare, 456.

Missæ sacrificii tempore hostiæ in pyxide relictæ inscio sacerdote hauri sunt sacratæ, 340. Quia requiritur offerentis intentio, *ibid.* Si panis aut gutta vini inscio sacerdote subjiceretur, non consecraretur, *ibid.* Missa de B. Maria, 484. Defectus inter sacra facienda infortunia prænuntiant, 516. Presbyter dum missam celebrat veneno interficitur, 521. Missam in domo privata faciunt clerici, 538. Missam quotidie S. Geremari faciebat, 669.

Mitra non vult uli abbas Majoris, ut lites archiepiscopo inter et ipsum exortas dirimeret, 501.

Mollities carnalis interna corruptit et externa, 40.

Monachum qui ab infantia induerunt ruina existeret monasticæ disciplinæ, 463. Monacho, qui inscio abbate pecuniam absconderat, quid evenerit, 482. Monastica institutio fugaque sæculi virginitati tuendæ optimum remedium, 324. Monasticæ vitæ restauratio, 463. Monachi quomodo sunt mundo mortui, 379. Monachis paupertas laxandi regularem disciplinam præbet ansam, 580. Murnuris et impatientiæ causa, *ibid.* Monachorum perniciis a sancta conversatione deviatio, *ibid.* Regularis observantia omnium bonorum origo, 581. Monastica institutio rerum temporalium abundantia conservatur, *ibid.* Labore manuum tenentur monachi duplici tantum ex causa, *ibid.* Egrotos sæculares dum visitant monachi, exire debent et cubiculo mulieres, 584. Monasteriorum bona ad quid collata, 586. Societates et preces monachorum quam impense requirunt nobiles viri, 590. Ritus quibus id fieri solebat, *ibid.* Monachi singuli in villis aut oppidis non commorentur, 592. Cum a regulæ observantia deficient monachi, opibus orbantur, *ibid.* Cur ab episcoporum jure eximuntur, 598. Plures nobili genere orti sæculo undecimo effecti sunt monachi, 599. Tabula seu malleo ligneo convocantur monachi, sive excitantur a somno, 614. In extremis positi olim cineri cilicioque imponebantur, *ibid.* Quid circa eosdem agi solebat, *ibid.* Extrema unctio et eucharistia monachis morti proximis qui porrigebatur, *ibid.* Quomodo erga superiores qui delinquant se agere debeant, 624. Monachum episcopo dignum abbas dare debet, 625. Monachi ad succurrendum quinam, 634 et seqq. et 834. Deonandi religiosi, *ibid.* Monachi S. Nicasii bonis paternis succedere possunt, 640. Monachi electi ad orandum, et

quare, 644. Ex præcepto episcopi assumunt officium predicandi, et docendi, *ibid.* Lectionis disputatio mane fieri solita in Monasterio S. Geremari, 669. Apostolicam vitam ducit monachus, 677. *Vide Religiosi.*

Monasteria olim ditata a nobilibus diripiunt filii, 467. Monasteriorum facultates haud sæcularibus tradendæ, 602. Nec sæcularem potestatem præficere monasteriis oportet, *ibid.* Quia nosse debet quid sit præesse, etc., *ibid.* Monasteriorum societatis formula, 607. Monasteriorum monachorum iuxta ecclesias sanctorumiales extruunt ædes, 603 et 612. Diversorum monasteriorum qua ratione abbas unus præfici potest, 617.

Monasteriolum, cœnobium monialium celebre, 551.

Monastica regula ad urbis tutelam constituitur, 649.

Monastica institutio, conversatio sancta, 662.

Monetæ adulteratores ementulantur, 504.

Monialis Broturburgensis monasterii sociæ post mortem appareat, 333.

Monomachia. *V. Duellum.*

Mons de Guarda, 532.

Montani (S.) caput, 535.

Mori quare hominem Deum necesse fuit, 270.

Morti proximi olim Christiani, sed maxime monachi, cilicio et cineri imponebantur, 482. 614 et seqq. Quid circa ipsos agi solebat, *ibid.* Mortis dies, judicii dies est. 328. Puncto salvationis vel damnationis sententia profertur, *ibid.* Mors ex peccato, 347.

Mortificatio corporis parit mentis tranquillitatem, 43.

Mortificatio non nisi mœnore acquiritur, 179. *V. Afflictio.*

Moyses terram promissionis quare non est ingressus, 315.

Mulieres juxta monasteria virorum in ædulis commanebant more monialium, 603 et 612.

Mulieres quam strenue militibus inserviunt, 391. Mulier in canem conversa, 486.

Mundus domus diaboli, 95. Mundus post judicii diem fiet purus, 363. Tunc sancti illum inhabitabunt, *ibid.*

Musellæ pensiones, 431.

Mysterium in bonam et malam partem sumitur, 283.

## N

Natura triplici consistit homo, conservans similitudinem Trinitatis, 643.

Naves tropologice significant animas se et alios salvantes, 174.

Necessitas peccandi in Apostolo quæ, 10.

Necessitas peccandi aliquando, 578.

Nephtalim, *dilatavit me*, vel *comparavit*, 117. Et *convorsavit me*, vel *implicavit me*, 175.

Neuterium quid, 261.

Nicæa Romanæ metropolis, et Bithyniæ caput, 389. Obsidetur *ibid.* Capitur, 391.

Nicasii (S.) Remensis abbatie initia et progressus, 630. Abbatum series, 638. Jovinus fundator, 636. Destructum monasterium a Gervasio archiep. instauratur, *ibid.* Diploma instaurationis a Philippo I rege, 637. Monachi ex Casa Dei evocati instituuntur, *ibid.*

Nicasii (S.) ecclesiam Novioduni, 520.

Nicolai (S.) in Sylva monasterium ad perfectam vitæ monasticæ disciplinam reducit, 551. Nicolaus castellanus Laudun., 559, 560.

Nicolai (S.) de Pratis sive Ribodimontensis monasterii fundatio, 645. Destructum monasterium anno 1650, 646.

Nicomedia unde sic dicta, 389.

Nivello de Cherisy Suesionens. episcop. ex familia minorum Petrifontis, 591.

Noe, *requies*, 38.

Nomina unde rebus imponantur, 29.

Non est species ei, etc., quo sensu intelligitur, 269.

Norbertus (S.) Laudun. quin et totum orbem illustravit, 543. Mira ipsius gesta describuntur, *ibid.* et seqq. Remis repulsum passus a papa, 544. Norberto occurrit Bartholomæus Laudun. episcop. *ibid.* Deductus a Bartholomæo, amice est a SS. pontifice exceptus, *ibid.* Lauduni Norberto facit satis papa, *ibid.* Renuit ecclesiam S. Martini Laudun. *ibid.* In desertis locis optat habitare, *ibid.* Præmoustratum eligit, 545. Prævidet magnam sui ordinis propagationem, *ibid.* Septem ditissimi viri e schola Radulphi, Norberti institutioni se subduunt, *ibid.* E duobus sociis, subrepta pecunia, alter aufugit, *ibid.* Norberti visionem explicat Leonius abbas, *ibid.* Norberti multiplex commendatio, 547. In quo differt a B. Bernardo Clarevallæ, *ibid.* Nudis pedibus incedebat, 548. Cauconicus Colonienis, *ibid.* Ditissimus, *ibid.* Quomodo Magdeburgensis archiepiscopus electus, 549.

Notitia sui *V. Cognitiono.*

Novigentum monasterium in diocesi Laudun. 481. Historia contextitur, 487 et seqq. Antiquitas, *ibid.* Sepulcra vetusta in eo inventa, *ibid.* Mira de rege Brito-Saxonum. inibi sepulto, 488. Novigenti descriptio, *ibid.* Antiquum Virgini Deum parituræ templum, *ibid.* Novigenti ecclesia quomodo monachi tradita, 489. Primus abbas Henricus, 490. Helinandus episcopus dedicat ecclesiam, *ibid.* Multa contulit eidem monasterio. *ibid.* Qui Novigenti res abstulerant a Deipara plectuntur, 521. Chartæ omnes labefactæ, 616. Ecclesiæ antiquitas, 617. Novigentini monachi a religione et innocentia vitæ commendantur, 625. Series abbatum ejusdem monasterii, 626 et seqq. Novigentinis ecclesiæ canonicorum Codiciacens. cæstri traditur, 628.

Novitiis quid accidere solet, 14. Vehementer in recens conversos sævit dæmon, 474. Novitii initiandi formula, 585.

Novum Testamentum. V. Lex.

Nox, tempus tentationis tropologice, 75. Nox impius et hæreticus, 695.

Nudipedalia, 430. Nudipedum exercitus ac vitæ genus, 441.

Nun, *unicus*, 246. Et *pascua eorum*, 250. Et *sempiternum*.

## O

Obedientia quantum boni præstitisset homini, si in ea permansisset, 9. Non est vera obedientia sine humilitate et patientia, 95. Obedientia primo homini, non carnis maceratio injungitur, 158. Obedientia ex humilitate, humilitas ex aduersitate probatur, 291. Obedientia charitatis munimine roboranda, 623.

Observantia regularis omnium honorum origo, 581.

Occasio peccandi non nocet, si absit cupiditas, 74.

Oculos (Per) Dei, sancti intelliguntur et docti, 220.

Odo abbas Huneti, 55. Odo abbas S. Symphoriani, 327.

A Guihergo commendatur, *ibid.* Fit episcopus Belvacensis, 562. — Odo comes Blesensis sepultus in Majori-Monast., 587. — Odo Bajocensis episcopus, quid de corpore S. Exuperii egerit, 336. Illius gesta breviter perstringuntur, 435.

Officium divinum in domo privata persolvunt clerici, 538.

Omotarius papa sive episcopus, 679.

Opera nostra, semen nostrum, 16. Opera nostra vix omnino pura, 43. Opera non recta intentione facta dicuntur aliena, 195. Opera libera sunt, non sunt pro laude humana, 209. Corporis opera, non animæ, quæ sunt pro laude humana, 216. Sine operibus fides quando, 329.

Oratione et lectione sensualitas vagabunda retinetur, 72. Oratio pauperis pervenit ad Deum, 82. Oratio Domini oraculum, orationis causa et fructus Dens est, 338. Non verba orationis, sed mentem orantis pensat Deus, *ibid.*

Ordinem sacrum non dare episcopum Simoniacum, necientem vero hanc labem episcopi suscipere falso putant nonnulli, 343.

Orientalis levioris corpulentia et alacrioris ingenii, 371.

Ornamenta ecclesiastica et calices sacrandi potestas abati conceditur, 509.

Os pro mente 603.

Osee, *Salvator Domini*, 183.

Oves fatuitatem moraliter significant, 55.

Ozias, *fortitudo Domini*, 183.

## P

Paganellus, 759.

Pallium archiepiscopi, symbolum fortitudinis, 27.

Paradisus voluptatis, voluntas Dei, 28.

Parochi e monasteriis pendentes de rebus spiritualibus episcopis, et de temporalibus monachis respondere debent, 590.

Parvulus abbas Sepulcri Camerac., 552.

Paschalis papa Divionem venit, 498.

Patrum (A) veterum sensibus haud recedendum, 19.

Non licet eos arguere obscuritatis, *ibid.*

Paulus (B.) quare dextrum, S. Petrus sinistrum obtineant in picturis, 315. Virgo fuit B. Paulus, *ibid.* Qui sepulcrum ejus inspexerant, plectuntur, 337. Caput ejus imperatrici a S. Gregorio denegatur, *ibid.*

Paupertas in monachis et ecclesiasticis viris cur damanda, 580. Murmuris et impatientia causa, *ibid.*

Pauperum (de) sublevandis miseria egregia dicta, 421. Pauperem qui durius pepulerat, æditus castigatur, 485.

Pax belli exacti pretium 95. Pace nihil melius, 606.

Peccandi necessitas quæ, 578. Consuetudinis vialiquando peccamus, 578. Peccandi quatuor modi, 252.

Peccatoribus quæ a prædicatoribus objicienda, 7. Omnes homines peccatores, 270. Peccator justus nomine se

non privat, qui resurgendi intentionem habet, 476. Ad peccatum instimulatus quid sibi objicere debeat, 765. In peccatis lethalibus voluntarie perseverantes, tanquam ebrii et mortui nil vident, nil sentiunt boni aut mali, 10 et seqq. Peccandi consuetudo quam nociva, 7. Ad reprobum sensum perducit, 10. Peccati memoria quando utilis, 34. Peccatum semel admissum potentius surgit, 84. Peccati essentia nulla, 87. Peccatum sine deliberatione minimum, 117. Præter peccatum nil in homine Deo displicet, 262 et 263. Peccatum ubi abest, corporis membra sancta sunt, 265. Pro peccatis satisfacere purus homo nequit, 270. Nullum parvum peccatum quod ad Dei contemptum est, *ibid.* Nemo a peccato immunis, *ibid.* Originale peccatum olim sacrificiis abolebatur, 283. Peccatum tristitia est, 308. Nullum peccatum præter originale nisi ex appetitu animæ, 316, 341. Originale, causa humilitatis exercenda, *ibid.* Peccare alios gravissime, nos vero leviter putamus, 317. Confessio contra lapsus futuros optimum est remedium, 324. Ad quid Deus permittit quosdam in peccata prohi. 48. Peccatum non illico ulciscitur Deus, sed usque dum crimen maturerit, pœna differtur, 411. Præter peccatum homo nil sibi arroget, 457. Ante peccatum, utilis verecundia, minime post patratum, 468. Aliud est infirmitas aut ignorantia peccare, aliud superba deliberatione, 48. Peccatum qui nequaquam deserit propter Deum, non et dono gratiæ, 643. Peccatorum recordationes clavi justitiæ, 644. Peccatum nisi homo Deus dimittere potuit, 696. A peccato originali quinam mundabantur in veteri et nova lege, 282.

Pecora quid tropologice, 49.

Pelagius Brito, 371.

Pellis, tropologice memoria, 102.

Pentalli monasterium, 668.

Percutiet terram virga oris sui, quid signet, 267.

Perfectionem Christianam profiteri cupientibus Christus imitandum proponitur, 16. Quisnam dicatur perfectus, 40. Perfectissimorum est de se per quam humiliter sentire, 293.

Petrus a B. Virgine insigniter sospitati redditur, 304. Petrus Claudii abbas S. Remigii, 629.

Petrus eremita ad expeditionem Jerosolym. ducit exercitum, 380. Per Galliam disseminat verbum Dei, 381. Ipsius vitæ genus. *ibid.* Pili ex ejus mulo pro reliquiis extrahebantur, *ibid.* Militum ejus dissolutiones, *ibid.* Constantinopolim venit, *ibid.* Clam aufugere tentat, 399. Ad Curbaran Turcorum principem allegatur, 417. Pii operis executor, 436. Publicas supplicationes ordinat Jerosolymis, *ibid.*

Petrus Cluniac. monachus, papæ cubicularius, 499. — Petrus de Podio ex abbate S. Florentii abbas Majorismo, 593. — Petrus abbas S. Luciani, 604. — Petrus de Fresencurt, 628. — S. Petri Dunensis ecclesia monachis Bonæ-Vallis datur, 664.

Philargyria, pecuniarum amor, 482.

Philippus I, rex Franc. Ob peccata gratia scropharum curandarum divinitus subtrahitur, 331. Excommunicatur ab Urbano II papa, 377, 496.

Philomena urbs, 415.

Phison, *os pupillæ*, 27.

Pietas, dies secundus, 14. Quid efficiat, 15. Generat scientiam, 16. Pietate superatur potentia, 262.

Pili significant substantiam sæculi, 273.

Pœna damnatorum, 363.

Pœnitentibus quid accidat, initio conversionis, 14. Pœnitentia bonorum est a Deo, 39. Pœnitentia debet penetrare medullas animæ, 40. Pœnitentibus quid promittat Deus, 47. Ad pœnitentiam conversi quare afflictionibus atterantur, 315; et contemplationis donum eis eisdem denegatur, *ibid.* Pœnitentes dolet dæmon, 417. Inanis sit absolutio renitentis, 672. Partem pœnitentiæ B. Simoni indictæ sibi retinuit summus pontif., et aliam religiosis distribuit, 673.

Ponti (S.) miraculum, 661.

Prædestinati in peccata corruentes quomodo a Deo reunguntur, 346.

Prædicatio V. Concio. Quænam prædicatio utilis, 5 et seqq.

Prædicatores. V. Concionatores, et seqq.

Prælatorum officia, 492. Prælati quid agere debeat, 598. Optima prælato documenta, 623. Erga prælatos delinquentes quomodo se gerere debeant subditi, 624.

Præmonstratensis ordinis primordia, 545 et seqq. Præmonstrati etymon, *ibid.* Præmonstrat. ecclesia juri abbatis S. Vincentii subacebat, *ibid.* Hugo primus abbas, 516. Moniales ejusdem ordinis, *ibid.* Capitulum generale quotannis, *ibid.* Quantus abbatum et monasteriorum numerus, 517. Præmonstrat. ordinis quid contulerit Bartholomæus episcopus, *ibid.* Mira monialium Præmons. rat. conversio, *ibid.* Decem millia eorumdem, 548. Fundator Præ-



monstrat. monast. 549. Quam elegans et amplum, 550. Præmonstratum. S. Norberto concedunt monachi S. Vincentii Laud. 650. Præmonstratensibus mediam partem loci in quo sita est ecclesia S. Martini, dant iidem monachi, 651.

Præpositus et presbyter monialium, 648.  
Præputium Salvatoris nullum in terris, 338, 575.  
Præsentia magis solent quam æterna diligi, 82.  
Presbyteris uxores ducere prohibetur, 579. V. etiam Sacerdotes.  
Principes, sensus exteriores, 210.  
Prioratus Majoris-Monast. sæculares ne possideant sub excommunicationis pœna prohibet Lucius papa III, 591  
Prioratus tenuiores in unum reducuntur, 591.  
Privilegia singulorum legem non faciunt, 353.  
Prognosticon de Guiberto, 491. De Gualderico episcopo.  
499. Prognostica in episcoporum consecrat. et abbatum ordinatione, 625.  
Progressus animi, desiderium, 85.  
Promissa qui non implet, falsitatis aut tenuitatis arguitur, 329. Quæ promissioni serviendi Deo retributio, 51.  
Prophetis Deus se figuris et signis ostendit, 359. Quas a Deo acceperunt notitias, aperire nequeunt, 361. Inde comparationes Deo indignas ascribunt, 362.  
Prosperitas, dies, 13. Prosperitatibus homo sordescit, et illaqueatur, 643.  
Prudentia sæcularis quæ Deum intendit, grata Deo, 15.  
Prudentia, quid, 27.  
Pudicitia sine humilitate perseverare non potest, 222.  
Pudor humanus non est criminis extinctio, sed dilatio, 47. Unde pudor, 263. Quare pudenda teguntur, *ibid.*  
Puerorum Deo in monasterio offerendorum formula, 585. Ex puero novenni mulier concepit, 295.  
Pugillum quid, 285.  
Pulchritudo sine virtute nihil prodest, 456. Pulchritudo æstimanda, 457.  
Pultheriensis monasterii tabulæ foundationis, 653. Romæ pontifici subiacitur, 655 et 656.  
Purpurati nummi, 398.  
Pyrro quidam pro martyre falso cultus, 330.  
Pyrus urbis Antiochensæ turres tres tradidit Christianis. 406 et seqq. Infelix ipsius finis, 422.

## Q

Quilii regis Britosaxonum mira conversio et gesta, 488. Litteras, *ibid.* Benignas, *ibid.* Regnum abdicat, *ibid.* Novigenti hospitatur, *ibid.* Jerosolym. baptizatur ab apostolis, 489. Quilii nomen imponitur ipsi, *ibid.* Obiit Novigenti, *ibid.*  
Quinquagenarius numerus quid tropologice significet, 72.  
Quintini (S.) in ecclesia acolythus puer imaginem alloquitur, cui et ipsa respondet, 331. — S. Quintini in insula monasterium, 618. — S. Quintini Belvac. monasterium fundatur, 600. — S. Quintini de monte abbatia, 618. A quo fundata, *ibid.* Destruitur, *ibid.* Instauratur ab Adalberto, *ibid.* Abbatum chronologia, *ibid.* Robertus Peronensis monasterium resarcit, 619.

## R

Radulphus comes Crespeiensis, 464. — Radulphus Lantiacensis abbas, 551. — Radulphus dominus Nigellæ, 534, 627. — Radulphus frater Anselmi Laudunensis. V. Anselmus Laudunen. Radulphi scholæ, 545. Celebres discipuli Radulphi, *ibid.* — Radulphus Remensis archiepiscopus, 509 et 529, 543 et 332.  
Radulphus Flaviacensis, 634. — Radulphus S. Mauri Fossatensis abbas, 607. — Radulphus de Paganello, 590.  
Radulphus episcopus Laudunensis. discophorus, 507.  
Radulphus pincerna regis Anglor., 536.  
Radulphi Crespeiensis genealogia, 597. Sepultus in monast. S. Arnulphi Crespeiensis, 596.  
Raimundus S. Egidii comes, 778. Jerosolymam proficiscitur, 385. Albaram occupat, cui episcopus præfici curavit, 421. Egregia ejus sententia, *ibid.* Respuat dignitatem regiam, 433. Raimundus Pilius. 420 et 428, 429.  
Rainaldus Belhere, 628. — Rainaldus Rufus, 628. — Rainaldus dux ad partes Turcorum deflectit, 382. — Rainaldus Claromont. comes, 529. — Rainaldus archiep. Remens. 637.  
Ratio, cœlum et lumen, 9. Ratione regi quam utile 9. Quid ratio, *ibid.* Ratio lux, 13. Rationi caro, et Deo ratio subjicienda, 13. Sapientiæ supernæ conjuncta, firmamentum, *ibid.* Ratio luminare majus, 17. Ratio, voluntas et affectus spei, fidei et charitatis obediunt, 52. Rationi durum est affectionem sæculi jam conceptam abjicere 81. Ratio inanis est, nisi præcedat recta voluntas, 145.

Redempturus est Christus non omnes, sed de omnibus quosdam, 274.

Reges sunt qui invisibilia quærunt, 175. Reges Angliæ quot effecti monachi, 748. Regem quanto honore, sapientia et divitiis decoravit Deus tanto arctius ad suum obsequium alligavit, 689.

Reginaldus castellanus Belvacensis, 609.  
Reiusendis abbatissa S. Joannis Laudun. interficitur, 516.

Religio laudat Deum, 173. Religionis studium causa omnium honorum, 581. Religionem Christianam professus, et nihilominus honori ejus derogans, abominandus est, 264. Error ubi religio creditur, difficile curatur, 350.

Religiosi habent manus confixas, et pedes constrictos sub obedientiæ jugo, 643. V. Monachus.

Religiosi cavere debent ne in minimos defectus coram sæcularibus impingant, 104. Quid causæ est cur in gravissima peccata incidunt, 321. Modestiam studere debent, *ibid.* Timore Dei, *ibid.*

Reliquiæ sanctorum, 327 et seq. Reliquiæ sanctorum honori sunt Christianis, 329. De falsis reliquiis quid actum præsentem Guiberto abbate, 334. Perversus reliquiarum usus, 334. Pessimè agunt qui reliquiis sanctorum disperunt venundandas, 336. Reliquiæ non auro vel argento includi debent, *ibid.* Qui reliquiis sanctorum e tumulis erunt et disperunt, plectendi sunt, 337. Caput S. Pauli B. Gregorius denegat imperatrici, *ibid.* Non e sepulchris erunda, et quare, 337 et 338. Non peccant qui reliquiis ejusdem sancti pro alio colunt, *ibid.* Reliquiarum corporis Christi nil in hoc mundo, 349. Dens Salvatoris, 350. Si quid reliquerit Christus in hoc mundo sui corporis, multa sequuntur absurda, 354. Reliquias Filii posteris B. Virgo non consignavit, 358. Ex SS. reliquiis quæstum prosequi profanum, *ibid.* Reliquiæ Laudunensis Ecclesiæ, 534. Reliquiæ sanctorum ut publice venerentur a populo, probari debent ab episcopis, quin et a summo pontif. 563. Contra reliquiarum falsarios, *ibid.* Reliquiarum quidam falsarii, 572. Reliquiæ causa pecuniæ non exponantur, *ibid.* Contra ejusmodi mundanas reliquiarum invehitur S. Bernard. et Alvarus, *ibid.* Thecis seu capsis auro, argento et lapillis, ornatis reliquiis recondebant viri pii, 573. Quare, *ibid.* Reliquiarum divisiones translationesque damnantur, *ibid.* Verum a sanctis id actitatum, et quare, *ibid.* Quam malus quorundam episcoporum usus in deferendis reliquiis, 573. In eos qui ornamentis gratia reliquiis deferunt, *ibid.* Quanta cum reverentia reliquæ sunt asservandæ, 574. Reliquias dividere et transmittere olim Romæ prohibitum, 574. Earum loco brandes seu lintea mittebantur, *ibid.* Qui sanctorum corpora inspicere vel tangere aggressi sunt, puniuntur, 574. Id Romæ olim non permittebatur, *ibid.*

Remensis pseudo-conventus, 568.  
Remigius (S.) ecclesiæ Laudunensis fundator, 527.  
Reproborum votis quare sæpe respondet Deus, 333.  
Reptile quid moraliter, 18 et 20 et seq.

Reservations beneficiorum, 579.  
Restitutio a quodam feneratoris facta, notatu digna, 537.  
Resurrectio Christi probatur, 274. Integre resurrexit, 356. Post resurrectionem Matri primo non apparuit, 358.

Reus absentem et ignarum dominum timet, 32.  
Ribodimons diversimode scribitur, 645. Richardus episcopus Virdun. 529. Robertus abbas Virtutensis, 552. — Robertus Normanicæ comes iter Jerosolym. aggreditur, 384. Carceri mancipatur, 385. Principem exercitus Babylon. atroci vulnere sauciatur, 437. Mirabilis munificentiæ, *ibid.* — A Roberto Flaudrensi auxilium petit litteris imperator Græcorum, 374. Expeditionem Jerosolymitanam aggreditur, 383 et 384, 443. Robertus Pullus, 579. — Robertus Aucensis comes, 631. — Robertus de Cais, 628. — Robertus de Curval, 628. — Robertus Lescot vicedominus Ecclesiæ Remens. 641. Robertus Velulus, 628.  
Rodulphus Crespeiensis, 672. Ejus corpus Crispiniaci sepulturæ traditur, *ibid.*

Rogerus Montisacuti, 508. — Rogerus Porcensis, 497. — Rogerus episcop. Laud. a plebeis persecutione afficitur, 660. — Rogerus Catalau. episcop. 637. — Rogerus comes, Porcensis, 642.

Romanæ (S.) virg. mart. corpus in ecclesia S. Quintiui Belvacensi, 600.

Rorico episcop. Laudunensis, 649.  
Rorigo frater Gualdrici episcopi Laud. 500. Gerardum Carisiaci percussit, 501.  
Rostagnus de Podio-Alto, 635.  
Rotoldus comes Perticensis, 529.

## S

Sacerdotes. V. Presbyteri. Sacerdotibus mulieres ducere non licet, neque his uti, 372, 462. Sacerdotis filius non legitime procreatus a sacris gradibus arcetur, 476. Is

ejus Ecclesie ad cuius injuriam progenitus est, servus jubetur esse, 535.

Sacramentum corporis Christi V. Eucharistia. Sacramenta, quomodo prosint bonis ac malis, 3. Sacramenta novae legis interiorum gratiam conferunt, 282. Ubi fides non est, sacramentum fit impotens, 343. Sacramentum trifarium, *ibid.* Sacramentum ignarus eorum administratione iudicium censendus, 492.

Sacrificiis quibusnam delectetur Deus, 276. Non sacrificiis, sed seipso Patrem placavit Christus, 278.

Sæculares. V. Laici.

Salaberga (S.) S. Joannis Laudun. abbatie fundatrix et prima abbatisa, 552. Vita ejusdem, 679. Matrimonio copulatur, 680. Viduatur, 681. Iterum nupsit, *ibid.* Edificat monasterium in suburbio Lingonum, 682. Laudunum venit, *ibid.* Cænobium Lauduni construit, 683. Trecenta ibidem nounce, *ibid.* In coquina et aliis monasticis officiis vicissim suis hebdomadibus abbatisa ministrabat, 685. Obi us, 22 Septemb. 686.

Salustiae symbolum, 59.

Samerch, *firmamentum*, 248. Et *adjutorium*, 250. Et *avdi*, 255.

Samson archiepiscopus Remensis, 551.

Sancti in adversis et prosperis non mutantur, 13. Sancti montes dicuntur, 46. Sanctorum lapsus quid prosint considerantibus, *ibid.* Sancti cur se despiciant, 63. Gratias habent speciales, 69. Quare dura sustinent, 361. Saeculus quis consensus, 330. Gestis falsis, aut male conditis sancti contumelia afficiuntur, *ibid.* Quorundam, qui ut sancti coluntur, caute gesta sunt disentienda, *ibid.* Antequam quis invocetur, de ipsius debet constare sanctitate, *ibid.* Ecclesie praelatorum est, ut debite populus sanctorum cultui intendat, invigilare *ibid.* Signa exteriora hand sanctitatis indicia, 331. Vera sanctorum acta decori Deo, falsa decori vertuntur, 333. Puer velut sanctus imprudenter colitur, 334. Tabulis ecclesiasticis quinam ascribendi, *ibid.* Sanctos quosdam celebriores, quam reipsa erant, sibi patronos constituisse quædam Ecclesie, 334. Sanctorum corpora num loculis aureis vel argenteis sicut inferenda, 336, 337. Sanctorum corpora et tumulis non erueuda, 337. Quare, *ibid.* et 338. Qui aliquem ut sanctum, licet talis non sit, invocat, fructum tamen percipit orationis, *ibid.* Reliquie Laudun. Ecclesie ad corrogandam pecuniam circumferuntur, 512. Camisia et capilli B. Virginis, et spongia ori Salvatoris illata, *ibid.*

Sanguinem humanum fundere quid sit moraliter, 50. Sanguis peccatum significat, 235.

Sapientia septem columnis charismatum domum Dei consummat, 695. — Sapientia lux 12. B. Quæ vera, 14. Pudica, pacifica, modesta, suadibilis, *ibid.* Sapientie effectus, *ibid.* Bifarie sapientia, *ibid.* Noxia sapientia 14. Sapientia pertinet ad vitam, 16. Sapientia quid, 18. Sapientie qui student volatilia sunt, *ibid.* Sapientia tripliciter dicitur, 26. Sapientia a Deo nobis data silentio conservatur, 114.

Schismaticus quis, 329.

Scholæ restituantur, 579. Scholæ Reccenses, *ibid.* Scholæ Laudun. *ibid.* Scholæ S. Victoris Paris *ibid.*

Scientia qui male utitur, cui comparandus, 3. Scientie aquæ in Scripturis vocantur, 13 et 18. Scientia divina, *ibid.* Sæcularis, *ibid.* Diabolica, 14. Scientia sequitur timorem pietatemque, 16. Scientia ad doctrinam, *ibid.* Scientia quid, 18. Scientia mali necessaria ad bene vivendum, 30. Charitate conditur ne inflet, 236. Scientiis adipiscendis qui incumbunt, et culpam vitam agunt, eos imitantur qui manna in crastinum colligebant, 644.

Scriptorium, locus in quo monachi simul scribebant componebantque, 614.

Scripturis sacris exponendis quatuor adhibendæ regulæ, 4. Earundem exponendarum modus, 6 et seq. Moralitates quomodo eliciantur, *ibid.* Universæ Scripturæ intelligentiam habet nemo, 16. Quam noxium lectioni divine non incumbere, 18. Ex S. Scriptura vera contemplatio hauritur, 18. Sacra Scriptura cibus noster, 61. Moneta publica et probata 90. Ejus puritas per seipsum eminet, *ibid.* Arca dicitur, 206. Ad reseranda mysteria Scripturæ opus est divino, arbitrii non est, lumine, 217. Scripturæ intelligentia humani, 361. Humiliori stylo explicandæ, 367 et 368. Qua ratione elucidandæ, 477. In Scripturis multa ponuntur ut sunt in opinione, 234.

Scrophæ sive strumæ quid, 562. Id morbi genus curat rex Francorum, *ibid.* 331.

Sebroim, *cupra*, vel *damula*, vel *statio in mari*, 59.

Segor *retula*, vel *meridiana*, 57; vel *parva*, 27. B. Seguinus abbas Casæ-bei, et S. Nicassii Remensis 637 et 638.

Seir, *pisosus* vel *hircus* dicitur, 60, 130, 273.

Semel in Scripturis pro eo quod est incommutabiliter, 72.

Semen nostrum opera nostra, 16. Semina vitiorum natura nostra in se portat, 60.

Senarius numerus quid tropologicè, 41.

Senlengensis episcopatus ad Cicestrum translatus, 56. Sensualitas vix levatur ab imis, 64. Sensualitatem sequens homo, similis est brutis, 643.

Sensus reprobus, quid efficiat, 10. Consuetudo peccandi perducit ad reprobum sensum, *ibid.* Reprobis sensus ebrium mortuumque est, 10. Nox est, 15.

Sententiam quomodo movit Deus, 275, 276.

Sepulcra non aperienda, nedum confringenda, 337. Quomodo plexi sunt qui corpora SS. Pauli et Laurentii inspicere, *ibid.*, 44 — S. Sepulcri de Villaribus Prioratus fundatio, 603.

Sermo quo ordine fieri debeat 2. Sermo trepide languideque prolatus nulli placet, 3. Prolixior tædium generat, 4. Brevis delectat, *ibid.* De moribus quam utilis, *ibid.* Servi vitia sunt, quare, 261. Servorum faciendorum ritus, 588.

Sibila uxor Ingelranni de Fera, 558.

Sigebertus Gemblacensis obiit anno millesimo centesimo decimo tertio, 478.

Sigifridus prior S. Nicolai, sive abbas S. Vincentii, 282. Signa non eorum quorum ministerio fiunt, sed aliorum aliquando utilitati inserviunt, 331.

Silere pro quiescere et non resistere, 71.

Simeon *auduit Dominum*, vel *audiens tristitiam*, 117. — Simeon Maunallard, 616. — S. Simeonis portus 412. — Simon de Balgenciaco ecclesiam Boui-Nuntii Majori Monasterio tradit, 590. — Simon ex abbate Majoris Mon. episcopus Carnotens. 593. — Simon episcopus Noviom. 627.

Simonis comitis Crespeiensis acta breviter perstringuntur, 464, 596. Transfert corpus patris sui in monasterium S. Arnulfi Crespeiensis, *ibid.* Bona confert eidem monasterio, *ibid.* Hoc ipsum monast. Cluniacensibus possidendum dedit, *ibid.* Simonis epistola ea de re ad S. Hugonem, *ibid.* Ejusdem genealogia, 597. Vita B. Simonis, 671. Romæ a summo pontif. absolvitur, 673. Partem pœnitentiæ Simoni indicat sibi retinuit, et aliam aliis quibusdam religiosis distribuit, *ibid.* Matrimonium contrahit, *ibid.* Sponsa monitis B. Simonis obtemperans, ipsa nocte nuptiarum aufugit, et habitum monast. sumpsit, *ibid.* Rex Anglorum Simoni filiam offert in matrimonium, 674. Fit monachus, 465, seu 467, 674. In hoc statu quid egit, *ibid.* et seq. Eremum petiit, 675. Eleemosynarum ejus specimen insigne, *ibid.* In Gallias, rogante S. Hugone Cluniac. ad regem profectus, 676. Romam, jubente summo pontif. petiit, *ibid.* Plures ejus prædicationibus convertuntur, 677. Obitus Romæ, 30. Septemb. 676. Funeratur cum summo pontif. *ibid.* Apostolicam duxit vitam, *ibid.* Ad construendum ejus sepulcrum pecunias mittit regina Anglorum, *ibid.* Inter apostolos in cœlis, 678.

Simon episcopus Noviom. germanus Radulphi Vermand. 551. — Simon ex monacho S. Nicassii abbas S. Nicolai in Sylva, 551.

Simplicitas pro fatuitate poni solet, 79.

Sodoma, *similitudo eorum*, vel *pesimus coram Domino*, 57. Et *ma/a*, 59. Et *pecus silens*, 62. Et *carci/a*, 71.

Sol mystice tentationis æstus, 151. In solitudine est, qui sine Deo est, 60.

Sortilegia. Ad sortilegia neminem admittit Satan, nisi Christianæ religioni abreunent, 486.

Spem quid commendat, 68. Spes nulla. ubi nulla merita, 287. — Spes in Deum quantum valeat in pœnitente, 332.

Spinetense monasterium, 55.

Spirituales viros superbia, invidia, inanis gloria insectantur, 106.

Spiritus pro superbia, 163. — Spiritu et corpore ad quid homo constat, 3, 12. — Spiritus sanctus vinum, 264. Patrem Filiumque amore conjungit, Deoque homines, *ibid.* Est virtus Patris et Filii, 280. Spiritus principalis Deus Pater, 339. Spiritus sanctus a Patre et Filio procedit, 69. A Filio mittitur *ibid.* Quare Filius non appellatur *ibid.* Stadium quid, 644.

Stephanus de Conty Corbeie monachus, Historiam regum Franc. scriptis, 563. — Stephanus le Gris, 618. — Stephanus Carnotensis, 442. — Stephanus comes Blesensis expeditionem Jerosol. aggreditur, 384. Quid dum Antiochena urbs obsideretur, gesserit, 415. Laudatur, *ibid.* Studia litterarum reforescunt, 579. — Studio improbiore oppressus animus hebetatur, 461.

Subsistentia substantiæ origo, 339.

Sudarium Domini in ecclesia S. Cornelii Compendiensi, 676.

Suggerius prior Flaviacensis, 481.

Sulpitius Roberti de Rupibus Corbonis in ext. mis agens fit monachus, 590.



Superbia cæcitatem reprobi sensus affert, 83. Non fert rectam intentionem, *ibid.* Superba cogitatio non agnoscit reatum suum, *ibid.*

Superbi per exteriora effluunt, 78. Superbo aperte vitia impetunt, 175. Arrogantes quid soleant, 293. Eorum proprietates, *ibid.*

Superior. V. Prælatas.

Supplumbo quid significat, 506.

## T

Tabula convocantur seu excitantur a somno monachi, 614. — Tabulis cereis, dum antiqui scriptores opus aliquod edebant, primum exarabant, 613.

Tancredus Boemundi nepos, 386.

Telionensis monasterii constructio, 550.

Templum Hierosolymitanum quale Guiberti tempore, 432.

Tentationes verti in exitum quare non permittit Deus, 578. Tentationibus resisti non potest nisi gratia Dei, 698. Tentationum tempore, quid agendum, 5. Tentationum utilitates, 6. Tentationibus perculti permittit Deus hominem, 13. Tentatio pro probatione, 84. Inter tentationes nemo subsistit, nisi gratia Conditoris assidue juvetur, 190. Tentationis imbecillitas, 198. Tentatus quid cogitare debet ne in peccatum corruat, 7. Quomodo et ad quid nos tentat Deus, 13. Tentationum conflictus, 312.

Terra et cælum quid moraliter, 9 et seq. Item, terra, 19. Pro firmitate ponitur, 113. Terra Domini corpus rationi subiectum, 206. Terra nostra, caro nostra, 225. Ob terrena acquirenda homines diversos labores sustinent, 360.

Testis plus est quam testimonium, 125.

Tendegaldus Laudunensis vir possimus, 506. Furcis infertur, 515.

Theobaldus Campaniæ comes, 549 et 551.

Theobaldus comes de Risuel, 529.

Theobaldus Lotharingæ dux, hominum facit abbatem S. Nicasii, 640. — Theodeldi (S.) mira conversatio, 464, 586.

Theodeberta, sive Soiburga ab igne per B. Virginem liberata, 302 et 464.

Theodoricus abbas S. Eligii Noviom. 551, 628. — Theodoricus ex monacho S. Nicolai episcop. Ambian. 555. — Theodoricus de Avenis, 529. Cœnobium de Lesclis fundavit, *ibid.* Illuc recessit et vitam transegit, *ibid.*

Theraphium quid sit, 191.

Thomas Codiciacensis, 509 et 515, 516. — Aliquando proba opera demonstravit, 658. Excommunicatur, 660. Finis finestus, *ibid.* — Thomas de Marl., 629.

Thronus Salomonis B. Virgo, 289.

Timor Dei lux et sapientia, 12. Quid boni, expulsio peccatis, pariat in anima, *ibid.* Timor pietasque generant scientiam, 16. Timor Dei, porta ad Deum, et ad civitatem cordis, 89 et seq. Timor servilis et humanus sæpius ad peccatum provocat, 12. Timor, præsumptionis adiutorium *ibid.* Timor primus dies, pietas secundus, 14. Timor et amor duæ alæ ad æterna quærenda, 43. Timor humanus aliquando petulantibus motus coerces, 73. Timor, domus Dei stabilientiæ radix, 133. Timor Domini parat viam aliis virtutibus, 644.

Tornacensis Ecclesia post quadringentes annos proprio pastore fruitur, 552.

Tractus Sabbato Paschali quare post Alleluia cantatur, 15.

Tribulationes quare a Deo immittuntur, 13. V. Adversitas, Afflictio.

Trinitas conscientiæ quatuor, 113. Trinitas in Deo, 279. Trinitas naturalis quæ, 643. SS. Trinitatis monasterium in Eboracensi civitate fundatur, 590. SS. Trinitatis monasterium Cadomi, 815. — Trinitatis similitudinem servans humana anima, triplici consistit natura, 643.

Tristitia, peccatum, 308.

Triticum pro doctrina, 203.

Trudenes, *iruands*, quid, 441.

Turcorum imperium, 374. Turci dum prælium committunt, vociferantur, 391. Dimicantes quid soleant, 419. De insepultis cadaveribus quantum crucientur, 441.

## U

Ubera duo quid mystice significant, 81.

Ulgerius Andegavens. episcopus, 590.

Ulianus (S.) proto-abbas Sancti Quintini de Monte, 618.

Umbilicus Salvatoris, 338. Umbilicum in terris Christus non reliquit, 575, 351.

Una apud Deum, sunt diversa per humanæ perversitatis propositum, 180.

Urbanus II papa laudibus attollitur, 376. Clara germine ortus, *ibid.* Prior antea Cluniaci, *ibid.* Clarus miraculis, *ibid.* Convocat concil. Claromonti, 377. Facundus fuit, *ibid.* Scientia litterarum excultus, *ibid.* Strenne Philippum regem Francorum a piorum actu eiecit, *ib d.* Eiusdem Urbani oratio habita in concilio, *ibid.* Hierosolymitanam expeditionem suadet, 378. In Majori Monast. Turonis exhortationem facit, 588. Dedicat ecclesiam eiusdem monast., *ibid.* Epitaphium composuit B. Simonis Crespeiensis, 678.

Uter tropologicè temperantia, 81.

Uterus tropologicè rationalitas, 64.

Ulicense monasterium. V. S. Ebrulfi.

Uxores plures permisit Deus in Veteri Testamento, 275.

Uxores ducere sacerdotibus non licet, 372. V. Presbyter. Uxoris unius vir quo modo intelligitur, *ibid.*

## V

Valarici (S.) caput, 535. S. Valarici monachus haud supposititia privilegia synodo Reuensi obtulisse probatur, 568. Remis non celeberrimum fuisse conventum, sicut asserit Nicolaus, demonstratur, *ibid.* Nusquam fuisse privilegiorum fraudem detectam hoc in conventu, *ibid.* Privilegia S. Valerici haud a Paschali pontifice abrogata, 570. Alexandri papæ III sententia decretoria, confirmans eadem privilegia, 571.

Valerannus. V. Galerannus.

Vau, *ipse*. 244 *Possessio* 248. *Ille*, 253.

Vendolio (de) S. Joannis Bap. prioratus, 650.

Verba pro nugis et fabulis, 221. Ex verbis pravis sequuntur opera crudelia, 192.

Verecundia ante utilis, noxia post peccatum, 468.

Veritas quid, 192.

« Vermis eorum non moritur, » qui intelligitur, 365. Quid vermis spiritalis, *ibid.*

Verziliacensis monasterii fundationis tabulæ, 653. Romano Pontifici subicitur, 655 et 656, 657. Fundationis confirmatio a Nicolao papa, et Carolo Calvo, 655 et 657. Amandatis monialibus succedere monachi, 658. Qui canonici seculares fiunt, *ibid.*

Vespere quid moraliter, 13.

Vestium dissolutiones, 468.

Vetus Testamentum. In veteri Testamento temporalia tantum Deus promittebat, 276.

Via Dei expeditio Hierosolymitana appellatur, 379.

Victima holocausti tropologicè mens pura, 86.

Vincentii (S.) os gutturis, et pars brachii in cœnobio San-Vincentiano Laud. asservantur, 651.

Vincentii (S.) Laudunens. Historiæ summarium, 648.

Clerici variis temporibus incoluerunt, *ibid.* Charta Roricus episcopi de restitutione monachorum, 649. Adelmus episcop. instituerat antea duodecim canonicos. *ibid.* Ecclesia S. Vincentii sepultura episcoporum, nobilium, etc. *ibid.* Secunda sedes Laudunens. diœcesis, et prima filia, 649, 650. Ibi ad tutelam urbis constituitur monastica regula, *ibid.* Abbatum elenchus, 650. — S. Vincentii Laudunen. ecclesiæ statio, 505.

Vinum damnatorum voluptates, 228. Vinum, virginitas Deum lætificans, 264. Vinum Spiritus sancti, *ibid.*

Virginitas virtus plus naturalis, 68. Virginitas hominum, amissio ejus malum, 264. Virginitate nil suavius, *ibid.* Virginitatis contemptum habent voluptates, *ibid.* Virginitas vinum lætificans Deum, *ibid.* Nil Deo gratius, *ibid.* De virginitate opusculum Guiberti, 311. V. etiam Castitas. Virgo mystice veritas, quæ ex Deo est, 96. Virginem potuisse parere probatur, 265, 266.

Virgultum quid tropologicè significet, 25 et seq.

Viri famosi quoniam sicut tropologicè, 39.

Virtutis amore quo quis amplius æstuat, eo de se submissius sentit, 293. Virtus in-sensata nec dici nec potest esse, 294. Virtus quid Deo simile, 312. Deus ignis, virtutes igitur, *ibid.* Virtus qua intentione exercenda, 322. Virtus recentium quare antiquorum est anteposenda, 369. Ad virtutes discendas quæ requirantur, 5. De illis optimus eloquitur qui prius eisdem acquirendis studuit, 6. Iisdem comparandis theoria minime, sed labor improbus requiritur, 2. Virtus dies appellatur, 17. Omni virtutum genere præditus, ut apostolici viri, est annus, seu habet annum, *ibid.* Virtus nostra comparatione minimi luminis Dei, vel etiam perminimi angeli, quam nil est, 45. Virtus nulla sine bona voluntate, 69. Virtutis odore delectatur Deus, 263. Nihil fere est virtutis in homine, quod non aliquando labefactetur, 84. Virtutes et vitia quare sunt fratres, 14. Virtus omnis tentationum tolerantia commendatur, 108. Virtutes vocantur cœli, 190. Virtutes sunt arma lucis 644. Quare arma, quare lux, *ibid.* Clavis virtutum pelluntur

clavi vitiorum, 644. Virtutes sponsalia Ecclesiæ sponsæ Christi, 691.

Visiones non eorum qui eas habent, sed aliquando aliorum inserviunt utilitati, 331. Visiones in S. Scriptura menti quid ingerunt, 359.

Visitatio aliquando pro punitione, 216.

Vitæ instituendæ modus, 13. Vita præsens vespere, mane futura, *ibid.* Vita præsens tempus et sæculum vocatur, 17. Vitæ spiritualis status diversi, 49 et seq. Ardua vitæ instituta refugienti permittitur consecrari mediocria, 75. Vitæ seu gesta sanctorum falsitatibus et nævis aspersa non ferenda, 330. — Vitæ suæ gesta nonnulli celebres viri conscripsere, 578.

Vitia. De vitiorum natura ac fuga concionatoribus disserendum, 5. Quam utile sit eorundem notitiam adipisci, *ibid.* et seq. Ad vitia evellenda quæ requiruntur, 5. Vitiorum incentiva sanctis tristitiam pariunt, 20. Plurimi corporalia, pauci spiritualia vitia exhorrent, 74. Nisi vitia rescindantur, Deus non potest habitare in nobis, 76. Quid nos impellat ad inquirenda aliorum vitia, 131. Vitiorum clavi pelluntur clavus virtutum, 644.

Vitonus (S.) ulceratas manus sanat monacho, 524.

Vivere innoxie sibi ipsi non sufficit, 70.

Volatilia. Per volatilia intelligitur contemplativa excellentia, 43.

Volucres, spiritualis subtilitas, 49.

Voluntate bone nil felicius, 3. Voluntas luminare minus, 17. Lunæ comparatur, *ibid.* Voluntas quid, 26. Semen et origo boni operis, 43. Duplex, carnalis et spiritualis, 65. Voluntas victis vitii a Deo visitatur, 80. Voluntas nostra, uxor nostra, 194. Voluntas hominis quid possit. V. Gratia.

Voluptatis terrenæ consuetudo excæcat, 7. Quæ voluptatibus irretitos maneat, 7 et seq. 323. Voluptas aquæ vocantur, 11. In voluptatibus et deliciis cati, quid sit miseria, et in squaloribus ac spurcitiis, sit felicitas; nesciunt, 12. Voluptatis locus Deus, 27. Voluptas in regnis vitiorum dominatur, 59. In regibus cellit, *ibid.* Omnis actio intendit aliquam voluptatem. Voluptatum appetentia plena anxietatis, 253. Volu virginitatis contemptum habent, 264.

Voluptuosi quomodo continere possit non capiant. Habent nunc tempus suum, 378.

Vota. V. Consilia evangelica.

Vulnerum cicatrices quare Christus apostolis ostendit, 356. Num in die iudicii parebunt, *ibid.* 577. Quam manserunt, 578.

Vultures absque concubitu generant, 325.

## W

Walbertus (S.) seu Waldebertus abbas Lexovianensis sanctitate et doctrina insignis, 681. Concionibus cel, 682.

Walfridus abbas Teloniensis, 550.

Walterus de Aath, 529.

Wiscardus Normannus, 386.

## Z

Zabulon, *fluxus noctis*, vel *habitaculum fortitudini*. Vel *iusjurandum ejus*, 174.

Zain, *alimentum*, 249. Et *alimentum mundi*, 258.

Zai, *duc te*, 253.

Zomzommim, *hæc aqua*, 60.

# ORDO RERUM

## QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

### VENERABILIS GUIBERTUS, ABBAS S. MARIE DE NOVIGENTO.

Prolegomena.	9
LIBER QUO ORDINE SERMO FIERI DEBEAT.	21
MORALIA IN GENESIN.	31
TROPOLOGIÆ IN OSEE ET AMOS, AC LAMENTATIONES JEREMIE.	337
Proemium.	337
LIBER PRIMUS. — Tropologiæ in Osee.	341
LIBER SECUNDUS. — Tropolog. in Osee continuatio.	365
LIBER TERTIUS. — Tropolog. in Osee continuatio.	391
LIBER QUARTUS. — Tropologiæ in Amos prophetam.	415
LIBER QUINTUS. — Tropologiæ in Lamentationes Jeremie.	451
Epilogus.	487
DE INCARNATIONE CONTRA JUDÆOS.	489
Epistola nuncupatoria.	489
LIBER PRIMUS. — De conceptione Filii Dei intra Virginitatem.	489
LIBER SECUNDUS. — Deus omnia hominis suscepit, an nou?	493
LIBER TERTIUS. — De humana in terris Christi conversatione.	505
DE BUCELLA JUDÆ, DATA ET DE VERITATE DOMINICI CORPORIS.	527

### LIBER DE LAUDE S. MARIE. OPUSCULUM DE VIRGINITATE. DE PIGNORIBUS SANCTORUM.

Epistola nuncupatoria.
LIBER PRIMUS. — De Sanctis et eorum pignoribus.
LIBER SECUNDUS. — De corpore Domini bipertito, I pali scilicet ac mystico.
LIBER TERTIUS. — Contra San-Medardenses qui d Salvatoris se habere asserunt.
LIBER QUARTUS. — De interiori mundo.
GESTA DEI PER FRANCOS.
DE VITA SUA.
LIBER PRIMUS. — In quo potissimum de ipsius vitur.
LIBER SECUNDUS. — Initia et progressus abbatie I ris de Novigento referuntur.
LIBER TERTIUS. — Quomodo Galdricus, episcopus dunensis, excarnificatus fuerit, atque ecclesia et un pene civitas conflagravit, 907.
APPENDIX AD LIB. III GUIBERTI DE VITA SUA. — Herm mouachus, de miraculis B. Mariæ Laudunensis et de Bartholomæi et Norberti episcoporum.
Ad Guiberti opera domni Lucæ d'Achery notæ et vationes.
APPENDIX ad Opera Guiberti.
INDEX RERUM ET VERBORUM.

FINIS TOMI CENTESIMI QUINQUAGESIMI SEXTI.

5503 038



THIS VOLUME  
DOES NOT CIRCULATE  
OUTSIDE THE LIBRARY



3 2044 054 760 145

